






IO. ALBERTI FABRICII
SS. THEOL. D. ET PROF. PVBL.

BIBLIOGRAPHIA ANTIQVARIA

SIVE

INTRODVCTIO

IN

NOTITIAM SCRIPTORVM

QVI

ANTIQVITATES HEBRAICAS GRAECAS
ROMANAS ET CHRISTIANAS SCRIPTIS
ILLVSTRARVNT.

EDITIO TERTIA

EX MSCPTO B. AVCTORIS INSIGNITER
LOCVPLETATA ET RECENTISSIMORVM
SCRIPTORVM RECENSIONE AVCTA
STVDIO ET OPERA

PAVLLI SCHAFFSHAVSEN P. P.

HAMBVRGI,
APVD IOANNEM CAROLVM BOHN
MDCCLX.



PAVLLI SCHAFFSHAVSII
PRAEFATIO.



Nouam huius bibliographiae a B. Fabricio, ſummo ſaeculi noſtri Polyhiſtore, compoſitae editionem quum pararet bibliopola, Ioan. Carol. Bohnius, Vir honeſtiſſimus, me adiit rogauitque, vt huius editionis curam ſuſciperem. Suſcepi vero hoc ipſum negotium quam lubentiſſime hiſce potiſſimum de cauſſis, primum quod hac ipſa re pietatem, qua Praeſtantiſſimum Fabricium, Praeceptorem olim meum fideliſſimum et colui et adhuc colo, publice declarare me poſſe intellexi; deinde quoniam ea fuit liberalitate Celeberrimus Fabricii gener, Hermannus Samuel Reimarus, Vir Eruditiſſimus, Collega mihi

coniunctiſſimus, vt ipſum illud exemplar, cui acceſſiones, quibus hunc librum augeri voluit, alleuerat Fabricius, beneuole mecum communicaret; denique quoniam, quod in hoc libro pertractatur argumentum ad illud ſpectat litterarum genus, quo ab eo inde tempore, quo ad litterarum ſtudia animum applicui, vehementer me delectari memini. Hiſce igitur, quas iam recenſui, cauſſis permotus, quam primum conſilium mihi ſuum aperuerat bibliopola, ad curandam huius libri editionem me accinxi. Quam igitur vt, quantum fieri poſſet, accuratam lectoribus traderem, eos in primis libros, qui in antiquorum populorum moribus ritibusque illuſtrandis verſantur, recentiſſimis temporibus poſt obitum B. Fabricii editos, familiares mihi reddidi, quae in iis occurrerent antiquis ritibus illuſtrandis inſeruientia, cum cura excerpens. Horum igitur librorum et quae ex iis excerpta ſunt recenſionem mihi tantum, reliquas vero, quibus hic liber inſigniter locupletatus eſt, acceſſiones omnes Fabricii induſtriae atque eruditioni tribuas velim. Mihi vero id negotii datum eſſe credidi, vt ſuo quaelibet acceſſiones loco inſererentur; ſimulque vt, quam accuratiſſime emendatiſſimeque fieri poſſet, haec prodiret bibliographiae editio. Qua quidem in re nouum beneuolentiae amorisque in me ſui documentum exſtare voluerunt, Viri Humaniſſimi, Ioan. Chriſtian. Wolfius et H. S. Reimarus, Collegae mihi Amiciſſimi. Hi enim, et Wolfius quidem, quantum per valetudinis conditionem fieri potuit, eos quibus inſtructiſſimae bibliothecae et publica, et priuata Reimariana ſuperbiunt libros praeſtantiſſimos non ſolum beneuole mecum communicarunt, ſed conſiliis etiam ſapientiſſimis me adiuuerunt; nouoque hoc, quod in me vel potius in Fabricium contulerunt beneficio orbem eruditum, in quem immortalia exſtant eorum merita, valde ſibi deuinxerunt. Dedit quoque mihi amoris in me ſui ſignum Vir Clariſſimus, Ioannes Ioachimus Schwabius, Fautor atque Amicus maximopere mihi colendus, quod eos libros, quorum apud nos non erat copia, quibusue Lipſienſium bibliothecae erant ornatae, beneuole

uole euolueret, quae mihi vsui essent excerpens mihique liberaliter suppeditans. Quod amoris atque beneuolentiae genus mihi gratissimum fuisse vt intelligat, omni contendam studio. Quanquam vero vt emendatissima atque instructissima esset haec noua editio vehementer annisus sum; tamen haud difficulter praeuideo, et rerum varietate distinctarum copia, et preli ob instantes nundinas Lipsienses adhibenda festinatione fieri potuisse, vel quod comperi, factum esse, vt et menda sparsim subreperent, et libri aut integra argumenta, quibus augeri liber hicce potuisset, sint omissa. Humanitate autem aequi lectoris fretus confido, eum hos qualescunque defectus beneuole esse interpretaturum, recordantem, nihil esse omni ex parte perfectum, nec fieri posse, quin tanta rerum mole aliquando animus ita obruatur, vt vel quaedam minus accurate videat, vel adiicienda effugere patiatur. Gratissimum vero mihi fore significo, si Viri eruditionis laude praestantes reique antiquariae periti eas, quibus haec bibliographia locupletari possit, obseruationes mecum communicent: quas quidem supplementis, quibus hunc ipsum librum eruditorum accommodabo, vsibus inserendas curabo. Neque enim concedam, vt in expoliendo praestantissimo hocce opere segnem deprehendar, sed quodcunque a muneris mei negotiis vacuum mihi erit tempus, omne fere eidem exornando impendam. Quare operam dabo, vt, quam primum ea rerum mihi suppetet copia, quae iustae magnitudinis volumen conficiat, in lucem supplementorum illud volumen exeat. In quo quidem et reliquos thesauri Vgoliniani tomos, quorum notitia tum, quum haec bibliographiae editio prelo subiiceretur, nondum ad me peruenerat, et praestantissimum Tantoque Rege dignum opus, quod picturas in Herculano repertas, Regisque, tum vtriusque Siciliae, iam Hispaniae iussu in aere incisas doctissimorumque virorum commentariis illustratas exhibet, cuius exemplar felici sidere in bibliothecam Viri longe Experientissimi Erudi-

tiſſimique, Gottfr. Iac. Iaeniſchii, M. D. quem Hamburgenſium Aeſculapium vere dixeris, tranſiit, accurate recenſebo. Neque vero ignorare te volo prudentiſſimum, quod cepit bibliopola, Vir integerrimus, conſilium. Is enim, etiamſi diſtracta fuerint huius editionis exemplaria, noua vt paranda ſit editio, eam tamen ad huius ipſius editionis exemplum recudendam curabit, accerſionesque omnino omnes in ſupplementa conii-ciet. Expoſui tibi, L. B. huius editionis, quam diu anxie flagitaſti, ornamenta. Tu vero iisdem largiter fruere, meisque tibi inſeruiendi ſtudiis, vel ob hanc cauſam, quod B. Fabricii manibus ſacra fuerunt, faue. Scr. d. V. Aprilis A. R. S. CIƆIƆCCLX.





IO. ALB. FABRICII
PRAEFATIO
PRIORIBVS EDITIONIBVS
PRAEMISSA.



Bibliographia haec priuatarum more praelectionum primum a me tradita, totaque conſecrata fuit progreſſibus et captui ſtudioſorum Iuuenum, frequentantium Gymnaſium huius Vrbis, quod hoc ipſo anno * bonis vt voueo ſperoque auſpiciis celebrabit primum ſuum Iubilaeum, ſiue memoriam ſaecularem Muſei huius publicaeque virtutum, pietatis et bonarum litterarum officinae, Optimorum Patrum cura ante hos centum annos conditae atque dedicatae. Primus hic eſt atque vnicus e priuatarum mearum ſcholarum commentariis, quem emittere in vulgus auſus ſum, ne deſcribentium fatigaret manus, nec inemendatior forte ab aliquo inconſulto in publicum praecipitaretur. Argumentum atque conatum propoſiti haud improbaturos confido eruditos homines, quibus conſtat quantum vſum praebeat, quantoque ad omne ſcriptorum ſacrorum, externorum genus intelligendum ſit ſubſidio dilucida et accuratior cognitio Antiquitatis.

* 1713.

tatis. Ad huius caliginem quae eam vndique obſedit diſpellendam, et illuminandas remotiſſimarum ab aetate noſtra rerum tenebras innumerorum virorum doctorum ingenium atque induſtria a renatis vsque litteris magna cum laude elaborauit, quorum in notitiam vt ſenſim tirones introducerentur, et ad ſtudium ipſum amplectendum, quod eruditiſſimo cuique ſemper fuit in deliciis, inflammarentur, hanc telam ſoloce filo texui. Quanta illi deſint ad perfectionem, vel quae in ea poſſint ab acerbo aliquo cenſore carpi ac reprehendi, ipſe bonam partem pulchre video, ſed video etiam quotidie multa et multos reprehendi ſtrenue ab iis, qui nihil melius praeſtant. Iucundum tamen eſt mihi, qualecunque ſtudium quod hactenus rei litterariae pro exigua mea parte impendere conatus ſum, non paucis doctis, aequis et candidis hominibus minime diſplicuiſſe, & ab humanitate ipſorum relictum mihi fuiſſe locum emendandi me meaque. Itaque et huic libro non adeo metuo ab illorum ſimilibus, diſſimiles nemo ſanus curet, quorum inhumana iniquitas non modo auribus caret, quod de ventre aiunt, ſed quod magis mirum in homine litteris contrito et miſerandum eſt, ſenſu ſui. Vnum de quo apud eruditos excuſatum me volo, non praeterierim, vt ne ſcilicet vertant mihi vitio, quod Diſputationes Academicas noſtratium Germanorum hinc inde, rarius tamen retuli in cenſum, quarum aliquas iudicabunt illi fortaſſis debuiſſe me habere, οὐδ᾽ ἐν λόγῳ, οὐδ᾽ ἐν ἀριθμῷ. Ac ſcio quam iuſtiſſima aeſtimatione ex illis multae contemnantur ac praetereantur, ſed alias viciſſim expertus ſum lectu eſſe digniſſimas, et multa complecti paucis foliis, quae magna aliquando volumina patiuntur a nobis deſiderari. Vt igitur tironum praecipue noſtrorum conſulerem captui et ſtudiis, qui diſputationes eiusmodi facilius poſſunt parare, extra glebam licet in qua natae ſunt rarius conſpici ſolitas, earum quae in curioſiore aliquo Antiquitatis argumento verſantur, licet non plane elaboratiſſimarum, mentionem ſubinde omittere nolui. Praetermiſſa adiungere, emendareque quae perperam poſita ſunt, poſteri temporis ſtudium erit: nunc vt breuis conſpectus totius Voluminis oculis pateat tuis, en Tibi argumenta capitum quibus illud diſpertiui:

ELEN-



ELENCHVS CAPITVM.

De

De Scriptoribus qui ante Rosinum Antiquitates Romanas condere instituerunt. 1. *De Io. Rosino.* 2. *Tho. Dempstero et Andrea Schotto.* 3. *De variis compendiis Antiquitatum Romanarum.* 4. *De aliis Antiquitatum Rom. scriptoribus.* 5. *De Georgii Hieron. Welschii et Flaminii Vaccae affectis vel ineditis operibus.* 6. *De scriptoribus Miscellaneis Antiquitates Romanas illustrantibus.* 7. 8. 9. 10. *Bernardi de Montfaucon antiquitas explicatione et schematibus illustrata.* 11. *De thesauris antiquitatum Romanarum Graeuiano et Sallengriano et Poleni supplementis.* 12. *Conspectus thesauri antiquitatum Romanarum Graeuiani.* 13. *Conspectus noui thesauri antiquitatum Romanarum Sallengriani.* 14. *Io. Poleni supplementa noua in Romanas et Graecas Graeuii et Gronouii antiquitates.* 15. *Index scriptorum, antiquitates Romanas illustrantium, thesauris Italiae ac Siciliae Graeuiano-Burmannianis insertorum.* 16. *Index alphabeticus scriptorum, qui in vtroque thesauro Graeuiano et Gronouiano itemque Sallengrii nouo thesauro antiquitatum Romanarum, Poleni supplementis nouis et thesauris Italiae ac Siciliae Graeuiano-Burmannianis continentur.* 17. *pag.* 89.

IV. De Scriptoribus Generalibus Antiquitatum Christianarum.

Lexica Antiquitatum Ecclesiasticarum. 1. *Syntagmata et Compendia de Antiquitatibus Ecclesiasticis.* 2. *De Romanae et Ecclesiarum Occidentalium ritibus scriptores.* 3. *De ritibus Ecclesiae Graecae aliarumque Orientalium.* 4. *Scriptores de vita et moribus Veterum Christianorum.* 5. *De conuenientia rituum Christianorum cum Iudaicis atque Ethnicis.* 6. *Scriptores Miscellanei Antiquitatum Ecclesiasticarum.* 7. *Ritus Ecclesiastici descripti ordine temporis quo obtinere coeperunt.* 8. *Per rituum diuersitatem Communionis Ecclesiasticae vinculum haud solui.* 9. *Ritus externos omnes neutiquam esse improbandos vel negligendos.* 10. *Delineatio thesauri Antiquitatum Ecclesiasticarum.* 11. *pag.* 158.

V. De Scriptoribus veterem Geographiam ac Chorographiam illustrantibus.

Studii Antiquitatum diuisio et partes. 1. *Archaeographia a Iac. Sponio descripta, diuisaque octo capitibus.* 2. *Vt in Historia sic in Antiquitatum studio Geographia vetus et Chronologia neutiquam omittenda.* 3. *Geographiae sacrae et de terra sancta ac Hierosolyma scriptores veteres ac recentes.* 4. 5. *Geographia Nubiensis, Abulfeda etc.* 6. *Antiqui Geographi Graeci.* 7. *Latini.* 8. *De tabulis Geographicis.* 9. *Geographia vetus ciuilis per compendium a recentioribus tradita.* 10. *Eadem plenius et vberius exposita.* 11. *Parallela veteris et nouae Geographiae.* 12. *Lexica Geographica.* 13. *Scriptores qui certas regiones speciatim persequuti sunt, et de Geographia medii ac sequioris aeui, quae magnam partem adhuc illustranda desideratur. Difficulter id fieri posse nisi recens Geographia*

plenius et accuratius tradatur. ibid. 14. 15. *Geographiae veteris Ecclesiasticae scriptores, et Notitiae Episcopatuum.* 16. *pag.* 180.

VI. De iis, qui descriptionem veteris Vrbis Romae ediderunt.

Etsi ampla et splendida, veteris tamen vix vmbram refert Roma hodierna. Ios. Scaligeri, Petri Scriuerii et Iani Vitalis in hanc rem Epigrammata. 1. *De veteris Romae nomine.* 2. *Originibus.* 3. *Pomoerio, portis, incrementis et amplitudine Scriptores.* 4. *Obiter de aliis vrbibus amplissimis. ibid. De XIV. regionibus Vrbis Romae et de viis publicis.* 5. *De septem Collibus et de Capitolio.* 6. *De vrbis aedificiis publicis ac priuatis, multitudine incolarum etc.* 7. *Scriptores complures qui Veterem Romam eiusque ornamenta, rudera ac reliquias descripserunt.* 8. 9. 10. 11. 12. *Incrementa et magnitudo Romani Imperii.* 13. *Noua Roma CPolis.* 14. *pag.* 212.

VII. De Scriptoribus qui Chronologiam Technicam et Historicam tradiderunt.

Chronologia duplex, Technica et Historica. 1. *Historicae scriptores veteres ante Eusebium.* 2. *De Eusebii Chronico.* 3. *Chronologi post Eusebium Graeci:* 4. *Latini.* 5. *Arabes id. Recentiores praecipui.* 6. *Scriptores Chronologiae Technicae.* 7. *Parum vtilis quorundam in minutiis et incertis περιεργία.* 8. *Chronologorum dissidia circa annum natalem CHRISTI.* 9. *Idea Chronologica rerum praecipuarum, digesta per sex annorum millenarios.* 10. *Subsidia Chronologica quaedam enumerata, ex quibus in gratiam studiosorum duo h. l. subjuncta exhibentur, Index Archontum Atheniensium et Pontificum Romanorum Alphabeticus.* 11. *pag.* 230.

VIII. Scriptores de Diis, Geniis, Sanctis &c.

Antiquitatum diuisio in sacras, politicas, militares, litterarias et priuati vsus atque domesticas. 1. *In sacris iterum varia consideranda, ac primo dicendum de religiosi cultus obiecto, siue Diis quibus sacra facta.* 2. *Gentes nullae Atheae.* 3. *DEI cognitio vsque quaque testata. Theologiae Naturalis atque Ethnicae scriptores.* 4. *De origine Idololatriae: et quomodo tot Gentibus placuerit multos colere Deos, quum ratio vnum esse Deum suadeat?* 5. *Pro numine culta quaecunque vel prodesse vel nocere possent, vt astra atque aliae res naturales, vel homines eorumque affectiones, vel genii ac daemones.* 6. *Dii et Deae, boni et mali. Solitarii et cum aliis culti Dii; σύνθρονοι et Cabiri.* 7. *Varia nomina et cognomina iisdem tributa Diis, ex varia occasione.* 8. *Vnius summi DEI cultus; Veri DEI nomina et attributa. Cabbalistarum Sephiroth et Kelifoth. Scriptores Theologiae Iudaicae.* 9. *SS. Trinitatis agnitae vestigia apud Iudaeos et Ethnicos.* 10. *Scriptores de Deastris Syrorum et aliarum Gentium Orientalium.* 11.

militaria.



BIBLIOGRAPHIAE ANTIQVARIAE
CAPVT I.
De Scriptoribus Generalibus Antiquitatum Hebraicarum.

Notitia antiquitatum hebraicarum haurienda e ſacris litteris, earumque interpretibus Iudaeis et Chriſtianis, rerum hebraicarum peritis. **1.** *Ex Philone et Ioſepho. ibid. Ex Talmude vtroque, eius Miſchna et Gemara, interpretibus Iudaeis et Chriſtianis.* **2.** *De Moſis Maimonidis, Iacobi ben Aſcher aliorumque epitomis talmudicis.* **3.** *Quanta fide digni ſcriptores Talmudici et Iudaei recentioris aetatis.* **4.** *De corporibus antiquitatum hebraicarum, quae chriſtiani ſcriptores moliti ſunt.* **5.** *De Chriſtianis, qui ſparſim in commentariis et lexicis, vel aliis ſcriptis ſuis antiquitates hebraicas illuſtrarunt.* **6.** *Opera inedita vel promiſſa Balthaſaris Scheidii, Ioſuae Arndii et Theodori Daſſouii,* τῶν μακαρίτων. **7.** *Compendia antiquitatum hebraicarum.* **8.** *Scriptores, qui vnum aliquod argumentum profeſſi plura antiquitatum capita attigerunt.* **9.** *Scriptores, de ritibus recentium Iudaeorum pro varia natione et ſecta diuerſis, nec vnius generis.* **10.** *Delineatio theſauri antiquitatum hebraicarum.* **11.** *Index theſauri antiquitatum hebraicarum Vgoliniani.* **12.**

I.

Vetuſtiſſima et certiſſima memoria antiquitatum hebraicarum ex *ſacris litteris* haud dubie petitur, cuius interpretes ſiue Iudaei ſiue Chriſtiani rerum harum periti et curioſi merito inter ſcriptores praeſentis argumenti familiam ducunt.

Ex illis praecipue fide digni ſunt, qui graece temporibus apoſtolorum Chriſti ſcripſere *Philo*, [1] quem, quum editio ab *Erico Benzelio*, archiepiſcopo Vpſalienſi, exſpectata, nimis diu eſſet protracta, emendatum notisque illuſtra-

[1] Huius ſubleſtam ducit fidem Chr. Schoettgenius hor. hebr. T. II. p. 39. et in libro: Jeſus der wahre Meßias, aus der alten und reinen jüdiſchen Theologie dargethan und erläutert p. 68. eundemque ſemiiudaeum eſſe affirmat, in quo hebraicae ac chaldaicae linguae peritia, nec non traditt. oralium ſtudium deſideretur.

ſtratum duobus voluminibus in Folio Londini 1742. edidit *Thomas Mangey*, et *Flav. Ioſephus* eruditiſſimo *Ed. Bernhardi*, (1697. 12. Ian. aet. 59. denati) ſed quod dolendum imperfecto [2] commentario illuſtratus. Cui inſigni ſcriptori recenſendo porro et expoliendo certatim olim ſuam addixere operam praeſtantiſſimi viri Iac. Gronouius Lugd. ap. Batauos, Pariſiis Ioan. Boiuinius, et Lipſiae Godfrid. Olearius, qui autem vel aliis laboribus impediti, vel morte oppreſſi, conſilium ſuum exſequi haud potuerunt. Feliciori autem fortuna in expoliendo Ioſepho vſi ſunt duumuiri celeberrimi Io. Hudſonus et Sigebertus Hauercampus, quorum ille Ioſephum emendatum atque caſtigatum edidit Oxoniae 1720. Fol. 2 Voll. hic autem cum integris virorum doctiſſimor. notis eundem cum manuſcriptis praecipue Lugduno-Batauis collatum euulgauit Amſtelaedami 1726. 2 Voll. in Fol. ad quam praeſtantiſſimam editionem nonnulla monuit Io. Bapt. Ottius in ſpicilegio triticeo ex flauo Flauii Ioſephi campo. Tiguri 1733. 4.

Philoni et Ioſepho ſuccenturiantur, qui hebraice libros V. T. illuſtrarunt, vt *Iſaacus Abarbanel*, *Moſes Alſcheck*, et ne de aliis in praeſenti dicam, qui in Bibliis Buxtorfianis Baſileae 1618 et 19 in folio editis, atque in Bibliis Hebraicis, Amſtel. 1724. T. IV. in Fol. excuſis exſtant, Aben Eſra, R. Salomo, R. Leui ben Gerſon, Dauid Camius ſ. Kimchi, quorum notitiam et vitas ex Bartoloccio excerptas in analectis rabbinicis, Vltraiecti 1702. 8. editis, vtiliſſimo tironibus har. litterarum libro, dedit V. C. Adr. Relandus, R. Iſaac, qui etiam Iarchius vulgo appellatur, R. Chiskiias, R. Iacob de Leskas, et R. Obadias Sphorno.

Ex Chriſtianis S. Scripturae interpretibus hoc loco nominandi ſunt *Seb. Munſterus*, *Paullus Fagius*, *Ioannes Druſius*, tum *Henricus Ainsworthus*, cuius praeclari in Pentateuchum commentarii exſtant, *Ioannes* item *Lightfootus* in horis talmudicis et reliquis commentariis, atque *Chriſti. Schoettgenius* in horis talmudicis, nec non *Chriſto. Cartwrigthus*, *Iac. Altingius*, *Iac.* et *Ludov. Capelli*, *Ioannes Coccejus*, *Eduardus Pocockius*, *Seb. Schmidius*, *Cherubinus de ſancto Ioſepho*, in apparatu biblico, *Auguſtinus Calmet* in Commentariis in S. S. gallice Pariſ. 1707-1716. XXIII. Voll. in forma quadripartita editis, et 1724. VIII. Voll. in Folio recuſis; et in diſſertationibus, quas ſingulis voluminibus adiunxit, in linguam latinam verſis a Ioanne Dominico Manſi. Lucae 1729. Fol. in linguam germanicam verti coeptis cum Illuſtris Moshemii obſeruationibus, Bremae 1738. 8. cuius ſex euulgatae ſunt partes. *Adam. Erdm.*

Mirus

[2] Tantum libros priores IV. antiquitatum, ſed cum his pleraque Pentateuchi Moſaici ad leges ritusque Hebraeorum facientia explicant. Oxon. 1700. fol. Ceterum de Joſepho et Philone fuſius egit B. Fabricius Lib. IV. c. IV. et VI. Bibl. gr. ſ. Vol. III. p. 104. ſſ. et 228. ſſ.

Mirus in Lexico antiquitatum biblicarum, et pauci quidam alii; nec non qui Leuiticum librum illustrarunt *Aug. Varenius*, *Wolfgangus Franzius*, *Fridericus Spanhemius* T. III. Opp. aliique laudati Mich. Lilienthalio in archiuario biblico V. T. p. 191. quibus vtinam liceret integrum D. Theodori Dassouii commentarium adiungere, cuius specimen tantum sub titulo Scholia Criticorum in Leviticum prodiit.

II. Alter veluti fundus atque fons, ex quo antiquitatum hebraicarum notitia petenda venit *Talmud* est, siue corpus iuris atque doctrinae iudaicae duplex, *Hierosolymitanum* et *Babylonicum*. [3] Vtrumque constat *Mischnah* et *Gemara*. Mischnah quasi δευτέρωσιν atque alteram legem, oralem nempe dixeris, textus et κειμένȣ instar est, cui Gemara tanquam in commentarii vberioris vicem adiungitur, qui Mischnam siue *Mathnitam* explicat vel per *Baraitha* siue sententiam et decisionem in scholis R. Chaia et R. Vschaia traditas, vel per *Tosiphta* siue additionem ad Mischnam, vbi haec fuit concisior. Vide Buxtorfii lexicon Talmudicum p. 2611. 2474. sq. et 452. et Io. Chr. Wolfii, Bibl. Hebr. P. II. p. 660 et 695. sq. Mischnah longe elegantiore purioreque stilo hebraeo rabbinico, licet conciso et abrupto, scripta est, faciliusque intelligitur, et maioris est auctoritatis fideique et antiquitatis quam Gemara, atque si Maimonidem [4] audimus, circa Adriani Imper. tempora in litteras relata. Gemara tum ob alias rationes tum propter obscuriorem chaldaicum stilum admixtaque varia barbara vocabula longe difficilior et paucis intellecta, sedensque in tenebris et pluribus referta fabulis gerrisque et sententiis rabbinicis, aduersa fronte inter se concurrentibus, neque ante sextum a CHRISTO nato saeculum composita, quin immo recentiorum etiam temporum vestigia haud obscure prae se ferens, vt a Joanne Morino aliisque demonstratum fuit.

[3] Celeberrimus Christianus Schoettgenius, Horar. hebraicar. Tom. II. p. 817. et in libro, Jesus, der wahre Messias, p. 63. Talmud haud genuinum esse, ex quo antiquitatum hebraicarum notitia hauriatur, fontem, sed, eidem post sacras litteras et Targumim, libros Iudaeorum, ante opus Talmudicum conscriptos, inprimisque librum Sohar substituendos esse, probare vehementer contendit. Hanc Schoettgenii sententiam sub examen vocarunt et Summe Venerabilis ecclesiarum Lubecensium Praesul, Io. Gottl. Carpzouius in praefat. apparatui historico critico antiqq. S. C. et gentis hebraeae praemissa; cui respondit Schoettgenius in specimine antiquitatum hebraicarum ex libro Sohar, Dresdae 1751. programmatis loco edito: Et Blasius Vgolini in epistola ad Chr. Bened. Michaelis. Venetiis 1748. 4.

[4] Vide ad Codicem Avoda Sarah T. 4. edit. Surenhusii p. 369. vbi argillae Adriani mentio. Alii putant, Antonini Pii Imperat. indultu R. Iehudam doctissimor. sui aeui virorum synodum coëgisse, et ius Hebraeorum in compendium redegisse. Vide Iac. Rhenferdi opera philolog. p. 918.

Talmud, vt dixi, duplex eſt, [5] *Hieroſolymitanum*, in quo quatuor tantum ordines, 1. *Seraim* de ſeminibus, Maſſictae ſiue tractatus vndecim, 2. Moëd de feſtis tractatus duodecim. 3. *Naſchim* de mulieribus tractatus ſeptem, et 4. Ieſchuoth de poenis tractatus octo. His accedit ex ordine Tahoroth de purificatione tractatus vnus, ſed non totus. Vide indicem Talmudis Hieroſolymitani in Io. Lightfooti operibus poſthumis p. 30-62. nec non Zachar. Grapium in idea Talmudis Hieroſolymitani, Lipſ. 1665. 4. Iac. Frid. Reimmannum in hiſtor. theol. iudaicae p. 275. ſeq. et Sigism. Iac. Baumgarten in den Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek. P. XXV. ſ. Vol. V. p. 31. ſſ. Talmud alterum *Babylonicum* in ſex ordines diſtinguitur, quorum Targum Ionathanis Exodi XXVI. 9. meminit, et alterum Targum Cantic. V. 10. Illi ſunt 1. *Seraim* de ſeminibus, 2. *Moëd* de feſtis, 3. *Naſchim* de mulieribus, 4. *Neſikim* de poenis, 5. *Kodaſchim* de ſanctificationibus, et 6. *Toharoth* de purificationibus. Quilibet ordo iterum pluribus conſtat Maſſictis ſiue tractatibus, qui ſinguli in capita ſua diſtinguuntur. Vide indicem codicum capitumque Talmudis Babylonici in Bartoloccii Bibliotheca Rabbinica T. 3. p. 77-662. ſſ. Cherubini de S. Joſepho apparatu biblico T. 1. p. 396. ſq. et T. 2. p. 612. ſſ. apud Galatinum lib. 1. de arcanis catholicae veritatis c. 5. Sixtum Senenſem lib. 2. bibl. ſanctae, Buxtorfium in biblioth. rabbinica, tractatui de abbreuiaturis adiecta, Voiſinium ad Raymundi Martini pugionem fidei p. 31. ſeq. D. Io. Mulleri noſtri τοῦ μακαρίτου Iudaiſmum detectum pag. 33. ſeq. B. D. Zach. Grapii hiſtoriam litterariam Talmudis Babylonici, Roſtoch. 1696. 4. Herm. von der Hardt in natiua corporis iuris iudaici effigie praemiſſa editioni codicis *Taanith*, ſiue de ieiunio. Helmſt. 1712. 8. Iac. Frid. Reimmannum in introd. in hiſtor. theolog. iudaicae, germanice edita, p. 159. ſſ. Sigism. Iac. Baumgarten in den Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek, P. XXV. ſ. Vol. V. pag. 7. ſſ. et inpr. Ioan. Chriſt. Wolfium, τὸν πάνυ, Bibl. Hebraeae P. II. L. IV. p. 657. ſſ. et P. IV. p. 320. ſſ.

Edita eſt *Miſchna* ſaepius ſeorſim tum ſine punctis vocalibus, vt Amſtelod. 1637. 8. tum illis a Salomone Adano et Iacobo Iuda Leone animata, vt ibid. 1646. 8. Etiam cum commentar. כף נחת R. Iſaaci ben Gabbai Venet. 1609. 8. et cum commentariis Maimonidis atque Bartenorae, charactere quadrato

[5] Iudaeorum computus tradit, Talmud *Hieroſolymitanum* abſolutum eſſe Anno iudaico 4229, ſiue Chriſti Dionyſiano 469. Babylonicum 4268 ſiue Chriſti 508. Vide Scaligerum de emendat. temporum lib. VII. p. 655. Miſchna abſoluta anno 150. poſt vaſtationem templi ſecundi, hoc eſt Chriſti 220, vt leges in libro Coſri p. 247. edit. Buxtorfii. Gemaram Hieroſolymitanam compilaſſe dicitur R. Iochanan ſaeculo poſt C. N. tertio Gemaram Babylonicam componere coepit R. Aſche, princeps academ. Soranae in Babylonia, (de quo v. Wolfium B. H. P. I. p. 224.) abſoluit R. Ioſe ſaeculo V. inclinante.

drato Venetiis 1606. fol. Sabionettae 1559. 4. atque cum commentariis eiusdem Iac. Bartenorae, et Josephoth R. Iom Tov Lipman, Pragae 1617. 4. et Amstelod. 1685 et 86. 4. cum breuibus scholiis R. Elisae ben Abraham, Amstelod. 1697 et 1713. 12. et nouissime cum Bartenora, Tosephoth Iom Tov, commentario R. Mosis Leibschütz, et duplici R. Abraham ben Chaiim, Amstelod. 1726. 4. Integram *Hispanice* vertit Iacobus Abendana, Archisynagogus Londinensis, Isaaci frater; de qua v. Io. Christ. Wolfii Bibl. Hebr. Vol. II. p. 719 et 720. et inpr. Vol. IV. p. 327. ff. Rich. Simon in Epistolis selectis T. I. p. 175. auctor est, partem eius Italice versam a Iudaeis, sed ob metum ab inquisitione manuscriptam tantummodo circumferri. Integram *Germanice* transtulisse se testatus est Vir in his litteris versatissimus, Io. Christoph. Wagenseilius libri de spe Israelis p. 40. sed nihil eius hactenus lucem vidit praeter Germanicam interpretationem Codicis נגעים, quo de lepra agitur, commentat. de dialecto Iudaeo-Germanica praemissam. Multam quoque operam in partibus eius variis *Latine* transferendis et commentario illustrandis posuere homines doctissimi christiani, Guil. Guisius, Ioan. Cocceius, idem Wagenseilius, Seb. Schmidius, aliique: sed nemo repertus est ante V. C. *Guilielmum Surenhusium*, qui totam Mischnam explicandam sibi sumeret. Hic enim laudatissimo studio vniuersos Mischnae ordines Hebraice (at sine punctis vocalibus, quod dolendum) cum versione latina partim aliorum partim sua, quae vltimam manum [6] adhuc in quibusdam desiderant, et commentariis Maimonidis et Bartenorae latine adiunctis, et variorum virorum doctorum animaduersionibus atque elegantibus iconibus ad Iudaeorum mentem in aes incisis edidit Amstelodami 1698-1703. in folio sex voluminibus, quae in terna commode possunt compingi. Quod ab eodem doctissimo Surenhusio exspectauimus *promtuarium rituum iudaicorum ex Talmude illustratum*, lucem non vidit. Neque etiam prodiit ea, quam Celeberr. Chr. Reineccius olim promisit, Surenhusii latina Mischnae versio cum breuioribus suis annotationibus; quam tanquam editam perperam adduxit Ioan. Fabricius histor. bibl. suae P. I. p. 248.

In Gemara illustranda paucissimi hactenus sunt versati; nam praeter caput vltimum libri Sanhedrin germanice versum a Christiano Gersone et excerpta ex libro *En Israel* ad codices Sanhedrin et Maccoth, Sota, Succa et

 Cha-

[6] Vide Steph. Soucieti, S. I. specimen stricturarum in Surenhusii opus, quod legitur in Ephemeridibus litterariis Parisiensibus Anni 1710. mense Nouembri, in memoriis Treuoltinis A. 1710. p. 332. 517. & 1221. in memoriis litterariis Anglicanis T. I. p. 35. et recusum est in collectione Dissertationum Criticarum super loca S. S. difficiliora, quae ab eodem Soucieto edita est Parisiis 1715. 4. pag. 594-629. Adde, quae circa laborem Surenhusianum monita sunt in relatt. de bibliotheca quadam Halensi P. XXV. Vol. V. p. 40. vbi simul accurata huius operis recensio exhibetur.

Chagiga a Coccelo, Wagenseilio, Ioan. Iac. Cramero, Christi. Ludouici et Ioan. Heinr. Hottingero nepote edita aliaque perpauca sparsim ab aliis versa et allegata nihil in hoc genere lucem vidit ante eruditos labores viri in his litteris suo tempore facile principis, GEORGII ELIESERIS EDZARDI, qui, magni illius hebraicarum litterarum per Germaniam statoris propagatorisque Esdrae Edzardi, τοῦ μακαρίτου maior natu filius, Gemarae Codicis Talmudici Auoda capita duo priora, quemadmodum et caput primum Codicis Berachot versione perspicua et doctis commentariis illustrata edidit atque cum litterarum rabbinicarum studiosis communicauit. Totius gemarae interpretatio cum notis, quam prelo committere instituerat laudatus Edzardus, a filio superstite asseruatur, digna certe, quae in lucem emittatur. B. Balthasaris Scheidii versio latina totius codicis Berachot, tum Mischnae tum Gemarae, ex liberalitate Viri Humanissimi Ioan. Christo. Wolfii, vna cum integra eius bibliotheca instructissima bibliothecae publicae Hamburgensi cessit, atque in eadem asseruatur.

Talmudis editiones variae exstant. Hierosolymitanum duabus tantum vicibus integrum est excusum; priori vice curante Daniele Bombergio, Venetiis sine anni notatione fol.; qui tamen haud sine ratione 1524. fuisse coniicitur: posteriori Cracouiae 1609. fol. Ordo primus vna cum codice שקלים ex ordine secundo editus est Amstelod. 1710. fol. Conf. I. C. Wolfium B. H. Vol. II. p 892. et Vol. IV. p. 438.

Babylonicum impressum est Venetiis apud Bombergium 1520. fol. et 1546. apud Marc. Antonium Iustinianum. Conf. Bartoloccium T. 3. p. 269. et Wolfium Vol. 2. p. 899.

Basileae 1578. ff. apud Ambrosium Frobenium, quae editio loca S. Scripturae in ora libri notata habet, sed in qua vicissim exsecta sunt Marci Mariani Brixiani studio, quae in CHRISTUM et Christianos dicta erant, vna cum integro Codice Auoda Sara.

Cracouiae 1603. ff. in qua editione restituta sunt quae Basileenses expunxerant. Vnde correctiorem in quibusdam appellat Ioan. Wulferus ad codicem Schekalim p. 36.

Hanouiae 1618. seq. Vide Andr. Cheuillierium de origine typograph. p. 269. adde I. C. Wolfium B. H. Vol. II. p. 908.

Lublini 1617.

Amstelodami 1644. ff. fol. minori; quam editionem Iudaeis et Christianis auro cariorem haberi, neque hodie vbiuis prostare, obseruat Christi. Schoettgenius rabbinicar. lectt. L. I. C. 13. s. Vol. II. hor. talmudic. p. 839.

Francofurti ad Viadr. 1697. et 1715. ff. Huius edit. exemplar in mem-

membrana Dauid Oppenheimer, Archiſynagogus Iudaeorum Pragenſium, ſuos in vſus exprimi curauit, quod mille imperialium ſumtus requiſiuit, a B. Io. Chr. Wolfio in bibliotheca Oppenheimeriana, quae Hanouerae fuit, oculis vſurpatum. v. Eius B. H. Vol. IV. p. 444.

Amſtelodami 1714. coeptum, et Francofurti ad Moenum 1720. abſolutum. Cuius ſex exempla in candido ſerico, duodecim in membrana pergamena excuſa eſſe memorat I. I. Schudtius memorabilium Iudaicor. P. IV. contin. 2. p. 233.

Nouam Talmudis editionem Amſtelodami ea conditione parant Iudaei, vt pecunia ante repraeſentetur, quam ipſum opus prelo ſubiiciatur.

In Bibliotheca Bodleiana inter codices Seldenianos exſtat exemplum Talmudis, quod eruditus quidam Iudaeus totum emendando percurrit. *Miror*, inquit Thomas Hyde ad itinera mundi deſcripta ab Abrahamo Peritſol, p. 19. *Iudaeorum deſidiam et incuriam, quod cariſſimum ſuum Talmudem in omnibus ſuis editionibus vbique paſſim corrupte et incorrecte mendis ſcatentem prodire ſinant. Si quis recudere vellet, ad dictum noſtrum exemplum Seldenianum (excepto quod proh dolor vnus deſideratur Tomus) correctiſſima adornari poſſet editio.*

III. Talmudis egregium compendium, non tantum breuius, ſed et luculentius et facilius vniuerſam doctrinam Talmudicam complexum ſcripſit iudicio et doctrina inter Iudaeos longe praeſtans, *Moſes Maimonides*, Cordubenſis, medio ſaeculo XII. clarus, quem cum Platone et Cicerone confert Dauid Humphreys, Biblioth. Anglic. T. 2. p. 4. id quoniam in libros XIV. diſtinxerat, vocauit יד ſiue manum, addiditque ex Exodi XIII. 9. aliisque Scripturae locis encomium Iad Hhaſaka יד חזקה Manum fortem. Hoc opus eximium et rariſſimum hactenus, ex editione CPolitana 1509. et Veneta vtraque A. 1550. et 1574. commentariis illuſtrata vna cum iconibus in aes inciſis luculenter recuſum eſt Amſtelod. 1702. curante Immanuele fil. Ioſephi Athiae 4 partibus 2 Voll. fol. Argumenta ſingulorum XIV. huius operis librorum recenſent Frid. Iac. Reimmannus Introd. in hiſtor. theol. iud. pag. 313. ſſ. et Io. Chriſto. Wolfius ὁ πάνυ B. H. Vol. I. pag. 840 ſſ et Vol. III. pag. 774. ſſ. Latine quaedam vertit ex hoc libro Ludou. Compiegne de Veiel [7], quae in opuſcu-

[7] Ex Iudaeis is eſt prognatus, qui *de Veil* cognomine dicti ſunt, et ſcriptionibus quibusdam inter ſuos claruerunt. Chriſto nomen dedit Compendii A. 1655, et Ludouici nomen a Ludouico XIII. Galliae Rege, *de Compiegne* autem ab vrbe, in qua iudaicam eiurauit ſuperſtitionem, accepit. Inter Pontificios per aliquot annos verſatus Reformatorum placita eſt amplexus, et in Angliam traiecit, vbi ſcriptis Hebraeorum ac potiſſimum Maimonidae latine conuertendis operam dedit. v. Wolf. Vol. I. p. 724. adde Huetii epiſtolam ad Braunium, in collectione Tilladeti T. 2. p. 208.

opuſculis, ad hiſtoriam et philologiam ſpectantibus, faſc. 6. recudenda dedit Thomas Crenius, Tomoque VIII. Theſauri antiquit. ſacrar. qui Venetiis excuditur, vberioribus obſeruationibus illuſtrata inſerenda curauit Blaſ. Vgolinus. R. Iacobi bar Aſcher circa A. C. 1340. clari *Arba Turim* ſ. quatuor volumina, ſanctionum Talmudicarum breuiarium complexa praeter editionem Berolinenſ. 1702. et 1703 fol. nouiſſime prodierunt cum commentariis R. Ioel Sircks ac Ioſuae Falck Francof. ad Moen. 1714-16. et Wilmersdorfii 1727. fol. IV. Voll. Conf. de huius operis diſpoſitione ac ſingular. part. argumentis I. C. Wolfii B. H. Vol. I. p. 582. et 83. Vol. III. p. 444. ſſ. et Vol. IV. p. 864. ſq. Ampliſſimum in Arba Turim commentarium compoſuit R. Chaiiem Benbenaſte, de quo v. Wolf. B. H. Vol. I. p. 370. qui quoque conſuli poteſt de R. Ioſua Peleck, Vol. I. p. 465. et de Ioſepho Iſchkapha ib. p. 502. quorum vterque in Baal Turim commentatus eſt. Plures commentatores adducit Wolfius Vol. III. B. H. p. 752. Moſis Tarnenſis Kiriath Sepher breuiſſimum et diſtinctiſſimum Talmudis compendium laudat Morinus pag. 26. Exercit. Bibl. cum quo conſentit Wolfius B. H. Vol. I. p. 824. Praeter allatos auctores in exponendis antiquitatibus hebraicis verſati quoque ſunt R. Abraham ben Dauid Arie, h. e. Leo Mutinenſis, in libro שלטי הגבורים, *clypei fortium* dicto; de quo conf. Wolf. Vol. I. pag. 37. R. Iacob Lando in ספר אגור, *libro collecto*; de quo Wolf. l. c. pag. 595. et R. Moſes Iacobi in מצות גדול, quem, teſte Wolfio Vol. I. p. 760. B. Theodorus Daſſouius in limine exemplaris ſui appellat librum Iudaeis carum et Hugoni Grotio dilectum, et antiquitatum cornucopiae, in quo ritus in templo vſitati inter caetera explicentur. Liber En Iacob ſiue fons Iacobi, e Deut. XXXIII. 28. petito titulo, qui hodie plerumque vocatur En Iiſchrael, narrationes hyperbolicas, in vtriusque Talmudis Gemara obuias, quae Aggadae dicuntur, exhibet. Titulum libri Buxtorfius in biblioth. rabbin. vertit עין oculus, minus bene, vt iam pridem obſeruauit Wagenſeilius in epiſtola de infundibulo ſuo, p. 87. Ceterum de *Aggadis* atque Tropologiis, quae in Gemara occurrunt, vide ſis librum Coſri p. 252. ſeq. De Maamadoth, i. e. dictis S. S. et canticis, quae Leuitae in ſanctuario ex Iudaeorum mente recitare ſoliti fuere, quaeque Iudaei recentiores itidem cum Gemara et Aggada quotidie in memoriam ſacrificiorum olim oblatorum recitant, conf. Wolf. Vol. II. p. 1358. ſq. et Vol. II. p. 1052.

IV. Quaeſitum eſt inter eruditos ac multum diſceptatum, tutone posſimus Talmudicis Doctoribus et Rabbinis eorum legentibus veſtigia, habere fidem, vt ex illis tanto temporum interuallo disiunctis veram de antiquis Hebraeorum ſtante vtroque templo ritibus ſacris et iuribus moribusque notitiam

titiam certo haurire nobis liceat, ad ſacras Veteris Nouique Teſtamenti litteras illuſtrandas. Vbi duo vtrinque extrema fugienda eſſe duxerim, ad quae plerique prolabentes dum vltro citroque modum excedunt, verum rectumque conſiſtere haud patiuntur. Ex vna certe parte videas viros doctos, qui in lectione Rabbinicorum ac Talmudicorum ſcriptorum aetatem contriuerunt, tantum illis tribuere, vt ex eorum leuiſſimo aſſenſu vel indicio ſtatim libenter pendeant, eos velut oracula loquentes ex tripode et omni exceptione maiores auctores audiant etiam contra clariſſima Hieronymi, Epiphanii, quin immo Iudaeorum vetuſtiſſimorum Philonis et Ioſephi teſtimonia, quod mihi non modo magnum illud tot ſaeculorum ſpatium, quibus Rabbini poſt vixerunt, ſed et ignorantiam, vanitatem, ineptias et contradictiones in ſcriptis eorum obuias, et a Morino atque aliis viris doctis notatas [8] cogitanti videtur minime committendum eſſe, qui vnum Philonis vel Ioſephi teſtimonium lubenter praetulerim decem Rabbinis, [9] a *quorum lectione ardua res eſt et rara*, Ed. Bernhardo p. 210. ad Ioſephum iudice, *non delirare*. Viciſſim alii omnia illa, quaecunque ex Talmude vel Rabbinis proferuntur, ſtatim ſimul ſemelque abiiciunt atque velut indigna et abſurda, ne dicam blaſphema, explodenda exiſtimant, veluti merae ſint inſcitiae et nihil plane auri ex ſtercore rabbinico colligi poſſit, [10] atque ſanctuario illud inferre prorſus ſit nefas, quam in ſententiam multa diſputat Iſaacus Voſſius, vir eruditiſſimus, in reſponſione ad Obiecta Criticae ſacrae Var. Obſeru. p. 327. ſq. et 331. ſeq. quo in loco acerrime in praeclarum virum Ioannem Lightfootum [11] inuehitur, qui rabbinicis conſpurcare nugis nebuliſque obducere ſacros Noui foederis libros non dubitauerit. Voſſio ſuccenturiantur Claudius Capellanus in mari rabbinico infido, ſ. num fidendum Rabbinis. Pariſ. 1667. rec.

[8] Ita Maimonidis ſuſpectam in antiquitatibus iudaicis fidem oſtendere ſuſtinuit Erdm. Godofr. Camentius pec. Diſſ. Witteb. 1716. 4. Nec mitius de eodem iudicat Cel. Chriſti. Schoettgenius apud Wolfium Bibl. Hebr. Vol. IV. p. 917.

[9] Quam parum illis tribuendum ſit etiam in linguae hebraicae vera indole explicanda atque in rebus ſacra ipſorum ſpectantibus, declarat praeter Ioan. Morinum parte poſteriore Exercitatt. Biblic. Ioan. Brunsmannus in libro cui titulus *Iudaica leuitas*, Hafniae 1705. 8. quibus adde memorias literarias Treuoltinas A. 1711. p. 635.

[10] Etiam in interpretatione S. ſcripturae vtiliter adhiberi poſſe Iudaeos praeter alios, Ioan. Chriſto. Wolfio B. H. Vol. II. p. 970. et Vol. IV. p. 453. citatos, docuere Fourmontius in epiſtolis apologeticis aduerſus Calmeti commentar. in geneſin gallice editis. Pariſ. 1710. 12. conf. memor. Treuoltinas anni 1711. p. 632. ſſ. et Chr. Schoettgenius in horis hebraicis et Talmudicis. Dresdae 1733. et 1742. 4. adde Sebaldum Rau in Diſſ. de eo, quod fidem merentur Iudaeorum monumenta ſacris in antiquitatibus et ſenſu earum myſtico. Vltrai. 1751.

[11] Monuit quoque contra eius interp. loci Matth. XVI. 19. ex hebraiſmo nonnulla Seb. Schmidius in faſciculo diſputatt. theologico-philolog. Argent. 1676. 8. Diſp. XII. p. 676.

rec. T. X. fascic. Crenii. Gerardus Veltuyckius in itineribus deserti de iudaicis disciplinis et earum vanitate. Venet. 1589. 4. Ioan. Forsterus in praefat. ad lexicon hebraicum, et Franc. Ribera cuius sinistrum de Rabbinis S. scripturae interpretibus iudicium legitur in memoriis Treuoltinis anni 1721. p. 881. seq. Equidem non negauerim aliqua interdum afferri ex Talmude et Rabbinis ad illustranda Noui foederis loca, quae longius petita sunt, et nec caelum nec terram tangunt, neque hilum faciunt ad lucem illi afferendam: largior etiam haud absurde viros doctos [12] suspicari, quod Rabbini ex libris Noui Testamenti quandoque hauserint, quae deinde Christiani existimarunt sacros scriptores a Iudaeis petiisse, quam in rem Vossius pag. 327. *Quod vero ritus attinet, scimus et nos Rabbinos non minus forsan diligenter legere Euangelia quam Christianos, et quamuis* CHRISTVM *non admittant; ritus tamen veterum Hebraeorum ex Euangeliis et Actibus Apostolicis et in suos transferre commentarios. Istos vero ritus quum legunt Christiani, velut gemmulas colligunt, existimantes ex perenni traditione conseruatam a Rabbinis eorum fuisse memoriam.* Conf. Mericum Casaubonum de quatuor linguis p. 110. Knatchbullum ad N. T. haud vno loco, Ioan. Oweni Theologumena pag. 384. Edit. Bremens. Henr. Teelmannum commentario ad cap. XVI. Lucae pag. 2. sq. Augustum Pfeifferum τὸν μακαρίτην in Mataeologia Iudaica et Mahumedana Ex. I. § 40. et in confutatione Anonymi Chiliastae, (Abfertigung eines vermeinten Chiliasten) p. 80. Lightfootum ipsum in Miscellaneis Christianis et Iudaicis cap. 19. et 20. T.I. Opp. p. 205. Ioan. Clericum ad Hammondum in Matth. XX. 15. et T. I. Bibl. vniuersalis pag. 386. et Ioan. Georg. Wachterum in Spinosismo Iudaico, (Spinosismus im Judenthum) p. 45. sq. Nihilominus tamen haud assentior Vossio, paullo post subiungenti: *Si itaque exceperis ea, quae ex Euangeliis, Aristaeo, Philone, Iosepho et gentium hausere annalibus, nihil omnino de toto hoc tempore* (ab Artaxerxe ad Iustinianum) *in Iudaeorum supererit scriptis, quod non sit commentitium. Si quid veri de R. Akiba, Hillele et aliis in illorum occurrat libris, omne id habent ab Origene et praecipue Hieronymo, cuius saepe in Talmude fit mentio. Absque illis istorum ne quidem nossent nomina.* Hieronymi in Gemara (sed neutiquam frequentem) fieri mentionem notauit Morinus, propterea vero omnia alia, quae in Talmude praeterea leguntur, commentitia statuere temerarium est. Porro Gemara licet nugis fabulisque sit refertissima, ideo non statim explodenda Mischna, rituum morumque Hebraicorum, saltim quatenus post euersum templum de illis per traditionem constitit vel adhuc reliquiae eorundem inter Iudaeos superfuerunt, certissi-

[12] Vide Ioan. Andr. Danzium de curatione Christi Sabbathica § IV. p. 180. in Meuschenii N. T. e Talmude illustrato.

tiſſimus theſaurus. Adeoque vbi illa praeeunte, de ritu quodam et more apud Hebraeos vſitato Rabbinorum conſenſus adducitur, is neutiquam contemnendus venit, ſed donec certiſſimis rationibus aut melioribus teſtimoniis confutari poſſit amplectendus, et vtiliter adhibendus ad lucem ſacris ſcriptoribus afferendam, quod praeter Druſium, Scheidium, Lightfootum aliosque ſupra § 1. laudatos oſtenderunt Hottingerus in primitiis Heidelbergenſibus diſſ. 3. de vſu ſcriptorum Hebraicorum ad N. T. Ioannes Braunius libro V. ſelector. ſacror. Exerc. 2. de ſapientia Hebraeorum. Wagenſeilius in telis igneis Satanae p. 66. ſeq. Laur. Oldhelius in ſynag. bifronte. Francof. 1691. 4. Io. Gothofr. Lakemacherus orat. de ſtudio rabbinico a recentiorum quorundam criminationibus vindicato. Helmſt. 1728. 4. rec. parte quarta obſſ. philologicarum p. 118. Io. Pfefferkornius vna cum Profeſſoribus quibusdam Colonienſibus adeo infeſto fuerunt in Talmud librosque Iudaeorum omnes animo, vt Imperatori Maximiliano conſilia de comburendis illis ſuppeditarent. Horum autem conatibus viriliter reſtitit Ioan. Reuchlinus. Quae quidem lis varia ex vtraque parte ſcripta produxit, quae accuratae enarrat Io. Chriſto. Wolfius B. H. Vol. I. p. 986. et Vol. IV. p. 956. Ceteroqui in laudandis Rabbinorum teſtimoniis magno iudicio magna circumſpectione opus eſt. *Nunquam ſine riſu*, inquit Ioan. Morinus p. 225. Exerc. Bibl. *legere potui virorum quorundam Hebraice doctiſſimorum opuſcula, qui putant ſe ex vnius aut alterius Rabbini neoterici ſcriptis de antiquis politicis Iudaeorum moribus iudicium ferre poſſe.*

V. Ex chriſtianis hominibus nemo forte exſtitit hactenus, qui plenum et omnibus numeris abſolutum ſyſtema antiquitatum Hebraicarum dare nobis inſtituiſſet. Plura tamen eorundem capita egregie illuſtrat Benedictus *Arias*, a patria dictus *Montanus* [13] in antiquitatum Iudaicarum libris IX. Tomo octauo Criticorum ſacrorum Anglorum inſertis, et *Guilielm. Goeree* in continuatione Cunaei de republica Hebraeorum, Belgice primum vulgata, dein gallice vna cum Cunaeo Amſtelodami 1705. [14] tribus Voll. 8. atque in opere duplici Belgica lingua edito de Moſaicis antiquitatibus 4 Voll. fol. et de Iudaicis antiquitatibus 2 Voll. fol. Amſtelod. 1690 et 1702. cuius elaboratis-

[13] Vide Colomeſium p. 75. Opuſc.

[14] Hiſce tribus voluminibus addenda alia duo a V. C. *Iac. Baſnagio* edita ſub titulo: *Antiquitez Judaiques, ou Remarques critiques ſur la Republique des Hebreux.* Amſterd. 1713. 8. quod opus diuerſum eſt ab eiusdem *Hiſtoria Iudaeorum.* Amſtel. 1710. 12. itidem Gallice edita, et ſexto Tomo in ſupplementi et apologiae vicem aucta. Haec Hiſtoria Anglice etiam verſa lucem vidit Londini, et Gallice Pariſiis 1710. ſed ſine auctoris nomine et mutatis quibusdam atque omiſſis itemque interpolatis recuſa, curante Lud. Elia

ratiſſimi et variis elegantibus (vtinam ad veterum Iudaeorum mentem ſemper expreſſis) tabulis in aes inciſis ornati operis non mediocris eſt apud multos auctoritas. Hiſce accedunt: *Ioannes Lundius* in den alten jüdischen Heiligthümern Hamburgi 1701. 1712. et denique 1738 fol. cui vltimæ editioni acceſſerunt doctiſſimae Viri in hiſce litteris Summi Joan. Chriſto. Wolfii annotationes, maximum ei non ſolum prae prima illa, quae tribus in 8uo Voluminibus fuit diſtincta, ſed reliquis quoque, quae in folio fuerunt excuſae, editionibus decus pretiumque conciliantes. Dignum fuit viſum hoc opus Belgis, vt in linguam eorum conuerteretur. Quae verſio prodiit Amſtelodami 1726.fol. annotationibus Gerardi Outhofii inſtructa; quas quidem nouiſſimae editioni inſerendas curauit Io. Chr. Wolfius. *Thomas Lewis* in originibus Hebraeis, quae anglico ſermone compoſitæ, quatuor voluminibus prodiere Londini 1724 et 25. in 8. In octo libros diuiſum eſt opus iſtud; quorum *Primus* agit de originibus et fortuna populi Hebraeorum et Palaeſtinae, de republica iudaica, ſynedriis ſ. iudiciis et poenis. *Secundus* de ſacerdotibus eorumque officiis ac reditibus nec non de prophetis veris falſisque, deNazaraeis,Rechabitis, de ſectis, de ſcribis et publicanis. *Tertius* de excelſis, tabernaculo, templo, ſynagogis, proſeuchis. *Quartus* de Hebraeorum religione, ſacramentis et ſacrificiis, ieiuniis, feſtis, anno ſabbatico et iubilaeo. *Quintus* de idololatria et idololatris, de Samaritanis aliisque, et c. 22. inprimis ſiſtit vindicias Iudaeorum de falſo illis imputato cultu aſini, porci, caelorum et Bacchi. *Sextus* de vrbe Hieroſolyma, Patriarchis, Aechmaloarchis, de legibus ciuilibus et ceremonialibus, ſeruis, re militari, ponderibus et menſuris, agricultura et re pecuniaria. *Septimus* de Aſtronomia et computo, aliisque artibus, nec non commerciis, nauigatione, ſtudiis, et doctoribus, Talmude et XIII. articulis fidei iudaicae. *Octauus* denique de canone V. T. et libris apocryphis, LXX. Interpretibus, Ariſtea, verſione Aquilae et Chaldaea paraphraſi. Denique *Petrus Iurieu* in Hiſtoria critica dogmatum rituumque bonorum et malorum, qui in eccleſia Dei obtinuerunt ab Adamo ad Chriſtum vsque, et de origine idololatriae ex collatione Iudaismi illuſtratae. Amſtelod. 1704. 4. Gallice, vna cum appendice, et anglice Londini 1705. 8. duobus voluminibus.

VI. Sparſim quoque multa attingunt *Ioan. Buxtorfius* in Lexico Talmudico

Elia du Pin Nonnulla in eadem reprehendit vir doctiſſimus Maturinus Veiſſierius la Croſe in libro gallico quem nomine ſuo diſſimulato edidit, *entretiens ſur divers ſujets d'Hiſtoire, de literature, de Religion et de Critique*, à Cologne 1712, 12. p. 126. ſq. et Richard Simon in Bibl. noua ſelecta ibidem Gallice edita T. 2. c. 16. p. 254. ſq. Ipſe Baſnagius nouam hiſtoriae ſuae iud. editionem Hagae Comitum 1716. 8. curauit, nouem tomis diſtinctam, et praefatione apologetica munitam.

dico et in variis diſſertationibus; *Ioannes Heinricus Otto* in Lexico Rabbinico Philologico; *Ioannes* praecipue *Lightfootus*, et ex quo hic ſubinde profecit *Henricus Ainsworthus*, tum *Ioan. Seldenus*, *Ioan. Cocceius*, *Ioan. Heinric. Hottingerus*, *Iac. Altingius*, *Conſtantinus L'Empereur* ſiue *Imperator*, *Ioan. Chriſto. Wagenſeilius* in ſuis ſcriptis, *Hermannus Witſius* in ſuis Miſcellaneis, *Theodorus Daſſouius* in ſuis diſſertationibus, et in collegiis, ſiue praelectionibus, quae calamo exceptae in ſtudioſorum manibus circumferuntur; *Ioan. Andr. Danzius* item, *Ioan. Chriſto. Wichmanshauſen*, *Conr. Ikenius*, *Io. Georg. Michaelis* in Diſſertatt. ſuis. Videntur et hoc loco commemorandae eſſe DD. *Ioan. Conr. Dieterici, et Ioan. Andr. Quenſtadii* antiquitates Biblicae. *Ioachimi* item *Hildebrandi* poſt auctoris mortem vulgatae a Rev. *Ioan. Andr. Schmidio*, et *Sam. Frieder. Bucheri* antiquitates Biblicae. Vitemb. 1729. 4. *Paulli Sherlogi* dioptra Antiquitatt. Hebraicarum libris II. Lugd. 1651. fol. *Cherubini de Sancto Ioſepho*, Carmelitae, apparatus Biblicus, Louan. 1703. fol. 3. Voll. *Chr. Schoettgenii* horae hebraicae, ſupra p. 1. not. 1. laudatae. *Io. Gothofr. Lakemacheri* obſeruatt. philologicae et *Auguſtini Calmeti* Dictionarium Biblicum, quod prodiit gallice Pariſiis 1723. fol. cui deinde acceſſerunt ſupplementa duob. tomis ibid. 1728. fol. Latine illud verſum eſt a Ioan. Dom. Manſi. Lucae 1725. fol. Germanica autem interpretatio Voll. IV. in 4. Lignitii 1751-54. cum praefatione S. R. Ioecheri prodiit.

VII. Praecipue magnum ſtudium in hoc genere poſuit indefeſſa B. *Balthaſaris Scheidii*, Profeſſoris quondam Argentoratenſis, A. 1670. 26 Nov. denati, induſtria, licet opera eius edita non ſint, at nouem ſatis ſpiſſis voluminibus in quarto deſcripta et ad prelum parata exſtant in hac vrbe Hamburgenſi inter MSta, quae bibliotheca publica ex liberalitate viri ſupra laudes Ioan. Chriſto. Wolfii poſſidet. In illis Scheidianis quinque volumina occupat Nucleus Talmudicus et Rabbinicus, ſiue commentarius Talmudicus et Rabbinicus in omnes Veteris Teſtamenti libros atque in Nouum Teſtamentum, qui quoniam Druſio omiſſa tradit inſcribitur *Praeterita Praeteritorum*. Cetera quatuor volumina in latina verſione partium Gemarae et vocabulis peregrinis Talmudis per Lexici modum interpretandis abſoluuntur.

Haud minori diligentia in ipſo illo ſtudiorum genere verſatus eſt *Ioſua Arndius*, Praeſul olim Guſtrouienſis, A. 1685. 7 April. exſtinctus. Reliquit enim is plene elaboratam Antiquitatum Iudaicarum clauim ſiue Lexicon, quale Antiquitatum Eccleſiaſticarum ab eodem habemus; nec non Locos Communes dogmatum et rituum veterum ac recentium Iudaeorum Rabbinorum Commentatorum, cui filius *Carolus Arndius*, Hebraicarum litterarum in Academia Roſtochienſi olim Profeſſor addere promiſit Bibliothecam Antiquitatis

Iudaicae selectam. Vide eiusdem Caroli Arndii commentationem de vita et scriptis parentis sui, in Henr. Pippingii memoriis Theologorum p. 178. et orationem inauguralem Rostochii 1711. editam p. 15. 16. Ast vero promissis suis haud stetit filius Car. Arndius.

Inprimis autem harum litterarum studiosi vehementer optarunt, vt in lucem edita fuissent, quae de antiquitatibus Hebraicis ad sacrarum litterarum lucem obseruata olim praeclare sunt *Theodoro Dassouio*, qui Wittebergensem primum ac deinde Kiloniensem academiam eruditione sua ac meritis ornauit, et denique Superintendentis Regii generalis partibus in Holsatia regii iuris cum laude functus est, A. 1721. rebus humanis ereptus.

Promisit vir ille Celeberrimus 1. Historiam Hebraeam 2. Versionem codicis Talmudici Menachoth, siue de muneribus frugum Deo oblatis cum tota gemara Babylonica. 3. Lexicon Hebraicum emphaticum.* 4. Versionem Commentarii Salomonis Iarchii,[15] doctissimi litteratoris Hebraei, in Exodum et Leuiticum. 5. Codices nonnullos Mischnicos Latine versos, suae luci restitutos, et a tenebris quibus ab aliis inuoluebantur liberatos, v. g. Codicem Babha Mezia. 6. Mosis Maimonidis titulos duos, nempe titulum de oblationibus, et titulum de siclis. 7. Iom Tobh, accuratas commentationes in titulum de Iugi sacrificio, et titulum de festo expiatorio. 8. Holocausta, victimas pro peccato et pro reatu caesas, vt et victimas salutares, ex libro antiquissimo *Siphra*, quem Iudaei ferunt in oculis, recensitas. 9. Titulos duos Talmudis Hierosolymitani, nempe titulum de sollemni comparitione in festis, et titulum de primitiis. Quos a se exspectandos labores Ipse B. Dassouius vberius recensitos inseri iussit Nouis litterariis maris Balthici A. 1705. p. 86. Dolendum certe vehementer est, tantum reconditae eruditionis iudaicae thesaurum [16] tenebris premi, nec quiquam ex eo in lucem prodiisse; eoque magis mirandum est, neminem huic euulgando manus admouisse, quum ipse Dassouius, teste Erico Benzelio in notitia litteraria p. 56. maturandae editioni certam pecuniae summam legauerit.

VIII. Succinctius in tironum vsum complexi pleraque sunt Germanica quidem lingua M. *Christophorus Semler* in antiquitatibus S. Scripturae. Halae 1708. 12. et *Paullus Christophorus Hoepfnerus* in Hierosolyma antiqua. Ib. 1715. 12. vterque liber iunctim excusus est Halae 1732. 8. *Ioannes Iacobus*

* Huius specimen Parti 3. animaduers. philolog. a se edit. adiecit S. V. I. D. Wincklerus.

[15] Commentarium R. Salom. Iarchi in totum Pentateuchum latine ex versione sua edidit Vir nobilissimus Io. Frid. Breithaupt. Gothae 1710. 4.

[16] Laurentius Normannus, Vir orientalis philologiae peritissimus, tanti fecit Dassouianas hasce antiquitates, vt maximam partem sua manu describeret, quod quidem exemplar in bibliotheca publica Vpsaliensi asseruatur.

bus Schmidius item in biblico Hiſtorico. Lipſiae 1728. Cuius libri in ſeptem diſtributi partes pars vltima antiquitates iudaicas perſequitur. Et *Caſpar Abelius* in antiquitatibus iudaicis. Gardelegae 1736. 8. qui tamen liber potius hiſtoriam gentis hebraeae, quam accuratam antiquitatum hebraicarum expoſitionem exhibet. Anglica lingua *Thomas Goodwin* in Moſe et Aaron, ſiue de ritibus et antiquitatibus hebraicis, qui ex vernacula ſaepius editus, hinc Belgice quoque, Daniele Peenio interprete, recuſus apud Batauos Amſtelod. 1694. 8. et latine cum notis breuibus Io. Henrici Reitzii, Bremae 1679 et ſexta vice ibid. 1722. 8. cum nouis eiusdem editoris animaduerſionibus et Herm. Witſii diſſertat. duplici de theocratia Iſraelitica et Rechabitis. Cum clariſſimi Ioan. Henrici Hottingeri Nepotis, notis et animaduerſionibus prima vice Francof. ad Moen. 1710. 8. et demum Lugd. Batav. 1724. 8. cui acceſſerunt Laudati Reizii notae, et Taconis van den Honert praefatio commendatitia. Denique cum ampliſſimo Viri in hoc litterarum genere ſummi Ioan. Gottlob Carpzouii, Theologi de eccleſia puriori longe meritiſſimi commentario ita expolitum eſt Goodwini compendium, vt iam ſyſtematis nomen merito tueri queat. Belgica lingua *Daniel le Roy* in antiquitatibus iudaicis, Roterodami 1702. 8. et *Iac. Leydeckerus* in Adamo, Moſe et Chriſto. Gallica *Iacobus Infantius* (*L'Enfant*) in introd. in N. T. gallicæ N. T. verſioni, a ſe Amſtelod. 1718. 4. editae, praemiſſa: quam in germanicam linguam conuerſam Lipſiae 1730. 8. edidit Ioan. Fr. Chriſto. Erneſti. Et *Claudius Fleury* in libro, cuius index eſt: mores Iſraelitarum. Pariſiis 1681. edito et Hagae Comitum 1682. 12. recuſo; deinde in Belgicam linguam, interprete D. Ghiis Amſtelod. 1702. 8. in germanicam per Ioan. Enckhuſen. Hanouerae 1708. 8. conuerſo. His addendi, qui latine ſcripſere *Ioan. Leusdenius* in Philologo Hebraeo mixto Vltrai. 1682. 4. *Auguſtus Pfeifferus* ὁ μακαρίτης in ſpecimine antiquitatum ſacrarum et antiquitatibus Hebraicis ſelectis Lipſ. 1685. 12. et inter opera Philologica. Vltrai. 1704. 4. quibus addas licet eius σκιαγραφίαν antiquitatum Hebraicarum, quam Witteb. 1670. euulgatam, auctiorem dedit in Critica ſacra, p. 150. edit. recentiſſ. cum acceſſionibus Ioan. Andr. Mich. Nagelii. Altorfii 1751. excuſae, et locupletatam a ſe exhibet *Ioan. Iacob. Schudt* in Deliciis Hebraeo-Philologicis Hiſtoriae ipſius Iudaicae ſubiectis p. 147. ſeq. qui et ipſe p. 166—177. aliquam ſcriptorum de antiquitatibus Hebraicis notitiam tradere inſtituit. *Henr. Iac. van Bashuyſen* in Sciagraphia Syſtematis Antiquitatum Hebraicarum; Hanouiae 1702. 4. et Syſtemate Antiquitatum Hebraicarum minori. ibid. 1715. 8. *Hadrianus Relandus* in Antiquitatibus ſacris veterum Hebraeorum, quod elegans compendium prodiit Vltrai. 1708. 8. et longe locupletius 1712. 8. ac

deinde

deinde iteratis vicibus etiam in germania recufum eft. *Bernardus Lamius* in Apparatu Biblico Lugd. Batauor. 1711. 8. auctiusque recufo Lugd. Gallor. 1723. 4. *Ioachimus Langius* in myfterio Chrifti ac Chriftianifmi in fafciis typicis antiquitatum Biblicarum Veteri Teftam. Halae 1717. 4. *Conradus Ikenius* Profeffor nuper eruditiffimus linguarum orientalium in Gymnafio Bremano in Antiquitatibus Hebraicis fecundum triplicem ftatum Iudaeorum, Ecclefiafticum, Politicum et Oeconomicum, Bremae 1730. 8. euulgatis, faepiusque et nouiffime 1741. ibidem recufis. *Ioannes Mayerus* in Antiquitatibus Sacris editis ab H. A. Reutero. 1733. 8. *Ioannes Henr. Zopfius* in Introductione in Antiquitates facras veterum Hebraeorum. Halae 1734. 8. *Ioan. Leonh. Rechenbergerus* in Sacris Iudaeorum ritibus antiquis. Ienae 1740. 8. *B. S. Cremerus* in Poëcile Antiquitatum Sacrarum fub variis fpeculationibus et contemplacionibus exhibita. Amftelod. 1740. 4. *Theodorus Daffouius* in Antiquitatibus Hebraicis, e MSto B. Auctoris editis Hafniae 1742. 8. et *Andr. Georg. Waehnerus*, V. C. in Antiquitatibus Hebraeorum. Göttingae 1743. 8.

IX. Non defuere praeterea, qui fpeciale quoddam argumentum promittentes in omnifaria tamen antiquitatum Hebraicarum genera funt euagati, quales funt *Ioan. Stephanus Menochius*, *Carolus Sigonius* et *Melchior Leydeckerus* in fcriptis de Republica Hebraeorum, praefertim fi in Sigonium notae conferantur *Ioannis Nicolai*, auctius recufae 1701. Amftel. 4. et *Laurentii Maffeii*, Sigonii libro T. IV. opp. Sigonii Mediolani 1734. iunctim editorum inferto adfperfae. His etiam accenferi poterit *Fortunatus Scacchus* in facrorum Eleochrysmatum Myrotheciis tribus, quae ex edit. Romana 1625. 1627. 1637. 4. rariffime antea inueniebantur, nunc vero obuia funt ex edit. Amftelodamenfi A. 1701. fol.

X. Recentiorum Iudaeorum ritus et confuetudines in quibusdam faltim cum antiquis conueniunt, etfi in multis probe noui tum ab illis tum inter fe differant, quam in rem praeclare laudatus Daffouius errare obferuat eos, qui fi in Buxtorfii *Synagoga* Iudaica (Germanice primum A. 1604. a Ioanne Buxtorfio patre, deinde latine ex Dauidis Clerici verfione, et fubinde auctius a filio et nepote edita) aliisque eiusmodi recentioribus libellis multa ridicula abfurdaque legunt, ftatim illa Iudaeis omnibus impingunt, quamuis Buxtorfius non viuendi rationes Iudaeorum omnium defcribere intenderit, fed praecipue Germanorum hodiernorum, qui ad faecem gentis Iudaicae referri debent, a quibus ad florentem Dei populum concludere velle effet abfurdiffimum. Nam Iudaei Hifpani Lufitanique in plerisque diffentiunt ab iftis Germanorum deliriis in Synagoga Buxtorfiana recenfitis, veluti vberrime demonftrat

monstrat Menasseh ben Israel in libro Thesauro dos Dinim, qui in quatuor partes distinctus et Amstelod. 1645. 8. Lusitanice excusus est: immo Iudaei hodierni in Barbaria Germanorum fere ineptias ignorant, et longe alia ratione viuunt, teste *Lancellotto Addisonio* Doctore Anglo in libello, qui inscribitur: *the present state of the Jews in Barbaria*, Londini 1676. 12. typis exscripto, germanice verso et inserto Asiaticis et Africanis memorabilibus horum temporum, ἀνωνύμως, Norimb. 1676. 4. euulgatis. De Iudaeis in Italia consulendus est *Leo Mutinensis in historia rituum Hebraeorum praesentis temporis* siue libro de caerimoniis et consuetudinibus Iudaeorum, qui cum Iac. Gaffarelli latina praefatione, quaedam Leoni omissa supplente, primum editus Italice Parisiis 1637. 12. deinde anno interiecto emendatius auctore ipso curante Venetiis, in qua editione iussu superiorum loca Scripturae (obseruante Richardo Simone) ex vulgata translatae addita, et quaedam omissa, vt docet Io. Seldenus c. 14. de successione in bona defuncti, et Vxor. Hebr. p. 51. nec non integra capita adiecta, quae sistuntur a Io. Christo. Wolfio Bibl. Hebr. Vol III. p. 299. Hunc Leonis libellum Gallice vertit et insigni praefatione binisque dissertationibus de Caraitis et Samaritanis auxit *Rich. Simon* sub nomine *Recared Schimeon* Paris. 1674. 12. Iterumque altera editione sub nomine *de Simonville*, cui adiecta est eiusdem collatio rituum Iudaicorum et Christianorum. Hanc denique nouissime in Caerimoniis et Consuetudinibus sacris omnium orbis terrarum populorum gallice Amstelod. 1723. fol. edi coeptis, et quidem in limine Tomi primi recusam, cui addita est dissertatio noua de caerimoniis hodiernorum Iudaeorum, latine translatam habemus a *Ioan. Valent. Grosgebauer* Francof. 1693. 12. De ceteris huius libri versionibus, anglicana et belgica vide Io. Chr. Wolfium B. H. Vol. I. p. 4 6. et Vol. III. p. 299. Exstant quoque R. *Simeonis Lozzati* liber eruditus itidem Italice de statu et conditione Hebraeorum *Discorso circa il stato de gl' Hebrei* Venetiis 1638. 4. e quo insignia quaedam excerpta dedit Io. Christo. Wolfius B. H. Vol. IV. p. 116 ff. et *Paulli Sebastiani Medici*, Ex-Iudaei Itali, liber Italico sermone compositus, de ritibus et consuetudinibus Hebraeorum; qui Mediolani 1738. 8. secunda vice, cum praemissa ad Iudaeos epistola, atque annotationibus Nicolai Strattae, itidem Ex-Iudaei et sacerdotis catholici, est excusus. Praetereo Iudaeorum recentium *Minhagim*, s. ritualia, de quibus consul. I. C. Wolfius B. H. Vol. II. p. 1354 et seq. et Vol. III. p. 1203. et *Machsorim*, s. precum sollemnium libellos, quibus vtuntur in Synagogis, quos accurate recenset laudatus Wolfius B. H. Vol. II. p. 1334. ff. et Vol. III. p. 1200 et seq. Neque prolixe commemorabo Ex-Iudaeorum *Christophori Paulli Meieri* tractatum Germanica lingua editum von der heutigen Juden Ce-

remonien und Gebräuchen insgemein, und durchs ganze Jahr. Witeb. 1679. 4. et Gedani 1682. 4. *Frider. Alberti Christiani* der Jüden Glaube und Aberglaube, et *Antonii Margaritae* ganze jüdische Glaube, vtraque cum praefat. V. C. Christiani Reineccii recusa Lipsiae 1705. 8. de quibus aliisque huc facientibus videndus est Io. Christo. Wolfius B. H. Vol. II. p. 1082. Vbi p. 1083. ff. et Vol. IV. p. 507. scriptores Christiani, qui in hoc ipso negotio operam suam collocarunt, recensentur; quibus addendus, qui nouissime in hoc studio occupatus fuit *Ioan. Christoph. Bodenschatz in constitutione ecclesiastica Iudaeorum hodiernorum*, germanice partibus quatuor euulgata Francof. et Lips. 1748. et 49. 4.

Non iniucunda sunt, sed ambigua nimis et incerta ad originem populorum inde concludendam, quae de conuenientia morum rituumque Americanorum cum Iudaicis obseruauit *Ioh. Franc. Lafitau* in opere erudito et iucundo lectu, *Moeurs des Sauvages Ameriquains comparés aux Moeurs des premiers Tems*, quod prodiit Parisiis 1724. 4. duobus voluminibus. Sicut quae de conuenientia rituum Iudaicorum collecta leguntur in libro Gallico, qui inscribitur *conformité des Coutumes des Indiens Orientaux avec celles des Juifs, et des autres peuples de l'Antiquité par Mr. de la C.* [17] *Bruxellis* 1704. 12. In Bibliotheca Anglica V. C. Armandi de la Chapelle T. 12. p. 263. *Mr. Long, ministre, qui est depuis peu revenu du fort St. George, dans les Indes Orientales, m'a permis de le citer pour cela, que les* Gentouses, *peuple d'Orient, que leurs Coutumes et d'autres choses font croire à des personnes tres judicieuses, etre descendu de ces Juifs qui ne retournerent point de la Captivité: que ces* Gentouses, *dis-je, ont a Chillembrum, prés de Porto Novo, sur la Coté de Coromandel, un temple, qu'ils appellent le temple de Zuliman, auquel ils se rendent avec la même devotion que les Juifs marquoient autre fois pour le temple de Jerusalem, et qui est divisé en Cours, de la même maniere, et sur le même planque le temple de Jerusalem paroit aupres du P. Lamy.* Nonnulla iam pridem de morum rituumque Americanorum congruentia cum Iudaicis annotauit *Menasseh ben Israel* in *spe Israelis*, siue libello, quo reliquias decem tribuum in Americam translatas esse

[17] Conf. Ioan. Christo. Wolfii τοῦ πάνυ Bibl. Hebr. Vol. I. p. 125. 783. et 1146. Vol. II. p. 1091. seq. et Vol. IV. p. 515. Gisb. Voetium T. I. Disputatt. selectar. p. 144. sq. Ioan. Caluortii Naphthali, siue de reditu decem tribuum et conuersione Iudaeorum. Londini 1672. 4. Aug. Calmeti Diss. duas alteram, *si les dix tribus sont revenus de leur captivité dans la terre d'Israel*, praemissam commentario in Ezechielem, et recusam T. I. Diss. eius p. 590. ff. vers. latinae; alteram *sur le pais, ou les dix tribus d'Israel furent transportez et sur celui, ou elles sont aujourdhui*, praemissam commentario in priorem libr. Chronicorum, recusam T. I. Diss. eius p. 236. vers. latinae, et P. IV. vers. germanicae p. 388. ff.

esse disputat pag. 28. seq. *Cui leges ac consuetudines Indorum Hebraeorumque conferre libet, in multis conuenire eas videbit; vnde facile colligere est, Indos illas debere Hebraeis cum ipsis habitantibus, ante vel postquam occultos montes quaererent. Iucatanenses et Acuzainilenses Indi se circumcidebant. Totones Nouae Hispaniae, ac Mexicani, prout Ioan. Roman, et Franciscus Lopes de Gomara, in generali Indorum historia testantur, vestes lacerant, si vel repentinum aliquod infortunium, vel mors alicuius superuenerit. Garcias in Monarchia Ingasonum insulae Peru narrat Guinacapacum, intellecta filii Atagualpae ob inimici exercitum fuga rupisse vestimenta. Mexicani et Totones, siue Totonazenses, in aris semper ignem alebant, vt iubet Deus in Leuitico: Peruensibus idem in templis soli dedicatis facientibus. Nicaragua Zenses vetabant foeminas, quae partum nupere edidissent, templa ingredi, priusquam menstruo forent purgatae. Insulae* Hispaniola *incolae peccare eos aiunt, quibus res est cum foemina recens enixa; et Indi nouae Hispaniae grauissime puniebant Sodomiae reos. Sepeliebant etiam plurimi Indorum suos mortuos in montanis, qui mons etiam est Iudaeorum; et nomen Chana istis in locis inuentum, referente Gregorio Garcia. Id mireris, quod ab iisdem iubilaeum quinquaginta annorum in vrbe Mexico, vt totius prouinciae metropoli, magna cum pompa celebraretur. Quid quod die Sabbathi omnes caerimoniis ac sacrificiis, in templo faciendis, interesse tenebantur. Iidem diuortium faciebant a faeminis, quae quid minus honestum patrassent. Fratrum defunctorum viduas ducebant Indi insularum Peru, Nouae Hispaniae et Guatimalae. Annon ex hisce iudices habitasse illic locorum Iudaeos a quibus gentes istae talia acceperint? Supradictis adde et illud, quod notitiam creati mundi ac diluuii vniuersalis, quam habebant Indi, Israelitis acceptam ferre debeant.*

Illum Menassae Israelidis librum Amstelodami 1650. 8. editum in Anglicam linguam conuertit *Moses Wall*, atque circa idem temporis *Thomas Thorowgood* libellum edidit, cui titulus: *Jewes in America or probabilities that the Americans are of that race.* Lond. 1650. 4. In eandem sententiam nuper *Ludouicus Hennepinus* in suo Itinere A. 1704. edito ex eadem exigua rituum et morum quorumdam conformitate Americanorum originem a Iudaeis repetit. *Ils sont leurs cabanes en forme de pavillon comme les Juifs; Comme ceux ils s'oignent d'huile, et s'attachent superstitieusement aux songes: ils pleurent leur morts avec beaucoup de lamentations. Leurs femmes portent le dueil de leurs proches un an entier, pendant lequel elles s'abstiennent de toutes sortes de danses et de festins, et portent une maniere de chaperon sur leur téte. D'ordinaire le pere et le frere du defunt ont soin de la veüve. Du reste il semble que la malediction de Dieu repose sur ces Sauvages de l'Amerique, comme sur les Juifs. Ils sont brutaux et opiniatres au dernier point. Ils n'ont nulle demeure*

fixe et arretée. Ils ſont fort impudiques. Quand on leur dit, que leurs ames ſont immortelles, ils demandent ce qu'elles mangeront dans l'autre monde. D'ailleurs on voit quelques traces de la creance des Juifs ſur l'origine du Monde. B. D. Ioan. Conr. Danhauerus hodomoriae Caluinianae phantasmate IX. T. 2. p. 1856. ex Georgii Hornii praefat. ad libros IV. de originibus Americanis refert " quosdam Iudaeorum vna cum Scythis Americam immigraſſe, ita vt " nec tribum conficerent nec peculiarem nationem, ſed exuta paullatim in-" ter barbaros, vt fieri ſolet, natura, etiam Iudaei eſſe deſierint: ſic tamen, " vt quaedam antiquitatis ſuae et originis veſtigia retinerent. Qualia ſunt " Ioſephi nomen apud Hurones, et in Souriquoſiorum cantilenis vox Alle-" luia frequens, Eſcarboto teſte: ac quod apud Iucatanenſes plurimi barba-" rorum narrant, ſe a maioribus ſuis accepiſſe, prouinciam illam cultam fuiſ-" ſe a gentibus, quae ab Oriente poſt varios errores eo venerint, et Numinis " auxilio ab aliarum gentium iniuriis liberatae, per mare, apertis vtrimque " fluctibus euaſerint. Non tamen, ſcribit l. c. c. 10. p. 56. vel noſter orbis " ignotus Americanis, vel illorum nobis fuit. Nam Californiani nouerant, " idque ſibi a maioribus traditum aſſeuerabant, gentes in alio orbe barbatas " et veſtitas reperiri. Sic Mexicani, ſed aduectos ex alia orbis parte in Ame-" ricam, retulerunt, apud quos etiam communis opinio fuit, venturam ab " Oriente gentem, quam apud Iucatanos celebris vates Chila Cambel, vt vi-" detur, propagauit. Vnde Hiſpani interrogati, an ab Oriente venirent? " Idem Mechoaenis praedictum fuit. Priſcis quoque ſcriptoribus noſtris " cogniti fuerunt vltra Oceanum orbes alii, de quibus Clemens Alexandri-" nus in epiſt. quadam teſte Hieronymo in cap. II. Epiſt. ad Epheſ. Nihil " nunc de Atlantide Plotonis dico, res notior eſt, quam vt referenda ſit. " Memorabile eſt, quod Aelianus L. 3. c. 18. hiſtor. refert, Silenum Midae " narraſſe: Europam, Aſiam, Lybiam, inſulas Oceano circumfuſas eſſe; ex-" tra eas continentem quandam infinitae magnitudinis, quae nutriat grandia " animalia, et homines duplo maiores et longaeuiores, quam noſtri ſint. " Ibidem eſſe magnas ciuitates, diuerſa vitae inſtituta, et leges noſtris con-" trarias. Adiecit: hanc terram poſſidere grandem vim auri et argenti, ita " vt inter illos populos minoris pretii ſit, quam apud nos ferrum. Hae " ſunt magnae illae inſulae, de quibus ex Ariſtotelis et Theophraſti mente " Apuleius lib. de mundo. In Senecae ſuaſoriis Auitus teſtatur communem " opinionem iactari; fertiles in Oceano iacere terras, vltraque eum rurſus " alia littora, alium iacere orbem. Quo Senecae Tragoedi praedictiones in " Medea (v. 374. ff.) pertinent: „

" Venient

" Venient annis
" Saecula seris, quibus Oceanus
" Vincula rerum laxet, et ingens
" Pateat tellus [18] Typhisque nouos
" Detegat orbes, nec sit terris vltima Thule.

" Haec non profecta fuerunt ex mera incerta coniectura, quod arbitrantur
" Acosta et alii, sed ex illa notitia iacentium in Oceano terrarum. Et quum
" Sharcellinus inquit: In Atlantico mari Europaeo orbe potior insula, nonne
" Americam digito quasi ostendit? L. 2. C. 5. Hornius probat Phoenices in
" Americam ex Africa et Hispania non infrequentes nauigasse, ibid. C. 8. Sa-
" lomonis nauibus Americanas terras haud fuisse inaccessas L. 3. C. 19. refert
" Brasilianos meminisse p. 218. cuiusdam sancti viri et vt ex narratione ipso-
" rum patet, Christiani, quem Meyre Humane vocant. Guarais, qui prouin-
" ciam Sanctae Crucis in montibus tenent, Paicuma dicitur: vnde et primos
" monachos Hispanos Paicumas appellarunt. Hunc S. Thomam esse duplici
" argumento colligimus, ex nomine et historia. Nomen quod attinet: Meyr
" ipsis in genere peregrinus dicitur, barbatus, vestitus. Humân ex voce
" Thomas expressum est, solo T. abiecto. Terminatio in diuersis linguis
" plerumque variat, sicut Ὀδυσσεύς et Vlysses, Aiax et Aias. Historia ma-
" gnam lucem huic narrationi affert. Quae enim Brasiliam de Marie Huma-
" ne, eadem Orientales Indi Malabares de THOMA narrant. Lerius: ante in-
" numerabiles Lunas venisse ad maiores suos virum barbatum et vestitum, qui
" fidem in Deum tradiderit more Christianorum. Quare quum et nomen,
" et quod narrant barbari, si tonsuram excipias, Thomae conueniat, non
" ignotus ipsis videtur fuisse. De hoc quaeritur: Veneritne Thomas in Ame-
" ricam, et ibi praedicarit, an ex Tartaria eius notitiam intulerint illae gen-
" tes. Quorum prius Lerio probatur, eo argumento, quia in omnem ter-
" ram exiuit sonus Apostolorum: altera tamen sententia certior, nam multa
" indicio sunt Brasilianos a Tartaris ortos. Deinde constat, Thomam in Tarta-
" ria, Sinis, India Euangelium praedicasse, et ibi occisum: nulla vero noti-
" tia eius in Americam profectionis et reditus. Vnde eius ex Tartaria me-
" moriam illatam putarim, vel ab ipsis Brasilianis, vel iis, vnde hoc accepe-
" runt, populis. Celebratur et iam apud Indos alius Mar Thomas, id est,
" Dominus Thomas, qui collapsam religionem Christianam ibidem instau-
" rarit circa annum Christi DC. De quo Ludouic. Guzmannus in Indicis ex-
" peditionibus, et Joannes de Bairos ac alii. Haec ille, habetque ὁμόψηφον
" Gerh. Ioan. Vossium de philologia § 26. p. 63. et de Mathemat. Cap. 42.

 § 10.

[18] Adde Ioan. Baptistae Ferreti musas lapidarias V. 4. p. 310.

" § 10. pag. 242. quibus fuccenturies licet Malaendam L. 4. de Antichrifto. " c. 38. p. 307. „ William fiue Wilhelmus Penn, A. 1712. denatus, in litteris ad commiffarios focietatis Mercatorum Londinenfium datis Philadelphiae VIII. Augufti 1683. editisque quum alibi tum in Penfyluaniae defcriptione Germanice vulgata, Francof. 1700. 8. p. 131. originem incolarum illius regionis in America feptentrionali fimiliter a Iudaeis deducit. Ihren Urſprung achte ich, daß er herkomme von den 10 Stämmen der Juden. 1) Weilen ſie in einem Lande müſſen herumziehen, und mögen wol aus dem äuſſerſten Theile Aſiae in das allerweſtlichſte Theil (Americae) gekommen ſeyn. 2) Weilen ſie und ihre Kinder von Angeſicht den Juden ganz gleich ſehen, wie die Ziegeuner. [19] (adde ibid. pag. 28. et 126.) 3) Mit den Juden in Ceremonien ganz übereinkommen. Sie opfern ihre Früchte, rechnen nach dem Monde, legen ihren Altar auf zwölf Steine ꝛc. Brafilianos fimiliter in America meridionali a Iudaeis habere originem, alii fufpicantur. *Il y a des conjectures aſſez fortes pour dire que les habitans du Braſil viennent de quelques Juifs jettez ſur les côtes de l'Amerique. On y voit encore quelques traces des ceremonies Judaiques, telles que ſont celles d'appeller Paraſce une de leur plus grandes feſtes.* Haec memoriae litterariae Dombenfes fiue Treuoltinæ A. 1702. p. 355. ex Ioan. Iofephi de S. Therefia Hiftoria belli Brafilienfis. Vide fis etiam Peritfolii itinera mundi p. 70. et Thomam de Pinedo ad Stephan. Byzantinum pag. 331. Iofephum Acoftam de natura orbis lib. I. c. 20. vbi argumentum ex IV. Esdrae 13. 40. petitum refellit. Thomam Maluendam de antichrifto IV. 28. pag. 281. feq. Olfert Dapperi Americam p. 26. Hugonem Grotium de origine gentium Americanarum pag. 9. et ad eum notas Ioan. de Laet; Theophilum Spizelium in eleuatione relationis Montezinianae. Bafil. 1661. 8. et Rich. Kidderum in demonftratione aduerfus Iudaeos parte III. p. 434. feq. edit. anglic. fect. 3. c. 9. § 36. pag. 950. verf. germanic. Hottentorum ita populo ritus multos cum Iudaeis communes probat Petrus Kolbe in defcriptione capitis bonae fpei, edita Germanice, Norimb. 1719. fol. p. 352. 413. 415. 429. 431. 433. 449. 457. feq. Nec minus cum prifcis Troglodytis pag. 352. 355. 370. 405. 425. 448. Sic Iudaeos in China verfantes effe reliquias decem tribuum fufpicatur Eufebius Renaudotus notis ad veteres relationes itineris in Indiam Chinamque p. 324. feq. Hermannus vero Witfius in δωδεκαφύλῳ fiue libello de decem tribubus, qui Aegyptiacis eius fubiicitur cap. VIII. pap. 371. poftquam Menaffae Ifraelidis fententiam reieciffet, quod praeter Spizelium aliosque iam laudatos faciunt etiam Wagenfeilius Tomo II. perae librorum iuuenilium

[19] Cingaros origine effe Iudaeos variis argumentis probat Clariff. Wagenfeilius in pera libror. iuuenilium loculamento 2. fub extrem.

nilium parte 2. pag. 123. et Schudtius Memorabilium Iudaicorum L. III. C. 1. § 5. ff. *non paullo doctius*, inquit, *viri praestantissimi Cadusios mediae aquilonaris et montanae incolas Colchos, Tartaros, Turcas aliasque gentes ex Israeliticis paullatim in gentilismum degenerantibus ortos hariolantur: sed quam tenuibus coniecturis et eruditis erroribus, ostendit amicus noster Wilhelmus Wilhelmius.* Pro illa sententia etiam Stephanus Morinus in diss. de cognatione Lacedaemoniorum et Hebraeorum (inter dissertationes VIII. Dordraci 1700. 8. iunctim editas p. 87.) *Adde in Mengrelia Colchidis regione adhuc hodie festum religiose obseruari, quod cum Iudaeorum Paschate et agno a singulis familiis edendo magnam habet affinitatem, testis Ioan. Baptista Tauernerius lib. III. cap. 12. itinerum Persiae, qui addit vicinos Tartaros a propriis tribubus solis vxores ducere, quod etiam secundum legem Israelitae obseruabant c. 13. Sane inter ipsos Tartaros Colchis vicino etiam Ilordae siue turmae* Naphthalitarum *inueniuntur, teste Agathia lib. IV. Immo* Danitarum, *a quibus volunt* Danos *nomen accepisse, et celeberrimus Thuanus Lib. 67. obseruat circumcisos fuisse antequam Muhammetes ipsis innotesceret, quod non leue est argumentum reliquias esse Israelitarum, qui e Colchide in vastas Tartariae solitudines diffusi sunt, et ob quandam Mahumetismi cum suis veteribus caerimoniis similitudinem ad ipsum amplectendum proni fuerunt. Nota historia illius, qui se iactabat Regem Tibur, in meditullio Tartariae, nempe* טבור vmbilicus *est, et a Francisco I. Rege humaniter acceptus, et initio etiam a Carolo V. sed tandem combustus eius mandato, quod aulicos ad Iudaismum sollicitaret. Mitto testimonia Iudaeorum asserentium maximam Israelitarum multitudinem Septentrionalem plagam occupasse, et eos qui volunt plurimos eorum in India degere, quamuis a nostris mercatoribus non inueniantur, qui forsan aliquid audierunt de profectione in Colchidem et Colchos, eamque versus Indiam tetendisse existimauerunt, quia Colchos et Colchicum Sinum in India repererunt.* Confer Epistolam de Iudaeis in ora Malabarica degentibus, quae inserta legitur Bibliothecae nouorum librorum Anno MDCXCVIII. pag. 868. seq. Et quae de Iudaeorum Synagoga apud Chinenses [20] in prouincia Honam ante Christum natum, vt aiunt fundata, Gozanus S. I. commemorauit in Epistola de qua Ephemerides Paris. Anni MDCCVII. mense Maio pag. 227. narrans Iudaeos de Messia in lege promisso rogatos, atque de IESV monitos, nomen eius penitus ignorasse, Iesum Sirachi filium cognitum habuisse. Cui geminum, quod Semedi et Bernierii fide narrat Clariss. Iablonskius prolegom. ad Biblia Hebraea § 38. Iudaeorum Synagogas quasdam repertas in China fuisse, et penes eos fuisse librum Legis Hebraicum ante annos sexcentos et amplius, sine punctis vocalibus descriptum, Iudaeos vero istos de Christo nihil vnquam audi-

[20] Lettres edifiantes des Missions, T. VII.

audiuisse, vnde liqueat ante eius aduentum illuc appulisse: immo nomen ignorasse Iudaeorum, sed vero Israelitas se professos esse Vnde verisimile esse aiunt reliquias eos habendos decem tribuum quae abductae in captiuitatem erant, nam post illud tempus nomen Israelitarum in vsu vulgari minus fuit quam Iudaeorum. Denique constat *Olaum Rudbeckium*, celeberrimi Atlanticae scriptoris non minus ingeniosum filium, nec minus paradoxa eruditis amantem propinare, in Lapponia sua illustrata probatum iuisse, reliquias decem tribuum quaerendas esse neque in Asia neque in Africa, nedum in America, sed vero in regione septentrionali Europae Lapponia, quod itidem tum aliis quibusdam coniecturis reddere probabile, tum ex congruentia rituum quorundam et morum euincere studet. Ceterum ex qualibuscunque eiusmodi vestigiis morum eorundem atque institutorum, (ne dicam et illa haut tam expressa quidem esse, vt interdum a scriptoribus venditantur) neutiquam firmiter colligi posse populi alicuius originem, recte obseruauit Hermannus Witsius diss. 2. de Euangelio in America non praedicato, vbi respondet ad iactatas apud noui orbis incolas reliquias Christianorum rituum, pag. 92. *In omni*, inquit, *religione quantumuis idololatrica ac diabolica plane aliquid animaduerti potest, quod ad Diuina instituta accedere quodammodo videatur. Ludit mirabiliter ingenii humani varietas, et in tam immensa cultuum diuersitate vix est vt non aliqua etiam deprehendatur conuenientia. Quae si vel minima sit, ab iis quorum interest, vt maior habeatur, augeri solet et exornari, eo quandoque tractis quae aliorsum spectant.* Iacobus Saurinus in diss. Historico-Criticis Theologicis et moralibus Gallice editis Amstelod. 1720. 8. Tom. 2. pag. 322. *Parmi les Rapports, que Spencer trouve entre les rites Levitiques et ceux des Idololatres, il y en a un grand nombre qui peuvent s'y rencontrer, sans que les Peuples, qui les ont observez, se sont reglez les uns sur les autres. Que l'on compare la maniere dont on sert Dieu à Rome et à Ispahan, on y verra divers raports. Et cependant qui oseroit soutenir que Rome s'est moulée sur Ispahan, où qu' Ispahan s'est moulé sur Rome. — — Dés que vous supposez une Religion, il est naturel de supposer aussi des lieux sacrés, des ceremonies exterieures, des emblemes et des symboles. Ces etablissemens doivent leur naissance à la nature des choses, non au genie particulier des peuples qui les ont reçus.* Iacobus Basnage, V. C. in historia Iudaeorum lib. VI. cap. 3. T. 4. p. 964. *il ne suffit pas, qu'on trouve chez les peuples barbares quelque trace de Judaisme; car il y a beaucoup des Rites qui ont été communs aux Religions idolâtres et aux Juifs. Ceux qui donnent trop au Diable, se plaignent il y a long tems qu'il a imité Dieu, et tâchent de rendre ses mysteres et son culte parfaitement semblable à celui de l'Etre souverain. Mais sans tirer les Demons des Enfers, l'Esprit humain êtant d'une meme trempe, a souvent les mêmes sentimens sur la ma-*

maniere du culte. Il n'est pas besoin que l'Idolatre aille puiser toutes ses ceremonies dans la veritable Eglise. Combien d'Idolatres, qui ne se sont iamais connu, ont eu les memes idées des Dieux, et leur ont rendu à peu prés les memes hommages? Sans quitter la maniere que nous traitons, les Americains n'ont pas plus labouré avec les Manichéens qu'avec les anciens Egyptiens sur les deux Principes. Cependant ils disent au Perou, qu'un homme puissant, nomme Con, *avoit formé les hommes, mais qu'un autre Principe plus puissant, fils du Soleil et de la Lune, nommé* Pachacama *les transforma en singes, en perroquets et en ours, et fit les Indiens. Ils* [21] *adorent ces deux Principes, et le dernier a plus d'adorateurs, parce qu'on craint qu'il ne fasse du mal, et qu'il transforme les hommes en bétes. On a pu des mémes imiter les Juifs en Amerique sans avoir commerce avec eux. L'Autel elevé sur douze pierres, l'oblation des premices, et le calcul par les Lunes peuvent avoir été imaginées dans tous les païs. La Circoncision forme un caractere plus parlant; mais le fait est trés-incertain. Pierre Martyr* [22] *l'assure:* Ils immolent leur enfans à l'honneur des Idoles, et sont circoncis. *Gomara dit que quelques unes coupent leur prepuce; mais qu'ils ne le font par tout.* Retaianse a iunsque no todos. *Mais Acosta, qui avoit fort etudié ce pais la, remarque que les Americains ne peuvent étre Juifs, parce qu'ils n'ont iamais circoncis leurs Enfans, et qu'ils ne le font pas; et quand ils seroient circoncis, combien d'autres peuples ont ôté leur prepuce? Il ne faut donc pas s'arreter à quelque ombre de conformité, ni precipiter ses conclusions sur quelque ressemblance de Religion, comme si les uns devoient necessairement descendre des autres.*

XI. Iuuat hoc caput conclüdere Indice Thesauri δωδεκατεύχε Antiquitatum Hebraicarum, quem B. Gothofr. Voigtii Thysiasteriologiae pridem à me praemissum, aliquot monumentis hic adauxi.

Thesauri Antiquitatum Hebraicarum
Tomus I.

1. Hadriani Relandi Oratio inauguralis de vsu antiquitatum sacrarum.
2. Conradi Mel Antiquarius sacer, de vsu Antiquitatum Iudaicarum, Graecarum, Romanarum in explicandis Scripturae dictis.
3. Maimonides de studio Legis, cum versione et notis Roberti Clauering.
4. Io. Benedicti Carpzouii Introductio in Theologiam Iudaicam.
5. Ioannis à Lent Theologia Iudaica recentior.
6. Ej. de Pseudo Messiis Iudaeorum.
7. Iosephi de Voisin Theologia Iudaeorum.
8. Antonii Vandale de Origine ac progressu Idololatriae et superstitionum, de

[21] Zarata l. 2. c. 11. p. 49.
[22] Petrus Martyr Decad. c. 4.

Tomus II.

Tomus III.

Tomus

Tomus IV.

30. Theodori Dassovii, Theologi Holsati, Antiquitates Hebraicae hactenus ἀνέκδοτοι.

Tomus V.

31. Eusebii liber de locis Hebraicis cum vers. Hieronymi et Bonfrerii, notisque integris eiusdem Bonfrerii, Io. Marcianaei, Io. Clerici et obseruationibus Iacobi Rhenferdi.
32. Nic. Sansonii Geographia sacra ex editione Io. Clerici.
33. Augustini Calmet tabula Geographica terrae promissae cum obseruationibus. Eiusdem diss. de habitationibus, urbibus et oppidis veterum Hebraeorum, ex Gallico latine.
34. Eucherius et Beda de situ Hierosolymae et locorum sanctorum. Io. Phocas, Epiphanius Hagiopolita, et Perdiccas de locis Palaestinae, ex edit. Leonis Allatii.
35. Itinerarinum à Burdegala Hierosolymam usque.
36. Marini Sanuti Torselli descriptio Hierosolymae ex T. 2. Collectionis Bongarsianae cui titulus *Gesta DEI per Francos.*
37. Beniamini Tudelensis Itinerarium ex edit. Ariae Montani, cum notis Constantini l'Empereur, et ineditis Matthiae Friderici Beckii.
38. Itinerarium R. Petachiae, cum versione Wagenseilii, et Itinera mundi per Abrahamum Peritsol, cum Thomae Hyde versione et notis.
39. Hermanni Witsii Historia Hierosolymae, ex T. 2. Miscell. Sacr.
40. Hadr. Relandi Geographia Sacra.

Tomus VI.

41. Maimonides de templo, ex versione Lud. Compiegne de Veil.
42. Iacobus Iuda Leo de tabernaculo, ex Hispanico latine.
43. Ej libri IV. de templo, ex edit. Io. Sauberti.
44. Io. Henr. Coccell et Campegii Vitringae libri de templo Ezechielis, è Belgico latine.
45. Leonhardi Christophori Sturmii Sciagraphia templi Hierosolymitani, et D. Casp. Hermanni Sandhagenii Oratio de templo.
46. Samuel Lee de templo et sacerdotio, ex Anglico latine.
47. Io. Iacobus Cramerus de templi secundi ara exteriore.
48. Theod. Dassouii altare exterius ad mentem Hebraeorum veterum delineatum.
49. Ej. de imaginibus rerum Hebraearum quae nostra aetate circumferuntur.

50. Lud. Compiegne de Veiel de cultu diuino apud Hebraeos.
51. Salomo van Till de Muſica veterum Hebraeorum, ex Belgico latine.
52. Chriſtiani Zoëga de buccina Hebraeorum.

Tomus VII.

53. Io. Seldenus de anno ciuili Iudaeorum.
54. Auguſtus Varenius de annis Sabbaticis et Iubilaeis Iudaeorum.
55. Nic. Mulleri Iudaeorum annus lunae ſolaris et Turcarabum annus mere lunaris.
56. Maimonidis deſcriptio initiationis. nouilunii cum Henningi Bernhardi Witteri verſione et praef. Io. Andreae Danzii.
57. Io. Ionſtonus et Aug. Pfeiferus de feſtis Hebraeorum.
58. Theodorus Thummius de feſtis Iudaeorum et Chriſtianorum.
59. Adriani Coquii obſeruationes de rebus naturalibus in V. T. memoratis, Diisque Syris et Hebraeorum feſtis.
60. Io. Mayerus de origine et cauſis feſtorum Iudaicorm.
61. Ioſephi de Voiſin de Iubilaeo ſecundum Hebraeorum et Chriſtianorum doctrinam.
62. Chriſtoph. Wagenſeilii diſſ. de Iubilaeo Hebraeorum.
63. Groſſii Bozei libellus eiusdem argumenti, e Gallico Latine.
64. Friſchmuthi et Mich. Waltheri Diſſertationes de via Sabbathi.
65. Io. Andreae Danzii de curatione Chriſti ſabbatica.
66. Io. Buxtorfii diſſ. de coenae Dominicae primae ritibus et forma, eiusque aduerſus Lud. Capellum Vindiciae.
67. Theod. Daſſouii de accubitu ad agnum Paſchalem.
68. Liber rituum Paſchalium cum verſione Io. Stephani Rittangelii.
69. Gabr. Groddeckii diſſertationes de caerimonia palmarum.
70. Io. Iacobi Schudt de Voto Iephthae.
71. Hermanni Witſii diſſ. de Rechabitis.
72. Theod. Daſſouii Vota Monaſtica et Hebraeorum collata.
73. Maimonides de iure pauperis et peregrini apud Iudaeos, cum notis Humfredi Prideaux.
74. Pauli Sleuogti diſſ. de proſelytis Hebraeorum.
75. Io. Andreae Danzii de proſelytorum baptiſmo.
76. Herm. von der Hardt Iuris Iudaeorum Canonici prodromus, de circumciſione.

Tomus

Tomus VIII.

77. Maimonides de ſacrificiis ex verſione Lud. Compiegne de Veiel.
78. Guil. Outrami de ſacrificiis Iudaeorum libri II.
79. Io. Friſchmuthi de ſacrificiis, cumprimis iis quae ſancti Viri haud longe ab initio rerum leguntur obtuliſſe.
80. Io. Saubertus de Hebraeorum ſacrificiis.
81. — — de ſacerdotibus Hebraeorum.
82. Pauli Sleuogti diſſ. de XXIV. Ephemeriis ſacerdotum apud Hebraeos.
83. Andreae Adami Hochſteteri de feſto expiationis.
84. Io. Rhenferdi collatio expiationis Pontificis Maximi et Ieſu Chriſti.
85. Theod. Daſſouii diſſidium Pontificis Romani et Hebraei.
86. Ei. de Luſtratione Hebraeorum.
87. Io. Friſchmuthi de hirco emiſſario.
88. Io. Benedictus Carpzouius de vacca rufa.
89. H. Dodwelli de vno ſacerdotio et vno altari. Ex Anglico latine.
90. Io. Braunii de veſtitu Sacerdotum Hebraeorum.
91. Io. Prideaux de veſtitu Aaronis.
92. Iac. Altingii diſſ. de mitra, ſtola, Ephod etc. Heptade VIII. diſſertationum T. 5. Opp.
93. Ben. Dauid Carpzouius de Pontificum Hebraeorum veſtitu ſacro.
94. Theod. Daſſouii diſſ. de Coma Hebraeorum licita et interdicta.
95. Antonius Bynaeus de calceis Hebraeorum.

Tomus IX.

96. Herm. Witſii Oratio de Theocratia Iſraelitarum.
97. Hadr. Houtyni de Monarchia Hebraeorum ante Saulem, vna cum ſcriptis contrariis Sam. Puffendorfii et Adami Rechenbergii.
98. Guſtaui Georgii Zeltneri liber de adoleſcentia Reip. Iſraelitarum ſub temporibus Iudicum.
99. Guil. Schickardus de iure Regio, cum notis Io. Benedicti Carpzouii.
100. Io. Friſchmuthi diſſ. de rege apud Hebraeos eligendo et deponendo.
101. Ei. et Io. Vorſtii de Synedriis Hebraeorum.
102. Io Clerici de magno Synedrio Hebraeorum.
103. Praecepta DCXIII. Hebraice et latine ex edit. Io. Leusdenii, ſubiectis obſeruationibus Sim. Epiſcopii.
104. Guilelmi Welwod collatio iuris diuini cum iure ciuili Romano.
105. Paganini Gaudentii de differentia legum Moſaicarum et Romanarum.
106. Ex Io. Seldeno de decimis excerpta, Io. Clerico interprete.

107. Ex H. Dodwelli et Humfredi Hodii ſcriptis contrariis excerpta de Pontifice Max. à Rege Salomone depoſito. Ex Anglico latine.
108. Maimonides de iuramentis Hebraeorum cum verſione Miegii et Iuſti Chriſtoph. Dithmari notis et Iacobi Perizonii praefat.
109. Iac. Lydii ſyntagma de re militari et de iure iurando Hebraeorum cum notis Salomonis van Till.
110. Theod. Daſſouii diſſ. de ſuſpendio hominis lapidibus obruti.
111. Claudii Salmaſii liber de Cruce.
112. Henr. Kippingii de Cruce diſſertationes.
113. Iac. Altingii de ſeruis Hebraeorum, ex Heptade VII. diſſertationum.
114. Io. Georgii Abicht Profeſſoris Lipſ. de ſeruorum Hebraeorum acquiſitione et ſeruitiis.

Tomus X.

115. Iulii Bartoloccii Bibliotheca Rabbinica contracta, emendata et ſuppleta ex Strimero, Plantauitio, Buxtorfio, Hottingero etc.
116. Petri Steuartii Catalogus ſcriptorum Graecorum et Latinorum Anti-Iudaicorum, auctus et in haec tempora continuatus.

Tomus XI.

117. Iac. Altingii Hiſtoria Academiarum et promotionum Academicarum.
118. Ei. Studioſus et Doctor Hebraeus.
119. I. H. Ottonis Hiſtoria CXXX. Doctorum Miſchnicorum.
120. Georgii Vrſini antiquitates Hebraicae Scholaſtico Academicae.
121. Io. Held de Synagogis Iudaeorum.
122. Dauid. Clodii de Synagogis Iudaeorum.
123. Campegii Vitringae Archi-Synagogus et de decem Otioſis Synagogae.
124. Iac. Rhenferdi de decem otioſis Synagogae, Synagogus αὐτοκατάκριτος, et ſpecimen animaduerſionum etc.
125. Iac. Altingii de Concionibus Iudaeorum poſt reditum è Babylonia.
126. Io. Chriſtoph. Wagenſeilii de Concionibus Iudaeorum noſtrae aetatis. (Tel. ignea Satanae p. 245. ſeq.)
127. Rich. Simonis Diſſertatio de Caraitis et Samaritanis, ex Gallico latine.
128. Hadr. Relandus de Samaritanis.
129. Samaritanorum Epiſtolae ad Scaligerum, Ludolfum et fratres in Anglia.
130. Chronologia Samaritarum auctore Ed. Bernhardo (in Actis Erud. A. 1691.)

131. Zemach Dauid, siue Chronologia R. Dauid Ganz cum notis Guil. Henrici Vorstii.
132. Iac. Triglandii de Caraitis. Scaligeri, Drusii, Serarii de tribus sectis Hebraeorum.
133. Iac. Rhenferdi dissertationes de fictis Iudaeorum haeresibus.

Tomus XII.

134. Eduardus Bernhardus de mensuris et ponderibus antiquis, et de mari Salomonis.
135. Henr. Guntheri Thulemarii de variis siclis et talentis Hebraeorum.
136. Andreae Beyeri siclus sacer et Regius appensus.
137. Iulii Bartoloccii Diss. de numis Hebr. ex T. IV. Bibl. Rabbin. p. 518. seq.
138. Raphaëlis Auellini Declaratio numismatis Hebraici Dauidis et Abrahami, ex Italico latine.
139. Wagenseilii de numis quibusdam Hebraicis ex Commentario ad Sotam p. 275. seq.
140. Athanas. Kircheri de eodem argumento ex T. 2. Oedipi.
141. Herm. Conringii paradoxa de numis Hebraeorum.
142. Hadr. Relandi, Io. Harduini et Io. Gagnerii de Numis Samaritanorum.
143. Wagenseilii de Iudaeorum in non Iudaeos vsuris.
144. Martini Mauritii liber de Hebraeorum sortitionibus.
145. Wagenseilii diss. de lusibus Hebraeorum, ex libro eius de Norimberga cap. XXII.
146. Thomae Hyde de ludis Orientalium.
147. Io. Buxtorfius de sponsalibus et diuortiis Hebraeorum.
148. Tho. Pius de diuortiis Hebraeorum.
149. Io. Buxtorfii de lotione Iudaica ante et post cibum.
150. Martini Geieri de luctu Hebraeorum.
151. Frid. Mulleri libri III. de sepulchris veterum Hebraeorum.
152. Io. Nicolai de sepulchris Hebraeorum.
153. Io. Henr. Hottingeri cippi Hebraici.
154. Monumenta antiqua Iudaica Augustae Vindel. reperta cum notis Matthiae Frid. Beckii.
155. Menassae Ben Israel de resurrectione.
156. Theodori Dassouii de mortuorum resurrectione ex mente Vet. Hebraeorum.

XII. Non ingratum, credo, erit lectoribus, si huic indici iungamus con-

conſpectum Theſauri Antiquitatum Hebraicarum, [23] quem ad Gronouii et Graeuii exemplum compoſuit, in viginti quinque Tomos in Folio diſtributum; e quibus quatuordecim iam lucem adſpexerunt, et Venetiis apud Ioannem Gabrielem Herthz edere A. 1744. coepit V. C. *Blaſius Vgolinus.*

Tomus I.

1. Rab. *Chiiae* additamenta ad codicem de Die expiationum nunc primum ex hebraico latine reddita, et notis perpetuis philologicis illuſtrata. Studio et cura Blaſ. Vgolini.
2. *Raymundi Martini* in pugionem fidei prooemium et obſeruationes Ioſephi de Voiſin ad prooemium.
3. *Ioannis Meyeri* tractatus de temporibus ſacris et feſtis Hebraeorum.
4. *Iacobi Triglandi* Diſſertatio de origine et cauſſis rituum moſaicorum.
5. *Hermanni Witſii* Aegyptiaca.

Tomus II.

6. *Chriſtiani Wormii* de corruptis Antiquitatum Hebraearum apud Tacitum et Martialem veſtigiis libri duo.
7. *Georgii Caſparis Kirchmayeri* exercit. acad. ad C. C. Taciti Hiſtor. lib. V. capita aliquot priora de rebus moribusque Iudaeorum.
8. *Adriani Relandi* antiquitates ſacrae, a Blaſio Vgolino ampliſſimo commentario illuſtratae.

Tomus III.

9. *Thomae Goodwini* Moſes et Aaron cum notis Ioan. Henr. Hottingeri.
10. *Petri Cunaei* de republica Hebraeorum libri tres a Ioanne Nicolai notis illuſtratae.
11. Iuris Hebraeorum leges CCLXI, iuxta *νομοθεσίας* moſaicae ordinem atque ſeriem depromtae, et ad Iudaeorum mentem explicatae ductu Rabbi Leui barzelonitae auctore *Ioanne Henrico Hottingero.*

Tomus IV.

12. *Bonauentura Cornelius Bertramus* de republica Hebraeorum commentario Conſtantini l'Empereur ab Oppiick illuſtratus.

13. *Ca-*

[23] Nonnulla contra Vgolini propoſitum monuit Vir in hoc ſtudiorum genere verſatiſſimus, Chr. Schoettgenius, d. 15 Dec. A. 1751. orbi erudito morte ereptus, in Nouis Litter. Lipſ. A. 1747. p. 6. ad quae reſpondit Vgolinus in epiſtola ad Chr. Bened. Michaelis. Venetiis 1749. 4. Ipſum Vgolini conſilium laudatur a Viro S. V. S. I. Baumgarten in notitia bibl. Halenſ. Vol. II. p. 526. vbi quoque inde a pag. 511. ipſum hoc opus fuſius eſt recenſitum.

13. *Caroli Sigonii* de republica Hebraeorum libri VII. cum Ioannis Nicolai notis.
14. *Ioannis Buxtorfii* ſynagoga iudaica.
15. *Auguſti Pfeifferi* antiquitates ſelectae a Blaſio Vgolino notis illuſtratae.

Tomus V.

16. *Euſebii* liber de locis Hebraicis cum verſione Hieronymi ac notis Iacobi Bonfrerii et Ioannis Clerici.
17. *Iacobi Bonfrerii* annotationes ad ſequentem promiſſae terrae chorographicam tabulam.
18. *Iacobi Rhenferdii* periculum criticum in loca deprauata Euſebii et Hieronymi de ſitu et nominibus locorum hebraicorum.
19. *Nicolai Sanſonis* Geographia ſacra; cum Ioan. Clerici in indicem geographicum notis.
20. *Ioannis Lightfooti* centuria chorographica in S. Matthaeum.
21. — — decas geographica in S. Marcum.
22. — — chorographica pauca in S. Lucam.
23. — — diſquiſitio chorographica in S. Ioannem.

Tomus. VI.

24. *Adriani Relandi* Palaeſtina.
25. *F. Brocardi* deſcriptio locorum terrae ſanctae.
26. *Ioannis Quiſtorpii* Nebo vnde tota perluſtratur terra ſancta.
27. *Ioannis Henrici Hottingeri* Diſſertatio de geographia terrae Canaan.
28. *Ioannis Millii* diſſertatio de Nilo et Euphrate terrae ſanctae terminis.
29. *R. Petachiae* itinerarium ab Ioanne Chriſtoph. Wagenſeilio ex hebraeo latine redditum.

Tomus VII.

30. *Abrahami Peritſol* itineraria mundi cum interpretat. et notis Thomae Hyde.
31. *R. Samuelis* ſancti itinerarium.
32. *Petri Dan. Huetii* Commentarius de nauigationibus Salomonis.
33. *Martini Lipenii* Diſſertatio de nauigio Salomonis.
34. — — Diſſertatio de Ophir.
35. *Ioannis Chriſtoph. Wichmanshauſen* Diſſ. de nauigatione Ophiritica.
36. *Ioachimi Chriſtiani Iehringii* Diſſ. de regione Tarſchiſch.
37. *Iacobi Haſaei* ſpicilegium obſeruationum ad Salomonis et Hirami nauigationes ophiriticas et tarſiſias.
38. *Adriani Relandi* Diſſ. de Ophir.
39. — — Diſſ. de mari rubro ſiue Erythraeo.

40. *Pet. Dan. Huetii* tractatus de situ paradisi terrestris.
41. *Ioannis Hopkinsonii* descriptio paradisi.
42. *Samuelis Bocharti* epistola de paradisi situ ad Ludouicum Cappellum.
43. *Stephani Morini* Dissertatio de paradiso terrestri.
44. *Ioannis Vorstii* Dissertatio de paradiso.
45. *Adriani Relandi* Dissertatio de monte Garizim.
46. *Isebrandi Eilhardi Harkenrothii* Dissertatio topographica de monte sublimi.
47. *Ioannis Christophori Harenbergii* oculus Mosis et Christi e monte editissimo Palaestinam spectantium.
49 *Hieronymi van Alphen* de terra Chadrasch et Damasco, ad locum Sachar. IX. 1. Dissertatio.
50. *Christophori Cellarii* Dissertatio de excidio Sodomae.
51. *Theodori Hasaei* Dissertatio de Sabulonis prae Sidone praestantia ad Genes. XLIX. 13.
52. — — Dissertatio de Naphthalide apostolorum patria ad Genes. XLIX 21.
53. *Ioannis Christoph. Wickmanshausen* Dissertatio de thermis Tiberiensibus.
54 *Ieremiae Philadelphi* de valle Iosaphati ex Ioel. III. 2, 12. nec non valle excidii Ioel. IV. 14.
55. *Christiani Beniamini Ottonis* Dissertatio de flumine sabbathico.
56. *Michaelis Libentantii* Dissertatio de terra Moriiah et monte visionis Dei ex Genes. XXII. 1, 14.
57. *Gerardi Outhouii* in Psalmi II. comma 6. obseruationes de montibus Sionis et Moriiah.
58. *Isebrandi Eilhardi Harckenroth* Dissertatio de Rachele ad Ierem. XXXI. et Matthaei II. 18.
59. — — Dissertatio choro-topo-graphica de Aenon prope Salim, ad Ioan. III. 23.
60. *Petri Zornii* Dissertatio de Aenon prope Salim ad Ioan. III. 23.
61. *Petri Zornii* liber de historia et antiquitatibus vrbis נוא־אמון ad Ier. XLVI. 25. Ezech. XXX. 15. et Nahum. III. 8—10.
62. *Theodori Hasaei* Diss. de gente Kav Kav, cuius mentio fit Ies. XVIII. 2, 7.
63. *Christophori Cellarii* Diss. de amoenitatibus historicis et geographicis ex itineribus S. Paulli collectis.
64. Epistola *Eucherii* Episcopi ad Faustum Presbyterum.
65. Itinerarium *Antonini Placentini* ex MS. erutum per Ignat. a S. Antonino Carm. discalc.

Tomus

Tomus VIII.

66. *Salomonis van Til* commentarius typico criticus de tabernaculo Mosis ad Exod. XXV—XXX.
67. *Ioannis Buxtorfii* Fil. historia arcae foederis.
68. *Theodori Hasaei* Differt. de ligno Sittim.
69. — — Differt. de rubo Mosis הסנה dicto ad Exod. III. 2—4.
70. — — Differt. de lapide fundamenti.
71. *Ioannis Henrici Antonii Dorien* de opere Zaazyim, quo Cherubinos S. Sanctorum confici curauit Salomo 2 Chron. III. 10. exercitatio.
72. *Ioannis Buxtorfii* Differtatio de Manna.
73. Maimonidis vita descripta a Ioan. Buxtorfio Fil.
74. *Roberti Clauerıngii* Differt. de Maimonide.
75. *Humphredi Prideaux* praefatio ad tractatus Maimonidis de iure pauperis et peregrini.
76. *Ludouici Compiegne de Veil* praefatio ad Mainonidis opera.
77. — — — — prooemium in tractat. Maimonidis de domo electa.
78. R. Mose ben Maimon constitutiones de domo electa, cum Blasii Vgolini perpetuis notis philologicis.
79. — — — constitutiones de vasis sanctuarii et qui in eo ministrabant, cum Blasii Vgolini perpetuis notis philologicis.
80. — — — constitutiones de ingressu sanctuarii cum Blasii Vgolini perpetuis notis philologicis.
81. *Leonardi Sturmii* sciagraphia templi Hierosolymitani.

Tomus IX.

82. *R. Abrahami* filii *Dauidis Arie* commentarius de templo, ex huius libro, qui Schilte haggibborim inscribitur, excerptus, nunc primum a Blasio Vgolino latina interpretatione illustratus.
83. *Ioannis Lightfooti* descriptio templi hierosolymitani.
84. — — ministerium templi, quale erat tempore nostri Seruatoris descriptum ex Scriptura et antiquissimis Iudaeorum monumentis.
85. *Paulli Friderici Opitii* commentarius de custodia templi nocturna.
86. *Adriani Relandi* de spoliis templi hierosolymitani in arcu Titiano Romae conspicuis liber.
87. *Theodori Dassouii* imagines hebraearum rerum.

Tomus X.

88. *Meinhardi Plesken* Differtatio philologica de columnis aeneis.
89. *Ioan. Iac. Crameri* Exercitationes de templi secundi ara exteriori.

90. *David. Millii* Dissertatio de cornibus altaris exterioris.
91. *Ioan. Buxtorfii* Historia ignis sacri et caelestis, sacrificia consumentis.
92. *Ioan. Gottlieb. Bohnii* Dissertatio de igne gentilium sacro in Israelitar. sacra iniurio.
93. *David. Millii* Dissertatio de altari mediatore.
94. *Blasii Vgolini* altare exterius.
95. *Christian. Ludov. Schlichteri* de mensa facierum eiusque mysterio libellus singularis.
96. *Eiusdem* de panibus facierum liber singularis.
97. *Blasius Vgolinus* de mensa et panibus propositionis.

Tomus XI.

98. *Blasii Vgolini* altare interius.
99. *R. Abrahami ben Dauid* commentarius de suffitu, ex Schilte Haggibborion excerptus, nunc primum a Blasio Vgolino latine redditus et illustratus.
100. *Iac. Meieri* Diss. de suffitu.
101. *Dan. Weymari* Diss. de suffitu.
102. *Prosperi Alpini* Dialogus de balsamo.
103. *Io. Georg. Michaelis* Diss. de thuribulo adyti.
104. *Georg. Fridericus Rogal* de thuribulo.
105. *Ioan. Braunii* Diss. de adolitione suffitus ex eius Variis Sacris excerpta.
106. *Georg. Michael. Doederlini* Exercitatio de candelabris.
107. *Blasii Vgolini* Diss. de candelabro.
108. *Dan. Frider. Iani* Exercitatio de vite aurea templi hierosolymitani.

Tomus XII.

109. *Ioan. Sauberti* liber de sacerdotibus Hebraeorum.
110. *Ionae Krumbholtzii* sacerdotium hebraicum.
111. *Ernesti Christiani Boldich* Pontifex maximus Hebraeorum.
112. *Io. Braunii* Diss. de sanctitate P. M.
113. *Ioan. Seldeni* libri duo de successione Pontificum hebraeorum.
114. *Bened. Dav. Carpzouii* Diss. de Pontificum hebraeor. vestitu sacro.
115. *Ioan. Buxtorfii* historia Vrim et Thummim.
116. *Nicol. Polemanni* Diss. de Vrim et Thummim.
117. *Ioan Spenceri* Diss. de Vrim et Thummim.
118. *Philippi Riboudealdi* Diss. de Vrim et Thummim contra Ioan. Spencerum.
119. *Christ. Ludov. Schlichteri* Diss. de lamina aurea Pontificis maximi.
120. *Henr. Andr. Toepferi* Diss. de tiara summi sacerdotis.
121. — — Diss. de tiaris minorum sacerdotum.

122.

122. *Balth. Scheidius* de oleo vnctionis.
123. *Dan. Weymari* Diss. de vnctione sacra Hebraeorum.
124. *Io. Iac. Quandtii* Diss. de Pontificis maximi suffraganeo.
125. *Theodori Renaldi Tatii* Diss. de sacerdote castrensi.
126. *Blasii Vgolini* Diss. de sacerdote castrensi.

Tomus XIII.

127. *R. Abraham ben David* Dissertatio de vestitu sacerdotum hebraeorum ex Schilthe Haggibborim excerpta hebraice et latine.
128. *Ioan. Christo. Harenbergii* Diss de vocibus ארגמן, תכלת, משזר, שש, שני, תולעת, Exodi XXV, 4 XXVI. 1. XXVIII, 5. 6. 33. &c.
129. *Io. Christ. Biel* Diss. de purpura Lydia ad illustr. locum Act. XVI, 14.
130. *Blasii Vgolini* sacerdotium hebraicum.
131. *Daniel. Pfeffingeri* Diss. de Nethinaeis.

Tomus XIV.

132. Mechilta }
133. Siphra } hebraice cum interpretatione latina Blasii Vgolini.

CAPVT II.

De Aegyptiorum, Persarum, Carthaginiensium aliarumque gentium tum de graecarum Antiquitatum Generalibus Scriptoribus.

Scriptores de antiquitatibus Aegyptiorum. 1. *Persarum* 2. *De antiquitatibus Punicis siue Carthaginiensium.* 3. *De Germanicarum Antiquitatum studio non negligendo et scriptoribus praecipuis eas enarrantibus.* 4. *Conspectus thesauri antiquitatum Germanicarum.* 5. *De scriptoribus antiquitatum graecarum.* 6. 7. *Singillatim Laconicarum.* 8. *Atticarum.* 9. *De antiquitatibus aliarum Ciuitatum vel Insularum.* 10. *Index thesauri Antiquitatum Graecarum Gronouiani.* 11.

I.

Aegyptiorum antiquitates et ritus plurimos persequutus est *Athanasius Kircherus* Iesuita in Oedipo Aegyptiaco, Romae 1652. folio IV. Volum. quanquam tum in hoc opere tum in Obelisco Pamphilio ibid 1650. fol. vulgato, expositurus antiquas figuras Hieroglyphicas illius gentis, plurimum in-

 dulget

dulget coniecturis nulla auctoritate nixis, saepissime etiam nulla verisimilitudine se lectori commendantibus. Breuior sed et accuratior et eruditior est in veteribus ritibus ac consuetudinibus Aegyptiis exponendis *Ioannes Marshamius* Anglus Eques auratus, in cuius canone chronico Londini primum edito 1672. fol. deinde Celeb. Ottone Menckenio curante Lipsiae 1676. 4. et denique Amstelodami 1698. 4. recuso multa Aegyptiarum antiquitatum nec minus Ebraicarum Graecarumque capita docte illustrantur. Visus tamen est in eo peccare, quod longe iunioribus testibus pro re tam antiqua depugnans, rationesque institutorum Leuiticorum typicas fere negligens, Ebraeos ritus plerosque omnes ex Aegyptiorum institutis deriuat, aut per nudam *σκγκατάβασιν* quandam, vt gens Iudaica ab Aegyptiis abduceretur, a DEO vel ostensos vel toleratos fuisse contendit, licet *Ioannis Spenceri* ea quoque sit sententia magno molimine defensitata in Diss. de Vrim et Thummim Cantabrig. 1699. 8. et in opere de legibus Ebraeorum ritualibus ibid. 1685. fol. Hagae Comitum 1686. 4. Lipsiae 1705. 4. Cantabrigae 1727. fol. cura Leonis Chapellow, linguae arabicae Professoris; cui editioni accessit liber IV. ab ipso Spencero ad calcem libri III. olim promissus, de ritibus et institutis Ebraeorum a gentium vsu desumtis nullibi vero a Deo praeceptis aut ordinatis; nec non Diss. de phylacteriis Iudaeorum. Recusa est haec editio Tubingae 1732. fol. cum Chph. Matth. Pfaffii differt. praeliminari. Contra hanc Marshami et Spenceri opinionem multis disp. *Herm. Witsius* in Aegyptiacis Amst. 1683. 1693. 4. editis, quem vide in primis p. 60. 262. 281. 292. Consuli etiam possunt Iac. Rhenferdus oratione de fundamentis et principiis philologiae sacrae; Iacob. Triglandus, nepos, orat. de origine et caussis rituum mosaicorum, subiecta eius dissertationibus iunctim excusis Delphis 1728. 4. Iac. Saurinus dissertationibus gallice editis in Pentateuchum; Hugo Ferrandus T. 2. cogitationum de religione Christiana gallice editarum; Clarissimus Otto Menkenius ὁ μακαρίτης in praefatione ad Lipsiensem Marshami editionem a se curatam; Natalis Alexander in selectis capitibus Hist. Eccles. V. T. Ioannes van der Weyen in variis sacris; Ioan. Eduardus in opere de oeconomiis Dei Anglice edito 1699. Salomo Deylingius in obseruationibus sacris; Georgius Wallinus F. diss. de origine rituum Ebraicorum, sub praesidio Io. Arn. Bellmanni Vpsal. 1707. defensa, aliique laudati Vener. Pfaffio in Diss. prael. Tubingensi Spenceri editioni praemissa.

Nescio tamen an ex altera parte vicissim excedant modum Viri doctissimi, qui si quamcunque vel minimam vel etiam nullam vident in Ebraeorum et Aegyptiorum, Graecorum item Romanorumque et aliarum gentium institutis similitudinem, longe maximam tamen videre se existimantes, nihil non,

etiam plerasque quas habent fabulas [1], nedum ritus et sacra a Iudaeis repetisse Ethnicos contendunt. Ita illustris Huetius in demonstratione Euangelica et opere de Concordia rationis et fidei (libris alioqui erudissimis et lectu dignissimis,) Bochartus in Phaleg. et Canaan, Vossius de idololatria, Ioan. Mich. Dilherrus in diss. de κακοζηλία diaboli, Edmundus Dickinson in Delphis Phoenicizantibus, aliique quam plurimi, quos sistit Carol. Arndius in obs. de vsu Poeseos profanae in Theologia exegetica, Miscellaneor. Lipsiens. Tom. VI. p. 212. ss. et nouissime Lauarius in historia fabularum cum historia sacra comparata Gallice. Parisiis 1730. 2 Voll. in 12.

Excerpta de Aegyptiacis institutis et ritibus e Nymphodoro, Strabone, Plutarcho et aliis suae Herodoti editioni p. 598. sqq. Graece et Latine subiecit Godofredus Iungermannus, atque eius inde exemplo Thom. Galeus. Exstat etiam *Coel. Cacagnini* Commentatio de rebus Aegyptiacis, in collectione scriptorum eius, quae prodiit 1544. fol. nec non *Ioannis Baptistae Casalii* Romani, liber de Aegyptiorum profanis ritibus, cum eiusdem libris de ritibus Romanorum et Christianorum. Romae 1644. 4. et Hanouerae 1681. 4. sed non adeo multa sunt, quae de Aegyptiis attingit Vir alioqui non contemnendus. His addendi *Caspar Barthius* p. 129—144. ad Claudianum; *Ioan. Henricus Bocclerus* in νομίμοις Aegyptiorum Tom. 2. diss. p. 665. sq. et *Ioannes Nicolai* qui eruditas antiquitates publice cum laude apud Tubingenses docuit (A. 1708. 9 Aug. defunctus) libro de Aegyptiorum Synedrio et legibus insignioribus. Lugd. Batav. 1705. 8. De sapientia, eruditione atque inuentis Aegyptiorum erudita legitur *Cornelii Adami* commentatio in Exercitationibus exegeticis, editis Groningae 1712. 4. p. 92. sq. Antiquitatis litterariae Aegyptiae idea edita a *Iacobo Friderico Reimmanno*, exstat ad calcem ideae systematis antiquitatum litterariarum generalis. Hildesiae 1718. 8. euulgatae, vbi p. 141. sq. scriptores de rebus Aegyptiacis veteres, p. 148. sq. autem recentiores laudantur. Quibus ibi recensitis e recentissimis addatur *Guilielmus Warburton* in diuina Mosis legatione, Anglice Londini 1738. Tomis tribus edita, qui L. 4. Sect. 1--4. siue, Tomi secundi P. I. p. 17—206. antiquitates litterarias Aegyptiorum defendit. Id quod quoque facit *Ioan. Lamius* de Trinitate L. 1. C. 1—3. 7—10. et 14—16. *Samuel Squire* autem, in

[1] Recte hoc visum incredibile est Abbati Banierio in libro edito Gallice *explication Historique des fables*, Tomo X. primo X. qui prodiit Parisiis 1711. 12. rec. Hag. Comit. 1713. 12. pag. 50. ff. et Leibnitio in *Miscellaneis* a Ioan. Frid. Fellero editis p. 103. Certe nihilo plus verisimilitudinis habet illa sententia quam paradoxus auctoris libri A. 1499 in folio excusi, qui inscribitur. *Gesta Romanorum cum applicationibus moralisatis et mysticis.* v. Bibl. Bremens. T. V. p. 753. *vel Petri von Sara comparatio Angeli foederis cum Mercurio. Ibid. p.* 205.

in praefatione, quae versioni anglicanae libelli Plutarchi de Iside et Osiride, vna cum textu graeco notisque doctorum editi Cantabrigiae 1744. 8. est praefixa, docet, congestas a se esse obseruationes ad Aegyptias antiquitates spectantes; quibus ne carere orbem eruditum diutius patiatur Vir Clarissimus, rogamus. Hieroglyphicorum Aegyptiorum scriptores Horapollo, Pierius Valerianus, Caussinus aliique, de quibus vti de Hermete Trismegisto dictum est Lib. I. Bibliothecae Graecae C. 7—13. Mensa Isiaca Laurentii Pignorii commentario illustrata, mutato titulo saepius est excusa Venetiis 1605. Francof. 1608. Amstelod. 1669. 4. Exstat quoque huius tabulae explicatio apud Montefalconium Antiqq. explic. T. 2. P. 2. L. 2. C. 1—3. et in Banierii mythologia per historiam explicata T. 2. L. 6. C. 7. Celeb. *Paullus Ernest. Iablonski* in Pantheo Aegyptiorum varia huic tabulae explicandae inseruientia inseruit. Hodie tabulam illam in bibliotheca regia Taurinensi asseruari docet Ioan. Georg. Keyslerus itiner. nouissimi P. I. p. 194. vbi simul nonnulla contra Montefalconium monentur. In marmor Isiacum Romae Anno 1719. effossum exercitationes conscripserunt Ioannes Oliua Rhodiginus. Romae 1719. 8. et Georgius Christianus Gebauerus, cuius exercitatio inserta est actis Eruditorum Latinis A. 1720. p. 395. ss. Melchioris a Briga, S. I. interpretatio fasciae Isiacae in statua Capitolina legitur in iisdem Actis A. 1722. p. 536. Aliam tabulam antiquam Aegyptiacam Hieroglyphicis exornatam, quam vulgavit V. C. Franciscus de Ficoronis, habes etiam in Actis Eruditorum A. 1714, p. 127. Tabulam lapideam Rigordianam et cincturam linteam mumiae Aegyptiacae vide in memoriis Triuultiensibus A. 1705. p. 429. ss. edit. Amstelod. Quinque statuas Aegyptias sub Clemente XI. Romae effossas exhibent Ephemerides Italicae (Giornale d' Italia) T. 21. p. 462. Tres statuas in capitolio Romano Anno 1720. erectas describit Ioan. Baptista Braschius in ecphrasi iconographica. Romae 1724. 4. Primos fuisse Aegyptios, *qui per figuras animalium, sensus mentis effingerent*, testis est Tacitus lib. 2. Annal. c. 14. Idem vsurpatum Mexicanis, quorum scripturae figurariae specimen exstat in Alphabetis collectis ab Andrea Müllero Greifenhagio. Pluchius in historia caeli secundum ideas Poetarum, Philosophorum et Mosis considerata, Gallico sermone composita, parte prima eiusque supplemento originem idololatriae ex Aegypto atque ab hieroglyphicis agriculturae figuris, Aegyptiis vsitatis, deriuat, contra quem disputant Warburtonus in legatione Mosis diuina, Vol. II. P. I. p. 201. ss. et Silhouettus in dissertatt. de vnione religionis, ethices et politices, e Warburtoni libro excerptis. Multa ad antiquitates Aegyptiorum spectantia, exhibet *Rich. Pocockius* in descriptione orientis Vol. I. L. V. *Guil. Iameson* in spicilegiis antiquitatum Aegypti atque

ei

ei vicinarum gentium. Glasguae 1720. 8. et Auctores collectionis nouae itinerariorum fide dignorum P. II. C. VI. et in commentationibus parti ſecundae adiectis. Vehementer optamus, vt *Frider. Lud. Nordenii* iter Aegyptiacum, quod ſocietas ſcientiarum Hafnienſis edere conſtituit, quamprimum in lucem prodeat; quum multa Aeyptias Antiquitates illuſtrantia monumenta in eo exhibeantur. V. Libera iudicia et relationes promouendis ſcientiis et hiſtor. inſeruientia. A. 1748. p. 252.

II. Antiquitates Persicas varias hinc inde haurire licet ex Herodoto, Xenophonte, Procopii Perſicis, Plutarcho, Arriano, Curtio, huiusque illuſtratoribus Freinshemio, Radero, Pitiſco, tum ex iis, quae ad calcem Herodoti ex Cteſia aliisque ſcriptoribus graece ac latine ſubiecit Henricus Stephanus et Iungermannus, repetita etiam in nouiſſima Londinenſi et Gronouiana editione. Sed ſingulari ac iuſto opere illas complexus eſt digeſſitque Vir Doctiſſimus *Barnabas Briſſonius* libris tribus de regio Perſarum principatu, quorum primus ſacra, ſecundus politiam, tertius rem militarem exponit. Pariſ. 1580. et poſtea ſaepius; vt Pariſ. 1606. 4. et Heidelbergae apud Commelium 1595. 8. cum notis Frid. Sylburgii ad libri calcem, atque Argentorati 1710. 8. cum Sylburgii et Ioan. Henr. Lederlini V. C. notis in calce cuiusque paginae ſtatim ſubiunctis. Confer quae in laudem huius operis Briſſoniani aduerſus Ioſ. Scaligeri acerbiorem cenſuram vir praeclarus *Cornelius Adami* Eccleſiaſtes et Rector ſcholae Damonenſis in Obſeruatt. Theologico-Philologicis. Groningae 1710. 4. c. 2. p. 23. qui plures etiam ritus perſicos illuſtrandis ſacris litteris (Eſtheris praecipue et Danielis libro) perſequitur. Nonnulla etiam Briſſonio praeterita ſuppleuit *Iulius Caeſar Bulingerus* in Eclogis ad Arnobium editis Toloſae A. 1612. 8. Videndus itidem *Nic. Gurtlerus* lib. I. de originibus mundi c. 10. De magnitudine opum, et multitudine auri et argenti Perſarum, quae deinde per Graecos ac denique per Romanos ſparſa fuit, adeundus eſt Montefalconius T. 3. ſupplementi lib. V. p. 115. ſſ. Librorum trium *Theodori Presbyteri* περὶ τῆς ἐν Περσίδι Μαγικῆς argumentum refert Photius in Bibliotheca, Codice LXXXI. Ex ſcriptis orientalibus plures Perſicas Antiquitates depromſit *Bartholomaeus Herbelotus* in Bibliotheca ſiue Lexico Orientali Gallice edito Pariſ. 1697. fol. Integros XL. annos legendis Perſarum et Arabum monumentis impendit, ex quibus Lexicon hoc ſuum congeſſit, ante quam in lucem opus prodiret exſtinctus Pariſ. 8 Dec. 1695. aetat. 70. Sed nimis conciſe paſſim recenſet ea quae legit nimiaque libertate, nec ipſa ſcriptorum verba vsquam adducit. Quo in genere diligentius verſatus eſt *Thomas Hydeus* Bibliothecarius quondam Bodleianus in Hiſtoria Religionis veterum Perſarum et Parthorum et Medorum eo-

rumque Magorum, ad cuius calcem liber Sadder, Zoroastris praecepta continens, latine est subiunctus Oxon. 1700. 4. Ei iungi possunt *Henricus Lord* in Historia religionis Banianum, quae Anglice Lond. 1630. 4. et ex Anglico Gallice prodiit Paris. 1667. 12. *Isaacus Beausobrius* in historia critica Manichaeorum et Manichaeismi; et *Guil. Whistonus*, qui in collectione testimoniorum de Vet. et N. T. firma auctoritate comprobatorum, (Collection of authentic Records belonging the Old and New Testament) Lond. 1728. 8. pag. 233. disputat veterem sectam Magorum in Media et Persia, quae reiectis crassioris idololatriae generibus cultuque imaginum, solem ignemque colebant, post captiuitatem decem tribuum fuisse mixtam ex Sabiis et illarum tribuum reliquiis; p. 239. Zerdusht s. Zoroastrem fuisse in Bactria circa A. 22. regni Artaxerxis Mnemonis (non in Persia tempore Darii Hystaspis) p. 247. Zerdusti s. Zoroastris huius religionem per Medopersicum celebratam imperium fuisse religionem Iudaeorum, qualis fuit Abrahami ante circumcisionem. p. 253. templorum ignis occasionem dedisse ignes caelitus delapsos in altare Hierosolymitanum. 2 Macc. I. 20. Vereor tamen, ne aethiopem lauent eruditissimi viri, [2] quando Persas ab idololatria absoluere, et a sincero vnius Dei cultu commendare instituunt. Recentiorum Persarum mores ac consuetudines quum ex *Sansonii*, *Herberti*, *Adami Olearii*, *Tauernerii*, *Petri della Valle* et aliorum, nouissime etiam ex *Ioan. Chardini* et *Cornelii Bruini* itinerariis abunde etiam vulgo innotuerint, lubens praetereo.

III. PVNICAS siue CARTHAGINIENSES Antiquitates attigit *Bernardus Aldrete*, Hispanus, in Antiquitatibus Hispaniae et Africae, patrio sermone editis Antwerpiae 1614. 4. libro praecipue tertio et quarto. *Christoph. Hendreich* in libro de Republica Carthaginiensium. Francof. 1664. 8. (Cui veteri editioni A. 1705. a typographo Batauo nouus praefixus est titulus) et Vir Clarissimus *Conr. Samuel Schurzfleischius ὁ μακαρίτης* in dissertationibus historico-politicis, pag. 516. seq. vt Reinerum Reineccium praeteram in Hist. Iulia, et *Vbbonem Emmium* T. 3. vet. Graeciae p. 157. seq. Sed profecto merebantur diligentius fusiusque exponi et illustrari res nobilissimae huius et potentissimae quondam in Africa reipublicae, quae Tyriorum siue Phoenicum vetus colonia, et tum aliis institutis, (adi Grotium ad Deut. XVIII. 10.) tum ipso idiomate Phoenicibus affinis. Vide Reinesii, ἱστορούμενα linguae Punicae post editionem

[2] In Actis Martyrum selectis Theodorici Ruinarti pag. 567. edit. Wetstenianae notatur ex Eusebii Renaudoti obseruatione Hydeus ac reprehenditur, quod testimonium vnius auctoris obscuri, atque vt ille ait sordidissimi, qui non nisi gryphos et aenigmata loquitur, et ante annos CXX. scribebat, praeferre non dubitat omni Antiquitati. Auctor ille est *libri centum Portarum*, pro quo typographus male excudit: *centum Persarum*.

nem Altenburgenſem A. 1637. 4. in Syntagmate diſputationum Graeuiano recuſa Vltraiecti 1701. 4. Thomam Hyde ad itinera Abrahami Peritſol, p. 44. ſeq. vbi de nomine vrbis Carthaginis atque originibus. In primis vero ſummum virum Sam. Bochartum in Geographia ſacra, cui Aldretum ignotum fuiſſe obſeruat Ioan. Clericus T. 5. Bibl. ſelectae p. 389. ſeq. et pag. 393. ſeq. Dolendum inſuper fatis doctiſſimi viri *Gilberti Gaulmini* interceptos eſſe eius libros III.. de republica Carthaginienſium, cum libro ſingulari de infanticidiis Afrorum, quos praemiſit in praefat. ad Euſtathium de Iſmenii et Iſmenes amoribus, quemadmodum etiam lucem nunquam vidit Hendreichi ſupra laudati opus de rebus Carthaginenſium, ſiue Carthaginenſium hiſtoria, cuius edendae ſpem fecit p. 8. et 14. nec edita ſunt eiusdem Analecta ſiue additamenta quae pollicetur p. 135. 287. et alibi. Librum de Carthagine, ſcriptum lingua Hiſpanica a D. *Caſparo Hibannez de Segouia et Peralta*, et euulgatum Pampelonae 1664. 4. laudat Thom. Pinedo ad Stephanum Byz. pag. 362. De Suffetibus, ſummo Poenorum magiſtratu eruditam diatriben Witteb. 1744. 4. edidit Gottlob Erdmann Zeibichius.

IV. Indorum, Arabum, Syrorum (quae tria nomina latiſſime patent) Tſchinarum item, tum qui in Europa Scytharum, Celtarumque ſiue Gallorum, Francorum et Germanorum, Hiſpanorum ac Britannorum, Angloſaxonum populorumque ſeptentrionalium veterum res atque antiquitates in alium locum coniicere animus eſt, ne nimium euagandum nobis ſit, locusque prouerbio Italorum, *chi troppa abbracia*, *nulla ſtringe*,, et dum omnia perſequi inſtituimus perficiamus nihil. Tantum monemus ſtudioſos, iuris praecipue atque hiſtoriarum, ne in aliarum gentium, Romanarum v. g. atque Graecarum antiquitatibus ita ſe abdant, vt interim in patriis rebus ſint hoſpites, quod aeque eſſet ridiculum, ac ſi quis in Germania viuens Graece loqui diſceret, Germanicam linguam ignoraret atque aſpernaretur. Quare non poſſumus, quin potiores Antiquitatum Germanicarum ſcriptores generales exhibeamus. Syſtema quoddam Antiquitatum Germanicarum, duodecim diſſertationibus ſub *Germaniae mediae* titulo Heidelbergae primum 1678. deinde Ienae 1686. 4. editis, ac denique cum Guil. Turckii diſſ. de Geographia medii aeui Halae Saxonum 1709. 4. recuſis delineauit *Paullus Hachenbergius*, in quarum prima de regimine. 2. de generibus ſiue ordinibus (nobilibus, ingenuis, ſeruis) 3. de legibus, 4. de re militari. 5. de nuptiis. 6. de ſtudiis. 7. de lingua. 8. de religione gentili et chriſtiana. 9. de re feciali. 10. numaria. 11. veſtiaria, et 12. de re funebri veterum Germanorum diſſerit. Idem voluerunt ſaxum *Trogillus Arnkiel*, in Antiquitatibus Cimbricis. Hamb.

F 2 1703.

1703. 4. editis, *Ioan. Georg. Keyslerus*, [3] qui Antiquitates selectas Septentrionales et Celticas, Hanouerae 1720. 8. euulgauit, et *Ioan. Christophorus Cleffelius*, cuius Antiquitates Germanorum, potissimum Septentrionalium, selectae Francof. et Lipsiae 1733. 8. prodierunt. Consensum antiquitatum germanicarum cum antiquitatibus biblicis, inprimis hebraicis, peculiari libro, germanice Guelpherbyti 1755. 8. euulgato, ostendit *Ioan. Christoph. Strodtmannus.* Edidit quoque V. C. *C. U. Grupe* germanico sermone Antiquitates Germanicas, illustrando Saxonico et Sueuico iuri prouinciali ac feudali inseruientes, Hanouerae 1746. 4. Prostat etiam *Herm. Adolphi Meinders* Thesaurus Antiquitatum Francicarum et Saxonicarum. Lemgov. 1710. 4. Alemannicas Antiquitates singulari diss. exposuit Vir Celeb. *Ioannes Daniel Schoepflinus* Argent. 1723. 4. recusa in Eius commentationibus historicocriticis, Basil. 1742. 4. editis. *Io. Georg. Eccardi* de origine Germanorum, eorumque vetustissimis coloniis, migrationibus ac rebus Gestis libros duos: e schedis MStis edidit V. C. Christi. Lud. Scheidius. Goettingae 1750 4. De Cimbrorum appellatione agit *Ern. Aug. Schulzius* in excercitt. philolog. exercit. IV. et de Cimbrica Francorum origine idem ibid. exercit. Vta: atque exercit. VIta de capite taurino, in monumento Childerici reperto, antiquissimo Francorum insigni. De artibus at scientiis apud veteres Germanos excultis agitur in Museo nouiter aperto (neueröffnetes Museum) p. 744. ss. de moribus ritibusque eorum p. 830. seq. de virtutibus et vitiis p. 879. seq. de nobilitate pag. 485. seq. de religione p. 394 seq. de lingua legibusque p. 284. Breue compendium germanico idiomate sub titulo Germaniae antiquae vulgauit *Paullus Christi. Hoepfnerus.* Halae Sax. 1711. 12. Σκιαγραφίαν compendii Antiquitatum Germanicarum, quatenus ex Taciti Germania lucem accipit, edendi, Taciti Germaniae, Lips. 1747. 8. editae, adiecit *Io. Gottfr. Hauptmannus.* Monumenta vetera [4] Taciti, Caesaris, Strabonis aliorumque de rebus ac moribus priscorum Germanorum collegit et coniunctim edidit *Hermannus Conringius:* Idem in aliis scriptis egregiam lucem attulit antiquitatibus Germanicis, quod fecere etiam *Phil. Cluuerus* in Germania antiqua, (cuius epito-

[3] Huius viri A. 1743. die 21 Iunii rebus humanis erepti mortem grauissime ferret orbis eruditus, nisi ea, quae affecta ille reliquit, Germanorum antiquitates illustrantia, ad sagacissimum antiquitatum patriae Scrutatorem, *Godofr. Schützium* peruenissent. Is enim amore in Keyslerum suum ductus ea, in ordinem redacta, cum orbe erudito communicare sibi proposuit.

[4] Similem collectionem illustris Leibnitius praemisit Tomo primo scriptorum rerum Brunsuicensium.

epitomen dedit Io. Buno) *Iustus Christoph. Dithmarus* [5] in commentario in Taciti Germaniam, *H. Speelmannus* in Glossarico Saxonico, *Cangius* in glossario mediae et infimae latinitatis, *I. G. Wachterus* in Glossario Germanico, *Marquardus Freherus*, *Melch. Goldastus*, *Reinerus Reineccius*, *Frid. et Erpoldus Lindenbrogii*, *Meibomiique* atque ne alios in praesenti memorem, qui id saxum nostra aetate magna cum laude voluerunt voluuntque, *Godfridus Guil. Leibnitius*, *Christianus Franciscus Paullini*, *Wilhelmus Ernestus Tentzelius*, *Ioan. Nicolaus Hertius*, *Ioan. Mich. Heineccius*, *Io. Georg. Eccartus*, *Christ. Iunkerus*, *Ioan. Herm. Schmincke*, Argentoratensisque Academiae quondam decus, *Ioannes Schilterus* A. 1705. 14 Maii denatus et *Ioan. Petrus a Ludewig.* Quod Gronouius atque Graeuius, editis antiquitatum Graecarum atque Romanarum thesauris, praestitere, illud, vt Germanicae quoque antiquitates experirentur fortunae munus, iam dudum optarunt viri eruditi. Huius voti explendi caussa iam A. 1720. Thomas Fritschius, bibliopola Lipsiensis, consilium edendi thesaurum antiquitatum Germanicarum, XVI. tomis distinctum, sed frustra, cepit, cuius conspectum, a Ioan. Georg. Eccardo compositum, exhibent Noua Litteraria A. 1720. p. 132. ss. Idem molitus est *Gottl. Sam. Treuer*, qui delineationem thesauri antiquitatum Germanicarum composuit, quae pallulum mutata Catalogo bibliothecae eius Goettingae distractae est adiecta. Treueri thesaurus quum mole sua emtoribus molestus esset futurus, *Rud. Aug. Noltenius* Lipsiae 1735. 4. vulgauit Conspectum thesauri antiquitatum Germanicarum, limitibus suis circumscripti. Quem nos in primis sequuti, sequentem composuimus thesauri antiquitatum Germanicarum conspectum.

Conspectus thesauri antiquitatum Germanicarum.

Tomus I.

Scriptores de origine et nomine Germanorum, vt et antiquitatum Germanicarum generales.

Wilhelmi Chr. Kriegsmanni coniectanea de germanicae gentis origine.
Chr. Frider Ayrmann de originibus Germanicis.
Io. Dauid. Koeleri Diss. de origine Germanorum ab Ascenaze.
Io. Heygeri s. *Ioan. Ioach. Zentgrauii* Gomerus Iapheti primogenitus Germanicae gentis conditor.
Godof. Guil. Leibnitii breuis disquisitio, vtros incolarum Germaniae citerioris aut Scan-

[5] Quam promisit Dithmarus descriptionem antiquitatum Germanicarum, ius praesertim Germaniae publicum et priuatum illustrantium, lucem non vidisse dolemus.

Scandiae ex alteris initio profectos verisimilius sit iudicandum. In Felleri monumentis ineditis Ienae 1714. 4. p. 132. ſſ.

Godof. Guil. Leibnitii meditationes de originibus et migrationibus gentium. In miſcellan. Berolinenſ. T. I. p. 1. ſſ.

Nic. Hieron. Gundling von Thuiſtone, der deutſchen Vater. In Gundlingianis T. I. P. VIII. p. 197.

Ioan. Mich. Dilherri hiſtoria priſcae Germaniae.

Iuſti Chriſtop. Ditmari Diſſert. de origine Germanorum Scythica. In Exercitatt. ſubſeciuis Francof. T. II. p. 131. ſſ. et in Ei. Sylloge Diſſ. acad. et Exercitatt. p. 453.

Theophil. Sigfr. Bayer de origine et priſcis ſedibus Scytharum. In Comment. Acad. Petropolit. T. I. p. 385 ſſ.

— — de Scythiae ſitu tempore Herodoti. ibid. p. 400.

Fabianus Törnerus de Gothorum, i. e. Iaphetidanum e Scandia primis expeditionibus.

Petrus Lagerlöf de veris et antiquis gentis Gothicae ſedibus aſſerendis.

Hermannus Conringius de antiquiſſimo ſtatu Helmſtadii et viciniae. In eius Opp. T. V.

Ioan. Georg. Eccardus de antiquiſſimo ſtatu Helmſtadii.

Mich. Piccarti oratio Germanos eſſe fratres Perſarum.

Ioan. Henr. Hagelgans de priſca Germanorum aetate.

Bilib. Pirckheimeri deſcriptio Germaniae.

Conr. Celtis Germania et Hercynia. In Schardii Scriptoribus rerum Germanicarum. T. I.

Peutingeri ſermones conuiuales.

Hieronymus Turlerus de migrationibus populorum ſeptentrionalium.

Ioannis Meſſenii ſpecula Sueonum.

Chriſtop. Phil. a Waldenfels de maioribus Germanorum.

Ioannes Strauch de indigenatu Germanorum. In opuſculis eius a Reinhardo editis faſcic. I. p. 1-21.

Andr. Iulii Dornmeieri Diſſ. de prima Germanorum notitia.

Artopaeus de vetuſtiſſimis gentis germanicae memoriis.

Wilh. Hieronym. Brucknerus de titulo Germaniae.

Ioan. Henr. Eggeling Diſſ. 5. de miſcellaneis Germaniae antiquitatibus. Quarum I. agit de vocabulo Germaniae. 2. De Caucis. 3. De Phabirano Ptolemaei. 4. De Wiebiletho. 5. De Statuis Rulandicis.

Paulli Pezronii origines Celticae.

Remling de Celtis.

Matth.

Matth. Hillerus de origine gentium Celticarum.

Rein. Reineccius de communibus gentium Germanicarum et Henetarum appellationibus.

Christoph. Cellarii initia cultioris Germaniae. In Dissertationibus Eius Academicis p. 571-602.

Daniel. Langhornii elenchus antiquitatum Albionensium, Britannorum, Danorum, Anglo-Saxonum origines et gesta ad A. 449.

Iacobi Waraei antiquitates Hibernicae.

Bartholini antiquitates Danicae.

Iani Bircherodii disquisitiones circa antiquitates Daniae.

Ioannis Loccenii antiquitates Sueo-Gothicae.

Erici Iulii Biörneri introductio in antiquitates hyperboreo-gothicas.

Ioan. Georg. Keysleri antiquitates septentrionales et celticae.

Tomus II.

Scriptores de linguis veterum Germanorum.

Georg. Casp. Kirchmaier de lingua vetustissima Europae Scytho-Celtica.

— — parallelismus duodecim linguarum ex Scytho-Celtica.

Iaeger de lingua Scytho-Celtica et Gothica.

Ioan. Henr. Boeclerus de lingua Celtica.

Val. Ern. Loescheri litterator Celta.

Matth. Belius de vetere litteratura Hunno-Scythica.

Henr. Muhlius de origine linguar. German. etc. ex Hebraea.

Isaacus Wakius de origine germanicae linguae ex Chaldaea et Bauaricae ex Syriaca.

Reflexions sur la Convenance de la langue Celtique, et en particulier de la Teutonique avec celles de l'Orient, par Mr. *Süsmilch.* Insert. histor. acad. reg. berolin. scientiarum. A. 1745. p. 188.

C. F. Nilscheri Eber in Germania, s. collectio vocabulorum Germanicorum, quae ex Ebraeae lingua deducuntur.

Io. Lud. Praschii Diss. de latinae linguae origine Germanica.

I. N. Funccius de origine germanica latinae linguae.

Marci Zueri Buxhornii Diss. de Graecae, Romanae et Germanicae linguarum symphonia.

Abraham Bohoritzi horae arcticae, s. litteratura latino-carniolana.

Hugonis Grotii index nominum propriorum Gothicorum et Longobardorum.

Bonauentura Vulcanius de litteris et lingua Getarum.

Olai Rudbeckii specimen vsus linguae Gothicae.

Christop. Broweri Diss. de veteris populi Treuirorum lingua.

Otto-

Ottonis Sperlingii Comm. de linguae Danicae et nominis antiqua praerogatiua.
Vpmark de antiquitate et origine litterarum graecarum et runarum.
Fabianus Torner de praestantia linguae veteris Gothicae.
Stirnhielm de origine linguae Gothicae.
Georg. Casp. Kirchmaier de linguae Teutonicae aetatibus.
Ioan. Aug. Egenolfi Historie der deutschen Sprache.
— — controuersia cum Polyc. Leysero.
Christ. Grubelii Dissert. de lingua Germanica vetere et hodierna.
Chr. Schoettgenii Diss. de antiquissimis linguae Germanicae monumentis Gothico-Theotiscis.
Io. Georg. Wachterus de lingua Codicis argentei. In Misc. Berolin. T. I. p. 40 - 47.
Georg. Frid. Heupelii Diss. de Vlphila, s. versione IV. Euangelistarum Gothica.
Ioan. Georg. Eccardi Diss. de vsu et praestantia studii Etymologici in historia.
— — historia studii etymologici linguae Germanicae.
Ioan. Claubergii ars etymologica Teutonum.
Godofr. Guil. Leibnitii Collectanea etymologica.
Georg. Phil. Harsdörferi specimen philologiae germanicae.
Georg. Christop. Peiskeri index de vernaculae et rerum German. significatione.
Andr. Helwigii origines dictionum Germanicarum.
Ioan. Leonh. Frischii origo quorundam vocabulorum germanicorum.
Ioan. Vorstii obseruatt. in linguam vernaculam specimen.
Marq. Freheri specimen linguae Saxonicae.
— — specimen linguae Alemannicae.
Keronis Interpretatio vocabulorum barbaricorum. In Goldasti Tom. II. Rerum Alemanicarnm p. 71 - 94. ed. recent.
Tatiani harmonia euangelica per Ioan. Phil. Palthenium.
Ioan. Diemanni specimen glossarii latino-theotisci, quod Rhabano Mauro inscribitur, illustrati.
Ioan. Georgii Wachteri specimen glossarii Germanici.
Godofr. Wendelini Glossarium Salicum vocum Aduaticarum.
Diederici von Stade specimen lectionum Antiquarum Francicarum ex Otfrido.
Marq. Freheri Diss, qua lingua reges Francorum vsi sint.
— — notae ad iuramentum Ludouici Germanici et Caroli Calui.
Hymnus magnus ecclesiae, quem *Te Deum Laudamus* vulgo vocant, notis illustratus a *I. G. Eccardo.*
Aeg. van der Mylen de lingua belgica.
Guil. Wattoni synopsis thesauri Hickesiani.

Georg.

Georg. Caſpar. Kirchmaier de origine, iure ac vtilitate linguae Slauonicae.
Ioan. Leonh. Friſchii hiſtoria linguae Slauonicae.

Tomus III.

Deſcriptiones Geographicae vetuſtioris Germaniae.

Tabulae Peutingerianae fragmenta cum explicatione *M. Velſeri*, et *Franc. Chriſtoph. a Scheyb.*
Io. Georg. Lotteri Diſſ. de tabula Peutingeriana.
Ioan. Mich. Weinrich de finibus Germaniae nunquam mutatis.
Turckii Diſſ. de Geographia medii aeui.
Sim. Frid. Hahnii Progr. de geographia medii aeui vberius excolenda.
Chr. Frid. Paullini de pagis antiquae Germaniae.
Herm. Conringius de vrbibus Germaniae.
Brömannus de mari Balthico.
Georgii Grenii Rugia inſula maris Balthici.
Henrici Meibomii introductio ad Saxoniae inferioris in primis hiſtoriam.
Michaelis Richey Diſſ. de Hamburgo veteri in Connoburgo Smeldingorum perperam inuento.
Caſp. Sagittarii hiſtoria vrbis Bardeuici.
Henrici Meibomii Bardeuicum. In Eius Scriptor. rerum Germanicar. T. I.
Caſp. Sagittarius de marchia Soltwedelenſi.
Iac. Paullus Gundlingius de Druſi monumentis terrarum Brandenburgicarum.
— — de Itargo fluuio.
Excerpta e ſcriptis Academiae ſcientiarum regiae Berolinenſis de quaeſtione; quousque Romani in Germaniam penetrauerint.
Caſp. Sagittarii et *Iac. a Mellen* hiſtoria antiqua Lübecenſis.
— — hiſtoria media Lübecenſis.
Caſp. Sagittarius de antiquitatibus archiepiſcopatus Magdeburgici.
— — de origine et incrementis Brunsuici.
— — Goslaria ab originibus ſuis.
Io. Mich. Heineccii Diſſ. de antiquiſſimo regionis Goslariam ambientis ſtatu et Crodone in primis Harzburgico. Inſerta Scriptt. rerum Germ. Heineccio-Leuckfeldinis.
Saliani deſcriptio Hercyniae.
Henr. Eckſtormii epiſtola de ſpecu Baumanni.
Ioan. Leonh. Friſch etymon nominis Weſer. In Miſc. Berolin. T. II. p. 54.
Herm. Hamelmanni antiqua Weſtphalia. In Eius Opp. p. 21.
Ferdinandi a Fürſtenberg monumenta Paderbornenſia.
Vbbo Emmius de agro Friſiae.

Dav. Eberh. Hauberi origines Schauenburgicae. In eius primit. Schauenb. pag. 12.

Casp. Henr. Graunii Dalemincia Slauorum.

Frider. Strunzius de pagis Nisani et Daleminci.

Chr. Frid. Sinner de loco quodam Romelus - Burg. In Misc. Lipf. T. VIII. Obf. 176. p. 317. ff.

Christ. Schoettgens Geographie der Sorben. In der Diplom. Nachlese von Ober-Sachsen. T. I. P. III. p. 361. ff.

Frid. Wideburgii origines et antiquitates Margrauiatus Misnici.

Georgii Guil. Kirchmaieri Diff. de Witteberga Saxonum.

Adami Rechenbergii Diff. de vetere Ofterlandia.

Casp. Sagitarii antiquitates regni Thuringici.

— — epistola de antiquo statu Thuringiae sub indigenis Francorum.

— — antiquitates ducatus Thuringici.

Ioan. Sim. Purgoldi Diff. de mixtione populorum in Thuringia.

Chr. Schröter de burgo Scheidinga, antiquissima Thuringiae regum sede.

Mart. Christo. Laurentii monumenta ficta Francorum in Thuringia.

— — monumenta Romanorum in Thuringia.

— — origines Doringicae, seu monumenta Sueuorum in Doringia.

Ioan. Mich. Weinrich de primis tractus Hennebergici incolis ac pagis.

Casp. Sagittarii antiquitates Alftettenses.

Chr. Knautii antiquitates comitatus Ballenstediensis et Ascaniensis.

— — antiquitates pagorum Anhaltinorum.

Io. Georg. Kuntscke Diff. de Lusatia.

Theodori Crügeri origines Lusatiae.

Casp. Sagittarii historia Lusatica.

Chr. Frid. Ayrmann de situ montis Tauni.

Ioan. Georg. Estoris decerpta ex veteri Geographia Hassiae. In Kuchenbeckeri analectis Hassiacis P. I.

Georg. Guil. Kirchmaier de bello praelioque de Salinis Cattos inter et Hermunduros.

Marq. Freheri monumenta antiqua de monte Abrinsberg et silua Ottewald.

— — de Lupoduno antiquissimo Alemanniae oppido.

Georg. Chr. Ioannis de castro Frifels.

Ioan. Laur. Crollius de Frifels, Cassella, Meissenheimio et Hornbaco.

Ioan. Casp. Brechemmacheri notitia Sueuiae antiquae.

Ioan. Vlr. Pregizer de gentibus et regnis Europae ex Sueuis.

Henr. Bebelius de pagis Sueuiae.

Ioan.

Ioan. Hoffmann de antiqua Francorum domo et turri.
Ioan. Georg. Eccard von der alten Salzburg in Franken.
N. H. Gundlingii Nachrichten von dem großen mährischen Reiche, wie auch dem letzten mächtigen Regenten. In Gundling. P. XI. N. 2.
Ioan. Alex. Döderlini antiquitates Nordgauienses.
Io. Wilh. Iani Diss. de Boioaria Francis subiecta.
Casp. Sagittarii historia antiqua Noribergae.
Io. Dauid Koeler de castro imperiali forestali Brun.
— — de inclita sede regali ad Rense
— — fata ducatus Alemanniae et Sueuiae.
Aegidii Tschudi epistola de Lenticensium Germanorum Aug- Vindel. nomine et situ.
Mazbergeri monumentum Augustae Vindelicorum.
Casp. Bruschius de Laureaco veteri.
Iac. Wimphelingii cis Rhenum Germania.
Ioan. Huttichii collectio antiquitatum in vrbe et agro Moguntino repertarum, In Ioannis Scriptor. rerum. Moguntinarum. T. III. p. 715. ss.
Chr. Gotth. Blumberg monumentum Cl. Drusi Neronis Moguntiae obuium, quod auctius Germanice prodiit sub Tit. der Eichelstein.
Christo. Cellarii Diss. de Cl. Drusi expeditionibus, maxime Germanicis. In Eius Diss. Acad. p. 553-570.
Aegidii Gelenii excerpta ex eius Colonia Claud. Augusta Agrippina. Col. 1645. 4.
Iac. Melbaei silua acad. seu de antiquitatibus vrbis Treuirensis.
Excerpta ex *Wilh. Kyriandri* annalibus Augustae Treuirorum.
Ioan. Smith oppidum Batauorum s. Nouiomagum.
Marq. Freheri Mosella Ausonii.
Conr. Sam. Schurzfleischii principium Mosellae Ausonii. In Eius Diss. Acad. Num. 9.
Excerpta ex *Ioan. Piccardi* antiquitatibus et annalibus Drenthiae.
Andr. Catulli Tornaco Neruiorum.
Wilh. Paradinus de antiquo statu Burgundiae.
Ioan. Strauchius de regno Arelatensi.
Ioach. Ioan. Maderus de Arelato et Arelatensi regno.
Henr. Vagedres periodus regni Austrasiae, s. Lotharingiae.
Conr. Sam. Schurzfleischii historia veteris regni populique Burgundiorum. In Diss. Eius N. 10.
Ant. Günth. Loescheri auspiciorum regni Arelatensis index subitaneus.

Ioan. Dan. Schoepflinus de Burgundicis et transiurana.
Sim. Frid. Hahnii Diſſ. de iuſtis Burgundici noui vel Arelatenſis regni limitibus.
Excerpta ex *Io. Dan. Shoepflini* Alſatia illuſtrata.
Baſil. Ioan. Heroldi Romanorum in Rhaetia littorali ſtationes.
Caſp. Sagittarii antiquitates lacus Bodanici.
Aegid. Tſchudi de priſca et vera Rhaetia Alpina.
Ioan. Conr. Schwartz de finibus veteris Heluetiae.
Herm. Nuenarii Gallia Belgica.
Abr. Ortelii antiquitates Gallo Belgicae.
Petrus Diuaeus de Galliae Belgicae antiquitatibus.
Iaques de Guiſe illuſtration de la Gaule Belgique.
Obſervation critique de l'Abbé *de Camps* ſur la Carte Geographique de P. Daniel.
Reponſe du Pere *Daniel.*
Gerardi Nouiomagi Batauia.
Cornelii Aurelii Batauia.
Hadr. Iunii Batauia.
Ioan. Iac. Chifletius de portu Iccio.
Guil. Sommeri reſponſio ad Chifletium de portu Iccio: acc. *Car. du Freſne* Diſſ. de portu Iccio ac *Edm. Gibſoni* Diſſ. de eodem argumento.
Ioan. Georg. Eccardi Diſſ. de portu Iccio Iul. Caeſaris. In T. VIII. Miſc. Lipſ. pag. 255. ſſ.
Phil. Cluuerius de tribus Rheni alueis oſtiisque.
Ioan. Iſaaci Pontani diſceptatt. Chorographicae de Rheni diuortiis atque oſtiis eorumque accolis populisque.
— — diſceptationum noua ſylloge.
Bonauentura Caſtilioneus de Gallorum Inſubrum antiquis ſedibus. In theſauro antiquitatum Italiae T. I.

Tomus IV.
De ſingulis populis veterum Germanorum.

Ioan. Nicol. Hertii notitia populorum veteris Germaniae. In Ei. Opp. Vol. II. T. I.
Val. Ern. Loeſcheri rationarium populorum veter. Germaniae.
Conr. Peutingerus de inclinatione romani imperii, et exterarum gentium, praecipue Germanorum commigrationibus.
Nicolai Petreii Cimbrorum et Gothorum origines.
B. Rhenani origines Gothicae.
Excerpta ex *Ioan. Dan. Maioris* bevölkerten Cimbrien.

Gund-

Gundlingiana von dem deutschen Ursprunge der Amazoninnen. P. III. N. 3. T. I. p. 273.
— — Beantwortung der Einwürfe Fr. Straphae wider den Ursprung der Amazoninnen. P. VII. N. 2.
Ioan. Heinr. Steffens Historie der alten Einwohner Deutschlandes.
Excerpta ex *Io. Georg. Eccardi* libris duobus de origine Germanorum eorumque vetustissimis coloniis, migrationibus ac rebus gestis.
Georg. Stirnhielm Anti-Cluuerius.
Nic. Mareschalli Thurii annalium Henedorum ac Vandalorum libri VII. In Westphalen Scriptt. rer. Germ. T. I.
Fab. Törner de regno Langobardorum in Italia.
Watrangus de eodem argumento.
Ioan. Frid. Christii origines Langobardicae.
— — de rebus Langobardicis.
Chr. Zickermann von den alten Einwohnern in Pommern.
Aegid. van der Mylen de antiqua Pomeranorum republica.
Chr. Hartknoch de originibus Pomeranicis.
Conr. Sam. Schurzfleisch de originibus Pomeranicis. In Diss. Eius N. 26.
Chr. Hartknoch de originibus Borussicis.
— — de antiqua Borussorum republica.
Erasmus Stella de Borussiae antiquitatibus.
Iac. Perizonius de rebus atque incrementis Prussorum.
De Francheville Dissertation sur l'origine du peuple Prussien. In Historia acad. Reg. scientiar. Berolin. 1749. p. 501.
Mart. Hanckii antiquitates de Silesiorum nominibus.
— — de Silesiorum maioribus.
Frid. Wilh. Sommeri regnum Vannianum, siue, de antiqua Silesia.
— — Silesia ante Piastum.
Excerpta ex *Leonh. Dav. Hermanni* Maslographia; vbi de erutis in Silesia romanae antiquitatis reliquiis.
Reineri Reineccii recensio populorum Slauicorum in Germania habitantium.
Matth. a Thudet origines Slauo-Bohemicae gentis.
Andr. Stredonii Diss. de Bohemorum originibus.
Conr. Sam. Schurzfleisch de rebus Slauicis. In Eius Diss. N. 20.
Ioan. Vpmarck historia prisca gentis Venedorum.
Theod. Krüger de Sorbis. In Hoffmanni Scriptor. rerum Lusaticarnm T. II.
Chr. Schöttgen de eod. argumento. In Eius Diplom. Nachlese T. I. P. II. p. 177. ss.

Nic. Olai de Attila Hunnorum rege.
Eberh. Rud. Rothii Attila Hunnor. rex.
Phil. Callimachi de eodem argumento.
Io. Georg. Eccardi Diſſ. de numis Attilae.
Pulkawa de Ileuellorum clade.
Bäckeri Diſſ. de Liuonia.
Suffrid. Petri de Friſiorum antiquitate et origine.
— — apologia pro antiquitate et origine Friſiorum.
Excerpta ex *H. Boerhauen* Diſſ. de antiquis Friſiae orientalis Dynaſtis, eorumque iuribus.
Ioan. Schild de Caucis Germanorum.
Ioan. Henr. Eggeling de Caucis. In Eius Diſſ. N. 2.
Erpold Lindenbrogs Geſchichte der Chaucorum.
Ioan. Ian. Alanus de Cimbris.
Alex. Torquati proleg. de Cimbris eorumque fortitudine et rebus geſtis.
Christo. Cellarius de Cimbris et Teutonis, primis Romanor. ex Germania hoſtibus. In Eius Diſſertatt. acad. p. 488.
Ioan. Iſaac. Pontanus de bello Cimbrico.
Rein. Reineccius de originibus Saxonum.
Paullus Cypraeus de origine, nomine, priſcis ſedibus, moribus antiquiſſimis, rebus geſtis et migrationibus Saxonum, Cimbrorum, Vitarum et Anglorum.
Henr. Cannengieter de Brittenburgo, Matribus Brittis, Britannorumque antiquiſſimis per Galliam et Germaniam ſedibus.
Pierre Rapin Diſſ. ſur les Moeurs, la Religion et la Langue des Angel-Saxes.
Rob. Sheringham de Anglorum gentis origine.
Polyc. Lyſerus de meritis Saxonum in Angliam.
Chr. Henr. Weiſſius de Saxonum origine.
— — antiquitatum Miſno-Saxonicarum ſingularia.
Conr. Sam. Schurzfleiſch de antiqua Saxonum dignitate. In Eius Diſſ. N. 65.
Caſp. Abels Deutſche Alterthümer.
— — Sächſiſche Alterthümer.
Werner Rolewinck de Weſtphalorum, ſiue antiquorum Saxonum ſitu, moribus, virtutibus et laudibus.
Ioan. Iuſti Winckelmanni notitia veteris Saxo-Weſtphaliae.
Herm. Hamelmannus de populis olim in Weſtphalia. In Opp. Ei. T. I.
Ioan. Neuwaldus de antiquis Weſtphaliae colonis.
Caſp. Sagittarius de nomine Weſtphaliae.
Herm. Ad. Meinders de libertate Saxonum ſiue Weſtphaliae.

Pro-

Prooemium ad *Conr. Frid. Reinhardi* Diss. de officiis Imperii Saxonicis.
Vlr. Hutteni Arminius.
Conr. Sam. Schurzfleisch de Arminio. In Eius Diss. N. 28.
Erpold Lindenbrogs zwey Bücher von Arminii Thaten.
Christo. Ad. Rupertus de Arminio Cheruscorum principe.
Ern. Casim. Wasserbach de statua Arminii.
Nic. Hieronym. Gundlingius de Quinctiliano Varo. In Gundling. P. XXIV. N. 1.
Andr. Iul. Dornmeieri Diss. de Germania nunquam a Romanis subacta.
Adam. Rechenbergii Diss. de Italorum Cheruscorum rege.
Rein. Reineccius de Angriuariis et Angaria oppido.
Frid. Zollmann de Thuringorum origine. Misc. Lips. T. XI. Obs. 230. p. 251-279.
Io. Iust. Winckelmann vom Ursprung und Anfang der Thüringer.
Io. Georg. Reinharti antiquitates Marchionatus vt et origines Landgrauiatus Thuringici.
Rein. Reineccius de origine Misnorum.
Christo. Phil. a Waldenfels de Voigtlandis et Nariscis.
Erasmus Stella de origine, vetusta appellatione et regionibus Tubantinorum, Cygneorum etc. In Menckenii Scriptt. rer. germ. T. III. p. 2039-2043.
Andr. Goldmayer vom Ursprung der Hessen und der Stadt Marpurg.
Godfr. Arnoldus de Hermunduris.
Dan. Müller de eodem argumento.
Chr. Schöttgen de eodem argumento.
Andr. Paars Catti aborigines Batauorum.
Ioan. Georg. Estor coniecturae de Mattiacis. In Kuchenbeckeri Anal. Hassiacis. P. I.
Georg. Sabini comment. de appellatione, situ, moribus populorum Marchiae Brandenburgicae.
Georg. Frid. Schroeeri origines Brandenburgicae.
Rein. Reineccii origines stirpis Brandenburgicae.
Io. Georg. Wachteri origines Alemannicae. In Gundling. P. XXX. N. 1.
Ioan. Dan. Schoepflini antiquitates Alemannicae. In Eius Commentatt. histor. et criticis.
Schram de Nasua fortissimo Sueuorum duce.
Ioan. Georg. Kulpisii bellum Caesaris et Ariouisti.
Christo. Cellarii Diss. de bellis C. I. Caesaris aduersus Ariouistum. In Eius Diss. acad. p. 521.
Ioan. Isaaci Pontani origines Francicae.
Obseruatio Halensis super I. I. Pontani origg. Francicis. T. V. Obs. VIII.

Ano-

Anonymus de origine gentis Francorum.
Vertot l'origine des François.
Phil. Cluueri Disq. de Francis et Francia.
Herm. Nuenarius de origine et sede Francorum.
Schönhouen de eodem argumento.
Reineri Reineccii origines Francorum.
Hub. Leonardus de eodem argumento.
Ioan. Dillenii Diss. de origine Francorum.
Barth. Christ. Richardi Diss. de Francorum, Saliorum et Salicorum origine atque differentia.
Ioan. Henr. Kraussii dubia vexata circa Caroli M. historiam.
Godofr. Guil. Leibnitii Disq. de origine Francorum cum notis Eccardi.
Tourneminii dubia circa Leibnitii sententiam.
Anonymi Diss. contra Tourneminium.
Nic. Hieron. Gundlings Gedanken über des Hrn. Baron von Leibniß Schrift de origine Francorum. In Gundlingianis P. III. N. 2.
Des Hrn. Baron von Leibniß Antwort auf die wider seinen Tractat de origine Francorum gethane Erinnerungen. Ib. P. VI. N. 4.
Gundlings Replic auf des Hrn. Baron von Leibniß Antwort de origine Francorum. Ib. P. IX. N. 1.
Nic. Vignierius de statu et origine vett. Francorum.
Excerpta ex *Car. Molinaei* comment. de Monarchiae Francorum origine.
Io. Nic. Hertii notitia veteris Francorum regni.
Godofr. Thomae Ludewigii historia Saxoniae a Francis subiugatae.
Ioan. Dauid Koeler de origine Boioariorum a Boiis.
Ioach. Meieri Diss. de Boiorum migrationibus et origine.
Godofr. Guil. Leibnitz de veteribus Boiis. Praefatio ad Eius edit. Auentini et Brunneri.
Hier. Petz de veteris Austriae inquilinis. In Eius Scriptor. rerum Austriacarum. T. I. p. 37. ss.
Balth. Bebelius de Triboccis.
Vlr. Obrechti prodromus rerum Alsaticarum.
Io. Herm. Schminck de Adalrico siue duce Alsatiae.
Lud. Schmids Schaßkammer der Nederlandschen Oudheden.
Ioan. Piccarti Antiquiteten der Provincien en Landen gelegen tusschen der Nord-Zee, de Yssel, Emse en Lippe.
Excerpta ex *Iac. Malbranco* de Morinis et Morinorum rebus.
Hub. Leodius de Tungris et Eburonibus.

Hug.

Hug. Grotii antiquitates Batauicae. Vide Grotii et Iani Dousae Chronicon Hollandiae.
Iac. Gronouii oratio de tempore immigrationis Batauorum in insulam suam.
Otton. Sperlingii Diss. de origine veterum Gallorum a Dite.
Marci Zuerii Boxhornii origines Gallicae.
Anton. Gossellini historia Gallorum veterum.
Gaud. Merula de Gallorum Cisalpinorum origine et antiquitate.
Lacarri historia coloniarum a Gallis emissarum.

Tomus V.

De indole et habitu corporis vitaque priuata Germanorum.

Hermannus Conringius de habitus corporum Germanorum caussis. In Eius Opp. T. V.
Io. Phil. Burggrauii commentarius ad H. Conringii librum.
G. G. Kirchmaieri Diss. de veteri Scytharum Celia, Oelia, et Zytho.
Excerpta ex *Io. Henr. Meibomii* tract. de cereuisiis et vino.
Paullus Hachenberg de re vestiaria veterum Germanorum. In Eius Germ. med.
Ioh. Georg von Eckhardt Erklärung eines alten Kleinodien-Kästleins aus dem Ebnerschen Cabinette zu Nürnberg.
Gottl. Sam. Treueri anastasis veteris Germani germanaeque faeminae.
Paullus Hachenberg de nuptiis veterum Germanorum. In Eius G. M.
Chambort de aestimio faeminarum apud veteres Germanos.
Andr. Ludov. Koenigsmann de immersione infantum in aquis Rheni.
Sec. Lancellotti obseruatio de hoc argumento ex eius libro: Tarsollini deg antichi historici.
Herm. Adolph. Meinders de nominibus et cognominibus veterum Germanorum. In Misc. Lips. T. VI. p. 1. ss.
Seyrich de nominibus Germanorum gentilitiis. In Opusc. eius Lips. 1650. pag. 20. ss.

Tomus VI.

De Litteratura veterum Germanorum.

Io. Guil. Berger de prisco Germano haud illitterato.
Georg. Schubart de litteraturae apud Germanos primordiis et incrementis.
Paullus Hachenberg de studiis veterum Germanorum. In eius Germ. med.
Vlr. Obrechti exerc. de philosophia Celtica.
Val. Ern. Loescheri litterator Celta.
Gottfr. Schützens Programma, daß der Grund von der Glückseligkeit der alten

Celten mit nichten in dem Mangel der Wissenschaften zu suchen sey. Altona 1752.

Io. Lauterbachii Diss. de carminibus veterum Germanorum.

Cyriac. Spangenberg. de Bardis.

Io. Christo. Wagenseil Diss. de phonascis; adiecta Eius comment. de ciuitate Noribergensi.

Diurbergius de Scaldis veterum hyperboreorum.

Fabiani Toerneri Diss. de poesi Scaldorum septentrionalium.

Io. Dav. Kocleri Diss. de eodem argumento.

Io. Piccartus de prisca Celtopaedia.

Lohmeier de Scytharum veterum philosophia.

Iani Caecilii Frey philosophia Druidum.

Steph. Forcatulus de Gallorum imperio et philosophia.

Henr. Heisenii oratio de vett. Germanorum eloquentia.

Aegid. Strauch de computo veterum Germanorum.

Chr. Gottl. Haltaus Calendarium medii aeui praecipue Germanorum.

Io. Iac. Rabe calendarium festorum dierumque mobilium atque immobilium perpetuum.

Tomus VII.

De Diis et Sacerdotibus variisque superstitionibus veterum Germanorum.

Elias Schedius de diis Germanorum.

Paullus Hachenberg de religione gentili veterum Germanorum. In Eius Germ. med.

Magni Dan. Omeisii Diss. de Germanorum veterum theologia et religione pagana.

Christo. Frid. Ayrmann de cultus idololatrici veterum Germanorum origine et incrementis.

Barth. Chr. Richard de dubia et incerta C. Taciti fide in Germ. Deor. historia.

Trogilli Arnkiels cimbrisches Heidenthum.

Solander de religione veterum Germanorum.

Henr. Andr. Kochius de puriori veterum Germanorum theologia. Inserta est B. Patris eius fructibus primis theol. in fine.

Gottfr. Schützens Progr. daß die alten deutschen und nordischen Völker weit vernünftigere Grundsätze in der Religion gehabt haben, als die Griechen und Römer. Altona 1751.

— — Beweis, daß die alten Deutschen keine richtige Erkenntniß von Christo

ſto gehabt haben. In der andern Sammlung, deſſen drey kleiner Schutzſchriften für die alten Deutſchen. III Stück, p. 69.

G. Schützens Beweis, daß viele Gottheiten den alten Deutſchen angedichtet worden. In der dritten Sammlung, deſſen drey kleiner Schutzſchriften für die alten Deutſchen. I Stück, p. 11.

Ioach. Wieland de Thoro, principe veterum Septentrionalium idolo.

Godofr. Schützius de blando patris cognomine ſupremo Germanorum gentilium numini ſacro. In Eius exercitatt. ad Germaniam ſacram gentilem facientium ſylloge. N. III. p. 67.

Arngrimi Ionae epiſtola de diis populorum borealium.

Ioan. Georg. Keysler de cultu Solis, Freii et Othonis. Adiecta eſt haec diſſertatio nouiſſimae edit. Schedii de diis Germanorum, quam Iarckius curauit.

Georg. Iac. Mellinus de diis Sueuorum.

Ioan. Iac. Müllerus de eodem argumento.

Hector Godfr. Maſius de diis obotritis. Inter Diſſ. eius acad. Hamb. 1719. p. 1040.

Henninges de priſco Saxonum Gentiliſmo.

Arnold de ſeptem veterum Saxonum deaſtris.

Lüneb. Musbardus de Oſtera Saxonum.

Theod. Haſaeus de Saxonum idolo Oſtera.

Ritzius de origine voc. Oſtern.

Godofr. Schützius de dea Aludana topico Germanor. gentil. numine. In Eius Exerc. ad Germ ſacr. gentil. facient. ſylloge. N. I. p. 11.

— — de Veileda virgine Germana diuinis celebrata honoribus.

Elſner Diſſertation ſur le chap. XL. du Livre de Tacite des Moeurs des Germains, et en particulier ſur la Deeſſe Hertha, Hertham, ou Erdamm. In Hiſtoria academiae Regiae Scientiar. Berol. A. 1747. p. 446.

— — Diſſertation ſur l'Ile de la Deeſſe Hertham ou Erdamme, et ſur les Adorateurs de cette Divinité. In Hiſtoria acad. reg. ſcient. Berol. 1748. pag. 441.

Henr. Meibomius de Irmenſula. In T. III. rerum Germ. p. 3.

Ern. Caſim. Waſſerbachius de ſtatua illuſtris Harminii, liberatoris Germaniae, vulgo Hermenſuhl.

Olaus Verelius de Fanin.

Winſlöuius de Tanfana Taciti.

Henr. Vagedes de Iodutha et arbore Iouis. In opuſc. Eius p. 288. ſſ.

Gerh. van Maſtricht diſquiſitio de Iodutha. Inſerta Bibl. Brem. Cl. VII. Faſc. III. p. 510. ſſ.

Theod. Hasaei paralip. de Iodutha. Ibid. Fasc. V. p. 906. ff.

Io. Herm. Schminck de cultu arbor. Iouis.

Andr. Iac. Krieg vom Abgott Crodon.

Iac. Tollius de Crodone et Püstero. In epistolis itinerariis, p. 31. sq.

Ioh. George Leuckfeld vom Püstrich.

Excerpta ex *Tenzelio*, *Scharfio*, *Oleario* de Pustero.

Imman. Weberi Püsterus, vetus Germanorum idolum.

Ioan. Mich. Heineccii Diss. de antiquissimo Goslariae statu et Crodone in primis Hartzburgico; annexa eius antiqq. Goslar.

Iac. Wilh. Feuerlini Diss. de Miphlezete Emmentzheimensium.

De Fontenu Conjectures sur le Culte d'Isis en Germanie.

Excerpta ex *Henr. Iac. van Bashuysen* Diss. de Iside, magna deorum matre.

Io. Gottlob Boehmii Diss. de Iside, Sueuis olim culta.

Amad. Schmelz de idololatria veterum Misniae incolarum.

Iac. Thomasii obs. de idolis Slauorum Zwantewith et Zernebog. In Felleri monum. inedit. T. XII. Obs. 71. p. 644.

Io. Petri Ludewigii diss. tres de idolis Slauorum. Recusae sunt illae in eius opuscul. miscellis T. II. L. I. Opusc. 12.

Henr. Bangertus de eodem argumento.

Abrah. Frenzelius de diis Soraborum, et Slauorum. Hanc comment. Script. Rer. Lus. T. II. p. 87. ff. inseruit Christi. God. Hofmannus.

Io. Henr. Boeclerus de superstitione Aestiorum. In eius Diss.

P. I. Eckhardus de diis Slauorum veterum Iutrebocensium.

Ioan. Lasicius de diis Samogitarum.

Iac. Schopperus de Noricae gentis idololatria ethnica.

Ioan. Heinr. Boerisius de Lollo Franconiae deastro. In Misc. Lips. T. III. Obs. 69. p. 307. ff.

Dan. Guil. Trilleri noua Lolli, Franconiae deastri, explicatio. Ibid. T. IX. Obs. 193. p. 175. ff.

Excerpta ex *Ioan. Bertels* de deastris in Treuirensi et Lutzelb. ducatu.

Io. Georg. Eccard de Apolline Granno Mogouno.

Marci Zuerii Boxhornii Bediedinge van de Afgodinne Nehalennia.

— — Antwort op de Vragen van de Afgodinne Nehalennia.

Io. Georg. Keysleri comment. de dea Nehalennia. Recusa in eiusd. antiqq. selectis septentr. et celticis.

Nicol. Hieron. Gundlings Sendschreiben an Hrn. N. N. die in Seeland ehemals bekannte Göttinn Nehalennia betreffend. In Gundling. P. XXV. N. 3.

Thom. Reinesius de deo Endouellico: rec. in Graeuii Syntagm. diss. rar. p. 92. ff.

Iacob.

Iacob. Vertot de eodem argumento.

Frereti diſquiſitio de eod. argumento. Exſtat in hiſtor. acad. Gallicae inſcriptionum et litter. hum. T. II. p. 296. ſſ. edit. Gall. p. 240. verſ. germ.

Thomas Reineſius de deo Moriſtasgo, p. 683. Epp. ad Hofmannum.

Phil. a Turre Diſſ. de deo belleno; ſubiecta eiusd. monumentis vet. Antii, p. 255. ſſ.

Petri Leſcaloperii theologia Gallorum.

Noel Taillepied hiſtoire de l'état et de la republique des Druides.

Caeſaris Egaſſii de Boulay hiſtoria veterum academiarum Gallia Druidicarum. Praemiſſa eius hiſtor. acad. Pariſienſis T. I.

Petri Lagerloef Diſſ. de Druidibus.

Edm. Dickinſon de origine Druidum.

Ioannis Tolandi Hiſtory of Druids. Exſtat in collectione variorum opuſculorum Io. Tolandi, quae prodiit Londini 1726. 8. 2 Voll. Vol. I.

Thomae Smith Syntagma de Druidum moribus et inſtitutis.

Eſ. Puſendorffii Diſſ. de Druidibus. Exſtat in opuſculis eius ab I. P. Ludewigio Halae 1699. 8. editis.

Conr. Sam. Schurzfleiſchii Diſſ. de Druidum veterum inſtitutis. In Diſſ. eius iunctim Lipſ. 1699. 4. editis N. 54.

Ioan. Frid. Scharffii meletema hiſtoricum de Gallorum Druidis.

Ioan. Georg. Frickii comment. de Druidis occidentalium populorum Philoſophis. Edit. 2da cura Alb. Frickii.

Excerpta ex *Iac. Martin* libro; La Religion des Gaulois; et quidem Lib. I. cap. 21-32.

Io. Georg. Keysleri Diſſ. de faeminis fatidicis veterum Celtarum gentiumque ſeptentrionalium. In eius antiquit. ſel. Septentr. et Celticis. N. 5. p. 371. ſſ.

— — de Viſco Druidum. l. c. N. 111. p. 303. ſſ.

— — de compotationibus ſacris veterum Germanorum. Ib. pag. 327. et 349. ſſ.

Godofr. Schützius de conſuetudine Germanorum gentilium deorum memoriam inter ſcyphos renouandi. In eius exercitt. ad Germ. ſacr. gent. fac. Sylloge. N. 111. I. p. 83. ſſ.

Rhodii deſcriptio luci antiquiſſimi ſacrificiis deſtinati.

Godofr. Schützii comment. de ſuperſtitioſa Germanorum gentilium reuerentia lucis conſecratis exhibita.

— — liber de cruentis Germanorum gentilium victimis humanis.

— — de ſacrificiis Germanorum gentilium auerruncandi incubi cauſſa litatis. In eius exercitt. ad Germ. S. gent. fac. Sylloge. Ex. V. p. 215. ſſ.

Chr. Frid. Sinner de loco vulgo Romulus-Burg. In Misc. Lips. T. VIII. Obs. 176. p. 317. ss.

Ioan. Bircherodii palaestra antiquaria de festo Iuel.

Otto Sperling de eodem argumento.

Ioan. Georg. Keysler de interdicto esu carnis equinae. In eius antiqq. sept. N. 4. p. 332. ss.

Iac. Thomasius de poculo S. Ioannis.

Ioan. Nicolai excerpta de iuramentis veterum Germanorum.

Excerpta ex *Franc. Alb. Aepini* Diss. de Meclenburgensium a gentilismo ad Christianismum conuersione.

Herm. Adolph. Meinders de statu relig. et reipubl. sub Carolo M. et Ludouico Pio, in vet. Saxonia s. Westphalia et vicinis regionibus.

Andr. Lud. Koenigsmanni Diss. de antiquitate et vsu betulae pentecostalis frondiumque sacrarum.

H. Webers historische Untersuchung des Meyen-Festes.

Ioan. Reiskii Untersuchung des heydnischen Nordfyrs, wie auch des heutigen Oster- und Johannis-Feuers.

M. Dieffenbach de Nedfri.

Timaeus vom Oster-Feuer.

Io. Casp. Zeumer de igno Ioanneo.

Ioan. Reiskius de vecolo et ceruolo.

I. G. Eccardi excerpta ex histor. Franc. orient. de vecolo et ceruolo.

Henr. Vagedes de conuentu sagarum nocte Kal. Maii. In opusc. eius.

Io. Mich. Dilherri exercit. quid sit Maiuma.

Andr. Riuini Diss. de Maiumis et Maicampis; recusa in Graeuii Synt. Diss. rarior. p. 536. ss.

G. G. Rothius de imagunculis Germanorum magicis, quas Alrunas vocant.

Ioan. Henr. Ernesti Misnia Romana.

Godofr. Guil. Leibnitius Obs. de superstitionibus quibusd. Slauorum. In Felleri monum. inedit. T. XII. Obs. 70. p. 643.

Tomus VIII.

De sepultura veterum Germanorum.

Paullus Hachenberg de re funebri veterum Germanorum. In eius G. M.

Christianus Nettelbladt de variis mortuos sepeliendi modis apud Suiones.

Excerpta ex Scriptoribus de vrnis, qui sunt:

Dav. Sigism. Büttner von Leichen- Brand- und Todten-Krügen.

Arnoldi epistola ad Ioan. Iac. Leibnitz de vrnis.

Ioan.

Ioan. Christi. Schulenburg de vrnis Bremenſibus.
Blumii vrnae Bremenſes.
Chr. Detl. Rhode Cimbriſch-Holſteiniſche Antiquitäten-Remarques.
— — de vrnis Holſaticis.
— — deſcriptio ſingularis tumuli Barmſtadenſis.
— — obſeruationes circa tumulos Barmſted.
Iac. a Mellen vberior earum declaratio.
Ottonis Sperlingii de iis epiſtola.
Gotthilf Treuer de vrnis marchicis.
Io. Georg. Keysleri deſcriptio vrnae ſepulcralis in agro Neclingenſi veteris Marchiae menſe Septembri 1709. erutae. In antiqq. eius Septentr. Celt. N. 6. p. 110. ſſ.
Pyl de Remi ſepulcro in Marchia media inuento.
Relatio de vrnis Seehuſanis ex *nouis litterariis Hamburg.* 1709. p. 323. ſſ.
Nunningius et *Cohuſius* de vrnis Weſtphalicis.
Colberg de vrnis Stolpenſibus.
Ioan. Christo. Olearii Mauſoleum in muſeo.
Val. Alberti Diſſ. de vrnis feralibus (Ilcburgenſibus.)
Godofr. Hechtii buſtum Luſatiae antiquiſſimum. In miſc. Lipſ. T. VIII. obſ. 153. p. 158. ſſ.
Ioan. Herm. Schminck de vrnis Haſſiacis.
Ioan. Craft Heigeli vrnae Moguntinae.
Christi. Stief epiſtola de vrnis in Sileſia Lignicenſibus atque Pilgramdorfienbus.
Excerpta ex Hermanni Maslographia.
Iac. a Mellen hiſtoria vrnae Sarmaticae A. 1674. repertae.
Georg. Roth de baculorum ad ſepulcra proiectione.

Tomus IX.

Origo et progreſſus religionis Chriſtianae inter Germanos et de eorum Apoſtolis.

Paullus Hachenberg de religione chriſtiana veterum Germanorum.
Regio Prumienſis de diſciplina eccleſiaſtica veterum Germanorum.
Paullini de fundatione primae eccleſiae Carolinae Eresburgi.
Excerpta ex *Vrſini* compend. hiſtor. de eccleſiarum Germaniae origine et progreſſu.
Philippi Caeſaris Triapoſtolatus ſeptentrionalis.

Diploma

Diploma Caroli M. Imp. de ſcholis Obnabrugenſis eccleſiae graecis et latinis, critice expenſum ab A. I.
Henr. Phil. Gudenus de Bonifacio, Germanorum Apoſtolo.
Bernard. Pezius de iis, qui primi relig. chriſtianam in Auſtriam intulerunt.
Willebordus Boſſchaertus de primis veteris Friſiae Apoſtolis.
Dav. Henr. Koepkenii fabuloſa, variisque fraudibus quondam obnoxia Megapolis.
Phil. Frid. Hane de epiſcopis in terra Meclenburgenſi primitiuis.
Franc. Wokenius de conuerſionibus Pomeranorum ad religionem chriſtianam.
Ioan. Bugenhagen de eodem argumento.
Herm. Adolph. Meinders de ſtatu religionis et rei publ. ſub Carolo M. et Ludov. Pio in vet. Saxonia.
Excerpta ex *Caſp. Caluörii* hiſtor. ſacra infer. Saxoniae.
Caſp. Sagittarii antiquitates gentiliſmi et Chriſtianiſmi Thuringiae.
Elias Mart. Eyringius de ortu et progreſſu relig. chriſtianae in Francia orientali.
Hadr. Valeſii Diſſ. de baſilicis, quas primi Francorum reges condiderunt.

Tomus X.
De ſtatu oeconomico veterum Germanorum.

Ioan. Nicol. Hertius de hominibus propriis. In Opp. eius iunctim editis 1737.
Excerpta ex *I. W. Goebelii* Diſſ. de iure et iudicio ruſticorum fori Germanici.
Chr. Thomaſii Diſſ. de hominibus propriis et liberis Germanorum.
Iuſti Henn. Boehmeri Diſſ. de iure et ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germaniae deriuandis.
Georgii Dav. Alandi Diſſ. duae de ſtatu hominum apud veteres Germanos.
Excerpta ex *Ioach. Potgieſeri* tract. de conditione ſeruorum Germaniae.
Ioan. Wilh. Waldſchmidt de hominibus propriis Haſſiacis.
Polyc. Leyſer de Frilingis.
— — de ſeruis ſeruorum.
— — de ſeruis nobilibus.
— — de adoptione per Andelangum.
— — de patria poteſtate in Germania ignorata.
Excerpta ex *Ioan. Paulli Kreſſii* Diſſ. de priuilegiis agricolarum apud Germanos.
Excerpta ex *I. W. Goebelii* Diſſ. de origine iuris venandi.
Herm. Adolph. Meinders de origine et progreſſu nobilitatis et ſeruitutis in Weſtphalia.
— — Diſſ. de manumiſſionibus hominum propriorum.

Tomus

Tomus XI.

Res metallicae et monetariae veterum Germanorum.

Erh. Reuſchii origines metallifodinarum in Germania.
Excerpta ex *H. Meibomii* Diſſ. de metallifodinarum Harzicarum prima origine.
Paullus Hachenberg de re monetaria veterum Germanorum.
Excerpta ex *Frehero* de re monetaria Germanorum aliorumque populorum.
Excerpta ex *Weinrichio* de ortu et progreſſu rei numariae, inprimis apud Germanos.
Daniel. Ringmacheri Diſſ. de numis.
Ioan. Dan. Maioris Roma in numis Auguſtalibus Germanizans.
Iac. Paulli Gundlingii Diſſ. de numo Vizonis Obotritarum regis. In Actis Erud. Lipſ. 1724. p. 412.
— — de moneta regis Prislai.
— — de moneta Miſteuoci et Godeſcalci.
Io. Georg. Eccardus de numis quibusdam ſub regimine Theoderici cuſis.
— — Diſſ. de imaginibus Caroli M. et Carolomanni regum Francorum in gemma et numo Iudaico repertis.
Andr. Fountaine Diſſ. de numiſmatibus Anglo-Saxonum cum notis Twaiteſii. Exſtat in Hickeſii theſauro linguarum ſeptentrionalium.
Nicolai Kederi catalogus numorum Anglo-Saxonicorum.
— — de numis argenteis Gothicis.

Tomus XII.

De forma regimis, legibus, poenis et remilitari, aliisque inſtitutis veterum Germanorum.

Reineri Reineccii regnum celticum.
Herm. Conringius de antiqua republica veterum Germanorum. In Opp. Tomo I.
Paullus Hachenberg de regimine veterum Germanorum. In eius G. M.
Petrus Muſaeus de antiqua Germanorum re publica.
Polyc. Marci Germanus conſiliarius, ſ. ſolertia in adminiſtranda republica priſcorum Germanorum.
Georg. Iac. Hackheri orat. Germanum frugi patrem familias repraeſentans.
Otto Sperlingius de ſummo regio nomine et titulo ſeptentrionalibus Germanis aliis vſitato.
Ludolphi Hugonis Diſſ. Praeſide *Henr. Binnio* habita de ſtatu regionum Germaniae.
Paullus Hachenberg de ordinibus veterum Germanorum.

Anton. Dandinus Alteserra de Ducibus et Comitibus Galliae prouincialibus.
Phil. Theodor. Verpoorten de ducatibus in vet. Germ. regno haereditariis.
Ioan. Weincken de Eginhardo Caroli M. Cancellario.
Herm. Conringius de conſtitutione Epiſcoporum Germaniae. In Opp. eius T. II.
Ioan. Ad. Koppius de differentia inter S. R. I. comites et Nobiles immediatos.
Herm. Conringius de Ducibus et Comitibus Imperii R. G. In eius Opp. T. II.
Imman. Weberi hiſtoria Comitum vet. R. G.
Alb. Georg. Schwartz de principibus veteris et de Baronibus mediae Pomeraniae Rugiaeque.
Dav. Georg. Strubii Diſſ. Braeſ. *Gerardo Noodt* habita, de origine nobilitatis Germanicae.
Ioan. Wilh. Goebelii Diſſ. de ſtatu nobilitatis in Germania.
Reinerus Reineccius von des Adels und der Wapen Urſprung.
Io. Henr. Feltzii Diſſ. VI. de ſtatu nobilitatis S. R. I. immediatae.
Obſeruatio de ritu apud Germanos antiquiſſimo creandi equites. *Obſſ. Hal. T. II. Obſ. III. p.* 43.
Adami Frider. Glaſey Diſſ. de titulo Domini atque Baronis.
Io. Ehrenfr. Zſchackwitz de ſeptem clypeis militaribus.
Euch. Gottl. Rinckii Diſſ. de clypeorum ratione habenda in feudis alienandis.
Chr. Wildvogel de clypeo militari. In eius Electis Dec. I. Obſ. X. p. 63. ſſ.
Polyc. Leyſer de origine Patriciorum Germaniae.
Ranger de Patriciis.
Ioan. Nic. Hertius de origine et progreſſu ſpecialium R. G. Imp. rerumpublicarum. In Opp. eius.
— — de ſpecialibus R. G. I. rebus publicis. Ibid.
Excerpta ex *I. W. Goebelii* Diſſ. de iuribus procerum Imperii maieſtaticis.
Chr. Iac. Waldtſtrömer de curiis regiis comitiisque ante Carolum M. Noribergae celebratis.
Io. Henr. Feltz de ſuperiorit. territ. nobil. immed. aſſerta.
Ioan. Iac. Chifletius de ampulla Rhemenſi.
Ioan. Andr. Schmidt de eodem argumento.
Vertot de eodem argumento. In memoriis Academ. Inſcriptionum T. IV. p. 350.
Paullus Hachenberg de re feudali veterum Germanorum. In G. M.
Chriſti. Thomaſii origines feudales.
Thomae Franzii Oratio de feudorum origine.

Iac.

Iac. Car. Spenerus de primis veſtigiis feudorum in Germanica antiquitate peruestigandis. Exſtat in Eius primitiis obſ. hiſtor. Feudalium. p. 1—46.
Gundlingiana vom Urſprung der Lehen P. I. p. 1—26.
G. C. Gebaueri origines Feodi qua vocem qua rem non externae ſed germanicae.
Henr. Gottl. Francus de iurisprudentia veterum Germanorum.
Io. Georg. Cramerus de coniungendo iuris et antiquitatum Germanicarum ſtudio, huiusque ſubſidiis et adiumentis.
Polycarpus Lyſerus de primis iuris Germanici ſcripti incunabulis.
Paullus Hachenberg de legibus veterum Germanorum. In G. M.
Hermannus Conringius de origine iuris Germanici. In T. V. Opp. Eius.
Chr. Gottfr. Hoffmann de origine et natura legum Germanicarum antiquarum.
Eſ. Puſendorſii Diſſ. de legibus Salicis.
Henr. Coccei Oratio de lege Salica.
Vertot Diſcours ſur l'Origine de loix Saliques. In Memoriis Acad. Inſcript. T. IV.
Gottefr. Wendelini leges Salicae illuſtratae.
Polyc. Lyſerus de iure Iuſtinianeo a Lothario Imper. in Germaniam non introducto.
Io. Chriſto. Hartung de Sculteti, Heimburgiis et Scabinis paganicis.
Herm. Ad. Meinders de Gograuiorum ac Scabinorum officio.
Excerpta ex *Frid. Brummeri* exercit. de Scabinis. In Opuſculis Brummerianis a Georg. Beyero editis p. 273.
Ioan. Gottl. Heineccius de origine et indole iurisdictionis patrimonialis.
Ioan. Paullus Kreſſ de variis iurisdictionis criminalis in Germania generibus.
Matth. von Wicht Diſſ. de origine et cauſſa ſtatuti Oſtfriſici, quo fratri minori ſedes paterna, prae maioribus natis poſſidenda, in ſucceſſione relinquitur.
C. Nettelbladt de perantiquis veterum Suecorum et Germanorum per Ordalia purgationibus.
Ioach. Ioan. Maderus de duello, vt ordalei quondam ſpecie.
Iac. Thomaſius de origine Duellorum iudicialium.
Excerpta ex auctoribus, qui de ordaliis ſcripſerunt, e. g. *Leutersbergero*, *Gerhardo*, *Alkemale*, obſeruationibus Halenſibus &c.
Ioach. Potgieſſerus de obſtagio eiusque antiquo in Germania vſu.
Guil. Iuchii Diſſ. de modo probandi innocentiam apud veteres.
Excerpta ex *Ioan. Paulli Kreſſii* Diſſ. de Hageſtoltziatu.
Io. Petri Ludewigii Diſſ. de Hageſtoltziatu exſule contra Kreſſium.
Ioan. Paulli Kreſſii repetitio Diſſ. ſuae contra Ludewigium.

Io. Henr. Meibomius de κυνοφορια. Rec. in collect. nouor. libror. Groschusiana.
Iac. Andr. Crusius de eodem argumento. In Opp. Eius iunctim editis.
Gundlingiana von der alten deutschen Strafe Harmiscara genannt. P. XXX. N. 7.
Paullus Hachenberg de re militari veterum Germanorum. In G. M.
Io. Henr. Hagelgans de re militari priscorum Germanorum.
Chr. Godofr. Chemnitii Diss. de duellis Germanorum.
Ioan. Guil. Iani de eodem argumento.
Wilh. Frid. Pistorius de diffidationibus et Faidis.
Ioan. Petr. Anchersen Lemmata de Soldurlis et origine militiae atque imperii apud Celtas.
Fritzius de origine Solduriorum.
Andr. Wanochius de Solduriis.
Iac. Wencker de Pfalburgeris.
Ioan. Strauch de armis veterum Germanorum. In Opusc. p. 42. ff.
W. de Closen Orat. de equiriis German. veter. quae torneamenta vocant.
Io. Balth. Charisius de torneamentis Germanorum.

VI. Inter GRAECARVM antiquitatum scriptores primo loco commemorandus e veteribus quidem *Pausanias* est in descriptione Graeciae, siue, Atticis, Corinthiacis, Laconicis, Messenicis, Eliacis, Arcadicis, Boeoticis, Phocicisque, cuius operis praestantissimi editio optima graeco-latina cum notis Xylandri, Sylburgii et Ioannis Kuhnii lucem vidit Lipsiae 1696. fol. E recentioribus *Euerardus Feithius* in libris quatuor Antiquitatum Homericarum, quae post auctoris obitum lucem adspexere Lugd. Batav. 1677. 12. et recusae sunt Tomo sexto Antiquitatum Graecarum, quas mox referemus vulgatas a Viro doctissimo Iacobo Gronouio; nec non separatim Amst. 1725. 8. et Argentorati 1743. 8. cura Eliae Stoeberi, qui specimen animaduersionum in antiquitates Homeri adiecit. In hoc breui et iucundo libello, Heroicorum temporum consuetudines ex Homero describuntur, et ex aliis subinde scriptoribus illustrantur, quod licet accuratius et clarius exponi potuisse notet Ioan. Clericus art. Critic. parte I. p. 98. tamen vtiliter eum a tironibus euolui nec ipse diffitetur. Atticas Antiquitates sex vel octo libris et paralipomena attica similiter prelo parasse Feithium ex Nicolai Heinsii ad Daumium et Ioan. Coccii ad Heinsium litteris Sylloges Burmannianae T. II. p. 812. et T. V. p. 249. exstantibus didici, sed illae, quas manuscriptas habuit Gisbertus Cuperus, lucem haud viderunt. *Wolfgangi Lazii* Medici et Historici Caesarei commentationes Historicae et Antiquitates quaedam Graeciae veteris et Peloponnesi varii,

variis numismatibus illustratae Hanou. 1605. fol. editae et T. 6. thesauri Gronouiani recusae sunt.

VII. Iam deinceps non est praetereundum opus *Ioannis Philippi Pfeifferi* Professoris Regimontani, Regiomonti 1689. et 1707. 4. qui paullo ante obitum ad Romanam ecclesiam se contulit, distributum in quatuor libros, quibus [6] Antiquitates sacras, politicas, militares, et oeconomicas veterum Graecorum gentilium succincte complexus est, methodo non contemnenda, etsi propter haud praemissa singulorum capitum argumenta lectoribus obscuriore. Magis tamen placent, iuuenumque studiis accommodatiores sunt *Ioannis Potteri*, eiusdem cui eximias Lycophronis editiones debemus, Archaeologiae Graecae, quae cum iconibus in aes incisis Anglica lingua prodiere Oxonii 1699. 8. 2 Volum. et locupletiores ac latine translatae excusae sunt Lugd. Batauor. 1702. fol. quae editio tomo XII. thesauri Gronouiani est adiuncta. Secunda editio Anglica, quarta parte auctior lucem vidit Oxonii 1706. 8. 2 Voll. Latina autem versio duplo auctior editione anglicana Venetiis 1734. 4. max. duobus Voluminibus est recusa. De *Vbbonis Emmii* et *Iac. Palmerii* veteri Graecia dicturus sum infra, vbi ad res Geographicas et Politicas peruenero. De *Thomae Hind* Historia Graeciae Anglice edita Lond. 1707. 8. vide Acta Eruditorum Lipsiensium T. 4. supplem. p. 282. Systema antiquitatum Graecarum atque Romanarum cum imaginibus aeri incisis edere coepit Georgius Lichtensteger, chalcographus Noribergensis, cuius elaborandi operam suscepit V. Cl. *Ioan. Iacobus Schatzius*, Rector Argentoratensis.

Compendium breuius Graecarum antiquitatum in tironum vsum concinnauit *Paullus Christianus Hoepfnerus* et sub Graeciae antiquae titulo vulgauit Halae Saxonum 1710. 12. Breue etiam antiquitatum Graecarum Romanarumque breuiarium Palaestrae suae stili Romani libro quarto inseruit *Iacobus Masenius*, S. I. Colon. 1659. 8. Antiquitatum Graecarum, praecipue Atticarum descriptio breuis, vulgata sine nomine A. 1714. 12. Franeckerae, saepius et vltima vice Lipsiae 1749. 8. praefixo auctoris nomine, qui est vir doctissimus *Lamb. Bos* cura *Ioan. Frid. Leisneri*, qui testimonia e fontibus et obseruationes quasdam adiecit, recusa est. Eundem, quem Bosius laborem suscepit *Sigebertus Hauercampus*, qui antiquitatum Graecarum, praecipue Atticarum, descriptionem breuem vulgauit Lugd. Batav. 1740. 8. Compendium antiquitatum Graecarum e profanis sacrarum euulgauit *Christianus*

[6] Defectus huius libri notantur satis libere a genero auctoris, Christiano Helwich, in Pfeifferi vita p. 589. inter vitas selectas e Bibliotheca Christiani Gryphii τοῦ μακρίτου editas Vratislauiae 1711. 8. Plura de hoc Pfeiffero habentur in Mich. Lilienthalii Borussiae illustratae, Tomo tertio.

ſtianus Brüningius, Francof. 1734. 8. auctius recuſum ibid. 1745. 8. Graeciam ſacram, h. e. ritus atque conſuetudines veterum Graecorum circa ſacra breui compendio, quod prodiit Tubingae 1734. 8. complexus eſt *Ioan. Albertus Steinhoferus*, Compendium antiquitatum graecarum, vſibus academicis accommodatum, edere apud animum conſtituerat vir in hiſce litteris verſatiſſimus *Ioan. Godofr. Lakemacherus*, ſed morte impeditus tantummodo antiquitates graecorum ſacras, Helmſt. 1734. 8. in lucem emittere potuit.

Petri Danetii dictionarium antiquitatum Romanarum et Graecarum in vſum Delphini pridem adornatum et Gallice primum vulgatum Pariſ. 1698 mox recuſum in Belgio Amſtelod. 1701. 4. Anglice etiam translatum et editum Londini, tironibus propter perſpicuitatem vtile eſt, etſi multa in illo minimeque omittenda incaſſum quaeras, et praeter teſtimonia ſcriptorum deſideres maiorem etiam hinc inde accurationem. Nec minus tironum vſui accommodatum eſt *Chriſtiani Schoetgenii* Lexicon Antiquitatum, quod cum praefat. Io. Alb. Fabricii p. m. germanice prodiit Lipſiae 1719. 8. et repet. vice ib. 1726. 8. Cui fini quoque inſeruit *Beniamini Hederichii* Lexicon antiquitatum Ebraicarum, Graecarum, Romanarum, Germanicarum et Chriſtianarum, Lipſiae 1743. 8. mai. germanice euulgatum.

- *Balthaſaris Stolbergii τοῦ μακαρίτου* Opus ἀνέκδοτον antiquitatum graecarum in Nouum foedus exſtitit MS. apud Virum Reuerend. et Clariſſimum Theodorum Daſſouium, auctoris generum, Superintendentem olim Generalem Regium Holſatiae. Quod eiusdem fere inſtituti eſt cum antiquitatibus Biblicis B. Dieterici et Quenſtadii, primo capite iam laudatis, ſed alia methodo apparatuque elaboratum et magnam partem occupatum in phraſi librorum Noui foederis e graecorum veterum ſcriptis illuſtranda et aſſerenda.

VIII. Rem publicam atque Antiquitates LACONICAS illuſtrauit *Nicol. Cragius*, Ripenſis, cuius libri IV. de Republica Lacedaemoniorum prodierunt Geneuae A. 1593. 4. ex officina Sant-Andreana, atque iterum Lugd. Bat. 1670. 8. denique Tomo quinto Theſauri Gronouiani. Ceterum falli eos, qui opus hoc non Cragii ſed Iacobi Cuiacii eſſe cum Barthol. Keckermanno lib. 2. c. vlt. ſyſt. Polit. affirmant, oſtendit Henricus Ernſtius lib. 2. c. 27. Obſeruationum. Poſt Cragium, quem magnum Daniae ornamentum vocat *Ioannes Meurſius* libros IV. Miſcellaneorum Laconicorum, ſpicilegium ipſa meſſe maius conſcripſit, quos auctore iam defuncto luci publicae vindicauit Samuel Pufendorfius Amſtelod. 1661. 4. Gronouius eodem tomo quinto theſauri dedit recudendos. His addes, ſi placet, *Nicolai Sienicii* librum de politia, ſeu Republica Spartana Dantisci 1606. 4. quem in Gronouii theſauro omiſſum miratur Langletus du Fresnoy T. 3. methodi hiſtor. p. 213.

Guille-

Guilleterii Lacedaemonem veterem et nouam cum ſeceſſu ipſius Theſſalico. Pariſiis 1676. 12. et Amſtelod. 1679. 12. et *Temp. Stanyani* hiſtoriam Graeciae L. I. cap. 3. p. 68—122.

IX. Res Atticas in Athenis ATTICIS, poſt Carolum Sigonium Vbbonemque Emmium, libris IV. lectionum Atticarum, pluribusque ſcriptis aliis illuſtrauit *Ioannes Meurſius*, Vir in his litteris verſatus diligentiſſime et accuratiſſime. Ea ante centum circiter annos pleraque edita ſeparatim, et rarius nuper obuia tomo quarto et quinto Theſauri Gronouiani inſerta ſunt pleraque, [7] etiam auctiora hinc inde ex auctoris chirographo, quae ſuis quaeque locis a nobis laudabuntur. *Franciſci Rous* Archaeologiae Atticae, lingua Anglica decies amplius prelum ſubiere poſt editionem primam Londini 1637. 4. Vſus ego ſum editione nona Oxon. 1684. 4. cum augmentis, quae acceſſerunt a *Zacharia Bogano*, eodem qui Homerum Ebraizantem Oxon. 1658. 8. edidit. Belgice quoque lucem aſpexere. Amſtelod. 1688. 8. Praeterea *Guilleterius* [8] edidit Gallice deſcriptas Athenas veterem et nouam. Pariſ. 1672. 12. *Franciſcus* vero *Fanellus* Athenas Atticas, Italice Venet. 1707. 4. de quo libro vide ſi placet Acta Eruditorum Lipſ. Tomo IV, ſupplem. p. 181. Et *Barthol. Keckermannus* politiam Athenienſium. Dantiſci 1609. 4.

X. Nec in enarrandis ceterarum Graeciae Rerum publicarum antiquitatibus ſuam deſiderari induſtriam paſſi ſunt viri eruditi. Vrbem enim et Antiquitates EPHESIORVM deſcribit *Eraſmus Vindingus* in Hellene, ex eius autographo a Iac. Gronouio T. XI. theſauri primum edito. *Thomas Smith* in notitia ſeptem Aſiae eccleſiarum p. 44—50. *Gottl. Frid. Gudius* in commentatione de ſtatu eccleſiae Epheſinae. Lipſ. 1732. *Ioan. Pitton Tournefortius* itineris T. 2. p. 202—206. *Carolus Thompſon* itinerum Vol. 3. p. 85—98. *Georgius Wheler* itineris T. I. p. 248—260. Rempublicam atque Antiquitates CORINTHIACAS recenſent praeter vbbonem Emmium *Temp. Stanyan* in hiſtoria Graeciae L. I. c. 4. T. I. p. 122—132. *Sal. van Til* Iſagog. in Paulli priorem ad Corinthios epiſtolam Art. 4—7. p. 3—10. et *Nicol. Nonnen* in ſpecimine antiquitatum Corinthiacarum. Bremae 1747. 4. ACHAEORVM et VEIENTIVM Reſpublicas illuſtrauit ſingulari libello Traiecti 1664. 12. *Martinus Schockius*. TENEDI inſulae, antiquiſſimis temporibus celeberrimae, antiquitates expoſuit *Ludouicus de Hemmer* in Republica Tenediorum e tenebris

[7] Omnia Meurſii Opera recudi coepta ſunt Florentiis 1736. curante *Io. Lamio.*

[8] Conferendum Iac. Sponii et Georgii Wheleri iter in Dalmatiam, Graeciam et Orientem factum editumque Gallice, Lugd. 1675. 12. tribus Voluminibus et Guilleterii *Lettres ecrites ſur une diſſertation d'un Voyage de Grece, publieé par Mr. Spon, avec les remarques ſur les medailles, les inſcriptions etc. Paris* 1679. 12. Iac. Sponii reſponſio etc.

bris antiquitatum eruta. Hafniae 1735. 8. Chii Insulae antiquitates similiter in opere adhuc inedito illustrauit *Thomas Bircherodius*, Danus. Gronouius autem laudatus tomo quarto etiam Io. Meursii aliud posthumum opus de antiquitatibus rebusque Insularum, Rhodi, Cretae, Cypri, a Cl. Graeuio primum Amst. 1675. 4. vulgatum exhibet Tomo IV. et Tomo V. *Ioannis Baptistae Crophii* antiquitates Macedonicas, siue de Regio Macedonum principatu moribus atque militia dissertationes.

XI. Sed quid vetat hoc loco recensere integrum illum Antiquitatum Graecarum thesaurum, quem V. C. Iacobus Gronouius ad eruditiss. et elegantissimi Graeuii exemplum, qui Romanas tot voluminibus complexus est, duodecim in folio Tomis comprehendit, qui lucem adspexere Lugd. Batav. 1697—1702. apud Petrum van der Aa, et tribus voluminibus primoribus continent praecipua vetera monumenta Virorumque celebrium effigies[9] ex numis, annulis, gemmis, marmoribus ab editore doctissimo collectas, et nitidissime ac luculenter a scalptore in aes incisas, additis singulorum ab editoris ingenio elogiis et descriptionibus, in quibus nonnulla obelo digna notauit Vir magno rei Antiquariae detrimento A. 1705. 20 Febr. extinctus *Laurentius Begerus* latens sub nomine *Dulodori*. *Colloquium quorundam de tribus primis thesauri Antiquitatum Graecarum Voluminibus ad Eorum Auctorem relatio, amico Dulodori calamo eum in finem scripta et publicata, vt istac defensioni locus detur, tantique operis dignitas discussis utrinque dubiorum nebulis eo clarius patescat.* Berolin. 1702. fol.

Thesauri Antiquitatum Graecarum
Tomus I.

A. Prometheus
B. Lachesis et Atropos
C. Musae
D. Damascus
E. Athos
F. Rhodope
G. Nymphaeum Apolloniatarum.
H. Cyclops

I. Ce-

[9] Harum plerasque ante Gronouium vulgauerant illustrauerantque *Fuluius Vrsinus* Rom. 1570. fol. *Io. Faber* Antwerp. 1606. 4. *Io. Petrus Bellorius* Rom. 1686. fol. *Mich. Angelus Causeus* in Museo Romano, ibid. 1691. fol. *Iac. Sponius* in Miscellaneis eruditae Antiquitatis. Lugd. 1695. fol. *Abraham Gorlaeus* in Dactyliotheca, et *Leonhardus Augustinus* in gemmis et sculpturis antiquis, quae vtraque scripta cum explicationibus suis vulgauerat idem Gronouius Lugd. Bat. 1694. 1695. 4. Plures eiusmodi antiquae icones obuiae sunt in *Wilhelmi Stuckeley* itinere curioso in Angliam Londini 1724. fol. de quo libro consul. Historia litteraria Europae, edita Hagae Comit. 1726. 8. mense Sept. p. 30.

I. Cecrops
K. Hellen
L. Europa
M. Cadmus
N. Semiramis
O. Endymion
P. Lacedaemon
Q. Beroe
R. Danaus
S. Atys
T. Midas
V. Ganymedes
X. Marſyas
Y. Tityus
Z. Pergamus
Aa. Ino cum Melicerta
Bb. Tmolus
Cc. Agaue
Dd. Zethus, Amphion et Dirce
Ee. Ff. Gg. Perſonae Bacchicae
Hh. Niobe
Ii. Bellerophon
Kk. Proetis
Ll. Perſeus et Andromeda
Mm. Minos
Nn. Cydon
Oo. Naxus
Pp. Tenus
Qq. Scylla
Rr. Daedalus
Ss. Ariadne
Tt. Minotaurus
Vv. Corcyra
Xx. Taras
Yy. Leda
Zz. Hyacinthus
Aaa. Cephalus et Procris
Bbb. Oeneus
Ccc. Callirrhoe
Ddd. Aetas
Eee. Iaſon
Fff. Orpheus
Ggg. Euphemus
Hhh. Hylas et Hercules
Hhh. 2. — Ab Nymphis raptus
Iii. Calais
Kkk. Cyzicus
Lll. Medea
Mmm. { Meleager
Meleagri mors }
Nnn, Meleager cum capite Apri Calydonii
Ooo. Atalanta
Ppp. Alceſtis et Admetus
Qqq. Abdera
Rrr. Achelous
Sss. Omphale
Sss 2. Iole
Ttt. Theſeus
Vvv. Phaedra
Xxx. Oedipus
Yzz. Tomus
Zzz. Regina Amazonum
Aaaa. Heſperides
Bbbb. Smyrna
Cccc. Myrlea
Cccc. 2. Sipylus
Dddd. Herculis pugna cum Amazone
Eeee. Stymphalis
Ffff. Admeta
Gggg. Hyllus
Hhhh. Auantinus
Iiii. Eurypylus
Kkkk. Euboea
Llll. Sardus
Mmmm. Alabandus

Nnnn. Atreus
Oooo. Paris
Pppp. Hector
Qqqq. Andromache
Rrrr. Laocoon
Ssss. Iphigenia
Tttt. Achilles
Vvvv. Diomedes
Xxxx. Aiax Locrensis
Yyyy. Chiron
Zzzz. Machaon
Aaaaa. Aeneas cum Anchise et Iulo.

Tomus II.

1 *Fama*
2 *Mensis*
3 *Vlysses*
4 *Nauplius*
5 *Nausicaa*
6 *Circe*
7 *Sirenes*
8 *Leander*
9 *Hero*
10 *Codrus*
11 *Maro*
12 *Pergamus Iunior*
13 *Arethusa*
14 *Alpheus*
15 *Crysas*
16 *Acragas*
17 *Patreus*
18 *Homerus*
19 *Idem*
20 *Idem*
21 *Idem*
22 *Hesiodus*
23 *Dido*
24 *Caranus*
25 *Faustulus*
26 *Romulus*
27 *Amphinomus et Anapias*
28 *Egeria*
29 *Byzas*
30 *Thales*
31 *Solon*
32 *Pittacus*
33 *Alcaeus*
34 *Sappho*
35 *Anacharsis*
36 *Battus*
37 *Pherecydes*
38 *Stesichorus*
39 *Attus Nauius*
40 *Pythagoras*
41 *Anacreon*
42 *Sibylla*
43 *— Cumana*
44 *— Manlia*
45 *— Phrygia*
46 *Malchus Imperator Carthag.*
47 *Charondas*
48 *Zaleucus*
49 *Archytas*
50 *Milo*
51 *Columna Rhegia*
52 *L. Iunius Brutus*
53 *Mutius Scaeuola*
54 *Miltiades*
55 *Cynaegirus*
56 *Heraclitus*
57 *Democritus*
58 *Hippocrates*
59 *Themistocles*
60 *Pindarus*

61 *Ci-*

61 *Cimon*
62 *Sophocles*
63 *Euripides*
64 *Zeno Eleates*
65 *Athenarum et Heracleae concordia*
66 *Socrates*
67 *Alcibiades*
68 *Aristophanes*
69 *Lysias*
70 *Crateuas*
71 *Herodotus*
72 *Thucydides*
73 *Moschion*
74 *Leodamas*
75 *Aristomachus*
76 *C. Marcius Coriolanus*
77 *L. Domitius Ahenobarbus*
78 *L. Quintius Cincinnatus*
79 *C. Seruilius Ahala*
80 *Idem*
81 *Isocrates*
82 *Euclides*
83 *Plato*
84 *Aristippus*
85 *Aspasia*
86 *M. Manlius*
87 *Antisthenes*
88 *Diogenes Cynicus*
89 *M. Curtius*
90 *Aristoteles*
91 *Xenocrates*
92 *Theophrastus*
93 *Demosthenes*
94 *Aeschines*
95 *Phocion*
96 *Epicurus*
97 *Monimus*
98 *Menander*
99 *Philemon*
100 *Posidippus.*

Tomus III.

1 *Phthia*, Aecidae Regis filia, Pyrrhi mater.
2 *Docimus*, Heros, Vrbis cognominis conditor.
3 *Nemausus*, Vrbis cognominis conditor.
4 *Aratus*, *Astrologiae Poeta*, in Numismate aereo apud Fulv. Vrsinum.
5 *Theocritus*, apud Fulv. Vrsinum in marmore.
6 *M. Attilius Regulus.*
7 *Aratus Sicyonius*, apud Ducem Ferrariae in aereo nomismate.
8 *Hamilcar*, apud Fulv. Vrsinum in nomismate argenteo.
9 — *Et Hannibal.*
10 *Hannibal.*
11 *M. Claudius Marcellus*
12 *Archimedes.*
13 *P. Cornelius.*
14 *Aluccius* Hispanus, sponsa ab Scipione donatus.
15 *P. Cornelius Scipio Africanus.*
16 *Q. Claudia Vestalis.*

17 *P. Cornelius Scipio Nasica.*
18 *Chrysippus*, apud Fulv. Vrsinum in nomismate aereo.
19 *T. Quintius Flaminius*, Graeciae ab Philippi jugo liberator.
20 *Carneades Cyrenaeus*, apud Cardinalem Farnesium in marmore.
21 *M. Portius Cato*, Censorius, ex Dactyliotheca Fuluii Vrsini in gemma.
22 *Eucharis*, in scenae Graecae arte apud Romanos prima excellens.
23 *P. Terentius Afer*, ex vetutissimo Codice Vaticano.
24 *L. Cornelius Lentulus*, Praetor Romanus.
25 *Metrodorus Ephesius.*
26 *Pythodoris*, Stephanophorus sacri certaminis.
27 *Xenocrates* Medicus.
28 *Mantias*, pharmacis componendis laudatus.
29 *Heraclides* Tarentinus, Medicus Empiricus.
30 *Andreas*, Medicus celebris.
31 *Nicander* Colophonius, Theriacorum scriptor.
32 *Sextius Niger*, Medicus et re herbaria clarus
33 *Pamphilus* Alexandrinus, Grammaticus et herbarum interpres.
34 *Apollonius*, Medicus et herbarius insignis.
35 *A. Postumins*, Consul Romanus.
36 *C. Coelius Caldus*, Consul.
37 *C. Marius*, VII. Consul.
38 *L. Cornelius Sulla.*
39 *Q. Pompeius Rufus.*
40 *Mago* et *Dionysius* Vticenses, apud Fulv. Vrsinum in gemma.
41 *Posidonius* Stoicus, Ciceronis Praeceptor, apud Card. Farnes. in marmore.
42 *M. Tullius Cicero.*
43 *Cn. Pompeius Magnus.*
44 *M. Atius Balbus.*
45 *M. Arrius secundus.*
46 *Sasernae* Fratres, Milites Caesaris in Africa.
47 *Cn. Pompeius*, Filius.
48 *M. Iunius Brutus.*
49 *C. Sallustius Crispus*, in Thesauro Christinae Reginae.
50 *Atilius Cimber.*
51 *M. Antonius.*
52 *L. Liuineus Regulus.*
53 *L. Seruius Rufus.*
54 *Antonius Restio.*

55 *Memoria belli Philippensis.*
56 *Q. Atius Labienus.*
57 *L. Antonius.*
58 *Sex. Pompeius.*
59 *M. Vipsanius Agrippa.*
60. *Dioscorides*, Medicus celebris.
61 *C. Numonius Vaala.*
62 *P. Virgilius Maro*, apud Fulv. Vrsinum in nomismate aereo.
63 *Idem*, apud Petrum Stephanonium in gemma.
64 *Q. Horatius Flaccus*, ex nomismate in Thesauro Christianae Reginae Aug.
65 *Ouidius Naso*, apud Feliciam Rondanini, Clariss. Matronam Romanam.
66 *T. Liuius* Patauinus, Pataui in T. Liuii Mausoleo.
67 *Caecina Paetus* et *Arria.*
68 *L. Annaeus Seneca*, apud Excell. D. Gasparum de Haro et Gusman, Catholicae Maiestatis apud Innocent. XI. Oratorem, inde Neapolitani regni Proregem.
69 *C. Postumius.*
70 *A. Persius Flaccus*, olim in Bibliotheca Iacobi Cardinalis Sadoleti, postea Fuluii Vrsini.
71 *M. Mettius Epaphroditus.*
72 *Apollonius Tyaneus*, Pythagoricus et praestigiator, ex nomismate aereo in Thesauro Reginae Christinae.
73 *Sex. Iulius Frontinus.*
74 *Rufus Ephesius.*
75 *Theon Smyrnaeus.*
76 *Iunius Rusticus*, M. Aurelii Praeceptor, ex Fuluii Vrsini Bibliotheca.
77 *Sextus* Chaeronensis, Plutarchi Nepos, M. Aurelii Praeceptor, ex nomismate aereo Sponii.
78 *Aelius Aristides*, in Bibliotheca Vaticana.
79 *Cl. Galenus.*
80 *Conspectus* prior sedentium Medicorum VII. e Codice antiquissimo MS. Dioscoridis, qui exstat in Bibl. Caesarea.
81 — Posterior eorundem.
82 *L. Apuleius* ex nomismate aereo in thesauro Reginae Christinae.
83 *Lucius.*
84 *Papinianus* et *Plantia.*
85 *Iulia Procla.*
86 *Anicius Probus* et *Proba.*

87 *Sacerdos Germanus,* portans nauigium Isidis.
88 *Facies Batava.*
89 *Agamemnon.*
90 *Eryx*, in Sicilia luctator insignis.
91 *Numa Pompilius.*
92 *Sindus* armatus, ad flagellum Domini pauescens.
93 *Abaris* Hyperboreus.
94 *Empedocles*, Philosophus Agrigentinus.
95 *Charondas*, Legislator Catinensium creditus.
96 *Pytheus*, Poeta Colophonius, ex Fuluii Vrsini Bibliotheca.

Tomus IV.

Nicolai Gerbelii in Graeciae Mich. Sophiani descriptionem explicatio, in qua docetur, quem fructum, quamque voluptatem allatura sit haec pictura Studiosis, si diligenter eam cum Historicorum, Poetarum, Geographorumque scriptis contulerint. Eiusdem de situ, nominibus et Regionibus Graeciae, Celebrium Vrbium descriptio etc. figuris aeneis elegantissimo artificio a Iohanne Goeree delineata.

Ioannis Laurenbergii enarratio Graeciae antiquae, tabulis Geographicis et notis emendatae ac exornatae.

Vbbonis Emmii Vetus Graecia, opus distinctum in tomos tres: quorum 1. Descriptionem habet Regionum a Graecis habitatarum, cum adiunctis Insulis: 2. Complectitur res gestas Graecorum 3. Repraesentat statum ac formam praecipuarum eius gentis rerumpublicarum, *cum additamentis Auctoris antehac ineditis et locis insertis, ac subiectis notitiis* cum fig.

— — Athenarum veterum Descriptio, *cum appendice et emendat.*
— — Lacedaemonia antiqua, *cum appendice.*
— — de Republica Carthaginiensium.
— — de Republica et legibus Cretensium.
— — de Republica Argiuorum.
— — de Republica Thebanorum.
— — de Republica Corinthiorum.
— — de Republica Syracusana.
— — de Republica et statu Corcyraeorum.
— — de Samo et eius Republica.
— — de Chio et eius statu ac fortuna.
— — de Republica et statu Rhodiorum.
— — de Republica et fortuna Achaeorum.

Vbbo-

Vbbonis Emmii de Republica et fortuna Aetolorum.
— — de Statu Acarnanum.
— — de Statu Epiri.
— — de Concilio Amphictyonico.
— — de Statu et Republica Massiliensium.
— — de Republica Locrensium in Italia.
— — de Lyciorum Republica in Asia.
— — de inclinatione et interitu Reipublicae Atticae, Spartanae, et Carthaginiensis.
— — de situ, amplitudine, et magnificentia Portus Carthaginis.
Ioannis Meursii de Populis et Pagis Atticae, liber singularis, in quo antiquitates Atticae plurimae, cum supplementis Auctoris, et Iacobi Sponii.
— — Athenae Atticae, siue de praecipuis Athenarum antiquitatibus libri III. *nunc ex ipsius Auctoris chirographo aucti.*
— — Cecropia, siue de Athenarum arce, et eiusdem antiquitatibus, liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.*
— — Ceramicus geminus, siue de Ceramici Atheniensium vtriusque antiquitatibus, liber singularis.
— — Archontes Athenienses, siue de iis, qui Athenis summum istum Magistratum obierunt, libri quatuor, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo aucti.*

Tomus V.

Guilielmi Postelli tractatus de Republica, seu Magistratibus Atheniensium.
Antonii Thysii de Republica Atheniensium discursus politicus.
— — Collatio Legum Atheniensium et Romanarum.
Ioannis Meursii Pisistratus, siue de eius Vita et Tyrannide, liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.*
Caroli Sigonii de Republica Atheniensium libri IV.
— — de Atheniensium temporibus liber.
— — Lacedaemoniorum tempora.
Ioannis Meursii Fortuna Attica, siue de Athenarum origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario statu, decremento, et occasu, liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.*
— — Atticarum Lectionum libri IV. in quibus antiquitates plurimae proferuntur, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo aucti.*
— — Piraeeus, siue de Piraeeo, Atheniensium portu celeberrimo et eiusdem antiquitatibus liber singularis.

Io. Meursii Themis Attica, siue de Legibus Atticis, libri II.
— — Solon, siue de eius Vita, Legibus, Dictis, atque Scriptis, liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.*
— — Areopagus, siue de Senatu Areopagitico liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.*
Marquardi Freheri Decisionum Areopagiticarum Syluula.
Martini Schoockii Achaia Vetus, eius situs, antiquitas, respublica, reges, tyranni, leges, bellum etc.
Ioannis Meursii de Regno Laconico, liber singularis.
— — Miscellanea Laconica, siue Variarum Antiquitatum Laconicarum libri IV.
Nicolaus Cragius de Republica Lacedaemoniorum, *auctior et emendatior.*

Tomus VI.

Ioachimi Stephani de Iurisdictione veterum Graecorum liber.
Ioachimi Perionii de Magistratibus Graecorum et Romanorum, libri tres.
Heraclidae Pontici de Politiis Graecorum libellus, cum interpretatione Latina Nicolai Cragii.
Ioannis Adami Osiandri de Asylis Gentilium dissertatio.
Ioannis Baptistae Crophi Antiquitates Macedonicae, siue de Regio Macedonum principatu, moribus, atque militia dissertatio. *cum figuris.*
Petri Hendreich Massilia, eius situs, administratio, respublica, leges, instituta, religio, studia, militia, etc.
Burchardi Niderstedt Melita vetus et noua, Hephaestia Insula, Melita subterranea, etc.
Petri Gyllii de Bosporo Thracio, libri III.
— — de Topographia Constantinopoleos et de illius Antiquitatibus libri IV.
Georgii Dousae de Itinere suo Constantinopolitano Epistola. Accesserunt Veteres inscriptiones Byzantio et ex reliqua Graecia allatae cum quibusdam Doctorum Virorum Epistolis.
Leonardi Aretini Commentaria rerum Graecarum.
Wolfgangi Lazii Graeciae Antiquae variis numismatibus illustratae libri II.
Iosephi Laurentii Disquisitio de Rebuspublicis, Suffragiis, Conciliis, Accusationibus, Tormentis etc. Veterum.
Euerardi Feithii Antiquitatum Homericarum libri IV. in quibus ferme omnes eorum temporum per Graeciam ritus, Cerimoniae ac Mores, tam in Sacris quam in Profanis, exponuntur et illustrantur.

Nico-

Nicolai Damasceni de moribus Graecorum aliarumque Gentium libellus, cum interpretatione Latina *Nicolai Cragii.*

Tomus VII.

Danielis Clasenii Theologia Gentilis, seu demonstratio qua probatur Gentilium Theologiam (ceu tenebras) Deos, Sacrificia et alia ex fonte Scripturae (ceu luce) originem traxisse, in tres partes diuisa.

Iosephi Laurentii Varia Sacra Gentilium, in quibus de eorum Religione, Diis, Templis, Sacrificiis, Festis, Asylis, etc. agitur.

Abrahami Ortelii Deorum Dearumque capita, ex antiquis numismatibus collecta: Historica narratione illustrata à Francisco Sweertio. *cum figuris.*

Iulii Caesaris Bulengeri de Oraculis et Vatibus liber.

— — de Templis Ethnicorum.

Ioannis Henrici Eggelingii Mysteria Cereris et Bacchi, in Vasculo ex vno onyche. *cum figuris.*

Ioannis Meursii Panathenaea, siue de Mineruae illo gemino festo, liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.*

— — Eleusinia, siue de Cereris Eleusiniae sacro, ac festo, liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.*

Ioannis Nicolai de ritu antiquo et hodierno Bacchanaliorum, commentatio.

Ioannis Iacobi Helleri Exercitatio de Deo Ignoto Atheniensium.

Iacobi Sponii ignotorum atque obscurorum quorundam Deorum Arae, notis illustratae, cum quorundam Eruditorum Epistolis ad eandem rem pertinentibus.

Stephani Byzantini Grammatici de Dodone fragmentum, quo tota veterum doctrina et fabulatio de perantiquo oraculo isto continetur, cum Exercitationibus recognitis *Iacobi Gronouii*, cum figuris.

Iacobi Triglandii I. F. I. N. Coniectanea ad quaedam obscura fragmenti de Dodone loca.

Ioannis Antonii Venerii de Oraculis et Diuinationibus Antiquorum, tractatus succinctus et exquisitus.

Symbolica Dianae Ephesiae Statua a *Claudio Menetreio* exposita, multis nouis additionibus, numis et monumentis antiquis illustrata.

Lucae Holstenii Epistola ad Franciscum Cardinalem Barberinum de Fulcris, seu Verubus Dianae Ephesiae simulacro appositis. *cum figuris.*

Ioannis Petri Bellorii notae in Numismata tum Ephesia, tum aliarum vrbium, Apibus insignita. *cum figuris.*

— — Expositio symbolici Deae Syriae simulacri. *cum figuris.*

Marmorea Basis colossi Tiberio Caesari erecti ob ciuitates Asiae restitutas post horrendos terrae tremores. Cuius colossi fides a *Ioanne Meursio* oppugnata defenditur, tantum non oculis exhibetur et venusta proponitur. Tempus, numerus et nomina ciuitatum restitutarum vbique falsus et varius ab recentibus Commentatoribus traditur; verus et certus ex marmorea Basi publico instrumento feliciter probatur. Ad Serenissimum ac Reuerendissimum Principem Franciscum Mariam Mediceum, etc. Primus trans Alpes vulgauit, reuocauit, notis et obseruationibus illustrauit *Laurentius Theodorus Gronouius.* cum figuris.

Laurentii Pignorii Magnae Deum Matris Idaeae et Attidis initia, ex vetustis monumentis eruta. *cum figuris.*

Ioannis Fazoldi Graecorum Veterum ΙΕΡΟΛΟΓΙΑ, hoc est de plurimis Graecorum Gentilium antiquitatibus, ritibusque Sacris: inprimis de festis diebus, Sacerdotibus, Templis et Aris: de Ludis item ac certaminibus, dissertatio.

Petri Castellani ΕΟΡΤΟΛΟΓΙΟΝ, siue de festis Graecorum Syntagma, in quo plurimi Antiquitatis ritus illustrantur.

Ioannis Meursii Graecia Feriata, siue de Festis Graecorum, libri VI. *cum notis et marmore ταυροκαθαψίων.* cum figuris.

Ioannis Ionstoni de Festis Graecorum schediasma.

Iulii Caesaris Bulengeri de Ludis Veterum liber vnicus.

Ioannis Meursii de Ludis Graecorum liber singularis, *cum supplementis Claudii Salmasii.*

Danielis Souterii Palamedes, siue de tabula Lusoria, Alea et variis ludis, libri tres.

Andraeae Senftlebii de Alea Veterum liber singularis.

Coelius Calcagninus de Talorum ac Tesserarum et Calculorum Ludis, ex more veterum, in gratiam Lilii Gregorii Gyraldi.

Tomus VIII.

Ioannis Meursii Orchestra siue de Saltationibus veterum, liber singularis.

Ioannis Baptistae Casalii de Ritu Nuptiarum, ac de Iure Connubiali veterum dissertatio.

Iosephi Laurentii de Sponsalibus et Nuptiis Antiquorum libellus.

Barnabae Brissonii ad Legem Iuliam de Adulteriis liber singularis.

Iosephi Laurentii de Adulteris, et Meretricibus tractatio.

Ioannis Meursii de Puerperio Syntagma.

Iose-

Iosephi Laurentii de Natalitiis, Conuiuiisque, quae in iisdem agitabantur, exercitatio.

— — de Praeconibus, Citharoedis, Fistulis, ac Tintinnabulis collectio.

Lilii Gregorii Gyraldi, de Comoedia, eiusque apparatu omni et partibus commentarius.

Iulii Caesaris Scaligeri de Comoedia, et Tragoedia, eiusque apparatu omni et partibus commentatio.

— — de Versibus Comicis tractatus.

Ioachimi Camerarii de Comicis Versibus diatriba.

Ioannis Baptistae Casalii de Tragoedia et Comoedia lucubratio.

Alberici Gentilis de Actoribus et Spectatoribus Fabularum non notandis disputatio.

Euanthii et *Donati* de Tragoedia et Comoedia commentatiunculae.

— — de Fabularum, Ludorum, Theatrorum, Scenarum ac Scenicorum antiqua consuetudine, libellus.

Ioannis Ludouici Fabricii de Ludis Scenicis ΔΙΑΛΕΞΙΣ casuistica quinque partita.

Petri Fabri de Re Athletica, Ludisque Veterum Gymnicis, Musicis, atque Circensibus Spicilegiorum tractatus, tribus libris comprehensi, opus tessellatum. *Cum eiusdem Paralipomenis.*

Inscriptiones Athleticae nuper repertae, editae et notis illustratae ab *Octauio Falconerio*, quibus accesserunt aliae ex Africanis marmoribus recens descriptae. *cum figuris.*

Barnabae Brissonii Commentarius ad L. Dominico, de Spectaculis, in C. Theod. et L. omnes dies, cod. de Feriis.

Iosephi Laurentii de Agyrtis, Histrionibus, Acclamationibus, et Osculis Inuestigatio.

Ioannis Meursii F. Collectanea de Tibiis.

Musonii Philosophi opus de Luxu Graecorum, in quo de Hellonibus, Bibacibus, Generibus Poculorum, Vino, Coronis quibus in conuiuiis veteres vtebantur, Vnguentis, Musicis Instrumentis, Bellariis, Saltationibus, Parasitis, Generibus Placentarum, ac Meretricibus insignibus, ab *Stephano Nigro* congestum.

Petri Bellonii de Admirabili Operum Antiquorum et rerum suspiciendarum praestantia, libri tres.

Philo Byzantius de septem orbis spectaculis, Graece, cum notis et interpretatione Latina Leonis Allatii.

Phlegontis Tralliani de rebus mirabilibus liber, Graece, cum interpretatione Latina Guilielmi Xylandri, ac recensione notisque Iohannis Meursii.

— — de Longaeuis libellus, cum interpretatione Latina Guilielmi Xylandri, ac recensione notisque Ioannis Meursii.

Ioannis Friderici Gronouii de Museo Alexandrino exercitationes Academicae, habitae anno MDCLXVII. post caniculares ferias, ab filio eius exceptae: *et nunc primum editae.*

Ludolphi Neocori de Museo Alexandrino diatribe: *nunc primum edita.*

Tomus IX.

Iani Cornarii de Conuiuiis Veterum Graecorum, libellus.

Andreae Baccii de Conuiuiis antiquorum, deque sollemni in eis Vinorum vsu, atque ritu Coenarum sumptuosissimo, libri quinque.

Ioannis Baptistae Casalii de Tricliniis, Conuiuiis, Hospitalitate, et Tesseris Veterum, Exercitatio, *cum figuris.*

Iosephi Laurentii Opuscula, de Conuiuiis, Hospitalitate, Tesseris et Strenis.

Iacobi Sponii de Origene Strenarum Dissertatio epistolica, historico-moralis.

Iacobi Philippi Tomasini de Tesseris Hospitalitatis, liber singularis, in quo ius hospitii vniuersum, apud veteres potissimum, expenditur. Accedunt quaedam ex Antonio Augustino et Ioanne Chifletio ad maiorem illustrationem hinc inde inserta, *cum figuris.*

Iosephi Laurentii de Prandio et Coena Veterum, ac de aliis ad eadem spectantibus Miscellanea.

Petri Castellani ΚΡΕΩΦΑΓΙΑ, siue de esu Carnium, libri IV.

Hieronymi Mercurialis de Potionibus ac Eduliis antiquorum Mantissa.

Adriani Turnebi de Vino ac eius vsu et abusu libellus.

Ioannis Henrici Meibomii de Cereuisiis Veterum, potibusque et ebriaminibus extra vinum aliis Commentarius.

Ioannis Baptistae Casalii de Thermis et Balneis Veterum tractatio, *cum figuris.*

Petri Seruii de Odoribus, Dissertatio Philologica.

Lazari Bayfii de Vasculis, libellus, siue animaduersiones in tractatum de Auro et Argento legato, *cum figuris.*

Pomponii Gaurici de Sculptura, siue Statuaria, liber.

Ludouici Demontiosii Commentarius de Sculptura, Caelatura Gemmarum, Scalptura et Pictura antiquorum, libri duo.

Aldus Manutius, Pauli F. de Caelatura et Pictura Veterum.

Philostratus de Pictura, ex Iconum initio.

Iulii Caesaris Bulengeri de Pictura, Plastice, Statuaria libri duo.

Ioan-

Ioannis Baptistae Casalii de Insignibus, Anulis, Fibulis etc. Syntagma, *cum figuris.*

Iosephi Laurentii de Re Vestiaria Syntagma.

Otthonis Sperlingii de Crepidis Veterum Diatribe.

Theodori Gazae de mensibus Atticis liber ex interpretatione *Ioannis Perrelli.*

Ioannis Perrelli de ratione Lunae epactarum, et mensis intercalarii Commentariolus.

Petri Hagueloni Calendarium trilingue, seu de mensibus Hebraeorum, Graecorum, et Romanorum, dialogus, ex optimis quibusque Auctoribus collectus.

Ioannis Lalamantii Dissertationes tres, I. De Tempore et eius partibus, II. De anno Macedonum, seu Graecorum, III. De anno Attico, rara et exquisita rerum scitu dignissimarum cognitione, ac diuersi generis Auctorum explicatione refertae.

Petri Castellani de Mensibus Atticis, nec non de mensibus et anno Graecorum, Atheniensiumque diatriba.

Samuelis Petiti de anno Attico, Eclogae Chronologicae.

Stephani Pighii Themis Dea, seu de lege diuina: vbi praeter alia reconditae antiquitatis, multa de Horis.

— — Mythologia ΕΙΣ ΤΑΣ ΩΡΑΣ, vel in anni partes, ex Symbolis antiqui cuiusdam toreumatis argentei, quod extat apud Reuer. Dominum Antonium Perrenotum, Episcopum Atrebatensem. *cum figuris.*

Iacobi Vsserii de Macedonum et Asianorum anno solari dissertatio, cum Graecorum Astronomorum parapegmate, ad Macedonici et Iuliani anni rationes accommodato.

Iosephi Laurentii de Annis, Mensibus, Diebus, Horis etc. tractatio.

Phlegontis Tralliani de Olympiis Fragmentum, cum Latina interpretatione et notis Iohannis Meursii.

Erycii Puteani Olympiades, sola manu, vt vere annis mundi respondent, computatae.

Ioannis Meursii Denarius Pythagoricus, siue de numerorum, vsque ad Denarium, qualitate, ac nominibus, secundum Pythagoricos, liber singularis.

Ioachimi Camerarii Historia rei nummariae, siue de Nomismatis Graecis et Latinis.

Leonhardi Porcii de re Pecuniaria antiquorum, ac de eorundem Ponderibus, Mensuris, stipendiis militaribus, etc. libri duo.

Iosephi Scaligeri, Iulii Caesaris F. de re Numaria antiquorum dissertatio. Liber postumus. *Ex Bibliotheca Academiae Lugduno-Batauae.*

Willebrordi Snellii R. F. de re Numaria, liber ſingularis.

Caroli Patini de Numiſmate antiquo Auguſti et Platonis, Epiſtola. *cum figuris.*

Sebaſtiani Faeſchii de numo Pylaemenis Euergetae, Regis Paphlagoniae, Epiſtola. *cum figuris.*

Tomus X.

Ludouici Creſollii Theatrum Veterum Rhetorum, Oratorum, Declamatorum, quos in Graecia nominabant ΣΟΦΙΣΤΑΣ, expoſitum libris V. in quibus omnis eorum diſciplina, et dicendi ac docendi ratio, moresque produntur, vitia damnantur, et magni vtriusque linguae illuſtrantur et emaculantur ſcriptores.

Origenis PHILOSOPHOΥMENΩN fragmentum: *quod ex Bibliotheca Medicea deſcripſit, ac notis illuſtrauit Iacobus Gronouius*, Graece et Latine.

Guilielmi Morellii de Veterum Philoſophorum origine, ſucceſſione, aetate et doctrina, tabula compendioſa, cum Hieronymi Wolfii annotationibus.

Dauidis Chytraei Tabula Philoſophica, ſiue ſeries Philoſophorum, et ſectae eorum praecipuae; à Thalete et Socrate imprimis, vsque ad Ciceronem deducta.

Deſiderii Iacotii de Philoſophorum doctrina, libellus.

Ioannis Meurſii Aeſchylus, Sophocles, Euripides, ſiue de Tragoediis eorum, libri tres; *nunc ex ipſius Auctoris chirographo aucti.*

Plutarchi Alexandrina Prouerbia Graeca, *ex Bibliotheca Medicea*, cum Interpretatione Latina Iacobi Gronouii, *nondum antehac edita*, extant in Praefatione.

Ioannis Meurſii Theſeus, ſiue de eius vita, rebusque praeclariſſime geſtis, liber ſingularis.

Raphaelis Tricheti du Freſne Epiſtola de Charondae effigie in Catanenſi numo argenteo.

Ioannis Meurſii Dionyſius, ſiue de Auctoribus iſtius nominis, eorumque ſcriptis, liber ſingularis, *et nunc primum ex chirographo Auctoris editus.*

— — de Heraclide, aliisque eius nominis, et eorum operibus, diſſertatio, *nunc primum ex chirographo Auctoris edita.*

— — Theophraſtus, ſiue de illius libris, qui iniuria temporis interciderunt, liber ſingularis.

— — Lectiones Theophraſteae, in quibus eorum librorum, qui ſuperſunt, loca aliquot emendantur.

Accedit *Adolfi Forſtii* Epiſtola de obitu V. C. Ioannis Meurſii ad filium eius *Ioannem*, Iuuenem praeſtantiſſimum, vt et Epitaphia in eiusdem morte per A. Buchellium et Nicolaum Heinſium.

Manus

Manus Aeneae Cecropii Votum referentis dilucidatio, Auctore *Iacobo Philippo Tomasino*, cum figuris.

Octauii Falconerii de numo Apamensi, Deucalionei diluuii typum exhibente, dissertatio, *cum figuris.*

Georgii Schubarti Enarratio parergica metamorphoseos Ouidianae de Diluuio Deucalionis.

Tanaquilli Fabri Vitae Poetarum Graecorum: vbi de eorundem Patria, Moribus, Scriptis, etc. perspicue ac compendiose differitur: Ex Gallico idiomate in Latinum translatae.

Iosephi Barberii de miseria Poetarum Graecorum liber.

Petri Castellani Vitae veterum et illustrium Medicorum, qui toto orbe vsque ad saeculum XIII. floruerunt.

Ioannis Henrici Boecleri de Scriptoribus Graecis et Latinis, ab Homero ad initium saeculi post Christum Natum decimi sexti commentatio.

Helladii Besantinoi Chrestomathiae: Graece, cum interpretatione Latina et notis Ioannis Meursii.

Ioannis a Wower de Polymathia tractatio: Integri operis de studiis veterum ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ, cum Praefatione Iacobi Thomasii. Accesserunt praeterea Auctoris Vita et Elogia in Polymathiam, item tabellae synopticae.

Iosephi Laurentii de Professoribus, Oratoribus, Nomenclatoribus et litteris collectio.

Ioannis Meursii Bibliothecae Graecae libri tres: *ex chirographo Auctoris nunc primum editi.*

— — Bibliotheca Attica, siue de antiquis Atticis scriptoribus, eorumque item operibus, libri IX. *ex chirographo Auctoris nunc primum editi.*

Leonis Allatii de Patria Homeri liber, *cum figuris.*

— — Homeri Natales, Graece, cum Interpretatione Latina Andreae Baiani.

Tomus XI.

Dicaearchi Geographica quaedam, siue de vita Graeciae. Eiusdem descriptio Graeciae, versibus Iambicis, ad Theophrastum, Henrico Stephano Interprete, cum ipsius et Isaaci Casauboni Annotationibus. Accedit Henrici Stephani ad Dicaearchum et suam in illum lucubrationem Appendicula.

Henrici Stephani Dialogus, Dicaearchi Sympractor: vel de Graecorum moribus, praesertimque Atheniensium, supplementum.

Erasmi Vindingii Paulli F. Hellen, in quo singulorum antiquae Graeciae populorum incunabula, migrationes, coloniarum deductiones, et res praeci-

puae

puae gestae, vrbiumque et regnorum origines, mutationes, interitus, et Principum in iis successiones, è Graecis praecipue scriptoribus, Historicis, Poetis, Geographis, Oratoribus et Grammaticis exponuntur. *Ex MS. Auctoris autographo nunc primum eduntur.*

Lazari Baysii de re Nauali liber: seu annotationes in L. 2. De Captiuis, et Postliminio reuersis. *cum figuris.*

Stephani Doleti de re Nauali liber, ad *Lazarum Baysium.*

Caelii Calcagnini de re Nautica commentatio, ad *Lilium Gregorium Gyraldum.*

Ioannis Schefferi de varietate Nauium Dissertatio.

Iosephi Laurentii de varietate Nauium schediasma.

Ioachimi Camerarii Hippocomicus, seu de curandis Equis: item de nominibus Equestribus Graecis et Latinis, collectio.

Iulii Caesaris Bulengeri de Triumphis, Spoliis bellicis, Tropaeis, Arcubus Triumphalibus, et Pompa Triumphi, liber vnicus.

Francisci Modii de Triumphis, Ludis, et Spectaculis veterum, libri duo.

Ioannis Meursii de Funere, liber singularis, in quo Graeci et Romani ritus.

Iosephi Laurentii de Funeribus Antiquorum Tractatus: in quo ritus funebres ante Rogum, in Rogo, et post Rogum explicantur ac illustrantur.

Ioannis Andreae Quenstedii de Sepultura Veterum tractatus: siue de antiquis ritibus sepulchralibus Graecorum, Romanorum, Iudaeorum, et Christianorum.

Petri la Seine Homeri Nepenthes seu de Abolendo Luctu liber.

Tomus XII.

Veterum Sepulchra, seu Mausolea Romanorum et Etruscorum, inuenta in vrbe Roma, aliisque locis celebribus; in quibus multa ad eruditionem monumenta continentur, collecta et delineata à *Petro Sanctio Bartolio*, cum explicationibus *Ioannis Petri Bellorii.* Ex Italico in Latinum sermonem transtulit *Alexander Dukerus.* cum figuris.

Veterum Lucernae Sepulcrales, collectae ex cauernis et specubus subterraneis vrbis Romae, figuris aeneis expressae: in quibus multa ad eruditionem monumenta continentur, delineatae secundum formas suas à *Petro Sanctio Bartolio.* Diuisae in tres partes, cum obseruationibus *Ioannis Petri Bellorii.* Ex Italico in Latinum sermonem transtulit *Alexander Dukerus.* Editio auctior.

Ioannis Potteri Archaeologiae Graecae libri IV. siue Antiquitatum Graeciae Corpus absolutissimum, ex Anglico in Latinum versum: nunc iterum ab Auctore ipso recognitum, emendatum, ac fere dimidia parte auctum; cum proprio Indice *et figuris aeneis.*

Index locupletissimus in vniuersos XII. Tomos.

CAPVT

CAPVT III.

De Romanarum Antiquitatum Scriptoribus generalibus siue vniuersalibus.

De scriptoribus qui ante Rosinum Antiquitates Romanas condere instituerunt. 1. *De Io. Rosino.* 2. *Tho. Dempstero et Andrea Schotto.* 3. *De variis compendiis Antiquitatum Romanarum.* 4. *De aliis Antiquitatum Rom. scriptoribus.* 5. *De Georgii Hieron. Welschii et Flaminii Vaccae affectis vel ineditis operibus.* 6. *De scriptoribus Miscellaneis Antiquitates Romanas illustrantibus.* 7. 8. 9. 10. *Bernardi de Montfaucon antiquitas explicatione et schematibus illustrata.* 11. *De thesauris antiquitatum Romanarum Graeuiano, Sallengriano et Poleni Supplementis.* 12. *Conspectus thesauri antiquitatum Romanarum Graeuiani.* 13. *Conspectus Noui thesauri Antiquitum Romanarum Sallengriani.* 14. *Io. Poleni supplementa noua in Romanas et Graecas Graeuii et Gronouii Antiquitates.* 15. *Index scriptorum, antiquitates Romanas illustrantium, Thesauris Italiae ac Siciliae Graeuiano-Burmannianis insertorum.* 16. *Index Alphabeticus scriptorum qui in vtroque thesauro Graeuiano et Gronouiano itemque Sallengrii nouo thesauro antiquit. Romanarum, Poleni supplementis nouis et Thesauris Italiae ac Siciliae Graeuiano-Burmannianis continentur.* 17.

I.

Antiquitatum Romanarum corpus moliti perquam multi sunt, vix quisquam perfecit, nemo certe edidit ante Io. Rosinum. Nam *Franciscus Robortellus* Vtinensis, qui populi Romani sub Imperatoribus Caesaribus Augustis vita et victu quatuor tomos parauerat, opus ingens, in quo de Romanorum magistratibus, rebus forensibus, sacris, militaribus, coloniis, legibus, consuetudinibus, vestitu, victu, studiis, structuris, sepultura, ludis, largitionibus, et familiis agere constituit, vix primi in XV. libros distributi argumenta protulit in lucem, adiunctis nouem disputationibus de Romanorum prouinciis, iudiciis, et omni consuetudine causas agendi, legionibus, magistratibus, familiis, Imperatorum cognominibus, militum praemiis et poenis, honorumque gradibus. Bononiae 1559. fol. Nouem illae disputationes iam ante editae fuerant Patauii A. 1557. fol. adiuncto eiusdem libello aduersus Carolum Sigonium de conuenientia supputationis annorum Liuianae cum marmoribus Capitolinis ab vrbe condita vsque ad A. V. 604. Recusae deinde in Tomo primo Miscellaneorum Gaudentii Roberti, singulas

quasdam ex illis in thesaurum suum antiquitatum Romanarum referente illustri Graeuio T. 3. et 10. Neque *Onufrius Panuinius* vel *Carolus Sigonius*, etsi variis scriptis de hoc genere litterarum meritissimi, plenum systema rerum Romanarum absoluerunt, neque *Paullus Manutius*, qui auctoribus Petro Bembo et Bernardino Maffeio corpus Antiquitatum Romanarum absolutum dare pollicitus fuit libris decem, [1] sed quorum soli quatuor in lucem editi sunt de Romanorum ciuitate, senatu, legibus et comitiis, suis quique locis infra memorandi; Neque *Alfonsus Ciacconius*, quem opus de Antiquitatibus Romanis, cum variis figuris molitum notat Mabillonius itineris Italici, p. 96. Neque *Iulius Barbaranus* cuius extat promptuarium rerum electarum praesertim in re Romana. Veronae A. 1564. Venet. 1569. 4. Neque *Franciscus Hottomannus*, cuius libri quinque Antiquitatum Romanarum, qui Tomo tertio eius Operum cura Iac. Lectii editorum Geneuae A. 1599. fol. vix paucissima quaedam capita, de magistratibus, legibus ac poenis et re numaria pertractant. Neque *Pyrrhus Ligorius* Antiquitatum Romanarum scrutator acerrimus et descriptor curiosissimus, cuius triginta circiter volumina maximo labore ex numis maxime congesta Taurini in subalpinis in locupletissima Sabaudi Ducis ac Pedemontani principis Bibliotheca seruari testatur Philippus Labbeus, [2] adiungens eiusdem operis tomos IV. reperiri Romae in Bibliotheca Farnesiorum nonnullosque in Cimeliarchio Reginae Christinae. Neque *Fuluius Vrsinus* cuius commentarios rerum vrbanarum manu exaratos in Bibl. Vaticana extare testatur Iustus Rycquius lib. de Capitolio Rom. p. 451. Neque *Wolfgangius Lazius* cuius libri XII. de Rep. Romana in exteris prouinciis bello acquisitis constituta Basil. 1551. et auctiores Francof. A. 1598. fol. editi varias quidem et plurimas res Romanas magno studio illustrant et de limitibus, praetoriis, magistratibus, muniis ciuilibus et militaribus, exercitibus, legionibus, classibus, coloniis, municipiis, ritibus, ludis, sacrisque variis agunt sed et ordine destituuntur, mole sua laborantes et pro iusto atque accurato corpore ac systemate Antiquit. Rom. haberi vix possunt. Neque *Paullus Merula*, in cuius Operibus posthumis Lugd. Bat. 1684. 4. editis Antiquitates Romanorum h. e. commentarii de sacrificiis, sacerdotibus, de legibus comitiisque et praemiis militaribus continentur. Neque *Flauius Blondus* de cuius Roma triumphante infra dicturus sum; Neque *Barnabas Brissonius*, cuius libri VIII. de formulis et sollemnibus populi Romani verbis magnam

[1] Vide Manutii praefat. libro de legibus Rom. praemissam, et Graeuii Epistolas p. 237. seq. siue praefat. Tomi I. thesauri Antiqu. Rom.

[2] Adde Scipionis Maffeii Epistolam ad Apostolum Zenum in memoriis Litterariis T. 2. A. 1712. p. 344. seq. et Ephemerides Italiae T. 6. p. 482. ac Petri Burmanni Iunior. orat. in obitum Iac. Philippi d'Orville. Amstel. 1751. 4. pag. 25.

magnam tamen lucem omnibus partibus Antiquitatum Romanarum affundunt, editi Parif. 1582. fol. Francof. apud Ioan. Wechelum 1592. 4. Halae 1731. fol. curante *Franc. Car. Conrado*, qui argumenta capitum, quibus finguli libri conftant, et Briffonii vitam atque elogia praemifit, et nouiffime cum curis nouis et animaduerfionibus Io. Aug. Bachii, Lipf. 1754. fol. Neque *Iuftus Lipfius* denique, cuius Lexicon rituale Romanum, quod per annos 30. molitus fuerat vir doctiffimus, lucem nunquam adfpexit, quamuis editis eius fcriptis tum aliis infra fuo loco commemorandis, tum in electis maxime et ad Tacitum commentariis lux plane infignis afferatur Antiquitatibus Romanis et bene multis et maxime reconditis: vnde natum facis hiftoricae fiue Antiquariae compendium ex Operibus Lipfii excerptum, quod plus fimplici vice prodiit fub titulo Romae illuftratae ab *Antonio Thyfio* fiue *Io. Thulio* potius collectum et nouiffime recufum in Anglia, forma minore, cum Georgii Fabricii (male Patricii legitur in Nouellis Reip. literariae Anni 1699. menfe Octobr. p. 469.) collatione veteris Romae cum noua fed (prioris ac minus perfectae editionis) aliisque libellis ex Lipfio excerptis.

II. Primus itaque *Io. Rofinus* Ifenacenfis, Ecclefiaftes templi cathedralis Numburgenfis, qui A. 1619. vel fec. alios 1626. 7 Octobr. peftilentia correptus obiit, Antiquitatum Romanarum corpus libris decem complexus vulgauit Bafileae A. 1583. fol. recufum Lugd. 1609. 4. de quo recte Barthius ad Rutilium pag. 188. fentit, quod nemo fere minore ambitione vtilius et planius res prifcas iuuentutem doceat. Neque contemnendus eft ordo, quem feruat vir diligentiffimus et non tantum veteribus monumentis fed et recentiorum obferuationibus affidue vfus: Onufrii, Manutii, Sigonii, Ciacconii, Petri Pithoei, Brodaei, Polleti, Cuiacii, Briffonii, Hottomanni, Raeuardi, Marliani, Rhodigini, Gyraldi, Grucchii, Riuallii, Gruteri, Turnebi, Lipfii et Scaligeri. Quanquam non ignoro acerrimo Reinefii iudicio p. 58. Var. lection. in quoduis opus condemnandum potius Rofinum quam ad Romanas antiquitates digerendas admittendum fuiffe, quod nihil fani vbique fere doceat, nifi cum auctores integros defcribit, atque vt ait p. 54. quae minimum intelligit, docere alios praefumat. Sed non minus iniquiffimum cenfeo hoc iudicium effe quam acerrimum, licet illud fequantur et probent Kippingius praef. ad Antiqu. Roman. Thomas Crenius I. animadv. philolog. p. 39. itemque alii. Age enim fac, vno alteroue loco lapfum fuiffe, qui primus omnia vno libro complecti et in vfum ftudioforum ex antiquis recentibusque ordine colligere ac perfpicue digerere conatus eft, num propterea tam inhumane accipiendus erat, quod rem omnium confeffione vtiliffimam quantum potuit diligentiffime perfecit? Quis vnquam ab litterariis illis

Heroibus, qui eruditione ſua attingunt nubes, exſpectauit vel vidit Syſtema vllum perſpicuum ac iuuentuti vtile artis vel ſcientiae cuiuscunque? Permittant itaque ab aliis componi, quod ipſi vel quoniam infra dignitatem ſuam eſſe putant haud volunt, vel quia nimis affluit innumerabilium rerum copia, prae recondita magnaque eruditione ſua efficere non poſſunt. Ceterum de Roſino praeter Martinum Hankium libro vtroque de Romanorum rerum ſcriptoribus, Koenigium in Bibl. et Chriſt. Frid. Paulini in Annalibus Iſenacenſibus pag. 234. videbis, vbi lubebit Acta Eruditorum germanice edita parte LV. pag. 491. ſſ. et parte LVII. pag. 674. ſſ. et qui diuerſa nonnulla tradit viri clariſſimi Io. Georg. Ekkardti excerpta librorum nouorum, menſe Iunio Anni 1701. p. 62. 63. vbi mentionem facit vitae Roſini ineditae, ſcriptae ab Eſaia Leichfeldero. Varia etiam de Roſino collegit perſonatus Adolphus Clarmundus ſiue Rudigerus parte quinta vitarum Germanice editarum p. 165. ſqq.

III. Ad Roſinum Paralipomena ſiue farraginem variarum doctarum obſeruationum Antiquitates Romanas Roſino vel praeteritas vel minus explicatas illuſtrantium adiecit *Thomas Dempſterus* a Muresk, I. C. Scotus, Profeſſor Piſanus primum, dein Bononienſis, vir immenſae vt ferunt memoriae, ita, vt quid eſſet obliuio diceret ſe ignorare: infinitae lectionis, qui 14. horas diei legendis libris continuare ſoleret, ceterum ad rixas et contentiones pronus et iudicii non adeo magni, ne cum Iacobo Vſſerio libro de Antiquitatibus Britannicarum Eccleſiarum, dicam plane nullius. Vide de eo praeter Hankium parte 2. de Roman. rerum ſcriptoribus et Thomam Pope Blount in Cenſura celebrium ſcriptorum, Miraeum de ſcriptoribus ſeculi XVI. p. 161. Andr. Sauſſaeum in Bellarmino continuato p. 82. Erythraei ſiue Iulii Victorii Roſſi Pinacothecam I. p. 24 ſeq. Hieron. Ghilini theatrum virorum doctorum part. 2. p. 235. et auctorem libri gallice editi Pariſ. 1707. 12. abregé de l'hiſtoire des Savans p. 269. ſſ. Prima editio paralipomenon Dempſteri ad Roſinum in lucem prodiit Pariſiis A. 1613. fol. Saepius deinde recuſa ſunt cum Roſino tum in Germania Colon. Agripp. 1619. 1645. 1662. Genev. 1620. 4. additis etiam *Andreae Schotti* Ieſuitae, viri optimi et doctiſſimi electis de gentibus, familiis, tribubus ruſticis vrbanisque, et ludis ac feſtis Romanorum. Tum apud Batauos Cornelio Schreuelio curante, adiunctis figuris aeneis ex Lipſio fere et Onufrio depromtis Lugd. Bat. 1662. 4. atque ab eo tempore plus ſimplici vice etiam Traiecti ad Rhen., curante Sam. Pitiſco, et nouiſſime Amſtelod. 1743. 4. cura I. F. Reitzii, ſed nullis locupletata acceſſionibus.

IV. Bre-

IV. Breue compendium tironibus exhibent praeter *Iac. Masenium* superiore capite a me laudatum, Antiquitates Romanae Sacrae, Ciuiles, Militares, Oeconomicae *Philippi Caroli*, Neoburgo Palatini, et in Acad. Altdorfina Professoris, (qui inde A. 1629. desertis vxore et liberis ad Pontificiorum coetus transiit, A. 1639. in Austria defunctus. Vide Omeisium in gloria Academiae Altdorfinae p. 94. 172.) Prodiit huius Caroli libellus minori forma Francof. 1643. et 1670. cum Andr. Dominici Flocci, Pomponii Laeti, Raphael. Volaterrani et Valerii Probi libellis passim obuiis, et Altenb. 1663. 8. cum notis Mich. Christi. Ludouici, recusus ibid. 1716. 8. Paullo plenius Antiquitatum Romanarum compendium Anglica lingua dedit *Thomas Goodwin* Lond. 1648. 4. saepius deinde recusum, Belgice etiam editum a Dan. Peenio Amstelod. 1694. 8. Quemadmodum latina lingua habemus *Thomae Belli* Edinburgensis Romam restitutam, siue Antiquitatum Romanarum compendium insigne, vulgatum Londini 1677. 8. et Clarissimo Almeloouenio curante recusum Amst. 1700. 8. et additis iconibus ibid. 1716. 8. His iungenda *Basilii Kennet* Romae antiquae notitia, siue Antiquitatum Romanarum descriptio, edita Anglice Londini 1696. 1708. et 1731. 8. et Belgice ex *Wilhelmi Sewel* versione cum Francisci Deseine descriptione Romae nouae. 1704. fol. Hinc prodiit Rituum, qui olim apud Romanos obtinuerunt succincta et perspicua explicatio auctore *G. H. Nieuport*, eo vel inprimis laudanda nomine, quod veteres semper scriptores laudat. Traiecti 1712. 8. et Budissae 1713. 8. Deinde multo auctior Traiecti 1716. et 1723. 8. Tum ibid. 1734. 8. cura Guil. Othonis Reizii, qui duas adiecit appendices, et Argentorati 1738. 8. cum figuris cura Ioan. Dan. Schoepflini. Denique Berolini 1743. et 1750. 8. cum prolus. Ioan. Matth. Gesneri. Tum *Ioan. Casparis Santaroc*, Professoris Marpurgensis, breuiarium Antiquitatum Romanarum, ex ipsis scriptorum classicorum fontibus deriuatum, Francof. 1712. et 1730. 12. cui editioni accessit Descriptio breuis Antiquitatum Graecarum. *Paulli* quoque *Christiani Hoepfneri* Roma antiqua commemoranda Halae Saxonum 1709. 12. in qua per quaestiones et responsiones summa capita Antiquitatum Romanarum germanica lingua in tironum vsum breuiter exponuntur. In Eiusdem Auctoris Roma media Halae 1713. eadem forma edita ritus Romanorum sub Imperatoribus inde ab Augusto vsque ad Carolum M. eadem methodo enarrantur. Neque omittendus *Fridericus Hildebrandus*, Rector scholae Martisburgensis in Antiquitatibus Romanis alphabetico ordine digestis, breui libello in 8uo Ienae 1657. cuius secunda editio auctior et correctior Ienae 1671. 8. lucem vidit. Octauum prodiit A. 1701. 12. cum Ottonis Aicherii libris tribus de comitiis Romanorum. Alphabetico ordine Romanas Antiquitates ple-

rasque etiam digessit *Iosephus Laurentius*, Lucensis, in Polymathiae suae libro quinto et sexto, qui in quatuor prioribus etiam varia capita Graecarum pariter Romanarumque Antiquitatum fusius illustrat ac persequitur. Prodiit opus non contemnendum Vicentiae A. 1631. 4. et auctius Lugd. 1666. fol. licet in hac posteriore editione Epistolae, quibus singulas diatribas viris doctis inscripserat Laurentius, sint omissae. Ex hoc Laurentii opere depromtae sunt variae diatribae, quas thesauro suo Graecarum Antiquitatum Clarissimus Gronouius inseruit. De *Daneti* Dictionario Antiquitatum Graecarum et Romanarum pridem edito iam dictum est capite superiore. Hic praetereundum non est copiosissimum accuratissimumque *Samuelis Pitisci* Lexicon Antiquitatum Romanarum, quod primum lucem vidit Leouardiae 1713. duob. tomis in folio; deinde recusum est Venetiis 1719. fol. tribus tomis, et Hagae Comitum 1737. itid. tribus tomis in folio. Memorandi etiam hoc loco libri quatuor Antiquitatum Romanarum ab *Heinrico Kippingio* [3] Rostochiensi, Conrectore Bremensi A. 1678. 26 Febr. quum apoplexia tactus esset inter docendum aetat. 44. defuncto editarum Bremae A. 1661. 1664. 1668. 1674. 1679. Franeq. 1684. 1695. 8. ac perquam nitide cum vita auctoris a Ioanne Hanghorst scripta et pulchris tabulis aeneis Lugd. Batav. 1713. 8. Vix dimidia autem pars operis Kippingiani lucem aspexit, parte altera quidem ad editionem parata, sed post auctoris obitum perdita, vt notauit Ioan. Georg. Eckhardtus in excerptis Reipubl. litterariae supra laudatis p. 63. sq. mense Iunio A. 1701. *Petri Iosephi Cantelii* Iesuitae de Romana Republica, siue de re militari et ciuili Romanorum elegans compendium ad explicandos scriptores antiquos comparatum prodiit primum Parisiis 1684. 12. deinde Vltraiecti 1688. additis e Lipsio Onufrioque tabulis quibusdam aeneis, tum ibid. A. 1691. 1696. 1707. 12. denique Venetiis 1730. 8. cui editioni acc. duae dissertationes, altera de praecipuis veterum Romanorum sacrificiis, altera de Romanorum nuptiis. *Franciscus Pomey*, S. I. in Epitome Antiquitatum Romanarum omne punctum tulisset, si absoluere illi datum fuisset opus, cuius prima pars tantum de Diis [4] exstat saepius edita, ceterae nouem fato auctoris sunt interceptae, 2. de sacerdotiis, 3. de comitiis et magistratibus, 4. de nuptiarum ritibus, 5. de re bellica, 6. de ludis et spectaculis, 7. de re vestiaria, 8. de mensis

[3] De hoc Kippingio et aliis eius scriptis vide Ephemerides Litterarias Germaniee editas Lipsiae sub titulo: Neuer Büchersaal XXVI. Oeffnung p. 122. ff. Acta Eruditor. T. V. suppl. 518. In eius Antiquitatibus nonnulla notat Ioannes Fabricius T. VI. Biblioth. pag. 357. sq.

[4] Haec gallice etiam Tenantio interprete A. 1715. lucem vidit sub titulo: *Methode pour appendre l'histoire des faux Dieux de l'antiquité.*

mensis et epulis, 9. de variis vrbanae vitae officiis, 10. de funeribus et sepulcris. Nunquam visus mihi *Lucii Fauni* liber de antiquitatibus vrbis Romae, quas, vt ait in Bibliotheca Simlerus, ab antiquis nouisque auctoribus excerptas summa breuitate ordineque disposuit Venetiis 1549. 1553. 1559. 8. *Georgii Portii* Specchio overo compendio dell' Antichita di Roma sacre e profane Rom. 1625. 12. *Ioan. Cunr. Dieterici* Antiquitatum Romanarum compendium, cum excerptis ex *Petri Saintfleurii* Monspeliensis libello de rebus illustribus memorabilibus. Francof. 1643. 12. *Ludouici Contareni* Antichita de Roma, sito, Imperadori, famiglie, statue, chiese Venet. 1575. etc. 8. 2 Voll. His addendi, qui e recentioribus Romanorum antiquitates generatim exponere laborarunt *Christophorus Cellarius*, cuius Breuiarium antiquitatum Romanarum, quod primum prodiit Halae 1710. 8. deinde ibid. 1715. recusum atque auctum ab Hieronymo Freyero, tum Hauniae 1743. 8. a Io. Petro Anchersen sub inscriptione: Breuiarum autiquitatum Romanarum Cellario-Freyerianum suppletum et recognitum, in lucem emissum, denique ex manuscripto libro integrum editum et annotationibus illustratum ac quinque appendicibus instructum est a V. Cl. Io. Ern. Imman. Walchio Halae 1748. 8. Hoc compendium ex parte gallice vertit *Ludov. Vasletus* in libro, cuius index: Introduction à la Connoissance des Antiquitez Romaines traduite en partie d'un petit Ouvrage latin de Cellarius, et en partie tirée des meilleurs auteurs anciens et modernes. Hagae Comitum 1723. 12. *Melissantes* siue *Ioan. Godofr. Gregorius* in gazophylacio antiquitatum Romanarum nouiter aperto. Lips. 1715. 8. de quo libro sinistrum exstat iudicium in Halensi diario eruditorum (neue Bibliothek) P. XLV. p. 404. sq. *Io. Iac. Schatzius*, qui germanica lingua euulgauit breuem introductionem in antiquitates romanas, Budingae 1726. 8. tertia vice ibid. 1742. 8. excusam. Edidit quoque *Petrus Burmannus* antiquitatum Romanarum breuem descriptionem, saepius et Lipsiae quoque 1739. 8. cum *Adriani Stegeri* praefatione de Ioue Herceo excusam. Notari quoque in primis meretur V. C. *Io. Gottl. Heineccii* antiquitatum Romanarum iurisprudentiam illustrantium syntagma sec. ordinem institutionum Iustiniani digestum, Halae 1719. 8. primum editum, saepiusque recusum. Quinta editio prodiit Argentorati 1741. 8. Compendii et Systematis antiquitatum Romanarum paullo plenioris et accuratioris, quod molitur vir in hisce litteris versatissimus *Albertus Dietericus Trekell* pars prima, Hagae Comitum 1744. 8. prodiit, quam vt ceterae partes mox sequantur, optamus.

V. A *Io. Baptista Casalio* duplex opus habemus praesenti loco laudandum et paullo plenius ex veteribus monumentis varia Antiquitatum Romanarum capita persequens, quorum prius est de vrbis ac Romani Imperii splendore

Rom.

Rom. 1650. fol. alterum de veteribus Aegyptiorum Romanorum et Christianorum ritibus Rom. 1644. 4. Francof. 1681. 4. *Guilhelmus Choul* siue *Caulius* (latine Brassicanus a quibusdam dictus) Nobilis Gallus iam ante centum quinquaginta amplius annos lingua patria integrum Systema Antiquitatum Romanarum complecti constituerat libris XII. vt ipse memorat pag. 17. edit. Vesaliensis Gallicae libri de Religione Romana: sed nihil ab eius manu in hoc genere ad nos peruenit praeter librum eximium iam laudatum de religione veterum Romanorum, alterum de Romanorum castrametatione et disciplina militari, et tertium de balneis exercitiisque antiquorum Graecorum pariter ac Romanorum, qui tres libri variis figuris ex monumentis et numis antiquis illustrati extant Lugduni A. 1556. 1569. fol. primum Gallice, hinc Italice editi, et Hispanice A. 1579. et iunctim iterum Gallice Vesaliae A. 1682. 4. Belgice deinceps, et denique latine Amst. A. 1685. 4. Quod Patinus in historia numismatum ait se audiuisse, in Germanicam linguam etiam translata esse haec Choulii scripta, fortasse de Belgica versione accipiendum. Extat praeterea Thesaurus Antiquitatum Romanarum itidem Gallica lingua vulgatus auctore *Caesare Egosseo du Boulay* Paris. 1651. fol. *Iulii Minutoli* Caelestinorum Abbatis Romana Antiquitas dissertationibus Historico Criticis illustrata Romae A. 1689. 8. quo de libro videas licet Acta Erud. Tom. 2. supplem. pag. 565. *Cyriaci Lentuli* apex gloriae Romanae, siue de statu Rei Romanae summa in potestate, Magistratibus, iurisdictione, militia, ciuium praerogatiua, sacris et sacerdotibus, ab Vrbe condita per varios mutationum gyros ad nostra Rerum Germanicarum tempora perducta. Francof. 1689. 4. Vir Clariss. *Burchardus Gothelf Struuius* Professor olim Ienensis tot scriptis editis de re litteraria ac studiosa iuuentute meritissimus Antiquitatum Romanarum Syntagma absolutius meditari coepit, cuius pars prima [5] de ritibus sacris Anno 1701. lucem adspexit Ienae 4. praemissa Bibliotheca Antiquitatum generali et speciali, qualem etiam pridem delineauit sed alio ordine methodoque alia *Philippus Labbeus* in Mantissa antiquariae supellectilis. Quarum vtraque nos ita vtemur et iam vsi sumus, vt nec negligentia in addendo, digerendo, emendandoque, neque in supine describendo plagii rei possimus videri. *Nicolai Cosmae* libri X. Antiquitatum Romanarum A. 1594. descripti a Iac. Arleno, Silesio, manuscripti fuerunt in Bibliotheca Vockerodtiana, v. eius catal. p. 607. *Ioan. Iac. Boissardi* antiquitates Romanae IV. Tomis prodierunt Francof. 1597. fol. Euulgauit quoque *F. G. Westhouius*, syllogen antiquitatum Romanarum. Dordraci 1731. 4. Ceterum huc Spectant *M. Anton.*

[5] Conf. Memoir. de Trevoux A. 1706. Octobr. p. 1736. seq. et History of the Works of the learned 1702. p. 605.

Anton Ferrati epiſtolae, quibus ſelectae quaeſtiones de Romana republica, et Romanis antiquitatibus ſuccincte pertractantur. Patauii 1699. 8. V. C. *Io. Dav. Koeleri* ſpecimen archaeologiae Romanae, ſiue Miſcellanea de Romanis antiquitatibus. Altd. 1707. 4. et *Georgii Ogle* antiquitas explicata, ſiue, collectio gemmarum figuratarum, additis earundem deſcriptionibus, ex auctoribus claſſicis repetitis, illuſtrata; Anglice. Londini 1737. 4. In primis autem huc faciunt Antiquitates ſacrae et ciuiles Romanorum explicatae auctore M. A. V. N. additis tabulis aeneis. Hagae comitum 1726. fol. Et Conſuetudines atque ritus omnium gentium in aere manu Bernardi Picarti aliorumque affabre depicti commentarioque et diſſertationibus virorum doctorum illuſtrati. Amſtelod. 1723. et ſeqq. fol.

VI. *Georgius Hieronymus Welſchius* Medicus et Polyhiſtor Auguſtanus eruditiſſimus, qui ex Bibl. Caſſiani a Puteo Equitis Romani vſus voluminibus pluribus, quibus praeſtantiſſimorum pictorum opera depicta erant plurima priſca monumenta, veſtes, vtenſilia, arma, aliaque genera antiquitatum, pleraque ea qua erant magnitudine, cetera ad leges Geometricas ſuis pedibus dimenſa. Hic non quidem Syſtema Antiquitatum Romanarum plenum et Roſiniano abſolutius elaborare voluit, vt videtur innuere Morhofius *ὁ μακαρίτης* p. 247. lib. I. polyhiſt. vel quod apud Clariſſ. Struuium p. 8. legas, omnibus numeris perficere ipſisque veterum monumentis quam optime illuſtrare, nedum vt in Ephemeridibus Pariſienſibus A. 1702. T. 2. p. 43. fuerit inter eos, quorum collectiones de Antiquitatibus editae iam ſunt, referendus: ſed vt Lucas Schroeckius in memoria Welſchiana p. 72. ſeq. teſtatur, tantum inſtituit dare *Ideam Antiquitatis*, expolienda ſingula capita et ſyſtema ipſum perficiendum aliis relicturus. Welſchii ipſius verba ſunt in Epiſt. de ſcriptis ſuis, quam poſt curatorem editionis Epiſtolarum Gerh. Ioh. Voſſii in Germania recuſarum clariſſimus Almelouenius ſubiecit Bibliothecae ſuae promiſſae ac latenti p. 123. *Ideam igitur tantum dabo, vt alii perficiant, quibus ſimilia, aut plura etiam in promtu eſſe ſolent.* Ceterum nec ideam illam dedit vnquam vir doctiſſimus. *Io. Baptiſtae Ferretii* corpus antiquarium, pluribus conſtans tomis, lucem non vidit. Titulos habes in Diario litterario Germanice vulgato Lipſiae, quod inſcribitur: Neuer Bücherſaal. XXXV. p. 765. ſeq. *Flaminii Vaccae* opus de Antiquitatibus Romanis Proſpero Mandoſio in Bibl. Romana memoratum neque editum eſt neque huc ſpectat, quia auctor ſtatuarum artifex ſculptorque in illo monumenta antiqua Romae obuia delineauerat, non vero Antiquitates ritus et conſuetudines Romanorum veterum explicauerat. Ex ſchedis eius multa dedit vir doctiſſimus Bernhardus de Montfaucon in Diario Italico qui p. 105. etiam refert hoc eius Epi-

taphium quod viſitur Romae in templo S. Mariae Rotundae in hanc ſententiam:

D. O. M.

Flaminio Vaccæ ſculptori Romano, qui in operibus quae fecit, nunquam ſibi ſatis fecit. Ceterum de monumentis antiquis ſtatuisque, marmoribus, aedificiis, ruderibus, infra erit ſingularis nobis dicendi locus.

VII. Reſtant adhuc miſcellanei ſcriptores, qui varias antiquitatis Romanae Graecaeque partes vel explicarunt vel illuſtrarunt, vel ſcripta diuerſa et in his plura etiam ad noſtrum inſtitutum facientia coniunctim curarunt recudi. Ex hoc poſteriori genere quinque mihi veniunt inprimis commemorandi Ianus Gruterus, Gaudentius Robertus, Io. Herm. Schminckius, Petrus Burmannus et Philippus d'Orville. Ex priore duo Caelius Rhodiginus et Alexander Alexandrius. *Ianus Gruterus* Antwerpienſis, Bibliothecae Palatinae praefectus et omnis liberalioris eruditionis promuscondus, quinque voluminibus in majore forma octaua quam vulgo vocamus, ſub titulo lampadis ſiue facis artium liberalium atque theſauri Critici iunctim Francof. 1502—1612. edidit ſcripta philologica Miſcellanea Obſeruationes et antiquas lectiones virorum doctorum complectentia, quorum en tibi indicem:

Tomus I.

Angeli Politiani Centuria Miſcellaneorum, et quod ira in pueris optimae ſaepe indolis eſt argumentum.

M. Antonii Sabellici in Plinium, Liuium aliosque ſcriptores variae obſeruationes.

Philippi Beroaldi annotationes in varios Auctores p. 188.

Ex *Domitii Calderini* libro tertio Obſeruationum nonnulla.

Baptiſtae Egnatii Veneti racemationes.

Io. Baptiſtae Pii Annotationes priores et poſteriores in varios ſcriptores.

Pii Antonii Bartolini auctarium emendationum.

Iani Parrhaſii de rebus per Epiſtolam quaeſitis ſylloge. Ejusd. prolegomena in Plauti Amphitruonem, et Ciceronis Epiſt. Notae in Orat. pro Milone. Et ex notis ad Claudianum varia ſcriptorum Vett. latinorum loca illuſtrata.

Laur. Abſtemii Maceratenſis Annotationes Variae.

L. Ioannis Scoppae, Parthenopaei Collectaneorum libri II.

Franciſci Floridi-Sabini lectionum ſubciſiuarum libri III.

Petri Nannii Alcmariani Miſcellaneorum libri X. et aduerſus Iacobum Curtium Apologia.

Franciſci Robortelli de Hiſtorica facultate p. 1386. Deſcriptio Laconii ſiue ſuda-

ſudationis quae viſitur in ruina balnearum Piſanae Vrbis p. 1397. De nominibus Romanorum p. 1403. praefatio ad libros Ciceronis de inuentione pag. 1412. Notae in Catulli Epithalamium p. 1428. et Ode Pindarica βιοχενησμωδία p. 1430. Explanationes in primum Aeneidos librum a *Io. Baptiſta Busdrago* Lucenſi collectae. p. 1435.

Tomus II.

Franciſci Robortelli de conuenientia ſupputationis Liuianae cum marmoribus Capitolinis et Dionyſio Halicarnaſſeo.
Eiusdem liber de arte ſiue ratione corrigendi antiquorum libros.
Eiusdem annotationum ſiue emendationum libri II.
Caroli Sigonii emendationum libri II.
Antonii Bendinelli loci controuerſi XXVI.
Fernardini Realini in varia ſcriptorum loca annotationes.
Lilii Gyraldi dialogiſmi XXX.
Ioannis Brodaei Miſcellaneorum libri VI. plurimis locis ex eius chirographo aucti.
Chriſtophori Ruſi antexegemata.
Ioannis Hartungi locorum memorabilium decuriae IV.
Petri Pithoei Aduerſariorum ſubceſiuorum libri II.
Lucae Fruterii veriſimilium libri III.
Achillis Statii Luſitani Obſeruationes difficilium aliquot locorum Graecolatinorum, antea non excuſae.
M. Antonii Mureti Variarum Lectionum libri XIX.
Eiusd. Obſeruationum Iuris liber ſingularis.
Hieron. Magii Miſcellaneorum ſeu Variarum Lectionum libri IV.

Tomus III.

Paulli Leopardi Iſenbergenſis emendationum et miſcellaneorum libri XX.
Bartolomaei Barrienti Illiberitani annotationum ſilua.
Franciſci Luiſini Vtinenſis parergon libri III.
Guil. Canteri Nouarum Lectionum libri IX.
Theodori Canteri Variarum Lectionum Commentarii III.
Eiusd. Emendationum et Obſeruationum libri II.
Iani Durantii Caſellii Variarum libri II.
Iani Guilelmii Veriſimilium libri III.
Eiusd. in Plautum Quaeſtiones.
Marſilii Cagnati Veronenſis Variarum Obſeruationum [6] libri IV.

[6] Librum quintum MS. habuit Naudaeus, teſte Labbeo p. 233. Bibl. nouae MSS.

Tomus IV.

Ioannis Brodaei Miſcellaneorum libri quatuor poſteriores VII. VIII. IX. et X. e Bibl. Paulli Petauii V. C. (antea non excuſi.)
Ioachimi Camerarii problemata Graece et latine.
Aldi Manutii Paulli F. Quaeſita per Epiſtolam.
Hadriani Iunii Animaduerſorum libri quinque.
Eiusd. de Coma Commentarius.
Ioſephi Caſtalionis I. C. Variae Lectiones.
Iani Mellerii Palmerii ſpicilegia.
Iacobi (Iac. Nepotis) *Schegkii* Obſeruationum et emendationum praemeſſa.

Tomus V.

Franciſci Modii Nouantiqnae Lectiones Epiſtolis CXXXIII.
Lucae Fruterii collectaneorum veriſimilium liber tertius antea non excuſus.
Eiusd. Epiſtolae Philologicae.
Henr. Stephani ſchediaſmatum libri VI.
Iacobi Nicolai Loënſis Miſcellaneorum Epiphyllides, antea non publicatae, libris X.

Sextum volumen complectitur Valentis Acidalii in Plautum diuinationes et Marcelli Donati notas in Liuium, Tacitum, Sueton. Ammianum et ſcriptores hiſtoriae Auguſtae. Volumen *ſeptimum* non a Grutero ſed a Io. Phil. Pareo ingrato Gruteri diſcipulo [7] additum eſt, neque aliud quicquam praeter Criticas obſeruationes in Plautum et in Gruterum inuectiuas continet. Obiit Gruterus Heidelbergae A. 1627. qui Wittebergae primum Profeſſor fuerat, ſed pulſus inde, quod Formulae Concordiae ſubſcribere nollet. De eo plura dixi in plagiariis num. 73. vbi memoraui quoque vitam Gruteri ſcriptam a Frid. Hermanno Flaydero et panegricum Balthaſ. Venatoris, qui cum elencho ſcriptorum Gruteri legitur etiam in vitis a Guil. Bateſio collectis p. 526. et in Wittii Philoſophis p. 212—278. nec minus ante Inſcriptionum veterum mirandum opus, in Belgio luculentiſſime recuſum. His adde quae de viro illo doctiſſimo praeter Thomam Popeblount habet Petrus Baelius in dictionario Hiſtorico Critico.

Gaudentius Robertus editis Italico idiomate vna cum Benedicto Bacchino Ephemeritibus litterariis Parmenſibus celebris et A. 1695. defunctus, Gruteri exemplo Parmae A. 1690. 1691. et 1692. 4. vulgauit quatuor tomos quos inſcripſit Miſcellanea Italica erudita, in quorum primo continentur:

Ioſephi Caſtalionis Anconitani 1) *Variae Lectiones;* 2) *De antiquis puerorum*

[7] Vide Marqv. Gudii Epiſtolas p. 204.

rum praenominibus; 3) *De recta scribendi Vergilii nominis ratione commentarius;* 4) *Aduersus foeminarum praenominum assertores disputatio;* 5) *Ad l.* 1. *C. quae res pignori obligari possit.* Paulli Manuccii Veneti *Antiquitatum Romanarum liber de ciuitate Romana.* Onuphrii Panuinii Veronensis, 1) *De ludis saecularibus;* 2) *De carminibus Sibyllinis.* Constantini Landi Placentini 1) *In veterum numismatum Romanorum miscellaneae explicationes.* 2) *In M. Cassii Cacurii et Atiliae Manduillae tumulum explicatio.* Andreae Alciati Mediolanensis *de magistratibus, ciuilibusque et militaribus officiis.* Francisci Robertelli Vtinensis 1) *De Prouinciis Romanorum;* 2) *De iudiciis, et omni consuetudine caussas agendi apud Romanos;* 3) *De legionibus Romanorum;* 4) *De magistratibus Imperatorum;* 5) *De familiis Romanorum;* 6) *De cognominibus et appellationibus Imperatorum;* 7) *De commodis, praemiis et donis militaribus;* 8) *De poenis militum et ignominiis;* 9) *De gradibus honorum et magistratuum Romanorum;* 10) *Mensium appellatio ex nominibus Imperatorum.*

Secundo tomo exhibentur: *Petri Seruii* Medici Romani Iuueniles Feriae, quae continent Antiquitatum Romanarum Miscellanea; *Agesilai Mariscotti Bononiensis* de Personis et Laruis, earumque apud veteres vsu et origine Syntagmation; *Fortunii Liceti Ianuensis* Miscellanea Erudita, decerpta ex ejus Quaesitis per Epistolas a claris viris; *Alexandri Sardi Ferrariensis* de Moribus et Ritibus Gentium libri III. Venet. 1557. 8. et saepius alibi in lucem editi: *Bonauenturae Castilionaei Mediolanensis* Gallorum Insubrum antiquae Sedes; *Aeneae Vici Parmensis* de Numismatibus antiquorum libri II.

Tomo tertio continentur *Petri Leonis Casellae* de primis Italiae Colonis; Eiusdem de Tuscorum Origine, Colonatu et Republica Florentina; *Paulli Manutii Veneti* Antiquitatum Romanarum liber de Legibus; *Lilii Gregorii Gyraldi, Ferrariensis* de Sepulcris et vario sepeliendi Ritu; *Aldi Manutii* Veneti de Laudibus vitae rusticae, Ode Horatii Epodon. II. explicata; *Caroli Sigonii Mutinensis* Iudicium de Historicis, qui res Romanas scripserunt, ab vrbe condita ad Caroli M. Imperatoris tempora; *Balthasaris Bonifacii* de Romanae Historiae scriptoribus Excerpta; *Adriani Politi* ordo Romanae Historiae legendae; *Io. Antonii Venerii* de Oraculis et Diuinationibus antiquorum; *Petri Seruii* Dissertatio Philologica de odoribus.

In quarto denique exhibentur: *Paulli Manutii, Veneti,* Antiquitatum Romanarum Liber de Comitiis; *Gaudentii Merulae, Nouariensis,* de Gallorum Cisalpinorum antiquitate ac origine; *Io. Marii Mattii* Brixiani Opinionum Libri III, in quibus plurima loca Auctorum Latinorum et Graecorum explicantur, aut corrupta emendantur; *Iosephi Nerii* Perusini Analecta, in quibus praeter ea, quae ad Ius pertinent, varia tam in sacra quam in profana Histo-

ria, et quaedam in Tacito explicantur, illustrantur, emendantur. Prodierant pridem Perusii A. 1619. 8. vti Matti Opiniones Alexandriae Statiellorum in Liguria A. 1598.

Io. Hermannus Schminckius euulgauit Marburgi Cattorum 1717. 4. Syntagma Criticum variorum auctorum, in quo ICti, Philosophi, Historici, Oratores et Poetae emendantur. In isto exstant; 1) *Guil. Ranchini* Variarum Lectionum libri III. 2) — — Edictum perpetuum restitutum. 3) *Iusti Zinzerlingii* Criticorum iuuenilium promulsis. 4) *Iani Gebhardi* Crepundiorum libri III. 5) — — Antiquarum Lectionum libri II.

Quae ab eruditis quibusdam Britannis A. 1731. edi coeptae sunt miscellaneae obseruationes in auctores veteres et recentiores a Viris Celeberrimis *Petro Burmanno* et *Philippo D'Orville* in latinum sermonem translatae, et cum notis ac auctario variorum virorum doctorum Amstelodami 1732. recusae et vsque ad annum 1740. Voll. X. 8. continuatae sunt. Ab eo inde tempore D'Orvillius solus istud opus sub indice Nouarum Obseruationum quatuor Voluminibus in forma octopartita cum orbe erudito communicauit. Quanquam autem plurimae obseruationes critici magis quam antiquarii sint argumenti; tamen, quum et in istis multa ad rem antiquariam pertinentia egregie discutiantut, nec istud opus ab instituto nostro alienum esse intelligitur.

VIII. *Ludouicus Caelius Richerius, patria Rhodiginus* qui humaniores litteras Vicentiae primum deinde Ferrariae, tum Mediolani ac denique Patauii docuit, A. 1520. defunctus, in libris triginta Antiquarum lectionum, quos ad Verrii Vindicisque Cesellii, Gellio laudatorum, exemplum scripsit, et Ioanni Grolierio dedicatos edidit Venet. 1516. fol. non modo vocabula multa vtriusque linguae abstrusa explicauit et innumeris Graecorum Latinorumque scriptorum locis egregiam lucem affudit, sed et quam plurimas antiquitates feliciter illustrauit. Adeo vt illius opus auro contra carum non frequentius iuuenum manibus teri miretur et indignetur Vossius lib. 3. de Histor. lat. p. 814. seq. Prodiit deinde recognitum ab auctore et tertia parte auctius, recusum variis in locis, vt Basileae 1542. 1551. 1566. apud Frobenium, atque apud Andr. Wechelii haeredes A. 1599. ac denique Geneuae 1620. fol. Solet in Rhodigio (vt in Alexandro ab Alexandro, de quo deinceps) reprehendi, quod passim dissimulet fontes, vnde veteres narrationes repetiit, vel laudet scriptorum deperditorum monumenta, auctoribus in quibus illa nominari reperit haud nominatis, qua de re videndus Iac. Thomasius ὁ μακαρίτης libro de plagio §532. Erasmus [8] in adagio *Choenici ne insideas*, Vossius l. III. c. 84.

[8] Caelii Rhodigini epistola apologetica ad Erasmum legitur post epistolas Gudianas p. 117. Vide et Baelii Lexicon voce Erasme, nota CC.

c. 84. de idolatria, et *Gothofredus Iungermannus* ad Pollucem p. 1347. Casp. Barthio iudice III. ad Statium p 440. *Caelius Rhodiginus vir longe eruditissimus, sed amoenitati scriptionis parum consulens omissis verbis auctorum, quibus obseruationes suas debet.* Iano Rutgersio IV. 18. Var. Lectionum *vir diligens quidem et eruditus, sed qui temere in molem illam lectionum congerebat, quicquid sese obtulisset.* Optandum etiam erat, vt inter tot lectiones antiquas nullos nouos errores proseminaret Caelii incuria, vt ait Iosua Barnes in vita Euripidis p. 33. Valet tamen hic illud Varronis, *eum, qui tam multa dixerit commode, potius laudandum, quam si quaedam ignorauerit peccaueritque acriter reprehendendum et exagitandum.* Siue vt Horatius de arte poet. v. 351. ff.

Vbi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura — —

Caelii Rhodigini *Adagia*, quae in sylloge magna adagiorum in locos communes digestorum leguntur, Hanouiae 1617. 1643. fol. ex eius antiquis lectionibus depromtae sunt. Idem dicendum de *notis in Horatium, Epistolas Ciceronis, Ouidii Metamorphoses etc.* De Rhodigino videndi Iouius et Thomasinus in elogiis, Nicol. Comnenus Papadopoli historiae Gymnasii Patauini p. 296. sq. Iacobus Gaddius de scriptoribus non ecclesiasticis, Balthasar. Bonifacius XV. 4. Hist. ludicrae (qui plura etiam dixisse se testatur in elogiis illustrium Rhodiginorum, dubito an editis) Adolphus Clarmundus siue Rudigerus in vitis Doctorum Virorum T. VII. p. 61. Paullus Freherus in theatro, G. Matthias Koenigius in Bibliotheca, Thomas Popeblount in censura doctorum, Adrian. Bailletus in iudiciis Gallice editis, et ad Tobiae Magiri Eponymologium p. 706. seq. illustris Christianus Wilhelm. Eybenius.

Alexander Alexandrius siue *de Alexandro*, Neapolitanus, Romae et in Patria caussas primum agere professus, deinde vbi in iudiciis gratia et corruptionibus omnia transigi videret, relicto foro humanioribus litteris vnice deditus, vt ipse narrat lib. 6. cap. 7. genialium dierum. Quod ipsum Opus Miscellaneum in sex libros distributum hoc loco tanquam promtuarium aliquod vniuersae, Romanae praesertim, Antiquitatis commendandum nobis venit. Prodiit post primam editionem Romanam A. 1522. saepissime seorsim, tum illustratum semestribus siue commentariis eruditissimis *Andreae Tiraquelli*, Francof. 1594. fol. notisque additis *Dionysii Gothofredi* et *Christo. Coleri*, et in librum quintum animaduersionibus *Nicolai Merceri* Rothomagensis, Lugd. Bat. 1673. 8. 2 Voll. qnae praestantissima est eius operis editio. Etiam Gallice versum Alexandri opus a Bernardo de la Roche, didici ex Francisci Crucimannii Bibl. Gallica p. 476. De hoc Alexandro, qui sub extremum saeculi

decimi quinti floruit, et Romae A. 1523. d. 2. Octobr. annos duos ac septuaginta natus diem obiit supremum videndi Iac. Gaddius de scriptoribus non ecclesiasticis T. I. p. 25. Hieronymus Ghilinus T. I. theatri eruditorum virorum p. 6. Leonardus Nicodemi in additionibus ad Nicol. Toppii Bibliothecam Neapolitanam p. 5. Laur. Crassus T. 1. elogiorum p. 9. vbi etiam iconem eius reperies aere descriptam, vt omittam Pancirollum in vitis ICtorum lib. 2. C. 122. Paullum Freherum in Theatro, Hendreichii Pandectas Brandenburg. aliosque. Solet et hic Alexander plerumque auctores, ex quibus profecit, dissimulare, vel iactare scriptores pridem deperditos et libros mirandae vetustatis, vbi ipse forte librum Pandectarum vel alios scriptores obuios prae manibus habuit, vti passim notant Tiraquellus et Gothofredus, quorum tanto magis vtiles et necessariae sunt notae, quod vbique indicant fontes, ex quibus Alexander sua collegit ac deriuauit.

IX. In scriptores Miscellaneos, varia Antiquitatum Romanarum Graecarumque capita illustrantes, haud immerito et ii referuntur, qui statuas, gemmas atque lapides, in museis virorum Principum atque illustrium asseruatos commentariis illustrarunt, atque sub *Museorum* nomine ediderunt, quorsum pertinent Museum Florentinum, siue gemmae antiquae e thesauro Mediceo et priuatorum dactyliothecis Florentiae, exhibentes C tabulis imagines virorum illustrium et deorum cum obseruationibus Antonii Franc. Gorii T. I. Florent. 1731. II. ibid. 1732. III. ibid. 1734. IV.—VI. ibid. 1740. fol. In quod animaduersiones composuit *Sim. Ballarinus*. Carpentoracti 1743. 4. Museum Etruscum, exhibens insigniora veter. Etruscorum monumenta aereis tabulis CC nunc primum edita et illustrata obseruationibus *Ant. Franc. Gorii* T. I. Flor. 1737. II. ibid. 1738. III. ibid. 1743. fol. Museum Capitolinum, complectens Philosophorum, Poetarum, Oratorum illustrium hermas cum Ioan. Bottarii animaduersionibus Voll. II. Romae 1750. Museo Capitolino, o sia Descrizione delle Statue, Busti, Bassirilievi, Vrne sepolcrali, Iscrizioni ed altre ammirabili ed erudite Antichita. Romae 1750. 4. Museum Romanum siue thesaurus eruditae antiquitatis opera et studio *Michaelis Angeli Caussei de la Chausse* Tomi II. Romae 1746. fol. Museum Odescalcum, siue thesaurus antiquarum gemmarum, quae in Museo Odescalco asseruantur. Tomi II. Romae 1749. fol. Museum Veronense. Veronae 1749. fol. His iungenda sunt Collectanea societatis antiquariae Londinensis [9] quorum T. I. prodiit Londini 1726. II. ibid. 1734. *Angeli Calogierae* collectio opusculorum scientificorum et philologicorum (Raccolta d'Opuscoli scien-

[9] Huius historiam succincte enarrat Chr. Kortholtus in Epistola de societate antiquaria Londinensi ad Vir. Cel. Ioh. Erh. Kappium. Lipsiae 1735. 4.

ſcientifici e filologici) quae A. 1728. Venetiis edi coepta eſt, et de qua A. 1750. quadraginta tres tomi iam fuerunt vulgati. Specimina Diſſertationum Academicarum, publice lectarum in nobili Academia Etruſca antiquiſſimae ciuitatis Cortonae, quorum T. I. Italice prodiit Romae 1735. II. ibid. 1738. III. ibid. 1741. IV. ibid. 1743. V. et VI. ibid. 1751. 4. Symbolae litterariae; opuſcula varia, philologica, ſcientifica, antiquaria, ſigna, lapides, numiſmata, gemmas et monumenta medii aeui nunc primum edita complectentes (edente *Anton. Franciſco Gorio*) Florentiae 1748—1752. 8. Voll. IX. Symbolae litterariae, Decadis ſecundae. Vol. I—IV. Romae 1751. et 52. 8. Voll. IV. *Antonii Boriani* Collectanea antiquitatum Romanarum a *Rodulpho Venuti* notis illuſtratarum Romae 1736. fol. In quae obſeruationes criticas edidit *Io. Chryſoſtomus Scarſo* Venetiis 1739. 4. *Anton Maria, Girolamo e Anton Maria d'Aleſſandro Zanetti* Statue antiche Greche e Romane nell'Antiſala della Libreria di San Marco, e in altri luoghi publici di Venezia ſi trovano. Parti II. Venetiis 1740. et 1743. fol. *Conyers Middletoni* germana quaedam antiquitatis eruditae monumenta diſſertationibus inſtructa Londini 1745. 4. Etat et Deſcription des Statues, Buſtes, Basrelifs, Vrnes, Colonnes, Inſcriptions et autres ouvrages antiques, tant Grecs que Romains, trouvés a Rome, aſſemblés et apportés en France par le Cardinal de Polignac. Pariſ. 1742. 8. Neque praetermittendi ſunt alii eiusmodi ſcriptores Miſcellanei, in quibus varia capita Antiquitatum illuſtrata videre licet, vt *Petri Gregorii Tholoſani* Syntagma artis mirabilis, et aliud opus eximium, quod Syntagma iuris vniuerſi inſcripſit, *Adr. Turnebi* et *Caſp. Barthii* aduerſaria, *Petri Victorii, Hieron. Mercurialis, Iani Rutgerſii, Phil. Caroli, Guid. Pancirolli, Sim. Petiti* et *Thomae Reineſii* Variae Lectiones, *Euſtachii Swartii* analecta, *Io. Aug. Erneſti* Excurſus in Suetonium, *Iſaacus Caſaubonus* in eundem et Hiſtoriam Auguſtam, *Claudius Salmaſius* in eandem Hiſtoriam, tum aliis in ſcriptis praecipue commentariis in Solinum, ex quibus Alphabetico ordine multa digeſta reperias in *Io. Iac. Hofmanni* Lexico vniverſali; vt et illud forte praeſenti loco nobis ſit commemorandum, *Io. Frid. Gronouius* et *Gisbertus Cuperus* in obſeruationum libris, *Samuel Petitus* in obſeruationibus et Miſcellaneis, *Andr. Schottus* in obſeruationibus humanis, *Gabriel Simeon* Florentinus in obſeruationibus Gallice editis Lugd. 1558. 4. Sic *Petrus Faber* in ſemeſtrium libris, *Iuſtus Lipſius, Octauius Ferrarius, Philippus Rubenius* et *Caſpar Geuartius* in Electis, *Balthaſar Bonifacius* in hiſtoria ludicra ſubinde antiquos ritus Romanos et conſuetudines iucunde explicant.

X. Locum quoque hic ii merentur, qui Herculanei, municipii olim celeberrimi, ſub Tito Imperatore, Veſuuii montis incendio, penitus obru-

ti, et nostris temporibus sub ruinis detecti, antiquitates tanta copia erutas il-lustrare susceperunt. Quanquam enim plenum iussu atque auctoritate Potentissimi vtriusque Siciliae Regis edendum, de antiquitatibus Herculanei repertis, opus exspectet orbis eruditus; tamen nec viri in antiquitatibus probe versati, in describendis Herculanensibus antiquitatibus suam desiderari passi sunt industriam. Quos igitur vt hic recenseamus nostri iubet instituti ratio. Sunt autem scripta, a viris eruditae antiquitatis laude celebribus, de Herculaneo composita, quae ad nostram peruenere notitiam, ea, quae sequuntur. *Wilhelmi Sloane* relatio ad societatem Regiam Britannicam scientiarum de ruderibus ciuitatis subterraneae prope Neapolin detectis, inserta Transactionibus Philosophicis Vol. XLI. Tom. I. Num. 456. pag. 345. Memoire sur la Ville souterraine decouverte au pied du monte Vesuve par Mar. *Darthenay*. Parisis 1748. 8. Qui libellus germanice versus a *Ioanne Petro Eberhard*. Erfordii et Lipsiae 1749. 8. et Anglice a M. Wilhelmo Fordyce. Londini 1750. 8. prodiit. Excerpta e duabus epistolis *Camilli Paderni* Romani ad *Allanum Ramsay* de antiquis statuis picturis aliisque rebus notatu dignis, in ciuitate subterranea, nuper prope Neapolin detecta, repertis, inserta itid. Philos. Transact. Vol. XLI. P. II. N. 458. p. 489. Excerpta e litteris *Georgii Knapton* ad *Carolum Knapton* de eod. argumento. ibid. p. 489. Excerpta e litteris *Crispii* ad *Georg. Knapton* de eod. argumento. Ibid. p. 493. Descrizzione d'elle prime scoperte dell' antica Citta d'Ercolano, ritrovata vicino a Portici, Villa della Maesta del Re delle due Sicilie, distesa dal Cavaliere Marchese Don *Marcello de Venuti*. Venet. 1749. 8. Letters from a young Painter abroad to his Friends in England, adorned with Copper Plates. P. I. Londini 1748. II. ib. 1750. 8. D'una antica Villa scoperta sull dosso del Tusculano, e d'un antico Orologio de sole tra le rovine della medesima ritrovato Dissertazioni due, composte dal Padre *Giov. Luca Zuzzeri*. Venet. 1746. 4. Notizie intorno allo scoprimento della Citta di Ercolano vicino da Napoli. Venet. 1747. 12. *Io. Matth. Gesnerus* in Progr. de Herculano nuper reperto. Göttingae 1747. 4. *Angeli Mariae Cardin. Quirini* epistola ad I. M. Gesnerum de Herculaneo, Brixiae 1748. rec. in *Theoph. Lud. Münteri* patergis historico-philologicis p. 105. *Theoph. Lud. Münteri* comment. de Herculaneo, ibid. pag. 1. *Iacobi Belgradi* ad Scipionem Mapheium epistolae quatuor de rebus physicis et antiquis monumentis sub Retina recens inuentis. Venet. 1749. 8. *Scipio Maffeius* in epistola de Herculano nuper detecto; quae est secunda trium illarum epistolarum, quae Veronae 1748. 8. Italice prodierunt. Notizie del memorabile scoprimento dell' antica Citta Ercolano, vicina a Napoli, del suo famoso Teatro etc. e di altri insigni Monumenti,

ti, che da si stessi gli hanno veduti, ed osservati dal principio degli Scavamenti fatti nel Villaggio di Resina fino al Anno 1748: con due Tavole incise in Rame. Florentiis 1748. 8. Constat haec notitia viginti nouem notitiis de vrbe Herculanensi eiusque antiquitatibus, quae partim litteris, partim aliis in scriptis continentur. Earum edendarum curam suscepit V. Cl. *Antonius Franciscus Gorius*; qui istas notitias ad eum per litteras missas quoque inseruit symbolarum litterariarum opuscula varia, philologica, scientifica, antiquaria, signa, lapides, numismata, gemmas et monumenta medii aeui, nunc primum edita, complectentium, Volumini primo, quod prodiit Florentiae 1748. 8. cum tabulis duab. aeri incisis. Exquo scripta Herculanenses antiquitates illustrantia, quae quidem fusius recensentur in Actis Eruditorum A. 1752. m. Mart. P. II. p. 149. ff. hic sistere haud inutile esse duco. Primo comparent admiranda antiquitatum Herculanensium descripta et illustrata ab *Ant. Franc. Gorio*, quibus omnia, quae adhuc de Herculanensibus antiquitatibus ex Vesuuii cinere ac pumicibus eruta, innotuerunt, iusto ordine copioseque memorantur. Deinde sequuntur Notitiae virorum doctorum de antiquitatibus Herculanensibus ad *Gorium* per litteras missae quarum I. complectitur litteras *Iosephi Stendardi*, architecti Florentini, quibus de nonnullis insignibus monumentis, A. 1711. in regia villa di Portici erutis, exponitur. II. refert litteras Marchionis *Marcelli Venuti* ad Gorium, quibus de inuento ac feliciter detecto Herculanensium theatro differitur. III. alias exhibet eiusdem Marchionis litteras, quibus laborem excauationis strenue continuari, et theatrum magis magisque retegi, nuntiatur. IV. litteras sistit Abbatis *Rudolphini Venuti*, quibus fusius de antiquo theatro agitur. V. exhibet litteras laudati *Rud. Venuti*, quibus is retectam cameram, optimis figulis exornatam, quam columbarium fuisse putat, describit. VI. VII. VIII. referuntur aliae Cel. *Venuti* litterae, quibus de multis inuentis picturis muroque picto praestantissimo exponitur. IX. e Tomo primo Nouor. litter. Florentinor. pag. 138. et 139. est descripta, et de elegantissimis quoque in muro reperto exstantibus pictis figuris imaginibusque agit. X. exhibentur litterae *Matthaei Aegyptii* ad Gorium, quibus statua Tiberii, et ara Etruscorum cum inscriptione Etrusca describitur. XI — XV. varia antiquitatis capita a viris doctis, quorum nomina non sunt citata, erudite exponuntur. XVI. varia ex litteris *Paulli Mariae Paciaudii* suppeditantur, quae quidem exstant in collectione opusculorum scientificorum et philologicorum Patris Calogiera, Tomo XXXVIII. p. 349. XVII. complectitur paragraphum quartam libelli, antea iam citati, et inscripti: Notizie curiose intorno allo scoprimento della Citta d'Ercolano. XVIII. agit de situ antiquo tam Herculanei quam Reti-

nae, et accuratissima notissimae illius de Nonio Balbo inscriptionis interpunctio exhibetur. XIX. sistit litteras docti cuiusdam peregrini, in quibus de maxima illa veterum, adhuc erutorum, monumentorum copia exponitur. XX. descriptionem exhibet excauationis, quae in villa Resina fit, missam ab Eminentissimo Purpurato A. M. Quirini ad Ioan. Matth. Gesnerum. XXI. ex *Petri Lasenae* libro dell' antico Ginnasio Napoletano, eiusque cap. IV. ea adducuntur, quae ibi de effato quodam Dionis et Xiphilini disputata sunt. XXII. exhibentur litterae docti cuiusdam Neapolitani, qui multa, sed vix praestanda, orbi erudito a se exspectanda promittit. XXIII. sistuntur litterae alius docti viri, ad Cel. Gorium scriptae, quarum auctor fatetur, omnia, quae adhuc de erutis illis Herculanensibus monumentis litteris fuissent tradita, admodum manca esse. Tum ipse *Gorius* fusius de Herculanensibus antiquitatibus disputat, easdemque erudite accurateque illustrat. Denique succedit *Ioan. Bapt. Passerii*, *Pisaurensis*, Iunonalis sacra mensa Herculanensium illustrata ad nobilissimum et praestantissimum virum Diamantem, Comitem a monte Mellino, Patricium Perusinum. His addenda sunt M. *Adami Henrici Dresigii* commentatio de anastasi oppidi Herculanei, exaestuantis Vesuuii cinere olim sepulti. Lubenae, 1747. 4. *Ioan. Ern. Imm. Walchii* antiquitates Herculanenses litterariae, quarum editio secunda auctior prodiit Ienae 1751. 4. *Eiusdem* Commentatio de Cicerone Herculanensi, quae exstat in Actis societatis Latinae Ienensis, ab eod. viro Celeb. Ienae 1752. 8. editis p. 115. ff. *Cochini* filii & *Bellicardi* Obseruationes super antiquitatibus vrbis Herculanensis. Gallice. Parisiis 1754. 8.

XI. Dignum est, quod hic commemoretur insigne *Bernardi de Montfaucon*, eruditissimi e familia Benedictinorum monachi opus, [10] in quo antiquitas explicata schematibusque illustrata est, quodque quinque Tomis, siue X. Voluminibus in folio gallice et latine euulgatum est Parisiis 1719. recusum ibid. 1722. cui deinde quinque Tomi supplementorum accesserunt Parisiis 1724. fol. Hoc igitur opus quum antiquitatibus illustrandis maxime inseruiat, non inutilem nec iniucundum nos suscepturos esse laborem confidimus, si indicem eorum, quae in singulis tomis pertractantur, cum lectoribus nostris communicemus. Tomo I. argumentum de Diis Graecorum et Romanorum ita pertractatur, vt P. I. libro primo primi ordinis Dii, Cybele, Saturnus, Caelum, Terra, Oceanus, Titanes, Prometheus et Ianus sex capitibus describantur; libro secundo Iupiter eiusque fratres et sorores, Iuno, Vesta, Neptunus, Pluto et Ceres duodecim capitibus recenseantur; libro tertio

[10] Eius commoda atque defectus accurate enarrat. S. V. Baumgartenius in relationibus de Bibliotheca quadam Halensi. P. XXI. p. 226. sq.

tio Iouis filii filiaeue, Vulcanus, Apollo, Mars, Mercurius, Minerua, Diana, Venus et Cupido viginti ſex capitibus enarrentur. Partis ſecundae libro primo agitur de Hercule, Baccho, deque Diis Bacchici coetus triginta et vnis capitibus. Libro ſecundo de Aeſculapio, de Dea Roma, de Dioſcuris, de Fortuna, de Penatibus, deque aliis plurimis Graecorum Romanorumque Diis capitibus ſedecim. Libro tertio de donis muneribusque caeleſtibus, itemque rebus malis, pernicioſis atque vitiis in numerum Deorum relatis capitt. vndecim. Libro quarto de Nocte, deque Diis nocturnis, de Mithra, de Nymphis, Sirenibus, Scylla, Centauris aliisque multis Graecorum Romanorumque Diis capitt. duodecim. Tomi ſecundi Partis primae libro primo recenſentur Sacerdotes et miniſtri Sacrorum apud Graecos et Romanos capp. decem. Libro ſecundo Templa capp. viginti octo. Libro tertio arae, inſtrumenta ſacra et ſacrificia capp. nouendecim. Libro quarto feſta Graecorum Romanorumque; ſupplicationes, deuotiones; itemque vota, oracula, fanatici, ſortilegia, praeſtigiae, omina capp. vndecim. Partis ſecundae libro primo agitur de religione Aegyptiorum capp. viginti Libro ſecundo de menſa Iſiaca, de aliis tabulis Aegyptiacis, de Sacerdotibus Aegyptiorum, deque ceteris ad cultum ſacrorum apud Aegyptios pertinentibus, capp. ſeptem. Libro tertio exponuntur figurae Abraxeae capp. octo. Libro quarto recenſentur Dii Arabum, Aethiopum, Phoenicum, Syrorum, Perſarum, Scytharum et Germanorum capp. decem. Libro quinto diſſeritur de religione veterum Gallorum, Hiſpanorum et Carthaginienſium capp. octo. Tomi tertii Partis primae libro primo agitur de veſtitu Graecorum et Romanorum capp. quatuordecim. Libro ſecundo de fibulis aliisque ornamentis, de calceis, de infantium puerorumque veſtibus, deque ceterarum omnium nationum veſtimentis, capp. 19. Liber tertius complectitur domos variasque earum partes, ſupellectilem aedium, triclinia, menſam atque villas capp. 16. Libro quarto recenſentur vaſa cuiusuis generis, menſurae, as eiusque partes, monetae, pondera capp. tredecim. Liber quintus complectitur ſeptem miracula orbis, aedificia publica et ſymbola mundi partium, regionum, fluminum et vrbium capp. vndecim. Partis ſecundae libro primo agitur de balneis, thermis, connubiis, annulis, ſigillis capitt. duodecim. Libro ſecundo de theatris et amphitheatris capp. duodecim. Libro tertio de ludis magnis Graecorum, de Circo et de Pompis, capp. vndecim. Libro quarto de ſaltatione, de naumachia de venatu et de piſcatu, capp. decem. Libro quinto de artibus ſiue de inſtrumentis artium. Tomi quarti partis primae libro primo agitur de militum delectu, de veſte militari, deque armis peditum cuiusque nationis capp. tredecim. Libro ſecundo de armatura, vbi ſingulae

armaturae partes deſcribuntur capp. decem. Libro tertio de equitatu nationum omnium notarum, de ſignis militaribus, deque operibus militaribus capp. duodecim. Libro quarto de alloquutionibus, de exercitus profectionibus et de pugnis capp. decem. Libro quinto de caſtrametatione, de obſidionibus, ac de machinis bellicis et obſidionalibus capp. octo. Libro ſexto de ſignis victoriae, tropaeis, triumphis, coronis, arcubus triumphalibus et columnis, capp. nouem. Partis ſecundae libro primo diſſeritur de viis publicis, de pontibus, de re vehiculari et de aquaeductibus capp. decem. Libro ſecundo de re nauali, de forma conſtruendarum nauium, deque diuerſa nauium forma capp. vndecim. Libro tertio continetur deſcriptio nauium plurimis remorum ordinibus inſtructarum et nauium immanis magnitudinis capp. octo. Libro quarto deſcribuntur naues claſſicae earumque apparatus et ornamenta; pugnae nauales et portus, capp. quatuordecim. Tomi quinti Partis primae libro primo exponitur, quid circa defunctos ageretur, antequam ii in ſepulcrum inferrentur capp. quatuordecim. Libro ſecundo deſcribuntur Hypogaea, Columbaria, vrnae cinerariae capp. octodecim. Libro tertio agitur de ſarcophagis, de locorum pro ſepultura menſuris, de vrnis lacrimatoriis, de mauſoleis capp. duodecim. Libro quarto de inferis, deſcenſu animarum, Elyſiis campis, apotheoſibus capp. quatuordecim. Partis ſecundae libro primo diſſeritur de funeribus barbararum gentium capp. decem. Libro ſecundo de lucernis veterum capp. duodecim. Libro tertio de ſuppliciis veterum capp. ſex. Supplementorum Tomo primo Dii Graecorum et Romanorum deſcribuntur, et quidem lib. primo Cybele, Saturnus ſiue tempus cum eius partibus humana forma expreſſis, capp. octo. Libro ſecundo Iupiter et fratres ipſius ac ſorores, Iuno, Veſta, Neptunus, Pluto, Ceres capp. octo. Libro tertio Iouis liberi, dii deaeque, Vulcanus, Apollo, Mars, Mercurius, Minerua, Diana, Venus et Cupido, capp. tredecim. Libro quarto Hercules, Bacchus, Silenus et Satyri, Pan, Priapus, Flora, Vertumnus capp. decem. Libro quinto Aeſculapius, Roma, Dioſcuri, Nemeſis, Fortuna, Genii, Lares, Penates, capp. octo. Libro ſexto Nox, Somnus, Endymion, Luna et Lunus Deus, Mithras, Nymphae, Orpheus, Deae campeſtres, Dii Brixiani, Laocoon, capp. decem. Tomi ſecundi libro primo recenſentur Sacerdotes Graecorum et Romanorum capp. quinque. Libro ſecundo Templa, capp. octo, Libro tertio arae et inſtrumenta ſacra, capp. ſex. Libro quarto ſacrificia capp. nouem. Libro quinto Feſta et Vota, capp. octo. Libro ſexto Dii Aegyptii, capp. vndecim. Libro ſeptimo Sacrificia Aegyptiorum, Templa, ſacerdotes, Scarabaei, Kalendarium Aegyptiacum, Abraxeae figurae, capp. vndecim. Libro

octauo

octauo Templa Gallorum, columna octo numina exhibens capp. septem. Tomi septimi libro primo exhibentur vestes, statuae, protomae, capita, quaeque ad ornatum pertinebant apud varias nationes, capp. decem. Libro secundo itidem capita, protomae et statuae multarum nationum cum Graecis et Romanis admixtis, et alia ad ornatum spectantia, capp. octo. Libro tertio mensa veterum, pocillatores, serui, vasa etrusca, et alia vasa, capp. octo. Libro quarto As Romanus, eiusque partes ac reductiones, et Talentum, capp. octo. Libro quinto, quantum auri et argenti apud veteres esset, capp. septem. Libro sexto, aedificia antiqua, columnae, vrbium portae, capp. quinque. Libro septimo, balnea, thermae, fons, nuptiae, sigilla, theatra, gladiatores, decursiones circenses, ludi, venatus, capp. sex. Libro octauo instrumenta musica, capp. sex. Libro nono chartarum et foliorum genera, diptycha, capp. decem. Tomi quarti liber primus sistit statuas, protomas et capita virorum armis munitorum, capp. sex. Liber secundus equites, stapedes, calcaria, pugnas capp. sex. Liber tertius arietem non suspensum, victoriae signa, largitatem militarem, capp. sex. Liber quartus triumphos, arcus triumphales, bellum troianum capp. octo. Liber quintus pontes, aquaeductus, columnas militares, capp. nouem. Liber sextus nauigationem, portus, pharos, turres octangulas, capp. septem. Liber septimus pauimentum musiuum singulare templi fortunae Praenestinae, capp. nouem. Tomi quinti libro primo agitur de funeribus, vrnis, sepulcris Graecorum, capp. vndecim. Libro secundo exstant monumenta Brixiana, et alia bene multa ex MSto Boissardi eruta, quae lucem nondum viderant, capp. sedecim. Libro tertio monumenta singularia, siue sepulcralia, vel a clarissimo viro Fontanino missa, vel ex Raphaele Fabretto desumta, capp. septem. Libro quarto monumenta et sepulcra veterum Metensia, capp. octo. Libro quinto vrnae grandes marmoreae siue sarcophagi, lapides alii sepulcrales, Portae inferi, capp. decem. Libro sexto sepulcra etrusca et Apotheoses, capp. quinque. Libro septimo, sepulcra Gallorum populorumque septentrionalium, lucernae, Monumenta in regione Calmucorum reperta, capitibus septem.

XII. Nunc denique dicendum est de opere luculento ac praestantissimo, quod illustris doctrinae vir *Ioannes Georgius Graeuius* A. 1703. 9 Ianuar. elegantioribus litteris ereptus, duodecim in folio voluminibus edidit sub titulo thesauri Antiquitatum Romanarum, Trajecti fol. A. 1694—1699. ex officina Petri van der Aa et Francisci Halmae. Scripta selecta et raro hactenus obuia, quaedam itidem nunquam ante edita vel ex aliis linguis latine reddita aut noua luce ornata exhibet, quae a viris doctissimis ad illustrandas Antiquitates

tates Romanas variis temporibus edita fuerunt. Multae etiam et accuratae tabulae aeneae passim additae, et singulis tomis praemissa praefatio in qua celeberrimus editor subinde varia emendat et addit a scriptoribus, quos recensuit, vel omissa vel perperam posita. Tomo quinto habentur inter alia *Plutarchi* Ῥωμαϊκὰ siue κεφάλαια ῥωμαϊκὰ αἰτίαι ῥωμαϊκαί. Quaestiones Romanae cum quaestionibus Romanis *M. Zuerii Boxhornii* quibus varii sacri et profani ritus eorumque causae et nonnulla Antiquitatis monumenta eruuntur et explicantur. Hunc librum vulgauerat Boxhornius admodum iuuenis Lugd. Bat. 1637. 4. *Albertus Henricus de Sallengre* quum multa scripta minoris molis digna esse animaduerteret, quae obliuioni eriperentur, pluriumque exponerentur notitiae, nouum thesaurum Antiquitatum Romanarum congessit, qui tribus in folio voluminibus euulgatus est Hagae Comitum 1716—1719. Denique *Io. Polenus* noua edidit vtriusque thesauri Antiquitatum Romanarum Graecarumque supplementa quinque Voluminibus in fol. Venetiis 1737—1740. Quae quidem cum ipsis thesauris, ib. 1732. in fol. recusis triginta tres tomos efficiunt. Singula horum thesaurorum supplementorumque scripta sub suis quaeque titulis infra commemorabuntur. Interim studiosis non ingratum fore existimo, si quemadmodum in thesauro Gronouiano factum est, sic Graeuiani Sallengrianique, ac Poleni supplementorum etiam conspectus singulorum tomorum hoc loco subiungatur, ac deinde Index Alphabeticus adiiciatur scriptorum omnium in istis thesauris eorundemque supplementis obuiorum.

XIII. *Conspectus thesauri Antiquitatum Romanarum Graeuiani.*

Tomus I.

Octauiani Ferrarii de Origine Romanorum liber.
Paullus Manutius de Ciuitate Romana.
Caroli Sigonii de antiquo iure Ciuium Romanorum libri II. p. 39. et addenda ac mutanda in illo opere e meliore edit. Parisiensi A. 1572. p. 1022.
Onufrius Panuinius de Ciuitate Romana.
— — de Imperio Romano.
Paullus Manutius de Comitiis Romanorum.
Nic. Gruchii de Comitiis Romanorum libri III.
Eiusd. responsio ad binas Caroli Sigonii responsiones.
Caroli Sigonii posterior cum Nic. Gruchio disputatio de binis Comitiis et Lege curiata.
Nicolai Gruchii ad posteriorem Caroli Sigonii disputationem refutatio.

Car.

Car. Sigonius de Lege curiata Magiſtratuum et Imperatorum et eorum jure.
Paullus Manutius de Senatu Romano.
Ioannes Sarius Zamoſcius de Senatu Romano libri II.

Tomus II.

Paullus Manutius de Legibus Romanis.
Antonius Auguſtinus de Legibus Rom. cum notis Fuluii Vrſini.
Caroli Sigonii de antiquo jure Italiae libri III.
Eiusd. de antiquo iure Prouinciarum libri III.
Eiusd. de iudiciis libri III.
Sibrandus Tetardus Siccama de iudicio Centumuirali.
Franciſcus Hottomannus I. C. de Magiſtratibus Romanorum eorumque inſtitutione.
Eiusd. de Senatu et Senatusconſulto.
Eiusd. de formulis antiquis.
Nicolai Rigaltii, Iſmaëlis Bullialdi et Henrici Valeſii obſeruationes de populis fundis.
Carolus Sigonius de Nominibus Romanorum.
Onuphrius Panuinius de antiquis Romanorum nominibus.
Ioſephi Caſtalionis I. C. aduerſus foeminarum Praenominum aſſertores diſputatio.
Eiusd. de antiquis puerorum nominibus.
Petri Seruii Medici Romani Miſcellaneorum cap. V. VI. VII. et VIII. quibus ſententia Caſtalionis de nominibus foeminarum refellitur. *In praefat.*

Tomus III.

Franciſci Robortelli de Prouinciis Romanorum et earum diſtributione atque adminiſtratione.
Eiusd. de iudiciis, et omni conſuetudine cauſſas agendi apud Romanos.
Iunius Rabirius de Haſtarum et Auctionum origine.
Franciſci Robortelli de Magiſtratibus Impp.
Eiusd. de gradibus Honorum et Magiſtratuum Rom.
Guido Pancirollus de Magiſtratibus municipalibus.
Eiusd. de Corporibus Artificum.
Sextus Rufus de regionibus Vrbis.
P. Victor de Regionibus Romae.
Bartholomaei Marliani Vrbis Romae Topographia, cum notis antea ineditis *Fuluii Vrſini.*
Onuphrii Panuinii antiquae Vrbis imago.

Guidonis Pancirolli, Vrbis Romae descriptio. Eiusdem de quatuordecim Vrbis regionibus commentarius.

Georgii Fabricii descriptio Vrbis Romae.

Alexandri Donati S. I. Roma vetus ac recens, vtriusque aedificiis ad eruditam cognitionem expositis.

Tomus IV.

Famiani Nardii Roma vetus, libri VIII. ex Italica in Latinam linguam translati a *Iacobo Tollio*. *Eliae Boherelli* obseruationes ad quaedam Nardini loca, praefationi Graeuii ad hunc tomum inserta sunt.

Octauii Falconerii de Pyramide C. Cestii Epulonis dissertatio.

Eiusd. ad Carolum Datum V. C. Epistola de latere ex aedificii veteris ruderibus eruto, quum paries ad instaurandam Panthei porticum A. cIↃ IↃCLXI. dirueretur.

Isaaci Vossii de antiqua Vrbis Romae magnitudine.

Olai Borrichii de antiqua Vrbis Romae facie dissertatio compendiaria.

Sextii Iulii Frontini de Aquaeductibus Vrbis Romae libri II. cum notis *Roberti Keuchenii.*

Raphaelis Fabretti de aquis et aquaeductibus Veteris Romae dissertationes III.

Ioannis Chifletii Aqua Virgo, fons Romae celeberrimus, et prisca religione sacer. Opus Aedilitatis M. Agrippae in vetere anulari gemma.

Lucae Holstenii Commentariolus in veterem picturam, Nymphaeum referentem.

Petri Ciacconii in Columnae rostratae inscriptionem a se coniectura suppletam explicatio.

Iacobi Sirmondi explanatio antiquae inscriptionis qua L. Scipionis Barbati F. expressum est elogium.

Iosephus Castalio de templo Pacis, atque ex occasione de Iani Gemini Templo, bellique portis.

Eiusd. explicatio ad inscriptionem Augusti quae in basi est Obelisci statuti per Sixtum V. Pontificem Max. ante portam Flaminiam, alias Populi.

Petri Angeli Bargaei de priuatorum publicorumque aedificiorum Vrbis Romae euersoribus, Epistola.

Eiusd. commentarius de Obelisco, ad Sixtum V. Pont. Max.

Iosephi Castalionis de Columna Triumphali Imp. Antonini Commentarius.

Fragmenta vestigii Veteris Romae, ex lapidibus Farnesianis primum in lucem edita cum notis *Io. Petri Bellorii.*

Liuinii Cruylii Presbyteri Gandauensis descriptio faciei variorum locorum, quam

quam prospectum vocant, Vrbis Romae, tam antiquae quam nouae, in XV. Tabulis aeri incisa.

Tomus V.

Iacobi Gutherii de veteri iure Pontificio Vrbis Romae libri IV.
Io. Andreae Bosii de Pontifice Max. Romae Veteris Exercitatio Historica.
Eiusd. de Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum Exercitatio altera.
Mich. Angelus Causeus de la Chausse de insignibus Pontificis Maximi, Flaminis Dialis, Auguris, et instrumento sacrificantium.
Augustini Niphi libri II. de Auguriis.
Iul. Caesar Bulengerus de sortibus.
Eiusd. de Auguriis et Auspiciis.
— — de Ominibus.
— — de Prodigiis.
— — de terrae motu et fulminibus.
Io. Baptistae Belli diatriba de partibus templi auguralis.
Io. Pierius Valerianus de fulminum significationibus.
Iusti Lipsii de Vesta et Vestalibus syntagma.
Ezechielis Spanhemii de numo Smyrnaeorum, seu de Vesta et Prytanibus Graecorum diatriba, multum ab auctore locupletata.
Antiquae tabulae marmoreae solis effigie, symbolisque exsculptae explicatio, qua priscae quaedam mythologiae, ac nonnulla praeterea vetera monumenta marmorum, gemmarum, nomismatum illustrantur, auctore *Hieronymo Aleandro* iuniore. Accessit non absimilis argumenti expositio sigillorum Zonae veterem statuam marmoream cingentis.
Michaelis Angeli Causei de la Chausse Deorum simulacra, Idola aliaeque imagines aereae.
Io. Baptistae Hansenii de iureiurando veterum liber.
Stephanus Trelierius de iureiurando.
Erycii Puteani de iureiurando antiquorum schediasma, in quo de Puteali Libonis.
Plutarchi et *Marci Zuerii Boxhornii* quaestiones Romanae, quibus sacri et profani ritus eorumque causae et origines, plurima etiam Antiquitatis monumenta eruuntur et explicantur.

Tomus VI.

Francisci Bernardi Ferrarii de Veterum acclamationibus et plausu libri VII.
Petri Berthaldi de Ara liber singularis.

Benedictus Bacchinus et *Iacobus Tollius* de sistris, eorumque figuris ac differentia.
Caspar Sagittarius de ianuis Veterum, vna cum Auctoris Analectis.
Lazarus Baysius de re Vestiaria.
Octauii Ferrarii de re Vestiaria libri VII.
Albertus Rubenius de re Vestiaria Veterum, praecipue de lato clauo.
Octauii Ferrarii Analecta de re Vestiaria.
Io. Baptista Donius de vtraque Paenula.
Aldus Manutius, Paulli F. de toga Romanorum.
Eiusd. de tunica Romanorum.
— — de tibiis veterum.
Theophilus Raynaudus de pileo ceterisque Capitis tegminibus tam sacris quam profanis.

Tomus VII.

Rich. Streinius de Gentibus et Familiis Romanorum.
Antonius Augustinus de Familiis Romanorum.
Familiae Romanae nobiliores e *Fuluii Vrsini* Commentariis.
Notitia Dignitatum vtriusque imperii, Orientis scilicet et Occidentis vltra Arcadii Honoriique tempora, et in eam *Guidonis Pancirolli* I. V. D. celeberrimi ac in Patauina Academia Interpretis Legum primarii, Commentarii.
Marmor Pisanum de honore bisellii. Parergon inseritur de Veterum sellis, cura *Valerii Schimentelli* I. C. in Pisano Lyceo Eloqu. et Politices Professoris. Accedit Myiodia, siue de Muscis odoris Pisanis Epistola.

Tomus VIII.

Vetus Kalendarium Romanum, e marmore descriptum in Aedibus Maffaeorum ad Agrippinam, in tabula marmorea, superne fracta.
Petri Ciaconii Toletani *notae in Vetus Romanorum Kalendarium.*
Fuluii Vrsini *notae ad Kalendarium Rusticum Farnesianum.*
Kalendarii fragmentum, quod visitur in Aedibus Capranicorum.
Sibrandae Siccamae *Commentarius in Fastos Kalendares Romanorum.*
Aliud Vetus Kalendarium, quod in libris antiquis praefigitur Fastis Ouidii.
Kalendarium Romanum sub Constantio, Constantini Magni filio, circa annum Christi CCCLIV. *compositum, et Valentino cuidam dedicatum.*
Lambecii *notae in Kalendarium vetus.*
Thomae Demsteri *Kalendarium Romanum.*
Dionysii Petauii *Kalendarium vetus Romanum, cum ortu occasuque stellarum.*
Petri Gassendi *Kalendarium Romanum compendiose expositum.*

Petri

Petri Violae, Vicetini *de Veterum nouaque Romanorum temporum ratione libellus.*

Hadrianus Iunius *de Annis et Mensibus.*

Hadriani Iunii *Fastorum Liber.*

Ioannes Lalamantius *de Anno Romano.*

M. Iacobus Christmannus *de Kalendario Romano.*

Franciscus Robortellus *Vtinensis de Mensium appellatione ex nominibus Impp.*

Iosephus Scaliger *de Veteri anno Romanorum.*

Samuelis Petiti *Eclogae Chronologicae de Anno et Periodo veterum Romanorum.*

Wilhelmus Langius *de vetere anno Romanorum.*

Erycii Puteani *de Bissexto liber, noua temporis Facula, qua intercalandi arcana, hactenus obscura, illustrantur.*

Petrus Taffinus *de veterum Romanorum Anno saeculari, eiusque potissimum per ludos Saeculares celebritate, eorumque Chronologia.*

Erycii Puteani *de Nundinis Romanis liber, noua Fastorum velut Facula.*

E Georgii Tholosani *Syntagmate Iuris, de Nundinis et Mercatibus.*

Ioannis Baptistae Belli *Diatriba de Pharsalici conflictus Mense et Die.*

Petri Morestelli *Philomusus, siue de triplici anno Romanorum, Mensibus eorumque partibus, deque Die ciuili et diuersitate dierum libri quinque.*

— — *Alypius, siue de Priscorum Romanorum Feriis liber.*

Iulius Caesar Bulengerus *de Tributis ac Vectigalibus Populi Romani.*

Vicentii Contareni *de Frumentaria Romanorum Largitione liber.*

Ioannis Schefferi *Agrippa liberator, siue Dissertatio de nouis Tabulis.*

Barnabas Brissonius *de Ritu Nuptiarum et iure Connubiorum.*

Antonii Hottomanni I. C. *de Veteri Ritu Nuptiarum obseruatio.*

— — *de Sponsalibus, de Veteri Ritu Nuptiarum, et iure Matrimoniorum, item de Spuriis et Legitimatione.*

Ioannes Meursius *de Luxu Romanorum.*

Stanislai Kobierzykii *de Luxu Romanorum commentarius.*

Ioachimi Ioannis Maderi *de Coronis, Nuptiarum praesertim, sacris et profanis libellus.*

Tomus IX.

Onuphrius Panuinius, Veronensis de Ludis Circensibus, cum notis *Ioannis Argoli*, I. V. D. et additamento *Nicolai Pinelli*, I. C.

Iulius Caesar Bulengerus, Iuliodunensis, Doctor Theologus de Circo Romano ludisque Circensibus, de venatione Circi et Amphitheatri, ac de theatro.

Onuphrii Panuinii Veronensis de Ludis saecularibus liber.

Agesilai Mariscotti de personis et laruis, earumque apud Veteres vsu et origine syntagmation.

Marquardi Freheri Cecropistromachia, antiqua Duelli gladiatorii sculptura in sardonyche exposita, cum notis *Henrici Gunteri Thulemarii* I. V. D. et Antiquissimae Heidelberg. Vniuersitat. Professoris Ordin.

Iusti Lipsii Saturnalium sermonum libri duo, qui de Gladiatoribus.

Eiusdem de Amphitheatro liber, in quo forma ipsa loci expressa, et ratio spectandi, vt et de Amphitheatris quae extra Romam libellus, in quo formae eorum aliquot et typi.

Onuphrii Panuinii de triumpho commentarius notis et figuris illustratus a *Ioachimo Ioanne Madero.*

Tomus X.

Nicolai Bergierii, de publicis et militaribus Imperii Romani viis libri V. ex gallica in latinam linguam translati ab *Henrico Christiano Henninio.*

Henr. Chr. Henninii notae ad Bergierium.

Francisci Patricii Res militaris Romana, ex Italica in latinam linguam versa a *Ludolpho Neocoro.*

Hygini Gromatici, et *Polybii* Megalopolitani de Castris Romanis, quae extant cum notis et animaduersionibus *Ratbodi Hermanni Schelii.*

Ratbodi Hermanni Schelii dissertatio de Sacramentis.

— — de custodia Castrorum.

— — de stipendio militari.

— — de stipendio Equestri

— — de die stipendii.

— — de frumento et veste.

— — de Tributo et aerario.

— — de praeda.

— — de victu militum.

— — de Itinere.

— — de Agmine Polybiano.

— — de Agmine Vespasiani.

— — de cohortibus Legionis antiquae.

Claudii Salmasii de re militari Romanorum liber, opus postumum.

Ioannis Henrici Boecleri dissertatio de legione Romana.

Franciscus Robortellus Vtinensis I. de legionibus Romanorum ex Dionis libro LIV. II. de commodis, praemiis et donis militaribus. III. de poenis militum et ignominiis.

Erycii Puteani de ſtipendio militari apud Romanos ſyntagma, quo modus eius hactenus ignoratus conſtituitur.

Vincentii Contareni de militari Romanorum ſtipendio commentarius.

Michael Angelus Cauſeus de la Chauſſe, Pariſienſis, de ſignis militaribus.

Petri Rami ſummi Philoſophi et Oratoris liber de militia Caii Iulii Caeſaris.

Tomus XI.

Ezechielis Spanhemii Orbis Romanus, ſeu ad Conſtitutionem Imperatoris Antonini, de qua Vlpianus leg. XVII. dig. de ſtatu hominum, Exercitationes duae.

Faſti magiſtratuum Romanorum ab Vrbe condita ad tempora diui Veſpaſiani Auguſti, a *Stephano Vinando Pighio*, ſuppletis Capitolinis fragmentis.

Deſcriptio Conſulum, ex quo primi ordinati ſunt, ſiue integri Faſti Conſulares, quos *Idotianos* docti Viri hactenus appellarunt, opera et ſtudio *Philippi Labbe.*

Tironis Proſperi Aquitani Chronicon integrum, ab Adamo ad Romam captam a Genſerico Wandalorum Rege.

Faſti Conſulares Anonymi, quos e codice Manuſcripto Bibliothecae Caeſareae depromſit, et diſſertatione illuſtrauit *F. Henricus Noris.*

Anonymus de Praefectis Vrbi ex temporibus Gallieni. Vt et Fragmentum Faſtorum ab anno Chriſti 205. ad 353. ex editione *Aegidii Bucherii.*

Epiſtola Conſularis, in qua Collegia LXX. Conſulum ab anno Chriſtianae Epochae XXIX. Imperii Tiberii Auguſti decimo quinto vsque ad annum CCXXIX. Imperii Alexandri Seueri octauum, in vulgatis Faſtis hactenus perperam deſcripta, corriguntur, ſupplentur, et illuſtrantur, auctore *F. Henrico Noris*, Veronenſ. Auguſtiniano.

Sertorii Vrſati Eq. de Notis Romanorum Commentarius.

Diſſertationes de Numis Antiquis, diuiſae in quatuor Partes, Auctore *Ludouico Sauoto.* Ex Gallica in Latinam Linguam transtulit *Ludolphus Neocorus.*

Alberti Rubenii Diſſertatio de Gemma Tiberiana, et Auguſtea.

Eiusdem de Vrbibus Neocoris Diatribe.

Marquardi Freheri, Conſiliarii Palatini, de re Monetaria veterum Romanorum, et hodierni apud Germanos Imperii, Libri duo.

Robertus Cenalis de vera Menſurarum Ponderumque ratione.

Lucae Paeti, Iurisconſulti, de Menſuris et Ponderibus Romanis et Graecis, cum his, quae hodie Romae ſunt, collatis, Libri quinque.

Priſciani Caeſarienſis, *Rhemnii Fannii*, *Bedae Angli*, *Voluſii Metiani*, *Balbi ad Celſum*, Libri de Numis, Ponderibus, Menſuris, Numeris, eorumque Notis,

Notis, et de vetere computandi per digitos ratione, ab *Elia Vineto* Santone emendati, vt et a *Io. Friderico Gronouio.*

Alexandri Sardi Ferrarienſis de Numis Liber, in quo priſca Graecorum et Romanorum pecunia ad noſtri aeris rationem redigitur.

Tomus XII.

Vincentius Butius de calido, frigido, et temperato Antiquorum potu, et quo modo in deliciis vterentur.

Iulii Caeſari Bulengeris de Conuiuiis libri quatuor.

Erycii Puteani reliquiae Conuiuii Priſci; tum ritus alii, et cenſurae.

Andreae Baccii de Thermis veterum liber ſingularis.

Franciſci Robortelli Laconici ſeu Sudationis, quae adhuc viſitur in ruina Balnearum Piſanae Vrbis, explicatio.

Franc. Mariae Turrigii Notae ad vetuſtiſſimam Vrſi Togati, Ludi Pilae vitreae inuentoris inſcriptionem.

Martini Lipenii Strenarum hiſtoria, a prima origine, per diuerſas Regum Conſulum, et Imperatorum Romanorum, nec non Epiſcoporum aetates, ad noſtra vsque tempora.

Marci Meibomii de Fabrica Triremium liber.

Conſtantini Opelii de Fabrica Triremium Meibomiana Epiſtola perbreuis ad Amicum.

Iſaaci Voſſii de Triremium et Liburnicarum conſtructione, diſſertatio.

Iacobi Philippi Thomaſini de Donariis ac Tabellis Votiuis liber ſingularis.

Vincentii Alſarii de Inuidia et Faſcino veterum, libellus.

Ioannis Schefferi de Antiquorum Torquibus ſyntagma.

Michaelis Angeli Cauſei de la Chauſſe diſſertationes tres:

I. De Vaſis, Bullis, Armillis, Fibulis, Annulis, Clauibus, Teſſeris, Stylis, Strigilibus, Guttis, Phialis, Lacrymatoriis, et de Manibus aeneis vota referentibus.

II. De Mutini Simulacris.

III. De Aeneis Antiquorum Lucernis.

Octauii Ferrarii Diſſertatio de veterum Lucernis ſepulcralibus.

Picturae antiquae ſepulcri Naſoniorum in via Flaminia: delineatae et aeri inciſae a *Petro Sancto Bartolo:* explicatae vero et illuſtratae a *Ioanne Petro Bellorio:* ex Italica lingua in Latinam Vertit *Ludolphus Neocorus.*

Iacobi Gutherii de Iure Manium, ſeu de ritu, more, et legibus priſci Funeris, Libri tres.

Iaco-

Iacobi Gutheri Choartius Maior, vel de Orbitate toleranda. ad Annam Robertum I. C. Praefatio.

Petri Morestelli Pompa feralis, siue Iusta funebria Veterum, libri decem.

XIV. *Conspectus noui Thesauri Antiquitatum Romanarum ab Alberto Henrico de Sallengre congesti.*

Tomus I.

Iulii Minutoli Dissertatio de vrbis Romae origine et fundatione.

— — de vrbis Romae incremento et casu.

— — de vrbis Romae topographia.

— — de Romanorum templis.

— — de Romanorum sepulcris.

— — de Romanorum aedificiis iudicialibus.

Lucii Fauni de antiquitatibus vrbis Romae libri quinque.

Iosephi Mar. Suaresii de foraminibus lapidum in priscis aedificiis diatriba.

Andreae Alciati de magistratibus ciuilibusque et militaribus officiis dissertatio.

Laurentii Iouberti de gymnasiis et generibus exercitationum apud Antiquos celebrium liber.

— — de balneis antiquorum.

Henrici Norisii de duobus numis Diocletiani et Licinii dissertatio duplex.

— — de votis decennalibus Imperatorum ac Caesarum.

Poggii Florentini de fortunae varietate vrbis Romae et de Ruina eiusdem descriptio.

Felicis Contelorii de praefecto vrbis liber.

Marmoris Patauini inscripti obscuri interpretatio, triplici commentario *Thomae Reinesii*, *Fortunii Liceti* et *Lucae Holstenii* confecta.

Delineatio Dianae Arelatensis a *Francisco de Rebatu* nunc primum ex gallico idiomate in latinum versa.

Geminiae matris sacrorum titulus sepulcralis explicatus, verus exequiarum ritus vna detectus a *Ioanne Iacobo Chifletio.*

Henrici Thomae Chifletii Dissertatio de Ottonibus aereis.

Claudii Chifletii de antiquo numismate liber.

Georgii Greenii de rusticatione Romanorum commentariolus.

— — de villarum antiquarum apud eosdem structura.

Aldi Manutii Dissertatiuncula epistola de Reatina vrbe, agroque sabinaque gente.

— — de aquis in vrbem Romam olim influentibus.

Aldi Manutii de ratione intercalandi.
— — de accumbendi et comedendi ratione.
— — de conuiuio tempeſtiuo ſeu intempeſtiuo.
— — de auſpiciis.
— — de trabea.
— — de ſubſelliis.
— — ſigno et ſtatua.
— — de parma, clypeo, ſcuto, pelta, ancile.
— — de primipilo.
— — de drachmis.
— — de ſeſtertiis.
Paulli Iouii de Romanis piſcibus libellus.
Ioannis Baptiſtae Donii de reſtituenda ſalubritate agri Romani opus poſthumum.
Gaillardi Guirani explicatio duorum vetuſtorum numiſmatum Nemauſenſium ex aere.
Iacobi Graſſeri antiquitates Nemauſenſes.
Chriſti. Wilhelmi Eybinii Diſſertatio de ordine equeſtri veterum Romanorum.
Ioannis Seruilii de mirandis antiquorum operibus, opibus et veteris aeui rebus pace belloque geſtis libri tres.
Phil. Ludov. Hannekenii de cura domeſtica Romanorum Diſſertationes quatuor.

Tomus II.

Andreae Cirino, Clerici regularis meſſanenſis, de vrbe Roma eiusque rege Romulo liber ſingularis.
Claudii Salmaſii de Secretariis diſſertatio nunc primum edita.
Octauii Ferrarii de Pantomimis et mimis diſſertatio.
Nicolai Calliachii de ludis ſcenicis Mimorum et Pantomimorum diſſertatio.
Ioan. Antonii Aſtorii diſſertatio epiſtolica de Deo Brontonte.
— — Commentariolum in antiquum Alcmanis Poetae Laconis monumentum allatum e Graecia.
Iacobi Andreae Cruſii de nocte et nocturnis officiis apud veteres commentatio.
Petri Bertii de aggeribus et pontibus hactenus ad mare exſtructis digeſtum nouum.
Ludouici Ferdinandi Comitis Marſilii epiſtola de ponte ſub imperio Traiani ſupra Danubium exſtructo; ex italico ſermone in latinum verſa.
Paulli Petauii antiquariae ſupellectilis portiuncula.
— — veterum numorum *γνώρισμα*

Caroli

Caroli Breti de ordine antiquo iudiciorum ciuilium apud Romanos commentarius.

Hieronymi Magii Anglarienſis de Tintinnabulis liber poſthumus cum notis *Gothofredi Iungermanni.*

F. Angeli Rocchae Epiſcopi Tagaſtenſis de Campanis Commentarius.

Hieronymi Boſſii de Toga Romanorum Commentarius.

— — de ſenatorum lato clauo obſeruationes nouantiquae in ſyntagmata XIX. diſtinctae.

— — Iſiacus, ſiue de ſiſtro opuſculum.

— — Ianulatius, ſiue de ſtrena.

Tomus III.

Gisperti Cuperi de Elephantis in numis obuiis exercitationes duae, nunc primum editae.

Iacobi Gutherii de officiis domus Auguſtae publicae et priuatae libri tres.

H. F. Salomonis de iudiciis et poenis Romanorum; item de officiis vitae ciuilis Romanorum commentaria.

I. Lanzonii de coronis et vnguentis in antiquorum conuiuiis Exercitatio ex italica in latinam linguam traducta, ſectionibus diſtincta et notulis aucta ab *Hieronymo Baruffaldo.*

Hieronymi Baruffaldi de armis conuiualibus ſchediaſma.

— — Diſſertatio de Praeficis ad illuſtrationem vrnae ſepulcralis Fl. Quartillae Praeficae.

Ioſephi Lanzonii aduerſaria de luctu mortuali veterum.

Laur. Io. Molin de clauibus veterum Diſſertatio. Incerti Scriptoris interpretatio Inſcriptionum et Epitaphiorum, quae Antiquariae, quae vrbs eſt Baetica in Hiſpania, reperiuntur.

Philippi a Turre exqlicatio inſcriptionis Taurobolii Lugdunenſis.

Purpurini a Fauentia ad Calendarium Romanum Amiterni effoſſum minuſcula commentaria.

Dominici Auliſii de gymnaſii conſtructione et Mauſolei architectura opuſcula duo.

— — de Colo Mayerano epiſtola ad D. *Didacum Vincentium a Vidania.*

Claudii Franc. Meneſtrier de eodem colo epiſtola ad *Marcum Mayerum* nunc primum e gallico idiomate in latinum verſa.

Raphaelis Volaterrani de magiſtratibus et ſacerdotiis Romanorum commentarius cum notis *Petri Scriuerii.*

Iani Gulielmi de magiſtratibus reipublicae romanae, dum in libertate vrbs fuit, libellus.

Georgii Vauchopii de magiſtratibus veteris populi Romani Tractatus.

Ae. Praeuotii de magiſtratibus populi Romani commentarius.

Henrici Bebelii de ſacerdotiis et magiſtratibus Romanorum libellus.

Petri Fabri de magiſtratibus Romanorum commentarius.

Erycii Puteani pecuniae Romanae ratio, facillimo ad noſtram calculo reuocata.

Hermanni Conringii Diſſertatio de ſtudiis liberalibus vrbis Romae et Conſtantinopolis.

Chriſto. Cellarii Diſſertatio de ſtudiis Romanorum litterariis in vrbe et prouinciis.

XV. *Conſpectus ſupplementorum vtriusque theſauri antiquitatum Romanarum Graecarumque a Io. Poleno editorum.*

Tomus I.

I. *Paulli Merulae* de legibus Romanorum opus poſthumum.

II. *Eiusd.* de Comitiis Romanorum Opus poſthumum.

III. *P. Ottonis Aicheri* breuis inſtitutio de comitiis veterum Romanorum libellis tribus comprehenſa.

IV. *Franciſci Poleti* Hiſtoria fori Romani, reſtituta, illuſtrata et aucta.

V. *M. Antonii Maioragii* de ſenatu Romano libellus.

VI. *Matthaei Aegyptii* Senatusconſulti de Bacchanalibus explicatio.

VII. *Petri Burmanni* de vectigalibus populi Romani diſſertatio.

VIII. *Balthaſaris Bonifacii* de Archiuis liber ſingularis.

IX. *Albertini Bariſoni* de Archiuis commentarius nunc primum editus.

X. *Scipionis Gentilis* Diſputationum illuſtrium ſiue de iure publico populi Romani liber.

XI. *A. G.* de armis Romanis libri duo.

Tomus II.

I. *Gisberti Cuperi* Apotheoſis vel conſecratio Homeri.

II. *Eiusd.* Explicatio gemmae augusteae.

III. *Eiusd.* Numiſmata antiqua explicata.

IV. *Eiusd.* Inſcriptiones et Marmora antiqua expoſita et illuſtrata.

V. *Eiusd.* de vtilitate, quam ex numiſmatis principes capere poſſunt, Diſſertatio.

VI. *Schott* Homericae Apotheoſis in antiquo Lapide deſignata noua explanatio.

VII.

VII. *Iacobi le Roy* Achates Tiberianus.
VIII. *Gisberti Cuperi* Harpocrates.
IX. *Eiusd.* monumenta antiqua inedita.
X. *Stephani le Moine* de Melanophoris epiſtola.
XI. *Claudii Salmaſii* duarum inſcriptionum veterum explicatio. Eiusdem ad Doſiadae aras, Simmiae Rhodii ouum, alas, ſecurim, Theocriti fiſtulam notae.
XII. *Georgii d'Arnaud* de Diis παρέδροις commentarius.
XIII. *Tobiae Gutherleti* de myſteriis Deorum Cabirorum diſſertatio philologica.
XIV. *Io. Aſtorii* de Diis Cabiris diſſertatio in editione hac ab Auctore aucta et emendata.
XV. *Matthaei Brouerii de Niedeck* de populorum veterum ac recentiorum adorationibus diſſertatio.
XVI. *Caroli Patini* in tres inſcriptiones graecas commentarius.
XVII. *Eiusdem* in antiquum monumentum Marcellinae commentarius.
XVIII. *Eiusd.* in antiquum cenotaphium Marci Artorii commentarius.

Tomus III.

I. *Antonii Franciſci Gorii* deſcriptio monumenti, ſiue Columbarii Libertorum et Seruorum Liuiae Auguſtae et Caeſarum Romae detecti in via Appia Anno cIɔ Iɔ CCXXVI. XX. aere inciſis tabulis illuſtrati. Adiectis notis clariſſ. V. Antonii Mariae Saluini.
II. *Octauii Ferrarii* diſſertatio de balneis.
III. *Eiusd.* diſſertatio de gladiatoribus.
IV. *Nicolai Caliachii* diſſertatio de gladiatoribus, nunc primum edita.
V. Diſſertatio de ſuppliciis ſeruorum nunc primum edita.
VI. *Wilhelmi à Loon* Eleutheria, ſiue de manumiſſione ſeruorum apud Romanos Lib. IV.
VII. *Io. Iacobi Claudii* Diatribe de nutricibus et paedagogis.
VIII. *Hieronymi Mercurialis* de arte gymnaſtica libri ſex.
IX. *Antonii Bombardini* de carcere et antiquo eius vſu ad haec vsque tempora deducto tractatus, cum annotationibus tractatui ipſi nunc primum ſubiectis.
X. *Chriſtiani Schoettgenii* hiſtoria librariorum et bibliopolarum veteris et medii aeui, ex idoneis monumentis collecta: ex editione auctiore, quae prodierat Germanica lingua, nunc primum Latine reddita.
XI. *Io. Andreae Eſchenbachii* de ſcribis veterum Romanorum diſſertatio.

XII. *Ioannis Clerici* de ſtilis Veterum et variis chartarum generibus diſſertatio.

XIII. *Laurentii Pignorii* de Seruis et eorum apud veteres miniſteriis commentarius.

XIV. *Antonii Velſeri* ad Hieronymum Fabrum Medicum de Zeta et Zetario, ſiue Diaeta et Diaetario epiſtola.

XV. *Titii Popmae* Phryſii de operis ſeruorum liber.

Tomus IV.

I. *Gisberti Cuperi* et *Ottonis Sperlingii* diſſertationes ſiue epiſtolae mutuae de variis rebus et quaeſtionibus, quae pertinent ad antiquitates graecas et Romanas nunc primum ex MSS. editae ex muſeo Io. Grammii Hafnienſis hiſtoriographi et bibliothecarii Regii, vt et litterarum graecarum in Academia Hafnienſi Profeſſoris celeberrimi.

II. *Nicolai Calliachii* diſſertatio de Oſiride nunc primum edita.

III. *Eiusd.* diſſertatio de Sacris Eleuſinis et eorundem myſteriis nunc primum edita.

IV. *Hadriani Relandi* diſſertatio de Diis Cabiris.

V. *Tobiae Gutberlethi* coniectanea in monumentum Heriae Thisbes Monodiariae et Titi Claudii Glaphyri Choraulae. In quibus multi veterum auctorum loci, inſcriptiones et numi illuſtrantur et emendantur.

VI. *Eiusd.* animaduerſiones philologicae in antiquam inſcriptionem graecam Smyrnae repertam.

VII. *Iacobi Sponii* rei antiquariae ſelectae quaeſtiones in varias diſſertationes diſtributae; nunc primum redditae latinae interprete Petro Facciolo Sac. Th. Doct. Coll. et in Seminario Patauino Rhetoricae artis praeceptore.

VIII. *Eiusd.* Miſcellanea eruditae antiquitatis, in quibus marmora, ſtatuae, muſiua, toreumata, gemmae, numiſmata referuntur ac illuſtrantur.

Tomus V.

I. Marchionis *Scipionis Maffei* de Amphitheatro ac praecipue de Veronenſi libri duo.

II. *Eiusd.* de Amphitheatris Galliae epiſtola ad Marchionem Ioannem Polenum in Patauino Gymnaſio Matheſeos Profeſſorem; reddita Latine Interprete Petro Facciolo S. T. Doct. Coll. et in Semin. Patauino Rhetoricae artis praeceptore.

III. *Eiusd.* de antiquis Galliae theatris epiſtola ad Bernardinum Zendrinum ſereniſſ. Venetae Reipubl. Mathematicum, reddita Latine interprete Petro Facciolo.

IV. *Emanuelis Martini* Eccleſiae Alonenſis Decani de Theatro Saguntino epi-

ſtola ad illuſtriſſ. ampliſſ. virum Antonium Felicem Zondadarium Archie-piſcop. Damaſcenum et Pontificium Legatum apud Regem catholicum.

V. *F. Ioſ. Emman. Minianae* Valentini, Ordinis Sanctiſſ. Trinitatis Redemptionis Captiuorum de Theatro Saguntino dialogus nunc primum editus.

VI. *Eiusd.* de Circi antiquitate et eius ſtructura dialogus nunc primum editus.

VII. *Nicolai Calliachii* in Gymnaſio Patauino graecae latinaeque humanitatis olim Profeſſoris, Diſſertatio de ludis ſcenicis nunc primum edita.

VIII. *Eiusd.* Diſſertatio de Circenſibus ludis, nunc primum edita.

IX. *Alexii Symmachi Mazochii*, Metropolitanae Eccleſiae Campanae Canonici Theologi, in mutilum Campani Amphitheatri titulum aliasque nonnullas Campanas inſcriptiones commentarius.

X. *Tobiae Guthberleti*, ICti, de Saliis, Martis ſacerdotibus apud Romanos, liber ſingularis.

XI. *Ioannis Schefferi* Argentoratenſis, de militia nauali Veterum, libri quatuor ad hiſtoriam graecam latinamque vtiles.

XII. *Eiusd.* de re vehiculari veterum libri duo.

XIII. *Pyrrhi Ligorii* Neapolitani de vehiculis antiquorum Diatriba, excerpta ex libris eius de familiis Romanis.

XIV. *Ioannis Schefferi* in Diatribam Pyrrhi Ligorii de vehiculis antiquorum notae.

XVI. *Index ſcriptorum, antiquitates Romanas illuſtrantium, Theſauro Italiae Graeuiano-Burmanniano inſertorum.*

Tomo primo exſtant.

Petri Leonis Caſellae de primis Italiae Colonis liber.

Tomo II.

Octauii Rubei monumenta Brixiana, ſeu ciuitatis Brixiae antiquitates.

Tomo VI.

Laurentii Pignorii origines Patauinae et Antenor.

— — epiſtola ſuper antiquiſſimam picturam, quae Romae viſitur, de ritu nuptiarum.

Philippi a Turre diſſertationes de Belleno, et aliis quibusdam Aquileienſium diis, ac de colonia Foroiulienſi.

Tomo VII.

Ioſephi Malateſtae Garuffii lucerna lapidaria Flaminia et Ariminienſis.

Tomo

Tomo VIII.

Guilielmi Postelli de Etruriae regionis originibus, institutis, religione ac moribus commentatio.

Henrici Norisii dissertationes cenotaphia Pisana illustrantes.

Philippi a Turre monumenta veteris Antii.

Tomo IX.

Camilli Penegrini dissertationes de Campania felice.

Iulii Caesaris Capacii antiquitates et historiae Campaniae felicis.

Marci Antonii Surgentis Neapolis illustrata.

Terrandis Loffredi antiquitates Puteolorum.

Antonii Ferri apparatus statuarum in destructis Cumis inuentarum.

Iulii Caesaris Capacii de balneis liber.

Ambrosii Leonis antiquitatum nec non historiarum vrbis ac agri Nolae descriptio.

Torelli Saraynae de ciuitatis Veronae origine et monumentis antiquis.

Lucii Camarrae de Teate antiquo libri tres.

Aes rediuiuum Canusiorum, siue tabula aerea maxima Consularis, Duumuiralis, Decurialis fastorum Consularium, Romanarumque familiarum, Canusii olim incisa et erecta, illustrata per abbatem *Damadenum*.

Gauges de Gozze de inscriptione columnae rostratae olim in foro Romano dissertatio.

Thesauro antiquitatum et historiarum Siciliae Graeuio-Burmanniano hi inserti sunt antiquitates romanas illustrantes scriptores.

Tomo X.

Petri Carrerae monumentorum historicorum vrbis Catanae libri IV.

Tomo XI.

Vincentii Mirabellae et *Alagonae* ichnographiae Syracusarum antiquarum explicatio.

XVII. INDEX ALPHABETICVS

Scriptorum qui in vtroque Thesauro Graecarum Gronouii et Romanarum Antiquitatum Graeuii et Sallengrii, vt et nouis Supplementis Poleni ac thesauris antiquitatum Italiae et Siciliae Graeuio-Burmannianis continentur.

Littera G. thesaurum Antiquitatum Graecarum, R. Romanarum Graeuii, I. Italicarum, Sic. Sicularum, S. Salengrii, P. Poleni supplementa. Maior numerus Tomum, duplicis maioris numeri prior tomum, posterior volumen; minor numerus paginam significat.

ditionem monumenta continentur, delineatae secundum formas suas a *Petro Sanctio Bartolio.* Diuisae in tres partes, cum obseruationibus *Ioannis Petri Bellorii.* Ex Italico in Latinum sermonem transtulit *Alexander Dukerus*, Auctior. G. XII. 1.

Bellorii (Ioannis Petri) Picturae Antiquae Sepulcri Nasoniorum in Via Flaminia, delineatae et aeri incisae a *Petro Sanctio Bartolio*: explicatae vero et illustratae a *Ioanne Petro Bellorio*: ex Italica Lingua in Latinam vertit *Ludolphus Neocorus*, cum figuris. R. XII. 1021.

— — *Veterum Sepulcra*, seu Mausolea Romanorum et Etruscorum, inuenta in vrbe Roma, aliisque locis celebribus; in quibus multa ad eruditionem monumenta continentur, collecta et delineata a *Petro Sanctio Bartolio*, cum explicationibus *Ioannis Petri Bellorii.* Ex Italico in Latinum sermonem transtulit *Alexander Dukerus*, cum figuris. G. XII. 1.

— — Fragmenta Vestigii veteris Romae, ex Lapidibus Farnesianis, nunc primum in lucem edita, cum notis Petri Bellorii et figuris aeneis. R. IV. 1955

Bergieri (Nic.) de Publicis et Militaribus Imperii Romani Viis Libri V. auctiores et emendatiores, ex Gallica in Latinam Linguam translati ab *Henr. Christ. Henninio.* Accedunt eiusdem Animaduersiones cum Tabulis et Numismatibus. R. X. 1.

Berthaldi (Petri) Liber Singularis de Ara. R. VI. 233.

Bertius (Petrus) de aggeribus et pontibus ad mare exstructis. S. II. 917.

Boecleri (Io. Henr.) Dissertatio de Legione Romana. R. X. 1454.

— — de Scriptoribus Graecis et Latinis, ab Homero ad initium saeculi post Chr. Nat. decimi sexti commentatio. G. X. 905.

Bombardini (Antonii) de carcere et antiquo eius vsu ad haec vsque tempora deducto tractatus. P. III. 731.

Bonifacii (Balthasaris) de Archiuis liber. P. I. 1061.

Borrichii (Olai) de antiqua Vrbis Romae facie, Dissertatio compendiaria. R. IV. 1517.

Bosii (Io. Andreae) de Pontifice maximo Romae Veteris, Exercitatio Historica. R. V. 225.

Eiusd. de Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum praecipue Christianorum. R. V. 269

Bossius (Hieron.) de toga Romana. S. II. 1305.

— — de Senatorum lato clauo syntagmata XIX. S. II. 5325.

— — Isiacus s. de sistro. S. II. 1373.

— — Ianotatius s. de strena. S. II. 1393.

lium

Damaſce-

Emmii (Vbbonis) de ſitu, amplitudine, et magnificentia Portus Carthaginis. G. IV. 661.
— — de Chio, et eius ſtatu ac fortuna. G. IV. 547.
— — de Republica et ſtatu Corcyraeorum. G. IV. 541.
— — de Republica Corinthiorum. G. IV. 527.
— — de Republica et legibus Cretenſium. G. IV. 513.
— — de Statu Epiri. G. IV. 587.
— — Lacedaemon antiqua, cum appendice. G. IV. 465. et 633.
— — de Republica Locrenſium in Italia. G. IV. 593.
— — de Lyciorum Republica in Aſia. G. IV. 597.
— — de ſtatu et Republica Maſſilienſium. G. IV. 589.
— — de Republica et ſtatu Rhodiorum. G. IV. 549.
— — de Samo et eius Republica. G. IV. 545.
— — de Republica Syracuſana. G. IV. 531.
— — de Republica Thebanorum. G. IV. 523.
Erneſti (Henr.) Epiſtola de Paenula. R. VI. 1179.
Eſchenbachii (Io. Andr.) de ſcribis veterum Romanorum diſſertatio. P. III. 851.
Euanthii et Donati de Tragoedia et Comoedia commentiunculae. G. VIII. 1682.
Eybenii (Chriſti. Wilh.) de ordine equeſtri veterum Romanorum diſſertatio. S. I. 1089.

Fabretti (Raphaelis) de Aquis et Aquaeductibus veteris Romae Diſſertationes tres, *cum Chartis Geographicis et figuris aeneis nitidiſſimis.* R. IV. 1677.
Fabri (Petri) de Re Athletica, Ludisque Veterum Gymnicis, Muſicis, atque Circenſibus Spicilegiorum tractatus, tribus libris comprehenſi, opus teſſellatum. *Cum eiusdem Paralipomenis.* G. VIII. 1758.
— — de magiſtratibus Romanorum commentarius. S. III. 1113.
Fabri (Tanaquilli) vitae Poetatnm Graecorum: vbi de eorundem Patria, Moribus, Scriptis, etc. perſpicue ac compendioſe diſſeritur: Ex Gallico idiomate in Latinum translatae. G. X. 740.
Fabricii (Ioannis Ludouici) de Ludis Scenicis Liber. G. VIII. 1714.
Fabricii (Georgii) Roma, eius ſitus, ambitus, gloria, magnificentia, Theatra, Circi, Balnea, etc. R. III. 393.
— — De Fabularum, Ludorum, Theatrorum, Scenarum ac Scenicorum antiqua conſuetudine, libellus. G. VIII. 1694.
Faeſchii (Sebaſtiani) de numo Pylaemenis Euergetae, Regis Paphlagoniae, Epiſtola, cum figuris. G. IX. 601.
Falconerii (Octauii) Inſcriptiones Athleticae nuper repertae, editae et notis il-

lustratae, quibus accesserunt aliae ex Africanis marmoribus recens descriptae, cum figuris. G. VIII. 2290.

Falconerii (Octauii) de numo Apamensi, Deucalionei diluuii typum exhibente, dissertatio, cum figuris. G. X. 672.

— — de Pyramide C. Cestii Epulonis Dissertatio, cum figur. R. IV. 1461.

— — ad Carolum Datum Epistola de Latere ex aedificii veteris ruderibus eruto, quum paries ad instaurandam Panthei porticum A. 1661. dirueretur, cum figur. R. IV. 1483.

Faldae (Io. Bapt.) nouissima et accuratissima Romae Veteris et Nouae tabula Topographica, cum descriptione. R. IV. ibid.

de Fauentia (Purperini) ad Kalendarium Romanum Amiterni effossum minuscula commentaria. S. III. 865.

Fanni (Lucii) de antiquitatibus vrbis Romae libri V. S. I. 173.

Fazoldi (Ioannis) Graecorum Veterum ΙΕΡΟΛΟΓΙΑ hoc est de plurimis Graecorum Gentilium antiquitatibus, ritibusque sacris: inprimis de festis diebus, Sacerdotibus, Templis et Aris: de Ludis item ac certaminibus, dissertatio. G. VII. 521.

Feithii (Euerardi) Antiquitatum Homericarum libri IV. in quibus ferme omnes eorum temporum per Graeciam ritus, ceremoniae ac mores, tam in Sacris quam in Profanis, exponuntur et illustrantur. G. VI. 1711.

Ferrarius (Franciscus Bernardinus) de Veterum Acclamationibus, et Plausu, Libri septem. R. VI. 1.

Ferrarii (Octauiani) de Origine Romanorum Liber. R. I. 1.

Ferrarii (Octauii) de Re Vestiaria Libri VII. auctiores et emendatiores adiectis Iconibus, quibus res tota oculis subiicitur. R. VI. 605.

— — Analecta de Re Vestiaria, siue exercitationes ad Alb. Rubenii Commentarium de Re Vestiaria, et Lato Clauo, cum figuris. R. VI. 1033.

— — Dissertatio de Veterum Lucernis Sepulcralibus. R. XII. 993.

— — de Pantomimis dissertatio. S. II. 677.

— — de balneis dissertatio. P. III. 295.

— — de gladiatoribus dissertatio. P. III. 313.

Ferri (Antonii) apparatus statuarum in destructis Cumis inuentarum. I. IX. IV. 5.

Fontanini (Iusti) de antiquitatibus Hortae Coloniae Etruscorum libri duo. I. VIII. III. N. 3.

Freheri (Marquardi) Decisionum Areopagiticarum Syluula. G. V. 2133.

— — Cecropistromachia Antiqua duelli Gladiatorii Sculptura in Sardonyche exposita, cum notis *Henrici Guntheri Thulemarii*. R. IX. 1145.

Freheri (Marquardi) de Re Monetaria Veterum Romanorum, et hodierni apud Germanos Imperii, Libri duo, cum numiſmatibus. R. XI. 1396.

Freinshemii (Ioannis) Diſſertatiuncula de Calidae Potu. G. IX. 493.

Freſne (Raphaelis Tricheti du) Epiſtola de Charondae effigie in Catanenſi numo expreſſa, apud Petrum Seguinum in numo argenteo. G. X. 569.

Frontini (Sexti Iulii) de Aquaeductibus Vrbis Romae Commentarius, *cum notis et emendationibus Rob. Keuchenii.* R. IV. 1625.

G. *(A.)* de armis Romanis libri duo. P. I. 1205.

Garuffii (Ioſephi Malateſtae) lucerna lapidaria Flaminia et Ariminenſis. I. VII. II. 9.

Gaſſendi (Petri) Kalendarium Romanum compendioſe expoſitum. R. VIII. 139.

Gaurici (Pomponii) de Sculptura, ſiue Statuaria liber. G. IX. 725.

Gazae (Theodori) de menſibus Atticis liber ex interpretatione *Ioannis Petrelli.* G. IX. 977.

Gentilis (Alberici) de Auctoribus et Spectatoribus Fabularum non notandis diſputatio. G. VIII. 1626.

Gentilis (Scipionis) diſputationum illuſtrium ſiue de iure publico P. R. liber. P. I. 1125.

Gerbelii (Nicolai) in Graeciae Mich. Sophiani deſcriptionem explicatio, in qua docetur, quem fructum, quamque voluptatem allatura ſit haec pictura Studioſis, ſi diligenter eam cum Hiſtoricorum, Poetarum, Geographorumque ſcriptis contulerint. Eiusdem de ſitu, nominibus et Regionibus Graeciae, celebrium Vrbium deſcriptio, etc. figuris aeneis elegantiſſimo artificio a Iohanne Goeree delineata. G. IV. (1.)

Gorii (Ant. Franc.) deſcriptio monumenti ſiue Columbarii libertorum et ſeruorum Liuiae Auguſtae et Caeſarum Romae detecti in via Appia A. 1726. tabulis XX. aere inciſis illuſtrati. Adiectis notis V. C. *Ant. Mar. Saluini.* P. III. 1.

de Gozze (Ganges) de inſcriptione columnae roſtratae olim in foro Romano Diſſertatio. I. IX. VIII. 15.

Graſſeri (Iacobi) antiquitates Nemauſenſes. S. I. 1059.

Grenii (Georgii) de ruſticatione Romanorum et villarum ſtructura. S. I. 681.

Gronouii (Ioannis Friderici) de Muſeo Alexandrino exercitationes Academicae, habitae anno MDCLXVII. poſt caniculares ferias, ab filio eius exceptae: et nunc primum editae. G. VIII. 2738.

Gronouii (Iac.) Effigies Virorum ac Foeminarum illuſtrium, quibus in Graecis aut Latinis monumentis aliqua memoriae pars datur, et in quocunque

Orbis Terrarum ſpatio ob hiſtoriam, vel res geſtas, vel inuenta, vel locis nomina data, ac Doctrinam meruerunt cognoſci; *Item variarum regionum miranda, quae celebrata apud antiquos, ſaxisque et aere expreſſa occurrunt, omnia ex veris ſincerisque documentis petita, et pro ſerie temporum diſpoſita;* Adiecta breui deſcriptione ſingulorum, quae aut in eorum vita, aut in horum proprietate ſpectabilia percipi et intelligi refert, vbi variis occaſionibus numi, lapides, inſcriptiones, etiam auctorum loca explicantur. Volumen I. continet *Memorabilia temporis mythici, quod Troiano bello terminatur.* Vol. II. *Memorabilia primorum verae hiſtoriae ſaeculorum.* Vol. III. *Memorabilia verae Hiſtoriae poſt Alexandrum Magnum.* G. I—III.

— — Marmorea Baſis coloſſi Tiberio Caeſari erecti ob ciuitates Aſiae reſtitutas poſt horrendos terrae tremores. Cuius coloſſi fides a *Ioanne Meurſio* oppugnata defenditur, tantum non oculis exhibetur et venuſta proponitur. Tempus, numerus et nomina ciuitatum reſtitutarum vbique falſus et varius ab recentibus Commentatoribus traditur; verus et certus ex Marmorea Baſi publico inſtrumento feliciter probatur. *Ad Sereniſſimum ac Reuerendiſſimum Principem Franciſcum Mariam Mediceum, etc.* Primus trans Alpes vulgauit, reuocauit, notis et obſeruationibus illuſtrauit *Laurentius Theodorus Gronouius*, cum figuris. G. VII. 433.

Gruchii (*Nicolai*) de Comitiis Romanorum Libri tres. R. I. 531.

— — reſponſio ad binas *Caroli Sigonii* reprehenſiones. Vnam de binis Magiſtratuum Comitiis: Alteram de Lege Curiata. R. I. 709.

— — ad poſteriorem *Caroli Sigonii* de binis Magiſtratuum Comitiis, et de lege Curiata diſputationem refutatio. R. I. 755.

Guilielmi (*Iani*) de magiſtratibus Reip. Romanae, cum in libertatae vrbs fuit. P. III. 965.

Guirani (*Gaillardi*) explicatio duorum vetuſtorum Numiſmatum Nemauſenſium ex aere. S. I. 1009.

Gutherii (*Iacobi*) de veteri Iure Pontificio Vrbis Romae Libri IV. cum figuris aeneis. R. V. 1.

— — de Iure Manium, ſeu de ritu, more, et Legibus priſci Funeris, Libri tres, cum figuris. R. XII. 1077.

— — Choartius Maior, vel de Orbitate toleranda, ad A. Robertum, Praefatio. R. XII. 1337.

Gyllii (*Petri*) de Boſporo Thracico Libri III. G. V. 3087.

— — de Topographia Conſtantinopoleos et de illius Antiquitatibus Libri IV. G. IV. 3219.

Gyraldi

Gyraldi (Lilii Gregorii) de Comoedia, eiusque apparatu omni et partibus commentarius. G. VIII. 1474.

Hagueloni (Petri) Calendarium trilingue, ſeu de menſibus Hebraeorum, Graecorum, et Romanorum, dialogus, ex optimis quibusque Auctoribus collectus. G. IX. 1017.

Hannekenii (Phil. Ludov.) de cura domeſtica Romanorum Diſſertationes IV. S. I. 1237.

Hanſenii (Io. Bapt.) de Iure Iurando veterum Liber. R. V. 797.

Helladii (Biſantinoi) Chreſtomathia, cum interpretatione Latina et Notis *Ioannis Meurſii.* G. X. 949.

Helleri (Ioannis Iacobi) Exercitatio de Deo Ignoto Athenienſium. G. VIII. 221.

Hendreich (Petri) Maſſilia, eius ſitus, adminiſtratio, respublica, leges, inſtituta, religio, ſtudia, militia, etc. G. VI. 2939.

Heraclidae (Pontici) de Politiis Graecorum libellus, cum interpretatione Latina *Nicolai Cragii.* G. VI. 2819.

Holſtenii (Lucae) Epiſtola ad Franciſcum Cardinalem Barberinum de Fulcris, ſeu Verubus Dianae Epheſiae ſimulacro appoſitis, cum figuris. G. VII. 393.

— — de Milliario aureo, error popularis, quem omnes fere Antiquarii errant, ab eodem exploſus. R. IV. 1805.

— — Commentariolus in veterem Picturam Nymphaeum referentem, vbi Typus veteris Nymphaei appoſitus eſt. R. IV. 1797.

— — Diſſertatio de Pila Staffilari. R. IV. 1083.

— — epiſtola de marmore Patauino ad Ioannem Rhodium. S. I. 583.

Hotomannus (Franciſcus) de Formulis Antiquis. R. II. 1909.

— — de Magiſtratibus Romanorum, eorumque Inſtitutione. R. II. 1864.

— — de Veteri Ritu Nuptiarum, obſeruatio. R. VIII. 1107.

— — de Senatu et inſignibus aliquot Senatus Conſultis. R. II. 1891.

— — de Sponſalibus, de Veteri Ritu Nuptiarum et Iure Matrimoniorum, item de Spuriis et Legitimatione. R. VIII. 1147.

Hygini Gromatici, Polybii Megapolinitani, de Caſtris Romanis, quae exſtant, cum Notis et animaduerſionibus *Ratbodi Hermanni Schelii,* cum figuris. R. X. 999

Iacotii (Deſiderii) de Philoſophorum doctrina libellus. G. X. 349.

Imperatores Romani et Conſtantinopolitani, a C. Iulio Caeſare vsque ad Conſtantinum Porphyrogennetum, aere expreſſ. in vno folio. R. I. 473.

Ionſtoni (Ioannis) de Annis et Menſibus. R. VIII. 199.

Latinii

Latinii (*Latini*) de Antiquo Iure Italiae. R. II. in Praefatione.

Laurenbergii (*Ioannis*) enarratio Graeciae antiquae, tabulis Geographicis et notis emendatae ac exornatae. G. IV. 1.

Laurentii (*Iosephi*) de Adulteris, ac Meretricibus tractatio. G. VIII. 1402.

— — de Agyrtis, Histrionibus, Acclamationibus, et Osculis inuestigatio. G. VIII. 2434.

— — de Annis, Mensibus, Diebus, Horis etc. tractatio. G. IX. 1269.

— — Opuscula de Conuiuiis, Hospitalitate, Tesseris et Strenis. G. IX. 161.

— — de Funeribus Antiquorum Tractatus: in quo ritus funebres ante Rogum, in Rogo, et post Rogum explicantur ac illustrantur. G. XI. 1164.

— — de Natalitiis, Conuiuiisque, quae in iisdem agitabantur, exercitatio. G. VIII. 1330.

— — de Praeconibus, Citharoedis, Fistulis, ac Tintinnabulis collectio. G. VIII. 1459.

— — de varietate Nauium schediasma. G. XI. 789.

— — de Prandio et Coena Veterum, ac de aliis ad eadem spectantibus Miscellanea. G. IV. 285.

— — de Professoribus, Oratoribus, Nomenclatoribus et Litteris collectio. G. X. 1161.

— — Disquisitio de Rebuspublicis, Suffragiis, Conciliis, Accusationibus, Tormentis, etc. Veterum. G. VI. 3651.

— — de Sponsalibus et Nuptiis Antiquorum libellus. G. VIII. 1330.

— — Varia Sacra Gentilium, in quibus de eorum Religione, Diis, Templis, Sacrificiis, Festis, Asylis, etc. agitur. G. VII. (133.)

— — de Re Vestiaria Syntagma. G. IX. 921.

Lazii (*Wolffgangi*) Graeciae Antiquae *variis numismatibus* illustratae Libri II. G. VI. 3419.

Leges siue *Constitutiones Imperiales* de Aquae ductibus tam Romae veteris quam nouae, Vrbis scilicet Constantinopolitanae, cum Notis. R. IV. 1671.

Leonis (*Ambrosii*) antiquitatum nec non historiarum vrbis ac agri Nolae descriptio. I. IX. IV. 7.

Liceti (*Fortunati*) de marmore Patauino dissertatio. S. I. 582.

Ligorii (*Pyrrhi*) de vehiculis antiquorum diatriba excerpta ex libris eius de familiis Romanis. P. V. 1503.

Lipenii (*Martini*) Strenarum Historia, a prima origine, per diuersas Regum, Consulum, et Imperatorum Romanorum, nec non Episcoporum aetates, ad nostra vsque tempora. R. XII. 405.

Lipsii

Manu-

Meursii (Ioannis) Fortuna Attica, siue de Athenarum origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario statu, decremento, et occasu, liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.* G. V. 1677.

— — Atticarum Lectionum libri IV. in quibus antiquitates plurimae proferuntur, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo aucti.* G. V. 1757.

— — de Populis, et Pagis Atticae, liber singularis, in quo antiquitates Atticae plurimae, *cum supplementis Auctoris*, et *Iacobi Sponii.* G. IV. 673.

— — Regnum Atticum, siue de Regibus Atheniensium, eorumque rebus gestis, libri III. *nunc ex ipsius Auctoris chirographo aucti.* G. IV. 1017.

— — Themis Attica, siue de Legibus Atticis, libri II. G. V. 1945.

— — Bibliothecae Graecae libri tres, *ex chirographo Auctoris nunc primum editi.* G. X. 1181.

— — Cecropia, siue de Athenarum arce, et eiusdem antiquitatibus, liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.* G. IV. 905.

— — Ceramicus geminus, siue de Ceramici Atheniensium vtriusque antiquitatibus liber singularis. G. IV. 957.

— — Denarius Pythagoricus, siue de numerorum, vsque ad Denarium, qualitate, ac nominibus, secundum Pythagoricos, liber singularis. G. IX. 1329.

— — Dionysius, siue de Auctoribus istius nominis, eorumque scriptis, liber singularis, *et nunc primum ex chirographo Auctoris editus*, G. X. 177.

— — Eleusinia, siue de Cereris Eleusiniae sacro, ac festo, liber singularis, *nunc ex ipsius Auctoris chirographo auctus.* G. VII. 109.

— — Graecia Feriata, siue de Festis Graecorum, libri VI. *cum notis et marmore* ταυροκαθαψίων. cum figuris. G. VII. 701.

— — de Funere liber singularis, in quo Graeci et Romani ritus. G. XI. 1073.

— — de Heraclide, aliisque eius nominis, et eorum operibus, dissertatio, *nunc primum ex chirographo Auctoris edita.* G. X. 605.

— — Miscellanea Laconica, siue variarum Antiquitatum Laconicarum libri IV. G. V. 2281.

— — de Regno Laconico liber singularis. G. V. 2209.

— — de Ludis Graecorum liber singularis, *cum supplementis Claudii Salmasii.* G. VII. 941.

— — de Luxu Romanorum. R. VIII. 1215.

— — Orchestra, siue de Saltationibus Veterum, liber singularis. G. VIII. 1234.

Meursii

Moreſtelli (Petri) Alypius, ſiue de priſcorum Romanorum Feriis liber. R. VIII. 789.

— — Philomuſus, ſiue de triplici Anno Romanorum, Menſibus eorumrumque partibus, deque Die Ciuili, et diuerſitate Dierum, libri quinque. R. VIII. 733.

— — Pompa feralis, ſiue Iuſta Funebria Veterum, libri decem, R. XII. 1354.

Muſonii (Philoſophi) opus de Luxu Graecorum, in quo de Helluonibus, Bibacibus, Generibus Poculorum, Vino, Coronis quibus in conuiuiis veteres vtebantur, Vnguentis, Muſicis Inſtrumentis, Bellariis, Saltationibus, Paraſitis, Generibus Placentarum, ac Meretricibus inſignibus, ab *Stephano Nigro* ex Athenaei Dipnoſophiſticis congeſtum. G. VIII. 2466.

Nardini (Famiani) Roma vetus, libri VIII. ex Italica in Latinam Linguam translati a *Iacobo Tollio,* cum figuris et Numismatibus nitidiſſimis, vbi Latium, Campania, Samnium, et aliae Antiquit. ab *Alex. Donato* omiſſae ſupplentur. R. IV. 877.

Neocori (Ludolphi) de Muſeo Alexandrino diatribe: *nunc primum edita.* G. VIII. 2766.

Nicolai (Ioannis) de ritu antiquo hodierno Bacchanaliorum commentatio. G. VII. 173.

de Niedeek Matthaei Brouerii de populorum veterum ac recentiorum adorationibus diſſertatio. P. II. 905.

Niderſtedt (Buchardi) Melita vetus et noua, Hephaeſtia Inſula, Melita ſubterranea, etc. G. VI. 3007.

Niphi (Auguſtini) de Auguriis libri duo. R. V. 324.

Noris (F. Henrici) S. R. E. Cardinalis, Faſti Conſulares Anonymi, quos ille e Codice Manuſcripto Bibliothecae Caeſareae depromſit et Diſſertatione illuſtrauit. R. XI. 331.

Noris (Henrici) Epiſtola Conſularis, in qua Collegia LXX. Conſulum ab Anno Chriſtianae Epochae XXIX. Imperii Tiberii Auguſti decimoquinto vsque ad Annum CCXXIX. Imperii Alexandri Seueri octauum, in vulgatis Faſtis hactenus perperam deſcripta corriguntur, ſupplentur et illuſtrantur. R. XI. (404.)

— — de duobus numis Diocletiani et Licinii diſſertatio duplex. S. I. 387.

— — de votis decennalibus Imperatorum ac Caeſarum. S. 455.

— — Diſſertationes Cenophia Piſana illuſtrantes. I. VIII. III. N. I.

Opelii

Opelii (Constantini) siue *Io. Scheferi* de Fabricia Triremium Meibomiana, Epistola perbreuis ad Amicum. R. XII. 681.

Origenis ΦHILOSOPHVMENΩN fragmentum: *quod ex Bibliotheca Medicea descripsit, ac notis illustrauit Iacobus Gronouius*, Graece et Latine. G. X. 285.

Ortelii (Abrahami) Deorum Dearumque capita, ex antiquis numismatibus collecta: Historica narratione illustrata a *Francisco Swertio*, cum figuris. G. VII. (253.)

Osiandri (Ioannis Adami) de Asylis Gentilium dissertatio. G. VI. 2835.

Paeti (Lucae) de Mensuris et Ponderibus Romanis, et Graecis, cum his quae hodie Romae sunt collatis, libri quinque. R. XI. 1608.

Pancirolli (Guid.) de Corporibus Artificum. R. III. 17.

— — de Magistratibus Municipalibus. R. III. (47.)

— — Notitia dignitatum vtriusque Imperii, Orientis scilicet et Occidentis, vltra Arcadii Honoriique tempora, et in eam *G. Panciroli* Commentarium, *cum figuris elegantiss.* a Io. Goeree delineatis. R. VII. 1309.

— — Descriptio Vrbis Romae. R. III. 317.

— — de Quatuordecim Regionibus Vrbis Romae, earundemque aedificiis, tam publicis quam priuatis. R. III. 321.

Panuinius (Onuphrius) de Antiquis Romanorum Nominibus. R. II. 1989.

— — de Ciuitate Romana R. I. 193.

— — Imperium Romanum. R. I. 343.

— — de Ludis Circensibus libri II. quibus vniuersa fere Romanorum Veterum sacra ritusque declarantur, ac *figuris aeneis* illustrantur, cum notis *Io. Argoli*, et Additamento *Nicolai Pinelli*. R. IX. 1.

— — de Ludis Secularibus liber. R. IX. 1061.

— — Commentarius de Triumpho, cum notis *Maderi* et aliorum, *cum figuris, Numismatibus, etc.* R. XI. 1336

— — Descriptio Vrbis Romae. R. III. 203.

Patini (Caroli) de numismate antiquo Augusti et Platonis, Epistola cum figuris. G. IX. 1598.

— — in tres inscriptiones graecas commentarius. P. II. 1041.

— — in antiquum monumentum Marcellinae commentarius. P. II. 1089

— — in antiquum cenotaphium Marci Artorii commentarius. P. II. 1133.

Patricii (Francisci) res militaris Romana, ex Italica Lingua in Latinam versa a *Ludolpho Neocoro*, cum figuris. R. X. 821.

Peregrini (Camilli) Dissertationes de Campania felice. I. IX. II. N. 2.

Perionii (Ioachimi) de Magiſtratibus Graecorum et Romanorum, libri tres. G. VI. 2755.

Perrelli (Ioannis) de ratione Lunae epactarum, et menſis intercalarii Commentariolus. G. IX. 1009.

Petauii (Dionyſii) Kalendarium Vetus Romanum, cum ortu occaſuque ſtellarum. R. VIII. 125.

— — de Veteri Anno Romanorum. R. VIII. 325.

Petauii (Paulli) antiquariae ſupellectilis portiuncula. S. II. 997.

— — veterum numorum γνώρισμα. S. II. 1026.

Petiti (Samuelis) de Anno Attico, Eclogae Chronologicae. G. IX. 1109.

— — Eclogae Chronologicae de Anno et periodo Veterum Romanorum. R. VIII. 371.

Philo (Byzantius) de ſeptem orbis ſpectaculis, Graece, cum notis et interpretatione Latina *Leonis Allatii.* G. VIII. 2624.

Philoſtratus de Pictura. G. IX. 807.

Phlegontis Tralliani de rebus mirabilibus liber Graece, cum interpretatione Latina *Guilielmi Xylandri,* ac recenſione notisque *Ioannis Meurſii.* G. VIII. 2690.

— — *Eiusdem* de Longaeuis libellus, Graece, cum interpretatione Latina *Guilielmi Xylandri,* ac recenſione notisque *Ioannis Meurſii.* G. VIII. 2727.

— — de Olympiis fragmentum, cum Latina interpretatione et notis *Ioannis Meurſii.* G. IX. 1289.

Pierius Valerianus (Io.) de Fulminum Significationibus, cum figuris. R. V. 591.

Pighii (Stephani) Themis Dea, ſeu de lege diuina, vbi praeter alia reconditae antiquitatis, multa de Horis. G. IX. 1137.

— — Mythologia ΕΙΣ ΤΑΣ ΩΡΑΣ, vel in anni partes, ex Symboli antiqui cuiusdam toreumatis argentei, quod extat apud Reuer. Dominum Antonium Perrenotum, Epiſcopum Atrebatenſem, cum figuris. G. IX. 1185.

— — Faſti Magiſtratuum Romanorum ab Vrbe Condita ad tempora Diui Veſpaſiani Auguſti a *Stephano Vinando Pighio* ſuppletis Capitolinis Fragmentis reſtituti. R. XI. 174.

Pignorii (Laurentii) Magnae Deum Matris Idaeae et Attidis initia, ex vetuſtis monumentis eruta, cum figuris. G. VII. 505.

Pignorii

Pignorii (*Laurentii*) de seruis et eorum apud veteres ministeriis commentarius. P. III. 1125.

— — origines Patauinae et Antenor. I. VI. III N. 3.

— — epistola super antiquissimam picturam, quae Romae visitur, de ritu nuptiarum. I. VI. III. N. 4.

Plutarchi Quaestiones Romanae, Gr. Lat. cum notis et Animaduersionibus *Guil. Xylandri* et *M. Z. Boxhornii*, cum figuris. R. V. 974.

Plutarchi Alexandrina Prouerbia Graeca, *ex Bibliotheca Medicea*, cum interpretatione Latina *Iacobi Gronouii*, *nondum antehac edita*, extant in praefatione. G X. 6.

Poggius (*Franciscus*) de fortunae varietate vrbis Romae et de ruina eiusdem descriptio. S. I. 497.

Popmae (*Titii*) de operis seruorum liber. P. III. 1319.

Porcii (*Leonhardi*) de re Pecuniaria antiquorum, ac de eorundem Ponderibus, Mensuris, stipendiis militaribus, etc. libri duo. G IX 143.

Postelli (*Guilielmi*) tractatus de Republica, seu Magistratibus Atheniensium. G. V. 1305.

— — de Etruriae regionibus, originibus, institutis, religione ac moribus commentatio. I. VIII. I. N. 1.

Potteri (*Ioannis*) Archaeologia Graeca, siue Antiquitatum Graeciae Corpus absolutissimum, ex Anglico in Latinum versum: nunc iterum ab Auctore ipso recognitum, emendatum, ac fere dimidia parte auctum; cum peculiari ac proprio Indice, *cum figuris aeneis.* G. XII.

Praeuotii (*Ael.*) de magistratibus populi Romani commentarius. S. III. 1041.

Prisciani Caesareensis, *Rhemnii Fannii*, *Bedae* Angli, *Velusii* Metiani, *Balbi* ad Celsum. Libri de Numis, Ponderibus, Mensuris. Numeris, eorumque Notis, et de vetere computandi per digitos ratione, ab Elia Vineto Santone emendati, vt et a *Io. Friderico Gronouio.* R. XI. 1675.

Prosperi (*Tironis*) Aquitani Chronicon integrum, ab Adamo ad Romam captam a Genserico Wand. Rege, in duas partes tributum. Opera et studio *Philippe Labbe.* R. XI. 269.

Puteani (*Ericii*) de Bissexto liber, noua temporis Facula, qua Intercalandi arcana, hactenus obscura, illustrantur. R. VIII. 419.

— — Reliquiae Conuiuii prisci; tum ritus alii et Censurae, cum figur. R. XII. 133.

— — de Iure Iurando Antiquorum Schediasma, in quo de Puteali Libonis. R. V. 885.

Puteani (Ericii) de Nundinis Romanis liber, noua Fastorum velut Facula. R. VIII. 641.

— — Olympiades, sola manu, vt vere annis mundi respondent, computatae. G. IX. 1297.

— — de Stipendio Militari Romanorum Syntagma: quo modus eius, hactenus ignoratus, constituitur. R. X. 1490.

— — pecuniae romanae ratio facillimo ad nostrum calculo reuocata. S. III. 1169.

Quenstedii (Ioannis Andreae) de Sepultura veterum tractatus: siue de antiquis ritibus sepulcralibus Graecorum, Romanorum, Iudaeorum, et Christianorum. G. XI. 1201.

Rabirius (Iunius) de Hastarum et Auctionum origine et ratione. R. III. (17.)

Rami (Petri) liber de Militia C. I. Caesaris. R. X. 1532.

Raynaudi (Theophili) Tractatus de Pileo, ceterisque capitis Tegminibus, tam Sacris quam profanis. R. VI. 1213.

de Rebatu (Francisci) delineatio Dianae Arelatensis. S. I. 593.

Reinesii (Thomae) marmoris Patauini inscripti obscuri interpretatio. S. I. 565.

Relandi (Adriani) dissertatio de diis Cabiris. P. IV. 329.

Rigaltii (Nicolai) Ismaelis Bullialdi et *Henrici Valesii* Obseruationes de populis fundis. R. II. 1925.

Robortellus (Franciscus) de Cognominibus, et Appellationibus Impp. R. VII. 1140.

— — de Gradibus Honorum, et Magistratuum Rom. R. III. (43.)

— — de Iudiciis, et omni Consuetudine causas agendi apud Romanos. R. III. (11.)

— — Laconici seu Sudationis, quae adhuc visitur in Ruina Balnerum Pisanae Vrbis, explicatio. R. XII. 381.

— — I. de Legionibus Romanorum ex Dione lib. LV. II. de Commodis, Praemiis, et Donis Militaribus. III. de Poenis Militum, et Ignominiis. R. X. 1468.

— — de Magistratibus Impp. R. III. (37.)

— — de Mensium Appellatione ex nominibus Impp. R. VIII. 305.

— — de Prouinciis Romanorum, et eorum distributione atque administratione. R. III. (1.)

Rochae (Angeli) de campanis commentarius. S. II. 1233.

Romae Antiquae Vrbis Imago accuratissima ex vetustis monumentis, ex vestigiis

giis videlicet aedificior. moenium ruinis, fide numismatum, monumentis aeneis, plumbeis, saxeis, figlinisque collecta, veter. denique auctorum fide confirmata in hac tabula redacta atque descripta a *Pyrrho Ligorio* Romano per XIV. Regiones, in quas Vrbem diuisit Imp. Caesar Augustus, *Charta Topographica*, cum descript. R. I. (1.)

Romae Vrbis tam antiquae quam nouae Descriptio Faciei variorum locorum, deformatae ab incomparabili in hac arte viro Leuino Cruylio Presb. Gandav. in XV. Tabulis aeri incisis. R. IV. *post Praefat.*

le Roy (*Iacobi*) Achates Tiberinus. P. II. 365.

Rubei (*Octauii*) monumenta Brixiana, seu ciuitatis Brixiae antiquitates. T. IV. P. II. N. 4.

Rubenii (*Alberti*) Dissertatio de Gemma Tiberiana et Augustaea, cum figuris. R. XI. 1328.

— — de Natali Die Caesaris Augusti. R. XI. 1378.

— — de Numo Augusti, cuius Epigraphe, Asia Recepta, cum figuris. R. XI. 1366.

— — de Re Vestiaria, praecipue de Lato Clauo, libri duo, cum figuris. R. VI. 913.

— — de Vrbibus Neocoris diatribe. R. XI. 1347.

Sagittarii (*Casparis*) de Ianuis Veterum, liber singularis. Accedunt ipsius auctoris Analecta, addendaqne, suis locis inserta. R. VI. 417.

Salmasii (*Claudii*) de re militari Romanorum liber, opus posthumum. R. X. 1284.

— — duarum inscriptionum veterum explicatio, et ad Dosiadae aras, Simmiae Rhodii ouum, alas, securim, Theocriti fistulam notae. P. II. 608.

Salomonis (*H. F.*) de iudiciis et poenis Romanorum; item de officiis vitae ciuilis Romanorum commentaria. S. III. 625.

Sansonii (*Nic.*) *Abbauillaei* Italiae, cum Insulis Sicilia, Sardinia et Corsica descriptio Geographica. R. II. 1378.

— — Romani Imperii orientis ac occidentis descriptio Geographica, 2 foliis. R. I. 344.

Sarayne (*Torelli*) de ciuitatis Veronae origine et monumentis antiquis. I. IX. VII. 7.

Sardi (*Alexandri*) de Numis, in quo prisca Graecorum et Romanorum pecunia ad nostri aeui rationem redigitur. R. 1715.

Sauoti (*Ludouici*) Dissertationes de Numis Antiquis, in IV. partes diuisae. Ex Gallica in Latinam Linguam transtulit *Ludolphus Neocorus*. R. XI. 1832.

Senftle

Senftlebii (Andreae) de Alea Veterum liber singularis. G. VII. 1121.

Seruii (Petri) antiquarum mulierum Romanarum nomina: praenomine eas insignitas. R. II. in Praefatione.

— — de Odoribus Dissertatio Philologica. G. IX. 645.

Seruilii (Ioannis) de mirandis antiquorum operibus opibusque libri III. S. I. 1125.

Sextus Rufus de Regionibus Vrbis Romae, cum Emendationibus *Onuphrii Panuinii.* R. III. 25.

— — de veteri Anno Romano Romuli et Numae Pomp. Antitheses. R. VIII. 81.

— — Commentarius in Fastos Kalendares Romanorum. R. VIII. 33.

Siccama (Sibrandi Tetardi) de Iudicio Centumuirali, Libri duo. R. II. 1824.

Sigonius (Carolus) de Antiquo Iure Ciuium Romanorum, cum additamentis ex editione Parisiensi 1572. R. I. 39. 1022.

— — de Antiquo Iure Italiae. R. II. 1398.

— — de Antiquo Iure Prouinciarum. R. II. 1528.

— — de Atheniensium temporibus liber. G. V. 1629.

— — de Binis Comitiis, et Lege Curiata, posterior cum Nic. Gruchio disputatio. R. I. 731.

— — de Iudiciis. R. II. 1684.

— — Lacedaemoniorum tempora. G. V. 1670.

— — de Lege Curiata Magistratuum, et Imperatorum, et Iure eorum, liber ad Nicolaum Gruchium. R. I. 741.

— — de Nominibus Romanorum Liber. R. II. 1951.

— — de Republica Atheniensium libri IV. G. V. 1497.

Snellii (Willebrordi R. F.) de re Numaria, liber singularis. G. IX. 1549.

Souterii (Danielis) Palamedes, siue de tabula Lusoria, Alea et variis ludis, libri tres. G. VII. 997.

Spanhemii (Ezechielis) de Numo Smyrnaeorum, seu de Vesta et Prytanibus Graecorum diatriba, *multo auctior*, cum figuris. R. V. 659.

— — Orbis Romanus, seu ad Constitutionem Imperatoris Antonini, de qua Vlpianus Leg. XVII. Dig. de statu hominum, Exercitationes duae. R. XI. 1.

Sperlingii (Otthonis) de Crepidis Veterum Diatribe. G. IX. 961.

Sponii (Iacobi) ignotorum atque obscurorum quorundam Deorum Arae, notis illustratae, cum quorundam Eruditorum Epistolis ad eandem rem pertinentibus. G. VII. 233.

Turrigii (Franc. Mariae) Notae ad vetuſtiſſimam Vrſi Togati Ludi Pilae Vitreae inuentoris Inſcriptionem. R. XII. 389.

Vauchopii (Georgii) de magiſtratibus veter. populi Romani tractatus. S. III. 1001.

Velſeri (Antonii) ad Hieronymum Fabrum de Zeta et Zetario, ſiue Diaeta et Diaetario epiſtola. P. III. 1311.

Venerii (Ioannis Antonii) de Oraculis et Diuinationibus Antiquorum, tractatus ſuccinctus et exquiſitus. G. VII. 325.

Violae Vicetini (Petri) de veteri nouaque Romanorum temporum ratione Libellus. R. VIII. 165.

Victoris (P.) de Regionibus Vrbis Romae liber, cum Emendationibus Onuphrii Panuinii. R. III. 37.

Vindingii (Eraſmi Paulli F.) Hellen, in quo ſingulorum antiquae Graeciae populorum incunabula, migrationes, coloniarum deductiones, et res praecipuae geſtae, vrbiumque et regnorum origines, mutationes, interitus, et Principum in iis ſucceſſiones, e Graecis praecipue ſcriptoribus, Hiſtoricis, Poetis, Geographis, Oratoribus et Grammaticis exponuntur. *Ex MS. Auctoris autographo nunc primum eduntur.* G. XI. 1.

Valaterrani (Raphaelis) de magiſtratibus et ſacerdotibus Romanorum cum notis Petri Scriuerii. S. III. 945.

Vorſtii (Adolfi) Epiſtola de obitu *V. C. Ioannis Meurſii* ad filium eius *Ioannem*, Iuuenem praeſtantiſſimum, vt et Epitaphia in eiusdem morte per *A. Buchellium* et *Nicolaum Heinſium.* G. X. 654.

Voſſius (Iſaacus) de Antiquae Vrbis Romae Magnitudine, cum figuris. R. IV. 1497.

— — de Triremium et Liburnicarum conſtructione diſſertatio, cum figuris. R. XII. 705.

Vrſati (Sertorii Eq.) de notis Romanorum Commentarius. R. XI. (508.)

Vrſini (Fuluii) notae ad Kalend. Ruſticum Farneſianum. R. VIII. 19.

— — de Romanorum gentibus et Familiis. R. VII. 1143.

Vſſerii (Iacobi) de Macedonum et Aſianorum anno ſolari diſſertatio, cum Graecorum Aſtronomorum parapegmate, ad Macedonici et Iuliani anni rationes accommodato. G. IX. 1205.

Wower (Ioannis a) de Polymathia tractatio: Integri operis de ſtudiis veterum ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ, cum Praefatione Iacobi Thomaſii; acceſſerunt praeterea Auctoris Vita et Elogia in Polymathiam, item tabellae ſynopticae. G. X. 985.

Zamoſcii (Ioannis Sarii) de Senatu Romano, libri duo. R. I. 951.

CAPVT IV.

De ſcriptoribus Generalibus antiquitatum Chriſtianarum.

Lexica antiquitatum eccleſiaſticarum. 1. *Syntagmata et Compendia de antiquitatibus eccleſiaſticis.* 2. *De Romanae et Eccleſiarum Occidentalium ritibus ſcriptores.* 3. *De ritibus Eccleſiae graecae aliarumque Orientalium.* 4. *Scriptores de nominibus, vita et moribus veterum Chriſtianorum.* 5. *De conuenientia rituum Chriſtianorum cum Iudaicis atque Ethnicis.* 6. *Scriptores miſcellanei antiquitatum Eccleſiaſticarum.* 7. *Ritus Eccleſiaſtici deſcripti ordine temporis, quo obtinere coeperunt.* 8. *Per rituum diuerſitatem communionis Eccleſiaſticae vinculum haud ſolui.* 9. *Ritus externos omnes neutiquam eſſe improbandos vel negligendos.* 10. *Delineatio theſauri antiquitatum Eccleſiaſticarum.* 11.

I.

Praeter *Centuriatores Magdeburgenſes, Caeſaremque Baronium* et alios ſcriptores hiſtoriae Eccleſiaſticae itemque eos, qui dogmatum Eccleſiaſticorum hiſtoriam tradiderunt, vti prae ceteris nouiſſime fecit *Iacobus Baſnagius* V. C. Eccleſiaſtes Roterodamenſis in opere luculento edito Gallice A. 1699. Roterodami in Folio, Antiquitates Chriſtianas varias perſequuti ſunt Alphabeti quidem ordine *Dominicus* et *Carolus Macri,* Melitenſes, fratres, in Hierolexico cuius latine Romae 1677 in folio editi, et Venetiis 1712. 4. recuſi epitomen Italica lingua Bononiae 1682. 4. vulgatam vidi. *Cangius* item in gloſſario vtroque mediae Latinitatis et Graecitatis, qui paſſim illuſtrat bene multos mores, ritus, antiquitates et conſuetudines veterum Chriſtianorum, quod factum etiam eſt a *Ioan. Caſp. Suicero* in Theſauro Eccleſiaſtico, ſiue Lexico graeco vocum Eccleſiaſticarum, ſecunda vice Amſtelod. 1728. excuſo, et *Bernardo Biſſo,* Monacho Benedictino, in Hierurgia, ſiue rei diuinae peractione Geneuae 1687. fol. 2 Voll. *Ioſua* quoque *Arndius* Praeſul Megapolitanus, primo iam capite memoratus Lexicon antiquitatum Eccleſiaſticaſticarum vulgauit Gryphiswaldiae A. 1669. 4. Eundem laborem ſubiere *Adamus Rechenbergius* in Hierolexico reali, Lipſ. 1714. 4. 2 Voll. *Io. Andr. Schmidius,* Abbas quondam Mariaeuallenſis et Theologus in Academia Helmſtadienſi celeberrimus, qui praeter tot alia ſcripta prouehendis iuuenum ſtudiis

diis destinata, etiam vulgauit *Lexicon Antiquitatum Ecclesiasticarum minus,* Helmst. 1712. 8. quod autem ab eo in praefatione promissum fuit Lexicon ecclesiasticum maius lucem non vidit. *Adamus Eadmann Mirus* in Lexico antiquitatum Ecclesiasticarum, Germanice edito Budissae 1717. 8. *Ioannes Gothofr. Hering* in lexico compendiario ecclesiastico et haeresiologico. Snebergae 1734. 8. euulgato. Non contemnada etiam, breuis licet, vocum Ecclesiasticarum enarratio Lexici more contexta, quae in *Ioan. Micraelii* Syntagmate historiae ecclesiasticae iam quartum recuso Lipsiae 1679. 4. occurrit p. 453—469.

II. Systema veluti quoddam veterum Ecclesiasticorum rituum exhibent libri VIII. *Constitutionum Apostolicarum* sub falso *Clementis Romani* nomine pridem editarum, illustratarumque a Turriano et Cotelerio. Tum *Cyrilli Hierosolymitani* Catecheses, cum notis perspicuis et eruditis editae a *Thoma Milles.* Oxon. 1703. fol. et *Antonio Augusto Touttaeo,* Monacho in Gallia Benedictino e congregat. S. Mauri. Parisiis 1720. fol. Ex recentibus Pontificiis primo loco memorandus *Ioan. Baptista Casalius,* cuius liber de veteribus sacris Christianorum ritibus Ecclesiae siue Orientalis siue Occidentalis prodiit Romae A. 1644. 4. et 1647. fol. ac Hanouerae 1684. 4. cum libro de ritibus profanis Aegyptiorum et Romanorum. Hunc excipit *Thomas Maria Mamachius* in originum et antiquitatum christianarum libris XX. quorum Tomus primus prodiit Romae 1749. 4. II. ib. 1750. III. ib. 1751. 4. Ex reformatis huc spectat *Ioannes Hoornbeckius* libro I. Miscellaneorum sacrorum. Vltraiecti 1677. 4. E nostris *B. Ioan. Andr. Quenstadius* Theol. Witteb. in Antiquitatibus Ecclesiasticis. Witteb. 1688. 4. Cui adde varia D. *Ioachimi Hildebrandi* scripta infra suo quaeque loco recensenda, et *Matthiae Zimmermanni,* Superintendentis quondam Misenensis, Commentarium ad dictum Tertullianeum, *fiunt non nascuntur Christiani.* Lips. 1662. 4. Tum *Casparis Caluoerii,* Superintendendis quondam Zellerfeldensis in editione Brunswico-Luneburgensi, Rituale Ecclesiasticum. 2. Voll. Ienae 1705. quo Ecclesiae nostrae Lutheranae ritus potissimum persequitur et cum antiquis confert. Et *Ioannis Friderici* Liturgia vetus et noua. Ienae 1705. 4. Systema antiquitatum Ecclesiasticarum per programmata, quorum quadraginta septem inde ab Anno 1740 — 1750. prodiere, componere coepit Vir Clariss. *Georgius Geret,* Gymnasii Onoldini Rector. Plerosque ritus christianos originem habuisse a Iudaeis probat eruditus auctor libri Anglice editi de ieiunio, *A Discourse concerning Lent.* Lond. 1696. 8 parte secunda. Confer *Casparis Henrici Hornii* additamenta ad Schilteri institutiones iuris Canonici, p. 15.

III.

III. Latinae Ecclesiae ritus et consuetudines potissimum tractant, qui de ritibus et officiis Ecclesiasticis scripsere Alcuinus, Amalarius, [1] Beda, Ioannes Belethus, Bernouldus s. Berno Monachus Richenauiensis, [2] Guilelmus Durandus, Honorius Augustudonensis, Iuo Carnotensis, [3] Isidorus Hispalensis, [4] Micrologus, [5] Odo Cameracensis, [6] Ordinis Romani auctor, [7] Rabanus Maurus, [8] Radulphus Tungrensis, [9] Regino Prumiensis, Remigius Antissiodorensis, Rupertus Tuitiensis, Hugo de S. Victore et Walefridus Strabo. Plerique horum vt Strabo, Isidorus, Alcuinus, Hugo de S. Victore et Micrologus, *Melchiore Hittorpio* curante iunctim editi Coloniae. A. 1568. fol. in quos castigationes quaedam Latini Latinii videas licet in eius Bibl. sacroprofana p. 129. 130. Post *Hittorpii* industriam de diuinis officiis et ministeriis auctores varii congesti per *G. Ferrarium.* Romae 1591. fol. E recentibus *Christophorus Marcellus,* Archiepiscopus Corcyrensis (siue potius *Augustinus Patricius,* vide Baelii Lexicon in *Grassis* nota D) libris III. de ritibus Ecclesiae Catholicae, s. de sacris caerimoniis Romanae Ecclesiae ad Leonem X. Venetiis 1516. fol. Romae 1560. fol. Coloniae 1572. 8. Venetiis 1573. 8. *Ioan. Steph. Durantus* senatus Tholosani praeses, (neque enim *Petrus Danesius* auctor, vt persuasum Morlierio in libro Gallico, cui titulus *Essais de litterature* T. I. p. 44. sq. quod refellitur a Baluzio p. 489. ad Cyprianum de opere et eleemosynis, et Du Pinio T. 16. Bibliothecae Ecclesiasticae, pag. 119. seq.) in libris tribus de ritibus Ecclesiae Catholicae Romae 1560. et 1591. fol. Parisiis 1624. 8. Lugd. 1675. 4. *Bartholomaeus Gauantus* [10] in thesauro sacrorum rituum. Venetiis 1630. 4. Antw. 1646. 4. Lugd. 1669. et 1685. 4. 2 Volum. ac nouissime cum additamentis *Caietani Mariae Merati.* Romae 1736. 4. Tomis 4. *Andreae Piscarae Castaldi* praxis Caerimoniarum. Venet. 1681. et Neap. 1645. fol. *Michaelis Bauldry* Manuale Caerimoniarum iuxta ritum Romanae Ecclesiae. Paris. 1646. 4. *Francisci Mariae*

[1] De Ecclesiasticis officiis libris IV. recusis T. XIV. Bibl. PP. maximae. Lugd. p. 934. ff.
[2] T. XVIII. Bibl. Patr. p. 56.
[3] De Ecclesiasticis Sacramentis et officiis, ac praecipuis per annum festis in Bibl. Patr. Paris. 1624. Tomo X.
[4] De Ecclesiasticis officiis T. X. Bibl. Patr. Paris. 1644.
[5] T. XVIII. Bibl. Patr. edit. Lugd. p. 469. et in Georg. Cassandri Operibus p. 121.
[6] T. XXI. Bibl. Patr. Lugd. p. 221.
[7] T. XIII. Bibl. Patr. p. 639.
[8] Tomo VI. Opp. p. 1. et T. X. Bibl. PP. Paris. 1644. p. 559.
[9] T. XXVI. Bibl. Patr. p. 289. ff.
[10] De *Gauanto* et ceteris eius scriptis conf. *Philippus Picinellus in Athenaeo eruditorum Mediolanensium p. 69.*

riae Magii, Clerici regul. Panormitani de ſacris caerimoniis diſquiſitiones. Panormi 1666. fol. *Mr. de la Croix* parfait Eccleſiaſtique, aliique. Prae ceteris omnibus commendandus *Edmundus Martene* Monachus Benedictinus doctiſſimus, in opere de antiquis Eccleſiae ritibus, cuius prima pars duobus tomis, libris quatuor conſtans de baptiſmo, confirmatione et Euchariſtia et reliquis Sacramentis prodiit Rothomagi 1700. 4. Tomus tertius libros binos de ritibus benedictionum et de politia Eccleſiaſtica complexus ibid. 1702. Secunda vice vltra tertiam partem ab ipſo auctore auctum prodiit Antw. 1736-38. Tomis IV. Idem Martene libros V. de antiquis monachorum ritibus opus bipartitum in lucem emiſit Lugduni 1690. 4. et librum de antiqua Eccleſiae diſciplina in diuinis celebrandis officiis per totum annum. Lugduni 1706. 4. His addenda *Claudii de Vert*, Monachi Cluniacenſis, [11] explicatio hiſtorica et litteralis rituum Eccleſiae. IV. Voll. Gallice 1703. 1713. 8. Ritus Eccleſiae Romanae praeſentis compendio perſpicuo exhibet *Wagenſeilius* in pera librorum iuuenilium, loculamento extremo. De libris Eccleſiaſticis, e quibus Latinae Eccleſiae, recentioris praecipue, ritus cognoſcere licet, peculiaris exſtat diatriba amici noſtri *Nicolai Petri Sibbern*, Witteb. 1706. 8. Adiſis etiam *Io. Andr. Schmidii* diſſertat. de agendis, ſ. ordinationibus Eccleſiaſticis. Helmſt. 1718. 4. *Chriſtophori Matthaei Pfaffii* diſſertat. de liturgiis, miſſalibus, agendis et libris Eccleſiaſticis. Tubingae 1718. 4. et *Erneſti Salom. Cypriaui* commentat. germanico ſermanico compoſitam de ordinationibus Eccleſiaſticis e Script. S. et hiſtoria eccleſiae primae purioris. Coburgi 1713. 4. Apparatum agendorum Eccleſiaſticorum antiquorum et recentiorum edidit *Chriſtianus Iulius Boekelmannus* 1721. 4. ſed longe plenior eiusdem Boekelmanni bibliotheca agendorum ab *Hermanno Caſpare Koenigio* edita eſt Cellis 1726. 4.

IV. Graecae Eccleſiae ritus cognoſcuntur in primis e libris Graecorum Eccleſiaſticis, quos peculiari diſſertatione recenſuit *Leo Allatius*, cum notis a me iterum praelis ſubiecta T. V. Bibl. *Graecae*. Videndi praeterea *Iſaacus Habertus* [12] ad pontificale Graecorum, *Iacobus Goar* ad Euchologium et in rituali

[11] Memoires de Trevoux A. 1706. Auguſt. p. 1353. et 1708. Iun. p. 1059. et Auguſt. p. 1321. ſeq. vbi auctoris vita, qui obiit menſe maio anni 1708. 1715. p. 2251. ſq. 2270. ſeq. vbi etiam recenſetur liber Epiſcopi doctiſſimi Verteto oppoſitus: *du veritable Eſprit de l'Egliſe dans l'Uſage des Ceremonies, ou refutation du Traité de Dom Claude De Vert.* Adde Ephemerides eruditor. Pariſ. A. 1710. p. 440. ſſ. et A. 1713. Decembr. p. 629. edit. Amſtel.

[12] De Haberti ἀρχιερατικῷ, quod Pariſ. 1643. fol. lucem vidit conf. Rich. Simonis Bibl. ſelectam T. 2. p. 1. ſq.

rituali Graecorum ex antiquis Patribus. Parif 1647. fol. ac idem *Allatius* in libris de confenfu Orientalis Ecclefiae et occidentalis, aliisque fcriptis fuo loco recenfendis. Iidem etiam de praefentis Ecclefiae Graecae ftatu, dogmatis, moribus et confuetudinibus funt confulendi, quibus addes *Martinum Crufium* in Turco-Graecia, *Cangium* in gloffario Graeco et CPoli Chriftiana, *Georgium Fheldiuium* ad *Chrifto. Angeli* librum de ftatu, inftitutis et ritibus Ecclefiae Graecae. Franc. 1655. Lipf. 1670. 4. *Thomam Smithum. Paullum Ricautum* et *Petitum Crucium* (de la Croix) in libro de ftatu praefentis Ecclefiae graecae, *Richardum Simonem* fub decurtato *Moni* nomine latentem in fupplemento ad fcrutinium religionum *Ed. Brerewoodii*, fiue in Gallice edita Hiftoria Critica dogmatum confuetudinumque, quibus vtuntur populi Orientales. Amftelodami (licet titulus Francofurtum referat) 1684. 12. *Wolfgangum Gundlingium* in notis ad Euftratii Ioannis Zialowski, Rutheni, delineationem Ecclefiae orientalis graecae. Norimb. 1681. 8. *Alexandrum Helladium* in ftatu praefenti Ecclefiae Graecae. 1714. *Ioannem Michaelem Heineccium* in libro Germanice edito, qui infcribitur: Eigentliche und wahrhaftige Abbildung der alten und neuen griechischen Kirchen, nach ihrer Historie, Glaubenslehre und Kirchengebräuchen. Lipfiae 1711. 4. *Iacobum Elsnerum* in libro, itidem Germanice euulgato: Neueste Beschreibung der griechischen Christen in der Türkey, aus glaubwürdiger Erzehlung Herrn Athanasius Dorostamus, Archimandriten des Patriarchen zu Constantinopel. Berlin 1737. 8. cuius continuatio, fupplementa et illuftrationes fiftens prodiit. ibid. 1748. 8. *Anonymum* in Breuiario ritus graeci omnium emendatiffimo. Leopoli 1747. aliosque.

V. Non omittendi etiam, qui nomina, vitam, mores ac virtutes Chriftianorum perfequuti funt, vt *Io. Baptifta Ottius* de nomine Chriftianorum. Tiguri 1710. 4. *Io. Franc. Buddeus* in exercitat. de origine, dignitate et vfu nominis Chriftiani. Ienae 1711. 4. rec. in eiusdem fyntagmate differtationum theologicarum, p. 385. ff. *Io. Fridr. Hebenftreit* de variis Chriftianorum nominibus. Ienae 1713. 4. *Chrifto. Aug. Heumannus* in Diff. de ortu nominis Chriftianorum. Goettingae 1736. 4. inferta eiusdem primitiis Goettingenfibus, p. 130. *Io. Chrifti. Burgmannus* de nomine Chriftiani, eiusque origine et natione. Roftoch. 1739. et *Tobias Eckhardus* in commentatione de non chriftianorum de Chrifto teftimoniis, capite primo, quod agit de origine et ratione nominis Chriftiani. Vitam, mores ac virtutes Chriftianorum breuius expofuere *Paganinus Gaudentius* in libro de vita Chriftianorum ante tempora Conftantini, Florent. 1639. 4. *Ioannes Fronto* Cancellarius Parifienfis in Epiftola ad Franc. Harlaeum de moribus et vita Chriftianorum in

primis

primis Ecclesiae saeculis. Paris. 1660. 4. ac inter alias eius epistolas Leodii Eburonum 1674. 12. et curante B. *Ioan. Alb. Fabricio.* Hamburgi 1720. 8. B. D. *Christianus Kortholt* [13] im öffentlichen Gottesdienst der alten und heutigen Christen, einander entgegen gestellet. Kilonii 1672. 12. et inter alia praeclara eius Viri scripta ad pietatem promouendam facientia. 1679. 8. *Eduardus Waterhusius* in dissertatione Angelice edita de pietate, caritate et politia antiquorum temporum et primorum Christianorum. Londini 1655. 8. *Claudius Fleury* siue *Florus* (cuius etiam libellus similis de moribus Iudaeorum Gallice, et Ioan. Enckhusio interprete etiam Germanica lingua Hanouerae A. 1709. 8. editus exstat) in libro Gallice edito de moribus Christianorum Parisiis et Hagae Comitum A. 1682. 12. et Germanice verso ab eodem Ioan. Enckhusio. Hanouerae 1718. 8. *Petrus Zornius* im ersten Christenthum in der Lehre und Leben, Kilonii 1711. 4. *Io. Georg. Walchius* in Compendio antiquitatum Ecclesiasticarum ex scriptoribus apologeticis eorundemque commentatoribus composito. Ienae 1733. 8. et *Sigism. Iac. Baumgarten* in primis lineis breuiarii antiquitatum Christianarum. Halae 1747. 8. Fusius paullo hoc argumentum persequuti sunt *Guilielmus Caueus* in primitiuo Christianismo Anglice saepius (ita vt iam quinta editio fuerit anni 1689.) deinde Belgice cum praef. Hermanni Witsii, ac Gallice Amst. 1711. 8. et Germanice denique plus simplici vice vulgato in 8. *Iosephus Bingham* in originibus et antiquitatibus Ecclesiasticis editis prima vice Anglice Londini 1708. ss. decem volumin. in octaua forma; deinde ibid. recusis 1726. 2 Voll. fol. tum Belgice versis Lugd. Bat. 1716. 8. denique Latine a *Io. Henr. Grischouio* Halae 1723 — 1729. X Tomis in 4. Binghami originum compendium *Blackmorio* et *Leyo* curantibus euulgatum est hoc indice: Ecclesiae primitiuae notitia, or a Summary of Christian Antiquities. Londini 1722. 8. 2 Voll. *Gothofredus Arnoldus* in delineatione primorum Christianorum secundum viuam ipsorum fidem sanctamque viuendi rationem Germanice Lips. 1696. et auctior 1712. fol. ac quinta vice Frfti 1731. forma quarta regali, et Belgice A. 1698. fol.

VI. Partem quandam licet minutam antiquitatum Christianarum attingunt *Ant. Caracciolus* in synopsi veterum religiosorum rituum atque legum. Ro-

[13] Eiusdem Kortholti liber de vita et moribus Christianis primaeuis per gentilium malitiam afflictis Kilonii 1683. 4. prodiit, longe locupletior deinde vulgatus 1698. 4. hoc titulo: *Paganus obtrectator*, siue de calumniis gentilium in veteres Christianos libri tres. Primae huius operis lineae lucem viderant Kilonii 1668. 4. sub titulo: *de calumniis paganorum in Christianos veteres sparsis.* Paganum Christianorum laudatorem nuper excussit *Gottl. Frid. Gudius.*

mae 1612. 4. et *Paganinus Gaudentius* supra laudatus in libro de saeculi Iustinanaei moribus, Florentiae primum edito, deinde Argentorati A. 1654. 8. recuso, in quo hoc inter alia notabile, quod multas Ethnicismi reliquias siue vt Basilii Seleuciensis verbis dicam, ἑλληνισμὸν Χριστιανισμοῦ προσωπείῳ κρυπτόμενον adhuc tam sera aetate sub Christianis imperatoribus obtinuisse ostendit: in quam sententiam passim quaedam suis in scriptis notat *Antonius van Dale,* pluribus id haud dubie, si superfuisset, facturus in opere de personis, muneribus, ritibus, caerimoniis, ac consuetudinibus veterum Christianorum, illarumque partim ex Ethnicismo partim ex Iudaismo origine, quod promittit p. 336. libri de oraculis, editionis secundae. Conf. eius diss. de origine ac ritibus sacri taurobolii sub init. et quae de epuli feralis vsu ab Ethnicis ad Christianos translato Lipsius ad Taciti VI. Annal. c. 5. p. 558. seq. edit. Gronov. in 8. *Paullus* quidem *Aringhus* T. I. Romae subterraneae L. 1. c. 21. p. 107. libenter fatetur gentium ritus, qui religioni non repugnarent, in Ecclesia seruatos, et ad rem Christianam applicatos. Adde *Pompeii Sarnelli* epistolas Ecclesiasticas p. 154. ff. Idem faciunt Baronius et alii, quorum loca pag. 3. sqq. produxit *Mussardus* in libro Gallice edito Geneuae A. 1667. 8. et cum animaduersionibus B. *Sigismundi Hosmanni* recuso Germanice A. 1695. Lipsiae in 8. et 1703. parte 2. libri, qui inscribitur eigentliche Abbildung des nach und nach verfallenen Christenthums, de conformitate caerimoniarum hodiernae aetatis cum veteribus, in quo toto id agit vir doctus, vt plerosque ritus, consuetudines ac superstitiones Romanae ecclesiae e paganismo deriuet, perinde vt dogmata illorum e Iudaismo repetiit D. *Martinus Geierus* ὁ μακαρίτης in conformitate Iudaeopapistica, *Georgius Zeaemannus* T. 1. p. 546. der fernern Entdeckung des uncatholischen Pabstthums *Io. Henr. Stuss* de consensu theologiae Iudaicae et Pontificiae. Gothae 1732. 4. *Wilh. Christi. Iustus Chrysander* in dem Entwurf der Uebereinstimmung des Pabstthums und Judenthums. Helmstad. 1750. 4. ac ritus nonnullos *Ioan. Franc. Buddeus* in duplici dissertat. de ritibus Ecclesiae latinae Iudaicis. Witteb 1688 et 1689. 4. ac in parergis Historico-Theolog. Halae Magd. 1703. 8. diss. 3. et 4. Ac sane multa Ecclesiae suae cum Ethnicis communia esse, haud diffitetur Florimundus Raemundus lib. 8. histor. de ortu et progressu haeresium c. 3. et agnoscit etiam Guil. du Choul in libro de religione veterum Romanorum. Adde Ludov. Viuem ad Augustini lib. VIII. de C. D. c. 27. Ioan. Iac. Chiffletium in expositione tituli sepulcralis Geminiae matris sacrorum, p. 70. et de linteis Christi sepulcralibus c. 8. et Moretum auctorem querelae ad Gassendum de impiis ritibus ac processionibus in festo corporis Christi, tum *Claudium Delleum* in tomo quarto Antiquitatum monasticarum Gallice editarum,

rum, quo Ethnicorum monachos persequitur, vt tomo tertio Iudaeorum. Paris. 1699. 12. et eos, quos enarrat Auctor interpretat. Germanicae comment. Middletonii de conformitate Papismi et Paganismi, in praef. Ex Protestantibus vero praeter auctorem Gallum vtrumque supra laudatum plures in hoc argumento deducendo versati sunt, vt *Dauid Meier* in Transenna theologica et historica de Papatu Romano per Ethnicismum impraegnato refermentatoque, Francof. 1634. 4. *Ioan. Forbesius* in instructionibus historico-theologicis passim, et qui ex eo profecit *Ioan. Valkenier* in Roma paganizante. Franeq. 1656. 4. Ioan. Owenus pag. 486. *Θεολογουμένων*, *Pet. Molineus* in responsione ad libellum prouocatorium Belliagii, p. 110. ff. *Oliuerius Ormerod*, qui Londini A. 1606. 8. Anglico idiomate edidit picturam Papistae, cui adiecit Pagano-Papismum, [14] in quo conuenientiam Papismi et Paganismi in 145 capitibus, et hoc illum deteriorem esse 17 capitibus conatur ostendere, teste Gisb. Voetio T. II. disputatt. selectar. p 600. et 698. *Petrus Iurieu* in praeiudiciis contra Papismum, praeiudicio XII. *Franc. de la Croy* in libro Gallice edito de harmonia Romanae Ecclesiae cum Ethnicismo, Iudaismo et antiquis haeresibus, 1605. 8. et alius *Scriptor Gallus* comparationis Paganismi et Papismi, qnae subiecta est vitae Iuliani Gallice editae in 12. Germanice versae sub indice: *Francisci Croii* heydnisches Pabstthum. Basel 1607 und 1613. 8. *Andr. Riuetus* in Catholico Orthodoxo passim, *Carolus Drelincourtius* in falsa specie antiquitatis, Sect. VII. p. 41. ff. et in comm. de iubilaeo ecclesiae Rom. p. 215. sq. *Ioan. Georg. Dorscheus* P. III. sylloges vindiciar. in Exodum p. 58. *Nic. Hunnius* in apostasia Romanae Ecclesiae c. 4. *Matth. Zimmermannus* in analectis p. 41. sqq. B. *Valentinus Alberti* in supplem. ad *Siricii* ostensionem abominationum Papatus p. 505. *Conyers Middleton* in epistola Anglice sub hoc indice edita: *A Letter from Rome, shewing an exact Conformity between Popery and Paganism*, quae prima vice prodiit

 Londini

[14] Miramur, *inquit Isaac. Casaubonus in Casaubonianis p.* 165. tot paganicas superstitiones hodie retineri in Ecclesia Romana. Ecce veram rei caussam. Putarunt plerique omnes veterum, quorum opera alioquin vtiliter posita in praedicatione Euangelii, indulgendum aliquid gentibus, *quoniam*, inquit Gregorius Magnus, *duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse non dubium est.* Est illustrissimum eius rei argumentum in historia Χριστιανώσεως Anglorum, tempore Gregorii M. opera Augustini Episcopi. Solebant pagani boues multos ad sacrificia Deorum occidere. Veretur Gregorius, ne si nihil tale fiat, in religione christiana parum proficiatur. Vtitur igitur subtili commento, vt species veteris moris aliqua retineatur. Sic Apostoli Frisiae petunt reliquias, vt statim sublatis gentium idolis haberent quod substituerent. *In eandem sententiam it Erasmus libro de modo orandi Deum, cuius verba excerpsit Christi. Gottl. Schwartz in Diss. de piis fraudibus § VII. Similiter gerunt se hodie Iesuitae apud Sinenses in ferendo Confucii cultu et aliis paganicis eorum ritibus.*

Londini 1729. 4. quinta autem vice ibid. 1741. 8. instructa praefatione apologetica aduersus obiectiones scriptoris pontificii, et additamento, quo Warburtoni, in diuina Mosis legatione Vol. II. part. I. p. 355. comparationem inter papatum et gentilismum inutilem esse statuentis, sententia examinatur. Haec Middletoni epistola germanice a C. G. S. versa prodiit 1738. 8. Vt praeteream *D. Christophorum Walpurgerum* de ethnicopontificia conformitate, Lipsiae 1617. 4. *Ioannis Tilii* parallela sine nomine auctoris edita Ambergae 1610. 8. quibus vitas et mores Pontificum Romanorum confert cum contrariis longeque melioribus dictis et factis Principum ethnicorum, aliosque nominatos interpreti epistolae Middletonianae, praef. b. 1. ff. Similiter Christianorum etiam inter Protestantes vitam collato Ethnicorum exemplo coarguit *Betkius* in christianismo ethnico, *Ridderus* in dem von Heiden beschämten Maulchrist, *Henr. Lubbert* in dem von ehrbaren Heiden verdammten lutherischen Christ. Fuerunt iam olim, qui cum Iuliano apud Cyrillum VII. p. 238. Christianismum ipsum tanquam ex Iudaismo et Ethnicismo conflatum traduxere, quibus respondit B. *Kortholtus* lib. 1. c. 2. sqq. obtrectatoris pagani, et *Ioan. Filesacus* lib. 2. electorum p. 155. sqq. qui etiam Ethnicos a Iudaeis plerasque caerimonias suas repetiisse disputat p. 169. sq. Licet vero antiquos etiam et a superstitione alienissimos veterum Christianorum ritus magnam partem a iudaicis repetitos esse non diffiteamur, vt docet Iobus Ludolphus p. 365. sq. commentar. ad historiam Aethiop. fateamur etiam in quibusdam cum Ethnicis coincidere: tamen, quod ad hos attinet, haud necesse putamus, Ethnicis eos imputari, tanquam auctoribus, non magis, quam Ethnicos omnia, quae cum nostris conueniunt, accepisse a Christianis, vel etiam, quos contemtissimos semper habuere, Iudaeis. Ita credat, qui volet, fabulas ethnicorum Poetarum ex mosaicis depromtas libris, de quibus multae exstant eruditae et ingeniosae suspiciones virorum praestantissimorum, Bocharti, Vossii, Huetii aliorumque, de quibus confer Miscellanea Lipsiensia Tomo VI. p. 212. sqq. quanquam etiam Ethnicos quaedam sacra Iudaeorum et Christianorum in mysteriis suis aemulatos esse notat Tertullianus c. 4. de praescriptione, sicuti Theophilus Raynaudus in heteroclitis spiritualibus p. 146. sq. varios affert gentilium ritus ab Ebraeis petitos et ritus ethnicos in christianismo sanctificatos. Haec ipsa autem conuenientia parum facit ad laudem vel vituperationem [15] nisi aliis argumentis constet ritus illos per se probandos vel detestabiles esse. Atque alioqui iam supra capite I. pluribus disputare me

[15] Confer Synodum Nicaenam secundam actione sexta, T. 3. edit. Binianae A. 1618. p. 648. Nicol. Comnenum p. 47. et 140. praenot. Mystagog. et p. 180. vbi ritus Iudaeis et Christianis communes persequitur.

me memini, illam qualemcunque conuenientiam caerimoniarum consuetudinumque in sacris, valde incertum argumentum esse, vt hinc statim illas ab his, quibuscum conspirare videntur, petitas esse colligamus. conf. memor. Triuult. A. 1707. p. 1302. sq. De statu paganorum sub Christianis Imperatoribus scripsit *Iacobus Gothofredus*, Geneuae 1616. 4. quo in libello collecta sunt edicta Imperatorum Christianorum aduersus ethnicos.

VII. Plures ritus ecclesiasticos egregie illustratos habes in variis scriptis Aurelianensis Episcopi, atque, vt Mericus Casaubonus p. 33. ad Optatum vocat, hominis ex mera, quantus erat, antiquitate compositi, *Gabrielis Albaspinaei:* libris praecipue duobus obseruationum ecclesiasticarum, quos post Parisiensem editionem vulgauit *Gebh. Theod. Meierus*, Helmst. 1672. 4. in epitomen redegit et notas quasdam aspersit *Ioan. Georg. Kettenbeilius.* ibid. 1657. 4. Spectant etiam huc Schediasmata sacroprofana, et cetera scripta quaedam *Aloysii Nouarini:* tum *Ludouici Cresollii* mystagogus, Parisiis 1629. in folio editus et pulcherrimarum rerum plenus: *Ioan. Ludov. de la Cerda* aduersaria sacra et notae ad Tertullianum: *Pompeii Sarnelli* epistolae ecclesiasticae, Neapoli 1718. 4. vt *Tobiae Pfanneri* obseruationes ecclesiasticas, *Ioannis Nicolai* antiquitates ecclesiasticas, et alia huius generis omittam. Longum etiam esset persequi notas, obseruationes et commentarios virorum doctorum in varios scriptores ecclesiasticos: *Nicol. Rigaltii*, v. g. *Henr. Valesii*, *Dionysii Petauii*, *Iac. Sirmondi*, *Ioan. Bapt. Cotelerii*, *Paschasii Quesnelli*, *Steph. Baluzii*, *Io. Mabillonii:* quibus insignem lucem antiquitatibus et consuetudinibus ecclesiasticis attulere, post *Georg. Cassandrum*, *Iac. Pamelium*, *Io. Morinum*, *Io. Bonam* et alios paucos horum similes. *Boetii Eponis* Nordahusani syntagmata antiquitatum ecclesiasticarum memorat Suffridus Petri de scriptoribus Frisiae, decade XV. 3.

VIII. Non omittendus denique libellus a *Iona Porreo* Gallice A. 1646. in 8. editus Charentone, ac deinde saepius recusus sub titulo: *Traité des anciennes Ceremonies, contenant leur naissance et accroissement, leur entrée en Eglise, et par quels degrez elles ont passez iusques à la superstition.* 8. et vltima vice sub indice: *Histoire des ceremonies et des superstitions qui se sont introduites dans l'Eglise. Amst.* 1717. 8. cum Ratramno de corpore et sanguine Christi. Etiam Belgice Amstel. 1723. 8. *Verhaal van de oude Kerkgebruiken.* In linguam latinam translatus et cum altero Mussardi libro (de quo supra § 6.) iterum germanice editus sub titulo: eigentliche Abbildung des nach und nach verfallenen Christenthums. Lips. 1703. 8. cum animaduersionibus M. *Sigismundi Hofmanni.* In hoc libello ordine chronologico recensentur ritus, qui per singula saecula in ecclesia paullatim inualuerunt. Quanquam vero neque plenus est iste liber, neque per omnia accuratus, tamen methodus ipsa et conatus

tus merentur laudem, operaeque pretium esset, hoc ordine, omnium profecto optimo et vtilissimo accuratam rituum ecclesiasticorum notitiam a viro aliquo docto exhiberi. Ritus ecclesiae Romanae post saeculum IV. receptos succincte persequitur *Ioannes Baptista Thiers* in examine critico historiae flagellantium a Boilauio scriptae p. 252. sqq. Quare in primorum saeculorum scriptoribus pauciora de ritibus memorata reperiantur, dicet Andr. Hyperius libro IV. de ratione studii theologici p. 578. seq. Ritus ecclesiae anglicanae illustrat, et cum antiquis confert praeter Ioan. Durellum *Carolus Wheathy* in libro, cuius index: a rational Illustration of the Book of common Prayer. Lond. 1728. 8.

IX. Propter varietatem rituum circa res in sacris litteris non definitas, vnionem ecclesiasticam inter eos, quibus dogmata eadem sacrosancta constant, neutiquam solui debere recte docet confessio Augustana Art. 7. atque egregie ostendunt e veteribus *Socrates Scholasticus* lib. 5. Hist. Eccles. c. 22. *Sozomenus* lib. 7. c. 19. *Hieronymus* Ep. 27. *Augustinus* Epist. 86. 118. et 119. ad Ianuarium. *Fulberius Carnotensis* Ep. 2. et *Ratramus* lib. 4. contra errores Graecorum. E recentioribus *Petrus Venerabilis* lib. IV. Ep. 17. ad Bernardum Claraeuallensem T. 22. Biblioth. Patrum Lugdun. et in Martini Marrierii Bibliotheca Cluniacensi p. 631. seq. *Philippus Melanchthon* in Epistola ad Georgium Principem Anhaltinum de ritibus non impiis in Ecclesia tolerandis lib. 1. Epistol. p. 138. et ad Philippum Hassiae Landgrauium lib. 3. pag. 4. seq. *Allatius* de consensu p. 1101. 1129. seq. contra Hottingerum p. 11. vsque ad 21. de synodo Phot. p. 529. seqq. et de purgatorio p. 638. seq. *M. Anton. de Dominis* lib. 7. de rep. Eccl. c. 12. *Io. Durellus* in libro, quo tuetur ritus ecclesiae Anglicanae, passim: *Iac. Goetten* lib. 1. obs. eccles. c. 15. *Ioach. Hildebrandus* in diss. de ritibus sacris (Helmst. 1655.) §23. seqq. *Godfridus Wegnerus* in diss. edita Regiomonte A. 1695. *vtrum necesse sit caerimonias vbiuis in Ecclesia esse similes et easdem.* *Frid. Spanhemius* T. 2. Opp. pag. 905. seqq. et 1294. seqq. et *Io. Bona* de diuina ψαλμωδίᾳ c. 18. Pontificum Leonis X. et Clementis VII. Bulla, qua Graecis ritu suo vti conceditur, praefixa est Isaac. Haberti ἀρχιερατικῷ ecclesiae graecae, et Allatii libro de aetate et interstitiis in collatione Ordinum apud Graecos seruandis, qui etiam p. 21. Bullam Paulli V. in eandem sententiam exhibet. Confer praeterea eundem Allatium aduersus Creyghtonum p. 155. seq. Vicissim superstitiosos ritus a Romana ecclesia sub meriti praecipue et cultus nomine obtrusos recte a nobis reiici ostendit B. D. *Samuel Benedictus Carpzouius* in Antimasenio p. 714. sqq. Quemadmodum sane, vbi in dogmatibus ipsis dissensus est, et per rituum, adiaphororum licet, introductionem erroribus ipsis et falsae doctri-

nae

nae via sternitur, prudentiae et officii ratio suadet, neque in ritibus, licet per se alioqui non valde reprehendendis quicquam admittere in eorum gratiam, qui per hoc cassibus nos suis illaqueare et incautos fallere instituerunt. Alioqui ὁμοδοξία nec sufficit ad ὁμόνοιαν, nec requiritur in omnibus. Confer *A. Dounaeum* in notis ad S. Chrysostomum T. VIII. p. 360. Praeterea *consuetudo sine veritate*, vt pulchre ait S. Cyprianus, vetustas erroris est.

X. Multiplicem studii sacrarum et ecclesiasticarum antiquitatum vsum praeter *Frider. Spanhemium* T. 2. Opp. p. 1395. sqq. elegantibus orationibus demonstrarunt *Ioan. Alph. Turretinus* Francisci Theologi Geneunsis, filius, Geneuae 1701. 4. recusa in eius dilucidationibus philosophico-theologico-dogmatico-moralibus Volum. III. p. 131. seqq. et *Ioan. Martin. Chladenius* in oratione de voluptate ex antiq. eccles. capienda. Lips. 1742. 4. quibus iungendus est D. *Conradi Mel* Antiquarius sacer, de vsu antiquitatum iudaicarum, graecarum et romanarum in explicandis obscurioribus S. Scripturae dictis Schleusingae 1707. 8. Non omnes ritus externos contemnendos aut vitandos esse, ne in fuga ipsa superstitionis superstitiosi esse videamur, multis disputat *Casp. Caluoerus* in epilogo ritualis ecclesiastici T. 2. p. 707. seq. vt Ioan. Meisnerum τὸν μακαρίτην in collegio adiaphoristico aliosque praeteream.

XI. Claudam et hoc caput delineatione Thesauri Antiquitatum Ecclesiasticarum, qualem olim praemisi Clariss. Voigtii Thysiasteriologiae, et nunc aliquot monumentis locupletaui. Simile opus moliti sunt *Gerardus a Mastricht* et *Ioan. Franc. Buddeus* cum genero *Io. Georg. Walchio*, quod non fuisse perfectum, dolendum sane est. Conspectus thesauri Buddeo-Walchiani sumtu Io. Frid. Gleditschii filii prelo subiiciendi prodiit Lips. 1726. 4.

Thesauri Antiquitatum Ecclesiasticarum
Tomus I.

1. Io. Frontonis Epistola de moribus et vita Christianorum in primis Ecclesiae saeculis, aliaeque eiusdem Epistolae Ecclesiasticam rem spectantes.
2. Paganinus Gaudentius de vita Christianorum ante tempora Constantini.
3. Claudius Florus de moribus Christianorum. Ex Gallico latine.
4. Guil. Cauei primitiuus Christianismus. Ex Anglico latine.
5. Nic. Vedelius de prudentia Ecclesiae Veteris.
6. Io. Stephani Duranti de antiquis Ecclesiae ritibus.
7. Barthol. Gauanti thesaurus sacrorum rituum.
8. Christophori Marcelli de ritibus Ecclesiae Catholicae.

9. Claudii de Vert, Cluniacensis Monachi explicatio litteralis et Historica rituum Ecclesiae, e Gallico latine.

Tomus II.

10. Edmundi Martene de antiqua Ecclesiae disciplina circa sacramenta, ritus benedictionis et Politiam Ecclesiasticam libri VI.

11. Eiusd. de antiqua Ecclesiae disciplina in diuinis celebrandis officiis.

12. Io. Antonii Dandini Alteserrae Ascetica siue Origines Monasticae et Edmundi Martene de antiqua Monachorum disciplina.

Tomus III.

13. Euchologium Graecorum cum notis Iacobi Goari.

14. Graecorum Pontificale cum notis Isaaci Haberti.

Tomus IV.

15. Lud. Cresollii Mystagogus.

16. Io. Ludouici de la Cerda Aduersaria sacra.

Tomus V.

17. Auberti Miraei libri V. de notitia Episcopatuum Orbis Christiani.

18. Commanuillii tabulae Geographicae et Chronologicae omnium Archi-Episcopatuum et Episcopatuum Orbis: e Gallico latine.

19. Catalogus Pontificum Romanorum e Papebrochii propylaeo ad Acta Sanctorum Maii.

20. Benedicti Bacchini de Ecclesiasticae Hierarchiae origine libri III.

21. Guil. Cauei de regimine Veteris Ecclesiae. Ex Anglico latine.

22. Iac. Gothofredi, Hieron. Alcandri, Iac. Gutherii, Chr. Kortholti, Iun. Sirmondi et Salmasii de regionibus et ecclesiis suburbicariis.

23. Victorini Canon Paschalis cum commentario Aegidii Bucheri.

Tomus VI.

24. Francisci Blanchini Veronensis de Calendario et Cyclo Caesaris ac de Paschali Canone S. Hippolyti Martyris, dissertationes duae.

25. Lud. Thomasinus de diebus festis, e Gallico latine.

26. Hadriani Bailleti Historia festorum mobilium et immobilium, e Gallico latine.

27. Caroli Guieti Heortologia siue de festis propriis locorum.

28, Io. Baptistae Thiers de festorum dierum imminutione.

Tomus VII.

29. Io. Ciampini Synopsis Historica de sacris aedificiis a Constantino M. constructis.

30. Io. Ciampini vetera monumenta, et ſcripta alia ad antiquitates Eccleſiaſticas ſpectantia.
31. Iac. Ledarchii diſſ. Hiſtorica de ſacris Baſilicis SS. Martyrum Marcellini Presbyteri et Petri Exorciſtae.
32. Georgii Wheleri relatio de templis primitiuorum Chriſtianorum. Ex Anglico latine.
33. Leo Allatius de Templis Graecorum, et de Narthece Veteris Eccleſiae.
34. Pompeii Sarnelli antiqua Baſilicographia. Ex Italico latine. Hadr. Valeſii, Io. Launoii et MS. Lud. Antonii Muratorii de baſilicis diſſertationes.
35. Io. Baptiſtae Thiers diſſertationes Eccleſiaſticae de altaribus et choris Eccleſiarum. Ex Gallico latine.
36. Iac. Lobbetius de religioſo templorum cultu.
37. Antonii van Dalen diſſ. de conſecrationibus templorum, perſonarum ac rerum ſacrarum.
38. Angelus Roccha de campanis.
39. Io. Baptiſtae Thiers liber de Campanis, e Gallico latine.

Tomus VIII.

In duas partes diſtribuendus.

40. Dauid Clarkſon Eboracenſis, de non ſtatis in Eccleſia veteri liturgiis, cum Thom. Comberi refutatione. Ex Anglico latine.
41. Io. Bona de diuina Pſalmodia.
42. De veteri more inter ſtandum orandi. E. Gallico latine. Claudii Ioly de recitatione horarum Canonicar.
43. Ioach. Hildebrandi rituale orantium, ſacrae antiquitates de precibus etc.
44. Iac. Thomaſii diſſ. de ritu precandi verſus orientem.
45. Wilh. Erneſti Tenzelii de ritu lectionum ſacrarum.
46. Petri Allixii diſſ. de Triſagii Origine.
47. Thom. Smithi diatriba de hymnis Graecorum.
48. 49. Franc. Bernardini Ferrarii de Veterum Chriſtianorum Concionibus libri III. et Ioach. Hildebrandi liber eiusdem argumenti.
50. Eiusd. Ferrarii de variis Epiſtolarum Eccleſiaſticarum generibus et Gerhardi Rodolphi Grauienſis de litteris Canonicis, Philippi item Priorii de litteris Canonicis, tractoriis et Synodicis.
51. Iacobi Boilauii Hiſtorica disquiſitio de re veſtiaria hominis ſacri vitam communem more ciuili traducentis.
52. Andreae Sauſſaei Panoplia Sacerdotalis libris XIV. Eiusd. de Clericorum tonſura et habitu libris XV. Ei. de ornatu Epiſcoporum libris VII.

Eiusdem de pallio Episcoporum ex libro de Mysticis Galliae scriptoribus.

53. Io. Garnerii diss. de pallio Episcoporum.

Tomus IX.

54. Iac. Vsserii de Rom. Ecclesiae Symbolo Apostolico vetere.
55. Seuerus Alexandrinus de ritibus baptismi, Syriace et latine.
56. Iosephi Vicecomitis de antiquis baptismi ritibus libri V.
57. Gerhardi van Mastricht schediasma de susceptoribus siue patrinis.
58. Lucas Holstenius de forma et ministro sacramenti confirmationis.
59. Henricus Hammondus de Confirmatione.
60. Sainctebeusius de Confirmatione, contra Dallaeum.
61. Iosephus Vicecomes de antiquis Missae ritibus.
62. Dauid Blondellus de Eucharistia Veteris Ecclesiae.
63. Henrici Rixneri de instituto veterum Christianorum circa Eucharistiam.
64. Ludouici Antonii Muratorii disquisitio de quatuor temporum ieiuniis.
65. Io. Filesaci syntagma de poenitentia, et Iac. Sirmondi historia poenitentiae. Aegidius Strauchius de priscis poenitentium ritibus.
66. Nic. Serarius et Iac. Gretserus de Ecclesiae Catholicae processionibus cum Auctario Nic. Sanderi.
67. Boileauii Historia flagellantium. Io. Baptistae Thiers examen Historiae Boileauianae. E Gallico Latine.
68. Eiusd. tractatus de superstitionibus circa sacramenta. E. Gallico latine.
69. Historica Critica consuetudinum superstitiosarum quibus in errorem abduci vulgus et eruditos admiratione suspensos teneri contigit, auctore P. Brun, S. Oratorii Presbytero. E Gallico latine.
70. Conformitas rituum hodiernorum cum veteribus. E Gallico Mussardi latine.
71. De Antiquis caerimoniis, siue quibus gradibus paulatim defecerint ad superstitionem. E Gallico latine.

Tomus X.

72. Dauid Blondellus et Henr. Hammondus de Episcopis et Presbyteris.
73. Pompeii Sarnelli Epistolae Ecclesiasticae, ex Italico latine.
74. Io. Launoii Regia in Matrimonium potestas.
75. Dominici Galesiii Ecclesiastica in matrimonium potestas.
76. Io. Launoii contentorum in Galesii Ecclesiastica in matrimonium potestate erratorum Index.

77. Ger-

77. Gerbasii Theologi Sorbonici tractatus Irenicus de Ecclesiae et Principum in matrimonium potestate.
78. Franciscus Dusseldorpius Lugdunensis de non ineundo matrimonio cum iis qui extra Ecclesiam sunt.
79. Ioach. Hildebrandus de nuptiis et Natalitiis Veterum Christianorum.
80. Marci Antonii Marsilii Columnae, Hydragiologia.
81. Iacobi Gretseri de benedictionibus et maledictionibus libri III.
82. Prosperi Stellartii de coronis et tonsuris Paganorum, Iudaeorum et Christianorum libri III.
83. Io. Baptistae Thiers Historia capillamentorum. E Gallico latine.

Tomus XI.

84. Ioach. Hildebrandi praxis Vet. Ecclesiae circa moribundos et de morientium virtutibus.
85. Io. Andreas Bosius de Clinicis s. grabatariis Veteris Ecclesiae.
86. Io. Launoius de sacramento unctionis infirmorum.
87. Iacobi Gretseri de funere Christianorum.
88. Onuphrius Panuinius de ritu sepeliendi mortuos apud veteres Christianos et de eorum coemeteriis.
89. Henrici Spondani Coemeteria sacra, siue de ritibus sepulturae apud Iudaeos, gentes, et maxime Christianos.
90. Ludouici Antonii Muratorii dissertationes duae de more intra templa humandi fidelium cadauera.
91. Casp. Sagittarii de Natalitiis et cruciatibus martyrum.
92. Antonii Gallonii de cruciatibus Martyrum.
93. Angelus Roccha de Canonisatione sanctorum.
94. Antonii Macedo de Diis tutelaribus Orbis Christiani.
95. Dissertationes Ecclesiasticae Casparis Ibannes de Segouia et Peralta pro gloria antiquorum tutelarium contra fictiones recentes, ex Hispanico latine.
96. Claudii Castellani Parisiensis Eccles. Cathedral. Canonici Vocabularium Hagiologicum siue Catalogus Sanctorum quorum nomina tractu temporis corrupta sunt, praemissus Originibus Gallicis Aegidii Menagii.
97. Simonis de Peyronet Catalogus Sanctorum.

Tomus XII.

98. Paulli Aringhi Roma subterranea.
99. Francisci Mariae Torrigii cryptae sacrae Vaticanae. Ex Italico latine.
100. Ioannis Herbinii Cryptae Kiiouienses.

101. Io. Mabillonii Epistola de cultu Sanctorum ignotorum cum responsione ad eandem, et Mabillonii Apologia.

Ex quo tempore Allatii dissertationem, quam supra memoraui de libris Ecclesiasticis Graecorum, cum notulis meis recudendam [16] dedi, incidit in manus meas Catalogus locupletissimus librorum recentis Graeciae, quos venales habet bibliopola Venetus Nicolaus Sarus. In illo cum praeter alia diuersi argumenti scripta etiam Ecclesiastici libri nonnulli referantur Allatio praeteriti, existimaui non ingratam rem me facturum eruditis, si eundem hoc loco insererem.

ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ
ΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ
ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΣΑΡΟΥ,

Τὰ ὁποῖα κρατεῖ εἰς τὸ σπῆτι του, Ἀντώνιος ὁ Μπόρτολις ὁ Τυπογράφος, ὁποῦ κατοικᾷ εἰς τὴν Ἐνορίαν παρὰ τῶν Ἰταλῶν λεγομένην Σάντα Μαρία Φορμῶζα, ἰν Κάλλε Λόγγα, εἰς Βενετίαν. αψιβ'. 1712.

Ἀνθολόγιον, ἤγουν Ἀκολουθίαι τῶν ἐπισημοτέρων ἑορτῶν τοῦ χρόνου ὅλου, μετὰ τῶν κοινῶν Ἀκολουθιῶν

Ἀπόστολος, ἤγουν Αἱ καθ' ἑκάστην ἀναγινωσκόμεναι Πράξεις καὶ Ἐπιστολαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Ἕτερα χρυσά.

Ἄμπακος, ἤγουν Διδασκαλία Μανουὲλ Γλυζουνίου τοῦ Χίου περὶ τῆς Ἀριθμητικῆς, καὶ λογαριαστικῆς.

Ἄνθη εὐλαβείας, ἤγουν Ἀκαδημία ἑλληνική.

Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου Γερασίμου, ἤγουν Κανὼν περὶ τοῦ ἁγίου Γερασίμου τοῦ νέου ἀσκητοῦ τῆς Κεφαλληνίας.

Ἀκολουθία νεκρώσιμος τῶν Ἱερέων, ἤγουν Κανὼν εἰς Ἱερεῖς τεθνηκότας καὶ Ἀκολουθία.

Ἀκολουθία εἰς τὸν μεγαλομάρτυρα Γεώργιον, τὸν ἐλευθερώσαντα τὴν Ζάκυνθον τῆς λοιμικῆς ἀσθενείας.

Ἀκολουθία τοῦ Ἁγίου ἐνδόξου Βασιλέως καὶ Μεγαλομάρτυρος Ἰωάννου τοῦ Βλαβδιμήρου καὶ Θαυματουργοῦ.

Ἀλέξανδρος, ἤγουν Ἱστορία διὰ στίχων περὶ τῆς ζωῆς τοῦ μεγάλου Ἀλεξάνδρου.

Αμαρ-

[16] Volumine quinto Bibliothecae Graecae.

„Ἁμαρτωλῶν Σωτηρία, ἤγουν Βιβλίον περὶ πολιτείας πνευματικῆς.

Ἄνθος τῶν χαρίτων, ἤγουν Βιβλίον περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν, μεταγλωττισμένον ἀπὸ τὰ Ἰταλικά.

Ἀπολλώνιος, ἤγουν Ῥημάδα περὶ τοῦ Ἀπολλωνίου Βασιλέως τῆς Τύρου.

Αἴσωπος, ἤγουν Ἡ ζωὴ τοῦ Μυθοποιοῦ Αἰσώπου, μετὰ τῶν Μύθων αὐτοῦ, καὶ ἄλλων.

Βαρῖνος, ἤγουν τὸ μέγα Λεξικὸν τῶν Ἑλλήνων, ὁ Θησαυρὸς δηλαδὴ ἁπασῶν τῶν Φωνῶν τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης.

Βησσαρίωνος Γραμματική, ἤγουν Γραμματικὴ ἐξηγητή.

Βοσκοπούλα, ἤγουν Ῥημάδα τῆς Βοσκοπούλας.

Βιέννα, ἤγουν Ἱστορία τῆς Βιέννας διὰ στίχων.

Βίος Δημητρίου Βασιλέως μοσχοβίας Σαντομήρου Βοϊβόντου, καὶ ἀρχόντων τῆς λεχίας. διὰ στίχων πεζῶν.

Γραμματικὴ τοῦ Λάσκαρη, ἤγουν Ἡ ἐπιτομὴ τῶν ὀκτῶ μερῶν τοῦ λογοῦ.

Γεωπονικὸν, ἤγουν Ἑρμηνεία πῶς νὰ πείρουν, πῶς νὰ κεντρώνουν, καὶ πῶς νὰ φυτεύουν τὰ ἀμπέλια, καὶ εἴδησις περὶ τινῶν χρησίμων βοτάνων εἰς ἰατρείαν ἀνθρώπων καὶ ζώων.

Γαΐδαρος, ἤγουν Ῥημάδα περὶ Αλεποῦς Λύκου καὶ Γαϊδάρου.

Δαμασκηνὸς, ἤγουν Δαμασκηνοῦ τοῦ Ὑποδιακόνου καὶ Στουδίτου Λόγοι εἰς τὰς ἐπισημοτέρας ἑορτάς.

Διαταγὴ Κλήμεντος τοῦ ἑβδόμου, ἤγουν Βοῦλλα τοῦ ἑβδόμου Κλήμεντος ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Θρησκείας τῶν Γραικῶν.

Διακονικὸν, ἤγουν Διάταξις τῶν Ἱεροδιακόνων ἐν τῇ θείᾳ Λειτουργίᾳ.

Διδασκαλία Χριστιανική, ἤγουν Διδασκαλία διὰ τὰ μικρὰ παιδία εἰς τὰ Ἄρθρα τῆς Πίστεως.

Διήγησις διὰ στίχων τοῦ δεινοῦ πολέμου τῆς κρήτης.

Εὐαγγέλιον νεωστὶ τυπωθὲν, ἤγουν Τὸ Εὐαγγέλιον τῆς Ἐκκλησίας μὲ εἰκόνες ὡραιόταται καὶ μὲ Πασχάλια καὶ κανόνια αἰώνια.

Ἕτερα χρυσᾶ.

Ἐγκυκλοπαιδία Φιλολογικὴ εἰς Τέσσαρας Τόμους διῃρημένη, πρὸς χρῆσιν

τῶν

τῶν Φιλολόγων καὶ Φιλομαθῶν τῆς Ελληνικῆς Γλώττης νεωστὶ συναρμοσθεῖσα.

Ὁ πρῶτος τόμος περιέχει Διαλόγους ἐκλεκτοὺς, Επιστολὰς, Αποφθέγματα Βασιλέων, στρατηγῶν καὶ Φιλοσόφων, μύθους, ἠθοποΐας ἐκφράσεις, χρείας, καὶ γνωμικά.

Ὁ δεύτερος περιέχει πεντήκοντα Λόγους ἐξαιρέτους διαφόρων ἁγίων Πατέρων.

Ὁ τρίτος περιέχει Λόγους ὁμοίως ἐκλεκτοὺς διαφόρων παλαιῶν λογογράφων, τῶν ἐν εὐγλωττίᾳ εὐδοκιμησάντων.

Ὁ τέταρτος περιέχει τὰ μᾶλλον ἔκκριτα τῶν ὀνομαστοτάτων Ποιητῶν, ναὶ μὴν καὶ ἐκλεκτὰ Επιγράμματα, καὶ ἄλλα πάμπολλα.

Ἐτυμολογικὸν, ἤγουν Τὸ μέγα Ετυμολογικὸν, ὅπου περιέχει τὴν ῥίζαν καὶ παραγωγὴν τῶν ἑλληνικῶν λέξεων.

Ἐυαγγέλιον μὲ χαρτὶ μικρόν.

Ἕτερα χρυσά.

Ἐυχολόγιον, ἤγουν Διάταξις τῶν Ἱερέων ἐν ταῖς Ἱεροτελεστίαις.

Ἕτερα χρυσά.

Ἐυχολόγιον μισὸν, ἤγουν Διάταξις τῶν Ἱερῶν Λειτουργιῶν μετὰ τῆς ἑρμηνείας αὐτῶν.

Ἐκλόγιον ἤγουν Οἱ ὡραιότεροι βίοι τῶν Ἁγίων.

Ἐκλογαὶ ἤγουν Βιβλιάριον Περιέχον. τοὺς οἴκους τῆς Παναγίας, καὶ τοῦ τιμίου Προδρόμου. τὴν μετάληψιν ἐξηγητήν. στίλους εἰς τῶν μακαρίαν Τριάδα. καὶ εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευήν.

Ἑρβὰν, ἤγουν Διάλογος τοῦ ἐν Ἁγίοις Γρηγεντίου μετά τινος Ἰουδαίου Ἑρβᾶν λεγομένου.

Εἱρμολόγιον, ἤγουν Βιβλίον περιέχον τοὺς εἱρμοὺς ἅπαντας τῶν Κανόνων τῶν ὀκτὼ ἤχων, καὶ ἄλλα τινὰ, μετὰ τῆς προσθήκης τοῦ Φυσιολόγου.

Ἐρωτόκριτος, ἤγουν Ποίημα ἐρωτικὸν, λεγόμενον Ερωτόκριτος.

Ἐρωφίλη, ἤγουν Ἡ Τραγωδία τῆς Ερωφίλης.

Ἑβδομαδευχάριον, ἤγουν Προσευχαὶ κοιναὶ εἰς κάθε ἡμέραν.

Θεοτοκάριον, ἤγουν Κανόνες καὶ ὕμνοι διάφοροι εἰς τὴν Ὑπεραγίαν Θεοτόκον.

Θηκαρᾶς, ἤγουν Ὕμνοι καὶ εὐχαὶ καλανυκτικαὶ εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα.

Θυσία τοῦ Ἀβραὰμ, ἤγουν Ῥημάδα εἰς τὴν Θυσίαν τοῦ Πατριάρχου Ἀβραάμ.

Ιμπέ-

Ιμπέριος, ἤγουν Ῥημάδα τοῦ Ιμπερίου.

Κυριακοδρόμιον, ἤγουν Ὁμιλίαι εἰς τὰς Κυριακὰς ὅλου τοῦ χρόνου.
Καλοκαιρινὴ, ἤγουν Οἱ ὡραιότεροι βίοι τῶν καλοκαιρινῶν Ἁγίων.
Κατήχησις Ἱερὰ, ἤγουν Βιβλιόπουλον περιέχον βραχεῖαν εἴδησιν τῶν Ἱερῶν Μυστηρίων.
Καλάνυξις τοῦ Μπουναλῆ ἤγουν Στίχοι εἰς ἁπλῆν γλῶσσαν κατανυκτικοί.

Λειτουργία, ἤγουν Διάταξις τῶν θείων καὶ Ἱερῶν Λειτουργιῶν.
Λειτουργίαι Γραικολατῖναι, ἤγουν Αἱ Θεῖαι Λειτουργίαι, καὶ εἰς γλῶσσαν Λατινικὴν μεταφρασμέναι.
Λόγοι Ψυχωφελεῖς εἰς τὸ Σωτήριον Πάθος, καὶ εἰς τὴν ἔνδοξον Ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, νεωστὶ συντεθέντες.

Μηναῖα, ἤγουν Τὰ δώδεκα Μηναῖα ὅλου τοῦ χρόνου.
Μηναῖα δεμένα εἰς χαρτία ἔξη.
Μαργαρίτης, ἤγουν Λόγοι εἰς ἁπλῆν φράσιν τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.
Μιχαὴλ Βοϊβόδας, ἤγουν Ῥημάδα διὰ τὰς ἀνδραγαθίας τοῦ Μιχαὴλ Μπέγι τῆς Βλαχίας.
Μπερτόλδος, ἤγουν Πανουργίαι τοῦ Μπερτόλδου.
Μῦθοι ἕτεροι τοῦ Αἰσώπου εἰς Ἑλληνικὴν καὶ Λατινικὴν γλῶσσαν νεωστὶ τυπωθέντες μὲ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ ἕτερα συνταγμάτια ὀφελιμώτατα.
Μῦθοι τοῦ Αἰσώπου, ἤγουν Αἴσωπος εἰς ἁπλῆν γλῶσσαν.
Μισωρόλογον, ἤγουν Μικρὸν Ὡρολόγιον.
Ἕτερα χρυσά.

Νέος Παράδεισος, ἤγουν Βίοι διαφόρων Ἁγίων.
Νέος Θησαυρὸς, ἤγουν Βίοι διαφόρων Ἁγίων.
Νέος Κλίμακας, ἤγουν Ἡ θαυμαστὴ βίβλος τοῦ ἐν Ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Κλίμακος εἰς κοινὴν γλῶσσαν.
Νουθεσίαι διδακτικαὶ τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν ὠφέλιμαι. διὰ στίχων πεζῶν.

Οκτώηχος.

Ἕτερα δεμένα ἄλλα Λατῖνα.

Ὀκτώηχος μὲ Συλλειτεργικὰ, ἤγουν Τὰ Συλλειτουργικὰ καὶ ἡ Ὀκτώηχος καὶ τὸ Ψαλτήριον δεμένα ὁμοῦ.

Οἶκοι ἐξηγητοὶ, ἤγουν Οἱ κδ' Οἶκοι τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐξηγημένοι εἰς ἁπλῆν γλῶσσαν.

Παρακλητικὴ, ἤγουν Ἡ μεγάλη Ὀκτώηχος τῆς Ἐκκλησίας διὰ ταῖς ἀκολουθίαις ὅλου τοῦ χρόνου.

Πεντηκοστάριον, ἤγουν Ἡ ἀκολουθία τῶν Πασχαλοεορτῶν.

Παλαιὸς Παράδεισος, ἤγουν Βίοι διαφόρων Ἁγίων.

Ἡ Παλαιὰ Διαθήκη εἰς μῆκος μέγα, τυπωμένη εἰς Βενετίαν.

Ἑτέρα τυπωμένη εἰς Λίψιαν εἰς τρεῖς τόμους, ὁμοῦ καὶ ἡ νέα Διαθήκη.

Παιδαγωγία, ἤγουν χρήσιμος Φυλλάδα διὰ τὰ μικρὰ παιδία, ὁποῦ ἀρχινίζουν τὰ πινακίδια.

Προσκυνητάριον, ἤγουν Εἴδησις τῶν Ἱερῶν τόπων, ὁποῦ εὑρίσκονται εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν Ἱερουσαλήμ.

Παίγνια τῆς Φαντασίας, ἤγουν Βιβλίον γυμνάζον τοὺς νέους εἰς τὴν ῥητορικὴν τέχνην, μεταφρασμένον ἀπὸ τὸ Ἰταλικὸν ἰδίωμα.

Πασὸρ Φίδος, διὰ στίχων πεζῶν.

Πανουργίαι ὑψηλόταται τοῦ Μπερτόλδου.

Προσκυνητάριον τῶν Ἱεροσολύμων εἰς πεζὴν γλῶσσαν διὰ στίχων ὁμοιοκαταλήκτων.

Πορτολαῖος, ἤτοι βιβλίον περὶ ὅλονῶν τῶν λιμένων.

Ρήγας τῆς Σκότζιας, ἤγουν Ῥημάδα τοῦ Βασιλέως τῆς Σκότζιας.

Σύνοψις ἤγουν Βιβλιάριον περιέχον τὴν καθημερινὴν ἀκολουθίαν ἑκάστου εὐλαβοῦς.

Συλλειτουργικὰ, ἤγουν Ἡ ἀκολουθία τῶν Ἀναγνωστῶν.

Στιχολογία, ἤγουν Βιβλιδάριον τῆς Στιχολογίας τῶν ᾠδῶν διὰ τοὺς κανόνας τοῦ ὄρθρου, μὲ ὀλίγα Πασχάλια.

Συνταγμάτιον, ἤγουν Βιβλίον περιέχον διαφόρους κανόνας καὶ εὐχὰς ψυχωφελεῖς μὲ Πασχάλιον αἰώνιον, σεληνοδρόμιον, καὶ μηνολόγιον.

Συναξα-

Συναξαριστὴς, ἤγουν Οἱ βίοι τῶν Ἁγίων τοῦ χρόνου ὅλου, εἰς κοινὴν γλῶσσαν, ἐυγαλμένοι ἀπὸ τὰ Μηναῖα.

Συντίπας, ἤγουν Βιβλίον μυθολογικὸν, μεταγλωττισμένον ἐκ τῆς σοφίας τῶν Περσῶν.

Σωσάννα, ἤγουν Ῥημάδα τῆς σώφρονος Σωσάννης.

Τριῴδιον, ἤγουν Ἡ ἀκολουθία τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Τεσσαρακοστῆς.

Τυπικὸν, ἤγουν Ἡ διάταξις πάσης τῆς Ἐκκλησιαστικῆς τάξεως, καὶ πασῶν τῶν ἀκολουθιῶν.

Τετραβάγγελον μεγάλον, ἤγουν Ἡ νέα Διαθήκη εἰς τύπον χοντρόν.

Ἕτερα χρυσᾶ.

Τετραβάγγελον μικρὸν, ἤγουν Ἡ νέα Διαθήκη εἰς τύπον ψιλόν.

Ἕτερα χρυσᾶ.

Τετραβάγγελον εἰς ἁπλὴν γλῶσσαν, ἤγουν Ἡ νέα Διαθήκη ἑλληνικὴ καὶ κοινὴ, τυπωμένη εἰς τὴν Ἅλα τῆς Γερμανίας.

Τριαδικὴ Οκτώηχος, περιέχουσα κανόνας κδ. ὧν οἱ μὲν ὀκτὼ εἰσὶ πρὸς τὴν Παναγίαν τριάδα. οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστόν. Ποίμα Αγαπίου Μοναχοῦ.

Ταρίφα μὲ πόσαις, ἤγουν Πολυπλασιασμὸς μὲ τρόπον ἔυκολον, καὶ μὲ τῆς τὴν εἴδησιν τῶν γραμματοφόρων τῆς Ιταλίας καὶ Ἐυρώπης.

Χρονογράφος, ἤγουν Σύνοψις τῶν Ἱστοριῶν τοῦ Κόσμου.

Χριστιανῶν ὁδηγία, ἐν ᾗ εἰσὶ γεγραμμαέναι αἱ τρεῖς μεγάλαι ἀρεταί. συντεθεῖσα παρὰ Ἀγαπίου Μοναχοῦ.

Ψαλτήριον.

Ἕτερα δεμένα ἄλλα Λατῖνα.

Ψαλτήριον ἐξηγητὸν, ἤγουν Τὸ Ψαλτήριον εἰς γλῶσσαν ἁπλῆν ἐξηγημένον.

Ψαλτήριον μικρὸν, ἤγουν Τὸ Ψαλτήριον μὲ ἐυχαῖς κατανυκτικαῖς.

Ψαλτήριον μὲ Λεξικὸν, ἤγεν Τὸ Ψαλτήριον σὺν δυσὶ Λεξικοῖς, Γραμματικῷ δηλαδὴ, καὶ Ἱστορικῷ.

Ὡρολόγιον μέγα, ἤγουν Τὸ Ὡρολόγιον μὲ Πασχάλια καὶ ἄλλά τινα ἀναγκαῖα.

Ἕτερα χρυσᾶ.

CAPVT V.

De ſcriptoribus veterem Geographiam ac Chorographiam illuſtrantibus.

Studii Antiquitatum diuiſio et partes. 1. *Archaeographia a Iac. Sponio deſcripta, diuiſaque octo capitibus.* 2. *Vt in Hiſtoria ſic in Antiquitatum ſtudio Geographia vetus et Chronologia neutiquam omittendae.* 3. *Geographiae ſacrae et de terra ſancta ac Hieroſolyma ſcriptores veteres ac recentes.* 4. 5. *Geographia Nubienſis, Abulſeda, etc.* 6. *Antiqui Geographi Graeci.* 7. *Latini.* 8. *De Tabulis Geographicis.* 9. *Geographia vetus ciuilis per compendium a recentioribus tradita.* 10. *Eadem plenius et vberius expoſita.* 11. *Parallela veteris et nouae Geographiae.* 12. *Lexica Geographica.* 13. *Scriptores qui certas regiones ſpeciatim perſequuti ſunt, et de Geographia medii ac ſequioris aeui, quae magnam partem adhuc illuſtranda deſideratur. Difficulter id fieri poſſe niſi recens Geographia plenius et accuratius tradatur. ibid.* 14. 15. *Geographiae veteris Eccleſiaſticae ſcriptores, et Notitiae Epiſcopatuum.* 16.

I.

Philologia atque humanior eruditio, de qua praeclarae Io. Woweri de Polymathia, et Gerh. Io. Voſſii de Philologia Commentationes exſtant, praeter Grammaticam linguarum cognitionem etiam alias diſciplinas humaniores, vt artem dicendi et Poeticen, inprimis vero Criticen ſiue facultatem judicandi de omnis generis ſcriptis, Veterum praecipue, genuina a ſuppoſititiis, lectu digna ab ineptis diſcernendi, eaque emendandi et interpretandi, ambitu ſuo complectitur: quae poſtrema vt accurate fiant, opus eſt non mediocri ſcientia Antiquitatis, qua deſtitutos nihil in priſcorum ſcriptis videre, et e noſtris moribus veteres aetates iudicando paſſim hallucinari certum eſt. Antiquitatis autem cognitionem ille demum ſibi comparaſſe intelligitur, qui praeter Hiſtoriam veterem, tum fabularem illam tum veram huiusque partes ciuilem, eccleſiaſticam, litterariam et naturalem perſpectos habuerit ritus moresque veteres, ſacros, politicos, militares et priuatos ſiue Oeconomicos, quique in monumentis antiquis probe ſit verſatus, ac praeter libros editos conſuluerit etiam et cum iudicio [1] conſulere poſſit Codices MSS. tractauerit

[1] Petrus Aurelius reſponſione de Canone Arauſicano ad Sirmondum T. 3. pag. 291. *Debetur Manuſcriptis eatenus fides, qua lux maior et rerum grauiorum explorata ratio nihil*

uerit numiſmata antiqua et Inſcriptiones, diligenterque contemplatus ſit aedificia ſiue rudera antiqua et inſtrumentum priſcum omnis generis, quantum temporum hominumque iniuriae reliqui nobis fecerunt, aquaeductus, amphitheatra, arcus, ſtatuas, columnas, obeliſcos, pondera ac menſuras, toreumata ſiue tabulas exſculptas, opera Muſiua, gemmas, lucernas, vaſa et quicquid ſupellectilis antiquae ad nos peruenit et aetatem tulit.

II. Iacobus Sponius V. C. in praefatione ad Miſcellanea eruditae Antiquitatis, notitiam antiquorum quae iam dixi monumentorum appellat Archaeographiam, eamque diſtinguit in octo capita, de quibus nec alienum ab hoc loco nec iniucundum aut inutile ſtudioſis erit verba doctiſſimi Viri cognoſcere, quum in ſingulis praecipuos etiam Auctores laudet. Ita vero ille:

ARCHAEOGRAPHIA eſt declaratio ſiue notitia Antiquorum monumentorum, quibus Veteres, ſui temporis Religionem, Hiſtoriam, Politicam, aliasque tum artes tum ſcientias propagare, poſteriſque tradere ſtuduerunt. Pro variis ergo quibus imprimuntur ſubiectis in totidem ſcientias ſubdiuidenda videtur. Iſtas pro lubitu liceat vnicuique partiri atque deſignare. Mihi praecipue octo ſtatuendae videntur, iuxta totidem ſubiecta, numos, lapides, aedificia, ſtatuas, gemmas, toreumata, manuſcripta, inſtrumentaque omnis generis.

nihil obſtat; debetur in dubiis, cum veritas aliunde nulla cernitur: debetur, cum eorum auctoritas nulla inſigniori praeponderatur; debetur denique cum nihil eſt, quo eorum errorem aperte coarguamus. Alioquin, ſi vel dilucida ratio, vel ſanctior auctoritas, multo magis ſi rerum diuinarum decreta, maiorumque religio reclament, nemo eſt quin manuſcriptorum codicum, non modo paucorum ſed plurium etiam, ſeu voces, ſeu clamores, ſeu quascunque conſenſiones longe aſpernandas reſpuendasque videat, et primum eorum vnius, vel alterius errorem in caeteros manare potuiſſe fateatur. Nam qui hoc negare velit, in eum eruditorum omnium conſenſu conferentur illae voces quibus tu eos, qui aliquot tuorum manuſcriptorum fidem eleuare audeant, aſperſiſti. Non enim ſubeſſe manuſcriptis idoneum Criticum, ſed praeeſſe decet, moderari, iudicare, regere; nec imperitorum plurium ſcribarum veterno, eruditorum hominum iudicia, rerumque ſummarum amplitudinem mancipare. Hoc demum eſt gnauum eſſe Criticum, prudentem, eruditum, elegantem. Nil Criticum eſſe attinet; Hypercriticum eſſe neceſſe eſt, qui vere Criticus eſſe velit, tam iudicio quam nomine, tam re quam officio. Qui enim nil niſi Criticus ſit, mere Criticus, Κενοκριτικὸς *litterularum et formularum Grammaticus auceps, ſaecularis litteraturae quadam notitia tumidus magis quam plenus, Theologiae ſanctorumque Patrum ſcientia leuiter tinctus, totus litterae, totus chartae ſeruus; hunc Criticorum omnis natio, et inprimis Theologorum Criticorum e choro ſuo exiget, neque tali* ἀχρειότητι *venerandum Critici nomen inquinari patietur. Rerum iuxta et litterarum peritum eſſe oportet; qui hoc nomen quaerat, et iudicio praeterea ſummo quodam, quae ipſa Critici notio eſt, praecellentem. Quem horum quodpiam deficiat, hunc Manuſcriptorum codicum copia magis implicabit, quam iuuabit: Quo pauciores euoluet, hoc ſibi minus et aliis oberit: tam publicum quieſcendo demerebitur, quam alii laborando.*

1. Prima est *Numismatographia*, siue cognitio numismatum, cuiusuis metalli, aetatis et regionis, quam hisce vltimis saeculis excitarunt adornaueruntque Fuluius Vrsinus, Augustinus, Vicus, Erizzo, Sambucus, Occo, Strada, Golzius, St. Amant, Hemmelarius, Angeloni, Seguinus, Patinus, Spanheimius, Vaillant et Oyselius: quamque variorum Principum cura ad perfectionem quasi euexit.

2. *Epigrammatographia* est Inscriptionum antiquarum lapidi, marmori, aerique incisarum notitia: cui insudarunt ex priscis, Polemon, Ptolemaei Epiphanis aetate, cognominatus ὁ ϛηλοκόπας, eo quod columnas siue cippos, quas *stilas* vocabant, in singulis Graeciae vrbibus magno *labore* transscripsisset, Athenaeo teste. Philochorus Atheniensis qui, referente Suida, Atticas inscriptiones collegerat: Aristodemus qui Thebanas: Neoptolemus Parianus qui omnis generis Epitaphia. Ex Recentioribus Apianus, Cyriacus Anconitanus, Lipsius, Boissardus, Panuinius, Seldenus, Lucius, Capacius, Paradinus, Gualterus, Reinesius, Guichenon, Chorerius, Vrsatus, Marullus Spalatensis apud me manuscriptus, Peireskius ineditus, ac tandem instar omnium multiscius Gruterus.

3. *Architectonographia* est descriptio Templorum, Theatrorum, Arcuum triumphalium, Pyramidum, Balneorum, Portuum, Aquaeductuum, milliariorum, Sepulcrorumque. Eam excoluere plurimi Graeci ac Romani veteres, labantemque restituerunt hac aetate Serlio, Marlianus, Palladius, Bosius, Poldo, Bellorius, Bergerius, Perrotius, aliique.

4. *Iconographia* Statuas omnis generis, protomas, picturas, musiuaque opera describit. Hanc sexcenti celebres opifices olim coluerunt. *Imaginum amore*, inquit Plinius, *flagrasse quosdam testes sunt et Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine, et Marcus Varro benignissimo inuento insertis voluminum suorum foecunditati, non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed et aliquo modo imaginibus, non passus intercidere figuras, aut vetustatem aeui contra homines valere.* At eam nostris saeculis renouarunt, Michael Angelus, Vrsinus, variique sculptores ac caelatores Romani non ignobiles.

5. *Glyptographia*, versatur circa gemmas caelatas veluti Iaspides, Sardoniches, Carneolas, Amethystos, annulis aliisque ornamentis, et Hieroglyphicis inseruientes. Eam sub priori non comprehendimus, quod perampla sit, caelatorumque ars a sculptorum arte diuersa sit. *Gemmas plures*, ait idem Plinius, *quod peregrino appellant nomine Dactyliothecam, primus omnium habuit Romae priuignus Syllae Scaurus. Diuque nulla alia fuit, donec Pompeius Magnus eam quae Mithridatis Regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, vt M. Varro aliique eiusdem aetatis Auctores confirmant, multum praelatam*

Scauri.

Scauri. Hoc exemplo Caesar Dictator sex Dactyliothecas in aede Veneris Genitricis consecrauit. Fuit haec scientia quasi postliminio reuocata ab Vrsino, Gallaeo, le Pois, Pierio Valeriano, Gorlaeo, Chiffletio, Kirkero, Augustino Romano, Caninio, Bagarrio, Reicheltio Argentoratensi, aliisque.

6. *Toreumatographia* exponit tabulas marmoreas exsculptas, quae toreumata vocabantur, quorum auidus collector Iulius Caesar, teste Suetonio. *Primus* Phidias *artem toreuticem aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur: Polycletus consummasse.* Plin. lib. 34. cap. 8. Toreumata quamplurima, quae *bas reliefs* appellamus, aeri incidit Petrus Sanctes Bartolus, ea inprimis quae in columna Traiana et Antoniana visuntur a I. P. Bellorio eleganter et breuiter explicata. Quae in arcu Seueri spectantur Suaresius Episcopus Vasionensis interpretatus est: aliasque ediderunt Bosius, Aringhius et Boissardus: multaque possident inediti Ligorii, Bagarrii, Equitisque a Puteo codices delineati.

7. *Bibliographia* Manuscriptis dignoscendis et perlegendis addicta est, cui tot insignes Critici operam nauarunt, Scaliger, Sirmondus, Salmasius, Casaubonus, l'Abbaeus, Busbekius, et nuper Lambecius, qui bibliothecam Caesaream descripsit, nec non Aemilius Portus Cretensis, cuius tractatum de Manuscriptorum Graecorum abbreuiationibus ipsiusmet manu exaratum possideo.

8. *Angeiographia* instrumenta omnis generis domestica, militaria, nautica, vasa, mensuras, pondera scrutatur: modo sub voce *angeion* commodioris defectu, omne instrumenti genus comprehendere liceat. Haec pertractarunt Baysius, Ferrarius, Rubenius, Schefferus, Smetius in suis Antiquitatibus Neomagensibus, et ineditus Peireskius ὁ πάνυ. *Hactenus Sponius.*

III. Notum est duos necessarios Historiae oculos a viris doctis haberi Geographiam et Chronologiam, quo nihil posse dici verius res ipsa confirmat, nullum enim cogitari potest magis obscurum vel confusum chaos, quam rerum quarumcunque narratio, vbi ratio temporum vel locorum confunditur aut ignoratur. Eodem plane modo res se habet in studio Antiquitatis, nam et hoc genus est quoddam Historiae, est enim morum rerumque quae apud veteres in vsu fuerunt enarratio, in qua vt recte verseris, Geographiae et Chronologiae cognitione est opus, quoniam alia alibi et alia aetate obtinuerunt, ne dicam hanc ipsam partem esse Antiquitatis haud ignobilem veterum temporum rationes, epochas, aerasque, regionum, vrbiumque appellationes ac regnorum limites veteres nosse. Antequam igitur ad specialia capita argumenti quod mihi proposui descendam, et scriptores de ritibus sacris aliisque aut de monumentis veteribus singillatim exponam, iuuat praemittere inprimis eos qui Geographiam veterem mediiue aevi scriptis suis illustra-

lustrarunt, deinde dicere de iis, quorum in expediendis Chronologiae rationibus occupata fuit industria.

IV. Geographiam Biblicam e veteribus primus attigit *Eusebius* libro de locis hebraicis secundum ordinem litterarum disposito; quem ab *Hieronymo* latine translatum et auctum primus graece, cum Hieronymi et sua versione edidit notisque illustrauit *Iacobus Bonfrerius* Paris. 1631 et 1659. ad calcem commentariorum suorum in Iosuam. *Petrum* quoque *Bertium* Eusebii libro lucem afferre conatum fuisse, testatur Io. Gerard. Vossius p. 261. de Script. mathematicis; et Claudius Sarrauius p. 267. Epp. Eusebiana Bertii ex Menagii dono misit ad Isaacum Vossium Gerardi Ioannis filium. *Lucas* praeterea *Holstenius* veteris Geographiae peritissimus, nouam Eusebii de locis ebraicis editionem pollicitus est libro de vita et scriptis Porphyrii p. 21. Atque optandum fuisset, vt post nouas *Marcianaei* et *Ioannis Clerici* editiones prodiisset idem Eusebii liber expolitus cura doctissimi viri *Iacobi Rhenferdi*, cuius egregia in eundem specimina obseruationum leguntur in eius operibus philologicis a Dauide Millio editis p. 776—828. Ceterum *Bonfrerii* in Eusebium notae cum illustrationibus *Clerici* additis *Augustini Calmeti* et *Ren. Iosephi Tourneminii* annotationibus insertae sunt Menochio illustrato p. 159. seqq. et Blasii Vgolini thesauro antiqq. hebraicar. Tomo V. Pulcherrimam quoque huic Eusebii libro lucem attulit V. C. *Adrianus Relandus* in sua Palaestina, de qua infra. * Exstat et *Eucherii* Episcopi Lugdun. saec. V. epistola de situ Hierosolymae et Iudaeae ad Faustinum Presbyterum Insulanum, quam edidit Philippus Labbeus T. I. Bibliothecae nouae manuscriptorum p. 665—667. A *Marcellino Comite* quatuor libellis Constantinopolin et Hierosolymam descriptam esse auctor est *Cassiodorus* in diuinis lectionibus c. 25. quod Marcellini opus intercidit. Sed tulere aetatem *Adamanni* Scoti de situ terrae sanctae et quorundam aliorum locorum libri tres, excerpti ex ore *Arculphi* Galliarum Episcopi, cum venerabilis *Bedae* eorundem compendio editi primum a Iacobo Gretsero, 1619. et deinde a *Ioanne Mabillonio* in calce T. 4. actorum sanctorum ordinis Benedicti, prologum vulgante *Labbeo* Tomo primo Bibliothecae nouae manuscriptorum pag. 667 seq. Praetereo alios recentiores terrae sanctae descriptores siue Graecos, vt *Ioannem Phocam*, [2] *Epiphanium Hagiopolitam* et *Perdiccam* de locis Palaestinae editos a *Leone Allatio* in Symmictis; siue latinos, vt auctorem itinerarii a Burdegala Hierosolymam vsque: *Marinum*

[2] *Ioannis Phocae* sacerdotis et monachi, qui A. C. 1185. loca sancta adiit descriptionem ex Allatii versione, cum itinerario *Antonini* Placentini (scripto decimi vel vndecimi saeculi) edidit *Papebrochius* ante tomum secundum Actorum Sanctorum mensis Maii.

Marinum Sanutum Torsellum ad calcem librorum de secretis fidelium crucis, editorum a Iacobo Bongarsio in Tomo secundo gestorum Dei per Francos, hoc est, scriptorum belli sacri Hierosolymitani: quo in libro quoque comparet *Iacobi de Vitriaco* historia Hierosolymitana, cuius liber tertius narrationem de statu terrae sanctae continens cum aliis pluribus terrae sanctae descriptionibus insertus est tomo tertio thesauri noui anecdotorum *Edmundi Martenii:* siue ebraeos denique *Eldad Danaeum*, qui latine exstat ad calcem chronographiae Genebrardi, et Ebraice Oxoniae in Bibliotheca Bodleiana: *Beniaminem Tudelensem* A. C. 1173. defunctum in itinerario, quod post Ariam Montanum latine vertit et illustrauit *Constantinus l'Empereur*,[3] et ineditis adhuc obseruationibus *Matth. Frider. Beckius*, Theologus Augustanus, *ὁ μακαρίτης*: gallice versum exstat in collectione itinerum saeculis 12. 13. 14. 15. in Asiam susceptorum, a Petro Bergeronio edita, et recusa Tomo primo operum Bergeronii, Hagae Comitum 1735. 4. recusorum, deinde accuratius in gallicum sermonem versum notisque instructum, a praecocis ingenii iuuene *Ioanne Philippo Baraterio*, prodiit Amstelod. 1734. 8. R. *Mosen Petachiam*, cuius saeculo XII. clari itinerarium edidit cum versione sua Cl. Wagenseilius in exercitationibus sex varii argumenti, exercitatione quarta; vbi p. 161. sq. alii geographici iudaeorum libri commemorantur, qui pauci admodum apud illos, et fabulis fere conspersi reperiuntur. *Abrahami* denique *Peritsól* itinera mundi, Ferrariae descripta ab auctore, An. 1525. cumque versione et notis edita a *Thoma Hyde*, Oxonii 1691. 4. Hic Abrahamus pag. 29. suam mappam mundi allegat, quae non vidit lucem. R. *Samuelis* filii *Dauidis Iemsél*, Karaitae itinerarium ebraice et latine edidit *Gustauus Peringer*, Vpsaliae, 4. atque inde Celeb. *Wolfius*, T. III. Bibl. ebr. p. 1081. seqq.

V. Inter superioris saeculi scriptores Christianos praeter *Samuelem Bochartum*, in Geographia Sacra, incomparabili opere, et *Iosephum Scaligerum*, quem librum suum de insolubilibus S. Scripturae, et Geographiam Sacram a se compositam paullo ante mortem flammis tradidisse testatur Patinus, T. I. Epist. pag. 607. 608. huic argumento singularem lucem attulerunt *Andreas Masius* et *Iacobus Bonfrerius*[4] ad Iosuam, et *Ioannes Lightfootius* in horis Ebrai-

cis

[3] Plures in *Constantini* versione errores, praecipue in nominibus propriis, notat *Eusebius Renaudotus* pag. 11. seq. Apologiae pro historia Patriarcharum Alexandrinorum gallice editae, Parisiis 1717. 12.

[4] Iacobi Bonfrerii onomasticon vrbium et locorum S. Scripturae recusum est in appendice ad Menochii commentarios totius S. Scripturae, quos accuratiores edidit Ren. Ios. Tourneminus, Paris. 1719. fol.

cis ad Euangeliſtas aliisque ſcriptis: *Waltonus* in apparatu ad Biblia Polyglotta: *Bernardus Lamy* in Concordia Euangelica, paucique quidam alii. Idem conati ſunt in Itinerariis Palaeſtinae *Henricus Buntingius*, cuius Itinerarium S. Scripturae poſt plures editiones recenſitum et notis illuſtratum emendatumque et locupletatum eſt a Ioan Georg. Leuckfeldio, Magd. 1718. fol. Eſt autem *Buntingius Bernardum de Breitenbach* plerumque ſequutus. Nec confundendus eſt Bernardus iſte, cuius itinerarium prodiit Moguntiae 1486. et Spirae 1502. fol. cum Martino Baumgarten in Breitenbach equite Germano, cuius deſcriptio itineris in Aegyptum, Arabiam, Palaeſtinam et Syriam edita eſt. Norimbergae 1594. 4. *Chriſtianus Adrichomius*, a P. Gautio recenſitus, *Chriſtoph. Heidmannus*, *Franc. Quaſremius*, *Olfert Dapper*, *Ionas Korte*, aliique quamplurimi, quos enumerant Acta Eruditorum, An. 1713. pag. 276. vbi de V. C. *Eduardi Wells* Geographia V. et N. T. *Ioan. Clericus* praefat. ad Sanſonii Geographiam Sacram, Ephem. Pariſ. A. 1707. Octobr. pag. 58. Lipenius Bibl. Theol. T. II. pag. 390. 821. ſq. S. V. *Baumgartenius* in praefatione T. IX. interpret. germanicae hiſtoriae vniuerſalis praemiſſa p. 11. ſſ. et *Dan. Hartnaccius* in Bibliothecario p. 168. ſq. qui non modo Germanica lingua Geographiam Biblicam ſingulari nec adeo magno libro complexus eſt, Norimb. 1689. 4. ſed et longe perfectius atque plenius opus huius argumenti, conſultis 200 amplius itinerariis multorum annorum labore collegiſſe ſe, ibidem teſtatur. Sed profecto arduum eſt, inter tot fabuloſa atque incerta, ex recentioribus iſtis Hodoeporicis, ſitum verum locorum terrae ſanctae, in ſacris litteris memoratorum, cognoſcere. Interim licebit, vtut neutiquam immunem a naeuis conſulere Geographiam ſacram *Nicolai Sanſonii* Abbauillaei, cum praefatione Ioannis Clerici recuſam, Amſt. 1704. fol. et a *Blaſ. Vgolino* Tomo V. theſ. antiquitatt. hebraicarum; et *Frider. Spanhemii* Geographiam ſacram, ſeparatim et inter opera eius editam, *Hieronymi* item *Dicelii* Germanice vulgatam, Lipſ. 1704. 8. et *Ioan. Iac. Schmidii* Geographum Biblicum, Germanice itidem editum, Züllichauiae 1740. 8. tum mappas Geographicas Palaeſtinae, a variis viris doctis adornatas, quales v. g. exſtant in Waltoni apparatu, in Lightfooti operibus, atque, vt nouiſſime editas commemorem, in commentario *Ioannis Clerici* ad Pentateuchum; in *Auguſtini Calmet*, Monachi Benedictini Commentar. ad Ioſuam, Pariſ. 1711. 4. in *Franc. Burmanni*, [5] filii, Harmonia Euangeliſtarum, Belgice edita, Amſtelod. 1713. 4. et in *Frider. Spanhemii* T. I. Opp. paullo ante mortem eius A. 1701. Lugd. Batav. in lucem edito, in quo locupletior habetur introdu-

[5] Auctor tabulae Palaeſtinae, ad Harmoniam Burmannianam adiunctae, eſt *Maundrellus*, itineris, quod in Palaeſtinam ſuſcepit, deſcriptione notus.

troductio eius ad Geographiam ſacram, patriarchalem, iſraeliticam et chriſtianam. In primis euoluere iuuabit viri exquiſitae eruditionis *Adriani Relandi* Palaeſtinam ex monumentis veteribus illuſtratam et tabulis accuratis inſtructam, quae lucem vidit, Traiecti Batauorum 1714. 4. et ſupplementis aucta eſt a *Ioanne Chriſtoph. Harenbergio*, inſertis Vol. IV. Miſcellan. Lipſ. nouorum P. III. pag. 465-511. Vol. V. P. II. pag. 248-328. et P. III. p. 408-455. ac Vol. VI. P. II. p. 199-235. P. III. p. 406-466. et P. IV. p. 593-619. Idem vir eruditus mappam geographicam terrae ſanctae delineauit ab haeredibus Homannianis A. 1744. editam, atque peculiari commentatione, relationibus cosmographicis A. 1748. p. 184. inſerta, illuſtratam. Relando emendando ac illuſtrando inſeruiunt quae erudite de geographia terrae ſanctae diſputat V. Cl. *Ioan. Georg. Waltherus* in commentat. de Aulone et de πεδίῳ μεγάλῳ proprie dicto, in primisque Palaeſtinae; quae exſtat in eius animaduerſionibus hiſtoricis et criticis p. 217. ſſ. Relando iungendus eſt *Ioannes Matthias Haſius*, qui Norimb. 1739. fol. edidit Regni Dauidici et Salomonaei deſcriptionem geographicam et hiſtoricam, ſex mappis geographicis inſtructam. De tabula geographica R. *Iacob Zaddik* conf. V. C. *Ioan. Chriſtoph. Wolfium* Bibl. Ebraeae Vol. I. pag. 612. Orbem veterem vt a Noae poſteris primum frequentatum ſupponit, exhibet et explicat *Caſparus Danckwerth* in Chronico Holſatiae lib. 1. c. 6. pag. 28. ſq. Varia geographiam Biblicam, et in primis Aegypti illuſtrantia afferuntur a *Chriſtiano Mullero* in ſatura obſeruationum philologicar. Lugd. Bat. 1752. 8. Hieroſolymae deſcriptionem praeter Lightfootum aliosque iam commemoratos fecit *Ioan. Baptiſta Villalpandus*, in amplis ſuis ad Ezechielem commentariis, Tomo tertio, Romae 1604. fol. ex quo excerpta dedit Waltonus in Apparatu, vt omittam quae e Villalpando exhibuit *Ioannes Blomius* ad calcem diſſertationum de migratione in Ophir et purpura ac cocco. Hamb. 1660. 8. *Ludouici Cappelli* Ichnographia Hieroſolymae, eius Hiſtoriae Apoſtolicae illuſtratae ſubiecta legitur. Exſtat et *Chriſtiani Adrichomi* Deſcriptio Hieroſolymae, Colon. 1588. 8. *Chriſtiani Gerardi Offeraußii* Deſcriptio veteris Hieroſolymae. Dauentriae 1718. 4. Hiſtoriam huius vrbis, quae et Iebus et Salem dicta eſt, eleganter expoſuit *Hermannus Witſius* in Dodecade Diſſertationum, exercitationibus tribus poſtremis, quae recuſae ſunt Tomo II. Miſcellaneorum eius Sacrorum. Aeliam Capitolinam, quam pro Hieroſolyma diruta excitatam ab Imperatore Adriano refert Dio Caſſius, non in eodem loco, vbi antea Hieroſolyma fuerat, exſtructam fuiſſe probat *Guilielmus Beuerigius* in notis ad Synodicum magnum pag. 61. 62. 63. adde *Matthaei Zimmermanni* Analecta p. 372. et *Chriſtiani Erdmanni Deylingii* origines et hiſtoriam Aeliae Capitolinae ex vetuſtis monumentis explicatam.

Lipſ. 1744. 4. De Hieroſolymae nominibus conſule ſis *Thomam Hyde* ad Abraami Peritſol itinera mundi p. 17. ſq.

VI. *Geographiae* quae vulgo vocatur *Nubienſis*, quamque ex arabico latine verſam ediderunt Maronitae, *Gabriel Sionita* et *Ioannes Heſronita*, Pariſiis 1619. 4. auctor ab Abulfeda vocatur *Sherif Elidris*, ſiue nobilis Idriſius, vt notatum Seldeno III. 26. vxoris Ebraeae. Nomen integrum *Mohamed ben Mohamed Sherif al Edriſſi*, teſte Herbeloto Bibl. Oriental. p. 786. Patria videtur fuiſſe Aegyptius: vnde errauit Leo Africanus libro de viris apud Arabes illuſtribus in Hottingeri Bibliothecario quadripartito pag. 268. Siculum Mazaratenſem eundem fuiſſe affirmans. Oblata eſt haec Geographia [6] Anno Hegirae 584. A. C. 1153. Rogerio primo ad explicandum globum, in quo deſpripta fuit terrae figura, quem ſibi ex argento puro conflari curauit Rex pondere 400 librarum (ſeu Rotalorum vt vulgo loquuntur) graecarum, quarum vnaquaeque 112. drachmas continet. Vtrum religione Chriſtianus fuerit auctor huius compendii, vt viris praeclaris qui illud latine verterunt, et Celeb. Baumgartenio viſum eſt, an vero Muhammedanus, vt ſuſpicatur Iſaacus Caſaubonus ad Epiſtolam Gregorii Nyſſeni pag. 66. ſq. non eſt plane exploratum, neque quod W. E. Tentzelio τῷ μακαρίτῃ in dialogis menſtruis vernaculis Anni 1692. pag. 875. in mentem veniſſe video, an concinnator Epitomes, quam ſolam Maronitae latine ediderunt, Chriſti ſacris addictus fuerit, auctor autem ipſe operis, [7] quod longe vberius ex Syria Pocockius, et ex Aegypto Ioannes Grauius ſecum attulit, fuerit Muhammedanus. [8] Opus ipſum, in quo nihil deſiderandum eſſe notarunt Arabes, quam quod longitudines et latitudines locorum non ſunt annotatae, multo plura autem deſiderat Sam. Bochartus in epiſtola Tomo ſecundo miſcell. obſeruat. criticar. nouar. pag. 105-116. inſerta, Arabice cum verſione et notis edere voluit Georgius Hieron. Welſchius, ſed fatis praeuentus hoc vt multa alia egregia omiſit.

Opus ab auctore inſcriptum Nozhak al Moſchtaak (pulchritudo vniuerſi) atque epitomen eius tantum ex Arabico Latine edidiſſe Maronitas, et ſine vlla ratione Geographiam Nubienſem inſcripſiſſe, notat etiam Bartholomaeus Herbelotus in Bibliotheca Orientali p. 667. 786. Arabice Mediceis typis editam refert Voſſius p. 251. de diſciplinis Mathematicis, qui Scriptorem praeclare de

[6] De hac Geographia conferri meretur S. V. *Baumgartenii* praefatio P. III. interp. germ. hiſtor. vniuerſ. praemiſſa pag. 11. et Eiusd. *notitiae* Bibliothecae cuiusd. Halenſ. P. IV. pag. 381. ſſ.

[7] Vide Pocockii ſpecimen hiſtoriae Arabum p. 122. 128. 373.

[8] Hanc ſententiam tuetur Baumgartenius, auctorem operis maioris fuiſſe *Aba Abdallak Muhamed*, per aliquod tempus Calipham Africae, affirmans.

de Orbis deſcriptione, Aſiae praecipue et Africae promeritum vocat, ſubiungens Arabiam in primis ab eo ita deſcribi, vt nihil vsquam accuratius ſit reperire: ex Europaeis autem regionibus diligentiſſime exponi Hiſpaniam, quam ſolam luſtraſſe ſe narret p. 148. edit. latinae. Idem Voſſius pag. 250. mentionem facit *Horti Geographici*, ab Anonymo Arabice ſcripti, et a *Bernardino Baldo* Latine verſi, ſed nondum, quod ſciam, editi: tum operis Geographici inſignis, quod A. H. 721. A.C. 1321. compoſuit *Iſmael Abu'l Feda*, Princeps Hamatenſis in Syria, 28. tabulis, quibus illuſtratio addita eſt, compoſiti, cuius operis tres tantum tabulae typis ſunt excuſae: primam Arabiam ſiſtentem, cum verſione latina Ioannis Grauii inſerendam curauit Tomo tertio geographorum minorum *Ioannes Hudſonus*; tabulam viceſimam quintam et ſextam, Choraſmiae et Mawazalnahrae deſcriptionem complectentem edidit Ioannes Grauius ad calcem epocharum celebriorum Vlugi Beighi, recuſam a *Ioan. Hudſono* volumine itidem tertio geographorum minorum. Ceterum plura eundem Grauium in affectis habuiſſe, in quibus fuerit Abulfeda integer, docent Acta Eruditor. A. 1700. p. 518. ſq. *Moſis Chorenenſis* Epitome Geographiae, Armeniace et Latine, cum notis *Guil.* et *Georgii*, *Guil. Whiſtoni* filior. prodiit, Londini 1736. 4. Bene D. Abraamus Hinkelmannus ὁ μακαρίτης in praefat. ad Alcoranum, k. 2. *Quum vero ad vtramque hiſtoriam* GEOGRAPHIA *ita neceſſaria ſit, vt ſine ea hiſtoricus ne intelligi quidem poſſit; maxima in hoc quoque ſtudio adiumenta et lumen in poſterum Arabiſmo debebimus. Neque in vlla parte eruditionis ex ignorantia vocum et rerum orientalium foedius peccatum vnquam fuit, quam in hac. Hic montem* Gebel, *deſertum* Barka, et his *ſimilia audias, quum voces ipſae arabicae montem et deſertum exprimant. Hic ſumma cum imis confuſa et tranſpoſita animaduertas, quum ad vera climata et gradus omnia reuocauerint Arabes. Nemini ego fidem extorquere annitor: id certe noui, aliam eſſe Aſiae et Africae faciem, quam in omnibus adhuc chartis Geographicis nobis depingitur. Poſſideo* Inſtitutiones Aſtronomicas Abu Iſhak Ibrahim Ibn Iahia, *quibus in fine adiectae ſunt* Tabulae longitudinis et latitudinis Locorum nobilium orientis, *ex quibus errores quam plurimos detegere, cuiuis deſideranti ſine negotio poſſum. Atque vtinam integrum illud Principis Hamae* Abu'l Feda *opus Geographicum aliquando cum Europa communicaretur, cuius praeter pauca a Schickardo et aliis citata, vt et partem exiguam a* Grauio *editam, nihil adhuc vidimus. Forte nihil praeterea deſideraremus. Interim monere nos poſſunt* Geographia Nubienſis, *et quae ad* Alferganum *Golius annotauit, quantum adhuc emendandum nobis reſtet. Quid eſt autem tantas orbis partes ignorare quam in communi patria tanquam in ignota ſylua viuere? Quid eſt humanius, quam librorum ope nobiliſſimas regiones peragrari?*

VII. De antiquis Geographis Graecis non repetam, quae prolixius disputata sunt lib. 4. Bibliothecae Graecae c. 14. tantum nomina et praecipuas editiones verbo perstringam, nonnullaque memorabo ibi omissa. Peruenerunt ad nos

1. *Strabo* Amasenus, Augusto et Tiberio imperante clarus, cuius libri 16. de Geographia cum Xylandri versione et Isaaci Casauboni commentario bene editi sunt a Fed. Morello, Paris. 1620. fol. Meliorem editionem cum Casauboni et aliorum virorum doctorum obseruationibus non ad calcem libri, sed per singulas paginas verbis Strabonis statim substratis nouissime edidit V. C. Theod. Iansonius ab Almeloveen. Amstelod. 1707. fol. Versionem Strabonis Casaubono praeter rem tribuit Harduinus in numis populorum et vrbium illustratis p. 410. De Henrico Scrimgero haec Henricus Stephanus notis ad Maximum Tyrium p. 360. *Apud Strabonem vbi editio Aldina* Αριςέας *habet, annotauit Henricus Scrimgerus Scotus ex iisdem exemplaribus quorum ope hunc scriptorem a multis mendorum millibus purgauit, hanc lectionis varietatem* Αριςεῖος *pro* Αριςέας, *sed ita vt ex septem exemplaribus tantum duo hanc haberent.* Animaduersiones in nouem libros Geographiae Strabonis ex manuscripto codice Mediceo exhibet *Abraamus Gronouius* in variis Geographicis. Lugd. Batav. 1739. 8. editis pag. 149. Obseruationes autem in Strabonem et Dionysium Periegeten exstant in obseruatt. miscellan. in auctores vet. et recent. Vol. II. T. I. p. 1. sqq.

2. *Dionysius* Periegetes Strabonis, vt plerique sibi persuadent, aequalis, vt H. Dodwello persuasum ad Eliogabali aetatem detrudendus, cuius enarrationem habemus versibus hexametris pulchre descriptam et ab *Auieno* et *Prisciano* latina metaphrasi donatam, ab *Eustathio* autem copiosis illustratam commentariis, et ab alio *Anonymo* scholiis breuibus graecis ac paraphrasi expositam. Melior editio Eduardi Twaites, Oxonii 1697. 8. Eduardi Wells, 16 tabulis geographicis instructa, Oxonii 1704. 8. et Ioan. Hudsoni Tomo quarto Geographor. minor. Oxonii 1712. 8. qui Nicephorum Blemmidam siue Gregoram in Dionysium ait se omisisse, quod is tantum ex oratione bona ligata fecit solutam non bonam. Nicephorum presbyterum vocat Cangius in glossario graeco. Commentarium ineditum in Dionysium, qui MS, fuit apud Bochartum, laudat Menagius p. 415. ad Laertium. Exstat etiam Dionysius cum scholiis Graecis in codice bombycino scripto A. C. 1344. Florentiae in bibliotheca S. Mariae Benedictinorum, teste Montfaucono pag. 70. Palaeographiae graecae. A Ludouico Seruino Parisiensis Parlamenti aduocato latine versum Dionysium de situ orbis scribit Franc. Crucemanius in Bibl. Gall. p. 497. sed perperam Dionysio quatuor libros tribuit. Fallitur etiam Berkelius, qui ad Stephanum Byzant. in Ιβηρία notat versum ἀγχοῦ ςηλάων

μηγα-

μηγαθύμων ἔθνος Ιβήρων non esse desumtum ex Dionysii periegesi, est enim vtique versus 282. vt iam notatum V. C. Iacobo Perizonio in inuestigatione Originum Aegyptiarum. pag. 471.

3. *Claudius Ptolemaeus* sub vtroque Antonino imperante clarus, cuius libri octo Geographiae post editionem Graeco-Latinam, Amstelod. 1618. fol. vna cum tabulis Geographicis *Agathodaemonis* vulgatam a Petro Bertio, maiore etiam studio ad codices MSS. recenseri desiderant, et a docto aliquo viro illustrari. Arabiae descriptionem a Ioanne Grauio ex MS. antiquissimo emendatam castigatius vulgauit V. C. Ioan. Hudsonus Tomo tertio Geographor. minor.

4. *Stephanus* Byzantinus Grammaticus post Arcadii et Honorii tempora scripsit Εθνικὰ siue Lexicon Geographicum, in quo nomina patronymica potissimum persequi instituit, sed eadem opera vniuersae Geographiae lucem affert singularem. Opus ipsum excepto fragmento Seguieriano diu est quod intercidit, sed exstat epitome, quam *Hermolaus* Grammaticus Iustiniano imperante clarus concinnauit, nisi quod in litteris κ et λ sunt lacunae. Prodiit cum notis Stephani de Pinedo, Iudaei Lusitani, Amst. 1678. fol. et cum Abr. Berkelii commentario et Iacobi Gronouii obseruationibus, Lugd. Batav. 1688. et 1694. fol. Doctissimae Lucae Holstenii notae posthumae, Lugd. Batav. 1684. fol. vna cum fragmentis Geographi antiqui Scymni Chii separatim editae sunt a Theodoro Ryckio. Eiusdem Holstenii obseruationes antea ineditae ad indicem scriptorum a Stephano Byzantio citatorum comparent in miscellaneis obseruationibus criticis nouis T. 2. p. 117-124.

5. Geographica a *Dauide Hoeschelio* Graece edita Augustae, Vindelicorum 1600. 8. Marciani Heracleotae (siue ex parte Scymni potius) et Scylacis Caryandensis, Artemidori Ephesii, Dicaearchi Mersenii et Isidori Characeni scripta complectuntur.

6. Geographi Graeci minores Graece et Latine vulgati cum notis a *Ioanne Hudsono* V. C. vna cum praemissis veterum testimoniis, et doctissimi Dodwelli dissertationibus de aetate et scriptis singulorum in primo et secundo Tomo Geographorum et Dionysii Periegetae, Oxonii 1698. 1703. 1712. 8. quatuor voluminibus.

Tomo I. Continentur:

Hannonis periplus.
Scylacis periplus.
Agatharchides de mari rubro.
Arriani periplus Ponti Euxini.

Pe-

Periplus maris Erythraei, eidem vulgo adſcriptus.
Nearchi periplus ex Arriani Indicis.
Marciani Heracleotae Periplus cum fragmentis *Menippi* et *Artemidori*.
Anonymi periplus ponti Euxini.

Tomo II.

Dicaearchi ſtatus Graeciae.
Eiusdem deſcriptio Pelii montis.
Iſidori Characeni manſiones Parthicae.
Scymni Chii periegeſis.
Eiusdem fragmenta a Luca Holſtenio collecta.
Libellus de fluuiis *Plutarcho* adſcriptus.
Agathemeri compendiariarum geographiae expoſitionum libri duo.
Strabonis Epitome.

Tomo III.

Excerpta ex *Dionyſii* Byzantii anaplo boſpori Thracici latine ſeruata a Petro Gyllio.

Anonymi deſcriptio Ponti Euxini collecta ex Scymno, Ariano et Marciano.

Excerpta ex *Georgii* Medici *Chryſococcae* Syntaxi Perſarum per Iſmaelem Bulliardum.

Ptolemaei tabula longitudinis et latitudinis vrbium inſignium. Ex MSC. codice Theonis in Bibl. Bodleiana recenſita.

Anonymi vetus orbis deſcriptio pridem vulgata a Iacobo Gothofredo, recuſa latine ex Iac. Gronouii editione.

Variae Lectiones in Anonymum Geographum Rauennatem ex MS. Vrbinate Vaticanae Bibliothecae num. 678.

Ptolemaei deſcriptio Arabiae graece et Latine per Ioannem Grauium innumeris in locis emendata.

Deſcriptio Chorasmiae, Mawaralnahrae, et inedita hactenus Arabiae, maris Perſici et Alkolzum ſiue rubri Arabice et Latine ex Abulfeda per eundem Ioannem Grauium.

Binae tabulae Geographicae, vna *Naſſir Eddini* Perſae et *Vlug Beigi* Tartari arabice cum verſione Ioan. Grauii.

Ptolemaei *ἔκθεσις κανονικὴ τῶν ἀστερισμῶν* Graece e MS. emendata.

Tomo IV.

Henr. Dodwelli diſſertatio de aetate et patria Dionyſii Periegetae. *Dionyſius* Graece et Latine cum commentario Euſtathii per ſingulas paginas verbis

Poetae

Poëtae subiecto. *Rufi Festi Auieni* et *Prisciani* Metaphrases Dionysii. *Auieni* ora maritima. *Anonymi* graeci Paraphrasis in Periegesin integrior. Excerpta e Scholiaste inedito in Dionys. qui exstat Parisiis in Bibl. Regia. Fragmenta de vrbium et regionum nominibus in alia mutatis, ex notis Leonis Allatii ad Georgium Acropolitam p. 244. et ex iis, quae subiiciuntur Codino p. 404. aliaque apospasmatia geographica vel inedita hactenus vel emendatius edita, graece.

7. Geographica a Leone Allatio in *συμμίκτοις* collecta editaque a Bartholdo Nihusio, Amst. 1653. 8. recentiora sunt maximamque partem Palaestinam spectant et iam supra memorata ac Bibl. graecae lib. IV. p. 81. seqq. diligentius recensita, vna cum syntagmate geographico, quod edere voluit *Lucas Holstenius*, teste Lambecio libro 1. de Bibl. Vindobonensi p. 113. seq. Tantum addere liceat *Ioannis Phocae* descriptionem castrorum et vrbium ab Antiochia ad Hierosolymam vsque latine ex Allatii versione praemissam Tomo II. Actor. sanctor. Maii, cui Papebrochius latinum subiunxit Itinerarium Antonini Placentini e MS. Toracensi cum suis animaduersionibus. *Epiphanius* auctor Geographicae narrationis Syriae idem videtur qui de S. Apostolo Andrea et de S. Maria scripsisse memoratur ab Allatio p. 90. et 106. de Simeonum scriptis. *Perdiccas* Protonotarius Ephesinus diuersus fuisse videtur a Theodoro Perdicca magnae Ecclesiae CPol. a supplicationibus, et a Georgio Perdicca sceuophylace Imperatorii cleri, qui ambo interfuere Pseudosynodo CPolitanae Palamitarum A. C. 1343.

8. *Cosmae* Indopleustae Topographia Christiana libris XII. graece et latine edita a Bernardo de Montfaucon, Paris. 1706. fol. de qua abunde dictum est Bibl. graecae Lib. III. C. 25. s. Vol. II. pag. 604-617.

9. Geographica antiqua a *Iacobo Gronouio* edita Lugd. Batav. 1697. 4to complectuntur *Scylacis* Periplum maris mediterranei, Anonymi periplum Maeotidis paludis et Ponti Euxini, Agathemeri Hypotyposin Geographiae, omnia graeco-latina, cum notis Is. Vossii, Iac. Palmerii, Sam. Tennulii, et expositionem totius mundi a Iac. Gothofredo editam, latine, additis quemadmodum ad priora quoque editoris emendationibus. Biennio post idem Gronouius edidit animaduersionem in Oxoniensem Scylacis editionem et dissertationis Dodwellianae de Scylacis aetate examen, subiuncto *Ephori* fragmento ex Cosmae Topographia (lib. 2. p. 148. edit. Montfauconianae) Lugd. Bat. 1699. 4.

10. *Ioannis* Grammatici Gazaei *ἔκφρασις τοῦ κοσμικοῦ πίνακος τοῦ ἐν Γάζῃ ἢ ἐν Ἀντιοχείᾳ*, versibus iambicis DCXXVI. Graece vulgata a Iano Rutgersio Lugd. Bat. 1618. 4. libro 2. variar. lection. pag. 98. cum paucis

 casti-

caſtigationibus. Nonno poſteriorem eiusque imitatorem fuiſſe eruditi obſeruant, vnde verſibus paene Nonniacis deſcriptum illud Geographicum poema tradit Caſp. Barthius p. 747. ad Guilielmum Britonem, licet Nonnus Hexametro carmine vſus ſit, Ioannes Iambico.

VIII. Ex antiquis Geographis latinis ſuperſunt *Pomponius Mela*, cuius libros III. de ſitu Orbis, eruditiſſimo Iſaaci Voſſii commentario et Iacobi atque Abraami Gronouiorum obſeruationibus, nec non obſeruationibus Iacobi Perizonii inſertis miſcell. obſ. criticis a Car. Andr. Dukero editis Vol. 7. tom. 3. p. 417-460. Vol. 8. tom. 1. p. 97-140. et tom. 2. p. 201-238. item Petri Ioan. Nunneſii annotatis in prooemium et duo priora capita libri 1. Melae, quae exſtant in iisdem obſeruat. vol. 7. tomo 2. p. 157-180. illuſtratos habemus; *Plinius Secundus*, qui Hiſtoriae ſuae naturalis libris tertio, quarto, quinto Geographiam pertractat, vt epitomatorem eius *Solinum*, et quae de ſitu locorum diſſerit libro primo *Oroſius*, omittam. Itinerarium quod fertur ſub *Antonini* nomine, aliaque huius generis et Cosmographia quae ſub *Aethici* et *Iulii Honorii* ambulat nomine, e quibus Antoninum et Aethicum Petrus Weſſelingius recudi curauit Amſtelod. 1735. 4. et *Auieni* ora maritima, tum *Vibius Sequeſter* de fluminibus, fontibus, lacubus, nemoribus, paludibus, montibus, gentibus, a Nobiliſſimo Viro Franc. Heſſelio illuſtratus, ac *Geographus Rauennas* a Porcherono et Iacobo Gronouio vulgatus, de quibus ſingulis dictum eſt in Bibliotheca Latina Vol. 1. L. 2. C. 8. p. 348. ſeq. et Vol. 3. p. 916.

IX. Tabulas geographicas [9] primum inter Graecos adornaſſe fertur *Anaximander* Mileſius Thaletis diſcipulus teſte Strabone, Laertio 11. 2. Agathemere aliisque. Inter Aegyptios *Seſoſtris*, vt auctor eſt Euſtathius ad Dionyſium Periegetem, qui addit, Hecataeum, Democritum et Eudoxum vetuſtiſſimos Graecorum philoſophos ſimiliter breuibus in tabellis *pictas ediſcere mundos* docuiſſe, vt Propertii [10] verbis ad ſententiam Graeci ſcriptoris efferendam vtar. Meminit etiam tabulae geographicae aereae ab Ariſtagora Mileti tyranno Cleoni Lacedaemonio regi allatae Herodotus L. 5. Hiſtor. c. 49. Nec defuere, qui Ioſuae XVIII. 8. ſſ. tabularum geographicarum veſtigium ſibi viſi ſint reperire. Conf. Sam. Reyheri matheſin moſaicam c. 32. Ioan.

[9] In Iudaeorum libris, vt Abrahami Peritſol. itineribus mundi מפא מונרי *mappa mundi*. Idem Peritſol. p. 76. memorat קלף המלכים *chartas nautarum*, vid. et p. 101. 108.

[10] *Propertius* IV. 3. 35.

Ioan. Bernh. Wideburgii mathesin biblicam, spec. 3. qu. 6. p. 16. et Ioan. Iac. Scheuchzeri phys. sacram, tab. CCCLXXII. Ex graecorum porro latinorumque scriptorum monumentis quam plurima de tabulis geographicis testimonia collegere *Marsilius Cagnatus* Medicus Lib. 4. variar. lection. c. 5. *Nicol. Bergierius* de publicis et militaribus Romani imperii viis lib. 3. c. 7. *Gerard. Ioan. Vossius* lib. de philologia p. 61. seq. *Matth. Berneggerus* Qu. 1. in Tacitum. *Aegid. Menagius* ad Laertii Theophrastum Lib. 5. de vitis philosophorum, sect. 51. vbi in testamento Theophrasti mentio πίνακος in porticu templi Musarum suspendendi, in quo τῆς γῆς περίοδοι. *Franc. Bianchinus* in historia vniuersali ex monumentis antiquis probata, et italico idiomate edita c. 30. p. 413. 477. ss. *Iac. Perizonius* ad Aeliani L. 3. variar. histor. c. 28. *Cangius* in glossario voce *mappa mundi*. *Ioan. Christo. Wagenseilius* in pera libror. iuuenilium T. 2. p. 27. seq. *Ioan. Dan. Maior* in scrutinio medico Cosmodixeos satanicae. Kilon. 1686. capite secundo. *Leuinus Ioannes Schlicht* in diatriba de tabulis geographicis antiquioribus, de qua Ephemerides litterariae, quibus titulus: Neuer Büchersaal, XXXIII. p. 639. ss. et qui longe accuratius diligentiusque in hoc argumento est versatus, Vir S. R. *Eberh. Dav. Hauber* in tentamine plenioris historiae tabularum geographicarum, germanice edito Vlmae 1724. 8. De tabula similiter etiam geographica accipiendum, quod de Agrippa Plinius H. N. L. 3. C. 2. *Agrippam quidem in tanta viri diligentia, praeterque in hoc opere cura, orbem quum terrarum orbi spectandum propositurus esset, errasse quis credat, et cum eo D. Augustum?* Apud Stephanum vero Byzantinum in Ἄινος et Ἄβδηρα per πίνακας et πινακογράφους Xylander et Maussacus putant respici tabulas geographicas; sed Holstenius et Abr. Berkelius in notis ad illa loca rectius obseruant, notari tabulas, siue, indices doctorum virorum, quales a Callimacho compositos olim esse constat, et cuius generis est ex recentioribus Iani Nicii Erythraei Pinacotheca. Io. Xiphilinus p. 1111. edit Reimarianae ex Dione refert, Metium Pompusianum interfectum a Domitiano, quod pictum orbem terrarum in conclaui suo habens, imperium affectare videretur. Quod vero diabolus Matthaei 4. quum Christo Seruatori regna mundi de monte Libano ostendit, hoc fecerit demonstrata mappa geographica, vt viris doctissimis placet, mihi parum videtur esse verisimile, quum nemini altus mons ascendendus sit, vt tabulam Geographicam vel inspiciat ipse, vel alteri inspiciendam ostendat. Adeoque in montem adducto, ex eodem potius prospiciendas oculis partim, caetera mente simul cogitandas terras earumque delicias obtulit satanas, perinde vt de Seuero Xiphilinus p. 1243. ed. citatae. καὶ ἄλλοτε ἀνήχθη ἐς περιωπὴν ὑπό τινος, καὶ καθορῶν ἀπ'

αὐτῆς πᾶσαν μὲν τὴν γῆν, πᾶσαν δὲ τὴν θάλασσαν, quae non male Matthaei loco conveniunt, niſi quod per ſomnium hoc Seuero accidiſſe narratur. Quales porro fuerint veterum *πίνακες*, rudiores praeſertim illi, ad itinerum tantum directionem comparati, nullo clariore teſtimonio conſtat, quam reliquiis *Tabulae Peutingerianae*, a *Marco Velſero* editae et illuſtratae, de qua dictum eſt in indice ad Bibliothecam latinam voce *Tabula*: quibus nunc addo easdem ſubiectas orbi antiquo Georgii Hornii et Ptolemaei Geographiae editionis Graeco-Latinae Bertianae. Tabulam Theodoſianam vocat Bertius, quia illam aetatem refert, a Beato Rhenano lib. I. rerum Germanicarum p. 35. vocatur tabula prouincialis. Noua illa, quam cum Commentariis illuſtris et doctiſſimi viri *Menſonis Altingii*, Conſulis Groningenſis, exſpectare olim iuſſi ſumus tabulae huius editio, in lucem non prodiit. Sed hanc iacturam ſarciuit Vir generoſiſſimus *Franc. Chriſto. de Scheyb*, qui hanc tabulam, ſecundum exemplar, quod in Auguſta bibliotheca Vindobonenſi aſſeruatur, commentario doctiſſimo illuſtratam, accurate recudendam curauit Vindobonae 1753. fol. mai. Hanc tabulam, licet a nonnullis tempori Theodoſii Iunior. addicatur, rectius tamen Proto aut Diocletiano adſcribi, Illuſtris *de Iordan* contendit in opere de originibus Slauicis pag. 30. vbi is ſimul varia circa hanc tabulam notatu digniora adſpergit. Alia veterum tabularum Geographicarum ſpecimina praebent antiqui Codices Geographiae Ptolemaei, cuiusmodi vnam alteramque in membrana, coloribus etiam variegatam, poſſidet Vir Celeberrimus, Hermannus Samuel Reimarus. Atque *Agathodaemonis* quidem, Alexandrini Mechanici, qui ſaeculo 5. poſt Chriſtum natum floruit, et cum Iſidoro Peluſiota commercium exercuit litterarium tabulae Geographicae ex Ptolemaei deſcriptione orbem delineantis, Ptolemaeo adiunctae ſunt ab eodem Bertio aliisque editoribus. Vide Voſſium de Philologia c. XI. § 23. et Chriſtoph. Hendreichii Pandectas Brandenburg. p. 59. ſed qui perperam tradit, Agathodaemonis tabulas editas Latine. Baſil. 1552. et 1584. per Marc. Velſerum cum eiusdem notis. Dicere enim voluit, exſtare in Latinis Ptolemaei editionibus annorum illorum, ſed in quibus nullae fuere partes Velſeri, qui tabulam Peutingerianam edidit Venetiis 1591. 4. recuſam inter eius opera Norimb. 1682. fol. De diaphragmatis, ſiue, itinerum lineis, quibus maria traiicienda vel regiones peragrandae eſſent, confer Dodwellum in diſſ. de Scylacis peripli aetate, § 16. De menſuris veterum, quibus in metiendis locorum diſtantiis vſi ſunt, videre operae pretium eſt, quae obſeruat *Inſulanus*, (Mr. Deliſle) in memoriis academiae ſcientiarum A. 1714. p. 227. ſſ. Tabulam veterem orbis terrarum et terrae ſanctae ex veteri codice Marini Sanuto, dicti Torſelli,

edidit

edidit Bongarſius Tom. 2. operis, cui titulus, geſta Dei per Francos, poſt pag. 288. Prodiit apud Wechelos Francof. 1611. fol. Πορτολάνος dicitur apud Graecos recentes liber, nautis portus et interualla locorum monſtrans, de quo vide Cangii Gloſſarium mediae et infimae Graecitatis. Ex porticu illa Auguſtodunenſi, in qua omnium cum nominibus locorum ſitus, ſpatia, interualla deſcripta fuiſſe teſtatur Eumenius capite 20. Panegyrici pro reſtaurandis ſcholis, reliquiae quaedam hoc ſaeculo repertae ſunt, de quo pulcherrimo antiquitatis monumento vide ſis Memorias litterarias Dombenſes, ſiue, Treuoltinas. A. 1706. p. 2097. ſeq. In Theodulfi Aurelianenſis libro 4. carmen tertium eſt in picturam, qua erat imago terrae in modum vrbis comprehenſa. In Palatio Barberinorum Palaeſtrinenſi cernitur opere antiquo Muſiuo, ſiue Moſaico deſcriptio geographica curſus Nili; vide ephemerides litterarias Pariſinas. A. 1719. Octobr. p. 467.

X. Compendium veteris geographiae tradidit Hiſpanice *Gonſalus de Salas*, Melae inſiſtens. Latine *Phil. Cluuerius* frequenter recuſus, et nouiſſime quidem cum notis et obſeruationibus *Ioan. Bunonis*, *Ioan. Frider. Heckelii*, *Ioan. Reiskii, et Guilielmi Readingii*, Londini 1711. 4. atque cura *Auguſtini Bruzenii Lamartinierii* (la Matiniere) Amſtelod. 1729. 4. In primis quoque laudem meretur compendium antiquae Geographiae in tironum vſum concinnatum a doctiſſimo viro Chriſtophoro Cellario, quod *Sam. Patricio* curante variis locis auctum et tabulis inſtructum Geographicis iam ſextum prodiit. Londini 1731. 8. Idem Cellarius nouam itidem Geographiam ſimili breuiario illuſtrauit. Gallica lingua geographiam veterem, poſt *Philippum Labbeum* illuſtrarunt *Robbius*, ſ. *de la Robbe*, *A. D. Fer*, *D. F. de Merveilleux* aliique. Germanica cum ſumma laude memoratus iam *Ioannes Hubnerus*, Scholae Hamburgenſis olim magna gloria, cuius quaeſtiones geographicae et in Belgicum Gallicumque ac Moſcorum translatae idioma, et Germanice inde ab Anno 1693. vsque ad annum 1753. quadragies ad minimum recuſae omnium manibus teruntur. Neque contemnenda eſt *Andrae Goetzii* introductio in Geographiam veterem, mappis illuſtrata, Germanice. 1729. 8. Ex iis, qui latine hanc compendii operam iuuenum ſtudiis nauarunt non praetereunda *Georgii Fournier*, S. I. geographica orbis notitia per littora maris et ripas fluuiorum. Francof. 1668. 12.

XI. Notitiam pleniorem geographiae antiquae vniuerſae ſumma diligentia et accuratione elaboratam debemus eidem, quem modo laudaui, *Chriſtophoro Cellario*, Academiae Hallenſis et Germaniae totius olim ornamento

ſingulari. Huius notitia orbis antiqui, ſiue geographia plenior ab ortu rerum publicarum ad Conſtantinorum tempora orbis terrarum faciem declarans, et nouis tabulis geographicis, accuratioribusque et plenioribus, quam Ortelius, Cluuerius et Brietius poſt Agathodaemonem Alexandrinum dederant, illuſtrata, lucem vidit, primo volumine vulgata, Lipſiae 1701. 4. mox Cantabrigiae recuſa eſt ſ. potius Amſtelodami A. 1703. in quo Europa vetus deſcribitur. Alterum volumen Aſiam et Africam complectens prodiit A. 1706. 4. recuſum eodem anno Amſtelodami. Vtrumque volumen iterum recuſum eſt Lipſiae 1731. et 32. cum notis *Ioan. Conr. Schwarzii.* Animaduerſionibus Caput primum libri tertii illuſtrauit V. C. *Ioan. Georg. Waltherus* inſertis animaduerſionibus hiſtoricis et criticis p. 144-212. et Vol. I. Nouor. miſcellan. Lipſienſium p. 268-291. Geographiam Cellarii antiquam excipere debebat Geographia plenior media, orbis terrarum faciem per decem circiter annorum centurias poſt Conſtantinorum aetatem illuſtrans ac perſequens, ſed labori huic A. 1707. immortuus vir praeclarus, pauca eius argumenti in ſchedis affecta reliquit, perficere atque in lucem edere opus deſideratiſſimum haud potuit.

XII. Parallela veteris et nouae Geographiae edidit *Philippus Brietius*, Pariſiis 1648. et 49. 4. tribus voluminibus, Europam duntaxat perſequutus. Similem parallelismum paſſim notant Ptolemaei illuſtratores Bertius et alii, tum plerique e ſcriptoribus recentioribus, quos iam nominaui, et deinceps recenſiturus ſum. Quam in rem commemoranda hoc loco etiam *Ioan. Baptiſtae Audiffreti* Geographia vetus, noua et hiſtorica, vulgata gallice, Pariſiis 1689. 1691. 1694. tribus voluminibus in forma quadripartita. Sed nec illa Europam egreditur. Neque minus *Ioannis Luyts* introductio ad Geographiam nouam et veterem. Vltraiecti 1692. 4. et *Nobloti* geographia vniuerſalis, hiſtorica et chronologica, vetus et noua, quae gallice excuſa eſt Pariſiis 1725. voluminibus ſex in forma octopartita minore.

XIII. Lexica ad veterem Geographiam intelligendam praeter veteres *Euſebium* et *Stephanum Byzantinum* iam ſupra memoratos adornauerunt *Abr. Ortelius*, et qui recenti quoque Geographiae ſimul lucem affundunt ſingularem, *Philippus Ferrarius*, in Ticinenſi Academia Mathematices Profeſſor: Ferrariique locupletator *Michael Antonius Baudrandus*, Pariſinus, qui Ferrarii Lexicon emendatum, illuſtratum et auctum edidit Pariſiis 1670. recuſum deinde Venetiis 1677. et Iſenaci 1677. Deinceps autem illud ipſum opus, dimidia fere parte auctum, ſuppreſſo Ferrarii, praefixoque ſuo nomine

mine hoc indice: geographia ordine alphabetico diſpoſita, ornatum, Pariſiis 1682. fol. duobus voluminibus denuo euulgauit. Stricturas diſquiſitionum nomine inſignitas, in Baudrandi Geographiam antiquam edidit *Guil. Sanſonus*, Pariſiis 1683. 12. *Baudrandi* geographia gallice, ſed minus accurate verſa, poſt eius obitum ſub indice: Dictionaire geographique et hiſtorique de Mr. l'Abbé Baudrand, Amſtelod. 1705. 4 recuſa eſt. Nouiſſima editio eſt, quae prodiit Venetiis 1738. fol. Neque praetereundus Ortelii theſaurus, ſ. lexicon geographicum, quod prima vice prodiit Antwerpiae 1678. 4. ſub indice *Synonymorum geographicorum*, deinde eodem anno, mutato titulo, recuſus eſt, tertiaque vice 1596. fol. Poſt auctoris autem obitum denuo recuſus 1598. 1611 et 1624. 4. Hoc in libro praeclaro prorſus inſtituto, quod continuari doctorum virorum induſtria atque accurate tradi in primis e re litteraria eſſet, populorum, regionum, ſiluarum, pontium, marium, ſinuum, lacuum, paludum, fluuiorum, fontium, rel. variae pro auctorum traditionibus, ſaeculorum interuallis, gentiumque idiomatis et migrationibus appellationes ac nomina ordine litterarum exponuntur. *Lucae Holſtenii* animaduerſiones poſtumae ad Ortelii theſaurum Romae editae ſunt. 1666. 8. In Lexico hiſtorico *Caroli Stephani*, quod auxit *Nicol. Lloydius*, tum in lexicis vniuerſalibus *Ludov. Moreri*, quod ex Gallico anglice a *Ieremia Collierio*, et germanice multis accerſionibus locupletatum prodiit, et *Ioan. Iac. Hofmanni* ſimiliter quoque Geographiae veteris pariter ac recentis ratio habetur. Hofmanniano certe totus fere Baudrandus eſt inſertus, adeo vt auctor etiam de recuſo libro ſuo conqueſtus fuerit. Germanice lexica quidem geographica prodierunt duo, ſed noſtrae aetati potiſſimum accommodata; vnum paucis plura docens, quod inſcribitur, Reales Staats- und Zeitungs-Lexicon cum praefatione Ioannis Hübneri, nouiſſime recuſum Lipſiae 1753. 8. mai. Alterum quod *Erdmanno Vhſenio* debetur, qui laudato Hübnero in rectura Gymnaſii martisburgenſis ſucceſſit, et cum praefatione *Chriſtophori Cellarii* excuſum primum eſt forma octaua, deinde longe locupletius in fol. Lipſ. 1710. Geographiſches Hiſtoriſches Lexicon. Recentiora itidem potiſſimum tempora reſpicit, nec immune eſt a naeuis Dictionarium magnum hiſtorico-geographicum *Francisci Thomae Cornelii*, quod gallice lucem vidit Pariſiis 1708 tribus in folio voluminibus. Quod *Aug. Bruzenius Martinierius* compoſuit Dictionarium magnum geographico criticum, IX. in folio voluminibus gallice prodiit Amſtelod. 1726. ſſ. germanice verſum XIII. tomis Lipſiae 1743. ſſ. Quam multa in aliis etiam melioribus mappis librisque geographicis ſuperſint digna emendatione docet auctor Anglus ſcripti, cuius index, *Eſſay ſur l'etat preſent de la Geographie*, Amſtelod. 1721. 8. Nulli

dubi-

dubitamus, quin haec, quae adhuc emendanda in ſtudio geographico fuerint, feliciter corrigantur, quum ſocietas coſmographica, quae Norimbergae floret, omne ſtudium omnemque operam in iis, quae in ſtudio geographico deſiderata adhuc ſint, ſupplendis ponat. Cuius quidem laboris ſpecimen praeſtantiſſimum dedit V. Cl. *Anton. Frieder. Büſching* laudatae ſocietatis membrum digniſſimum, noua, quam quatuor in forma octopartita voluminibus edere parat, geographia: cuius duo priora excuſa ſunt Hamb. 1754.

XIV. Hiſpaniam veterem deſcripſit *Ludov. Nonius*, Medicus Antwerpienſis, ſingulari libro Antwerp. 1607. 8. et in *Andr. Schotti* Hiſpania illuſtrata, in qua nonnulla loca orae maritimae ab Auieno decantatae illuſtrantur. Geographia vetus illorum tractuum lucem etiam accipit e *Luc. Andr. Reſendii* antiquitatibus Luſitaniae, e *Ioan. Vaſaei* annalibus rerum hiſpanic. memorabilium, et ex *Ioan. Marianae* rerum hiſpanicarum hiſtoria, *Arnaldi Oihenarti* notitia vtriusque Vaſconiae, Pariſ. 1638. ac *Marca hiſpanica*, ſ. *Petri de Marca*, Archiepiſcopi Pariſienſis geographica et hiſtorica deſcriptione Cataloniae, Ruſcinonis et circumiacentium populorum. Pariſ. 1688. fol. De Carteia, Hiſpaniae oppido, cuius meminit Liuius lib. 28. cap. 30. diſſerit *Ioannes Conduitt* in commentatione peculiari inſerta Philoſophicis Transactionibus Vol. 30. p. 903-922. in qua *Carteiam* eſſe hodie *Rocadillo*, locum 4. milliaribus a Gibraltaria remotum, probare contendit. Portugalliae deſcriptionem luſitana lingua dedit *Antonius Carvalho da Coſta* ſub hoc indice: Corografia Portugueza e deſcripçam Topografica. Vlysſippone 1706. Tomis tribus in folio.

Italiam antiquam magno ſtudio a *Phil. Cluuero* declaratam habemus, quae poſt mortem eius a *Dan. Heinſio* Lugd. Batav. 1624. fol. duob. voll. edita eſt. Siciliam, Sardiniam, Corſicam antiquam ab eodem auctore illuſtratam habemus et editam Lugdun. Batav. 1619. fol. adiectam deinde Italiae antiquae. Epitomen eius operis concinnauit *Ioannes Buno*, Guelpherb. 1659. 4. Animaduerſiones quasdam et caſtigationes marginibus libri ſui adſcripſerat *Lucas Holſtenius*, quae poſt mortem eius editae ſunt Romae 1666. 8. Fuerat vero Holſtenius Cluuero Italiam luſtranti itineris ſocius, qui poſt eius fata viduae quoque et filiabus eius conſilio et ope adfuit, quum minime lauta re familiari illas Cluuerus reliquiſſet. Compoſuit quoque *Athanaſius Kircherus* Latium, i. e. nouam et parallelam Latii tum veteris tum noui deſcriptionem. Romae 1669. et Amſtelod. 1671. fol. in quod exſtant emendationes *Raphaelis Fabretti*, italice, inſertae T. 3. diſſertationum in Academia Cortonenſi recenſitarum p. 221. ſeqq. Veteris Latii profani deſcriptionem dare coepit *Petrus Marcellinus Corradinus*, duobus

duobus tomis, Romae 1704. et 1705. fol. min. abſoluit poſt Corradini obitum *Ioſephus Roccus Volpius*, ſex adiectis tomis, Pataui, in forma quadripartita maiore A. 1726. ſſ. euulgatis, vt adeo integrum opus decem abſoluatur tomis. Idem *Volpius* vetus Latium ſacrum, duobus tomis, manuſcriptum reliquit. Concinnauit quoque commentationem de via Tiburtina, quae legitur T. II. tentaminum Academiae Etruſcae. Exſtat etiam Ichnographia viae Tiburtinae Adriani Caeſaris, olim a *Pyrrho Ligorio* delineata, poſtea a *Franciſco Continio* recognita et publici iuris facta. Romae 1751. fol. Veteris Latii antiqua veſtigia, vrbis moenia, pontes, templa, piſcinae, balnea, villae, aliaque rudera, praecipue Tiburtina, Tuſculana et Setina, aeneis tabulis (58) eleganter inciſa, atque in lucem edita ſunt, Romae 1754. fol. Illuſtrandae Italiae antiquae quam maxime inſeruiunt *Ludov. Antonii Muratorii* antiquitates Italiae medii aeui, Mediolani 1739. ſſ. tomis IV. fol. editae. De praeclaris Mediolani aedificiis, quae Aenobarbi cladem anteceſſerunt, librum edidit *Petrus Gratiolius*, Mediolani 1736. fol. Antiquitates Volſcorum expoſuit *Antonius Riccius* ſingulari libro Italice, Neapoli 1713. 4. excuſo. Idem in recenſendis Antii antiquitatibus praeſtitit *Philippus de la Torre* in monumentis veteris Antii. Romae 1700. 4. De antiquitatibus Hortae Coloniae Etruſcorum libris duobus commentatus eſt *Iuſtus Fontanini*. Romae 1708. 4. Volſiniorum hiſtoriam Italice compoſuit *Andreas Adami*. Romae 1739. 4. Viam Appiam, illud excellentiſſimum artis Romanae ſpecimen, peculiari libro, italico ſermone compoſito, deſcripſit *Franc. Maria Pratillus*. Neapoli 1745. fol. cui adde *Chr. Gottl. Schwarzii* Diſſ. de foro Appii et tribus tabernis. Alt. 1746. 4. In Originem Marſorum inquiſiuit *Petrus Antonius Corſignanus* in memoriis topographico-hiſtoricis variarum coloniarum et vrbium regionis Marſorum, quar. Tomus primus italice prodiit Neapoli 1740. 4. De antiquo Tuſculo, quod hodie Fraſcati dicitur, memorias hiſtoricas Italice edidit *Dominicus Barnabas Matthaeus*. Rom. 1712. 4. Hiſtoriam ciuitatis Viterbienſis Italice dedit *Felicianus Buſſi*. Romae 1744. fol. De antiqua vrbe Cortona eiusque incolis egit *Dominicus Tartaglinus* in deſcriptione ciuitatis Cortonenſis, Italice 1700. et *Ridulphus Venutus* T. IV tentaminum Academiae Etruſcae, pag. 1. ſſ. Praeneſten antiquam deſcripſit *Ioſephus Maria Suarezius*, Romae 1655. 4. *Thomae Demſteri*, de Etruria regali libri 7, opus poſthumum, a *Thoma Cooke*, magnae Britanniae armigero, Florentiis 1726. duob. tomis in folio editi, libro 4. ſiue T. II. p. 1. ſſ. accuratam Etruriae deſcriptionem ſiſtunt. De via Caſſia *Laurentii Guazzeſii* Diſſertatio inſerta eſt volumini ſecundo memoriarum ſocietatis Columbariae Florentinae. De origine Tyrenorum agunt peculiari diſſertatione,

 ita-

italice conſcripta, quae prodiit Romae 1742. 4. *Alexius Symmachus Mazocchius*; *Anton. Franc. Gorius* diſſ. praefixa T. II. Muſei Etruſci: et *Laurentius Caietanus Tabbri*, in libello: della Origine di Fiorenzi. Luccae 1753. 4. Veronam illuſtratam edidit *Scipio Maffeius*. Veronae 1732. fol. et 8. Tom. IV. *Bonauenturae Caſtilionaei* [11] Mediolanenſis, Gallorum Inſubrum antiquae ſedes, ſ. Mediolanenſis ditionis deſcriptio habetur tomo II. Miſcellaneorum collectorum a *Gaudentio Roberto*. Puteolani tractus ſitum expoſuit *Iulius Caeſar Capaccius* in libro edito Italice Romae 1652. 8. *La vera antichita di Pozzuolo.* Exſtat quoque *Benedicti de Falco* deſcriptio locorum veterum diſtrictus Neapolitani, Etruſco idiomate vulgata Neapoli 1580. 12. Antiquitates Beneuentanas expoſuit *Ioannes de Vita* in theſauro antiquitatum Beneuentanarum. Romae 1754. fol. De Stabiis exſtat Commentatio *Piothomae Milantae*. Neapoli 1750. 4. Siciliae antiquitates Italice expoſuit *Ioſephus Maria Pancrazius*, Tomis duobus in folio. Neapoli 1751. et 52. Syracuſarum antiquitates illuſtrauit *Iacobus Bonani* in Anticha Syracuſa, qui liber primum prodiit Meſſanae. 1624. deinde latine verſus *Burmanni* theſauro antiquitatt. et hiſtor. Sicil. eſt inſertus. Aleſae, Siciliae ciuitatis, antiquitates perſequitur *Selinuntes Drogoteus*, ſiue *Torremuzza* Princeps in hiſtoria Aleſae, Italice. Panormi 1753. 4. Corſicae antiquitates illuſtrauit *Ioan. Guil. Bergerus* in Eclogario Corſico. Witteb. 1743. 4.

Galliae veteris faciem dare conatus eſt *Ioſephus Scaliger* in notis ad Iulium Caeſarem, vt obſeruata eius in lectionibus Auſonianis omittam: ſed praecipua in hoc argumento laus eſt *Adriani Valeſii*, cuius notitia Galliarum, ordine litterarum digeſta, medii praecipue aeui ſcriptoribus illuſtrandis egregie inſeruit. Pariſ. 1675. fol. Neque minus ii huc referendi ſunt, qui Celtarum atque Gallorum Antiquitatibus illuſtrandis operam dedere: *Paulus Pezron* in antiquitatibus nationis et linguae Celtarum, alias Gallorum. *Simon Pelloutierius* in hiſtoria Celtarum et inprimis Gallorum atque Germanorum Gallice conſcripta et edita T. I. Hagae Comitum 1740. 12. ib. 1751. 4. *Ioan. Dan. Schoepflinus* in Vindiciis Celticis. Argent. 1754. 4. *Giberti* memoriae hiſtoriae Gallorum et Franciae inſeruientes. Pariſ. 1744. 12. *Martini*, Benedictini e congregat. S. Mauri, obſeruationes hiſtoricae de origine Celtarum et Gallorum; Eclairciſſemens hiſtoriques ſur les origines Celtiques et Gauloiſes avec les quatre premieres Siecles des Annales des Gaules. Pariſ. 1745. 12. *Scipio Maffeius* in antiquitatibus quibusdam Galliae ſelectis. Pariſiis 1733. 4. recuſis Veronae 1734. 4. *Philibertus Monetus* in Geographia Gal-

[11] Caſtilionaei liber legitur etiam in Tomo I. theſauri antiquitatum Italiae Graeviani, vbi et *Iacobi Bracellii* orae liguſticae deſcriptio.

Galliae veteris et recentis; auctor Differtationum hiftoricarum et geographicarum de ftatu veteris Galliae Auenione 1712. 12. et *Gottl. Wernsdorfius* lib. fing. de republica Galatarum. Norimb. 1744. 4. Quibus adde: Antiquitez de la Ville d'Amiens par *Moliere*. Parif. 1627. 4. Recherche des Antiquitez et Curiofitez de la Ville de Lyon par *Spon*. Lugd. 1675. 8. Dominici de Colonia antiquitates vrbis Lugdunenfis, hiftoriae litterariae Lugdunenfi gallice, A. 1729. in 4. Lugd. editae, praemiffas: et deinde ib. 1739. feorfim in 12. recufas, et *Antonii Sambuci* librum italico fermone compofitum: Memorie Iftorico-Critiche intorno all'antico Stato de Cenomani e dal loro confini. Brixiae 1750. fol.

Germaniam antiquam idem *Philippus Cluuerus* dedit, et fingulatim praeterea defcripfit Vindeliciam et Noricum, Lugd. Bat. 1630. 1631. fol. Germaniae Cluuerianae epitomen fimiliter elaborauit *Io. Buno;* et in hoc quoque Cluuerii opus Holftenianae animaduerfiones leguntur. *Iac. Car. Speneri* notitia Germaniae antiquae cum confpectu Germaniae mediae prodiit Halae 1717. 4. Compendium geographiae veteris Germaniae nuper patrio fermone edidit Vir Clar. *Ioan. Heinr. Steffens* in hiftoria veterum Germaniae incolarum fecundum claffes fuas in compendio expofita. Cellis 1752. 8. Multi partes fingulares Germaniae funt perfequuti, vt Pruffiam *Chriftophorus Hartknochius*, Silefiam *Nicol. Henelius*, Holfatiam *Cafparus Danckwerth*, Carniolam *Ioan. Weikart Valuaffor*, Rhetiam *Aegidius Tfchudus* de prifca et vera Alpina Rhetia; *Ioannes Bafilius Heroldus* tractatu de Germaniae veteris verae, quam primam vocant, locis antiquiffimis, et in libello de Romanorum in Rhetia littorali ftationibus, fed quem multis nominibus ineptiffimum effe fentit *Marcus Velferus* pag. 407. Opp. Vterque Heroldi liber exftat T. I. fcriptorum Germanicor. *Simonis Schardii*. *Menfo Altingius*, qui, mediae praefertim aetatis fcriptoribus confultis, fumma induftria concinnatam exhibuit defcriptionem agri Bataui et Frifii, fiue notitiam Germaniae inferioris cis et vltra Rhenum, ordine alphabetico concinnatam, et illuftratam tabulis geographicis, cuius pars prior lucem afpexit Amftelod. 1697. altera 1701. fol. Sed omnes et fingulos, qui partes Germaniae fingulares perfequuti funt, percenfere nimis fortaffe longum foret ac taedii plenum. Geographiam Germaniae medii aeui poft fpecimina in hoc genere fparfim edita ab illuftriffimo *Furftenbergio* in monumentis Paderbornenfibus, tertium nitide recufis curante V. C. *Euchario Gottlieb Rinck* Norimb. 1713. 4. *Hermanno Conringio*, *Henrico Meibomio*, *Cafpare Sagittario et Chriftiano Francifco Paullino*, ac poft *Ioan. Nicol. Hertium* in notitia veteris

Germaniae populorum et *Wilh. Turckium* in diff. de Geographia Germaniae medii aeui, Paulli Hachembergii libro de Germaniae mediae rebus et moribus praemiſſa, inſigniter illuſtrauit atque ad facilius perficiendam aliis praeiuit *Chriſtianus Iunkerus* in introductione ad Geographiam medii aeui, Germanice edita Ienae 1712. 4. Adde *Io. Petrum Ludewig* in prolegomenis ad ſcriptores germanice vulgatos de rebus epiſcopatus Wirceburgenſis. Francof. 1713. fol. Vorbereitung zu der Oſtfränckiſchen Specialhiſtorie, ſo in einer genauen Unterſuchung der alten deutſchen Geographie zu Erkänntniß der öfters wiederholten Züge der deutſchen Völker beruhet. *Chriſtianum Schoettgenium* in der Geographie der Sorben nnd Wenden, P. 3tia der diplomatiſchen Nachleſe der Hiſtorie von Oberſachſen. Dresdae 1731. 8. *I. B. Lauenſtein* in ſpecimine geographiae medii aeui diplomaticae, h. e. deſcriptione dioeceſeos Hildesheimienſis per antiquos ſuos pagos, cum mappa Geographica. Bennepoli 1745. 4. illuſtrem auctorem chronici Gottwicenſis, *Gottfridum*, qui multum lucis geographiae mediae aeui accendit; *Ioan. Chriſto. de Iordan* in opere chronologico-geographico-hiſtorico de originibus Svauicis. Viennae 1745. T. II. in folio; *Albr. Georg. Schwarzium* in der kurzen Einleitung zur Geographie des Vorderdeutſchlandes ſlaviſcher und mittlerer Zeiten, inſonderheit der Fürſtenthümer Pommern und Rügen. Gryphiſwaldiae 1749. 8. et *Ioan. Dan. Schoepflinum* in Alſatia illuſtrata, cuius Tomus prior prodiit Colmariae 1751. fol. Hungariam antiquam delineauit *Samuel Timon* in imagine antiquae Hungariae. Viennae 1754. 4. Mappae geographicae, geographiam veteris et medii aeui illuſtrantes, exſtant in *P. Georgiſch* tentamine hiſtoriae et geographiae romano-germanicae. Germanice Halae 1731. 4. edito. De medii aeui geographia, per germanos vberius excolenda, peculiari programmate diſſeruit *Sim. Frid. Hahnius.* Helmſt. 1717. 4. De veterum et ſuae aetatis Belgio duos libros vulgauit *Pontus Heuterus.* Antw. 1600. et 1616. 4. et inter opera. Louanii 1651. fol. Heluetiae veteris geographiam illuſtrarunt *Ioan. Baptiſta Plantinus* in Heluetia antiqua et noua Bernae 1656. 8. recuſa in Ioan. Conr. Fueslini theſauro hiſtoriae heluetiçae. N. 11. et *Ludov. de Bochat* in memoriis criticis, illuſtrandae veteri Heluetiae inſeruientibus, Gallice Lauſannae tribus partibus in forma quadripartita euulgatis.

Britanniae veteris faciem exponunt *Wilhelmus Cambdenus* in deſcriptione Britanniae. Londini 1600. 4. 1607. fol. in anglicum ſermonem translata ab *Edmundo Gibſon.* Londini 1695. fol. recognita deinde auctiorque edita. Londini 1728. 2 Voll. in fol. Idem liber quam plurimis acceſſionibus

auctus

auctus ſub hoc indice latino, ſed anglice prodiit: Magna Britannia antiqua et noua. Londini 1720. fol. 6 Voll. Idem *Cambdenus* in libro anglice edito ſub titulo: *reliquiae Cambdenianae.* Cambdenianum opus ſub examen vocauit Salmonius in luſtratione Angliae, anglice edita. Londini 1731. 8. *Guil. Baxterus* in gloſſario antiquitatum Britannicarum; cui acceſſere Luidii de fluuiorum, montium, vrbium etc. in Britannia nominibus aduerſaria poſthuma. Londini 1719. 1731. 1733. 8. *Guil. Burtonus* et *Thomas Galeus* ad illam partem itinerarii Antonini, quae ad Britanniam pertinet. *Aylettus Sammes* in Britannia antiqua illuſtrata. Londini 1676. fol. *Ioannes Horsley* in Britannia Romana. Londini 1732. fol. *I. Warburton* in vallo Romano: ſ. hiſtoria et antiquitatibus valli Romani, Anglice. Londini 1753. 4. Chartam geographicam Britanniae, qualis fuit ante annos ſexcentos, Chronico Saxonico praemiſit *Edmundus Gibſon.* Oxon. 1692. 4. Vnde itidem Geographiae medii aeui inſignis lux, quam ſimiliter in aliis etiam regnis Europae, Aſiae, Africae expediri a viris aliquot doctis, vti Adriano Relando, Io. Georg. Eccarto, Io. Herm. Sminkenio, ac modo laudato Iunckero, tanto magis eſt exoptandum, quanto difficilius id eſſe videtur pleniusque taedii propter ſcriptorum, ex quibus eruenda illa eſt, vaſtitatem ac barbariem rerumque et hiſtoriae caliginem a feliciſſimis ingeniis vix diſcutiendam, quamdiu praecipue recentior geographia per ſingulas regiones non accuratius et quoad minutiſſima etiam et contemtiſſima loca, ex quorum nominibus ſaepe antiquorum illuſtrium locorum ſitus indagari poteſt, plenius tradita exſtat.

XV. Graeciam veterem ex antiquis expoſuit *Pauſanias*, ex recentibus non omnem tamen *Iacobus Palmerius*, Gentemenilius, cuius deſcriptio antiquae Graeciae poſthuma a Steph. Morino edita prodiit Lugd. Bat. 1678. 4. Exſtat etiam *Ioan. Laurenbergii* enarratio Graeciae antiquae mappis Geographicis illuſtrata, et poſt obitum auctoris a *Sam. Pufendorfio.* Amſtelod. 1661. forma quadripartita oblonga edita. Verum de illis tabulis geographicis Iſaacus Voſſius p. 155. ad lib. 2. Melae cap. 3. ita iudicat tales paſſim eſſe, vt, ſi omnia nomina locorum in vnum collecta caſu denique et temere in chartam coniiciantur, vix tamen peruerſiorem ordinem et ſitum ſint habitura. *Michaelis Sophiani* deſcriptio Graeciae, vna cum explicatione *Nicolai Gerbelii* ex editione Baſil. 1549. [12] fol. recuſa eſt T. IV. theſauri antiquitt. Gronouiani, in quo etiam exſtat *Ioan. Laurenbergii* enarratio Graeciae antiquae,

[12] Prima editio euulgata eſt. Baſil. 1545. fol.

tiquae, et *Vbbonis Emmii* vetus Graecia, seorsim plus vice simplici excusa, et in re publica ciuitatum describenda potius occupata. In eiusdem thesauri Tomo vndecimo occurrit eximium et nunquam ante editum opus *Erasmi Vindingii,* quod inscribitur *Hellen,* s. de singulorum Graeciae populorum incunabulis, migrationibus et coloniarum deductione. In eodem tomo habentur quoque *Dicaearchi* Geographica quaedam cum Henrici Stephani dialogo, qui inscribitur Dicaearchi συμπρέακτωρ et de Graecorum moribus ex edit. Paris. 1589. 8. Idem thesaurus Tomo 6. exhibet marmoream basin Colossi Tiberio erecti, ob ciuitates Asiae, post terrae tremores restitutas, cum comment. *Laur. Theod. Gronouii* separatim antea edito Lugd. Bat. 1697. fol. Tomo 5. *Petri Gyllii* de Bosphoro Thracico libri tres vna cum eiusdem topographia Constantinopolitana cum quibusdam veteribus inscriptionibus: quibus duabus scriptis pro illa certe aetate eximiis et saepius recusis praeter ceteros addi, immo multis nominibus praeferri meretur *Carolus du Fresne* in Constantinopoli Christiana, Paris 1680 fol rec. Venet. 1729. fol. Geographiam medii aeui in regnis imperio Cpolitano subiectis praeclara luce perfudit Anselmus Bandurius in suo imperio orientali. Paris. 1711. fol. 2 Voll. et Venetiis 1729. fol. Tomo 4. thesauri antiquitatt. Graecarum exstat *Ioan. Meursii* de populis et pagis Atticae liber, cum supplemento ex chirographo auctoris, et animaduersionibus *Iac. Sponii* depromtis ex eius itinerario. Ibidem habes *Meursii* Athenas Atticas, Cecropiam s. de Athenarum arce librum, et Ceramicum geminum, Miscellaneaque (in quibus et ipsis Geographica quaedam attingit) Laconica, cum auctoris supplementis, in praefatione ad dictum tomum a Gronouio editis, qui in Tomo 5 eiusdem operis recudendum ibidem dedit Meursii librum de Piraeeo, Atheniensium portu. Atheniensium vrbis copiosa descriptio, figuris aeneis illustrata, legitur in Daltonii museo graeco. *Petri Hendreichii* Massilia, eius situs, administratio reipubl. leges, instituta, religio, studia, militia ex edit. Argentoratensi A. 1658. occurrit T. 6. thesauri Gronouiani, in quo etiam habetur *Burchardi Nidersteti* Melita vetus et noua, Hephaestiaea insula, Melita subterranea, ex edit. Helmst. 1660. fol. *Meursii* Creta, Rhodus, Cyprus prodiit Amst. 1675. 4. *Thomae Broderi Bircherodii* Dani librum ineditum de insula Archipelagi *Chio* memorant noua litteraria maris Balthici A. 1698. p. 193. Corcyram insulam descripsit Celeberrimus Ecclesiae Romanae Purpuratus *Angelus Maria Quirini* in primordiis Corcyrae. Brixiae 1738. 4.

XVI. De

XVI. De vrbis Romae deſcriptione dicturi capite proximo, in praeſenti ſubiungemus ſcriptores, ex quibus haurienda eſt notitia Geographiae veteris eccleſiaſticae, quatenus illa per Patriarchatus, Metropoles, Archiepiſcopatus et Epiſcopatus diſtinguitur: vbi primo loco memoranda eſt Geographia ſacra, quam cum veteribus *Notitiis Epiſcopatuum* Graecis Latinisque ex recondita Bibliothecarum penu collectis edidit *Carolus a S. Paullo*, Epiſcopus Abrincenſis, Pariſ. 1641. fol. in quo opere, non vbiuis antea obuio, ſed nouiſſime additis Holſtenii animaduerſionibus nitide recuſo Amſtel. 1704. fol. variae variarum aetatum τάξεις Epiſcopales referuntur: quanquam Guil. Beueregius, qui in notis ad ſynodicum magnum p. 135. ff. ſimilem notitiam circa a. C. 891. a Baſilio Ialimbanenſi compoſitam, edidit, notat, Carolum non ſemper optima fide egiſſe, ſed Pontificis romani ambitioni hinc inde litaſſe. Ad notitiam ſedis Alexandrinae, qualem vulgauit Beueregius, operae pretium eſt addere obſeruationes *Euſebii Renaudoti*, collect. liturgiar. oriental. T. I. p. 445. ff. Exſtant quoque *Lucae Holſtenii* animaduerſiones poſthumae ad Caroli a S. Paullo Geographiam Eccleſiaſticam editae Romae A. 1666. 8. quas in editione Geographiae Amſtelodamenſi adiectas eſſe iam dictum eſt. In eodem argumento diligenter verſatus eſt *Aubertus Miraeus* libr. 5. de notitia epiſcopatuum orbis chriſtiani, quorum tribus prioribus veterem Geographiam eccleſiaſticam et Prouinciale Romanum A. 1503. Romae cum practica Cancellariae apoſtolicae editum, et poſtea Lugduni atque aliis in locis ſeparatim excuſum, quod Miraeus ex quatuor codd. MSS. recenſuit et emendauit, [13] tradit et illuſtrat, quarto codicem prouincialem nouum iuxta recentem eccleſiae ac regnorum in orbe Chriſtiano ſtatum exhibet: quinto denique Epiſcopatus, ſ. vrbes titulo epiſcopali illuſtres alphabeti ſerie digerit, ſuccincteque diſſerit de eccleſiarum maxime illuſtrium originibus, progreſſibus ac viciſſitudinibus. Miraeo cuius codicem prouincialem Romanum, ſ. notitiam epiſcopatuum orbis chriſtiani ex editione minus integra [14] Anni 1610. in tomo tertio Chronici Chronicorum recudendum dedit Ianus Gruterus ſub Ioannis Gualteri nomine latens, etiam praeferendae ſunt tabulae geographicae et chronologicae omnium archiepiſcopatuum et epiſcopatuum vniuerſi orbis, gallica lingua editae et ſuccincta methodo comprehenſae ab Abbate *Commanuillio* Rothomagi 1700. 8. *Tables geographiques*

[13] Alium libellum ſimilem prouincialem ſcriptum currente ſaec. XIVto ex MS. edidit *Ernſt. Val. Loeſcherus* in append. Stromatei, pag. 173. ff.

[14] Emendatior pleniorque editio exſtat ad calcem collect. antiquorum decretalium cum notis Antonii Auguſtini, Herdenſis epiſcopi, a *Carolo Labbeo*.

phiques et chronologiques de tous les Archevechez et Evechez de l'Vnivers, ou l'on voit l'etat ancien et present. Praeclaram quoque operam in illuſtranda geographia ſacra collocauit *Franciſcus Orlendius* in orbe ſacro et profano illuſtrato, voluminibus tribus Florentiae 1728, 31 et 32. in folio edito. Huic addantur *Henrici Schereri* geographia hierarchica, ſ. Atlantis pars ſecunda. Monachii 1703. 4. mai. et *Geslini* chorographia ſancta. Salmurii 1629. 8. edita. Iam, vt memoratis praecipuis hiſce alios nonnullos eiusdem argumenti ſubiungamus, non praetereundus *Eman. Schelſtratenus* in append. ad T. 2. antiquitatis eccleſiaſticae illuſtratae. Rom. 1697 fol. in qua praeter varias notitias epiſcopatuum, habetur quoque itinerarium *Antonini*, ſupra a nobis memoratum, et *Hieroclis* Synecdemus, ſiue comes peregrinationis ab Holſtenio recenſitus, et ex codice Farneſiano auctus, et in V. C. Anſelmi Bandurii imperio orientali T. 1. recuſus. Eidem Hierocli Carolus a S. Paullo recte tribuit diſpoſitionem ciuilem prouinciarum imperii Conſtantinopolitani, quam e codice Vaticano edidit in Notitiis antiquis geographiae ſacrae ſubiectis pag. 20. ſeq. eſt enim ille ipſe Synecdemus poſtremis modo quatuordecim capitibus mutilus. *Nili Doxopatri* notitiam quinque thronorum patriarchalium, ſaeculo duodecimo conſcriptam, vulgauit ante Schelſtratenum *Leo Allatius* lib. primo de conſenſu et diſſenſu eccleſiae graecae cum romana c. 24. tum *Steph. le Moyne* T. 1. var. Sacror. p. 211. et 262. *Leonis Sapientis διατύπωσις*, ſiue Notitia epiſcoporum, qui epiſcopo Conſtantinopolitano parebant, exſtat in iure graeco-romano *Freheri* T. 1. p 88-102. Videatur etiam Metropoleon et Archiepiſcopatuum catalogus, quem dat *Freherus* p. 244-246. *Eman. Schelſtratenus* ad Concil. Antioch. diſſ 4. c. 13. p. 425. ſeq. et *Ioſeph. Binghamus* origin. eccleſ. Lib. 9. c 7. verſionis Latinae T. 3 p. 568. Hiſce addas *Andronici Palaeologi* Imperatoris expoſitionem nouam, quae legitur in calce chronici eccleſiae graecae, adornati a Phil. Cyprio, et Lipſiae 1687. 8. cura Reuerendi Doctoris theologi Ioan. Olearii editi, adiungesque Notitiam ſedium metropoliticarum Alexandriae ab *Eutychio* Patriarcha ſcriptam, medio fere ſaeculo decimo, quam exhibet et illuſtrat idem Beueregius in Notis ad Synodicon magnum p. 148. ſeq. *Franciſci Iacobi Dignii* (de Digne) hiſtoriographiam generalem prouinciarum eccleſiaſticarum eccleſiae latinae, gallice. Auenione 1716 fol. *Labbei* breuiarium geographiae epiſcopalis cum tribus tabulis geographicis Nicolai Sanſon, quod cum indice conciliorum per partes orbis terrarum adiectum eſt Tomo 16. conciliorum. Et indicem Geographicum epiſcopatuum tomo vltimo conciliorum editionis *Harduinianae* ſubiectum, qui quidem ſubſidium eſt illuſtrandae geographiae veteri eccleſiaſticae longe praeclariſſimum.

Notitias

Notitias prouinciarum Galliae atque in his vnam temporibus Honorii Imper. conditam, sed ciuilem, vt iam notauit Carolus a S. Paullo p. 122. non ecclesiasticam, vulgauit *Iacobus Sirmondus* T. I. Conciliorum Galliae et *Andr. du Chesne* Tomo primo Scriptorum Francorum. Notitiam prouinciarum orientis suppeditat *Michael le Quien* in Oriente christiano Parisiis 1740. tribus tomis in folio euulgato, cuius tomus primus complectitur magnas dioeceses Ponti, Asiae et Thraciae, Patriarchatui Constantinopolitano subiectas: secundus, Illyricum Orientale ad Patriarchatum Constantinopolitanum pertinens, Patriarchatum Alexandrinum et Antiochenum, magnasque Chandaeorum et Iacobitarum dioeceses: tertius, Ecclesiam Maronitarum, Patriarchatum Hierosolymitanum, et quotquot fuerunt ritus latini tam Patriarchae, quam inferiores Praesules in quatuor Patriarchatibus et in Oriente vniuerso. Prouinciarum Africae notitiam edidit quoque laudatus *Sirmondus* Tomo primo varior. opusculorum, recusam Tomo primo Opp. p. 429. atque in tomo priore historiae persequutionis Vandalicae Victoris Vitensis, curante Theodorico Ruinarto. His adde Breuiarium *Sexti Rufi* c. 4 et quae viri docti, *Ioan. Fellus*, Episcopus Oxoniensis, ad Cyprianum, et *Ludov. Ellies du Pin*, Doctor Sorbonicus, ad Optatum, vbi etiam exstat Africa vetus christiana, eleganti et accurata tabula geographica per Insulanum, (G. de l'Isle) descripta. Non pauca ad illustrandam geographiam Africae ecclesiasticam facientia monet *Henricus Norisius*, Cardinalis, in animaduersionibus ad epistolas S. Augustini, quae leguntur in appendice ad editionem Doctoris Hipponensis Amstelodamensem T. 12. pag. 499. ff Neque omittendae sunt notitiae Episcopatuum, a *Iacobo Goaro* graece et latine editae ad calcem Georgii Codini inter scriptores historiae Byzantinae. Paris. 1648. fol. *Renatus Choppinus* in Politia ecclesiastica. *Leunclauius* in iure graeco-romano pag. 244. sqq. *Christoph. Iustellus* ad codic. canonum ecclesiae Africanae Tomo primo Bibliothecae iuris canonici p. 418. sqq. *Iac. Vsserius* libro de Asia lydiana, siue, proconsulari, et septem in eo ecclesiis metropoliticis, post auctoris obitum Londini 1687. 8. edito, et Bremae 1701. 8. recuso. Videndus etiam *Isaacus Casaubonus* ad epistolam Gregorii Nysseni, p. 135. sq. Notitiam patriarchatuum Antiocheni et Hierosolymitani Guilielmo Tyrio subiectam exhibet *Iac. Bongarsius* tomo primo Gestorum Dei per Francos pag. 1044. sqq. Huc quoque spectant *Iac. Gothofredi*, *Iac Sirmondi* et *Claudii Salmasii* scripta amoebea de *regionibus suburbicariis*; quibus adde *Christ. Kortholti*, Iunioris, commentationem de ecclesiis suburbicariis, qua in dioecesin, quam Episcopus Rom. aetate concilii Nicaeni habuit, inquiritur. Lips. 1731. 4. probaturque, extra fines nouem prouinciarum, quae vrbis vicario parebant, Episcopum Roman. nulla metropolitae

priuilegia habuisse. Idem *Kortholtus coniecturam de dioecesi Episcopali, quam saeculo IV. habuit Pontifex Romanus*, inserendam curauit Actis Eruditorum Latinis A. 1732. p. 66. sqq. qua docetur, dioeceseos episcopalis Romanae amplitudinem ad centesimum vsque Roma lapidem tantum extensam esse. Porro huc spectant, Notitia ecclesiarum vrbis Romae saec. vndecimo, quam dat Baronius ad A. C. 1057. n. 19. ff. *Frider. Spanhemii* et *Ioan. Vorstii* Exercitationes de sedibus Episcopalibus primariis in veteri Ecclesia; *Eduardus Berewoodus* et *Guil. Caueus* in Regimine Patriarchali Ecclesiae veteris, Anglice descripto, et *Guido Pancirollus* in commentario ad Notitiam Imperii, qui post editionem Lugdunensem anni 1608. fol. recusus est T. 7. thesauri Graeuiani. De antiquo iure metropolitae Mediolanensis in Episcopum Ticinensem lectu digna est *Ludouici Antonii Muratorii* dissertatio in Tomo primo Anecdotor. Biblioth. Ambrosianae p. 221. seqq. Nec praetereundum *Benedicti Bacchini*, monachi Benedictini Casinensis, opus in tres libros distributum de Ecclesiasticae Hierarchiae origine, editum Mutinae A. 1704. 4. in quo aduersus Baronium ad A. C. 39. n. 10. sqq. Petrum de Marca, Schelstratenum aliosque negat, ecclesiarum Metropoliticarum institutionem primum factam esse secundum statum prouinciarum Romanarum, sed potius rationes synedriorum iudaicorum ipsis originem dedisse. Quemadmodum et formam regiminis ecclesiastici a iudaica synagoga petitam docent Campegius Vitringa aliique, laudati a *Christoph. Matthaeo Pfaffio* p. 91. seq. Originum iuris ecclesiastici. Qui tamen sine partium studio vetera monumenta pensitauerit, neque semper neque nusquam ecclesiasticas dioeceses cum politica prouinciarum Romanarum diuisione conspirare comperiet. Adde *Salmasium* de primatu Papae, c. 15. p. 237. Notitia ecclesiarum prouinciarumque, dependentium a Patriarcha Armenio, qui Egmiathinae residet, videatur in calce historiae criticae fidei et rituum christianorum orientalium gallice editae a *Richardo Simonio*. *S. Isidori* Episcopi de ciuitatibus metropoleis libellus ex Manuscripto emendatior editus est a Goldasto ad Eginhardum, pag. 215-217. Prouinciarum siue Metropolium et Episcopatuum Patriarchae Constantinopolitano hodie subiacentium catalogus occurrit in *Thomae Smithi*, Angli, Epistola de statu ecclesiae Graecae hodierno pag. 77. sqq. cuius Smithi exstat etiam libellus, in Belgio recusus, lectuque dignus, de septem ecclesiis Asiae, quas primoribus Apocalypseos capitibus memorat Ioannes Euangelista. Vide etiam *Ricautum* libro de statu Ecclesiae graecae, p. 94. seqq. edit. Gallicae. Hisce scriptoribus addas *Philippi Ferrarii* nouam Topographiam in Martyrologium Romanum, Venet. 1609. fol. *Augustini Lubini* Martyrologium Romanum tabulis geographicis et notis historicis illustratum. Paris. 1661. 4. *P. Geslini* chorographiam

phiam ſanctam gallice editam, la ſainte Chorographie, ou deſcription des lieux, ou reſide l'Egliſe chretienne par tout l'Univers. Salmurii 1629. 8. Epiſcopatuum orbis chriſtiani hodierni notitiam praeter *Miraeum* et *Commanuillium* ſupra laudatos, tradit *Auguſtinus Barboſa*, fol. 33. ſqq. operis de officio et poteſtate Epiſcopi; et *Io. Alb. Fabricius* ad calcem ſalutaris lucis Euangelii, vbi exſtat index geographicus Epiſcopatuum orbis chriſtiani. Quibus addenda, *Fr. Henrici Floreſii* geographia eccleſiaſtica Hiſpaniae, quae Hiſpanice ſub Titulo: Eſpanna Sagrada, edita eſt Madriti 1747. 4. ſſ. de qua Anno 1755. vndecim iam euulgati fuerunt tomi, et quos laudat *B. Fabricius* in ſalutari luce Euangelii pag. 378. Gallia Chriſtiana *Sammarthanorum* fratrum, quae primum Pariſ. 1656. fol. quatuor voluminibus prodiit, deinde emendatior auctiorque recuſa eſt ſtudio *Dionyſii Sammarthani*, et monachorum Benedictinorum e congregat. S. Mauri III. Volum. in folio Pariſiis A. 1715-1725. et ſcriptores citati a Fabricio loco citato pag. 398. ſq. atque *Iacobus le Long* in Bibliotheca hiſtorica galliae p. 146. ſqq. et in indice p. 1030. ſqq. Italia ſacra *Ferdinandi Vghelli*, primum edita Romae 1644-1662. nouem voluminibus in Folio: deinde cum *Nicolai Coleti* obſeruationibus, et in praeſens vsque tempus ſupplementis recuſa Venet. 1717-1721. decem Voluminibus in Folio, ac a Fabricio l. c. p. 364. ſq. adducti. Anglia ſacra *Henrici Whartoni*, Londini 1691. fol. duobus voluminibus. Brabantia ſacra *Antonii Sanderi*, Belgica chriſtiana *Arnoldi Raiſſii*. 1634. 4. *Caſpar Bruſchius* de Epiſcopatibus et monaſteriis Germaniae. Norimb. 1549. 4. *Matth. Raderi* Bauaria ſancta. Germaniam Sacram nobis promiſit erudita Benedictinorum germaniae ſocietas.

Denique praeter *Philippi Labbei* Geographiae Epiſcopalis breuiarium, Pariſ. 1661. 12. et *Hieronymi Dicelii* Geographiam ſacram et eccleſiaſticam germanice editam Lipſ. 1708. 8. commemoranda *Friederici Spanhemii* Introductio ad geographiam chriſtianam, quae iam tertia vice lucem aſpexerat Vltraiecti 1686. 8. vna cum eiusdem introductione ad geographiam ſacram, Patriarchalem et Iſraeliticam. Auctior deinde paullo ante auctoris obitum, vna cum eiusdem chronologia ſacra et hiſtoria eccleſiaſtica prelis iterum ſubiecta eſt Amſtelod. 1701. fol. et Tomum primum eius operum conſtituit. *Michaelis Antonii Baudrand* Geographia chriſtiana, cuius mentio fit in memoriis litterariis Treuoltinis A. 1706. p. 1309. lucem non vidit.

CAP. VI.

De iis, qui deſcriptionem veteris vrbis Romae ediderunt.

Etſi ampla et ſplendida, veteris tamen vix vmbram refert Roma hodierna. Ioſephi Scaligeri, Petri Scriuerii et Iani Vitalis in hanc rem Epigrammata. 1. *De veteris Romae nomine.* 2. *Originibus.* 3. *Pomoerio, portis, incrementis et amplitudine Scriptores.* 4. *Obiter de aliis vrbibus ampliſſimis. ibid. De XIV. regionibus vrbis Romae et de viis publicis.* 5. *De ſeptem collibus et de Capitolio.* 6. *De vrbis aedificiis publicis ac priuatis, multitudine incolarum etc.* 7. *Scriptores complures, qui veterem Romam eiusque ornamenta, rudera ac reliquias deſcripſerunt.* 8. 9. 10. 11. 12. *Incrementa et magnitudo Romani Imperii.* 13. *Noua Roma CPolis.* 14.

I.

Tantus eſt eorum, qui de vrbe Roma eiusque deſcriptione egerunt, numerus, vt illis ſingulare caput impendere, eosque ita reliquis Geographis, Chorographis ac Topographis ſubiungere non dubitauerim. Quamquam vero hodieque accedentibus inſigne ſpectaculum praebet tum amplitudine ſua et opibus, ac ſplendore aulae Pontificiae purpuratorumque Patrum, tum templorum ac palatiorum magnificentia: vel ipſa tamen priſca rudera longe maiorem et praeſtantiorem veterem Romam fuiſſe teſtantur, vt adeo *Ioſephus Scaliger* votum celebre Auguſtini, quo haec ſibi optaſſe fertur, vt videret *Chriſtum in carne*, *Paullum in ore*, *Romam in flore*, his verſibus exceperint, qui occurrunt apud Henricum Lancilottum lib. 3. de vita Auguſtini c. 92. p. 296.

Ne egredere e ſole ac tetrico, Pater alme, receſſu,
Vt Ieſum videas, Chriſtus vbique tibi eſt.
Ne egredere, vt Paullum auſcultes magna illa ſonantem,
In caelo Paullus mortuus hoſpes erit.
Ne egredere, vt Romam ſpectes, ſtomachabere quando
Roma erit in Roma nulla reperta Tibi.

Exſtat quoque eiusdem Scaligeri Scazon, quem Roma diſcedens compoſuit in hanc ſententiam:

Spurcum cadauer priscae venustatis,
Imago turpis puritatis antiquae,
Nec Roma Romae compos, sed tamen Roma,
Sed Roma, quae praestare non potes Romam,
Sed quae foueris fraude, quae foues fraudem:
Vrbs prurienti quae obsoletior scorto,
Et obsoleti more pruriens scorti:
Quae paene victa faece prostitutarum,
Te prostituta vincis, et tuum facta es
Tibi lupanar in tuo lupanari
Vale pudoris vrbs inanis et recti.
Tui pudoris nominisque [1] *decoctrix;*
Turpis litura non merentium rerum:
Ocelle quondam, nunc lacuna fortunae,
Negotiosa mater otiosorum,
Vale nefanda, constuprata, corrupta
Incesta caelibum Quiritium, manceps
Contaminata: quippe quid tuos mirer
Putere mores; quando vita computret?

Simile *Petri Scriuerii* epigramma, quod Lucae Holstenii, Italiam petentis, albo inscripsit, editum a Lambecio lib. 6. de Bibliothec. Vindobonensi pag. 272. seq.

Petrus Scriuerius Lucae Holstenio suo in Italiam profecturo.

Ausoniam petiture vale, suauissime Luca;
Carus eram, memini; nunc tibi Roma prior,
Et septemgeminos ardes cognoscere Colles;
Ilicet, et funus tu mihi triste vide.
Ipse loci genius tutelaque desiit esse;
Inuenies votis cuncta minora tuis.

 Non

[1] Franciscus Iuretus ad Symmachi lib. prim. epist. 24. de Roma: *Nunc vero nominis sui decoctrix iacet, et est nihil aliud quam suae venustatis pristinae spurcum cadauer.* Confer Hildeberti Cenomanensis elegias duas in Romae ruinas, pag. 1334. et 1335. Opp. eius Parisiis 1708. fol. editorum. Varia variorum in Romam, quae collegit Ioan. Rhodius Secundus ad calcem chiliadis secundae trinorum seu ternionum sacrorum, philosophicorum et iocosorum, A. 1585. 8. et Poemata de corrupto ecclesiae statu edita a Matth. Flacio p. 406. et 417.

Non tibi Naso tener, doctique Propertius oris,
Non Calaber vates, non Maro grandis erit.
Tullius (heu!) nusquam, tot cedro digna loquutus
Nusquam Traiani qui placuere Foro.
Nusquam deliciae populi, Fora, Balnea, Circi,
Obruta sunt saxis Amphitheatra suis.
Inuenies nusquam geminata mole Colossos,
Addita nec Latio Flauia templa polo.
Quid cum porticibus Ianos; Delubraque mille
In cineres belli turbine missa querar?
Plorabis laceras aedes et Numine cassas;
Plorabis lippos dimidiosque Deos.
Non Capitolina veneratur Iupiter Arce;
Fulmina Tarpeio sunt modo lapsa Patri.
Miratus dices: Vbi nunc es maxima Roma?
Hei mihi, vix tanti nominis vmbra iaces.
Et solum superest, in Roma quaerere Romam;
Omnis et in sterili vita labore perit.
Hoc tamen hic disces, hominum genus esse caducum,
Quum videas ipsos sic cecidisse Deos.

Scribebam IV. Idus Decembr. Lugduni Batauorum
A. CIϽIϽCXVII.

In eandem sententiam iam pridem Ianus Vitalis:

Quid Romam in media quaeris nouus aduena Roma,
Et Romae in Roma nil reperies media?
Aspice murorum moles, praeruptaque saxa,
Obrutaque horrenti vasta theatra situ.
Haec sunt Roma. Viden' velut ipsa cadauera tanta
Vrbis adhuc spirent imperiosa minas?
Vicit vt haec mundum, nisa est se vincere: vicit,
A se non victum ne quid in orbe foret!
Hinc victa in Roma victrix Roma illa sepulta est,
Atque eadem victrix victaque Roma fuit.
Albula Romani restat nunc nominis index,
Qui quoque nunc rapidis fertur in aequor aquis.
Disce hinc quid possit fortuna: immota labascunt,
Et quae perpetuo sunt agitata, manent.

II. Triplex

II. Triplex vrbis aeternae (ita enim [1] eandem appellare non dubitabant) nomen fuiffe proditur, vnum hoc peruulgatum Roma, quod toties diximus, alterum, quod arcanum fuit, vnde, fi credimus Angelo Politiano l. 1. Ep. 2. *Amaryllida* fuam, quae amorem fignificat proprie, in Bucolicum carmen detorfit Poeta Ecloga 1. v. 31.

Poftquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.

Tertium facrificiis deditum, de quo vocabulum impofitum Floralibus, quod Ἀνθοῦσαν Graece Philelphus interpretatur, latine *Florentem* vel aptius *Floram* fortaffe dixeris. Annius Viterbienfis fcriptor ex meris commentis et fomniis compofitus arcanum illud Romae nomen notauit, fiue finxit effe *Romaveffum*, incerta et parum credibili coniectura. Idem colligit *Tetrapolim* etiam vocatam effe, conftantem ex Roma proprie dicta, Velia, Germalia et Foro. Vide commentarium eius ad Pfeudo-Xenophontem de aequiuocis p. 46. Sunt itidem, qui *Valentiam* vocatam velint, ex latina vocabuli ῥώμη interpretatione, quo nomine vna ex Aefculapii filiabus dicta fertur. Adde Interpretes ad Plinii l. 3. Hiftor. c. 5. et ad Solini caput 1. (al 2.) *Ianum Rutgerfium* l. 1. Var. Lect. c. 20. et *Henr. Meibomium* ad Iusiurandum Hippocratis, p. 54. De ratione occultati nominis arcani Romae, deique tutelaris confulendus *Macrobius* l. 3. Saturnal. cap. 9. *Baylii* Lexicon fub voce *Soranus* nota (C.) in qua agit de eo, quod neci datus effe dicitur Soranus propter nomen illud arcanum temere vulgatum. *Philippus Camerarius* l. 2. Horar. fubcifiv. c. 10. vbi perperam traditur, Romam etiam olim dictam fuiffe *Cephalon*, quum Cephalon non fit nomen Romae, fed nomen fcriptoris patria Gergithii laudati a Fefto in *Romam*. Romam inftar Deae cultam docet *Prudentius* lib. 1. contra Symmachum v. 219. feqq. Romam ante Romulum fuiffe, et hunc ab illa nomen accepiffe, ex veteri Lupercaliorum poeta Mariano tradunt *Iulius Philargyrius* et *Seruius* ad Virgilii Ecl. 1. v. 20.

III. *Andreae Cirini*, Meffanenfis, variarum lectionum de vrbe Roma eiusque conditore Romulo liber, in quo etiam de regibus Latinis, et Romuli ab Aenea maioribus differitur, in lucem editus Panormi A. 1665. fol. vna cum figuris in aes incifis, recufus in tomo fecundo noui thefauri antiquitatum Ro-

[1] Vide, fi placet, *Balth. Bonifacium*, Hiftor. Ludicrae XIII. 4. et quae collegit *Thom. Crenius* parte 10. animaduerfionum. Atque paffim in nummis Roma vocatur, *felix*, *victrix*, *aeterna*, *inuicta*, Ῥώμη Θεά, etiam *Vrbs facra* in veteri infcriptione. vide *Huberti Goltzii* thefaurum rei antiquariae p. 28. Dea, genitrix hominum genitrixque Deorum. *Triftan.* 1. pag. 183. feq. Orbis Romanus. v. Interpretes ad Petronii Satyr. c. 119. p. 548. edit. Burmannianae.

Romanarum, quem curauit Alb. Henr. de Sallengre. Exſtat et *Iacobi Gronouii* diſſertatio de origine Romuli, qua vulgares de ea opiniones impugnat, et Romulum Phoenicem eſſe contendit. Lugd. Batav. 1684. 8. *Octauiani Ferrarii* libellus de origine Romanorum a Troianis. Mediol. 1607. 8. qui familiam ducit in Tomo primo Theſauri antiquitatum Graeuiani. *Ioannis Stephani Granarae* diſſ. de antiquitate et origine Romae, Italice. Venetiis 1734. 4. *Theodori Ryckii*, Iuſti filii, diſſertatio, qua Aeneae in Italiam aduentum probat aduerſus virum ſummum, *Samuelem Bochartum*, qui hoc ſingulari Diatriba, a *Ioanne Scheffero*, e Gallico verſa, et Latine ſeorſim primum Hamburgi 1672. 12. edita ac deinde Bocharti operibus T. 2. p. 1062-1089. inſerta, impugnauerat, legitur ad calcem commentariorum poſtumorum Lucae Holſtenii in Stephanum Byzantinum, quos eidem Rycquio debemus. Bocharti ſententiam iam occupauerat *Philippus Cluuerius* in Italia antiqua, T. 2. p. 832. Faciunt etiam cum Bocharto *Hugo Grotius* epiſt. 176. *Pouillius* (de Pouilly) in Diſſ. de incertitudine in quatuor prioribus ſaeculis hiſtoriae Romanae obuia; et in nouo tentamine critico de fide hiſtoriae, inſertis memoriis academiae inſcriptionis et elegantiorum litterarum, T 8. pag. 21-45. et 110-180. contra quem tres compoſuit diſſertationes, *Claudius Sallierius*, inſertas itidem iisdem memoriis, Tomo laudato, p. 46-110. et 180-213. Auctor diſſertationis gallicae, de incertitudine in quinque prioribus ſaeculis hiſtoriae Romanae obuia. Vltraiecti 1738. 8. De fabula, quod Ros quidam ex tribu Iſraelitica Beniaminis ortus Romam condiderit vide *Photium* epiſt. 102. p. 147. ſq. et *Ioan. Seldenum* l. 11. de Synedriis Ebraeorum. c. 3. p. 71. ſq. *Iac. Hugonis* commenta prodita in libro, quem inſcripſit Veram Hiſtoriam Romanam, ſ. originem Latii vel Italiae ac Romanae vrbis e tenebris longae vetuſtatis in lucem productam Romae 1685. 4. poſt *Eberh. Rud. Rothium* in diſſert. de bello Troiano, Ienae 1672. edita explodunt Halenſes in Obſeruationibus ſelectis ad rem litterariam ſpectantibus T. 3. Obſ. 3. p. 58. ſeqq. quo in loco etiam de aliis Scriptoribus originum Romanarum deperditis et exſtantibus agendum in ſe ſuſceperunt. Adde *Anthonium Thyſium* in Exercitationibus Miſcellaneis, Exercit. 20. vbi de nomine et nutrice Romuli agitur, recuſ. faſciculo quarto Opuſculorum, quae ad Hiſtoriam ac Philologiam ſacram ſpectant. Roterod. 1694. 8. pag. 520. ſeqq. Pelloutierium de origine Romanorum, in Hiſtoria Acad. Reg. Scientiar. Berolinenſ. A. 1752. et *Ioan. Phil. Caſſelii* Diſſertat. de fauſto Romanorum omine ex ſue Albana, Magd. 1749. 4.

IV. Roma quadrata primum et longe minor a Romulo deſignata eſt, quam poſtea in ſequentibus temporibus creuit et varie amplificata fuit. Vide *Hiero-*

Hieronymum Magium l. 3. Miscellan. c. 13. *Alexand. Donatum* et *Famianum Nardinum* l. 1. de vrbe Roma, T. 3. et 4to Graeuii, et *Andreae Borrichii* librum de Romae primordio et ambitu vsque ad aeuum Caesaris Aureliani, quem Vopiscus c. 39. testatur muros vrbis sic ampliasse, vt quinquaginta prope millia eorum ambitus tenuerit: qui Plinii aetate erat passuum 13200. Prodiit Borrichii liber Hafniae 1686. 4. *Olai Borrichii* Diss. 6. de antiqua vrbis Romae facie prodierunt Hafniae 1687. 4. recusae sunt in Graeuii Thesauro Tom. 4. Addenda est Romana Antiquitas dissertationibus historico-criticis illustrata a *Iulio Minutulo*, Caelestinorum Abbate, Romae 1689. 8. vbi inter alia ostendit p. 99. sqq. quomodo pomoerium vrbis amplificatum fuerit moenibus intactis. Minutuli Diss. recusae sunt T. 1. Thesauri Sallengriani. *Pomoerium*, siue, vt Festus vocat, *Postmurium* quid sit, docet *Liuius* l. 1. *c.* 44. et viri docti ad Festum voce Prosimurium. De ratione illorum proferendorum videnda, quae viri docti ad Tacitum Annal. XII. 23. 24. et Vopisci Aurelianum c. 21. Portae vrbis initio *tres* fuerunt vel *quatuor*, de quibus Nardinus l. 1. c. 3. At Plinii tempore *septem* et *triginta* III. 7. H. N. Inde Iustiniano imperante *quatuordecim*, quae etiamnum hodie exstant. Vide *Onufrium* in descriptione Vrbis Romae, Tom. 3. Thes. Graev. p. 263. seqq. A *Bonauentura Ouerbequio* quidem in reliquiis veteris Romae [3] portas ita recenseri videas:

1. Porta Flumentana, hodie del Popolo.
2. Collatina, hodie Pinciana.
3. Agonensis, (Quirinalis, Salaria, Lauernalis, Salutaris) hodie Collina.
4. Viminalis, (Figulensis, Catularis, Nomentana) hodie S. Agnetis et Pii IV.
5. Querquetulana, hodie Closa.
6. Esquilina, (Metia, Praenestina, Tiburtina, Taurina) hodie S. Laurentii.
7. Labicana, (Lauernalis, Naeuia, Raudusculana) hodie Maior.
8. Caelimontana, (Asinaria, Lateranensis) hodie S. Ioannis.
9. Gabiusa, (de Metrode, vel de Metrone) hodie obstructa non patet.
10. Valeria, (Ferentina, Piacularis) hodie Latina.
11. Capena, (Appia, Camoena, Fontinalis, Madida) hodie S. Sebastiani.
12. Naualis, (Trigemina, Ostiensis) hodie S. Paulli.

13. Na-

[3] Quum plures portae olim fuerint, falli non dubito eos, qui nomina omnia portarum apud veteres memorata ad illas quatuordecim referunt. De portis CPoleos Mart. Crusius in Turco-Graecia pag. 51. seq. Cangius in CPoli Christiana etc. Regiones vrbium aliquando Portarum nomine venisse docet *Camillus Peregrinus* in diss. de veteri significatu vocis portae, recusa T. 9. Thesauri Italiae P. 2.

13. Naualis ad Fluuium Tiberim, (Vinaria) hodie portus.
14. Aurelia, (Ianiculensis, Traiana) hodie S. Pancratii.
15. Fontinalis, hodie Septimiana f. Settignana (sous-Ianus.)

De Romanae vrbis magnitudine consulendi etiam *Iustus Lipsius* l. 3. Admirandorum, siue de magnitudine Romana c. 2. *Nicol. Bergierius* l. 3. de publicis et militaribus Romani imperii viis c. 16. seqq. *Ioan. Petrus Ancherfen* in notitia Romae generali, Hafniae 1733. 4. et qui modum excedere videtur *Isaacus Vossius* in variis Obseruationibus, edit. Londin. 1686 4. et a Graeuio T. 4. Antiq. Rom. insertus, reprehensus autem a Minutulo libro laudato p. 113. seqq. In iisdem Obseruationibus etiam de aliarum vrbium magnitudine singularia quaedam post Lipsium in admirandis doctissimus Vossius annotauit, vt de Babylone, de qua videndus etiam Ioan. Tzetzes IX. Chil. X. 561. seqq. de Thebis Aegyptiis, in quibus Scholiastes ad Iliados IX. ab Horneio editus v. 383. numerat vicos 33030, portas centum, incolas 500000. Confer Stephanum in Διόσπολις. Rudera Thebarum enarrauit Richardus Pocockius in Descriptione Orientis Vol. 1. l. 2. cap. 3. p. 91. sqq. editt. anglicanae et p. 148. vers. German. a Celeb. Christ. Ern. a Windheim compositae. De Alexandria, de qua praeclara sunt quae obseruauit illustris Cuperus ad calcem Apotheoseos Homericae. De Carthagine, de cuius amplitudine Hendreichius in Rep. Carthaginiensium p. 56. seq. De Nino, Cairo et Babylone Aegyptia, magnisque vrbibus Sinarum. Athenas quoque magnitudine sua admirandas fuisse oportuit, in qua temporibus Demetrii Phalerei quater centena millia seruorum fuisse constat. Conf. *Io. Meursii* Lect. Attic. lib. 1. c. 1. Nec minores Athenis fuerunt Syracusae, quemadmodum auctor Strabo lib. 6. vt omittam Agrigentum, cuius incolas 800000 numerat Laertius lib. 8. sect. 63. Tum Dioscuriadem, in qua trecentae gentes, teste eodem Strabone, mercaturam exercuerunt: nec minus vrbem regiam Persidis, in tota Asia celeberrimam (la Ville de Rey) in qua, secundum Geographos Persas, saeculo 9. computabantur 96. regiones, singularum regionum plateae siue vici 46. in singulis vicis domus 400. praeterea collegia 6400. balneae 16600, 15000 turres Moschearum et 13000 diuersoria. Sunt et maxime hodieque vrbes, Sinarum quidem Quinsay centies millenorum passuum ambitu patens, in qua pontes dicuntur esse 12000 familiae incolarum circiter 1000000. Tum Iapanis, Meaco et Yedo, in quarum singulis 100000 aedificiorum, quemadmodum in Mexico vltra 60000. Ne dicam de notioribus Constantinopoli, Moscouia, Londino et Lutetia, cuius postremae longitudo a Francisco Blondello obseruata est passuum 2500.

V. Ro-

V. Roma vetus diuisa fuit in regiones [4] XIV, de quibus exstant quatuor libelli veterum scriptorum, vnus *Publii Victoris*, et alter *Sexti Rufi*, qui editi sunt tum ab aliis, tum ab *Onufrio Panuinio*, vna cum Rutilii Itinerario, et Onufrii ipsius libris 3. commentariorum de vrbe, imperio et ciuitate Romanorum. Venet. 1558. Paris. 1588. 8. Pro Publio Victore perperam Petri Victoris nomen occurrit in *Topographia Romae*, Marliani, Onufrii, Boissardi et aliorum scripta complectente, et excusa Francof. 1627. fol. de quo volumine consulendi Halenses in Obseruationibus selectis ad rem litterariam spectantibus, T. 4. obs. p. 10. sqq. Iidem Victoris et Rufi libelli recusi sunt in Tomo 3. Thesauri Graeuiani, non in Tomo 5. vt in iisdem Obseruationibus pag. 13. vitiose legitur. Tertius libellus est antiqui scriptoris descriptio regionum vrbis, in *Analectis Mabillonii* pag. 364. seqq. edit. nouae. Quartus est antiqui scriptoris anonymi *Descriptio vrbis Romae*, a Pancirollo et Labbeo post notitiam dignitatum illustrium et in Graeuii thesauro, T. 3. p. 317. edita, quam e MSto Caesareo non paucis locis emendari posse docet Lambecius T. 2. p. 949. seq. Qui Tomo 4. eiusdem thesauri occurrunt *Famiani Nardini* de Roma veteri et noua libri 8. ex Italico sermone, quo illos primum Romae A. 1667. 4 cum explicatione, quam ipse adiunxit, inscriptionum quarundam veterum, et in Pyramide C. Cestii imaginum ediderat Octauius Falconerius, [5] in latinum translati a Iac. Tollio, iusti instar commentarii in dictos Victoris, Rufi et Anonymi libellos esse possunt. Nonnulla Nardini (cuius libri editio *Benedictum Mellinum*, Reginae Christinae Bibliothecarium, a Roma antiqua describenda, quod per multos annos molitus fuerat, deterruit) emendat *Graeuius* in praefat. ad iam dictum Antiquitatum Tomum ex obseruationibus *Eliae Bohcrelli*; vt praeteream, quae notat *Raphael Fabrettus* in dissertationibus de aquaeductibus veteris Romae. Romae 1680. 4. et T. 4. antiquitatum Roman. *Guidonis Pancirolli* liber de 24. (non 4. vt per-

[4] Roma Christiana per aliquod tempus diuisa fuit in regiones duodecim, quibus totidem *Bannereti* praeficiebantur. Sabellicus Ennead. IX. lib. 9. In septem diuisa regiones est a Fabiano Pontifice, vnde totidem Diaconi, Cardinales et Subdiaconi. Vide Baronii Diss. de Martyrologio Romano, c. 1. Mabillonium in commentar. praeuio ad ordinem Romanum p. 11. et 18. *Tota Italia* ab Augusto diuisa fuit in regiones XI. de quibus agit Plinius H. N. III. 5. seq. Spatium urbis Romae ab eodem Augusto in regiones vicosque diuisum testatur Suetonius c. 30. Hodie Roma in quatuor regiones dispescitur, de quibus agitur in libro italice sub hoc indice edito: *Descrizione del nuouo Ripartimento de' Rioni di Roma fatto per ordine di nostro Signore Papa Benedetto XIV. Opera de Conte Bernardini. Romae 1745. 8.*

[5] Falconerii carmen in Romam Nardini exstat T. 5. Epistolarum Sylloges Burmannianae p. 482.

peram legitur ante Tomum 4. thesauri Graeuiani, atque inde in Bibliotheca nouorum librorum Anno 1697. p. 4.) regionibus vrbis Romae, earundemque aedificiis tam publicis quam priuatis, subiicitur eius commentario in notitiam vtriusque Imperii. Neque praetereundae *M. Fabii Calui* Rauennatis 14. figurae, siue tabellae in aes incisae, quibus totidem regiones veteris vrbis Romae delineantur, editae primum An. 1528. et dicatae Clementi VII. Pontifici, iterumque vulgatae Basil. 1556. quas si quis ordine coniungat et connectat, nihil illis exactius et melius veteris Romae splendorem exhibere affirmat *Nicolaus Bergierius* lib. 5. de publicis et militaribus populi Romani viis c. 17. qui et ipse veteris Romae faciem in illo opere insigniter illustrauit. Titulus operis Bergieriani, quod antiquitatum Romanarum thesaurum merito appellari posse ait Labbeus, rarissimeque antea obuii, est: *Histoire des grands chemins de l'Empire Romain pavez depuis la Ville de Rome jusques aux Extremitez de son Empire.* Paris. 1622. 4. Bruxellis 1729. 4. 2 Voll. Hoc latine ab Henrico Christiano Hennino versum [6] interpretisque et Ioan. Baptistae du Bos obseruationibus illustratum exstat Tomo 10. thesauri Graeuiani. De viis militaribus Romanorum praeclara sunt, quae differit Comes *Marsilius* T. 2. Danubii illustrati p. 81. ff. *August. Calmeti* dissertatio gallica de viis magnis Lotharingiae prodiit Nanceii 1727. De viis militaribus veterum Romanorum in Germania peculiari commentatione disseruit vir Illustris *Adrianus Stegerus.* Lips. 1738. 4. *Compita Larium* Plinius H. N. III. 5. numerat CCLXV. vbi etiam memorat *milliarium* s. *columnam auream* in fori capite ab Augusto constitutam A. V. C. 734. in quam omnes Italiae viae desinebant: *χρυσοῦν μίλιον* vocat Dio l. 54. p. 737, 59. edit. Reimarianae. Milliaria tamen siue lapides non ab hac columna, vt Aringhius T. 1. p. 209. Romae subterraneae, sed a portis Vrbis numeratos clarissime demonstrat *Lucas Holstenius* peculiari Obseruatione de milliario aureo quae eius notis posthumis ad Steph. Byzantinum pag. 388. subiicitur. De milliario Constantinopolitano vide *Suidam* in *μίλιον*, *Lambecium* ad Codinum, *Cangium* in CPoli Christiana, et *Bandurium* ad Antiquitates CPolitanas, p. 481. seq. De Arelatensi vide Historiam Oper. eruditorum Anglice in 4. editam Londini 1701. p. 724. De columnis millia-

[6] In memoriis historicis et criticis An. 1722. mens. Ianuar. p. 45. ita de hac versione iudicatur. *C'est dommage, que l'ouvrage de Mr. Bergier ait été si mal traduit en Latin, et qu'on l'ait ainsi inséré dans le grand Recueil de Graevius.* Etiam Italice versum hoc opus memorat Niceron Tomo 6. memoriarum de viris illustribus Gallice editarum p. 398. version. german. T. 7. p. 82. Verum non Italice tantum, sed et Latine a Bauhino versum lego in Nouellis Eruditorum Bruxellensibus An. 1729. n. 2. Anglice versus prodiit An. 1711.

liaribus in Alsatia disserit *I. D. Schoepflinus* Alsatiae illustratae T. I. p. 547. seqq. Eidem, qui laudatus est, Bergierio memoratur Roma vetus, vno folio depicta, et Carolo IX. Galliae Regi oblata A. C. 1574. a *Stephano du Perac*, Parisino, qui eodem anno vulgauit Rudera Antiquitatum obuiarum Romae, elegantibus figuris delineata. *I vestigi del l'Antichita di Roma, raccolti et titratti in perspettiva, con ogni diligenza.*

VI. Notum est vel ex Plutarchi Quaestionibus Romanis, Romam vocari ἑπτάλοφον, siue septicollem, qua de re, praeter Interpretes ad Apocal. c. 17. v. 9. vide *Iustum Rycquium* libro de Capitolio Romano, vbi sigillatim agit de colle Capitolino et *Henricum Kippingium* lib. 2. Antiqq. Romanarum, cap. 1. Rycquii liber excusus primum est Gandaui 1617. 4. deinde Lugd. Batav. 1669. 12. et cum viri Philologi, hoc est, *Iac. Gronouii* animaduersionibus, 1696. 12. Parauerat auctor ipse etiam supplementa et alterum librum de Capitolio, quem promittit p. 255. et 421. edit. Lugd. verum vna cum auctore liber ille secundus intercidit. De Capitolio alioquin (quod a Q. Catulo refectum, confer Patinum pag. 4. ad Suetonium) consulendus Tacitus 3. Histor. c. 71. seq. et 4. c. 52. sq. De aliarum vrbium Capitoliis, quae, vt bene monet Maffeius in Museo Veronensi ob quandam cum Romano similitudinem sic dicta sunt, praeter Rycquium videndus *Cangius* in Glossario latino, *Baluzius* p. 191. ad Cypriani Epist. 55. et *Maffeius* loco citato. Ceteri sex montes sunt *Palatinus*, in quo palatium Caesarum: *Caelius* seu Querquetulanus, vbi nunc aedes Lateranensis: *Esquilinus* cum *Viminali*, nunc S. Mariae ad Ciues: *Quirinalis*, nunc monte Cauallo, ab equis duobus marmoreis, quos gigantes tenent, Phidiae opere et Praxitelis: *Auentinus*, nunc S. Sabinae: et trans Tiberim, *Ianiculus* quem vrbi Ancus addidit, et fuit in parte Romae, vbi regio quarta decima fuit, hodie Montorio. Vide Harduinum ad Plin. T. I. p. 331. edit. in 4. Fontium vrbis Romae elegantiam ac multitudinem salubritatemque praedicat Galenus 4. in 6. Epidem. T. 5. edit. Gr. Basil. p. 497.

VII. Romae veteris aedificia primum perhumilia fuerunt siue casae potius stramine tectae, deinde scandulis vsque ad bellum Pyrrhi, vt tradit Cornelius Nepos apud Plinium l. 17. c. 16. Adde quae de casa Romuli straminea habet *Iustus Rycquius* lib. de Capitolio c. 44. Ab eo tempore ad illum splendorem, altitudinem amplitudinemque et ornamenta aedificiorum peruentum est, praecipue sub Caesaribus: de quo videas licet *Nicol. Bergierium* lib. 5. de viis c. 9. seq. et c. 4. vbi de vsu frequenti et vario marmoris, qui a Lucio

Crasso primum Romae coepit: *Lipsium* in Admirandis siue de magnitudine Romana l. 3. c. 4. sq. et c. 14. De templis, basilicis, curiis, amphitheatris, circis, et aliis vrbis ornamentis dicetur infra suis locis. De priuatorum publicorumque aedificiorum vrbis Romae euersoribus exstat liber *Petri Angeli Bargaei.* Florent. 1589. 4. De multitudine incolarum vrbis Romae agunt idem *Bergierius* l. 6 c. 31. *Lipsius* l. 1. c. 7. et l. 3. c. 3. et *Isaacus Vossius* de magnitudine Romae, cap 6. Mirum quod legas apud Syncellum pag. 342. grassante sub Tito pestilentia vno die decies millenos amplius sublatos in Vrbe fuisse.

VIII. Porro veterem Romam descripserunt *Georg. Fabricius* in Roma, qui liber eximius recentioremque faciem et nomina cum antiquis iucunde conferens ex prima editione An. 1551. passim recusus habetur etiam in Roma illustrata, sub *Antonii Thysii* nomine edita: sed longe auctior prodiit Basil. 1587. 8. ex qua editione prelo iterum subiiciendum dedit, et Tomo 3. Thesauri sui inseruit Clar. Graeuius, in quo exstat etiam *Alexandri Donati*, Senensis, Iesuitae, Roma vetus ac recens, vtriusque aedificiis ad eruditam cognitionem expositis, quae lucem primo aspexerat Romae 1639. 4. rec. Amstel. 1695. 4. tum *Barthol. Marliani*, Patricii Mediolanensis, Topographia vrbis Romae, quae Bernae primum edita A. 1539. fol. et Francisco I. Galliarum Regi dicata; hinc saepius Romae, Venetiis, Lugduni, Basileae, Francofurti typis iterum exscripta, a laudato Graeuio exhibetur cum notis antea ineditis *Fuluii Vrsini.* Italiae Marliani antiquitates Romanas vertit *Henricus Barberosius*, Romae 1622. vt *Hieronymi Ferrutii* additiones omittam, quae exstant in editione Marliani Veneta 1588. 8. vbi quoque *Andr. Fuluii* antiquitates Romanae, versu heroico descriptae, et Romae 1513. 4. a Iacobo Mazochio primum editae. Sed et *Philippi Rossi* (Rubei) expositio veteris et nouae Romae huc spectat, vbi iconibus Romam antiquam referentibus additae explicationes eiusdem Marliani. Romae 1645. 8. Dicitur praeterea *Raph. Fabrettus*, Vrbinas, Canonicus S. Petri, vir doctissimus, nouam descriptionem veteris Romae molitus fuisse, cuius conatus morte interceptos merito dolemus. Obiit is Romae sub initia A. 1700. natus annos 75. De *Nodoti* et *Ragueneti* instituto, qui simile quid in Gallia commentati sunt, vide Ephemerides Parisienses A. 1701. p. 187. et Memorias Treuoltinas eiusd. anni P. 2. p. 15. edition. in Belgio recusae. Ac Nodoti quidem librum lectu iucundum euolui, qui inscribitur: *Nouveaux Memoires de Mr. Nodot, ou Observations sur les monumens de l'ancienne et de nouvelle Rome.* Amstelod. 1706. 12. cum iconibus aere descriptis. Adde *Franc. Poggii* de fortunae varietate vrbis

Romae

Romae et eius ruina; atque *Aldi Manutii* de aquis in vrbem Romam olim influentibus libellos; vtrumque, T. I. Thesauri Sallengeriani; priorem praeterea in *Godofr. Clausingii* fascic. 4. Iuris publici Romanorum recusum.

IX. Veniunt hoc loco etiam commemorandi Scriptores alii, qui Romae priscae rudera, antiqua monumenta, statuas, aedificia, aliaque similia vel graphice depicta atque in aes incisa, vel descriptione exposita ediderunt, vt *Iac. Laurus* Romanus in antiquae vrbis splendore, Romae 1612. et 1641. forma oblonga folii, cum expositione tribus apposita linguis, Italica, Germanica et Gallica. *Aegidius Sadeler* in vestigiis siue ruderibus Romae antiquae, Tiuoli et agri Pozzuolani. Pragae 1606. 4. et Romae 1680. fol. *Franciscus Albertinus* in opusculo de mirabilibus nouae et veteris Romae. Basil. 1519. 4. *Ioachimus Oudanus* in libro edito Belgice, qui inscribitur, Roomische Moogentheid. Amstelod. 1664. 4. *Laurent. Vaccarius* in septem iconibus statuarum vrbis Romae, quae in publicis priuatisque locis visuntur. Romae 1584. vt omittam statuas Romanas delineatas a *Francisco Perrierio*, Romae 1638. fol. tum a *Nicolao van Aelst*, Bruxellensi, et *Vlysse Aldrouando*. Tabula luculenta topographica vrbem Romam graphice delineans auctore *Ioanne Baptista Falda*, vna cum quindecim tabulis locorum et aedificiorum tam veteris quam nouae Romae, descriptis a *Liuinio Cruylio* exornant tomum quartum thesauri Graeuiani. *Pyrrhi Ligorii* Neapolitani picturas nouae ac veteris Romae a *Michaele Tramezino* Venetiis editas testatur *Iosias Simlerus* in Bibliotheca, qui etiam Paradoxa eius contra antiquarios inedita commemorat. Imaginem veteris Romae, qualem Publius Victor et Sextus Rufus descripserat, circum Flaminium cum euripo, aris et Isidis leoni insidentis simulacro, tum thermas Diocletianas et Maximinianas a Ligorio descriptas, et Anno 1553.[7] 1558. editas, laudat Martinus Hanckius libro 2. de Roman. rerum Scriptoribus p. 154. Sed longe plura illius viri volumina, vt iam supra c. 3. p. 90. memorauimus, in ἀνεκδότοις habentur, non tantum familias veterum Romanorum, sed et alias antiquitates Romanas et splendorem veteris Romae mirifice illustrantia. Nam triginta circiter tomos, maximo labore ab hoc viro congestos, extare Taurini in Bibliotheca Celsissimi Sabaudiae Ducis, testatur Labbeus, et in aliis Bibliothecis Italiae hinc inde volumina quaedam Ligoriani operis reperiuntur. Quemadmodum enim Laurentius Pignorius in symbolis epistolicis epist. tertia refert, in libros quadraginta Pyrrhus iste coniecerat,

[7] Delle antichita di Roma, dove si tratta de' Circi, Theatri et Amphitheatri, con le paradosse qui confutano la commune opinione sopra varii luoghi della Citta di Roma. Venet. 1553. 8.

rat, quicquid peruenit ad nos a vetere aeuo: meminitque ipſe huius laboris a ſe exantlati productique a Saturno rege Italiae ad Iuſtinianum vsque Auguſtum in libello iam citato, cui titulum fecit *antiquitates Romanas.* Ceterum in ineditis huius viri ſcriptis multa notatu digna, nec alibi obuia, ſed viciſſim non pauca dubiae fidei, et quae non ſatis caſtigatam eruditionem linguarumque notitiam prodant, obſeruat, qui ea euoluit eruditiſſimus Ezech. Spanhemius pag. 441. libri praeſtantiſſimi de vſu numiſmatum, vbi ex vaſtis illis commentariis ſpicilegia tantum, et ſelecta loca edi optat. Confer de illo Ligorio praeter Hankium iam laudatum, *Leonh. Nicodemi* additiones ad bibliothecam Neapolitanam Nic. Toppii, pag. 208. ſeq. *Ioan. Mabillonium* T. I. muſei Italici p. 8. *Wilh. Ern. Tenzelium* in dialog. vern. menſtruis A. 1692. p. 612. ſeq. et A. 1695. p. 401. ſeq. Litterarum graecarum praecipue rudem fuiſſe notat, atque adeo eius auctoritatem flocci pendit *Philippus Bonanni* in numiſmatis ſummorum Pontificum templi Vaticani fabricam illuſtrantibus; cui plane congruit iudicium *Ioan. Schefferi* libro de re vehiculari, p. 370. et in notis ad *Ligorii* Diſſert. de vehiculis antiquis, ex opere eius inedito de familiis Romanorum decerptam, et Italice cum latina verſione ab eodem Scheffero ibidem editam.

X. *Benedictum* quoque *Aegium* Spoletinum vrbis Romae ruinas explicandas et illuſtrandas ſuſcepiſſe, teſtatur *Onufrius Panuinius* praef. ad lib. prim. commentar. de republ. Romana. Sed eius opus, quod ſciamus, lucem non aſpexit. At enim exſtant *Andr. Palladii* Romanae antiquitates, Etruſco idiomate editae, vna cum diſſert. de focis antiquorum. Venet. 1594. Romae 1599. 8. *Petri Angeli Bargaei* de priuatorum publicorumque aedificiorum vrbis Romae euerſoribus. Florent. 1589. 4. *Octauii Pancirolli* theſauri reconditi. Romae 1625. 8. Antiquitates Romanae collectae ab *Vlyſſe Aldrouando*, et *Lucio Mauro.* Venet. 1562. 8. *Io. Baptiſtae de Cenalleriis* antiquarum ſtatuarum vrbis Romae libri duo. Romae 1569. 1585. *Eiusdem* illuſtrium vrbis Romae aedificiorum reliquiae, tabulis aeneis repreſentatae. ibid. 1585. forma quarta oblonga; *Franciſci Perrierii* nobilium vrbis Romae ſignorum et ſtatuarum ſegmenta. Romae 1638. fol. *Andreae Mariani* Bononienſis, ruinarum Romae epigrammata, quibus miranda vrbis agnoſcuntur, ſacra viſitantur, noua et vetera elogiis recenſentur. Bonon. 1641. 8. Admiranda Romanarum antiquitatum ac veteris ſculpturae veſtigia ἀναγλύφῳ opere elaborata ex marmoribus Farneſianis, aliisque, quae Romae adhuc exſtant, tum in arcubus et vetuſtis ruinis, hortis, villis cum notis *Ioan. Petri Bellorii.* Romae 1693. fol. et Tomo 4. theſauri antiquitatum graeuiani. His addendum lucu-

luculentum opus et pulcherrimum Ouerbekianum, Amſtelodami 1708. fol. maiori latine tribus tomis editum hoc titulo: Reliquiae antiquae vrbis Romae: opus *Bonauenturae ab Ouerbek;* deinde Gallice ibid. 1709. fol. itid. tribus tomis euulgatum; denique italice verſum a *Paullo Rolli*, Londini 1739. fol. recuſum. De ſepulcris, templis, baſilicis, curiis, circis, aquaeductibus, cloacis, balneis, arcubus, porticibus, portis, pontibus, inſcriptionibus denique antiquis veteris Romae ſigillatim alibi dicturi ſumus, hoc loco tantum addemus notitiam binorum monumentorum clariſſimorum vrbis, quae aetatem ſeruarunt, columnae Traianae et Antonianae. Vtramque elegantiſſime delineauit *Petrus Sanctus Bartoli*, notis et declarationibus illuſtrauit idem *Bellorius.* Romae 1670. et 1676. fol. In columnam Traianam, belli Dacici felices expeditiones celebrantem, edita etiam eſt Romae 1576. 1616. fol. et iterum Italice ab eodem *Bellorio* [8] *Alphonſi Ciacconi* breuis expoſitio; ſed quae ingenioſa licet et erudita, *Vincentio Pinello* non per omnia ſatisfecit, vt narrat Gaſſendus lib. primo de vita Peireſcii p. 250. edit. inter Gaſſendi Opera in folio. Merito autem probatur commentarius varia eruditione refertus, quo eandem columnam expoſuit *Raphael Fabrettus.* Prodiit vna cum interpretatione veteris tabulae Iliacae (a Laur. Begero poſtea Berolini 1699. 4. ſeparatim recuſae et illuſtratae) et deſcriptione emiſſarii lacus Fucini. Romae 1683. fol. Exſtat quoque: columna Traiani Imperatoris a *Franciſco Villamoera* illuſtrata. Romae 1590. fol. His addere licet columnam aliam nuper inuentam in monte Citorio, quae honori Antonini Pii dedicata fuit ab M. Antonino et Vero; quamque certatim illuſtrarunt, *Chauſſaeus* in epiſtolis duabus editis Neapoli A. 1704. et 1705. *Grainaillius*, S. I. in obſeruationibus inſertis diario eruditorum Treuultino ſiue Dombenſi. An. 1704. *Creſcimbenius* in diſſertatione, quae legitur in Muſeo Mineruae Venetae (Galleria di Minerua) T. 5. p. 157 ſeq. *Franciſcus Bianchinus* cap 7. de calendario et cyclo Caeſaris, praecipue vero *Ioannes Vignolius* Petilianenſis in diſſertatione de illa columna edita Romae A. 1705. 4. atque in epiſtola ad Antonium Gallandium de numo Antonini Pii, quem Fucaltianum muſeum ſeruat, tertio eius Imp. conſulatu percuſſum, in quo columna quaedam exhibetur. Romae 1709. 4. Palatium Caeſarum, quod domus Auguſta dicitur Panuino, deſcripſit, additis iconi-

[8] *Titulus eſt:* In colonna Traiana, eretta dal Senato e Popolo Romano all' Imperat. Traiano nel ſuo foro in Roma, ſcolpita con l'Hiſtorie delle due Guerre Dacice e della Vittoria contro il Re Decebalo, e nuovamente intagliata in rame da *Pietro Santo Bartoli*, con l'eſpoſitione latina *d'Alfonſo Ciaccone*, compendiata nella volgar lengua ſotto ciaſcune imagine, ed accreſciuta di Medaglie, Inſcrittioni e Trofei de *Giovanni Petro Bellori*, Romae; folio regali oblongo.

iconibus, *Franciscus Bianchinus*, Veronensis, libro italico, de Palatio Caesarum, quem post eius mortem edidit *Iosephus Bianchinus*. Veronae 1738. fol. *Michael Mercatus* de obeliscis Romanis prodiit italice Romae 1589. 4. *Athanasii Kircheri* obeliscus Pamphylius continet expositionem obelisci ex hippodromo Antonini Caracallae translati et restituti a Pontifice Innocentio X. Romae 1650. fol.

XI. *Flauii Blondi* Foroiuliensis Romae triumphantis libri 10. Brixiae A. 1503. 8. editi atque inde plus simplici vice Basileae, Parisiis et inter eius opera itidem Basileae 1559. fol. recusi, non tam hoc loco quam supra cap. tertio commemorandi erant, vbi de Romanarum antiquitatum scriptoribus generalibus agebamus. Nam et hic libris duobus prioribus veterum Romanorum religionem, libro tertio, quarto et quinto rem publicam ac ciuilem, libro sexto et septimo militarem, libro octauo, nono et decimo alia instituta varia, ludos, triumphos similiaque persequitur. Eiusdem Blondi Romae instauratae libri tres descriptionem recentioris Romae complectuntur. Italice transtulit haec Blondi scripta *Lucius Faunus*, teste Simlero. Obiit Blondus septuagenario maior Romae 1463. non 1363. vt legitur in Eponymologico Magiro Eybeniano p. 134. vbi de viro illo plura; quibus addes Hankium l. 1. de Scriptoribus rerum romanar. p. 201. et lib. 2. p. 341. Vossium de historicis latinis p. 585. Asciani s. Zimmermanni montes pietatis p. 23. Antonium Varillasium in anecdotis Florentinis, lib. 4. Iustum Fontanini libro de scriptoribus Foroiuliensibus, s. Aquileiensibus, Bellarminum et alios, qui de scriptoribus ecclesiasticis saeculi XVIti scripsere; vt Morerium Hofmannumque in Lexicis, Koenigium in Bibliotheca, Popeblount in censuris et Hendreichium denique in pandectis Brandenburgicis omittam.

XII. *Ia. Bapt. Casalii* librum de Vrbis ac Rom. Imperii olim splendore, memorauimus supra cap. tertio. *Paulli* quoque *Aringhi* et *Ant. Bosii* Roma subterranea huc spectat, praecipue propter ea, quae differit libro secundo et sequenti. Sed de hoc opere dicendi locus erit infra, vbi de sepulcris. Neque minus commemorari hoc loco merentur *Nicolai Alemanni* Syntagma de parietinis Lateranensibus a Cardinali Barberino restitutis. Romae 1625. fol. Et *Michael Mercatus* de obeliscis Romanis. Romae 1589. 4. Breuissimo compendio veterem Romam describit libellus *Matthaei Meyr* qui inscribitur: Roma septicollis antiqua. Romae 1687. 12. *Franc. de Seyne* Parisiensis descriptio vrbis Romae. Gallice 1690. 12. edita, et Lugd. Batav. 1713. decem volumi-

luminibus in forma octopartita repetita, ac Belgice curante W. V. R. cum nitidis tabulis aeneis recusa Amstelod. 1704. fol. licet diligentius in hodierna facie illius describenda versetur, veterem tamen etiam exponit, sequutus fere Nardinum supra laudatum, consultis praeterea *Guid. Pancirolli* libro, itidem paullo ante memorato; tum *Pompeii Hugonii* tractatu italice edito, de stationibus vrbis Romae; *Fr. Mariae Torrigii* cryptis sacris Vaticanis, eadem lingua vulgatis: Abbatis *Piazzae* s. *Plateae* libro, cui titulus: Opere pie di Roma; *Florauanti Martinelli* Roma ricavata, s. recondita, et Roma subterranea *Ant. Bosii; Petri de Sebastiano* descriptione breui palatiorum Romae, et Abbatis *Phil. Titi* de templorum Romae tincturis, sculpturis et architectura, quorum duorum postremorum opera propemodum integra ex Italico Gallice versa operi suo inseruit. Descriptio regionum vrbis inserta est *Mabillonii* Analectis T. 4. pag 506. ff. Anonymum saeculi a Christo nato XII. scriptorem de *mirabilibus Romae* eousque ineditum vulgauit et illustrauit *Bernardus de Montjaucon* Benedictinus, tot insignibus in litteras meritis celeberrimus, in Diario Italico latine edito Paris. 1702. 4. in quo etiam de bibliothecis Romae hodie conspicuis, et alia quaedam huc spectantia deprehendes. Vetera monumenta, in quibus praecipue musiua opera, sacrarum profanarumque aedium structura, ac nonnulli ritus dissertationibus aeneisque tabulis illustrantur a V. C. *Ioanne Ciampino*, prodiere 1690. fol. Monochromata in Constantiniana Vaticani aula a summo artifice *Iulio Pippio* in fimbriis parietinarum iconum iussu Clementis VII. elaborata, nunc vetustate pene consumta, duodecim tabulis aeneis expressit *Petrus Sanctus Bartolus*, Romae. Folio.

XIII. Magnitudo et amplitudo imperii Romani in tantum aucta olim fuit, vt trecentis et amplius gentibus vna legitima illius Maiestas praeesset, sicut notat Theodorus Tarsensis lib. 6. de fato, apud Photium Cod. CCXXIII. p. 358. atque Appianus in praefat. histor. testetur, se vidisse legatos gentium longius dissitarum, qui se suaque in potestatem Romanis tradere voluerunt, neque ab eis fuerint recepti, tanquam futurae oneri et inutiles. Adde *Dionem* l. 56. p. 832, 68 Vniuersum adeo propemodum terrarum orbem complecti visum est ambitu suo. Vnde humanum genus dictum pro Romano imperio, et *οἰκουμένη* et *orbis Romanus*, et Roma *communis patria generis humani.* Vide Freinshemium ad Flori praefationem; Nicol. Antonium de iure exulum pag. 57. seq. et 236. Pignorium pag. 189. Epist. Magium lib. 4. Miscell. cap. 3. et Ezech. Spanhemii orbem Romanum pag. 235. editionis Londinens. Etiam Roma *Regum vrbs* inde dicta Iustino lib. 18. cap. 2. *donare regna consueta*, vt loquitur *Florus* lib. 3. cap. 9. n. 3. vbi iterum con-

fer Freinshemium. *Imperiosa ciuitas* Augustino l. 19. de C.D. c.7. *Roma aeterna, orbis compendium.* Vide Muretum var. lection. XVII. 12. *βασιλὶς, βασιλεύουσα πόλις,* v. Ezech. Spanhemium de praestantia et vsu numismat. T.2. p.401. *μεγάλη πόλις,* V. Valesium ad Eusebium p.284. In sigillis Imperatorum dicitur *aurea Roma, inuicta Roma.* v. Heineccium de sigillis, p.93. Senatus Romanus *ἄνασσα βουλή.* Senatores *mundi principes*, vt legas apud Vopiscum in Probo. Confer alia Romae elogia apud *Rutilium* in itinerario, Aristidem orat. de Roma, *Iul. Caesar. Bulengerum* de imperio Romano, p.312. sq. *Lipsium* l. 1. de magnitud. Romae. c.2. De regnis XI. prouinciis CXIII. insulisque quintam imperii partem aequantibus, atque adeo de toto ambitu Imperii Romani consulendus *Prouinciarum libellus*, qui subiici solet Itinerario Antonini; *Notitia dignitatum vtriusque imperii;* et e recentioribus *Wolfgangi Lazii* commentar. reipubl. Romanae in exteris prouinciis bello acquisitis constitutae libri 12. Basil. 1550. fol. *Car. Sigonius* de iure antiquo Italiae et prouinciarum Francof. 1593. Hanov. 1609. fol. et Lipsiae 1715. 8. 2 Voll. ac T.2. antiquitatt. Graeuii, atque in operibus a Philippo Argelati iunctim editis Tomo quinto. *Onufrius Panuinius* in imperio Romano. (T. 1. antiquit. Graeuii) *Bulengerus* opere laudato lib. 2. cap. 2. *Bergierus* lib. tertio de viis, cap. primo seqq. *Lipsius* de magnitud. Romae lib. 1. c. 3. Succincte etiam limites imperii Romani persequitur *Iosephus Laurentius* libro quarto Polymathiae cap. 4. Ceterum imperium hodiernum Germanicum neutiquam esse veteris Romani imperii laciniam, sed non nisi leui ex parte ac breuissimo tempore olim fuisse Romani iuris docet *Hermannus Conringius* sub initium statim praestantissimi operis, quo Francorum et Germanorum imperii fines ac fata erudite et accurate descripsit.

XIV. Nouae [9] et secundae seu alterius Romae, Regiae vrbis, et Reginae vrbium,[10] nomine donata CONSTANTINOPOLIS, [11] quam vicesimo quinto anno imperii non diu post concilium Nicaenum (A.C. 325. habitum) ex

[9] *v. Socrates H. E. l. 1. c. 16. et du Fresne in CPoli christiana l. 1. p. 35.*

[10] Dicitur quoque *τὸ μέγα θαῦμα τῆς οἰκουμένης* Gregorae IV. 2. p. 50. *βασιλὶς βασιλίδων πόλεως* Nicetae XX. p. 640. *πόλις πασῶν πόλεων ὀφθαλμὸς, ἄκουσμα παγκόσμιον, θέαμα ὑπερκόσμιον, ἐκκλησιῶν γαλουχὸς, πίστεως ἀρχηγὸς, ὀρθοδοξίας ὁδηγὸς, λόγων μέλημα, καλοῦ παντὸς ἐνδιαίτημα.* Id. XVIII. pag. 624. *ὀμφαλὸς τῆς γῆς, ἢ μᾶλλον καρδία.* Nicephor. Callist. apud Lambecium VIII. p. 61.

[11] Fuit etiam collis quidam Constantinopolis nomine, de quo Suidas in *ξήνων.* *Romae secundae* nomine venerunt etiam Mediolanum vide *Io. Paulli Mazzucheti* dissert. Tomo octauo Raccolta d'Opuscoli p. 369. Aquisgranum, v. Diarium Venetiae, Giornale d'Italia Tom. 8. p. 368. sq. et Aquileia v. Acta Sanctor. T. 4. Iunii p. 245.

ex veteri Byzantio instaurauit Constantinus M. et Constantinopolin ex nomine suo appellauit dedicauitque A. C. 330. *omnium pene vrbium*, vt in Chronico Hieronymus scribit, *nuditate.* Conf. *Philostorgium* l. 2. c. 9. *Nicephor.* VII. 47. seq. *Hesychii* illustres origines CPolitanas; *Ez. Spanhemii* obseruationes ad orat. I. Iuliani p. 69 seq. *Car. du Fresne* Constantinopolin christianam lib. 1. p. 26. seq. et numos a Constantino cusos, quos exhibet *Anselmus Bandurus* ad origines CPolitanas p. 458. Hinc eaedem illi praerogatiuae, eadem priuilegia, quae Romae tribui, et ad exemplum veteris Romae pleraque omnia institui coeperunt. Archiepiscopus et Senatus Romano aemulus, splendor aedificiorum, incolarum multitudo iuraque ciuitatis. Similiter etiam vt vetus Roma, sic Constantinopolis diuisa in 14. regiones, quas descripsit auctor vetus *Anonymus* circa Theodosii Iun. tempora clarus, quem post Onufrii, Gyllii sub extremum lib. 4. Topogr. CPol. Labbei in protreptico ad script. histor. Byz. p. 54 Pancirolli ad calcem notit. Imperii et aliorum editiones recudi curauit laudatus Carolus du Fresne p. 63. seq. praemissa praefatione, quam e MS. Vindobonensi vulgauerat Lambecius lib. 2. de bibl. Vindobon. pag. 950. Etiam perinde vt veterem Romam ἑπτάλοφον siue septem collibus insignem CPolin faciunt Ioan. Tzetzes et alii quos laudat Cangius pag 37. De magnitudine eius et frequentia coniecturam facere licet, quod Iustiniani Imper. tempore pestilentia per singulos dies absumta plus quam decies mille, vt narrat Procopius lib. 2. c. 23. de bello Persico. Sed plura de hac vrbe cognoscere cupientem lectorem ablego ad *Georgium Codinum* et *Manuelis Chrysolorae* epistolas tres de Roma noua, quam cum veteri confert, editas Graece et Latine a Petro Lambecio vna cum Georgii Codini excerptis de antiquitatibus CPolitanis, Paris. 1655. fol. *Iulium Caesarem Bulengerum* de imperio Romano, pag. 324. ff. *Petrum Gyllium* in libris 4. de topographia CPoleos eiusque antiquitatibus, quos recusos habes Tomo sexto thesauri Gronouiani; praecipue vero Constantinopolin Christianam iam semel iterumque memorati praestantissimi *Cangii*, itidem diuisam in quatuor libros, et libro primo veteris Byzantii etiam origines persequentem. Luculentum hoc opus vna cum familiis eiusdem Cangii Byzantinis prodiit, Paris. 1680. fol. cui addere deinceps etiam licet operaeque pretium est *Anselmi Bandurii* monachi doctissimi Benedictini Imperium Orientale, quod prodiit Parisiis 1712. fol. Ex his, qui Constantinopolin, qualis hodie est, describere adire iuuabit *Thomam Smithum* in notitia breui CPoleos, quae separatim primum Londini, deinde ad calcem notitiae septem ecclesiarum Asiae prodiit Traiecti ad Rhenum 1694. 8. et *Iosephum Grelotium* praecipue in itinerario CPolitano accurate scripto editoque Gallice Parisiis 1680. Amst. 1681. 12. *Relation nouvelle*

d'un Voyage de Constantinople, enrichie des plans, levez par l'Auteur sur les Lieux et de tout ce, qu'il y a de plus remarquable de cette ville. Huius libri lectione vehemens saepe desiderium CPolis adeundae in se excitatum testatur V. C. Adrianus Relandus lib. sec. de relig. Muhammedica p. 151.

De scriptoribus rerum Byzantinarum et CPolitanarum exstat eruditus et accuratus commentarius compositus a *Martino Hanckio* Lips. 1677. 4. quemadmodum et de Romanarum rerum scriptoribus liber duplex ib. 1669. 1675. 4to. Obiit vir praestantissimus et Vratislauiae suae decus non vulgare die 24. April. An. 1709.

CAPVT VII.

De scriptoribus qui chronologiam Technicam et Historicam tradiderunt.

Chronologia duplex, technica et historica. 1. *Historicae scriptores veteres ante Eusebium.* 2. *De Eusebii Chronico.* 3. *Chronologi post Eusebium Graeci.* 4. *Latini.* 5. *Iudaei et Arabes. ib. Recentiores praecipui.* 6. *Scriptores chronologiae technicae.* 7. *Parum vtilis quorundam in minutiis et incertis περιεργία.* 8. *Chronologorum dissidia circa annum natalem CHRISTI.* 9. *Idea Chronologica rerum praecipuarum digesta per sex annorum millenarios.* 10. *Subsidia Chronologica quaedam enumerata, ex quibus in gratiam studiosorum duo h. l. subiuncta exhibentur, Index Archontum Atheniensium et Pontificum Romanorum Alphabeticus.* 11.

I.

Chronologiae, siue Disciplinae quae temporum rationes exponit, duae omnino sunt partes praecipuae, vna quem Technicam possis appellare, quoniam non sine arte et ingenio constat, atque scientiarum Mathematicarum Astronomiae et Arithmeticae subsidio rationem mensium, annorum et Epocharum apud varias gentes ita docet expedire, vt earundem diuersitas inter se conferri atque comparari, et vniuersa quae ad doctrinam temporum pertinentia ab omnis generis scriptoribus traduntur, recte intelligi, atque ex cuiusque hypothesi siue sententia, calculi ita vt par est poni possint. Altera pars Historica est et in rebus gestis quarumcumque gentium, quarumcunque aetatum ad suum quibusque tempus referendis tota est occupata.

II. Quam-

II. Quamuis haec posterior sine prioris cognitione recte constitui nequaquam possit, tamen placet de eiusdem tanquam magis ad quorumlibet captum accommodata scriptoribus prius dicere. Atque initio mirari licet veteres diu et passim doctrinae temporum parum curiosos fuisse. Quam pauci etiam inter Historiae Graecae particularis expressa Scriptores Thucydidis exemplo annorum, quibus quaelibet res gestae sunt, vestigia consignarunt. Generale vero siue vniuersale Chronicon vix quisquam ante *Apollodorum* componere fuit aggressus, quod versibus iambicis concinnatum Regi Pergameno Attalo inscripsit. Ceterum et hoc et *Castoris* Rhodii et *Phlegontis*, ac si quae fuerunt alia aliorum Chronica invidit nobis tempus, neque est inter scriptores antiquiores qui aetatem tulerunt quem in hoc genere laudes, nisi *Diodorum* forte *Siculum*, in cuius Bibliotheca tamen multa et antiquiora praesertim sine apposita distinctiore temporis nota narrantur. E Romanis primus *Varro* videtur de hac parte eruditionis illustranda serio cogitasse, cuius etiam est celebris illa diuisio [1] omne tempus triplici distinguens discrimine, quorum primum ab Origine humani generis ad Cataclysmum priorem propter ignorantiam appellauit ἄδηλον, secundum a Cataclysmo priore ad Olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur, μυθικὸν ab eo dictum est, et tertium denique a prima Olympiade ad suam aetatem ἱστορικὸν, quia res in eo gestae veris historiis continentur. Varronis exemplo *Cornelius Nepos* aeuum omne tribus explicare chartis siue libris conatus est, sed et illius et aliorum scripta deperdita libenter omitto. Res Aegyptias incerta fide *Manetho*; Romanas ab *Ennio* vsque et *Catone* multi temporum ordine ac per Annales persequuti sunt, sed qui Chronicon deinceps vniuersale condere fuerint aggressi a rerum humanarum exordio, (licet pauca quaedam Chronologica attigerint *Clemens* Alex. in Stromatum libro 1. *Theophilus* Antiochenus libro 3. ad Autolycum, quem propterea *librum de temporibus* Lactantius 1.23. vocat) non habeo quos laudem ante *S. Hippolytum* et *Iulium Africanum* qui ambo Chronicon suum ab Orbe condito ad Alexandri Seueri tempora produxerunt, Iulius vero Africanus praecipue in opere suo de temporibus siue Chronographia quinque libris distributa tam copiose et diligenter versatus est, vt Eusebio et aliis post se viam egregie muniuerit materiamque praebuerit plura commentandi. Hippolyti nihil superest hodie nisi libellus ex Latina veteri versione de diuisionibus et generationibus gentium a Canisio et Labbeo editus: [2] Africani etiam fragmenta tantum habemus ab Eusebio, Syncello et aliis seruata. Atque *Eusebii* ipsius post Africanum praecipuam iam pridem

[1] Adi Censorinum de die Natali cap. 21.

[2] Vide quae notaui lib. 5. Bibl. Graecae p. 205. 269.

dem hoc genere laudem esse, neminem fugit qui vel a limine has litteras salutauerit.

III. *Chronicon* Eusebii solet etiam vocari Παντοδαπὴ ἱστορία *de cunctis temporibus historia*, vt titulus Operis [3] latine transfertur in Epistola Augustini 35. ex quo loco etiam constat non vbique obuios iam tum fuisse Chronici Eusebiani Codices. In libros duos diuisum fuit ab auctore, quorum priorem inscripsit χρονογραφίαν, posteriorem χρονικὸν κανόνα. Atque hanc *Epitomen* vocat Hieronymus. In priore ex Manethone, Apollodoro, Iosepho, Africano aliisque origines et successiones, resque memorabiles variarum gentium ab Orbe condito per varia capita persequutus est, in posteriore omnia serie vna ad annos suos relata digessit ab Anno [4] vocationis Abrahami h. e. ante CHRISTVM 2017. ad vicesimum vsque annum Constantini Magni, A. C. 325. Laudat praeter alios Eustathius Antiochenus in Hexaem. sub init. cui Eusebius vocatur ἁγίων τις, vti ab Ecclesia Gallicana diu illum cultum pro Martyre notat Ianningus in Apologia pro Papebrochio praefixa Actis Sanctorum Iunii T. I. p. 17. sq.

Graecum opus Eusebii intercidit praeter fragmenta et lacinias quas recentiores Chronologi servarunt, Syncellus inprimis, et Cedrenus, Chronicique Alexandrini siue Paschalis Scriptor ne de aliis iam dicam. Nam vt vere Iosephus Scaliger, *qui post Eusebium scripserunt, omne scriptum de temporibus aridum esse censuerunt, quod non huius fontibus irrigatum esset.* Ex illis Graeca vt potuit collegit ediditque et illustrauit doctissimis notis idem *Scaliger*, sed non modo Syncelli et Chronici Alex. tum temporis nondum editi apographis parum emendatis [5] vsus est, sed etiam varia ad Eusebium retulit, quae parum credi-

[3] Χρονικὰ συγγράμματα sua memorat Eusebius in Esaiae XIII. 17. χρονικοὺς κανόνας X. 9. praeparat. p. 484. et l. 1. Hist. Eccles. cap. 1. Ἀρχαιολογίαν atque ἀρχαιολογικὴν ἱστορίαν vocat Anastasius Sinaita qu. 41. et 65. *temporum Historiam* Augustinus II. 39. de doctrina Christiana. *Digestionem temporum* Hieron. 1. in Rufin. χρονογραφίαν Epiphanius sub extremum libri de ponder. et mensur. *Chronicorum Historiam* breuiarium MS. Ecclesiae Lemouicensis, Valesio laudatum. Alia veterum loca titulos Chronici Eusebiani varie referentia notauit Scaliger ante Graeca Eusebii Chroniconque Hieronymianum, Hanckius p. 87. seq. de scriptoribus rerum Byz. et Allatius ad Eustathii Hexaem. p. 13.

[4] Eusebiani Chronici Epocham initium capere ab Cal. Sept. siue autumno anni ante CHRISTVM 2017. Periodi Iul. 2697. disputat Petauius l. 9. de doctrina temporum c. 1.

[5] Is. Vossius in auctario castigatt. Georgii Hornii p. 370. *Quia apographum Syncelli quod Scaligero transmissum fuit, raptim et vitiose admodum descripserat Casaubonus nescio an alius, ideo plurimi passim in hoc opere tam in annis quam in nominibus errores fuere commissi.* Multis hoc docet Goarus notis ad Syncellum 504-528.

credibile [6] eſt ab illo ſcripta fuiſſe. *Latine* vertit et Vincentio cuidam ac Gallieno inſcripſit *Hieronymus*, ita vt hinc inde ex Latinis praecipue ſcriptoribus quaedam adderet [7] alia omitteret, ac deinde Chronicon ad A. C. 378. (Valente ſextum et Valentiniano ſecundum Coſſ.) continuaret. Codices Latini Chronici Euſebiani oſcitantia librariorum mire inter ſe variant, et ſaepius nec inter ſe nec cum Hiſtoria facile poſſunt conciliari. Confer Dodwelli diſſ. 3. ad Irenaeum § 2. Henr. Valeſius pag. 10. ad Euſebii Hiſt. vetuſtiſſimos Codices laudat Acutianum, Lipſii et Ortelii. Laudat quoque vetuſtiſſimam editionem Mediolanenſem, quam nec Pontacus nec Scaliger viderit. Conſuluit tamen *Arnoldus Pontacus* Epiſcopus Vaſatenſis praeter Codices MSS. duodetriginta, editiones octo, [8] atque ex illis praeclaram ſuam concinnauit, in qua mirum ſtudium atque induſtriam non dubitauit etiam Scaliger Epiſt. 104. omnibus laudibus proſequi, atque editoris doctrinam, candorem, modeſtiam et diligentiam celebrare. Et omnium correctiſſima vocatur Io. Morino p. 277. Exerc. Bibl. Prodiit notis Pontaci et caſtigationibus illuſtrata, vna cum Proſperi Chronico Burdigalae 1604. fol. ſed raro hodie reperitur. Neque vbiuis obuia altera *Auberti Miraei*, poſteriorem tantum partem à CHRISTO exhibens, additaque habens Chronica Sigeberti et Anſelmi Gemblacenſis. Antwerp. 1608. 4. Confer B. Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 743. Ceterum ob praeclaras acceſſiones atque doctiſſimas notas frequentiſſime in manibus eruditorum verſatur editio *Scaligeri*, [9] altera praecipue ac poſtuma Amſtelo-

[6] Vide Conringium de Medicina Hermet. pag. 21. et 30. Steph. le Moyne prolegom. ad Varia S. * 32. 2. b. Hanckium de ſcriptoribus Byz. p. 92. ſeq.

[7] Id. pag. 93. ſeq. Io. Andreas Boſius diſſ. ad periocham Ioſephi de CHRISTO, cap. 2. § 7. ſeq.

[8] Veteres Chronici Euſebio-Hieronymiani ante Pontacum editiones ſunt: Veneta 1483. 4. Pariſ. 1512. 4. apud Henr. Stephanum auum, et Baſil. 1529. fol. edente Io. Sichardo cum Chronicis Proſperi, Caſſiodori, Hermanni Contracti et Matthaei Palmerii. Hinc cum aliis Euſebii ſcriptis, et Proſperi ac Matthaei Palmerii Chronico Baſil. 1542. 1548. 1559. 1570. fol. Pariſ. 1581. fol. *Alphonſi Toſtati* commentarius in Euſebii Chronicon, Hiſpanica lingua, Salmanticae ſumtu Franciſci Ximenii Cardinalis A. 1506. fol. quinque Voluminibus.

[9] Recenſetur a Labbeo T. 1. de ſcriptor. Eccleſ. p. 302. et Tho. Ittigio lib. de Bibliothecis Patrum pag. 745. ſeq. Emendationes Salmaſii ex Codd. Palatinis IV. cum Conr. Sam. Schurzfleiſchii τοῦ μακαρίτου ad Euſebii Chr. obſeruationibus edidit frater Clariſſ. Henr. Leonhardus Schurzfleiſchius. Witeb. 1712. 4. in notitia Principalis Bibliothecae Vinarienſis, in quam editio Lugd. Bat. 1606. manu Salmaſii notata peruenit ex Bibliotheca Gudiana. Inter Codices Iſ. Voſſii cum MSS. collatos Colomeſius n. 1. memorat Chronicon Euſebianum editionis Scaligerianae quod cum MSS. commiſit Corn. Tollius. Bochelli obſeruationes Chronicas ad Euſebium MStas laudat Matthias Berneggerus ad Iuſtini XVIII. 6.

ſtelodamenſis An. 1658. fol. quae Alexandri Mori praefationem et Scaligeri commentarios ad latinam Hieronymi interpretationem et Graeca Euſebii emendatos et tertia parte auctiores (quam prior editio Lugd. Bat. 1606. fol.) exhibet et libros tres Iſagogicorum Chronologiae Canonum eiusdem Scaligeri ſubiunctos habet. Chronico Euſebiano ſubiecta ſunt Hieronymi de quo dixi ſupplementum et *Proſperi Tironis* ab A. C. 379. vbi deſiit Hieronymus ad An. 444. Victoris Tunnunenſis Chronicon ab An. 445. ad An. 565. *Ioannis* Abbatis *Biclarienſis* ab A. 565. vsque ad annum Mauritii octauum A. C. 593. *Idatii* ab A. C. 379. vbi Hieronymus deſinit ad 428. *Marcellini Comitis* ab A. C. 379. ad A. 534. et Veteris ſcriptoris ſiue interpretis incerti excerpta latina Chronologica ex Africano, Euſebio et aliis vulgata e Codice Bibl. Puteanae. Poſt haec ſequuntur Graece quae Scaliger velut Euſebiana collegit ac digeſſit. Anonymi Ἐπιτομὴ χρόνων (Chronici Alex. et Faſtorum Siculor. nomine vulgo venit) ab Adamo ad annum Heraclii viceſimum A. C. 629. ex Codice Iſ. Caſauboni. Nicephori Patriarchae χρονογραφία. Denique ſequitur ἱςοριῶν συναγωγὴ et Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴ, non veteris ſcriptoris ſed vt recte viri docti notarunt ipſius Scaligeri, qui illam ex ſcriptoribus editis et ineditis collegit ac digeſſit, non Graecis modo ſed etiam Latinis, quorum loca Graece transtulit et hiſce collectaneis inſeruit. Reprehendit Euſebius hinc inde Africanum, ipſe viciſſim reprehenſus eſt ab Aniano, Panodoro, Syncello et aliis, Diodoro etiam Tarſenſi de quo Suidas, praecipue a Scaligero et aliis Chronologis recentioribus.

IV. *Aniani* et *Panodori* Monachorum Aegyptiorum centum fere Annis Euſebio iuniorum Chronographiae Syncello laudatae interciderunt, quibus Euſebium vt iam dixi hinc inde caſtigauerant, ſed in plerisque ſequuti fuerant. Caſtigauerant vero haud raro ſine magna ratione, et quum ipſi potius eſſent reprehendendi, vt Scaliger ad Euſebium docuit. Intercidit quoque *Philippi Sidetae* Presbyteri Hiſtoria ab orbe condito ad ſuam perducta aetatem, hoc eſt ad quinti a Chriſto nato ſaeculi initia libris 36. ſed longe pluribus ac mille propemodum tomis, ſingulis enim libris argumentum tomi integri magnitudine praemiſerat, et librum vnumquemque 24. λόγοις, ſiue tomis iterum diſtinxerat, quod voluminoſum opus auctori Hiſtoriae tripartitae XII. 3. *multam* viſum eſt *habere confuſionem nec ſatis prodeſſe legentibus*, vti magis etiam conſtat ex Socratis VII. Hiſt. c. 27. Nicephoro XIV. 29. et Photio Cod. 35. Fragmentum huius Philippi inſigne de Scholae Alexandrinae ſucceſſione vulgauit illuſtrauitque Dodwellus ad calcem diſſertationum in Irenaeum Oxon. 1689. 8. Aliud fragmentum, acta diſputationis de Chriſto, in Perſide inter Chri-

Christianos Gentiles et Iudaeos habitae, cui ipse interfuit, complexum habetur MS. in Bibl. Caesarea teste Lambecio lib. 5. pag. 137. qui tamen fallitur lib. 4. pag. 179. vbi ad hunc Philippum refert fragmentum de tinctura aeris Persici et ferri Indici. Nam verba: *βαφὴ τοῦ παρὰ πέρσαις ἐξευρημένου χαλκοῦ γραφεῖσα ἀπὸ ἀρχῆς Φιλίππου*, tincturam iam ex tempore principatus Regis Philippi descriptam denotant, vt recte notauit Cotelerius T. 3. monument. p. 598.

Ioanni Malalae plures laudantur Chronographi, *Arianus*, *Brunichius*, *Buttius*, *Clemens*, *Domnius*, *Eustathius*, *Eutropius*, *Eutychianus*, *Licinnius*, *Magnus* Carrensis, *Nestorianus*, *Theophilus* et *Timotheus*: Sed facile apparet ab ipso Chronographos appellari Historicos quoscunque. De illis vide si placet quae dixi volumine sexto Bibliothecae Graecae.

Atque praestat editos solum persequi, e quibus primo loco is ipse quem iam dixi *Ioannes* Antiochenus, cognomento *Malala* commemorandus, cuius Historia Chronica ab Orbe condito vsque ad obitum Iustiniani I. Imperatoris prodiit Oxonii e Codice Bodleianae 1691. 8. cum versione et notis Edmundi Chilmeadi, et Humfredi Hody diss. atque Rich. Bentleii Epistola, inserta deinde editioni Venetae Scriptorum Byzantinorum. Opus ab auctore distributum fuit in libros 18. sed primus liber cum secundi parte desideratur, itaque ab editore defectus ille ex Georgio Hamartolo suppletus. Malalam non diu post Iustinianum floruisse, Clarissimo Caueo lubens assentior.

Farraginem historico-chronologicam, quam sub nomine CHRONICI ALEXANDRINI vulgauit Graece et Latine cum notis *Matthaeus Raderus*, S. I. Monachii 1624. 4. vnde Latine ex Raderi versione recusum est in Bibliotheca Patrum Tomo 12. edit. Lugdunensis pag. 867. denique sub veriore titulo *Chronici Paschalis*, noua meliore versione et eruditis notis illustratum a *Carolo du Fresne* habemus. Paris. 1688. fol. Idem Fresneus siue Cangius nonnullas offert obseruationes Ioannis Baptistae Hardtini siue Altini, qui ipse chronici huius editionem videtur molitus fuisse rei chronologicae apprime peritus. Praeterea ex MSto codice et Holstenii obseruatione duos illius operis notat fuisse auctores, vnum quidem rerum ab orbe condito ad A.C. 354. (Constantii 17.) alterum vero, qui illud vsque ad annum vicesimum Heraclii continuauit. Index Imperatorum, qui vsque ad Imperatorem Constantinum Monomachum A. C. 1042. pertingit, ab alio est, idque in ipso titulo diserte innui testatur Isaac. Casaubonus p. 243. Epistol. *Antiochenum libentius Chronicon vocarim*, inquit, Henr.

 Vale-

Valesius p. 39. ad Euseb. et ad Theodoritum pag. 21. seq. cum quo facit Stephan. le Moyne notis ad varia sacra p. 131. Plurima quoque eadem leguntur atque iisdem verbis in Chronico Ioannis Antiocheni Malalae. *Constantinopolitanum* appellat Vsserius pag. 75. prolegom. ad Ignatium, illamque conuenientiorem esse inscriptionem disputat etiam *Reinesius* II. 17. Var. Lect. Ceterum Raderus auctorem domo Alexandrinum fuisse collegit ex iis, quae de Ieremiae cineribus Alexandriam iussu Alexandri M. deportatis leguntur, pag. 366. et quod Georgii successor Petrus Alexandrinus nota in fronte libri apposita opus illud commendauit atque inde Chronicon Alexandrinum inscripsit Raderus: quanquam in eo potuit falli, et quod de Maximo monacho, qui Heraclio imperante, vixit, velut de chronici huius Auctore cogitat: quemadmodum et eiusdem plerasque emendationes et coniecturas sibi non probari testatus est Cotelerius Tomo tertio monumentorum ecclesiae Graecae p. 608. vnde saepius correctione indigere illud opus notauit Ioan. Gregorius cap. 36. obseruationum sacrarum: et parum accuratus interpres Raderus dicitur ab Henrico Whartono ad Vsserium de scripturis sacrisque vernaculis. p. 349. Ex hoc ipso opere petita sunt, quae *fastorum Siculorum* nomine laudant eruditi, quoniam codicem MStum in Sicilia Hieronymus Surita reperit, vnde ab Antonio Augustino perlatus est Romam: indidem fastos consulares excerpsit ediditque Sigonius et Panuinius, et graece at latine Frider. Sylburgius tomo tertio historiae Augustae. Longe plura ex codice suo, qui deinde ad Sylburgium peruenit, et ab hoc per Hoeschelium redemtus, bibliothecae Augustanae illatus est, excerpsit Isaac. Casaubonus, communicauitque cum Iosepho Scaligero, qui illa passim laudat nomine *Chronici Casauboniani*, et edidit Graece ad Chronici Eusebiani calcem, praefixo titulo *ἐπιτομῆς χρόνων*, vt paullo ante in Eusebio dicere nos meminimus. Ex Malala in illud Chronicon multa deportata esse notauit Henricus Norisius de epochis Syro-Macedonum p. 203. Multa etiam iisdem verbis leguntur in Topographia Christiana Cosmae Indopleustae, vnde *Cosmam* illum auctorem chronici suspicatus est Allatius libro de purgatorio p. 942. Vsserius vero et alii incerta coniectura *Georgio Pisidae* tribuunt, Casimirus Oudinus *Georgio Alexandrino* a quo vitam Chrysostomi scriptam habemus. Non Alexandriae tamen sed CPoli scriptum esse illud chronicon probat Henschenius exegesi praeliminari ad Tom. tert. Actorum Sanctorum mens. Martii, p. 7.

Georgius Monachus, atque Theophane [10] teste Abbas, Patriarchae Constan-

[10] Theophanes, *initio Chronici: ὁ μὲν μακαριώτατος Ἀββᾶς Γεώργιος ὁ Σύγκελλος γεγονὼς*

ſtantinopolitani A. C. 806. defuncti *Syncellus* [11] (quaſi Concellanum dicas et domeſticum) ipſe p. 3. et 6. ſi modo ipſe, auctor eſt ſe Chronico ſuo complecti velle res ab orbe condito geſtas vsque ad A. C. 800. Certe Syncellus morte praeuentus non vltra Diocletiani tempora peruenit, teſte eodem Theophane, qui continuauit, et Mich. Glyca, ac Georgio Cedreno, quod et titulus operis indicat: Γεωργίου τοῦ Μοναχοῦ χρονικὴ ἱστορία ἀρχομένη ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ διήκουσα μέχρι τοῦ Διοκλητιανοῦ. Ioſephus Scaliger, qui opere illo manuſcripto vſus eſt, et ex illo pleraque in Euſebium ſuum, licet minus emendate quandoque, vt notat Salmaſius p. 99. epiſtol. deſcripta deriuauit, queritur illud ab antiquario, qui deſcripſit, multis partibus mutilatum eſſe, et quae ſcriptor toties promittit, ea nusquam comparere Epiſtola CLX. et CLXI. ad Marcum Velſerum, a quo alium codicem Venetiis afferendum exſpectabat. Titulus codicis: Ἐκλογὴ χρονογραφίας συνταγεῖσα ἀπὸ Γεωργίου Μοναχοῦ Συγκέλλου γεγονότος Ταρασίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλ. κ. τ. λ. Quanquam vero Iacobus Goarus putat integrum Georgii opus ad nos perueniſſe, tamen Philippus quoque Labbeus ad Glycam ex Georgio quaedam allegantem, quae in illo haud leguntur, annotat pag. 367. *Ex iſta pericope aliisque quibusdam Lector diſcet, non eſſe integrum Georgii Syncelli Chronicon ſuisque partibus omnibus abſolutum quod e Codice MS. Bibliothecae Regiae a R. P. Iacobo Goaro, Ord. Praedicatorum, typis Regiis prodiit, ſed quaedam adhuc in eo deſiderari, ex aliis, ſi quae forte occurrant vberioribus membranis ſupplenda.* Allatius qui de Georgio Syncello multa erudite animaduertit diatriba de Georgiis, p. 323. ſeq. et Poſſeuini, Voſſii atque aliorum hallucinationem qui cum Georgio Hamartolo, de quo mox, con-

γονῶς Ταρασίου τοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐλλογιςμὸς ἀνὴρ καὶ πολυτελέςατος ἄλλους τε ἱςορωγράφους καὶ χρονογράφους ἀναγνοὺς, κ. τ. λ.

[11] *Anaſtaſius* Bibliothecarius, qui ſaeculo nono claruit, praefat. ad hiſtor. ſuam eccleſiaſticam: " Operae pretium duxi ex *Georgii* ſummatim quaedam, et *Theophanis* chronographia plura, ſed ſuccincte carpenda, quorum prior vsque ad Diocletianum, poſterior vero vsque ad Leonem, qui poſt Michaelem imperauit, patrem ſcilicet Ignatii, qui adhuc ſupereſt, habenas CPolitanae tenens eccleſiae, praedicti operis ſui ſtilum protraxit. Qui autem ſint iſti breuiter annotabo. Horum igitur alter electa monaſtica vita, mundoque contemto, Chriſti ſe leui iugo et ſuaui ſarcinae mancipauit. Praeterea contra haereticos inceſſanti agone deſudans, multis verberibus, mundi principibus contra eccleſiae ritum ſaeuientibus, diuerſisque poenis affectus eſt. Sic ergo ſtigmata Chriſti in corpore ſuo portans, tam pro fidei ſuae conſtantia, quam pro multarum virtutum inſignibus ſanctae memoriae Taraſii regiae vrbis Praeſulis Syncellus effectus eſt. Sed ne multa perſequar, ſufficere arbitror ad praeconium eius, quod a ſede approbatus ſit apoſtolica, quando ſcilicet vicarii eius vna cum CCCL patribus in Nicaea vrbe ſecundo conuenientes vniuerſalem Synodum celebrarunt: ſiquidem et laus eius in eodem ſeptimo et ſancto concilio reperitur. "

fundunt, castigauit, p. 327. et 334. memorat Codicem Mediolanensem hoc titulo: Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων, καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ἀπὸ Γεωργίου μοναχοῦ καὶ Συγκέλλου. Sed in illo perinde vt in altero cuius meminit Reinesius Epistolis ad Nesteros pag. 17. et in quo res ab Adamo ad Imperium vsque Michaëlis cum Theodora matre cuius initium cum A. C. 841. coincidit, enarrantur, lucubrationes Georgii Hamartoli et Logothetae ac Theophanis cum Syncellianis videntur confundi. Idem Labbeus in Protreptico de Scriptoribus Byzantinis promisit Chronologiam Syncelli vulgandam ex MS. Bibl. Regiae Paris. collato cum Vaticano quem descripserat Holstenius et cum Mazarinianis addita latina versione *Io. Baptistae Hautini*, siue *Altini*, quem Nic. Rigaltii leuirum Syncelli parasse editionem ad Rigaltium Romae A. 1630. scripsit Iosephus Maria Suaresius, in Epistola quae legitur T. 4. Operum Sirmondi pag. 663. At neque illa versio neque editio Altiniana vidit lucem, sed *Goarus* Syncellum cum versione sua et notis publicauit Paris. 1652. fol. vsus Codice MS. Regiae Bibl. scripto A. C. 1021. quem Corinthi parauit Io. Abramus A. C. 1507.

Syncelli Chronicon ab A. C. 285. (Diocletiani 1.) ad 813. (Leonis Armeni 1.) continuauit THEOPHANES Isaurus, [12] cuius confessoris imaginem, vitam siue elogium a Theodoro vt videtur Studita scriptum Latine ediderunt ad 12. Martii Lipomannus, Surius, Henschenius, Graece et Latine *Franciscus Combefisius* editioni Theophanis Lupareae praemisit, quae cum versione et notis posthumis *Iacobi Goari* atque eiusdem *Combefisii* animaduersionibus prodiit Paris. 1655. fol. Eam V. C. *Io. Andreas Bosius* conferens cum MS. Codice Augustanae Bibl. deprehendit huius ope multo emendatiorem, alicubi et pleniorem, expletis quibus passim foedatus est lacunis aliquot, dare se posse, idque facturum promisit Exercitatione in periocham Iosephi de Christo p. 24. additurus Syncellum et vtriusque continuatorem Genesium vsque huc ineditum. Publicandarum Bosii in Theophanem obseruationum, quae in publica Ienensis Academiae Bibliotheca MSS. asseruantur, spem fecit Georgius Schubartus praefat. ad postumam eius introductionem ad Notitiam Rerump. a se edi-

[12] *Anastasius* Bibliothecarius Theophanem laudat his verbis: " Porro de altero quid " dicam? quum et eius conscripta vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis " crucem suam tulerit, qualiterue sequutus Christum abbatis in monasterio Agri functus " officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscauerit, et confessor obierit, satis aperteque " per Byzantium et circum quasque regiones his, qui prope, et his, qui longe sunt cla- " met. Sed et studia eius ad nos vsque perlata quis vel quantus vir iste fuerit, sollertibus manifestant. „ Nota porro hunc Theophanem Abbatem et Confessorem longe diuersum esse a Theophane Byzantio, qui de rebus Iustini II. Imperat. A.C. 578. defuncti, scripsit.

editam, ſpecimenque illarum videre licet in Wilh. Erneſti Tenzelii τȣ̃ μακαρίτȣ Exercitationibus ſelectis p. 315. *Ioannis Burchardi* verſionem latinam memorat Lucas Holſtenius Epiſtola ad Lambecium T. 6. de Bibl. Vindobonenſi p. 260. *Apud Puteanos fratres magnum opus Chronologicum reperies, in quo tuam exerceas induſtriam, Theophanem ſcilicet Agri* (Monaſterii in regione Sigriana) *Abbatem cum* Io. Burchardi *hominis accurate docti verſione* [13] *edendum, quem nuper ex Barberina Bibliotheca ad ipſos miſi. Adiunxit etiam Anaſtaſium Bibliothecarium antiquum eius interpretem* (qui praef. ad Hiſt. ſuam Eccleſiaſticam plura ex Syncello et Theophane repetiiſſe ſe innuit, vti ex eodem Landulphus Sagax non pauca transtulit in poſtremam Hiſtoriae miſcellae partem) *ex Caſinenſi Codice Longobardico depromtum. Praefigendum erit Theophani Chronicon Georgii Syncelli a Iulio Caeſare vsque ad Maximianum, cuius itidem exemplaria duo ad Vaticanos et Palatinos Codices accurate collata ibi offendes. Alia etiam Regia Bibliotheca ſuppeditabit.* De hoc Theophane conferendus inprimis Martinus Hanckius lib. 1. de rerum Byzantinarum ſcriptoribus cap. 11. Antequam vero de hoc Chronico dicere deſinam, apponere iuuat Godfridi Henſchenii iudicium ex eiusdem exegeſi praeliminari praemiſſa Tomo tertio Actorum Sanctor. menſis Martii edito An. 1684. in qua tabulas Chronicas Theophanis, ſaltim quoad annos ſeriemque Epiſcoporum in quinque ſedibus Patriarchalibus nulla fide dignas eſſe obſeruat. *Chronographia Theophanis,* inquit, *qualem nunc habemus ex collatione quinque Codicum MSS. Regii ſcilicet, Peireziani, Barberini, Vaticani et Palatini, duabus conſtat partibus, quarum quae potior eſt, et vere aurea, omnique acceptione digniſſima, hiſtoriam exhibet per annos digeſtam: altera vix plumbea dici meretur, conſiſtitque in tabulis Chronologicis,* (Canonia *vocat Goar*) *quibus per loculos diuiſis primum annus Mundi, tum Chriſti incarnati, dein Imperatoris Romani, proxime Regis Perſarum, aut Ducis Arabum, rerum poſt Perſas in Palaeſtina potientium, denique ex ordine quinque Epiſcoporum praecipuorum ſeu Patriarcharum,* Romani, Conſtantinopolitani, Hieroſolymitani, Alexandrini et Antiocheni *ordo et anni continentur. Tabulas autem iſtas magna cum diuerſitate non tantum praefixas annis non ſuis, ſed etiam mendoſiſſime conſcriptas eſſe, et plurimis hiare loculis, ac portentoſis prorſus annorum, praeſertim Patriarchalium ſupputationibus ſcatere, cum ipſemet Goar agnoſcat fateaturque: mirum eſt, aut ipſum, aut, qui defuncti Goaris laborem edu-*

[13] Ex Verſione illa locum profert Allatius p. 324. de Georgiis, ſed is male *Iacobum Bullardum* vocat. Rectius Labbeus in protreptico ad ſcriptores Byz. edendos, *Io. Iacobum Buccardum.* Pariſinus hic fuit Cardinalis Barberini Romae domeſticus, cuius laudatio funebris in Nicol. Fabricium Peireſcium et alia ſcripta quaedam referuntur in Catalogo Bibl. Barberinae p. 194.

eduxit in lucem, Combefiſium potuiſſe ſibi perſuadere, ab auctore Theophane eſſe: qui variorum auctorum ſententias et numeros ſequutus ſit varios, opusque proprium vrgente perſecutionis neceſſitate non recenſuerit, proindeque exigere a lectore ſuo poſſit, vt, qui dormitantem Homerum patitur, Theophanem quoque lapſum erigat corrigatque: cum nimirum ſuccedentes et ad inuicem cohaerentes numeros in ſequiores transponit annos, ſeu etiam coniunctos annos in diſſita canonia deſultorie transfert: aut eidem viro nunc pauciores, mox plures diuerſis canoniis aſſignat annos: vel cum eiusdem viri pauciores anni, plura occurrant canonia: aut cum ſumma quaepiam aetatis aequales loculos ſiue Canonia quibusdam omiſſis non accepit: vel denique cum numero eiusdem anni repetito confuſio infertur non mediocris.

In eadem exegeſi praeliminari p. 10. ſeqq. mendas quasdam, librariorum ſocordia Theophani adſperſas et ab aliis non obſeruatas, Henſchenius eluit.

Theophanem continuarunt Leo Grammaticus, Anonymi duo, tum Georgius Monachus et Simeon Logothetes, de quibus ſingulis vti et de Ioanne Scylitze alibi diligentius diſſerui, Ioannes item Geneſius adhuc ineditus, quem e Codice Bibl. Paulinae Lipſienſis vulgare inſtituerunt viri praeſtantiſſimi Io. Andreas Boſius, Chriſtianus Wagnerus, Georgius Schubartus, et Godfredus Olearius.

NICEPHORI Patriarchae Conſtantinopolitani A. C. 828. defuncti Chronologiam compendiariam ab orbe condito ad ſuam aetatem latine iam circa A. C. 872. vertit *Anaſtaſius Bibliothecarius*, cuius Hiſtoria eccleſiaſtica ex Syncello, Theophane et Nicephoro collecta, et *Ioanni* vrbis Romae Diacono inſcripta, prodiit latine cum notis *Car. Annibalis Fabrotti* inter ſcriptores Hiſt. Byz. Pariſ. 1649. fol. Ex eiusdem Anaſtaſii verſione Chronologia Nicephori legitur in Bibliothecis Patrum, Pariſ. 1589. 1644. et 1654. Tomo ſeptimo: Colon. 1618. Tomo nono, et Lugd. 1677. Tomo 14. p. 72. cum commentario *Antonii Contii* primum edito Pariſ. 1573. 4. quem LXX. Interpretibus [14] nimium tribuere, in expurgatorio Indice notat Io. Maria Braſichellanus. *Latine* itidem, interprete *Ioach. Camerario*, vna cum eius commentariis et diſſ. de Concilio Nicaeno Baſil. 1561. fol. et Lipſ. 1573. 4. atque ſine commentariis Baſil. 1569. 8. ante Hiſtoriam quam vulgo vocant Miſcellam.

Graece in theſauro temporum *Ioſephi Scaligeri.* Lugd. Batav. 1606. et 1658. fol.

Graece et Latine, cum *Iac. Goari* notis ad calcem Georgii Syncelli Pariſ. 1652. fol. inter ſcriptores Hiſt. Byz. Imperatorum et Patriarcharum quorundam

[14] Confer. Rich. Simonis Bibliothecam Criticam, T. 2. p. 470.

dam poſtremorum nomina a ſcriptore iuniore adiecta eſſe tum in Nicephori Graecis tum in Latinis Anaſtaſii codicibus docet Seldenus II. 4. de ſynedr. p. 106. ſeq. et Hanckius de ſcriptoribus Byz. p. 245. Valentiniani quoque genealogiam in Codicibus quibusdam deſiderari notat Io. Pearſonius in Vindiciis Epiſtolarum S. Ignatii. Viciſſim in aliis MSS. diuerſae continuationes reperiuntur iam ad Conſtantinum Ducam qui A. C. 1067. obiit, iam vlterius etiam vsque ad A. C. 1180.

Georgii Monachi et Archimandritae cognomento *Hamartoli* circa A. C. 842. clari, quem cum Syncello multi male confundunt, Chronicon ab O. C. ad Michaëlem Theophili Imp. filium nondum integrum lucem vidit, etſi partes quasdam illius et fragmenta habemus a Petauio, Lambecio, Gretſero, Allatio, Radero aliisque ſparſim edita. Ex hoc Chronico etiam Chronologica excerpta petita ſunt quibus Malala ab initio ſuppletur; Confer Humfredi Hody diſſ. Malalae praemiſſam § 41. et Allatium de Georgiis pag. 329. ſeq. qui Cedrenum, Theophanem, Glycam aliosque poſteriores Chronologos ex eo profeciſſe atque in Excerptis ineditis Conſtantini Porphyrogeneti περὶ πρεσβέων nonnulla ex hac hiſtoria Georgii Monachi de legationibus ad Principes ethnicos legi p. 334. notat. Idem Allatius libro de aetate et interſtitiis Ordinum apud Graecos p. 180. nonnulla ex eodem proferens, monet neutiquam contemnendum eſſe auctorem, *ex quo recentiores Graecorum Hiſtorici ſua fere omnia neque verbis ipſis immutatis hauſere, quod vt videas latinum fecimus et vna cum textu Graeco ſi per tempora licuerit tibi communicabimus.* Illa Allatii verſio et editio non vidit lucem, niſi quod prooemium operis cum interpretatione ſua diatribae de Georgiis inſeruit. Duos Codices MSS. Regiae Bibl. Pariſienſis laudat Cotelerius ad lib. 9. recognitionum quae ſub Clementis nomine ambulant cap. 20. Vindobonenſem Lambecius II. pag. 588. Mediolanenſem et Scorialenſem Allatius de Georgiis p. 334. Bauaricum Gretſerus T. 2. de cruce, et Matthaeus Raderus in viridario ſanctorum, notis ad vitam S. Ignatii, Baroccianum denique qui exſtat in Bibl. Bodleiana, Humfredus Hody loco laudato.

Hippolyti Thebani qui ſaeculo XI. floruit, Chronicon a Chriſto nato ad ſua tempora, ſimiliter nondum in lucem prodiit, exceptis fragmentis, de quibus dictum eſt libro 5. Bibl. Graecae p. 212. ſqq.

Georgii Cedreni Monachi Chronicon ab orbe condito ad A. C. 1057. cum *Ioan. Xylandri* verſione et notis editum eſt Baſileae apud Ioan. Oporinum et Epiſcopios fratres A. 1566. fol. atque inter ſcriptores Hiſtoriae Byzantinae cum eiusdem Xylandri ſed paſſim a Fabrotto emendata interpretatione notisque, et notis poſterioribus *Iacobi Goari,* quibus Xylandri etiam verſio et notae

passim emendantur, ac glossario *Caroli Annibalis Fabrotti*, qui editionis huius curam habuit. Parif. 1647. fol. In hac editione ex codicibus MSS. lacunae ingentes tres, aliaeque ex MSS. Altempsianae et Vaticanae Biblioth. suppletae sunt, nam et Ioan. Leunclauius notis ad Annales Turcicos testatus erat, apud se aliquot folia Cedreni esse, quae in Xylandri editione desiderarentur. Multa etiam emendata ac suppleta e *Ioanne Scylitze*, Curopolate, qui Cedrenum [15] exscripsit, simulque continuauit. Igitur eiusdem historia, quae desinit in A. C. 1080. subiuncta est a Fabrotto *Graece* e bibliotheca Regia, et *Latine* ex interpolata per eundem editorem Ioan. Baptistae Gabii versione. [16] In codice Vaticano Aethiopicorum Heliodori annotatum est, illum scriptorem versibus Iambicis etiam ad Imperatorem Theodosium scripsisse de auro conficiendo, idque Georgium Cedrenum testari. Γράφει δὲ διὰ στίχων Ἰάμβων τὴν τοῦ χρυσοῦ ποίησιν πρὸς τὸν αὐτὸν Θεοδόσιον, ὥς φησὶ Γεώργιος ὁ Κεδρηνός. *Neque vero hoc licet negare*, inquit Conringius de medicina Hermetica p. 25. *etsi in edito Cedreni volumine* (etiam Parisiensis editionis) *non reperias. Notum enim, valde mutilum illud esse, et miris modis deformatum, quod iam Iosephus Scaliger est conquestus.* Vide tamen, quae Scaligeri iudicio, qui breuiarium tantum maioris operis et cadauer ad nos peruenisse existimabat, opponit Allatius de Georgiis p. 336.

IOANNIS ZONARAE CPolitani ex praefecto vigilum et primo a Secretis Monasticam vitam amplexi et plurimis aliis scriptis clari, Annales ab orbe condito ad A. C. 1118. quo obiit Alexius Comnenus, ex Viennensi MS. et aliis quatuor codicibus, cum *Hieron. Wolfii* notis prodiere Basil. 1557. fol. Postea vir praeclarissimus *Carolus du Fresne* Wolfianam editionem ex 4. scriptis Codd. Regiae Bibl. et vno Colbertino emendauit, latinam versionem recensuit notasque eruditas addidit Parif. 1686. fol. quumque Wolfius contra auctoris mentem Annales in tres partes diremisset, Cangius diuisionem operis genuinam in partes duas, librosque XVIII. restituit, et libros capitibus distinxit, subiuncto *breui summario Chronologico Anonymi* ab Adamo ad Alexium Comnenum, quod Dionys. Petauius cum Nicephori CPol. breuiario Historico Graece et Latine vulgauerat Parif. 1616. 8. *Italice* quoque translati Zonarae An-

[15] Fallitur Labbeus, qui Cedrenum Ioannis Scylitzae exscriptorem facit, confundens hunc cum Ioanne Portouestiario, cognomento Thracesio, quem Cedrenus laudat inter eos, ex quibus profecit, et quorum vestigiis insistere non diffitetur semet, Syncellum, Theophanem, (Ioannem) Siculum, Psellum, alios. De Syncello plura dabit Allatius in diatriba de Georgiis p. 334. seq.

[16] Prologus compendii historici Scylitzae auctior iis, qui ante editi fuerunt, insertus legitur in Montefalconii catalogo biblioth. Coislinianae p. 202.

Annales sunt a Marco Aemilio, Florentino, Venet. 1560. 4. et Gallice à Ioanne Mileto Paris. 1583.

In eodem Anno Christi 1118. desinunt etiam ab Orbe condito deducti Annales MICHAELIS GLYCAE Siculi, quorum partem a Iulio Caesare ad Constantinum M. ex codice Andreae Schotti sub falso *Theodori Metochitae* nomine cum versione et notis edidit *Io. Meursius* Lugd. Batav. 1618. 4. Integras ex Ioh. Sambuci Codice vertit vulgauitque Latine *Io. Leunclauius*, et ad captam vsque a Turcis CPolin continuauit Basil. 1572. 8. Inde *Philippus Labbeus* pluribus Codd. MSS. vsus Claromontano, Fontisebraldensi, et variis lectionibus ex Codice Bauarico, Vallicellano atque Augustano Glycam *Graece* primus edidit, versionem *Leunclauii* recensuit, notasque suas, perinde vt Meursii quoque, et Leunclauii continuationem adiunxit. Paris. 1660. fol. Laudat hic Glycas p. 82. *Pyronem* siue *Pyrrhonem* χρονογράφον, ex eoque refert Adamum quadragesimo demum quum conditus esset die paradisum esse ingressum.

Post Glycam scripsit circa A. C. 1150. sub Manuele Comneno, quem laudat pag. 53. edit. Regiae Chronicon suum ab Orbe condito ad A. C. 1081. siue Nicephori Botaniotae imperium et Alexii Comneni initia tantum modo produxit CONSTANTINVS MANASSES. Non prosa sed versibus prosae simillimis, quos *politicos* Graeci recentiores appellant, scripsit Annales suos, siue σύνοψιν ἱστορικὴν ad Irenem Andronici Comneni vxorem, de qua Cangius in familiis Byzantinis p. 181. Vertit hunc scriptorem ex Italico Codice vulgauitque Latine *Io. Leunclauius* Basil. 1573. 8. *Graece* ex Codice Palatino descriptum *Io. Meursius* edidit subiuncta *Leunclauii* versione ad calcem voluminis et notis eiusdem suisque castigationibus Lugd. Bat. 1616. 4. Hinc inter Historiae Byz. scriptores lucem vidit Graece et Latine Paris. 1655. fol. additis praeter Meursii et Leunclauii notas variis Lect. e MSS. Codice *Allatii*, et quas *Carolus Annibal Fabrottus* collegit e duobus Regiis Codicibus, eiusdemque *Fabrotti glossario.* Andreas Schottus in litteris ad Meursium datis 28. August. A. 1615. *De Manasse scito et penes me esse MS. ex libris Petri Pantini, eodem etiam latino interprete, cum ignoraret fortasse a Leunclanio esse conuersum.*

V. Chronologi Latini veteres praeter *Hieronymum* Eusebii interpretem continuatoremque, notandi veniunt quos vna cum illo editos pag. 234. diximus *Tiro Prosper*, *Victor Tunnunensis*, *Iohannes Biclariensis*, [17] *Idatius* Lemouicensis et *Marcellinus Comes.* Neque praetereundum Chronicon *Prosperi* inte-

[17] Chronica Idatii et Iohannis Biclariensis recensuit quoque Cardinalis Aguirre T. 2. Conciliorum Hispaniae.

integrum, quale a Victore Aquitano praef. ad Canonem Paschalem, Gennadio cap. 84. de S. E. et Cassiodoro diuinar. Instit. cap. 17. describitur, editum primum a Philippo Labbeo in Bibl. noua MSS. Parif. 1657. fol. Tom. 1. pag. 16. atque recusum in Tomo XI. thesauri Graeuiani, vna cum fastis Magistratuum Pighianis ab V. C. ad Vespasianum ex edit. Antw. 1615. fol. fastis consularibus integris *Idatianis* ex eiusdem Labbei [18] editione, fastis consularibus Anonymi quos e MS. Vindobonensi H. Noris [19] edidit et dissertatione illustrauit, Anonymo de praefectis vrbis et fragmento fastorum ab A. C. 205. ad 353. ex editione Aegidii Bucherii Antw. 1634. fol. et Epistola Consulari eiusdem Henrici Noris ex edit. Bononiensi A. 1683. Pars prior huius Chronici Prosperiani ab Orbe condito procedit vsque ad mortem Imp. Valentis, altera ab A. C. 379. ad 455. conuenit fere cum ea quam vulgauerat Andreas du Chesne Tom. 1. scriptorum Francorum pag. 201. Parif. 1636. fol. Addidit Labbeus eumque sequutus Graeuius etiam editionem Pithoeanam Chronici Prosperi ab A. C. 379. ad 455. sed ex MSS. emendatam. Ac praeter hanc Pithoeanam An. 1588. etiam altera e MS. Augustano legitur Tom. 1. lectionum antiquarum Henrici Canisii, quas raro obuias, variis obseruationibus, notis et opusculis auctas, recudi curauit Iac. Basnage. Antwerpiae (Amstelod.) 1725. fol. Voll. 4. Ab A. C. 455. incipit Chronicon *Marii Auenticensis* et ad Tiberium Constantinum progreditur, quod cum appendice veteris scriptoris vulgauit idem Andreas du Chesne. *Flauio Lucio Dextro* suppositum Chronicon Historiae omnimodae omitto, licet commentariis operosis atque vt ipse vocat apodicticis Francisci Biuarii illustratum et Lugd. 1627. fol. editum. Neutiquam enim illud opus esse quod Lucius Dexter ad Hieronymum scripsit, neque continuationem compositam esse a *Mario Maximo*, Episcopo Caesaraugustano, sed potius vtrumque tenebrionis sinistri ἄτοπον κύημα et omnimodae fabulae nugarumque canorarum pandocheum, Hieronymique de la Higuera vel similis nugiuenduli Hispani officinam sapere, pridem obseruarunt viri doctissimi. Omitto etiam Chronicon, quod *Dacio*, Mediolanensi Episcopo, A. C. 551. defuncto, nonnulli tribuunt, quoniam nec editum est, et quicquid contra pugnet Eustachius a S. Vbaldo in [20] diss. de Hymno: *Te DEum Laudamus*, longe iunioris est scriptoris, et res tantum Mediolanensis Ecclesiae ab octauo saeculo ad A. C. 1067. narrat. Vide Mabillonii Analecta Tom. 1. p. 3. seq. et Lud. Antonium Muratorium V. C. Tom. 1. anecdoton Bibl. Ambrosianae pag. 236. Acta Sanctor. Tom. 1. Ianuar. 14. pag. 967. seq. Tillemontium me-

[18] Tom. 1. Bibl. nouae MSS. p 1.
[19] Ad calcem diss. de Anno et Epochis Syro-Macedonum, Lips. 1696. 4.
[20] Vide Acta Erud. Tom. 3. supplementi p. 163.

memor. Hist. Eccles. Tom. 13. etc. *De M. Aurelii Cassiodori Senatoris* Chronico ad Theodoricum Regem ab Adamo vsque ad A. C. 519. siue consulatum Eutharici Cillicae et Iustini, nec non de Chronico *Iornandis* dixi in Bibliotheca Latina. De Chronicis *Q. Iulii Hilarionis*, (quod exstat Tom. 6. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 373.) *Isidori* Hisp. *Bedae* Venerab. *Freculfi* Lexouiensis, *Adonis* Viennensis, *Reginonis* Prumiensis, *Hermanni* Contracti, *Mariani* Scoti, *Lamberti* Schafnaburgensis, *Sigeberti* Gemblacensis, per *Anselmum* Abbatem continuato, *Hugonis* Virdunensis, *Florentii Brauonii*, *Orderici Vitalis*, *Othonis*, Frisingensis Episcopi, *Godfridi* Viterbiensis, *Helinandi*, *Conradi a Lichtenau*, *Alberti Stadensis*, *Martini*, *Poloni*, aliorumque plurium consules Vossium de Hist. Latinis, et de scriptoribus Ecclesiasticis scriptores, Georg. Calixtum appendice diss. de Creatione, Io. Andream Bosium Introductione ad Hist. vniuersalis scriptores ac Thom. Ittigii τȣ̃ *μακαρίτȣ* apparatum ad Histor. Ecclesiasticam.

Iudaei Chronologi pauci exstant, vt 1) *Seder Olam Rabba* siue Chronicon maius ab orbe condito ad tempora Imperatoris Hadriani, quod a Iudaeis R. Iose ben Chelpetha tribuitur. 2) *Seder Olam Zutha*, siue Chronicon minus, scriptum circa A. C. 1124. ab exordio mundi ad Annum Christi 522. progrediens, quos ambos libros post Gilbertum Genebrardum vertit, et cum interpretatione sua Latina et notis eruditis, ac praeclaris de Historiae sacrae fide dissertationibus edidit Iohannes Meyer, Amstelod. 1699. 4. Hic multis disputat contra Io. Morinum, qui in Exercitationibus Biblicis pag. 226. seq. contenderat vtrumque Chronicon hoc scriptum saeculo XII. atque adeo diuersum esse a Seder Olam quod in Talmude Codice Nidah, cap. 5. et 30. allegatur. [21] 3) *Schalscheleth Hakkabala* siue Catena traditionis R. Gedaliae. [22] 4) *Sepher Iuchasin*, [23] liber familiarum auctore R. Abrahamo Zacuth, ab humani generis initio ad A. C. 1502. cum additamentis R. Samuelis Schullam. 5) *Zemach Dauid* [24] Germen Dauidis auctore R. Dauid Ganz ab Orbe condito ad A. C. 1592. cuius libri magnam partem (vtinam accuratius) vertit et cum notis suis Latine edidit Guil. Henricus Vorstius Lugd. Bat. 1644. 4.

Ex illis qui *Arabice* scripserunt, celeberrimi sunt Eutychius et Abulpharaius, ambo Christiani, ambo lectu haud indigni. *Eutychium*, Guil. Tyrius [25] appellat *Seith filium Patricii:* ab aliis *Aphthisium* etiam nuncupari notat Sel-

[21] Conf. Wolfii Bibliothec. Hebraeam, Vol. 1. pag. 492. Vol. 3. p. 367. et Vol. 4. pag. 1092.

[22] Wolfius Bibl. Hebr. Vol. 1. p. 280. et Vol. 3. p. 169.

[23] Wolfius lib. cit. Vol. 1. p. 104. sq. et Vol. 3. p. 66.

[24] Wolfius l. c. Vol. 1. p. 293. et 398. et Vol. 3. p. 181. ff.

[25] Vide Gesta DEI per Francos Tom. 1. p. 626.

denus lib. 5. cap. 2. de iure naturae et Gentium. Hic ex priſcis Orientis monumentis a rerum initiis ad A. C. 940. Hiſtoriam ſiue Annales, plerumque Eccleſiaſticos, ſumma quod eiusdem Seldeni iudicium eſt, diligentia contexuit. Fuit Patriarcha Alexandrinus ab A. C. 933. [26] ad 950. quo diem obiit ſupremum. Haereſi Iacobitarum ſiue Eutychianorum et Neſtorianorum pariter infeſtus, vtramque oppugnat, et Melchitam ſe profitetur T. 2. pag. 16. 23. 79. 147. ſeq. Chronologicae eius rationes probantur inprimis Ioanni Pearſonio in diſſ. poſteriore de annis priorum Romae Epiſcoporum, licet non tantum illis tribuat in Vindiciis Ignatianis. Locum quendam inſignem Annalium Eutychii cum Latina verſione et commentario ſuo edidit Io. Seldenus Lond. 1642. 4. ſub titulo Originum Alexandrinarum. Quae inde Seldeno oppoſuit Abraham Ecchellenſis in Eutychio ſuo vindicato Rom. 1661. 4. ad ea reſpondet Seldenus in praefatione ad rerum Anglicarum ſcriptores veteres. Ceterum totum Eutychii opus Arabice et Latine cum vtiliſſimis ad rem Chronologicam indicibus vulgauit Eduardus Pokokius Oxon. 1658. 4. a Seldeno potiſſimum, vt hoc laboris in ſe ſuſciperet impulſus, neque enim ipſe Seldenus (A. 1654. iam ſeptuageſimo aetatis anno defunctus) integrum Eutychium vel vertit vel in lucem edidit, quo nomine Eliam du Pin Tom. 8. Bibl. Eccleſ. p. 4. hoc tradentem recte reprehendunt acta Eruditorum A. 1698. pag. 162.

Gregorii Abulpharaii [27] ſiue *Barhebraei*, profeſſione medici, patre Aaron medico, ſecta Iacobitae, quem Primatem Orientis vocat Aſſemannus Bibliothecae Orientalis T. 2. pag. 244. Compendium Dynaſtarum, ab orbe condito ad A. C. 1276. quod Auctor Syriace primum ſcripſit, deinde paullo ante obitum Arabice vertit, (v. Aſſemannum B. Or. T. 2. pag. 264.) Arabice et Latine ab eodem Pocockio in lucem editum eſt Oxoniae 1663. 4. qui ſpecimen Hiſtoriae Arabum ex eodem Abulpharaio cum luculentis ſuis commentariis ediderat, ib. 1650. Chronici Syriaci ab eodem Abulpharaio compoſiti particulam Syriace et Latine Bibl. Or. Tomo ſecundo p. 314. ſeqq. inſeruit laudatus Aſſemannus. De hoc ſcriptore, tanto minus prolixe hoc in loco agendum mihi eſſe video, quod pag. 33. ipſe negat ſe accuratum ſtudium in temporum no-

[26] Confer Eutychii Annales p. 472. 527. 531. ſeq. et Euſebium Renaudotum in hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum Iacobitarum p. 346. ſeq.

[27] De Abulpharaio agit idem Renaudotus Tomo 2. liturgiar. orientalium p. 469-472. et Aſſemannus Bibl. Or. Tom. 2. p. 244-463. vbi vita et ſcripta eius copioſe enarrantur, ſimulque p. 309. ſſ. demonſtratur, diuerſum ab eo eſſe Abulpharagium Abdallam Ebnattibo, monachum Neſtorianum, defunctum A. C. 1043. qui Arabice in vtriusque Teſtamenti libros commentatus eſt, et Ariſtotelem eadem lingua illuſtrauit.

notatione posuisse. *At quum instituti nostri non sit exacte definire annos (Philosophorum) verum ex illis nonnulla recensere, quae quod laudabile fuit in moribus eorum exprimant, atque animum oblectare — — nihil nostra intererit vtrum tempora quibus facta fuit eorum mentio, sint ea quibus reuera floruerint nec ne.* Ait tamen sequutum se esse Chronologos Eusebium et Andronicum, iisque consentientem Iacobum Rohensem, qui tribus linguis Hebraea, Graeca et Syra excelluit.

His adde Chronologicam Historiam *Hazi Kalifae Mustafae*, Muhamedani, ab exordio Mundi ad vsque A. C. 622. quam ex Turcico, Persico et Arabico Italice edidit Io. Rainaldus Carolus: Cronologia Istorica scritta in lingua Turca, Persiana et Araba da Hazi Kalife Mustafa, e tradotta nell' idioma Italiano da Giovanni Rinaldi Carli, Nobile Iustinopolitano et Dragomano della Sereniss. Rep. di Venezia. An. 1696. 4. Vide Museum Mineruae Venetae T. I. p. 359.

Venit etiam hoc loco memorandum alterum, sed christiani scriptoris *Chronicon Orientale*, quod ex Arabico Codice Segueriano primum versum et Latine editum est ab *Abrahamo Ecchellensi*, Parisiis 1651. fol. inter scriptores historiae Byzantinae; deinde denuo versum, atque annotationibus illustratum a *Iosepho Simonio Assemanno* prodiit Romae 1729. fol. Cuius quidem Chronici auctorem esse Petrum Abushiaker Ebnarraheb Abilaram idem Assemannus ostendit. De auctore ita scribit Ecchellensis: *Nostrum exemplar Anonymum est, at eius autorem fuisse quendam nomine filium Monachi, ex prima parte Chronici GEORGII HOMAIDI (Elmacini) plane colligitur. Quoties enim quod passim facit hunc laudat, non solum sententia semper eadem est, sed numerata quoque verba. Eum autem fuisse Aegyptium Cophtitam, indicant stilus, numeri, ac Patriarcharum Gentis vitae, quorum pro Dioscoriana* [28] *secta labores ac certamina celebrat.* In aetatibus Patriarcharum rationes LXX. Interpretum [29] probat, addit tamen computum Hebraeorum secundum versionem sacrorum librorum Arabicam Abibahri Almontasseri. Quae de Imperatoribus Romanis traduntur et pauca sunt et in Heraclio hoc est tempore Hegirae Muhamedicae desinunt. Historia Calipharum Moslaminorum et Calipharum Aegypti et Babylonis, Patriarcharumque Alexandriae perducitur vsque ad A. C. 1258. Hegirae 657. Martyrum 955. Annos Hegirae lunares reducit ad annos solares. Huic Chronico Orientali Historiam suam de rebus et dogmatibus Arabum ex

[28] Vide Chronicon Orientale pag. 118. seq. et p. 59. vbi Melchitarum et Iacobitarum quoque mentio. Melchitae hoc est Regii et Imperiales dicti qui contra Dioscorum cum Imperatore senserunt. De Iacobitis iterum p. 120. sqq. Melchitarum meminit etiam f. 123.

[29] Confer Abrahami Ecchellensis Hist. Arabum p. 197.

ex monumentis Arabicis excerptam ſubiunxit, in qua allegat inter alia libros Chronicorum Gregorii Barhebraei, Hiſtoriam gentium Iſmaëlis Sciahinſciah et Chronicon Hamzae Aſplahanenſis Perſae et p. 201. notat ex Arabum mente incidere Hegiram in A. C. 631. Diocletiani ſ. Martyrum 339. Actiacum 652. ab Alexandri M. victoria 934. a Nabuchodonoſoris regni initio 1369. a Moſis obitu 2348. a natali Abraami 2893. a diluuio 3974. et a caſu Adami 6216.

Georgius Elmacinus, itidem Chriſtianus, medio ſaeculo tertiodecimo clarus ſcripſit Hiſtoriam ſiue Chronicon ab Orbe condito vsque ad A. C. 1118. cuius priorem partem vsque ad Muhamedem in Bibl. Seguieriana MS euoluit Ecchellenſis, vt teſtatur ad Chronicon Or. et in Eutychio ſuo vindicato: In Cantabrigienſi Bibl. eandem partem litteris deſcriptam Syriacis legit, qui ſubinde ex ea nonnihil profert in hiſtoria Orientali Hottingerus: poſterior ſub titulo Hiſtoriae Saracenicae prodiit ex Thomae Erpenii verſione Latine Lugd. Bat. 1625. 4. cum Roderici Ximenes Archi-Epiſcopi Toletani Hiſtoria Arabum: et Arabice ac Latine cum eadem verſione Erpeniana, curante Iacobo Golio, ibidem atque eodem anno in fol. Laudat ſubinde Chronologum et Chronica Chriſtianorum, ſed ſine nomine.

Extat et *Chronicon Samaritanum*, ſiue Arabica verſio Chronici veteris Samaritani ab exceſſu Moſis ad tempora Antoninorum, quam Samariticis ſcriptam litteris ad Ioſephum Scaligerum a Samaritanis miſſam ex eius legato MS. poſſidet Bibliotheca publica Leidenſis Academiae, ex quo apographum in Bibl. Mazariniana legit Ecchellenſis, qui id laudat in Hiſtoria Arabum pag. 145. Deſcripſit etiam Hottingerus et ex eo loca a ſe Latine verſa hinc inde allegat in Enneade diſſ. in Hiſtoria Orientali et aliis ſcriptis, atque Epitomen eius libri Latine ſubiecit Exercitationibus Anti-Morianis, librum integrum etiam publicare pollicitus, quod tamen morte praeuentus facere haud potuit: Deſcripſit etiam Iacobus Golius cuius apographum manu eius paſſim emendatum ſeruare ſe teſtatur V. C. Hadrianus Relandus, qui ex illo nonnulla affert parte 2. diſſ. Miſcell. 1. Computum Samaritanum cum notis ſuis vulgauit Scaliger VII. de emendat. temporum pag. 657. ſeq. Et Chronologiae Samaritanae Synopſin ex *Abulphetacho Daneſaeo* excerptam ab viro doctiſſimo Eduardo Bernhardo Lipſienſes inſeruere Actis Eruditorum Anno 1691. pag. 167.

VI. Ex Chronicis hiſtoricis recentibus quum exſtent infiniti, paucos tantum commemorare iuuat Annalium quidem Veteris Teſtamenti ſcriptores *Iacobum Salianum*, *Auguſtinum Torniellum*, *Henricum Spondanum*, atque his neu-

neutiquam inferiores accuratiſſimum *Iacobum Vſſerium*, (cuius Annales V. et N.T. nouiſſime Geneuae 1722. recuſi ſunt) *Hugonem Robinſonum*, *Iacobum Capellum* et Chronici Catholici auctorem pereruditum *Eduardum Simſonium*. Annales temporum noui Teſtam. vsque ad A. C. 1198. edidit *Caeſar Baronius*, quum notationis temporum minorem quam rerum curam habuiſſent Centuriarum Magdeburgenſium auctores: Baronium continuarunt breuius quidem *Henricus Spondanus* ad An. 1640. fuſius et vberius *Abrahamus Bzouius* vsque ad A. 1572. nouem Vol. atque *Odoricus Rainaldus* octo Vol. vsque ad A. 1534. quibus poſt mortem Auctoris acceſſit nonum Volumen vsque ad An. 1565. Caſtigauit Baronium et ſuppleuit praeter alios *Antonius Pagi* in Critica Baroniana 4 Vol. Geneu. 1705. fol. et *Samuel Baſnagius* in Annalibus Politico-Eccleſiaſticis vsque ad A. C. 602. Roterod. 1706. fol. 3. Volum. De quibus ſingulis diligenter et copioſe differuerunt Theologi celebratiſſimi Thomas Ittigius in Exercitatione praemiſſa ſelectis Hiſtoriae Eccleſiaſticae Saeculi I. capitibus. Io. Fridericus Mayerus in libro de fidē Baronii ipſis Pontificiis ambigua Amſtelod. 1697. 8. et S. V. Iac. Sigism. Baumgarten in relationibus de bibliotheca quadam Halenſi (Nachrichten von einer hallischen Bibliothek) P. 9. Vol. 2. pag. 214-268. vbi ſimul pag. 248. Laderchii continuatio annalium Raynaldi recenſetur. De *Edmundi Maclet* Hiſtoria V. et N. Teſt. vide Acta Eruditorum A. 1713. pag 371. et 374.

Ioh. Marshami, Angli Equitis aurati, Canon Chronicus Aegyptiacus, Ebraicus, Graecus, non minus ob minime vulgarem eruditionem quam paradoxas quas propugnat opiniones notiſſimus prodiit Londini 1672. fol. hinc Lipſiae V. C. Ottone Menckenio curante 1676. 4 et in Belgio 1698. 4. Inter alia etiam illuſtrat praeclarum et antiquiſſimum monumentum Graecum Chronologicum Epochas marmoreas *Arundelianas*, quas Oxonium hodieque ſeruat, et cum Io. Seldeni, Thom. Lydiati et ſuo commentario edidit Humfredus Prideaux. Oxon. 1676. fol. Ad easdem conferendus Iac. Palmerius Exercitatt. ad optimos auctores Graecos pag. 681. ſeq. Franciſcus Bianchinus in antiqua Hiſtoria ex monumentis priſcis illuſtrata cap. 25. pag. 320. ſeq. Henricus Maſcampius in inſtitutionibus Chronologicis parte 1. Rich. Bentleius diſſ. de Epiſtolis Phalaridis Anglice edita p. 205. ſeq. Marshami Chronologiam nouiſſime ad examen vocauit V. C. Iacobus Perizonius in Originibus Aegyptiacis Lugd. Bat. 1711. 8.

Paulus Pezronius in Antiquitate temporum defenſa ac reſtituta veſtigiis inſiſtit Iſaaci Voſſii, aduerſariumque nactus eſt virum doctiſſimum Michaëlem le Quien. *Io. Harduini* S. I. Chronologiam ad examen reuocauit V. C. Alphonſus des Vignoles in Epiſtola ſubiuncta Vindiciis veterum ſcriptorum

ſcriptis a doctiſſimo Viro Maturino Vez. de la Croſe, Roterdam. 1708. 12. Idem *Vignolius* Gallica lingua edidit chronologiam hiſtoriae ſacrae ſub hoc indice: Chronologie de l'hiſtoire ſainte et des hiſtoires etrangeres, qui la concernent, depuis la Sortie d'Egypte jusqu' à la Captivité de Babylon. Berolini 1738. 4. *Iſaaci Newtoni* chronologia veterum regnorum emendata, inſerta eſt Opuſc. eius T. 3. p. 33-268.

Ex Chronicis vniuerſalibus primus *Sethus Caluiſius* operae pretium feciſſe videtur, cuius opus Chronologicum vsque ad A. C. 1685. continuatum (auctor enim A. 1615. Lipſiae defunctus vltra initia ſaeculi decimi ſeptimi haud proceſſit) prodiit Francof. 1685. fol. *Gilbertus Genebrardus* qui ante Caluiſium ſcripſit multa tradidit incerta fide, neque accurata ſatis, quod de plurimis aliis affirmare licet, ideo praetermittendis quoque: non tamen praetereundus *Vbbo Emmius* cuius opus chronologicum cum Canone Chronico prodiit Groningae 1619. fol. nec *Philippus Labbeus* S. I. cuius Chronologia poſtuma Hiſtorica ſiue Annales ab orbe condito vsque ad A. C. 1666. quo auctor obiit, viderunt lucem Philippo Brietio curante Pariſ. 1670. fol. tribus Voluminibus; quorum primum deſinit in Anno Chriſti 751. ſecundum in Anno 1200. tertium in Anno 1666. In primis hic laudandus *Dionyſii Petauii* S. I. Liber decimus tertius doctrinae temporum ſiue Chronologia ab orbe condito vsque ad A. C. 533. Pariſ. 1627. et Amſtelod. 1703. fol. Hanc ſimili accuratione facilique methodo ad noſtra tempora produci e re ſtudioſorum eſſet, quos interim contentos eſſe oportet vel Caluiſio, vel Chronico *Io. Baptiſtae Riccioli* ab orbe condito ad A. C. 1668. vel *M. Zuerii Boxhornii* Chronologia quam ad A. C. 1676. continuauit Daniel Hartnaccius. Aut certe B. *Chriſtophori Heluici* theatro Hiſtorico-Chronologico, quod A. 1609. primum editum, ab aliis deinde continuatum eſt, vti *Schraderianis* quoque tabulis, ſaepius ob communem apud noſtros vſum recuſis, accidit. Omne aeuum duabus tabulis explicatum accurato Viri eruditiſſimi et cum incredibili elegantiorum literarum iactura Lugd. Bat. 1715. 6 April. extincti *Iacobi Perizonii* ſtudio recenſitis, aere deſcripſit Petrus van der Aa. Lugd. Bat. 1714. Tabulis octo *Henricus Maſcampius*, Duisburgenſis Profeſſor Amſtelod. et Lipſ. 1717. fol. Tabulis quinquaginta ſex Anglice *Ioannes Blair.* Londini 1754. fol. Chronologicas antiquitates itidem anglico ſermone edidit *Ioannes Iackſonus.* Londini 1752. 4. tribus voluminibus hoc indice ornatas. Chronological Antiquities, or the Antiquities and Chronology of the moſt ancient Kingdoms, from the Creation of the World for the ſpace of five thouſand Years. Neque praetereunda videtur *Henrici Winderi* critica et chronologica hiſtoria ortus, progreſſus, lapſus atque reſtaurationis doctrinae, earum inprimis rerum, quae ad religionem

nem ſpectant, Anglico ſermone, Londini 1745. duobus voluminibus in 4. edita, in qua multa, ad chronologiam pertinentia, ſcil. de tempore, quo humanum genus per orbem terrarum diſperſum eſt, de chronologia ſeptuaginta interpretum, de Synchroniſmo Leonidae et Xerxis, (quo Winderus vtitur ad nexum profanae hiſtoriae cum ſacra determinandum;) de chronologia graeca ab excidio Troiae et reditu Heraclidarum in regnum Leonidae, de hiſtoria et chronologia regni Aſſyriaci, Babylonici et Perſici, erudite diſcutiuntur. Hiſce iungantur *Auguſtini Calmeti* breuis chronologia, ſeu rationarium temporum eccleſiaſticae ac ciuilis hiſtoriae a M. C. vsque ad Annum 1734. quae prodiit Argent. 1734. 8. vsque ad Ann. 1737. 8. excuſa eſt Venet. 1737. *Beni. Marſhalli* tabulae chronologicae a creatione mundi vsque ad Chriſti natiuitatem. Oxonii 1713. fol. *Io. Chriſtoph. Harenbergii* tabula chronologica ab orbe condito ad Chriſti natalem deducta, quae inſerta eſt Nouis Actis Eruditor. Lipſ. A. 1740. pag. 566-569. *Io. Dauid. Koeleri* chronologia hiſtoriae vniuerſalis ab orbe condito ad noſtra vsque tempora, tabulis diſtinctis XXVII. deſcripta. Norimb. 1736. fol. *Nicolai Lengleti du Fresnoy* tabulae chronologicae hiſtoriae vniuerſalis ſacrae et profanae vsque ad Annum 1743. Gallice conſcriptae. Pariſiis 2 Voll. 8. et in germanicum ſermonem conuerſae cum praefatione Sigism. Iac. Baumgartenii. Halae 1752. itid. 2 Voll. 8. *Ioann. Georg. Hagelganſii* chronica mundi vniuerſalis, ſiue chronologia diſcuſſa: Germanice. Francof. et Lipſ. P. P. 2. 1751. et 1752. fol.

VII. In technica Chronologiae parte haud dubium eſt quin omnes qui ante ipſum ſcripſerunt longe poſt ſe reliquerit, omnibusque poſt futuris facem inſignem plane praeluxerit *Ioſephus Scaliger* libris 7. de emendatione temporum, cuius operis a paucis hodie lecti pauciores etiam praeſtantiam intelligere, vere ait Huetius p. 276. Alnetanarum quaeſtionum. Melior editio Plantiniana eſt Lugd. Bat. 1598. fol. recuſa apud Geneuenſes An. 1629. atque tum aliis emendationibus et acceſſionibus priore A. 1583. praeſtat, tum vel ideo praeferenda, quod fragmenta veterum, Beroſi, Abydeni et aliorum a Scaligero ſelecta et obſeruationibus illuſtrata exhibet. His addendi eiusdem Scaligeri Iſagogicorum Canonum libri tres, ex editione locupletata ab auctore et emendata quae poſt illius mortem prodiit ad calcem Chronici Euſebiani cum praefat. Alexandri Mori Amſt. 1658. fol. Multa poſt Scaligerum praeclare obſeruauit acerbus nimis eius inſectator *Dionyſius Petauius* S. I. in immortali de doctrina temporum opere (quod poſt editionem Pariſienſem An. 1627. fol. recuſum eſt Amſtelodami 1703.) et in 8 libris diſſertationum ad Vranologium Pariſ. 1630. atque deinde Amſtelodami fol. Ex eadem ſocie-

tate laudandi veniunt *Philippus Labbeus*, cuius parua et magna methodus discendi chronologiam et historiam prodiit Paris. 1664. 12. Chronologia technica autem Paris. 1670. post auctoris mortem lucem vidit cum subiuncta, quam paullo ante laudauimus, chronologia historica, tribus voluminibus in folio. Nec minus *Ioh. Baptista Ricciolus* in Chronologia reformata Bononiae 1669. fol. et *Aegidius Bucherius*, cuius de doctrina temporum commentarius Canones praecipue veteres Paschales luce haud contemnenda perfundit Antw. 1634. fol.

Nostra aetate acutissimum et elaboratissimum opus Chronologicum vidimus ab Hibernorum doctissimo *Henrico Dodwello*, de veteribus Graecorum Romanorumque Cyclis Oxon. 1701. 4. Idem vir praeclarus multa etiam alia ad temporum rationes dilucidandas erudite commentatus est, scriptoresque antiquos varios luculentis notationibus Chronologicis et annorum quos persequuntur consignatione illustrauit. De periodo Iuliana et Anton. Pagi Graeco-Romana disserit *Sam. Basnagius* Annal. polit. eccles. Tom. 2. pag. 556. *Ludou. Boiuinii* Diss. de periodo Iuliana legitur in histor. acad. inscriptionum, T. 1. pag. 221-230. edit. Amstelod. et T. 1. pag. 204-212. vers. Germ. Petri Cinerii Diss. de vsu et abusu periodi Iulianae exstat in Dissertatt. eius litterariis. Flor. 1742. 8. p. 107-119. De variis epochis et anni forma veterum orientalium dissertationem historico-chronologicam composuit *Ludouicus du Four du Longuerue*, quae primum locum occupat inter Dissertationes eius, quas e manuscripto erutas luci publicae exposuit Celeberrimus et de re sacra ac litteraria insigniter meritus Hildesiensium ecclesiarum Superintendens, Io. Dietericus Winckleru*s*. Lipsiae 1750. 4.

B. *Matthiae Wasmuthi* [30] opus astro-chronologicum auspiciis Reginae Christinae An. 1692. edi coeptum in herba statim suppressum est, neque vltra specimen eius atque introductionem quicquam vidit lucem, neque eruditis satisfecisset credo vir suis magis hypothesibus addictus, quam veterum diligenti tractatione et expensione comparatus ad res quas illi tradunt ad eorum mentem, certo tempori assignandas. Elementa chronologiae technicae compendio tradita tirones quam rectissime haurient ex B. *Aegidii Strauchii* nostri breuiario Chronologico, saepius subiecto praelis in Germania et apud Anglos quoque Londini 1699. 8. in quo licet breui libello multa solide et perspicue traduntur. A perspicuitate se commendat etiam *Io. Henrici Alstedii* Thesaurus Chronologicus et *Frid. Spanhemii* Chronologia sacra magno studio scripta et Tomo primo Operum viri illius eruditi edita. Sed *Dionysii Petauii* rationarium temporum toties in Gallia, Germania, et cum docta praefatione

V. C.

[30] Conf. Ioan. Henr. a Seelen, p. 400. delic. epistolicarum.

V. C. Iac. Perizonii in Belgio, ac Venetiis 1733. 2 Voll. 8. recusum, vel eo nomine omnibus compendiis Chronologicis praeferri meretur, quod parti technicae plene et perspicue traditae praemittit partem priorem, egregium Historiae vniuersalis compendium, perspicue et diligenti cura compositum, quod in ora libri ad fontes semper lectorem remittit. Non potest sibi temperare Petauius quo minus Scaligero, cui tam multa debet, etiam in hoc insultet vbique, quod in viro tam immoderatae bilis minus mirum, nam vt Alexander Morus praef. ad Eusebii Chron. *Memini,* inquit, *cum viueret atque ad ipsum inuisendi causa itaremus, ne nominari quidem Scaligerum ferre poterat, quin excandesceret, ac stomachum in contumeliosas voces et homine partibus addicto quam erudito magis dignas erumperet. Nec alius in libris apparet, quos tamen sedatius compositos oportuit — — Non tamen ita partium studio ducimur, vt Doctrinae temporum conditorem laude fraudatum sua velimus: abesset modo succus loliginis et aerugo. Nam quae tandem ars inchoata simul et perfecta est? Quin cum inter principes Chronologos non illibenter putamus, et versatile hominis ingenium, eruditionem sane multiiugam, et bene latinum ac rotundum eloquii genus complectimur, nec arbitramur ei parem tum fuisse, postquam a Sirmundo discesseris, illius ordinis virum, eumque adeo magis interdum quam Scaligerum sequimur. Sed an ideo maioris quam Scaligerum facimus: Quasi vero Gigantis inuectus humeris pumilio quia longius prospicit, ipso Gigante maior existimandus sit.* Hisce recensitis iungi merentur Eustachii Manfredi elementa chronologiae, quae post mortem eius Italice euulgata sunt Bononiae 1745. 4. Nec sicco prorsus pede praetereundi videntur ii, qui varia chronologiae capita difficiliora peculiaribus scriptis discusserunt. *Leonhardus Offerhausius* spicilegiorum historico-chronologicorum libr. 3. quibus chronologia sacra, origines et fata regnorum per orientem, vt et Graecorum migrationes exhibentur. Groningae 1739. 4. *Iacob. Kochius* variis libellis germanico sermone editis, scil. Pharos, das ist, unverhoft aufblickendes Licht in den dicken Finsternissen der ältesten ägyptischen Historie zur sichern Bestätigung, und klaren Erörterung vieler mosaischbiblischen Erzehlungen. Lemgo 1741. 4. In den kurzen und sichern Anfangsgründen zu einer richtigen Chronologie, sowohl nach einer Uebereinstimmung der heiligen und Profanschreiber überhaupt, als auch nach einer kürzer und begreiflicher, als sonst vorgetragenen danielitischen Zeitrechnung auf den Meßiam insonderheit. Lemgo 1742. 4. Läuterung der wichtigsten Geschichts-Ordnung, das ist, eine philosophischchronologische Abhandlung von nöthiger Verbindung der Vernunft und Sittenlehre mit der Geschichtsstellung und Zeitrechnung. Eben das. 1748. 4. *Ferdinandus Wilhelm. Beer,* in den Abhandlungen zur Erläuterung der alten Geschichte: Cuius pars prima pro-

diit Lipſiae 1752. 8. ſecunda et tertia ibid. 1756. 8. *Ioan. Georg. Walther* in der Abhandlung von dem Zeitraume zwiſchen dem Ausgange der Iſraeliten aus Aegypten und dem Baue des ſalomoniſchen Tempels: in ſcriptis illuſtrandae hiſtoriae vniuerſali inſeruientibus Parte 2. pag. 313-488. *Ioannes Sam. Semler* in der hiſtoriſchen und critiſchen Erläuterung des ſogenannten Canons des Ptolemäus: ibid. P. 3. p. 103-292. Ioannes Kennedy in libro anglice edito: A new Method of ſtaiting and explaning the Scripture Chronology upon Moſaic Aſtronomical Principles, Mediums and Data, as laid down in the Pentateuch. Londini 1751. 8.

VIII. Socrates apud Xenophontem [31] ſapienter monuit Geometriam eatenus addiſcendam eſſe, quatenus certos praeberet vſus in vita, ſubtilitatibus autem minutis et difficilibus intellectu animum pertinacius non eſſe applicandum, neque enim quid ea res fructus haberet videre ſe dicebat, licet illarum minime rudis eſſet: *ἔφη δὲ ταῦτα ἱκανὰ εἶναι ἀνθρώπου βίον κατατρίβειν, καὶ ἄλλων πολλῶν τε καὶ ὠφελίμων μαθημάτων ἀποκωλύειν, poſſe vero eas omnem hominis vitam abſumere, ac ab aliis multis vtilibusque diſciplinis auocare.* Similiter in Chronologicis diligenter euitandus hic ſcopulus, ne in ſubtilioribus et incertis tempus et operam diutius ludamus, ſed certis et exploratis inhaerentes, in aliis ſimus veriſimilitudine contenti, neque omnia ad puluiſculum excutiendo in minutiis ſudemus et angamur, ac poſt longos et inſanos aeſtus tamen cogamur denique fateri incertiores nos eſſe quam dudum. Laudandus ſane praeclarorum ingeniorum conatus, caliginem quae occurrit in veteribus monumentis improbo ſtudio diſpellendi, et difficilia explanandi: verum debet eſſe modus in rebus, et quando conſtat multos maximos viros non alio fructu rem aliquam tentaſſe, quam vt in diuerſa alii ab aliis abeundo lectores magis etiam ambiguos relinquerent, praeſtat ex tot ſententiis vnam amplecti, quae vel veriſimilitudine argumentorum, vel auctoritate ſcriptorum ſe prae caeteris probet nobis, quam ſine ſpe melioris ſucceſſus longo et parum profuturo labori ſe de integro immergere, vtilioribusque ſtudiis ſubducere. Laudandum etiam ſtudium in viris doctiſſimis qui rationes Coeli, et Eclipſium ſupputationes ad lucem Chronologiae inferendam attulere. Sed quo intricatius id omne eſt ob tenuem nec diſtinctam ſatis de illis apud antiquos ſcriptores memoriam et faciles in computandis iisdem errores, tabularumque accuratarum et ab omni labe immunium defectum, eo maior adhibenda eſt cautio ne demonſtrationum Aſtronomicarum praetextu in falſas hypo-

[31] Xenophon IV. de dictis et factis Socratis p. 814. Laudat illum locum etiam Euſebius XIV. 11. praeparat. Euangelicae.

hypotheses, quibus postea plura falsa superstruuntur, incidamus. Et quanquam non contemnendum est Tatiani monitum libro aduersus gentes docentis, παρ' οἷς ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν χρόνων ἀναγραφή, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας ἀληθεύειν δύνατον, *vbi temporum rationes non cohaerent, ibi ne historiarum quidem narratio vera esse potest;* cauebimus tamen ob difficultates quascunque chronologicas, quas expedire forte statim non possumus, illico vocare in dubium vel negare rem bonis scriptoribus testatam: sequemurque potius iudicium Plutarchi, qui Solonem cum Croeso Rege versatum noluit inficiari, licet temporum rationibus hoc quidam repugnare existimarent. *Ego vero,* inquit in vita Solonis pag. 93. *historiam adeo illustrem et tam multis consignatam testibus, et quod maius est, tum Solonis moribus consentaneam, illiusque, magnitudine animi dignam et sapientia, non possum in animum inducere, vt repudiem ob chronicos quosdam quos vocant Canones,* οὓς μύριοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταστῆσαι τὰς ἀντιλογίας, *quos sexcenti corrigentes nihil hactenus constituere certi, in quo consentiant inter se de pugnantibus, valuere.* Sulpicius Severus lib. 1. *Inter se parum consentiunt qui rationem temporum inuestigatam ediderunt, quod cum vel DEI nutu vel vitio vetustatis eueniat, calumnia carere oportebit.*

IX. Dionysius Petauius quidem lib. 2. Epist 11. ad Arnoldum Cathium ingenue fatetur sententiam suam, qua tempus nati Christi ad Annum ab orbe condito quartum et octogesimum supra nongentesimum ac termillesimum retulit, neutiquam demonstratione firma niti, sed tantummodo ex verisimili suspicione probatam a se positamque fuisse. *Etenim sua cuique putandorum ratio est, a nobis ista certis de caussis est constituta, quas in Tomo 2. Operis de doctrina temporum vberrime tradidimus. Neque vero id* ἀποδείξει *mera, sed maiori ex parte coniectura nititur. Quare qui aliter existimat, non magnum flagitium fecerit. Sit ille modo sibi constans, et Chronologiae suae rationes ita ex parte moderetur, ne cum anterioribus posteriora, vel vtraque cum historia et obseruatione dissideant.* Quantopere vero hac in parte inter se dissideant Chronologi, [32] cognosce, quaeso, nobiscum ex hac tabella, in qua, omissa leui differentia vnius anni, qua alii a natiuitate, alii a conceptione [33] Seruatoris computum suum inierunt, varias sententias de Anno Christi nati recensitas habes, paullo plures quam vel Ricciolus lib. 7. chronolog. reformatae p. 292. vel Michael Neander in Erotematibus Hebraeae linguae pag. 213. seq. atque Renatus Iosephus

[32] Caussas huius miri dissensus non paucas notauit *Frider, Spanhemius* T. 2. dubiorum Euangelicorum p. 9. ff.

[33] *Muratorius* T. V. Scriptorum Italiae p. 137.

phus Turnemine S. I. in tabula prima Chronologica, Carolus Iosephus Imbonatus in aduentu Messiae a Iudaeorum blasphemiis vindicato ad calcem Bibliothecae Latino-Ebraicae pag. 30. seq. vel Allatius ad Eustathii Hexaemeron pag. 250. seq. vel Vrbanus Cheuraeus Tom. 1. Historiae mundi cap. 1. atque ex eo Lud. Morerius in Lexico vocabulo *Monde*, vel Frider. Spanhemius in Chronologia sacra p. 159. seq. aut Aegidius Strauchius in breuiario Chronologico pag. 360. vel Ioan. Guil. Ianus in historia aerae christianae. Witteb. 1715 4. Ioan. Conr. Dietericus in vita Augusti Imperator. p. 300. Ioan. Sebastianus Mitternacht in Differt. gemina de natiuitatis Dominicae anno, anni quadrante, mense ac die. Lips. 1659. 12. et Eclogae Euangelicae Mayero-Neumeisterianae Tom. 1. pag. 107. aliique, quos viderimus, retulerunt.

Auctor libri Seder Olam Zuta, qui ait templum vastatum A. O. C. 3558. *sensit Christum natum esse*	Anno Mundi 3488
R. Lipmann, (notante Vorstio ad R. Dauid Ganz p. 271.)	3616
Isaac Abarbanel . . .	3630
R. Abraham ben Dior . . .	3660
Chronicon Ebraeorum siue liber Iuchasin R. Abrahami Zacuth	3670
R. Iason Nosen . . .	3734
R. Nahasson lib. de cyclo paschali, apud Genebrardum .	3740
R. Gerson, R. ben Leui et R. Abraham . .	3754
Iudaei in Seder Olam	3758
R. Abraham ben Dauid in libello hakabalah siue traditionis aiens templum vastatum A. O. C. 3229. . . .	3759
Hieronym. a Sancta Fide, Paullus a S. Maria, Lyranus, R. Dauid Ganz, R. Abraham ben Chaia, Franciscus Georgius Venetus, Augustinus Steuchus, Iulius Bartoloccius, Petrus Galatinus et alii ex computo vulgato Iudaeorum	3760 vel 3762
Leo Hebraeus dialogo III. de amore . .	3760
Iacobus Christmannus	3761
Arias Montanus	3766
R. Leui in caput duodecim. Danielis . . .	3780
Aliqui Talmudici apud Genebrardum . .	3784
S. Iulianus ex Ebraica editione S. Bibliorum . .	3834
Andreas Helwigius	3836
Bened. Arias Montanus	3849
Vincentius Bellouicensis in spec. hist. . . .	3854

Astro-

Aſtronomi ſecundum hebraicos codices apud Abulfedam fol. 47. de vita Mohammedis 3861
Clemens Schubertus, Luſatius, Eccleſiaſtes Spirenſis, cuius libri quatuor de ſcrupulis Chronologorum prodiere Argentorati 1575. fol. 3864
Iacobus Gordonus, S. I. ſi Ricciolo fides, . . 3880
Rabanus Maurus libro decimo de vniuerſo c. 14. T. 1. opp. p. 161. ſeq. 3888
Gemellus Careri in itinere ſuo gallica lingua edito . . 3904
Thomas Maluenda 3916
Matthaeus Beroaldus, Dauid Pareus, Philippus Mornaeus cap. 29. de V. R. C. 3917
Ioannes Benedictus, et Henr. Chriſtoph. Delbrück in hiſtoria eccleſiaſtica a condito mundo vsque ad A. C. 1730. Germanice. Lemg. 1735. 8. 3926
Ioan. Iuſtus von Einem in diatriba Ioan. Iacob. Rambachio An. 1731. dedicata [34] 3927
Ioan. Lightfoot, Hugo Brughtonus . . 3928
S. Hieronymus in quaeſtionibus hebraicis . . 3941
Antonius Capellus, Ioannes Cario, Chriſtophorus Roſſinus, praeſes ſenatus Burdegalenſis, in commentariis omnium a creato orbe hiſtoriarum. Pariſ. 1571. 4. p. 354. . . . 3944
Robertus Baillius, Thomas Vincentius Monelia in Diſſertat. de annis I. C. ſeruatoris. Romae 1741. 4 Io. Laur. Bertus in Diſſertat. de vero Chriſti natali, quae eſt tertia Tomi primi Diſſertationum eius hiſtoricarum. Florent. 1753. 4 editarum . . . 3945
Ioſephus Scaliger, Sethus Caluiſius, Vbbo Emmius, Chriſtophorus Heluicus, in theatro hiſtorico, Ioannes Buno in tabulis mnemonicis Hiſtoriae vniuerſalis. Luneb. 1662. 4. p. 73 et in ſynopſi chronologico-hiſtorica. 1669. 4. pag. 12. Chriſtoph. Heidmannus in epitome hiſtorica de Imperatoribus. Helmſt. 1623. 4. pag. 36. Timannus Geſſelius in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Traiecti 1661. 4. p. 22. Ioannes Widichini in lumine chronographico. Holmiae 1666. fol. Caſpar Kloſe, Wernigerodanus, in ſpecimine chronologico hiſtorico. Sedini 1607. 4. Ioan. Henr. Alſtedius pag. 120. Chronologiae. Petrus Laurenbergius. Ioan. El. Terſeri in ſacra Chronologia a condito mundo ad natum Chriſtum, edita Vpſal. 1657. 8. pag. 30. Nicol. Mullerius, Ioan. Micraelius, Ioan. Hübnerus, Chriſt. Schotanus, Georg. Hornius, Caſpar Danckwert in ſpecimine Chronologiae. Sleſuici 1671. 4. Io. Georg. Eſſich 3947

Rei-

[34] Hanc obſeruationibus quibusdam chronologicis notauit Ioan. Georg. Liebknecht in Diſſ. de aera natiuitatis Chriſti genuina. Giſſae 1735.

Reinoldus Franckenberg in fundamentis verae Chronologiae Scaligeranae. Witteb. 1644. 4. et in differt. chronolog. Witteb. 1652. 4. p. 49. Ioan. Behmius in chronologica manuductione et deductione. Frfti 1618. fol. Daniel Spigel in Diss. de natali Christi Henricus Kipping in Historiae vniuersalis lib. 20. p. 84. Bremae 1665. 4. 3948

Dauid Origanus, Ioan. Argolus, Frid. Hildebrandus, Ismael Bulliardus, Aegidius Strauchius, Ioan. Ionstonus, Magnus Celsius in Computo Ecclesiastico, Michael Watsonus in historia antediluuiana. Kil. 1665. 4. Ioan. Iustus Winkelmannus in Caesareologia. Lipf. 1670. 12. pag. 3. Ioan. Sleidanus de IV. Monarchiis, Christoph. Pezelius in mellificio historico. Frfti 1628. 4. Ioan. Lampadius 3949

Petrus Lambecius, Frider. Spanhemius, Hieronymus Vecchiettus, Antonius Pagi, Samuel Basnage, Henr. Kippingius, Henricus Samerius, Dionysius Exiguus, Theobaldus Meuschius in systemate chronologico V. T. Spirae Nemetum 1612. 4. pag. 101. Ioan. Conr. Dietericus in vita Augusti Imperator. Giffae 1666. 4. p. 300. Iosephus Scaliger apud Ricciolum Chronolog. reformatae p. 291. Andreas Hoius, Brugensis, in historia vniuersa sacra et profana, Duaci 1629. fol. Ioan. Sebast. Stedler in introd. in Chronolog. vniuersam. Norimb. 1728. 8. 3950

Cornelius a Lapide et Gabriel Philippus de la Hire in Ephemeridibus Regiae scientiar. academiae 3951

Hieronymus, Beda, Hermannus Contractus, Chronicon monasterii Mellicensis apud Hieronymum Pez, T. 1. Scriptor. Austriacor. p. 166. 3952

Cornelius Cornelii, Vincentius Bellouacensis . . 3954

Ioan. Georg. Herwartus, et Iacobus du Bois in Historia V. T. Belgice edita. Lugd. Bat. 1650. 4. p. 325. . . . 3955

Horatius Tursellinus 3956

Philo de temporibus 3957

Philippus Lansbergius, Henr. Wolfius Tigurinus . . 3958

Alphonsus Samero, Ioan. Picus Mirandulanus, Valerius Anselmannus Ryd in catalogo annorum et Principum (edito Bernae 1540. fol.) et Alexander Sculterus 3959

Ioan. Lucidus Samotheus in Chronico, siue de emendatione temporum. Venetiis 1575. 4. pag. 113. Abrahamus Scultetus, Petrus Bogdanus, M. Guazzus, Ioan. Boulaesius, quibus Dolionum et Auicennam Ricciolus adiungit; Philippus item Lansbergius in Chronologia sacra, Middelburgi 1625. 4. p. 180. Christianus Adrichonius, Ioan. Nicol. Doglioni

in

in compendio hiſtorico vniuerſali edito Italice. Venetiis 1601. 4. Antonius Macinettus lib. 4. ſermonum c. ſexto . . . 3960

F. Matthias Cherneux in ſpeculo chronographico Eccleſiae catholicae. Leod. 1666. fol. Auguſtinianus, Antonius Beuter, Ioan. Tilius 3961

Abbas Vrſpergenſis, Sixtus Senenſis, Pantaleon Candidus in Chronologia edita Argent. 1597. 8. p. 38. Dauid Chytraeus, in ſerie temporum. p. 235. Helmſt. 1578. 4. Cunmannus Flinsbachius, Martinus Lutherus, Philip. Melanchthon, Auguſtinus Ferentilli in diſcorſo vniuerſale ab O. C. ad A. C. 1569. Venet. 1570. 4. Paullus Conſtantinus Phrygio p. 260. Chronici. Baſil. 1534. fol. Paullus Eberus in Calendario hiſtorico, Hieronymus Wolfius notis ad Iſocratem fol. 746. Ioannes Garcaeus pag. 170. meteorologiae. Witteb. 1568. 8. Paullus Cruſius, libro de epochis, ſeu aeris temporum, quem Ioan. Thomas Freigius edidit Baſil. 1578. 8. 3962

Ioan. Funccius in chronologia edita Baſil. 1554. 4. p. 264. Alfonſus Toſtatus, Ioan. Buxtorfius, Iacob. Hainlinus, Ioan. Azorius, Ioan. Heuelius p. 88. prodromi Aſtronom. 3963

Chriſtianus Seuerinus Longomontanus in Aſtronomia Danica, Petrus Galliſardus, Conr. Peucerus 3964

Ioan. Thomas Freigius in ſynopſi hiſtoriae, Baſileae 1602. 8. p. 61. 3965

Gerhardus Mercator, Petrus Opmeer, Ioan. Tarcagnota in hiſtoria mundi Italice edita Venetiis 1585. 4. ad A. 1513. et a Mambrino Roſeo de Fabriano continuata ad 1582. Venetiis 1610. 4. Voll. 5. 3966

Henr. Buntingius, Hieronymus Bardius, Florentinus, in ſummario chronologico edito Venetiis 1581. 4. Italice. Andreas Soelmatter, Ioan. Adam. Oſiander, Philippus Glaſerus in ſynopſi hiſtoriae vniuerſalis, Gorlic. 1615. 4. p. 98. Michael Noſtradamus . . . 3967

Gualtperus Bullingerus, Elkſtormius, . . 3969

Aug. Quir. Riuinus, Abraham Bucholcerus, pag. 120. indicis chronologici. Francof. 1616. 8. Elias Reusnerus in Iſagoge hiſtorica pag. 54. et in appendice Ienae 1609. 4. Henricus Pantaleon in chronographia edita Baſil. 1550. 4. Cornelius Ianſenius, Vrbanus Cheuraeus, Marcus Zuerius Boxhornius, Matthaeus Dreſſerus, Henricus Gutberlethus in chronologia pag. 205. Chriſtianus Matthiae in theatro hiſtorico, Amſtelod. 1656. 4. pag. 458. . . . 3970

Leonhardus Krentzheim, Iac. Zückwolfius, Heilbronnenſis eccleſiae miniſter, in chronographia ſacra vtriusque teſtamenti, chronodiſtichis concinnata editaque Francof. 1594. 4. . . . 3971

Theophilus libris ad Autolycum, si Imbonato credimus, et Ioannes Buno pag. 22. Ideae historicae . . . 3974

Andreas Toppius in fundamentis Chronolog. ex Scriptura S. deductis 3975½

Theodorus Bibliander 3979

Petrus Galatinus 3982

Dionysius Petauius, Ioannes Clericus, Vlricus Huberus in Institutionibus historiae ciuilis 3983

Robertus Bellarminus, Iacobus Perizonius in tabulis chronologicis, I. H. S. in nucleo Historiae vniuersalis. Herbornae 1718. 8. 3984

Ioannes Cluuerius, si eidem Imbonato fides, (nam Cheuraeus et Strauchius notant, eum Christi natiuitatem referre ad Annum Mundi 3970.) sed in Epitome Historiarum perspicue refert ad An. 4006. 3985

Carolus Bouillus, Ben. Arias Montanus in apparatu Biblior. Regior. 3989

Christian Fende in Verbesserung des Zeitregisters Thomae Beuerleys. Francof. 1725. 4. . . . . . 3991½

Ioan. Keplerus in tabulis Rudolphinis . . . 3993

Ioan. Funccius in posteriore edit. Chronici . . 3996

Iodocus Coccius 3998

Leonhardus Offerhaus in vita Saluatoris priuata et publica cap. 2. Matthias Flachsland in Oedipo chronologico edito Germanice Francof. 1672. 12. Petrus Baeng in chronologia sacra. Wiburgi 1694. 4. Carolus Iosephus Imbonatus in Chronotaxi sacrae scripturae . . 3999

Henricus Haruillaeus, Iac. Capellus, Iacobus Tirinus, Abraham. Calouius, Franc. Suaresius, Guil. Hoelius, Hieronym. de Bocchiis, Florentinus Minorita in monopanto harmonico. Bonon. 1554. fol. M. Antonius Capellus, Natalis Alexander, Ignatius Hyacinthus Amatus de Grauefon in Diss. de mysteriis et annis Christi (Rom. 1711. 4.) Henr. Mascampius in Institutionibus historicis, Ioan. Franc. Buddeus, Ioach. Langius, Ioan. Iac. Rambachius in histor. eccles. V. T. Ioan. Gottl. Carpzouius in Introd. in libr. historic. V. T. P. 1. p. 34. Augustinus Calmet T. 2. Lexici Biblici pag. 754. Vsserius, Lampius, Bossuetus, Wieglebius, 4000

Iac. Gordonus in Chronologia edita Augustoriti Pictonum 1617. fol. 2 Voll. exeunte 4001

Hieronymus Freyerus in Introd. in histor. vniu. . . 4002

Ioan. Wichmannshausen, Rostochiensis, in Chronologia sacra 4003

Iac. Vsserius, Benedictus Marshall, Ed. Simson, Laur. Eichstadius, Wilh. Whistonus 4004

Ioan. Harduinus, Ioan. Cluuerus in computo chronologico edito Regiomonti 1642. 4. 4005

Thomas Lydiat 4007

Antonius Pagi, Arthur Bedford in animaduerſionibus in Newtoni chronologiam, Anglice, p. 149. . . . 4009

Lucas Loſſius in libello conſolatorio . . . 4012

Stephanus Societus in collectione Diſſertationum complectentium chronologiae ſciagraphiam et quinque diſſertatt. aduerſus chronol. Newtoni, Gallice. Pariſ. 1726. 4. 4020

Ioan. Gualterus, Caeſar Baronius, Benedictus Pererius, Conradus Pawellus ab Adenſtadt in conſilio Chronologico, Eraſmus Reinholdus 4022

Martin. Lutherus in chronol. Henricus Philippi, S. I. Io. Guil. Langius libro ſecundo de annis Chriſti p. 365. . . . 4040

Ioan. Iac. Hofmannus, Petrus Megerlinus, Ioan. Iac. Schererus in ſynchroniſmo ſynoptico 4049

Fr. Britius in epitome annal. V. T. pag. 784. arabice et latine edita. Rom. 1655. 4. Xantes Pagninus, Auguſtinus Torniellus, Chriſtoph. Beſoldus 4051

Iac. Salianus, Henr. Spondanus, Ioan. de Buſſieres . 4052

Gabriel Bucellinus, Claudius Buſierius, S. I. Auctor tabulae, chronologica capita per luſum et iocum tironum memoriae inſtillantis (v. Memor. Triuultinas 1718. m. Aug. p. 326.) et Philipp. Brietius in annal. mundi, ſ. chronologia vniuerſali recuſa Viennae Auſtr. 1727. fol. . 4053

Philippus Labbeus, Henricus Samericus . . . 4054

Horatius Scoglius 4055

R. Moſes (Maimonides, ſi fides Imbonato, Suikero et Cheuraeo, ſed intelligendus R. Moſes Gerundenſis, ben Nachmann) Ioſephus Blancanus 4058

Philippus Melanchthon in Epiſt. ad Vitum Theodorum pag. 190. ed. Ioan. Sauberti 4059

Ioan. Bapt. Ricciolus 4062

Ioannes Georg. Siegerbeck in chronologiae verioris ſpecimine. Helmſtad. 1735. 4. 4066

Ioan. de Roa, Dauila 4072

Michael Moeſtlinus in chronologicis theſibus et tabulis a Sam. Hafenreffero editis. Tub. 1646. 4. et Ioan. Valent. Andreae in ſynopſi chronologiae e Moeſtlino. Luneb. 1642. 12. . . . 4075

Sebaſtianus Barradius 4085

Arnoldus Pontacus 4088

Gilbertus Genebrardus 4090
Franc. Ribera 4095
Ludou. Cappellus in chronologia ſacra p. 250. Pariſ. 1655. 4. 4103
Abulfeda in vita Mohammedis p. 47. ſec. hebraicos codices 4110
Ioan. Brentius 4121
Nicol. Vignier in bibliotheca hiſtorica . . 4128
Chriſtianus Rauius in Chronologia Biblica . . . 4140
Matthias Wasmuth in Annalibus caeli et temporum reſtitutis. Kil. 1684. fol. et Laurentius Codomannus in Annal. S. Script. Witteb. 1581. 4. 4141
Flav. Ioſephus, ſi Imbonato fides, . . . 4163
Nathanael Philadelphus in chronotaxi heptaperiodica, edita 1695. 4. 4173
Ricciolus ſecundum hebraicam et vulgatam editionem . 4184
Marianus Scotus 4193
Auctor examinis Chronologiae, (quem confutauit Parte 2. Rationarii Petauius) 4200
Ioan. Iac. Hainlinus in claui ſacror. temporum . . 4214
Guſtav. Chriſtoph. Hoſmannus Chronolog. ſacrae. Hamb. 1734. 4. editae pag. 60. 4249
Ado apud Imbonatum 4270
Odiato ſiue Eduuicon Aſtrologus apud Imbonatum . . 4320
Conradus Mel in Epitome hiſtor. eccleſ. Germanice edita . 4500
Gottfr. Kohlreifius in Chronol. ſacra publici iuris facta Hamb. 1725. 8. 4509
Iulianus Toletanus libro tertio contra Iudaeos . . 4525
Caſpar. Goldwurm in Chronica Biblica, Germanice. Frfti 1558. 4530
Magnus Aurelius Caſſiodorus . . . 4697
Origenes in Matthaeum 4830
Ado, Viennenſis Archi-Epiſcopus . . . 4832
Renatus Ioſephus Turnemine in Memoriis Litterariis Treuoltinis An. 1706. p. 811. 4890
Metrodorus 5000
S. Epiphanius in ſecunda Nicaena Synodo . . . 5001
Philo Iudaeus apud Suikerum . . . 5096
Arabes aliqui apud Genebrardum 5185
Paullus Oroſius, ſi fides Allatio p. 252. ad Euſtathium Antioch. 5190
Sigebertus, Iſidorus Hiſpan. in Chronico et Philo Iudaeus, ſi Ricciolo credimus 5196
Philippus Bergomas, Alphonſus Pandulphus . . 5198
Alcuinus; de diuinis officiis p. 1009. Antonius Mancinellus lib. 6. cap. 6 ſermonum,

monum, Conradus a Lichtenau, Abbas Vrſpergenſis, Euſebius Caeſareenſis, Oroſius, Beda, Martyrologium Romanum, Caeſar Baronius ſecundum LXX. Interpretes, Guilielmus Eiſengreinius in libris chronologicar. rerum vrbis Spirae, editis Dilingae 1564. 8. . . 5199

Vincentius Lirinenſis, S. Iulianus Archi-Epiſcopus Toletanus, Pomponius Gauricus et Sanſonius 5200

Paullus Foroſempronienſis, Io. Nauclerus . . 5201

Iſidorus lib. 5. Originum c. 49. . . . 5220

Rabanus Maurus 5296

Iulianus Toletanus lib. 3. contra Iudaeos . . 5325

Albumaſar, Aſtronomus Arabs 5328

Iſidorus Peluſiota, Lucas Tudenſis . . . 5336

Philaſtrius haereſi CXI. . . . 5341

Petrus de Alliaco et quidam Talmudiſtae . . . 5344

Auguſtinus apud Genebrardum et Chaldaei notante Ricciolo . 5351

Iſidorus Hiſpalenſis notante Strauchio . . 5410

Victor Giſellinus Sulpitium Seuerum corrigens . . 5419

Sulpitius Seuerus 5469

Theophilus ad Autolycum notante Luſignano An. 5476. ſed Allatio 5491. et Maximus Monachus 5491

Antiochena Eccleſia, Elmacinus, Panodorus apud Syncellum p. 313. et Aera Graecorum Eccleſiaſtica notante Beueregio p. 134. Inſtitutt. Chronol. 5493

Q. Iulius Hilarion (qui ait ad paſſionem Chriſti effluxiſſe 5530.) 5497

Noe, Patriarcha Iacobitarum, in breuiario Chronolog. apud Aſſemannum T. 2. B. O. p. 470. 5498

Aethiopes, teſte Iobo Ludolfo p. 385. commentar. in Hiſtoriam Aethiopicam, Alexandrina Eccleſia, Theophanes, Glycas, Georgius Monachus, Chronicon Orientale, Pſeudo-Nicodemi Euangelium, Amphilochius in vita S. Baſilii p. 164. (licet in latino excuſum 6600. pro ἐφ) Euſebius ad calcem Chronici Paſchalis, pag. 421. Suidas in Ἀδὰμ, Meletius apud Ioan. Damaſcenum T. 1. pag. 650. Philippus Solitarius in Dioptra lib. 3. cap. 8. Nicephorus CPolit. 5500

Georgius Syncellus 5501

Nicetas, notante Allatio, ... 5503

Nicephorus Calliſtus 5505

Cedrenus, Perſae et Nicetas apud Ricciolum, atque Anonymus ad calcem Chronici Paſchalis p. 425. 5506

Chro-

Chronicon Alexandrinum, et Theophilus ad Autolycum ex edit. Wolfii p. 408.	5507
Graeci hodie communiter, CPolitana Eccleſia, Ducas Michaelis Nepos, (V. Bullialdum in Notis) Rutheni, ſ. Moſcouitae, Bulgari, Illyrii, Georgiani, Albani, Aethiopes quidam, teſte Iobo Ludolfo	5508
Epiphanius Cyprius	5509
Theophilus Antiochenus apud Ricciolum	5515
Nicephorus alter apud eundem	5520
Euſtathius Antiochenus in Hexaemeron	5531
Faſti Siculi apud Imbonatum	5535
Flauius Ioſephus probe expenſus iudice Ricciolo p. 290. Chronol.	5555
Ciacconius	5580
Iſaacus Voſſius [35]	5598
Clemens Alexandrinus	5624
Ricciolus ſecundum LXX. Interpretes	5634
Nicephorus CPol. apud Ricciolum, e quo Imbonatus	5700
Lactantius	5800
Philaſtrius	5801
Paullus Pezron	5868
Secundum Antiochenos (vt additis 33. vitae Chriſti annis plenus eſſet ad mortem Chriſti ſextus Millenarius annorum,) Heſychius homil. de natiuitate Chriſti, cuius fragmentum in prolegomenis Edm. Chilmeadi ad Malelae Chronicon ***** 2. b. apud Cangium p. 424. ad Chronicon Paſchale.	5967
Tabulae Alphonſinae in codice Riccioli [36]	5984
Euſebius alter apud Imbonatum	5990
Cyprianus, Suidas in Φαλεγ, Heſychius fragmento de Chriſti natali, affirmans, omnes ἀκριβεῖς συγγραφεῖς in hac ſententia conſpirare	6000
Iulianus Archiepiſcopus Toletanus	6011
Onufrius Panuinius	6310
Ioan. Mullerius, Regiomontanus, et Alphonſus Rex in tabulis Mulleri [37]	6484

Etiam in ipſa [38] *aera Chriſtiana*, qua vulgò vtimur, et quam a Dionyſio Exiguo

[35] Ricciolus, Cheuraeus, Suikerus et Imbonatus male 5590.

[36] Apud Maluendam 6984.

[37] Iidem male 6984.

[38] Vocabulum Aerae ab Arabico *erach*, h. e. *computauit a certo tempore*, vnde, tarich i. e. *notatio temporis, quo aliquid factum eſt.* Vide Thomam Hyde in limine notarum ad Abrahami Peritſol itinerarium. pag. 2. Aeram ab epocha diuerſam eſſe docet Cel. Ioan. Georg. Waltherus, in Diſſertatione epiſtolica de aera templi, Lipſ. 1741. vbi pag. 6.

Exiguo A. C. 525. primum vſurpatam *Dionyſianam* [39] ſolemus appellare, ſecundum quam hodie computamus A. C. 1757. in ipſa inquam aera illa cum vero Anno Chriſti conferenda mirus eſt Chronologorum diſſenſus, aliis Chriſtum pluribus annis ante, aliis poſt illam aeram natum eſſe ſciſcentibus, vt ex proxima tabella apparebit, quam ex Frid. Spanhemii Chronologia ſacra, Tom. 1. Opp. pag 206. mutuati ſumus. Iam modo notandum prius exiſtimo, quod Petauio et Sam. Baſnagio Tom. 1. Annalium Politico-Eccleſiaſt. pag 183. animaduerſum eſt, aeram qua vtimur vulgarem ab ipſa Dionyſii ſententia integro anno diſtare, ſupponereque Chriſtum natum Anno Iuliano 46. COSS. Caio Caeſare et Aemilio Paulo: cum Dionyſius natalem Chriſti ad annum Iulianum 45. retulerit, Coſſo Cornelio Lentulo et L. Calpurnio Piſone COSS.

Anno Vrbis Condit.	*An. Iuliani.*	*Ante Aeram Dionyſ.*	CHRISTVM NATVM cenſent.	
720.	12.	34.	Petrus Damiani florens ſaec. XI. Ep. XXI. ad Alberium; Nempe ex hypotheſi, Chriſtum *paſſum* A. V. C. 753. die 8. April. feria 6. Luna XV. quod quadret in Ann. Chriſt. XXXIII. Et inde incipiendos annos *Domini* ſcil. a *paſſione.* Sequutus eſt *Anton. Dulciatus*, Eremita Florent. *de Feſtis mobilib.* P. 1.	Sic Chriſtus paſſus eſſet, XIII. annis *ante* mortem *Auguſti*, minimum XXXI. annis, antequam ſub *Tiberio* affixus cruci.
			Flo-	*Ba-*

pag. 6. in eo ponit diſcrimen, quod aera ſit omnium inde ab re memorabili annorum continuatio ſeriesque, vt certa ſit aptaque temporum deſcriptio; epocha vero initium huius ſeriei ſiue primus annus, quo tota ſeries ducitur.

[39] Aera Dionyſiana, loco aerae Diocletianeae commendata circa A. C. 532. initium ſumit ab Anno Iuliano XLVI. ab aera ſecundum Euangelium differt Annos XXII, illaque eſt minor. v. Pagium ad A. C. 1098. n. 13. Vſus eius fuit in Hiſpania et Anglia ſaec. VII Id. ad A. C. 686. n. 10. in Gallia ſaec. VIII. Id. ad A. C. 716. n. 14.

Anno Vrbis Condit.	*An. Iuliani.*	*Ante Aeram Dionys.*	CHRISTVM NATVM censent.	
Vernoe tempore Anni 747.	39.	23.	Florentius Vigorniensis. Nicolaus Mann in the Dissertations of the true Years of the birth and of the Death of Christ. Lond. 1733. 8. quae latine redditae prodierunt Londini 1742. 8.	
748.	40.	6. 25 Dec.	Ioannes Keplerus, M. Antonius Capellus, Henschenius, Ant. Pagius in *Critica*, Franc. Pagius in *breuiario Romanorum Pontificum.* Henr. Dodwellus *Dissert.* 1. in Irenaeum. Adr. Naudeus in *histor. vniuers.* Wirceb. 1748. 4. Emm. Schelstratenus Diss. 1. *Antiqq. eccles.* c. 2. Art. 4. Franc. Blanchinius in Chronolog. consulari praemissa Vol. 2. Anastasii Bibliothecarii edit. postremae Vaticanae. Cornel. Dieter. Koch in diss. de Anno natali Iesu Christi ex annis regiminis Quintilii Vari ceterorumque Syriae praesidum demonstrato. Helmst. 1722. Andr. Zer-	*Baronius* falso, hoc Anno Caium Caesar. praefectum Syriae et Orienti. *Pagius,*

Anno Vrbis Condit.	*An. Iuliani.*	*Ante Aeram Dyonyſ.*	CHRISTVM NATVM cenſent.	
			Zergol, S. I. in theorematibus chronologicis de anno ortus et mortis D. N. Ieſu Chriſti. Viennae Auſtriae 1625. Auctor diſſ. editae Romae 1718. de anno, menſe et die mortis Ieſu Chriſti. Tertullianus, Lactantius et Auguſtinus, Chriſtum mortuum ſtatuentes duobus Geminis Coſſ. A. V. C. 780. v Benedictinor notas ad Auguſt. XVIII. vlt. de C. D. Adde Papebrochium Propylaeo ad Acta Sanctor. Maii p. 4. ſeq. et ante T. I. Actor. Sanctor. April. p. 5. ſq. Laelio Balbo et Antiſtio Vetere *Coſſ. Per. Iul.* 4708. *Olymp.* CXCIII. Anno III. *Aug.* XXXVIII.	
			Chriſtum *conceptum* hoc anno Vrb. Cond. DCCXLVIII. Mart. 25. Iohannem *conceptum* anno praecedente 24 *Octobr.* *Zachariae* enim familiam iniiſſe vices ſuas, ἐφημερίαν, משמרת המזבח, 17. Oct. A. V. C.	*Pagius*, poſt *Noriſium*, hoc anno *Quintil. Varum* ſucceſſiſſe in Syriae Praefectura *Sentio Saturnino*. Probant ex duobus *Vari* Numiſmat. ſignatis Aera Antioch. Auguſtana XXV. quae cum hoc anno concurrat. Contra *Ioſephus*, et Hiſtorici. Fuit annus Syro-Maced. 307.

An-

Anno Vrbis Condit.	*An. Iuliani.*	*Ante Aeram Dionyſ.*	CHRISTVM NATVM cenſent.	
			C. DCCXLVII. Ita Keplerus.	
749.	41.	5.	Io. Chryſoſtomus, qui ſuppoſuit Io. Baptiſtam conceptum 24. *Sept.* Thiſri X. A. V. C. DCCXLVIII. *Olymp.* CXCIII. Hinc Chriſtum conceptum 25. *Martii*, anno ſq. natum 25. *Dec.* Haec ſententia Liberio Rom. placuit, dein Damaſo, Ambroſio, poſtea *Conſtantinopolitanis.* Et prout quisque ſuppoſuit *diem*, quo *Angelus* Zachariae apparuit, *Luc.* 1. alii *Septembri*, alii *Octobri* menſe, alii, *Iunio, Iulio, Auguſto* (ſcil. pro varia Computatione *Ephemer.* Sacerdotalium) ita hinc coniectarunt diuerſimode diem *Concept.* hinc *Natiuitatis* Chriſti. Sic Ioh. Deckerus S. I. Laurentius Suslyga Polon. Dion. Petauius, Ignat. Hyacinthus Amat. de Graueſon, Thomas Vincentius Monelia in Diſſ. de annis I. C. ſeruatoris, Romae 1741. 4to. Io.	Anno Syro Macedon. 308. Chriſtum natum *ante annum V. C.* 750. quo mortuus ſit Herodes, adeoque minimum Anno V. C. 749. nuper quoque *Rigordius* Gallus, *Diſſert.* ad Nummum Herodis Antipae; 1689. Et *Dom. Paulus Pezron*, Doctor Pariſinus, in Hiſt. Euangelica, An. 1695. Io. Gottl. Heineccius diſſ. de genuina natiuitatis Chriſti aere numis et inſcriptionibus antiquis illuſtrata. Halae 1708. 4. Corn. Diet. Koch diſſ. de anno natali Chriſti per numum et fata Antipae Herodumque caeterorum demonſtrato. Helmſt. 1721. 4. I. G. Meier in obſeruationibus chronologicis circa computum aerae Chriſtianae. Helmſtaed. 1732. 4.

Mors

Anno Vrbis Condit.	*An. Iuliani.*	*Ante Aeram Dionyſ.*	CHRISTVM NATVM cenſent.		
			Io. Laurentius Bertus in Diſſ. de vero Chriſti natali Diſſert. hiſtoricar. Florent. 1753. 4. editarum. Tom. 1. Diſſ. 3. etc. Auguſto XII. et Corn. Sulla *Coſſ. Per. Iul.* 4709. *Olymp.* CXCIII. anno 4. *Auguſti* XXXIX. Ita Dodwellus Diſſ. 1. in Iren. pag. 83. *Vel natus initio Anni* V. C. DCCXLIX.		
750.	42.	4.	Sulpitius Seuerus Hiſtor. L. 11. Sal. van Till, cuius diſſertationi vide quae opponit Sam. Basnage in Annalibus et Ioan. Marckius in Diſſ. de natali tempore Seruatoris Lugd. Bat. 1716. Bernard. Lamius in apratu Chronologico; et quotquot Chriſtum natum putant, ſaltem aliquot menſib. ante mortem Herodis. Caluiſio Sabino, et Paſſieno Rufo *Coſſ. Per. Iul.* 4710. *Olymp.* CXCIV. A. 1. *Auguſti* vulgo. XL.	Mors Herodis (ſecundum Ioſephum) accidit hoc anno, V. C. 750. *Nouembri* menſe. Sic quoque nuperi ſcriptores, Rigordius, Pagius, Noriſius, Dodwellus, Paulus Pezron, etc. A. Syro-Macedon. 309.	
751.	43.	3.	Alexandrini *veteres*, Irenaeus, Tertullianus, Clemens Alex. (de cuius		

 Fuit

Anno Vrbis Condit.	*An. Iuliani.*	*Ante Aeram Dionys.*	CHRISTVM NATVM censent.	
			ius sententia, et Eusebii illa, prolixe Frid. Spanhemius Pater *Dub. Euangelicis* P. 11. D. 1.) Maximus, Monachus, G. Syncellus, Cedrenus etc. In *recentioribus*, Baronius, Scaliger, Pererius, Torniellus, Caluisius, Emmius, Heluicus, Gerhard. I. Vossius, Antonius Bynaeus de Natali Christi, Langius, Marianus Scotus, Salianus, Sigebertus.	Anno Seleucid. 31[illegible].
752.	44.	2.	C. Lentulo, et Val. Messalino *Coss. Per. Iul.* 4711. *Olymp.* CXCIV. anno 2. *Augusti* vulgo XLI. Quidam numerantes a morte Iulii, XLII. et sic Pagius. Epiphanius *Haeres.* LI. et Haer. LXXVIII. Hieronymus, Orosius, Beda, Freculphus, Sigonius, Onuphrius, Temporarius etc. Eusebius quoque in *Chron.* teste Pontaco. Nicephorus, Cassiodorus in Chronico; et sic Henricus Valesius, ac si qui alii. Richardus Mon-	Fuit annus Seleucidar. 311. *Caius Caesar*, Agrippa et Iulia genitus, missus hoc A. in Orientem, cum Extraordinario seu Procons. Imperio, ad bellum Armeniacum. Ex Velleio, et Numismat. Sed mortuo Herode, venit Hierosol. Archelao regn. *Sentius Satur-*

Anno Vrbis Condit.	*An. Iuliani.*	*Ante Aeram Dionyſ.*	CHRISTVM NATVM cenſent.	
			Montacutius, Capellus vterque, Dauid Blondellus, Carolus le Cointe apparatu ad Annales Hiſtorico-eccleſ. Francorum, Sigonius, Pererius, Maldonatus, Iſaac. Newtonus Opuſc. Tom. 3. p. 368. edit. Geneuenſ. Sed Epiphanius, natum Chriſtum anno ineunte, VIII. Idus *Ian. Tybi* Aegyptior. d. XI. *Thebet*. XIII. Auguſto XIII. et Plautio Syluano *Coſſ. Olymp.* CXCIV. anno 3. *Per. Iul.* 4712. *Auguſti* XLII. XV. annis ante mortem Auguſt. *Cyclo* Solis VIII, etc.	*Saturninus* Praeſes adhuc Syriae, quo tempore Cenſus ſub Auguſto actus, *Tertull.* contra Marc. L. IV. Sed *Quirinus* tum in Oriente agens, confecto in Cilicia bello, potuit Saturnino adiungi, ad *Cenſum* eum tum hominum, tum facultatum, peragendum, *Luc.* 11, 1. Praeſes et Syriae hoc anno *Q. Varus*, ſucceſſor datus Sentio Saturnino, ante mortem Herodis, *Ioſeph.* L. XVII. Antiq. C. VIII.
753.	45.	1.	Panodorus, Monachus Aegyptius, Antiocheni, Chronicon Alex. *Nat.* Chriſtum hoc anno 25. *Dec.* Sic Petrus de Alliaco, Sixtus Sen. Mart. Lutherus, Ioh. Lucidus, Alph. Salmero, Henr. Haruillaeus, Phil. Labbeus etc. Et haec ſententia Vulg. ſecundum Dionyſ. Exiguum. Corn. Lentulo, et Calp. Piſone *Coſſ. Per. Iul.* 4713. *Olymp.*	Hoc anno mortuus creditur *Herodes*, ex Epiphanio; inter Eclipſ. Lunae, quae fuit *Ian.* 9. et Paſcha quod *April.* 6. Archelai ann. 1. Chriſti nati 2. quo reuerſus ex Aegypto. Vt vitium ſit in Ioſepho, qui *triennio* ante mortuum Herod. Fuit annus Seleucidar. 312.

A.

Anno Vrbis Condit.	*An. Iuliani.*	*Ante Aeram Dionys.*	CHRISTVM NATVM censent.	
			Olymp. CXCIV. anno 4. *Augusti* XLIII. Tribun. Potest. XXIII. *Cyclo* Sol. IX. *Lunae* 1. ante Aeram Vulgarem (quae primum annum Christi coniicit in sequentes *Kal. Ian.*) anno vno.	
754.	46.	1.	Quidam, inter quas locum occupant, Petrus Allix in diatriba de anno et mense Natali I. C. Londini 1709. 8. Henricus Philippi, S. I. in Introductione Chronologica, pag. 63. Colon. 1621. 4. Antonius Pagi, qui certo demonstratum hoc contendit ad A. C. 280. N. 6. *Natiuitatem Christi* coniiciunt in hunc annum, 25 *Dec.* et sic Fasti Consul. in Caesariana Biblioth. qui tum notant *Lunam* XV. manifesto errore. Caio Caes. (Augusti filio) et Aemilio Paulo *Coss.* *Per. Iul.* 4714. *Olym.* CXCV. anno 1. Augusti XLIV. Cyclo *Sol.* X. *Lunae* 2. etc.	A. Seleucidar. 313. Hoc anno *Augustus* LXIII. aetatis impleuit, quem vocat κλιμακτῆρα, *Epist.* ad *Caium* Caes. et inchoauit LXIV. Vide *Gell.* L. XV. C. VII.
755.	47.	2.	P. Vincio, et P. Alfenio Varo *Coss.* *Per. Iul.* 4715.	In hunc annum *Lucii Caesar.* obitus contigit: et

Anno Vrbis Condit.	*An. Iuliani.*	*Ante Aeram Dionys.*	CHRISTVM NATVM censent.	
			4715. *Olymp.* CXCV. anno 2. *Augusti* XLV. etc. Ita Paullus de Middelburgo, et qui hunc sequuti.	et *Tiberii* ex Rhodo Insula reditus Romam, secund. *Lydiatum*, *Pagi*, etc. anno demum sequente, secund. *Petav.*
756.	48.	3.	Thomas Lydiatus *Recension.* C. XVI. et in Serie Magistratuum, censet hoc anno *natum* esse Christum XXV. *Pachon* ex Clem. Alex. qui dies inciderit hoc anno in *Maii* 20. Hinc Christum circumcisum Maii 27. ipso die Pentecostis. Eundem annum, sequutus Aeram V.C. Fabianam, censet fuisse DCCLI. Aelio Lamia, et Seruilio Gemino *Coss. Per. Iul.* 4716. *Olymp.* CXCV. a. 3. Augusti XLVI.	Aliquot annis, ante hunc ipsum, *natum* esse Christum, vel inde colligitur, quod *Caius* Aug. filius, mortuo iam Herode in Orientem profectus sit; paulo post Consulatum absens initurus A. V. C. 754. Vide sis Iosephum, *Antiq.* L. XVII. C. XI.
761.	53.	8.	Aera historica Graecorum Beuereg. l. 2. Institutt. Chronologicor. cap. 11. p. 134. Arthur Bedford Animaduerss. in Newtoni Chronologiam p. 150.	

X. Ex hoc tanto virorum doctorum dissensu, qui in temporum rationibus excutiendis aetatem contriuerunt, ne de Sinensium opinione iam dicam, qui annum natiuitatis Christi a tempore orbis conditi vltra octingenties

octogies quater mille et octingentis annis remouent, merito colligat aliquis cum Iacobo Gaffarello cap. 2. curiositatum inauditarum, neque dies neque annos, qui a rerum creatarum initio ad Christum natum vsque effluxerunt, citra peculiarem reuelationem diuinam certo definiri posse: quamquam Benedictus Pererius in V. Genes. sollicite monet in verbis Ecclesiastici c. 1. v. 2. *dies saeculi quis enumerabit?* de diebus esse sermonem, non de annis, horum enim numerum sciri, illorum ignorari. Non tamen ideo incerta sunt omnia, sed de pluribus iisque maximi momenti rebus sic satis constat, vt Synchronismi obseruari et systema aliquod historicum componi possit, quo res praecipuae digerantur iusto tempore, ne anticipare necesse sit quae post contigerunt, aut quae ante gesta sunt postponere. Vt vero breue specimen aliquod Ideae Chronologicohistoricae tironibus exhibeam, quod memoria facile teneant, placet non cum Varrone tempus omne diuidere in ἄδηλον μυθικὸν, et ἱϛορικόν, sed huic Varronianae diuisioni potius praeferre antiquam et Iudaeorum testimonio celebratissimam domus Eliae traditionem [40] qua omne aeuum diuiditur in sex annorum millenarios hoc modo: *duo millia inane* siue ante Legem Mosis: *duo millia Lex*, *duo millia Messias.* Sic ponemus Christum natum esse circa annum Mundi 4000, Legem Mosis vero esse latam post Annum Mundi 2400.

In *PRIMO MILLENARIO* et *SECVNDO* nihil occurrit notatu dignum et certum, nisi quod sacra Geneseos nobis offert Historia. Anni generationum Patriarchalium ante Diluuium ita se habent ex Genes. V.

Adam

[40] De illa domus Eliae traditione dixi vberius in Codice Pseudepigrapho veteris testamenti pag. 1079. sq. In praesenti tantum adnotabo, quod ad numerum sex dierum quibus conditus a DEO Mundus est, sex etiam aetatibus omne tempus distinguit S. Augustinus libro et capite vltimo de Ciuitate DEI. *Ipse etiam numerus aetatum veluti dierum si secundum eos articulos temporis computentur, qui in Scripturis sanctis videntur expressi, iste sabbatismus euidentius apparebit, quoniam septimus inuenitur, vt prima aetas tanquam dies primus sit ab Adam vsque ad Diluuium. Secunda inde vsque ad Abraham. Hinc iam vsque ad Dauid vna, altera inde vsque ad transmigrationem in Babyloniam, tertia inde vsque ad Christi carnalem natiuitatem. Fiunt itaque omnes quinque. Sexta nunc agitur. Post hanc tanquam die septimo requiescet DEVS, quum eundem septimum diem quod nos erimus in se ipso DEVS faciet requiescere.*

		Hebr.	Samarit.[41] ap. Scalig.	Samaritan. apudSync.	LXX.	Iofeph.	If.Voff.
Adam	genuit anno aetatis fuae	130	130	130	230	230	230
Seth		105	105	105	205	205	205
Enos		90	90	90	190	190	190
Cainam		70	70	70	170	170	170
Mahelaleel		65	75	65	165	(165)	165
Iared		162	62	62	162	162	162
Henoch		65	65	60	165	165	165
Mathufalah		187	77	67	167	187	187
Lamech		182	53	53	188	182	182
annusNoae quo diluuium accidit.		600	600	600	600	600	600
Summa		1656	1327	1302	2242	2153	2256

Poft Diluuium, haec feries generationum exhibetur Genef. XI.

		Hebr.	Samarit. ap. Scalig.	Samaritan. apudSync.	LXX.	Iofeph.	If.Voff.
Diluuium fuit		1656	1327	1302	2242	2153	2256
Semus genuit poft diluu.		2	— —	2	2	12	12
Arphacfad	anno aetatis fuae	35	135	135	135	135	135
Cainan		—	—	—	130	—	130
Sala		30	130	130	130	130	130
Eberus		34	134	134	134	134	134
Phaleg		30	130	130	130	130	130
Regu		32	132	132	132	130	130
Serug		30	130	130	130	132	132
Nahor		29	79	79	179	120	129
Thara		70	70	70	70	70	70
inde ad natum Abrahamum		60	60	60	60	60	60
Summa		2008	2327	2304	3474	3206	3448

MILLE-

[41] Ab anno nati Abrahami numeros fuos fupputare incipit Chronicon Eufebianum; contra

MILLENARIO TERTIO ex ſacris litteris obſeruanda

Vocatio Abrahami anno aetatis 70. vt Hebraeorum habet traditio Petauio etiam probata, vel vt Euſebius computat, quem plerique alii ſequuntur 75
Iſaacus natus anno Abrahami 100. Geneſ. XVII.
Ioacobus et Eſau — Iſaaci 60. Geneſ. XXV. 26.
A vocatione Abrahami vsque ad Exodum Iſraelitarum ex Aegypto ſiue *annum octogeſimum* Moſis Geneſ. XV. 13. Exod. XII. 40. Actor. VII. 6. Exod. VII. 7. 430
Ab Exodo Iſraelis et data tertio menſe poſt Lege Exod. XX. 1. vsque ad conditum templum Salomoneum 1 Reg. VI. 1. 479
His adde annos ab orbe condito ad natum Abrahamum 2008

2992

Anni illi 479. vt diſtinctius intelligantur, en tibi breuem [42] tabellam:

Ab egreſſu Hebraeorum ex Aegypto ad mortem ſiue annum 120. Moſis . .	40.	Exod. VII. 7. Deut. XXXIII. 7.
Inde ad mortem Ioſuae	25.	
Inde ad coeptam ſeruitutem ſub Cuſane . . .	34.	
Inde ad reſtitutam per Othnielem Libertatem . .	8.	Iudic. III. 8.
Inde ad coeptam ſeruitutem ſub Eglone . .	40.	Iud. III. 11.
Inde ad redditam per Ehudum Libertatem . .	18.	Iud. III. 14.
Inde ad coeptam ſeruitutem ſub Midianitis . .	80.	Iud. III. 30.
Inde ad reſtitutam per Gedeonem Libertatem . .	7.	Iudic. VII. 1.
Inde ad mortem Gedeonis . .	40.	Iud. VIII. 28.
Inde ad mortem Abimelechi .	3.	Iud. IX. 22.
Inde ad mortem Tholae . .	23.	Iud. X. 2.

Inde

contra *Paullum Pezronium*, et cuius hic inſiſtit veſtigiis *Iſaacum Voſſium* ſequuntur, qui LXX. Interpretum calculum praeferunt. Vide quae pro Hebraeorum codicum computatione afferunt *Ioannes Marcianaeus* et *Matthaeus Petitdierus* Diſſ. in S. Script. XXVIII. XXX. XXXII.

[42] Io. Marſham Canon. Chron. p. 305. ſq. Petrus Brinch examine Chronologiae Ioſephi p. 16.

Inde ad mortem Iairi et coeptam seruitutem sub Ammonitis et Philistinis . .	22.	Iud. X. 2. 7. 8.
Inde ad finem seruitutis sub Philistinis et recuperatam vindice Samuele Libertatem . .	40.	Iud. XIII. 1.
Inde ad initium Regni Saulis .	16.	1 Sam. VII. 13.
Inde ad mortem Saulis . .	40.	Actor. XIII. 21.
Inde ad mortem Dauidis . .	40.	1 Reg. II. 11.
Inde ad fundationem Templi Salomonis . .	3.	1 Reg. VI. 1.
Summa	479.	

Praeter haec quae e sacris litteris constant, pauca certa ex aliis monumentis licet eruere. Nam quae de dispersione gentium et de originibus ac successionibus Imperiorum antiquissimorum Assyriaci, Aegyptii aliorumque feruntur, et a Viris doctissimis disputata vberrime et excussa sunt, paucissima ita distincte et explorata ratione cognoscuntur, vt certis temporum articulis signare et constituere illa queamus.

Antiquissima *aera* de qua dignioribus fide testibus constat est *Troiana* siue captae Troiae quam anno 408. ante Olympiades communiter definiunt, ante vrbem Romam conditam 437. Troianam aeram annis circiter quadraginta praecessisse traditur celebris illa expeditio *Argonautarum*. Cetera omnia caligini temporis ἀδήλȣ et μυθικȣ͂ non dubitauit adscribere Varro Romanorum doctissimus.

MILLENARIVS QVARTVS ex sacris literis haec cognoscenda praebet: Post *Saulum* qui 19. et *Dauidem* qui 40. annos regnauit, numerantur ab anno quarto *Salomonis* quo templum condi coeptum est vsque ad obitum

Regis Salomonis	3 Reg. VI. 1. XI. 43.	2 Chron. IX. 30.	anni 37
1. Roboam	3 Reg. XIV. 21.	2 Chron. XII. 13.	17
2. Abiam	3 Reg. XV. 1.	2 Chron. XIII. 2.	3
3. Assa	3 Reg. XV. 10.	2 Chron. XVI. 13.	41
4. Iosaphat	3 Reg. XXII. 42.	2 Chron. XX. 31.	25
5. Ioram	4 Reg. VIII. 17.	2 Chron. XXI. 5.	8
6. Ochozias	4 Reg. VIII. 26.	2 Chron. XXII. 2.	1
7. Athalia	4 Reg. XI. 3.	2 Chron. XXII. 12.	6

8. Ioas	4 Reg. XII. 1.	2 Chron. XXVI. 1. anni	40
9. Amasias	4 Reg, XIV. 2.	2 Chron. XXV. 1.	29
10. Azarias s. Ozias	4 Reg. XV. 2.	2 Chron. XXVI. 3.	52
11. Ioatham	4 Reg. XV. 16.	2 Chron. XXVII. 1.	16
12. Achaz	4 Reg. XVI. 2.	2 Chron. XXVIII. 1.	16
13. Ezechias	4 Reg. XVIII. 2.	2 Chron. XXIX. 1.	29
14. Manasses	4 Reg. XXI. 1.	2 Chron. XXXIII. 1.	55
15. Amon	4 Reg. XXI. 19.	2 Chron. XXXIII. 21.	2
16. Iosias	4 Reg. XXII. 1.	2 Chron. XXXIV. 1.	31
17. Ioachas	4 Reg. XXIII. 32.	2 Chr. XXXVI. 2. menses	3
18. Ioakim	4 Reg. XXIII. 37.	2 Chron. XXXVI. 5.	11
19. Iechonias	4 Reg. XXIV. 8.	2 Chr. XXXVI. 9. menses	3
20. Sedechias	4 Reg. XXIV. 18.	2 Chron. XXXVI. 11.	11

Summa annorum 430. menses 6.

Hi *Reges Iudae* vsque ad captam a Nabuchodonosore Hierosolymam Anno ante Christum natum circiter 588. Reges vero *Israëlis* [43] siue decem tribuum a Ieroboamo vsque ad captam a Salmanasare Samariam anno Ezekiae Regis Iudae Sexto, ante Christum natum 721. ita computantur:

1. Ieroboam I.	3 Reg. XIV. 20.	regnauit annos 22
2. Nadab	3 Reg. XV. 25.	2
3. Baasa	3 Reg. XV. 33.	24
4. Ela	3 Reg. XVI. 8.	2
5. Zamri	3 Reg. XVI. 15.	Dies 7
6. Amri	3 Reg. XVI. 23.	12
7. Achab	3 Reg. XVI. 29.	22
8. Ochozias	3 Reg. XXII. 52.	2
9. Ioram	4 Reg. III. 1.	12
10. Iehu	4 Reg. X. 36.	28
11. Ioachaz	4 Reg. XIII. 1.	17
12. Ioas	4 Reg. XIII. 10.	16
13. Ieroboam II.	4 Reg. XIV. 23.	41

Ieroboam III. cognomento Iesoz, vt obseruat Ioan. Boiuinius Tom. 5. Memoriarum Academiae Inscriptionum Parisiensis p. 446. ss. qui etiam de regno Ioasi et Amasiae videndus p. 465. ss.

14. Za-

[43] Synchronismum vtrorumque vide apud Melchiorem Leydeckerum de Republica Hebraeorum T. 2. p. 231. Ricciolum pag. 272. et 274. seq. Chronologiae Reformatae. Matth. Petitdierium Diss. in S. Scripturam, p. 323. seq.

14. Zacharias	4 Reg. XV. 8.	regnauit menses 6
15. Sellum	4 Reg. XV. 13.	mensem 1
16. Manahem	4 Reg. XV. 17.	annos 10
17. Phaceia	4 Reg. XV. 23.	2
18. Phacee	4 Reg. XV. 27.	20
19. Hosea	4 Reg. XVII. 1.	9

Summa anni 241. menses 7. dies 7.

Post annos septuaginta *captiuitatis* quae soluta est Anno ante natum Christum 536. per edictum Cyri Persarum Regis de templo reaedificando, Iudaei non amplius paruerunt Chaldaeis, sed sub Regibus Persarum quadam libertatis vmbra vsi sunt vsque ad Alexandrum M. qui euerso Persarum imperio Iudaeos etiam sibi subiecit, atque si Iosepho [44] fides, Hierosolymam quoque intrauit, ac salutauit ibi Pontificem Maximum Iadduam, occupauitque Samariam [45] quum Andromachum praefectum ciues interfecissent, Post Alexandrum Hierosolyma iterum capta a Ptolemaeo Lagi, et Iudaeorum populus modo Ptolemaeis modo Antiochis paruit, donec sub Antiocho Epiphane Syriae rege iugum ob grauissimas persequutiones intolerabile excutere coepit Matathias Pontifex Max. anno ante natum Christum 166. Inde successio *Maccabaeorum*, ita concipienda:

Matathias ante Christum.	166.	Euseb. 1851
Iudas Maccabaeus Matathiae F.	165.	num. 1852
Ionathan Apphus, Iudae frater	157.	1860
Simon frater alter Iudae	143.	1874
Iohannes Hyrcanus, frater tertius	135.	1882
Aristobulus Hyrcani F. primus *Rex* salutatus	104.	1913
Alexander Iannaeus Aristobuli F.	103.	1914
Alexandri vxor Salome, Regina	77.	1940
Hyrcanus Alexandri F.	67.	1950
Aristobulus Hyrcani frater, sub quo capta a Pompeio Hierosolyma et Romanis subiecta, A. ante Christum nat.	63.	1954

Hyr-

[44] Iosephus libro 9. c. vlt. Antiquitatt. Mentio etiam in Ioma f. 69. 1. in Vaiikra Rabba sect. 13. vt Cosmam Indopleustem XII. p. 344. et alios iuniores Christianos praeteream. In dubium tamen illam narrationem vocat Antonius van Dale libro de Aristea pag. 75. seq.

[45] Syncellus p. 261.

Hyrcanus iterum	ante natum Christ. 63.	Euseb.	1954
Antigonus Aristobuli F.	40.	num.	1977
securi percussus ab M. Antonino triumuiro	37.		1980

Sequitur *Herodiadarum* successio:

Herodes Magnus, Antipatri Ascalonitae, qui sub Hyrcano administrationem rerum habuerat, Filius, rex Iudaeae a Senatu Rom dictus anno ante Christum natum 39

Archelaus Herodis F. ab Augusto Rex constitutus anno Christi 1

Herodes Agrippa, Herodis M. ex Aristobulo filio Nepos, ὁ σκωληκόβρωτος, a Caligula et a Claudio rex esse iussus, totius Tetrarchiae Philippi patrui et tetrarchiae Lysaniae 37

Agrippa iunior regnauit annos 56, ab A. C. 44

Hierosolyma capta *a Tito* die octaua mensis Gorpiaei, siue Augusto mense, anno secundo Flauii Vespasiani, 70

Templum exustum anno vrbis sanctae conditae 2177. die decima Loi, siue Iulio mense, die eadem qua ante annos 316. templum prius vastauerat Nabuchodonosor Babyloniorum Rex, anno ab vrbe Hierosolyma condita 1461. Vide Iosephum VII. 26. et 41. de bello Iudaico, qui a rege Dauide ad primum excidium computat annos 464. et tres menses; ad excidium posterius annos 1179.

Aeram Chaldaicam incipere aiunt Anno 1993. ante captam ab Alexandro Babylonem, testemque huius rei laudant [46] Callisthenem. Sed nescio an id firmiter colligere liceat ex hoc loco Simplicii ad l. 2. de caelo p. 123. *ὑπ' Ἀριστοτέλους οὖν πειθομένους ἕπεσθαι δεῖ μᾶλλον τοῖς ὑστέροις ὡς μᾶλλον σώζουσι τὰ φαινόμενα, ἐκείνων μήτε τελείως σωζόντων, μήτε τοσαῦτα φαινόμενα εἰδότων, διὰ τὸ μήπω τὰς ὑπὸ Καλλισθένους ἐκ Βαβυλῶνος πεμφθείσας παρατηρήσεις ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, τοῦ Ἀριστοτέλους τοῦτο ἐπισκήψαντος αὐτῷ, ἅστινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν εἶναι καὶ ἐννεακοσίων τριῶν, μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου σωζομένας, μὴ δὲ δυναμένων δεῖξαι δι' ὑποθέσεων τὰ πιστευόμενα.* Horum enim verborum sensus est, circa obseruationes Astronomicas fidem potius habendam esse Astrologis minus vetustis, quam antiquissimis illis, qui non tam diligenter phaenomena anno-

[46] G. Ioan. Vossius Isagoge Chronologica p. 54. *Antiquitatem regni Babylonici etiam ex Simplicio scimus, qui commentario in Aristotelis libb. de caelo refert, quomodo quum Alexander M. Babylona cepisset, Aristoteles ex consobrino et discipulo suo Callisthene, qui Alexandrum comitabatur, quaesierit per litteras, quamdiu durasset imperium Babylonium: illum autem Aristoteli rescripsisse, ex sententia sapientum Chaldaeorum vrbem eam occupatam esse anno aerae Chaldaicae 1993.*

annotarunt, aut obſeruationes eorum ſcripto ſeruatas habuerunt, demonſtrationibusue potuerunt iis quae afferunt fidem facere, inprimis antequam Calliſthenes Babylone in Graeciam miſiſſet obſeruationes annorum 1993. quas ad aetatem vsque Alexandri ſeruatas reperit.

Vt praecipuas tamen quasdam temporum notationes hoc loco adiungam:

		ante Chriſtum
Ab initio Nini ad Sardanapalum ab Arbace deuictum, ſunt anni, vt notat e Cteſia Diodorus Siculus,	1360	ab An. 2236 ad 876
Ab Arbace ad Aſtyagem vltimum *Medorum* Regem, anni	322	883 — 561
Aera Iphiti ſiue Olympiadum		776
Aera Vrbis Romae conditae Catoniana		755 [47]
— — — — Varroniana		753
Aera Nabonaſſari Babyloniorum Regis qui a Medis defecit		747
Aera Nabopalaſſari, qui pater Nabuchodonoſoris fuit		625
A Cyro primo Rege *Perſarum* ad [48] mortem Darii Codomanni quem vicit Alex. Magnus	231	ab An. 561 — 330
Regnum Macedonum a Philippo Aridaeo ad Perſeum victum a Paullo Aemilio	271	324 — 153
Regnum Aegyptium a Ptolemaeo Lagi ad Cleopatram	293	321 — 28
Regnum Parthorum ab Arſace ad Artabanum IV. victum ab Artaxare	476	ab A. 250 ante, ad 226 poſt N. C.
Regnum Syriae, ab Seleuco I. Nicanore ad Antiochum Pii F. a Pompeio M. Syria priuatum	249	ab A. ante N. C. 312 — 63

Aera Seleucidarum, Aera contractuum, Aera Dilkarnaim, Anni Graecorum ſecundum quos computant ſcriptores Maccabaicorum, incip. ab An. ante C. N. 312

Aera Iuliana ſiue Antiochena prior, initium Iulii Caeſaris dictaturae, 45

Aera Hiſpanica ab anno Iuliano VIII. 38

Aera Antiochena poſterior, eadem quae aera pugnae Actiacae, qua Auguſtus Antonium devicit, atque Aera Alexandrina a capta ab Auguſto Alexandria 30

MIL-

[47] Alias ſententias vide in Actis Eruditor. 1718. p. 397.

[48] Darius cum Alexandro iam conflicturus apud Curtium IV. 14. 20. *Forſitan ita Dii fata ordinauerunt, vt Perſarum imperium quod ſecundo curſu per ducentos triginta annos ad ſummum faſtigium euexerant, magno motu concuterent magis quam adfligerent.*

MILLENARIVS QVINTVS praeter Romani Imperii et tot ſub eo gentium fata, inprimis conſiderandam offert Chriſti vitam et Euangelii praedicationem ab Apoſtolis propagatam per totum terrarum orbem, Chriſtianaeque Religionis incrementa, et Eccleſiae dilatationem, quae inter tot grauiſſimas perſequutiones annos circiter trecentos ſub Imperatoribus Romanis Ethnicis mirum in modum creuit: donec primus *Conſtantinus* Magnus ab A. C. 312. non dubitauit Chriſtianiſmum publice profiteri, nomineque Chriſti labara ſua et inſignia ac numos conſecrare. Obiit Nicomediae A. C. 337.

Reip. Iudaicae excidium . . . . A. C. 70
Aera agonis primi Capitolini, a Domitiano celebrati . 86
Perſarum regnum ab Artaxare reſtauratum . . . 226
Aera Diocletiani, Aegyptiaca, Martyrum Gratiae .. 284
Aera Conſtantini M. Imperatoris in Britannia ſalutati . 306
Aera ſiue periodus quindecennalis *Indictionum* ab [49] octauo Cal. Octobr. 312
Concilium I. Oecumenicum *Nicaenum* in quo deſinit Chronicon Euſebii 325
Conſtantinopolis a Conſtantino M. inſtaurata et dedicata . 330
Imperium diuiſum inter Conſtantinum fil. Conſtantium et Conſtantem 337
Inter Valentinianum et Valentem 364
Inter Valentinianum iuniorem et Gratianum . . 365
Conſtantini M. diuiſio Imperii in Orientale et Occidentale, qua Theodoſius Magnus filiis Arcadio *Orientem* et CPolin . . 384
Romam Honorio et *Occidentem* tribuit . . 393
Francorum regnum in Gallia coepit . . . 418
Sub idem tempus pleraeque Occidentalis Imperii prouinciae et regna a Vandalis, Hunnis, Gothis aliisque barbaris populis inuadi coepta.
Imperium Occidentale extinctum, deiecto Romulo Auguſtulo 476
Per Odoacrum Tunilingorum Regem
Saeculo ſexto Longobardi infeſtarunt Pannoniam, Dalmatiam, Illyricum ac denique Italiam
Exarchi Rauennae fuerunt per annos 383. ab A. C. 369. ad 752
Aera Arabum ſiue Hegirae Muhamedicae . . 622
Aera Perſica ſiue Iezdagirdis vltimi Perſarum Regis ſiue inchoati Saracenorum in Perſia Imperii . . 632
Saracenorum regnum in Hiſpania coepit . . 714
Regnum Longobardicum in Italia a Carolo M. extinctum 774

Im-

49 Graeci Imperatores deinde auſpicati ſunt Indictiones numerare a Calendis Septembribus, Pontifices a Calendis Ianuarii. Vide Bandurium ad Antiquitates CPol. p. 473. ſeq. et Combefiſium ad Amphilochium p. 262.

Imperium Occidentale ab eodem Carolo M. inſtauratum. A.C. 801
Chriſtiana religio per Germaniam et ſeptentrionales regiones propagata ſaeculo nono.

MILLENARIVS SEXTVS, cuius et ipſi particula ſumus, quo propiora nobis tempora complectitur, eo breuius illo defungi poterimus, nihil quicquam eius hoc loco annotaturi quam *Imperii Orientalis* excidium A. C. 1453. et iucundiſſimam quae in ſaeculi XVI. initia incidit Epocham reſtauratae lucis Euangelii atque bonarum literarum.

XI. Quum Chronologia vniuerſalis compactum quoddam ex innumeris obſeruationibus et particularibus Hiſtoriis corpus ſit, vtilem huic perficiendo operam praeſtant ii, qui in celebriorum regnorum vel Rerumpub. rebus ſingillatim digerendis deſudant. Nullam autem lucidiorem facem praeferre cognitioni illarum poſſunt, quam ſi Regum, Principum, Archontum, Conſulum, Magiſtratuum, Patriarcharum, Epiſcoporum aetatem et tempora recte digerere ſtudeant. Sic Atticae v. g. Hiſtoriae inſignem plane lucem affert ſeries Chronologica Archontum, [50] ad quorum tempora Graeci ſcriptores (ita vt ad annos Conſulum Romanorum Latini) referre omnia ſolent, a Io. Meurſio libro de Archontibus, et *Eduardo Corſino* in faſtis atticis, quorum T. 1. Florent. 1744. 4. II. ib. 1747. III. ib. 1751. 4. prodiit, illuſtrata, exhibitaque ab Humfredo Prideaux ad Marmora Oxon. Tom. 2. pag. 82. et Henrico Dodwello opere praeſtantiſſimo de Cyclis pag. 713. ſeq. Sed non minus vtilem operam praeſtitit idem Dodwellus quando pag. 737. eosdem Archontes ordine Alphabetico cum adpoſita temporis nota deſcriptos exhibet, vt quando in veterum monumentis aliquid hoc vel illo Archonte contigiſſe legitur, ope huius indicis ſtatim de tempore, quo Archon ille praefuit, conſtet. Illum indicem, quum in veteri Attica Hiſtoria vtiliſſimus ſit, Dodwelli vero opus in paucorum apud nos manibus verſetur, hoc loco integrum, additis Corſini emendationibus, adiungere voluimus.

Regum Atticorum a Cecrope, *Archontumque* ſeries *Alphabetico* ordine diſpoſita, cum *annis*, quibus honorem quisque iniuit, *Periodi*, ante *annuos* Archontas, *Iulianae*; poſtea vero ipſarum *Olympiadum*.

[50] Athenienſium exemplo aliae etiam vrbes et Reſpublicae Archontibus vſi ſunt, et ſub eorum poteſtate ac nomine monetam ſignarunt, non modo Athenienſium coloniae, ſed etiam quibus placuit Athenienſium leges ſequi, ſicut de vrbibus in Bithynia ab Hadriano inſtauratis, aut conditis obſeruat Anſelmus Bandurius T. 1. Numiſmatum Imperatorum p. 9.

Periodi Iulianae *numerus prior*, *Chronici* Marmorei Arundeliani, *Corf.* Corfini fafti Attici, *pofterior* Dodwelli.

A.

Abion, (Corf. Bion) $80\frac{3}{4}$.
Acaftus, 3646. M. Oxon. 3365. Dodwello.
Aceftorides, $69\frac{1}{2}$. I. P. $76\frac{1}{4}$. Dodwello. $\frac{68}{69}\frac{4}{1}$. $76\frac{2}{3}$. Corf.
Adimantus, $75\frac{3}{4}$.
Adrianus Imper. 222. 4.
Aegeus, 3406. M. Ox. 3432. Dodwello.
Aefimedes, 9. 1. (2. Corf.) Iul. P. 3971.
Agameftor, 3985. M. Ox. 3961. Dodw.
Agathocles, 183. 2. 105. 4.
Agyrrhus, ante Andocidem, incert.
Alcaeus, 1. qui a Dodwello *Athenaeus* putatur, quum in marmore poftremae folum exftent de nomine fyllabae αιός πρότερος, ex Corfini mente rebus praefuit publicis $\frac{60}{61}\frac{4}{1}$.
Alcaeus, 11. 89. 3. Corf. $89\frac{2}{3}$.
Alcibrades, incert. Pollux.
Alcifthenes, 102. 1.
Alcmaeon, 3958. M. Ox. 3959. Dodwello.
Alexias, 93. 4. Corf. $93\frac{3}{4}$.
Aminias, 89. 2. 87. 4.
Amphictyon, 3191. 3217. Dodwello.
Anarchia, Olympiad. 94. 1. 215. 3. Corf. $\frac{93}{94}\frac{4}{1}$.
Anaxicrates, 125. 2. 118. 2.
Anchifes, $73\frac{1}{2}$. Corf. $\frac{72}{73}\frac{4}{1}$.
Anicetus, 112. 1.
Anticles, 113. 3. 4.
Antidotus, $82\frac{2}{3}$. Corf. $82\frac{1}{2}$.
Antigenes, 93. 2. Corf. $93\frac{1}{2}$.
Antilochides, $86\frac{2}{3}$. Corf. $86\frac{1}{2}$.
Antipater, 97. 4. 206. 1. Corf. $97\frac{3}{4}$.
Antiphates, 120. 4.
Antiphon, 90. 3. Corf. $90\frac{2}{3}$.
Antitheus, 160. 1. Meurf. Rectius 158. 3. vid.
Aphepfion, $74\frac{3}{4}$. Corf. $77\frac{3}{4}$.
Aphidas, 3556. Marm. Ox. 3578. Dodwello.
Apollodorus, 87. 3. (Corf. $87\frac{2}{3}$.) 107. 3. 114. 4. 115. 2.
Apollonius, incertus. Vnus e Sophiftis *Philoftrati.*
Apfander, 19. 1. (Corf. 19. 2.) Iul. Per. 4011.
Apfephion, 74. 3. $77\frac{3}{4}$.
Apfeudes, 86. 4. Corf. $86\frac{3}{4}$.
Archeftratides, $\frac{50}{51}\frac{4}{1}$. Corf. $50\frac{3}{4}$.
Archias, 90. 2. (Corf. $90\frac{1}{2}$.) 108. 3.
Archidas, 108. 3.
Archidemides, Olympiad. $79\frac{1}{2}$. Corf. $\frac{78}{79}\frac{4}{1}$.
Archimedes, 29. 1. male Paufanias pro $79\frac{1}{2}$. Vid. *Meurfius* Arch. Attic. l. 11. c. 15. Sed rectius forte iam adductus Archidemides.
Archippus, 3679. M. Oxon. (3701. Dodw.) 114. 4. 115. 1. 3.
Areus, Grut. Infcript. pag. 105. 9. incert. fub Augufto aliquo.
Arimneftus, qui et Ariftomneftus 91. 1. Corf. $\frac{90}{91}\frac{4}{1}$.
Ariphron, 3837. M. Oxon. 3869. Dodwello.
Ariftaechmus, incert. Grut. Infcriptt. p. 405. 1. fub Romanis.

Ari-

Ariſtaeus, Ariſtot. Meteor. l. 1. cap. 6. forte 101. 4.
Ariſtides, $\frac{72}{73}$ $\frac{4}{1}$. Corſ. 72$\frac{3}{4}$.
Ariſtion, 89. 4. Corſ. 89$\frac{3}{4}$.
Ariſtocles, 43. 4. Corſ. 43$\frac{3}{4}$.
Ariſtocrates, 95. 2. Corſ. 95$\frac{1}{2}$.
Ariſtodemus, 107. 1.
Ariſtomenes, 52$\frac{3}{4}$. Corſ. 52$\frac{2}{3}$.
Ariſtomneſtus, 91. 1. Corſ. $\frac{90}{91}$ $\frac{4}{1}$.
Ariſton, 81$\frac{1}{4}$. (Corſ. 81$\frac{2}{3}$.) 89. 4.
Ariſtophanes, 112. 2.
Ariſtophon, 112. 3.
Ariſtophylus, qui et Aſtyphilus 90. 1. Corſ. $\frac{89}{90}$ $\frac{4}{1}$.
Archenides poſt Zenonem Citieum incert. Laert.
Aſteus, 101. 4.
Aſtyphilus, qui et Ariſtophylus, 90. 1. Corſ. $\frac{89}{90}$ $\frac{4}{1}$.
Athenaeus,[51] 61. 1.
Attalus, Cl. incert. Grut. p. 79. 6. 317. 3. ſub *Romanis*.
Aurelius Ancharenus, circa temp. *Seueri.* Inſcr. *Sponii* miſc. p. 369.
Autoſthenes, 28. 1. Corſ. 28$\frac{4}{1}$.

B.

Baſſus Palleneus, Corſ. circa Olymp. 227.
BentidiusSota, circa temp. Seueri. Inſcr. *Spon.* miſc. p. 369.
Bion, 80$\frac{3}{4}$. 86$\frac{2}{3}$. Dodwello 80$\frac{2}{3}$. Corſ.

C.

Caerimus, 118. 1. male.
Caius Iulius Caſius Stirienſis, incert. *Spon.* in Popul. Attic. Art. 4.
Calamio, poſt Olymp. 104. 1. ſub quo victi Athenienſes ad ἐννέα ὁδοὺς ſub duce Timotheo. Incert. e Schol. MS. in Aeſchinem.
Calleas, male Callias IV. 100$\frac{3}{4}$.
Calliades, $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{1}$.
Callias male, $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{1}$. 81$\frac{1}{2}$. Corſ. $\frac{80}{81}$. $\frac{4}{1}$. Πρότερος. Mar. Ox. (Ergo priori anno Calliades) II. 92. 1. Corſ. II. $\frac{91}{92}$. $\frac{4}{1}$. III. 93. 3. Corſ. III. 93$\frac{2}{3}$. IV. 100. 4. Corſ. IV. 100$\frac{3}{4}$.
Callidemides, 105. 1.
Callimachus, 83$\frac{3}{4}$. 107. 4. Corſ. 83$\frac{2}{3}$
Callimedes, 105. 1.
Calliſtratus, 106. 2.
Cebris, incert. ante Philochorum. Heſych. Ἀγόραῖος.
Cecrops, I. 3132. M. Oxon. 3158. Dodwello.
Cecrops, II. 3341. M. Oxon. 3367. Dodwello.
Cephiſodorus, 103. 3. 104. 2.
Cephiſodotus, 105. 3.
Cephiſon, 112. 1.
Cephiſophon, 112. 4.
Chabrias, 91. 2. Corſ. 91$\frac{1}{2}$.
Chaerephanes, 82$\frac{1}{2}$. Corſ. $\frac{81}{82}$. $\frac{4}{1}$.
Chaerondas, 110. 3.
Chaeronidas, 110. 3.
Chares, 772$\frac{1}{2}$. Corſ. $\frac{76}{77}$. $\frac{4}{1}$. 86$\frac{3}{4}$. Corſ. 86$\frac{2}{3}$.
Chariander, Olymp. 101. 1.
Chariclides, 104. 2.

[51] Coniectura ſola ita vocatur a Dodwello, quum poſtrema ſolum et ambiguae nominis partes αῖος πρότερος in marmore ſuperſint. A Lydiato et Prideauxio vero *Alcaeus* vocatur, et iuxta Corſinum praefuit Reip. Olymp. $\frac{60}{61}$ $\frac{4}{1}$.

Charinus, 118. 1.
Charondas, 110. 3.
Charops, 3960. M. Ox. 3961. Dodwello. 3962. Corſ.
Chion, 103. 4.
Chremes, 113. 2. 3.
Claudius Attalus, v. Attalus.
Clearchus, qui et Cleocritus 91. 4. Corſ. $91\frac{1}{4}$.
Cleocritus, qui et Leocritus vocatur, 91. 4. $91\frac{1}{4}$. Corſ.
Clidicus, 3980. M. Oxon. 3981. Dodwello.
Cliſthenes, $67\frac{3}{4}$.
Codrus, 3603. M. Oxon. 3624. Dodwello.
Comias, $\frac{54}{55}$ $\frac{4}{1}$.
Conon, $79\frac{3}{4}$. $79\frac{2}{3}$. Corſ. 208. 4.
Coroebus, 118. 3.
Corybus, 118. 3.
Cranaus, 3182. M. Oxon. 3208. Dodwello.
Creon, Per. Iul. 4031. Olymp. 24. 1. 2.
Critias prior, 44. 1. $46\frac{4}{1}$.
Cteſicles, 111. 3.
Cteſicles antiquior, Lyſ. *inc.*

D.

Damaſias πρότερος, 35. 1. 2. Dionyſ. Hal. $35\frac{1}{2}$. Corſ.
— — II. $49\frac{2}{3}$. ſed $48\frac{4}{1}$. Schol. Pindari Argumento *Pyth.* qui et $48\frac{3}{4}$.
Damaſis, $48\frac{4}{1}$. Schol. Pind. Arg. Pyth.
Demetrius Phalereus, 117. 4.
Democles, 125. 3.
Democlides, 116. 1.
Demogenes, 115. 4.
Demonicus, Demoſthen. pro corona. Non, vt videtur, Eponymus.
Demophilus, 99. 4. $99\frac{3}{4}$.
Demophon, 3507. M. Oxon. 3533. Dodwello.
Demoſthenes, 116. 1.
Demoſtratus, 96. 4. $96\frac{3}{4}$. Corſ. 97. 3. $97\frac{2}{3}$. Corſ. 211. 1.
Demoſtratus Marathonius, incert. Spon. in Pop. Atticis Artic. 42.
Demotion, $77\frac{3}{4}$. $77\frac{2}{3}$. Corſ.
Dexitheus, 98. 4. $98\frac{3}{4}$. Corſ.
Dimylus, Laert. male 93. 4.
Dinophilus, 207. 1.
Diocles, 92. 4. $92\frac{3}{4}$. Corſ. 114. 3.
Diognetus, 3793. M. Oxon. (3822. Dodw.) $72\frac{1}{2}$. $\frac{71}{72}$ $\frac{4}{1}$. Corſ. 129. 1. Incert. Reineſ. Claſſ. I. 206. Sed *Smyrnaeus* forte, non *Athenienſes.*
Dionyſius, poſt Lyciſcum. Inſert. Grut. p. 319. 2. ſub *Romanis.*
Dionyſodorus, 208. 1.
Diophantus, 96. 2. $96\frac{1}{2}$ Corſ.
Diotimus, 88. 1. $\frac{87}{88}$ $\frac{4}{1}$. Corſ. 106. 3.
Diotrephes, 99. 1. $\frac{98}{99}$ $\frac{4}{1}$. Corſ.
Diphilus, $84\frac{3}{4}$. $84\frac{2}{3}$. Corſ. 121. 4.
Draco, 39. 1. $\frac{38}{39}$ $\frac{4}{1}$. Corſ.
Dromoclides, $76\frac{2}{3}$. $76\frac{1}{2}$. Corſ.
Dropides, $\frac{46}{47}$ $\frac{4}{1}$. $46\frac{3}{4}$ Corſ.
Dropilus, 33. 4. $34\frac{4}{1}$. Corſ.
Dyſcinetus, 102. 3.

E.

Elpines, 106. 1.
Elpinices, 106. 1.
Epaenetus, quem ex Faſtis eiecit Corſinus, Meurſio autem Olymp. 36. 1. 94. 4. Sed poſterior hic rectius *Exaeneti*

neti annus est. Olympiad. 36. 1. 94. 4.
Epaminon, 87. 4. 87$\frac{3}{4}$. Cors. pro ἐπ' Ἀμεινίᾳ. Nec enim nomen *Aminon.*
Epaminondas, 87. 4. 87$\frac{3}{4}$. Cors. Doric. non Atticum. Pro ἐπ' Ἀμεινίᾳ.
Epiginus, 85$\frac{2}{3}$.
Erechtheus, 3291. Marm. Ox. 3317. Dodwello.
Erichthonius, 3201. Marm. Ox. 3227. Dodwello.
Eryxias, 21. 3. 21$\frac{3}{4}$. Cors. Iul. Per. 4021.
Erxiclides, 58$\frac{1}{2}$. $\frac{57}{58}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Euaenetus, 111. 2.
Euander, 99. 3. 99$\frac{2}{3}$ Cors.
Eubulides, 96. 3. 96$\frac{2}{3}$. Cors.
Eubulus, 108. 4.
Eucatus, qui etiam Eutemus $\frac{92}{93}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Eucharistus, 105. 2.
Euclees, 88. 2. 88$\frac{1}{2}$. Cors. Aristoteli, Olympiod. Alex. Aphrodisaeo, et Schol. MS. in Aeschin. περὶ Παραπρεσβ.
Euclides, 88. 2. 88$\frac{1}{2}$. Cors. 94. 2. 94$\frac{1}{2}$ Cors.
Eucrates, 47$\frac{1}{2}$. $\frac{46}{47}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Euctemon, 93. 1. $\frac{92}{93}$ $\frac{4}{1}$. Cors. 120. 2.
Eudemus, 106. 4.
Eudorus, 108. 4.
Euippus, $\frac{79}{80}$ $\frac{4}{1}$. 79$\frac{3}{4}$. Cors.
Euphemus, 90. 4. 90$\frac{3}{4}$. Cors.
Euthippus, $\frac{79}{80}$ $\frac{4}{1}$. 79$\frac{3}{4}$ Cors.
Euthycles, *Demosthen.* pro Coron. Sed non Eponymus. Incert.
Euthycrates, 113. 1. si Auctorem habuerit cur illum ita appellaret *Scaliger.*
Euthycritus, 113. 1. An ille? *Reines.* Class. v. 36. Sic putat ipse.
Euthydemus, 65$\frac{1}{2}$. $\frac{55}{56}$ $\frac{4}{1}$. Cors. 82$\frac{3}{4}$. 82$\frac{2}{3}$. Cors. 87. 2. 87$\frac{1}{2}$ Cors. 88. 3. 88$\frac{2}{3}$. Cors. 106. 4. si Auctor fuerit Scaliger.
Eutymenes, $\frac{85}{86}$ $\frac{4}{1}$. 85$\frac{3}{4}$. Cors.
Euxenippus, 118. 4.
Exaenetus, qui etiam Xenaetetus, 94. 4. 94$\frac{3}{4}$. Cors. 94. 4.

G.

Gallienus Imp. 260. 1.
Glaucides, 85$\frac{2}{3}$. 85$\frac{1}{2}$. Cors.
Glaucippus, 92. 3. 92$\frac{2}{3}$. Cors.
Gorgias, 125. 1.

H.

Hadrianus Imp. 222. 4.
Hegemachus, 120. 1.
Hegemon, 113. 2.
Hegesias, 114. 1.
Hegestratus, 55$\frac{1}{2}$.
Heniochides, 41. 2. 41$\frac{1}{2}$. Cors.
Heraclides, 61$\frac{3}{4}$. si habuit Auctorem *Scaliger.*
Cl. Heraclides Melitensis, incert. Spon. in Pop. Attic. Art. 106.
Heraclitus, 162. 1.
Hercules, qui in Vatic. Dionys. Halicarn. Codice, et in Diod. Siculo apud Valesium *Thericles* appellatur, rectius vero *Heraclides,* 61$\frac{3}{4}$.
P. Herenius Dexippus, 260.
Herodes, 180. 1.
Heropythes, Demosthen. pro Coron. Non Eponymus.
Hieromnemon, 117. 3.

Hip-

Hipparchus, $71\frac{1}{2}$. $\frac{70}{71}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Hippoclides, $53\frac{3}{4}$. $53\frac{2}{3}$. Cors.
Hippodamus, 101. 2.
Hippomenes, 14. 1. 14. 2. Cors. Iul. Per. 3991.
Hybrilides, $72\frac{2}{3}$. $72\frac{1}{2}$. Cors.

I.

Iason, Olympiad. 163. 4.
Isagoras, in Marm. Oxon. Lysagoras, $68\frac{1}{2}$. $\frac{67}{68}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Isarchus, 89. 1. $\frac{88}{89}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Ithycles, 95. 3. $95\frac{2}{3}$. Cors.

L.

Laches, 95. 1. $\frac{94}{95}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Lacratides, $73\frac{2}{3}$. $73\frac{1}{2}$. Cors.
Leocrates, 16. 3. 16. 4. Cors. Iul. Per. 4001.
Leocritus, (rectius Cleocritus) 91. 4. $91\frac{3}{4}$. Cors.
Leostratus, 27. 2. $27\frac{1}{2}$. Cors. $74\frac{1}{2}$. $\frac{73}{74}$ $\frac{4}{1}$. Cors. 119. 2.
Leucius, s. Lucius, incert. Murator. T. II. p. 629.
Lyciscus. 109. 1. incert. *Grut.* p. 319. 2. ante Dionysium. Sub *Romanis*.
Lycostratus, 102. 4.
Lysagoras, (rectius forte Isagoras) $68\frac{1}{2}$. $\frac{67}{68}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Lysanias, $78\frac{3}{4}$. $78\frac{2}{3}$. Cors. $84\frac{2}{3}$. $84\frac{1}{2}$. Cors.
Lysiades, 95. 4. $95\frac{3}{4}$. Cors.
Lysias, 20. 3. $24\frac{2}{3}$. Cors.
Lysicrates, $\frac{81}{82}$ $\frac{4}{1}$. $81\frac{3}{4}$. Cors.
Lysimachides, $\frac{83}{84}$ $\frac{4}{1}$. $83\frac{3}{4}$. Cors. 110. 2.
Lysimachus, $86\frac{1}{2}$. $\frac{85}{86}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Lysistratus, $78\frac{2}{3}$. $78\frac{1}{2}$. Cors. 102. 4.
Lysitheus, $\frac{78}{79}$ $\frac{4}{1}$. $78\frac{3}{4}$. Cors.

M.

Macrinus, 223. 4.
Medon, 3624. Marm. Oxon. 3645. Dodwello.
Megacles, 3765. M. Ox. 3792. Dodwello, 45. 1. Period. Iul. 4102. Ol. $42\frac{4}{1}$. Cors.
Melanthus, 3566. Marm. Oxon. 3587. Dodwello.
Menander, (rectius, Euander) 99. 3. $99\frac{2}{3}$. Cors.
Menestheus, 3484. M. Oxon. 3510. Dodwello.
Menon. $\frac{76}{77}$ $\frac{4}{1}$. $76\frac{3}{4}$. Cors.
Metrodorus, incert. Spon. in Popul. Attic. Art. 101. et ex Corsini coniectura, Olymp. 199.
Micion, aut Micio, qui etiam Mycon, 94. 3. $94\frac{2}{3}$. Cors.
Miltiades, 29. 1. $\frac{28}{29}$ $\frac{4}{1}$. Cors. 30. 2. $30\frac{1}{2}$. Cors. $64\frac{1}{2}$. $\frac{63}{64}$ $\frac{4}{1}$. $73\frac{2}{3}$. Cors.
Miltiades, 29. 1. 30. 2. $64\frac{1}{2}$.
Mnesidemus, 120. 3.
Mnesiphilus, incert. Demosthen. pro Coron. Non Eponymus.
Mnesitheus, qui *Diodoro* Mnesithides, $\frac{80}{81}$ $\frac{4}{1}$. $80\frac{3}{4}$. Cors.
Mnesithides, incert. *Demosthen.* pro Coron. Non Eponymus.
Molon, 104. 3.
Morychides, qui etiam Myrichides, $85\frac{1}{2}$. $\frac{84}{85}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Myrus, $70\frac{1}{2}$. $\frac{69}{70}$ $\frac{4}{1}$. Cors.
Mystichides, 98. 3, $98\frac{2}{3}$. Cors.

Nau-

N.

Nauſias, incert. *Reineſ.* Cl. 1. 135. et *Selden.* de Synedr. L. 2. cap. 3. § 3. pag. 56.

Naulicles, incert. *Demoſth.* pro Coron. Non Eponym.

Nauſigenes, 103. 1.

Nauſimachus, $86\frac{1}{2}$. $\frac{85}{86}\frac{4}{1}$ Corſ.

Nauſinicus, 100. 3. $100\frac{2}{3}$. Corſ.

Neaechmus, 115. 1.

Neocles, incert. *Demoſth.* pro Coron. Non Eponymus.

Niceratus, 112. 1.

Nicetes, 112. 1.

Nicias, 121. 1. 106. 1. Item Nicias antiqiuor. *incert.* Plutarch. Nic.

Nicios Athmoneus, 187. 4. Corſ.

Nicocles, 119. 3.

Nicocrates, 111. 4.

Nicodemus, $74\frac{2}{3}$. 104. 4.

Nicodorus, 116. 3.

Nicomachus, 109. 4.

Nicon, Olympiad. 100. 2. $100\frac{1}{2}$. Corſ.

Nicophemus, 104. 4.

Nicoſtratus, 111. 4. 121. 2.

Nicoteles, 97. 2. $97\frac{1}{2}$. Corſ.

O.

Olympiodorus, 121. 3.

Oxyntes, 3542. Marmor. Oxon. 3566. Dodwello.

P.

Palleneus, incert. Spon. in Itinerar. T. 3. p. 45.

Pandion I. 3251. Marm. Oxon. 3277. Dodwello.

Pandion II. 3381. M. Ox. 3407. not. Dodwello.

Pedieus, $\frac{82}{83}\frac{4}{1}$. $82\frac{3}{4}$. Corſ.

Phaedon, $\frac{73}{74}\frac{4}{1}$. $76\frac{1}{2}$. $\frac{75}{76}\frac{4}{1}$. Corſ. $\frac{77}{78}\frac{4}{1}$. $77\frac{3}{4}$ Corſ.

Phaedrias, incert. Inſcript. *Spon.* Miſcell. p. 343. et *Wheeler.* p. 54. poſt *Hadrianum.*

Phaenippus I. qui etiam Philippus, 48. 1. $\frac{47}{48}\frac{4}{1}$. Corſ. II. $72\frac{3}{4}$. $72\frac{2}{3}$. Corſ.

Phanippus, $72\frac{3}{4}$. $72\frac{2}{3}$. Corſ.

Phanoſtratus, 99. 2. $99\frac{1}{2}$. Corſ.

Pherecles, 3818. Marm. Oxon. 3850. Dodwello. 119. 1.

Philinus, 250 1.

Philippus, $48\frac{1}{2}$. $\frac{47}{48}\frac{4}{1}$. Corſ. 121. 4. 122. 2. $71\frac{1}{2}$. Corſ.

Philiſcus, $83\frac{1}{2}$. $\frac{82}{83}\frac{4}{1}$. Corſ.

Philocles, $79\frac{2}{3}$. $80\frac{1}{2}$. Corſ. 97. 1. $\frac{96}{97}\frac{4}{1}$. Corſ. 114 3.

Philocrates, $73\frac{3}{4}$.

Philombrotus, $46\frac{2}{3}$. $46\frac{1}{2}$. Corſ.

Philotimus, incert. Spon. in Pop. Attic. Art. 104.

Phocion, 115. 3.

Phorbas, 3735. M. Oxon. 3761. Dodwello.

Phormio, 96. 1. $\frac{95}{96}\frac{4}{1}$ Corſ.

Phraſicles, $80\frac{1}{2}$. $\frac{79}{80}\frac{4}{1}$. Corſ.

Phraſiclides, $80\frac{1}{2}$ $\frac{79}{80}\frac{4}{1}$. 102. 2.

Phrynichus, 110. 4.

Piſander, 91. 3. $91\frac{2}{3}$. Corſ.

Piſiſtratus, 27. 4. Et alius iunior Piſiſtratus Piſiſtratida. Incert. Thucyd. L. 6.

Polemon, 117. 1.

Polycles, 114. 3. Forte non Archon Eponymus.

Polyzelus, 103. 2.

Praxibulus, 116. 2.

Praxiergus, $77\frac{2}{3}$. $77\frac{1}{2}$. Corſ.

Praxiteles, $84\frac{1}{2}$. $\frac{83}{84}\ \frac{4}{1}$. Corſ.

Prexurgus, $77\frac{2}{3}$. ſi Auctorem habuerit *Scal.* Aliis Praxiergus, $77\frac{1}{2}$. Corſ.

Procles, incert. *Clem. Alexandrin.* in Protreptico.

Protus, ſec. opin. Corſini, 244. 1.

Prulades forte inc. *Grut.* p. 464. 7.

Pyrgion, qui etiam Pyrrhion, 98. 1. $\frac{97}{98}\ \frac{4}{1}$. Corſ.

Pytharatus, 127. 2.

Pytheas, 100. 1. $\frac{99}{100}\ \frac{4}{1}$. Corſ.

Pythocritus, $71\frac{2}{3}$.

Pythodemus, 111. 1.

Pythodorus, 87. 1. $\frac{86}{87}\ \frac{4}{1}$. Corſ. 94. 1. $\frac{93}{94}\ \frac{4}{1}$. Corſ. 111. 1.

Pythodotus, 109. 2.

S.

Scamandrius, incert. *Andocid.* Περὶ Μυϛηρίων.

Scythodorus, 88. 3. Rectius fortaſſe; corruptius vero Corſino videtur cum Palmerio nomen Pythodori. $\frac{86}{87}\ \frac{4}{1}$. Corſ.

Simon, qui etiam Simonides, 33. 3. 117. 2. $47\frac{2}{3}$.

Socratides, 101. 3.

Solon, $46\frac{3}{4}$. $46\frac{2}{3}$. Corſ.

Soſicles, 113. 4.

Soſigenes, 109. 3.

Soſiſtratus, $81\frac{2}{3}$. $81\frac{1}{2}$. Corſ.

Stratocles, 88. 4. $88\frac{3}{4}$. Corſ.

Syniades, rectius Lyſiades, 95. 4. $95\frac{3}{4}$. Corſ.

T.

Theagenides, Olymp. $78\frac{1}{2}$. $\frac{77}{78}\ \frac{4}{1}$. Corſ.

Theellus, 107. 2.

Thellus, 107. 2.

Themiſtocles, $\frac{75}{76}\ \frac{4}{1}$. $71\frac{3}{4}$. Corſ. 108. 2.

Themiſtocles Berſaeus, 199. 2. Corſ.

Theodamus, male 106. 4.

Theodorus, $85\frac{3}{4}$. $85\frac{2}{3}$. Corſ.

Theodotus, 98. 2. $98\frac{1}{2}$. Corſ.

Theomneſtus, 108. 1.

Theon, incert. *Grut.* p. 317. 2.

Theophilus, 108. 1.

Theophraſtus, 110. 1. 116. 4.

Theopompus, 92. 2. $92\frac{1}{2}$. Corſ.

Theopompus, Thalani Paeanienſ. incert. *Spon.* in Populis Atticis, Art. 146.

Therieles, qui etiam Hercules, rectius Heraclides, $61\frac{3}{4}$.

Therſippus, 3694. M. Oxon. 3720. Dodwello.

Theſeus, 3454. Marm. Oxon. 3480. Dodwello.

Theſpieus, 3868. Marm. Oxon. 3889. Dodwello.

Theſſalus, 107. 2.

Thraſyllus, 210. 1.

Thumedus, 108. 1.

Thymoetes, 3557. M. Oxon. 3579. Dodwello.

Tiberius Iulius Macer. $227\frac{2}{3}$. Corſ.

Tiberius Claudius Soſpides, incert. *Spon.* in Popul. Attic. Art. 43.

Timarchides, $83\frac{2}{3}$. $83\frac{1}{2}$. Corſ.

Timocles, $\frac{84}{85}\ \frac{4}{1}$. $84\frac{3}{4}$. Corſ.

Timocrates, 104. 1.

Timoſthenes, $75\frac{2}{3}$.

Tiſander, incert. *Marcellin.* vit Thucydidis, ante Hippoclidem, Ol. $53\frac{3}{4}$.

Tlepolemus, $79\frac{2}{3}$. $79\frac{1}{2}$. Corſ.

Tleſias,

Huic indici Dodwelliano, addetur a me

Breuis Sciagraphia Hiftoriae Veteris Athenienf.

Aera Attica A. 807. ante Olympiades. Confer Marfham. p. 491. Canonis Chronici.

Ogyges regnauit Annos 32.

Ab Ogygis vsque diluuio ad Cecropem Annor. 190. interregnum.

A Cecrope 1. (qui primus *Rex*) vsque ad Codrum (qui vitam fuam pro patria effudit) *Reges* 17. per annos fere quingentos. Vid. Scal. Can. Ifagog. p. 165. Petav. 2. rationar. p. 110. et 2. doctrin. temp. p. 492. Sigonius de temporibus Athenienf. T. 5. Gronov. pag. 1633. feq. Vindingii Hellen. T. 11. Gronov. p. 181. feq. Meurfii regnum Atticum fiue libri 3. de Regibus Athenienfium T. 4. Thefaur. Gronov. Dodwell. de Cyclis p. 696. fqq. et 683. fqq. et Io. Potteri Antiquitates Atticae T. 12. Gronov. p. 10.

Archontes perpetui a Medonte Codri filio ad Alcmaeonem ordine tertium decimum, *Archontes* perpetui per annos 316. Vide Scal. Can. Ifagog. p. 166. Petav. 2. rationar. p. 111. Meurfii Regnum Atticum, Dodwell. de Cyclis p. 698. et 687. fqq.

Archontes decennales a Charope ad Eryxiam, ordine feptimum vsque Olymp. XXIII. 1. ante Chriftum 686. per annos 68. Vide Scalig. Canon. Ifagog. p. 166. Petav. 2. rationar. p. 111. Dodwell. de Cyclis p. 691. fqq.

Archontes Annui ab Olymp. XXIII. 2. ante Chriftum 685. Nouem quidem fimul erant Archontes Athenis, fed vnus tantum ex his ἐπώνυμος, alter βασιλεὺς, tertius πολέμαρχος, reliqui fex νομοθέται. Vide Potteri Antiq.

tiq. Atticas p. 63. seq. Ioh. Meursium de Archontibus, et Clariss. Montfauconi Palaeographiam Graecam p. 150.

Olymp. LIV. 4. Pisistrati tyrannis [52] eiusque filiorum. Obiit Pisistratus Olymp. LXIII. 2.

LXVI. 4. Hipparchus interfectus ab Harmodio et Aristogitone. Hippias pulsus LXVII. 3.

LXXII. 1. Pugna Marathonia Imp. Miltiade aduersus incursus Medorum sub Dario Hystaspide.

LXXV. 1. Pugna Salaminia victus Xerxes Imp. Themistocle.

2. Pugna ad Plateas victi Persae ducibus Pausania et Aristide ad Mycalen ducibus Leotychida et Xanthippo.

4. Imperium Graeciae acceperunt Athenae sub Aristide, tenuerunt per annos 65. ad Ol. XCII. 1.

LXXVII. 2. Persarum classis profligata duce Cimone.

LXXX. 3. Thebani caesi duce Myronide.

LXXXVII. 1. Belli Peloponnesiaci cum Lacedaemoniis initium, quod durauit per annos 27. ad Ol. XCIII. 3.

LXXXIX. 4. Pestilentia quam e Thucydide describit Lucretius.

XCII. 1. Quadringenti Remp. inuadentes, qui iterum eiecti sunt anno post. Plutarch. Alcibiade f. 205.

XCIV. 1. Athenae a Lacedaemoniis captae, duce Lysandro.

Triginta Tyranni. Decemuiri.

XCIV. 4. Libertas recuperata auctore Thrasybulo.

XCVI. 2. Imperium Graeciae Lacedaemoniis iterum extortum Duce Conone.

CV. Bellum Sociale.

CX. 3. Pugna infelix ad Chaeroneam, in qua victi a Philippo Athenienses libertatem perdidere.

CXIV. 2. Subactae Athenae ab Antipatro, Lamiaco bello.

CXVIII. 2. Recepta a Demetrio Phalereo species libertatis. Diodor. Sic. XX. T. 2. p 782. Demetrius Antigoni F. cogens Phalereum Athenis cedere. Plutarch. Demetrio p. 892. 893. victus ab Atheniensibus spernitur p. 903. Athenas iterum capit, Lachare in fugam coniecto p. 905.

Olymp.

[52] Confer Io. Meursii Pisistratum, et Anonymi diss. Chronologicam et Criticam ad Herodoti lib. 1. cap. 59. seq. insertam Memoriis Literariis Treuoltinis Anno 1709. Octobr. pag. 1786. seq.

Olymp. CXLII. 4. Vexatae a Philippo Demetrii II. Filio. Defensae Athenae a Romanis.

CLXXIII. 3. Interceptas a Mithridate, recuperat Sylla. Videndus Meursius in fortuna Attica, capite praecipue X. Tomo quinto Gronov.

Quemadmodum Atheniensibus Archontes, ita Romanis Consules tempora designabant, vnde perquam commodam vtilemque operam Historiae Romanae studiosis praestitit Clarissimus Vir et alia multiplici spectatae industriae laude insignis *Theodorus Iansonius ab Almelooveen*, cuius libri duo [53] fastorum Romanorum Consularium exstant, prior iuxta seriem annorum, posterior secundum ordinem Alphabeticum digestus, Amstelod. 1705. 8. Secundis curis, quibus hoc opus expolire auctor doctissimus instituerat, intercessit Viri fatum, quod eum anno 1712. abstulit Harderouici, et simul tot alios egregios eius conatus oppressit. Quod ipse Almeloueenius, quo minus perficeret, fato fuit impeditus, id praestitit *Ioan. Ludov. Vhlius*, qui hosce fastorum libros multo auctiores recudi curauit: additis fastis consularibus Graecis ex Cod. Msct. bibl. Medic. fastis consularibus latinis ex Mscto cod bibl. Oxoniensis, quae colleg. corpor. Christi est; Henr. Brenckmanni epistola de coss. quorum in pandectis fit mentio, nec non castigationibus in errata typographor. inscript. et subscript. libri prim. cod. Iustinianaei. Amstelod. 1740. 8. Successiones Regum principumque in plerisque regnis per omnem aetatem, recensitis ordine temporum singulis, quo inuicem successerunt, populorum rectoribus, persequi conatus est *Gerhardus Iohannes a Bentinck*, puer tum, vt titulus libri habet, duodecennis in *Mundo gubernato*, Dauent. 1696. 4. Neque contemnendus est labor, licet non vsque quaque accuratus. Qui si ex fide dignis monumentis emendetur suppleaturque, cum cura annotatis annis Christi vel ante Christum, et iusto deinde ornetur indice, nihil facile extet vtilius ad lucidissimam facem omni historiae praeferendam. In Historia Ecclesiastica similiter non obscurum est quantam lucem ordinandis temporibus afferat diligentior notatio successionis Episcoporum, illorum praecipue qui in praecipuis illis quinque sedibus Romana, CPolitana, Hierosolymitana, Antiochena et Alexandrina praefuerunt: et quanquam non exigua caligine, vt omnis vetus historia, in multis etiam haec Chronologiae pars obsita videtur, tamen merito in vsum verti debent quae dispellendis illis tenebris recens virorum eruditissimorum industria et ingenium praeclare obseruauit. Ac praecipue operae pretium est videre quae de *CPolitanorum* Episcoporum successione annotata sunt a Dan. Papebrochio in T. 1. Act. Sanctor. Iunii, atque inprimis ab

[53] Alios fastorum Consularium Rom. scriptores refero infra Cap. 14. § 10.

ab Anſelmo Bandurio in Imperio Orientali, et in theſauro eccleſ. antiquitatis, et ſacrae ac profanae eruditionis. Venetiis 1749-1751. Voll. 3. Vol. 3. ſect. 13. vt Freheri ius Graeco Rom. p. 296. ſeq. et Chronologiam operi praemiſſam, Labbeum in protreptico Hiſt. Byzantinae, et Henr. Hilarium ad Philippi Cyprii Chronicon Eccleſiae Graecae, nec non conſpectum Hiſtoriae CPolitanae quem dedi libro quinto Bibliothecae Graecae capite quinto, omittam: De *Hieroſolymitanis* ab eodem Papebrochio in Tom. 3. Maii, et T. 7. p. 696. ſq. et Vol. I. theſ. eccleſ. antiq. p. 265. ff. De *Alexandrinis* ab Abrahamo Ecchellenſi in Chron. Orientali (ad vsque A. 1250.) Pariſ. 1651. fol. Ed. Pocockio indice ad Eutychii Annales, Athanaſio Kirchero in prodromo Copto et poſt Lexicon Copticum pag. 5 · 8. ſeq. Iohanne Mich. Wansleben ad calcem libri de Eccleſia Alexandrina Pariſ. 1677. 12. Olfer. Dappero in deſcriptione Africae, praecipue vero in Actis Sanctorum a Io. Bapt. Sollerio S. I. T. 5. Iunii: et nouiſſime ab V. C. Euſebio Renaudoto in Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum, Pariſ. 1713. 4. et Vol. 3. Theſauri eccleſ. antiquitatis. p. 1-134. De *Antiochenis* antiquioribus, quemadmodum de aliarum quoque ſedium Patriarchalium Antiſtitibus conſulendus Carolus a S. Paullo in Geographia ſacra, Eutychius in Annalibus, Nicephorus CPol. in Chronographia etc. De Antiochenis epiſcopis a ſaec. 1-13. conſulatur theſ. eccleſ. antiquit. Vol. 3. ſect. vndecima. Chronologia Epiſcoporum *Romanorum,* antiquiorum praeſertim perturbatior eſt, vt vnicuique apparebit qui vel recentium ſcripta vel veteres Catalogos conferre inter ſe voluerit. Decem Catalogos veteres et vndecimum Honorii Auguſtodunenſis, [54] Antonius Pagi praemiſit Tomo I. Criticae Baronii. Etiam Catalogos binos cum variis obſeruationibus Papebrochius Tomo I. Act. Sanctorum Aprilis praefixit, praeter quatuor illos quos edidit in Conatu Chronico Hiſtorico, propylaeo Actor. Maii. Librum Pontificalem cum Catalogis antiquis (in Cuſpiniani faſtis, et ab Aegidio Bucherio p. 269. ad Victorini Canonem Paſchal.) comparatum ad MSS. codices et cum aliis veterum teſtimoniis collatum exhibet Emanuel Schelſtratenus, T. I. Antiquitatis illuſtratae. Exſtat et Catalogus Pontificum Rom. in Nicephori CPol. Chronographia, quem latine vertit Anaſtaſius Bibliothecarius: et in Orderici Vitalis Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 2. pag. 436. E recentioribus praeter Pagium, Schelſtratenum et Papebrochium videndi Io. Pearſonius in operibus poſtumis; Henr. Dodwellus in diſſert. de ſucceſſione Epiſcoporum Romae, et I. L. Bertus Diſſertatt. hiſtoric. Vol. 2. Diſſ. I. De ſucceſſione antiquiſſima Epiſcoporum Romanor. inde a Petro vsque ad Victorem libellum edidit Ioan. Philipp. Baraterius. Vltrai. 1740. 4. Ceterum quum in pertexenda accurate

et

[54] Exſtat et Tomo 20. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1026.

et ad temporum rationes exigenda Pontificum Rom. ſerie integra ad noſtram vsque aetatem, nemo diligentius verſatus ſit Papebrochio, placet ex eius propylaeo Maii mutuari Indicem Pontificum Chronologicum, litterarum ordine digeſtum, et locis quibusdam, ipſius ex obſeruatione emendatum, et ad noſtra vsque tempora continuatum, quem ſtudioſis Hiſt. Eccleſiaſticae non iniucundum fore confido.

Catalogus Pontificum Romanorum.

A, notat antipapam, Numerus primus ordinem inter Pontifices. a, ſignificat abdicatum vel ſe abdicantem.

79	Adeodatus	ab Anno 672. Mart. 14.	ad	677. Maii 18.
97	Adrianus I.	772. Febr. 9.		795. Dec. 25.
108	— — II.	867. Dec. 14.		872. Nov. 25.
111	— — III.	884. Mart. 1.		885. Iul. 8.
171	— — IV.	1154. Dec. 4.		1159. Sept. 1.
188	— — V.	1276. Iul. 16.		1276. Aug. 18.
222	— — VI.	1522. Febr. 16.		1523. Sept. 14.
59	Agapetus I.	535. April. 29.		536. April. 17.
132	— — II.	946. Iunii 2.		956. Ianuar. 11.
81	Agatho	679. Maii 29.		681. Dec. 2.
7	Alexander I.	108. Nov. 5.		117. Maii 3.
158	— — II.	1061. [55] Sept. 30.		1073. April. 20.
172	— — III.	1159. Sept. 7.		1181. Aug. 25.
183	— — IV.	1254. Dec. 25.		1261. Maii 25.
208	— — V.	1409. Iun. 26.		1410. Maii 3.
218	— — VI.	1492. Aug. 11.		1503. Aug. 18.
241	— — VII.	1655. April. 7.		1667. Maii 20.
245	— — VIII.	1689. Octobr. 6.		1691. Ian. 31.
5	Anacletus	84. Maii 9.		92. Iul. 13.
A.	Anacletus	1130. Febr. 17.		1138. Febr. 7.
41	Anaſtaſius I.	398. Dec. 5.		401. Dec. 14.
52	— — II.	496. Sept. 15.		498. Sept. 8.
123	— — III.	912. Octob. 4.		914. Nov. 25.
170	— — IV.	1153. Iul. 9.		1154. Dec. 2.

11 Ani-

[55] *Petrus Damianus* Opuſc. 4. pag. 26. E. Conſtat tres plus minus menſes interim decurriſſe, ex quo S. memor. Papa Nicolaus occubuit, vsque ad Calendas Octobris, quo iſte ſucceſſit.

11	Anicetus	ab Anno	150. Ian. 19.	ad 154. April. 17.
al.	12 idem		153. Iul. 16.	162. April. 17.
20	Anteros		235. Nov. 22.	236. Ian. 3.
64	Benedictus	I.	575. Iun. 16.	579. Aug. 12.
83	— —	II.	685. Maii 14.	686. Mart. 25.
106	— —	III.	855. Sept. 1.	858. Mart. 10.
119	— —	IV.	900. Martii 2.	904. Sept. 16.
135	— —	V.	964. Maii 19.	964. Iun.
137	— —	VI.	972. Sept. 22.	974. Maii 14.
139	— —	VII.	975. April. 25.	984. Iul. 10.
148	— —	VIII.	1012. Iul. 20.	1024. Iul. 10.
150	— —	IX.	1033. Dec. 9.	1048. Iul. 17.
A	— —	X.	1058. April. 5.	1059. Ian. 24.
196	— —	XI.	1303. Oct. 22.	1304. Iul. 6.
199	— —	XII.	1334. Dec. 20.	1342. Apr. 25.
A.	Benedictus	XIII.	1394. Sept. 28.	1423. Maii 23.
249	Benedictus	XIII.	1724. Maii 24.	1730. Febr. 21.
251	Benedictus	XIV.	1740. Aug. 17.	
44	Bonifacius	I.	418. Dec. 29.	423. Sept. 4.
57	— —	II.	530. Sept. 29.	532. Octob. 24.
68	— —	III.	607. Ian. 29.	607. Octob. 20.
69	— —	IV.	608. Aug. 25.	615. Maii 8.
71	— —	V.	620. Apr. 27.	626. Mart. 11.
114	— —	VI.	896. Apr. 11.	896. Apr. 25.
141	— —	VII.	985. Ian. - -	985. Dec. - -
195	— —	VIII.	1294. Dec. 24.	1303. Octob. 11.
205	— —	IX.	1389. Nov. 2.	1404. Octob. 1.
45	Caelestinus	I.	423. Sept. 16.	431. Aug. 1.
167	— —	II.	1143. Sept. 26.	1144. Mart. 9.
177	— —	III.	1191. Apr. 12.	1198. Ian 8.
181	— —	IV.	1241. Octob. 27.	1241. Nov. 22.
194	— —	V.	1294. Iul. 5.	se pontificatu abdicauit 1294. Dec. 12.
29	Caius		283. Dec. 16.	296. Apr. 22.
17	Calixtus	I.	210. Dec. 26.	226. Sept. 28.
164	— —	II.	1119. Febr. 14.	1124. Dec 12.
A.	Callixtus		1167. Aug. - -	1179. Aug. 29.
213	— —	III.	1455. April. 8.	1458. Aug. 6.

121 Chri-

121 Christophorus	ab Anno	904. Nov. 25. ad	905. Iun. - -
3 Clemens I.		67. Octobr. 11.	76. Dec. 22.
al. 4. idem		73. Dec. 5.	87. Nov. 16.
152 — — II.		1046. Dec. 25.	1047. Octobr. 9.
A. Clemens		1080. Iul. 25.	1101. — — —
176 — — III.		1187. Dec. 19.	1191. April. 5.
185 — — IV.		1265. Febr. 6.	1268. Nov. 19.
197 — — V.		1305. Iun. 5.	1314. April. 20.
200 — — VI.		1342. Maii 7.	1352. Dec. 6.
A. Clemens		1378. Sept. 20.	1394. Sept. 16.
A. Clemens		1424. Maii 14.	1449. Iul. 23.
223 — — VII.		1525. Nov. 19.	1534. Sept. 25.
235 — — VIII.		1592. Ian. 30.	1605. Mart. 3.
242 — — IX.		1667. Iun. 20.	1669. Dec. 9.
243 — — X.		1670. April. 29.	1676. Iul. 22.
247 — — XI.		1700. Nov. 23.	1721. Mart. 19.
250 — — XII.		1730. Iul. 11.	1740. Febr. 6.
3 Cletus		67. Sept. 27.	73. Dec. 3.
al. 4. idem		77. Febr. 16.	84. April. 26.
Id. Anacletus		86. Nov. 16.	96. Sept. 26.
85 Conon Thrax		686.	687.
90 Constantinus		708. Mart. 4.	715. Mart. 18.
A. Constantinus		767. Iun. 28.	768. Iul. 29.
22 Cornelius		251. April. 27.	252. August. 5.
Cyriacus Pontiani successor fabulosus.			
39 Damasus I.		366. Oct. 1.	384. Dec. 10.
153 — — II.		1048. Iul. 17.	1048. August. 8.
70 Deusdedit		616. Ian. 4.	619. Ian. 26.
26 Dionysius		259. Iul. 24.	269. Dec. 26.
79 Deodatus II.		672. Mart. 14.	677. Maii 18.
80 Donus I.		677. Octobr. 4.	679. Mart. 13.
138 — — II.		974. April. 26.	975. Octobr.
11 Eleutherius		171. Iun. 3.	185. Sept. 6.
6 Euaristus		95. Iul. 26.	108. Octobr. 26.
77 Eugenius I.		654. Sept. 7.	657. Maii 31.
101 — — II.		824. Iun. 5.	827. August. 27.
169 — — III.		1145. Febr. 14.	1153. Iul. 8.
211 — — IV.		1431. Mart. 6.	1447. Febr. 18.

32	Eusebius ab Anno	310. April. 16. ad	310. Sept. 26.
28	Eutychianus	275. Ian. 6.	283. Dec. 8.
21	Fabianus	236. Dec. 11.	250. Ian. 2.
27	Felix I.	270. Ian. 1.	274. Dec. 24.
38	— II.	355. - - -	358. Iul. 29.
50	— III.	483. Febr. 13.	492. Ian. 30.
56	— IV.	526. Iul. 12.	530 Sept. 25.
A.	Felix	1436. Dec. 17.	1447. April. 7.
113	Formosus	891. Sept. 19.	896. April. 4.
51	Gelasius I.	492 Febr. 2.	496. Sept. 8.
167	— — II.	1118. Ian. 31.	1119. Ian. 29.
66	Gregorius I.	590. Sept. 3.	604. Mart. 12.
91	— — II.	715. Apr. 28.	731. Ian. 17.
92	— — III.	731 Febr. 22.	741. Nov. 10.
103	— — IV.	828. Ian. 5.	844. Ian. 11.
143	— — V.	996. Maii 17.	999. Febr. 18.
151	— — VI.	1045. April 28.	1046. Dec. 17.
A.	Gregorius	1118 Mart. 15.	1121. April 27.
159	— — VII.	1073. Iun. 30.	1085. Maii 25.
175	— — VIII.	1187. Oct. 21.	1187. Dec. 17.
180	— — IX.	1227. Mart. 9.	1241. August. 21.
186	— — X.	1271. Oct 27.	1276. Ian. 10.
203	— — XI.	1370. Dec. 30.	1378. Mart. 27.
207	— — XII.	1406. Nov 30.	1415. Iul. 4.
230	— — XIII.	1572. Maii 13.	1585. April. 10.
233	— — XIV.	1590. Dec. 5.	1591. Oct 15.
238	— — XV.	1621. Febr. 9.	1623. Iul. 7.
	Hadrianus. Vide Adrianus.		
48	Hilarius	461. Nov. 12.	467. Febr. 21.
72	Honorius I.	626. Sept. 28.	638. Sept. 13.
A.	Honorius	1061. Oct. 28.	1065. - - -
165	— — II.	1124. Dec. 16.	1130. Febr. 14.
179	— — III.	1216. Iul. 18.	1227. Mart. 18.
192	— — IV.	1285. April. 2.	1287. April 3.
54	Hormisdas	514. Iul. 20.	523. Aug. 4.
10	Hyginus	138. Ian. 13.	150. Ian. 11.
42	Innocentius I.	402. Ian. 1.	416 Dec. 21.
166	— — II.	1130. Febr. 17.	1145. Sept. 24.

A. In-

A.	Innocentius ab Anno	1178. August. ad	1178. a. Sept.
178	Innocentius III.	1198. Ian. 8.	1216. Iul. 16.
182	— — IV.	1243. Iun. 24.	1254. Dec. 7.
187	— — V.	1276. Ian. 21.	1276. Iul. 22.
201	— — VI.	1352. Dec. 18.	1362. Sept. 12.
206	— — VII.	1404. Oct. 17.	1406. Nov. 6.
217	— — VIII.	1484. Aug. 29.	1492. Iul. 25.
234	— — IX.	1591. Oct. 30.	1591. Dec. 30.
240	— — X.	1644. Sept. 15.	1655. Ian. 7.
244	— — XI.	1676. Sept. 21.	1689. August. 12.
246	— — XII.	1691. Iul. 12.	1700. Sept. 27.
248	— — XIII.	1721. Maii 8.	1724. Mart. 7.
55	Iohannes I.	523. Sept. 3.	526. Maii 18.
58	— — II.	532. Dec. 19.	535. April. 21.
63	— — III.	561. Aug. 21.	574. Aug. 12.
74	— — IV.	640. Dec. 3.	642. Sept. 20.
84	— — V.	686. Iun. 10.	687. Iun. 20.
87	— — VI.	702. Oct. 7.	704. Dec. 21.
88	— — VII.	705. Febr. 8.	707. Sept. 24.
109	— — VIII.	872. Dec. 14.	882. Dec. 15.
118	— — IX.	898. Febr. 5.	900. Febr. 19.
125	— — X.	915. Iun. 18.	929. Iun. 20.
128	— — XI.	932. April. 1.	935. Febr. 16.
133	— — XII.	956. Ian. 13.	964. Maii 14.
136	— — XIII.	965. Oct. 1.	972. Sept. 6.
140	— — XIV.	984. Oct. 19.	985. Iun. - -
Io.[56]	F. Roberti	985. Dec. - -	986. Apr. - -
142	Ioh. XV. al. XVI.	986. April. 25.	996. Apr. 30.
A.	- - XVI. - - XVII.	997. Maii - -	998 Mart. - - -
145	- - XVII. - - XVIII.	1003. Iun. 6.	1003. Oct. 31.
146	- - XVIII. - - XIX.	1004. Mart. 19.	1009. Iul. 18.
149	- - XIX. - - XX.	1024. Iul. 19.	1033. Nov. 8.
189	Iohannes XXI.	1276. Sept. 16.	1277. Maii 16.
198	— — XXII.	1316. Aug. 7.	1334. Dec. 4.
203	— — XXIII.	1410. Maii 17.	1415. Maii 31.
36	Iulius I.	337. Febr. 6.	352. April. 12.
220	— II.	1503. Oct. 31.	1513. Febr. 12.

56 Electus, sed consecratione Episcopali non inauguratus.

225	Julius III. ab Anno	1550. Febr. 8. ad	1555. Mart. 23.
124	Lando	914. Dec. 4.	915. Iun. 14.
	Laurentius, Antipapa[57]	498.	509.
47	Leo I.	440. Sept. 8.	461. Oct. 30.
82	— II.	682. Oct. 19.	684. Maii 23.
98	— III.	795. Dec. 27.	816. Iun. 11.
105	— IV.	847. Apr. 12.	855. Iul. 17.
120	— V.	904. Sept. 23.	904. Nov. 18.
126	— VI.	929. Iul. 5.	930. Febr. 9.
129	— VII.	935. Nov. 15.	939. Maii 24.
134	— VIII.	963. Dec. 6.	964. Febr. - -
154	— IX.	1049. Febr. 12.	1054. April. 19.
221	— X.	1513. Mart. 11.	1521. Dec. 1.
236	— XI.	1605. April. 2.	1605. April. 27.
37	Liberius	352. Maii 24.	366. Sept. 23.
2	Linus	65. Iul. 7.	67. Sept. 23.
23	Lucius I.	252. Oct. 10.	255. Mart. 4.
168	— II.	1144. Mart. 10.	1145. Febr. 13.
173	— III.	1181. Aug. 29.	1185. Nov. 25.
30	Marcellinus	296. Iun. 30.	304. Octob. 24.
31	Marcellus I.	308. Maii 18.	310. Ian. 18.
256	— — II.	1555. April. 9.	1555. April. 30.
35	Marcus	336. Ian. 18.	336. Oct. 7.
110	Marinus I.	vide Martinus II.	
131	Marinus II.	vide Martinus III.	
76	Martinus I.	649. Iun. 14.	654. Aug. 6.
110	— — II.	882. Dec. 23.	884. Febr. 23.
131	— — III.	942. Nov. 13.	946. Maii 26.
191	— — IV.	1281. Febr. 22.	1285. Mart. 28.
410	— — V.	1417. Nov. 11.	1431. Febr. 20.
33	Melchiades	310. Octob. 8.	314. Ian. 10.
107	Nicolaus I.	858. Mart. 25.	867. Nov. 12.
152	— — II.	1059. Ian. 31.	1061. Iun. 24.
190	— — III.	1277. Nov. 25.	1280. August. 23.
A.	Nicolaus	1328. Maii - -	1330. August. 25.
193	— — IV.	1288. Febr. 22.	1292. April. 14.
212	— — V.	1447. Mart. 6.	1455. Mart. 25.

[57] Vide Theophanem p. 123. Theodorum Lectorem lib. 2. Hist. p. 560.

Octauianus, Antipapa aduersus Alexandrum III. *Cinnamus lib. V. Hist.* p. 258.

100	Paschalis I. ab Anno	817. Ianuar. 25. ad	824. Maii 11.
162	— — II.	1099. Aug. 14.	1118. Ian. 18.
A.	Paschalis	1164. April. - -	1167. Aug. - -
95	Paullus I.	757. Maii 22.	767. Iun. 21.
215	— II.	1464. Aug. 31.	1471. Iul. 26.
224	— III.	1534. Octob. 13.	1548. Nov. 10.
229	— IV.	1555. Maii 23.	1559. Aug. 18.
237	— V.	1605. Maii 16.	1621. Ian. 28.
62	Pelagius I.	556. April. 13.	561. Mart. 2.
65	— — II.	579. Nov. 26.	590. Febr. 4.
1	Petrus	50. Ian. 18.	65. Iun. 29.
11	Pius I.	150. Ian. 19.	153. Iul. 11.
al. 12.	idem	154. Maii 6.	161. Iul. 11.
214	Pius II.	1458. Aug. 19.	1464. Aug. 14.
219	— III.	1503. Sept. 22.	1503. Oct. 18.
228	— IV.	1559. Dec. 26.	1565. Dec. 28.
229	— V.	1566. Ian. 7.	1572. Maii 1.
19	Pontianus	231. Iun. 26.	235. Sept. 28.
116	Romanus	897. Sept. 11.	898. Ian. 2.
67	Sabinianus	604. Aug. 30.	606. Febr. 7.
86	Sergius I.	688. Nov. 22.	702. Aug. 14.
104	— II.	844. Ian. 27.	847. Ian. 27.
122	— III.	905. Iun. 9.	912. Dec. 6.
147	— IV.	1009. Octobr. 2.	1012. Iul. 13.
73	Seuerinus	640. Maii 1.	640. Iul. 4.
60	Siluerius	536. Iun. 6.	537. Nov. 16.
34	Siluester I.	314. Ian. 31.	335. Dec. 31.
144	— — II.	999. April. 2.	1003. Maii 12.
A.	Siluester	1044. Dec. 30.	1045. Mart. 8.
49	Simplicius	467. Mart. 5.	483. Febr. 10.
40	Siricius	385. Ian. 5.	398. Nov. 26.
89	Sisinnius	707. Dec. 25.	708. Ian. 13.
8	Sixtus I.	117. Maii 31.	127. April. 3.
25	— II.	257. Aug. 23.	258. Aug. 6.
46	— III.	432. Aug. 7.	440. Iul. 24.
246	— IV.	1471. Aug 19.	1484. Aug. 12.
231	— V.	1585. April. 24.	1590. Aug. 27.

13	Soter	ab Anno	162. April. 26.	ad	172. April. 22.
24	Stephanus I.		255. April. 15.		257. Aug. 2.
	Electus Stephanus		752. Mart. 6.		752. Mart. 10.
94	Stephanus II.		752. Mart. 19.		757. April. 16.
96	— — III.		768. Aug. 7.		772. Febr. 3.
99	— — IV.		816. Iun. 22.		817. Ian. 22.
112	— — V.		885. Iul. 25.		891. Aug. 7.
115	— — VI.		896. Maii 2.		897. Aug. - -
127	— — VII.		929. Febr. 1.		931. Mart. 12.
130	— — VIII.		939. Iun. 9.		942. Octobr. 23.
156	— — IX.		1057. Aug. 3.		1058. Mart. 29.
53	Symmachus		498. Sept. 13.		514. Iul. 16.
9	Telesphorus		127. Iun. 2.		138. Ian. 5.
75	Theodorus I.		642. Nov. 3.		649. April. 20.
117	— — II.		898. Febr. 12.		898. Mart. 3.
102	Valentinus		827. Sept. 1.		827. Octobr. 10.
	Electus Vicedominus		1276. Sept. 5.		1276. Sept. 6.
15	Victor I.		186. Sept. 11.		196. April. 20.
155	— II.		1055. April. 13.		1057. Iul. 28.
160	— III.		1087. Maii 1.		1087. Sept. 15.
	A. Victor		1138. Mart. 16.		1138. Maii 19.
	A. Victor		1159. Octobr. 4.		1164. - -
61	Vigilius		537. Nov. 22.		557. Maii 17.
78	Vitalianus		657. Iul. 30.		671. Dec. 31.
18	Vrbanus I.		222. Octobr. 20.		231. Maii 24.
161	— — II.		1088. Mart. 12.		1099. Iul 29.
174	— — III.		1185. Nov. 26.		1187. Octobr. 20.
184	— — IV.		1261. Aug. 29.		1264. Octobr. 2.
202	— — V.		1362. Octobr. 31.		1370. Dec. 19.
204	— — VI.		1378. April. 8.		1389. Octobr. 15.
232	— — VII.		1590. Sept. 25.		1590. Sept. 27.
239	— — VIII.		1623. Aug. 6.		1644. Iul. 29.
	A. Vrsinus post Damasum electum Tillemontius T. 8. memor. p. 387. ss.				
93	Zacharias		741. Nov. 19.		752. Mart. 3.
16	Zephyrinus		198. Iun. 11.		217. Dec. 20.
43	Zosimus		417. Ian. 6.		418. Dec. 17.

CAP.

CAPVT VIII.

Scriptores de Diis, Geniis, Sanctis &c.

Antiquitatum diuiſio in ſacras, politicas, militares, litterarias et priuati vſus atque domeſticas. 1. *In ſacris iterum varia conſideranda, ac primo dicendum de religioſi cultus obiecto, ſiue Diis quibus ſacra facta.* 2. *Gentes nullae Atheae.* 3. *DEI cognitio vsquequaque teſtata. Theologiae Naturalis atque Ethnicae ſcriptores* 4. *De origine Idololatriae: et quomodo tot Gentibus placuerit multos colere Deos, quum ratio vnum eſſe DEVM ſuadet?* 5. *Pro numine culta quaecunque vel prodeſſe vel nocere poſſent, vt aſtra atque aliae res naturales, vel homines eorumque affectiones, vel genii ac daemones.* 6. *Dii et Deae, boni et mali. Solitarii et cum aliis culti Dii, σύνθρονοι et Cabiri.* 7. *Varia nomina et cognomina iisdem tributa Diis, ex varia occaſione.* 8. *Vnius ſummi DEI cultus. Veri DEI nomina et attributa. Cabbaliſtarum Sephiroth et Kelijoth. Scriptores Theologiae Iudaicae.* 9. *SS. Trinitatis agnitae veſtigia apud Iudaeos et Ethnicos.* 10. *Scriptores de Deaſtris Syrorum et aliarum Gentium Orientalium.* 11. *De Perſarum et aliarum gentium Heliolatria.* 12. *De Selenolatria, cultu ſtellarum, elementorum etc. apud varios populos.* 13. *De Idololatria Aegyptiorum ac Graecorum, et vtra abſurdior?* 14. *De Diis Romanorum.* 15. *Gallorum et Germanorum veterum, aliorumque populorum.* 16. *Scriptores de Diis gentium generales.* 17. *Numinum in imaginibus praeſentia atque ex iis emigratio et euocatio.* 18. *Idolorum ornamenta, veſtes, nimbi, circumgeſtatio, ablutio, proiectio, verberatio, execratio.* 19. *Deorum variae claſſes ac veluti gradus.* 20. *Dii tutelares certarum regionum, vrbiumque. Veſta, Fortuna etc.* 21. *Dii artium rerumque variarum praeſides.* 22. *Antonii Macedo Dii tutelares Orbis Chriſtiani.* 23. *Patronatus et Praefecturae ſuper certa vitae genera et beneficia, vel malis certis auerruncandis in Eccleſia Romana Sanctis aſſignatae.* 24. *Apotheoſis et Conſecratio.* 25. *Canonizatio, ſiue hominum poſt mortem inter ſanctos relatio.* 26. *Scriptores ſelecti de Angelis eorumque ordinibus.* 27. *De Geniis, Laribus, Lemuribus.* 28. *De cultu Angelorum, Sanctorum, Euchariſtiae, Crucis, imaginum et reliquiarum apud Chriſtianos.* 29.

I.

Antiquitatum genus omne et priſci moris licet quam latiſſime pateat, tamen ad perpauca capita commode reducitur: quicquid enim agunt homines, quos-

quoscunque ritus et mores obſeruant, vel publice ſuſceptos obeunt, vel priuatim et domi. Publici rurſus vel conſiſtunt in colendo ac piando Numine, vel in rebus ad Reip. adminiſtrationem decusque facientibus verſantur, vel ad rem militarem inſtituendam pertinent. Singularem quoque partem ſibi vindicat litterarum vſus artiumque et ſcientiarum exercitatio atque incrementum, Athenaea, Scholae, libri, officinae, aedificia, mercaturae, numi, opificia. Ad priuatam denique rem ſpectant ritus puerperii, nuptiarum, veſtium victusque et inſtrumenti domeſtici omne genus, ac denique quibus fabula humanae vitae clauditur exequiae funeris et poſita extinctis monumenta.

II. Singula ex his perſequuturo et ſcriptores cuiusque argumenti de quibus notitia ad me peruenit deinceps tradituro, faciendum a ſacris initium eſt: video autem omnia quae afferri de religioſis antiquitatibus poterunt, comprehendi poſſe quam optime his quatuor capitibus, vt primo referam ſcriptores de religioſi cultus obiecto, ſiue iis quibus ſacra facta ſunt, et maiores humanis honores attributi, nec non de perſonis ſacris atque ſacerdotibus: deinde de locis ſacris, templis, lucis, altaribus: tum de ſacris temporibus ſiue feſtis diebus, ac denique de cultu ipſo religioſo ſiue variis generibus ſacrorum, ſacrificiorum, precum, diuinationum, Myſteriorum, proceſſionum religioſarum, et modis venerandi Numinis atque ἐθελοθρησκείαις et ſuperſtitionibus quibuscunque; quae omnia compendio complexus eſt *Thomas Broughtonus* in Lexico hiſtorico omnium religionum, quod germanice verſum Dresdae 1756. forma octopartita maiori prodiit.

III. Antequam de Numinis cultu dicere incipimus, certum atque exploratum eſſe arbitramur, nullam gentem vel olim fuiſſe vel hodie vsquam eſſe tam barbaram et immanem, ſiue vt Senecae [1] verbis vtamur, ita *extra leges moresque proiectam*, vt non aliquod Numen crediderit, colendumue cogitet: vnde Plutarchus aduerſus Colotem Epicureum pag. 1125. *Si terras obeas, inuenire poſſis vrbes muris, litteris, regibus, domibus, opibus, numiſmate carentes, gymnaſiorum et theatrorum neſcias*, ἀνιέρȣ δὲ πόλεως καὶ ἀθέȣ, μὴ χρωμένης εὐχαῖς, μηδὲ ὅρκοις μηδὲ μαντείαις μηδὲ θυσίαις ἐπ᾽ ἀγαθοῖς, μηδὲ ἀποτροπαῖς κακῶν ȣ̓δεὶς ἐστιν ȣ̓ δὲ ἔσαι γεγονὼς θεατής. Ἀλλὰ πόλις ἂν μοι δοκεῖ μᾶλλον ἐδάφȣς χωρὶς, ἢ πολιτεία τὸ περὶ θεῶν δόξης ἀναιρε-

[1] Seneca Ep. 117. Artemidorus lib. 1. cap. 9. ȣ̓δὲν ἔθνος ἀνθρώπων ἄθεον, ἀβασίλευτον, ἄλλοι δὲ ἄλλως τιμῶσι θεȣ̃ς. Confer Aelian. II. 13. Var. Hiſt. Maximum Tyrium diſſ. 1. Sextum Empiricum lib. 1. contra Phyſicos cap. 61. E recentioribus Iſaacum Barrow Tom. 2. ſerm. 8. et Bibliotheque Vniuerſelle T. 3. p. 313. ſſ.

ῥεθείσης παντάπασι, σύστασιν λαβοῦσα τηρῆσαι. *Vrbem vero templis diisque carentem, quae precibus, iureiurando, oraculo non vtatur, non bonorum causa sacrificet, non mala sacris auertere nitatur, nemo vnquam vidit. Sed facilius vrbem condi sine solo posse puto, quam opinione de Diis penitus sublata Ciuitatem coire aut constare.* Quod vero apud Ciceronem I. de natura Deor. c. 23. Academicus Cotta, *equidem*, inquit, *arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas, vt apud eas nulla suspicio Deorum sit*, frustra obiicitur quum nullam nominet, et Cicero ipse tum in hoc ipso libro c. 16. tum lib. I. c. 13. Tusc. quaest. et lib. I. de legibus c. 8. affirmet adeo alte insidere omnium cordibus sensum Diuinitatis, vt falsum multi Deum colere maluerint quam nullum. Quae porro de Gentibus Atheis apud veteres leguntur, vt de *Thoibus* apud Porphyrium lib. 2. de abstinentia ab animatis pag. 132. ex Theophrasto (Simplicius p. 222. ad Epictetum vocat *Acrothoitas*) ac de *Nasamonibus* apud Dionysium periegesi vers. 210. ad impios gentium illarum mores referendum, vt de *Gigantibus* Macrobius l. I. Saturnal. c. 20. *Gigantes quid aliud fuisse credendum est quam hominum quandam impiam Gentem Deos negantem, et ideo existimatam Deos pellere de caelesti sede voluisse?* Nam vt Cicero in Catone Maiore c. 2. *quid est aliud Gigantum more bellare cum Diis, nisi naturae repugnare?* Confer Philostratum in vita Apollonii lib. V. c. 16. pag. 200. Tales fuere Phlegyes οἱ Διὸς οὐκ ἀλέγοντες *Iouem non curantes* Homer. hymno in Apollinem v. 279. qui in scholiis ad Iliad. N. 302. ἄθεοι, apud Eustathium p. 904. ἀσεβεῖς ἄνδρες καὶ λῃστρικοὶ appellantur. De genere quodam *Aethiopum* [2] Strabo lib. XVII. pag. 822. quod ἄθεοι νομίζονται, οἵ γε καὶ τὸν ἥλιον φασὶν ἐχθαίρειν καὶ κακῶς λέγειν, ἐπειδὰν προσίδωσιν ἀνίσχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμοῦντα αὐτοῖς, καταφεύγειν τε εἰς τὰ ἕλη. Hi fuere *Atlantes* de quibus Mela lib. I. c. 8. *solem execrantur et dum oritur et dum occidit, vt ipsis agrisque pestiferum.* Eadem Herodotus IV. 184. Plinius V. 8. Solinus c. 31. Atque haec causa quare pro Atheis haberentur, non quod nullum Numen coluerunt. Quemadmodum Iudaeos *gentem contumelia Numinum insignem* vocat Plinius XIII. 4. et Christiani gentibus olim habiti in Atheorum numero. [3] De *Callaicis* siue Lusitanis apud eundem Stra-

[2] De iisdem Nic. Damascenus apud Stobæum serm. 42. Ἀφάραντες (leg. Ἄτλαντες) Λίβυες ὀνόματα οὐκ ἔχουσι, ἡλίῳ δ' ἀνίσχοντι λοιδοροῦνται ὡς πολλὰ κακὰ φήναντι. Hos respexisse Iobum III. 8. in verbis: *exsecrentur illam* (noctem) *qui maledicunt diei*, verisimiliter coniicit V. C. Io. Henricus Maius, filius, libro II. obseruationum sacrarum pag. 1. & 152.

[3] Vide *Elmenhorstium* ad lib. I. Arnobii pag. 12. et ***D. Chr. Kortholtum*** Obtrectator. pagan. l. 2. c. 10. p. 405. ff.

Strabonem libr. III. pag. 164. ἔνιοι δὲ τοὺς Καλλαϊκοὺς ἀθέους φασίν, nimirum quia δυσεπίμικτοι ὄντες ἀποβεβλήκασι τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάνθρωπον, *quod commerciis carentes humanitatem exuisse videbantur*, vt idem Strabo pag. 155. loquitur, qui alioqui pag. 154. testatur Lusitanos fuisse θυτικοὺς *frequentes in sacrificiis*, de quo confer Lud. Nonium in Hispania pag. 143. *Gallos* ab omni religione alienos arguit Cicero pro M. Fontejo c. 9. seq. quam tamen *nationem omnem admodum fuisse deditam religionibus* testis Caesar VI. de bello Gallico c. 16, vt omittamus alia argumenta, quibus Ciceronem ex ipso Cicerone refellit *Vossius* l. 1. de idololatria c. 35. Eadem fide Quinctilianus l. 3. c. 2. p. 221. edit. Burmannianae *gentes sine legibus* commemorat, et tamen mox inducit natos in illis fungi legationibus, accusare et defendere. De Barbaris *Arabibus* S. Nilus narratione 3. θεὸν οὐκ εἰδότες οὐ νοητὸν οὐ χειρότευκτον. Mox tamen de illis addit p. 28. ἄστρῳ δὲ τῷ πρωϊνῷ προσκυνοῦντες καὶ θύοντες ἀνατέλλοντι.

Non magis fidem merentur quae vel in Beniaminis Tudelensis itinerario pag. 58. seq. leges de Dogziinis, nullius religionis populo decem milliaribus a Tsidone: vel quae in Abrahami Peritsol itineribus Mundi pag. 183. et de iis, quos Cafros [4] (a כפר negauit) velut qui Deum negent aut ignorent, vulgo appellant, quaeque et apud alios recentiores scriptores nonnulla iactantur de variarum Africae, Americae [5] et Insulanarum quarundam gentium Atheismo. Nam quicunque illas ita adierunt, vt linguae et morum nationis cuiusque sufficientem notitiam sibi compararent, longe aliud de illis testantur, docentque parum tribuendum esse illorum relationi, qui vel ex ignoratione et praeiudicio falsum tradiderunt, vel plane de industria veluti atheos populos traduxerunt eum tantum in finem, vt crudelitati qua gentes illas miseras Hispani exciderunt, color aliquis quaereretur. Mirumque adeo est viro acuto *Petro Baelio* Continuatione cogitationum de cometis; Respons. ad quaestt. Prouincial. T. 4. c. 11. 12. et in Dictionario historico voce *Leri*, nota A. tam facile potuisse persuaderi, vt argumentum a consensu gentium in colendo Numine petitum floccipenderet ob tam incertas lubricasque relationes, quae merito suspectae illi debebant videri, quum plures earum

[4] Vide *Petri Kolben descriptionem capitis bonae spei*, Germanice editam Norimb. 1719. fol. p. 351. 407. Idem scriptor accuratus ac diligens de Hottentorum religione praeclare p. 404. 406. seq. disserit. Sicut de religione Huronum et aliorum populorum agrestium et ferorum Americae, *Iosephus Frider. Lafitau* S. I. Tomo primo operis vulgari gallice *Moeurs des sauvages Ameriquains comparées aux moeurs des premieres Tems*, Paris. 1724. 4. cap. quarto.

[5] Vt Cenisiorum in Africa septentrionali, de quibus Iournal literaire T. 2. p. 183. seq.

earum iam certis teſtimoniis falſi compertas non poſſet ignorare. Cui rei explicandae ne longius inhaeream, rogo Lectorem, vt praeter *Cudworthum* et *Martinum Fotherby* libro primo Atheomaſtigis conſulat *Io. Lud. Fabricii* Theologi Palatini Apologeticum pro genere humano contra Atheiſmi calumniam, Heidelbergae primum 1682. 4. et deinde inter eius opera [6] editum Tiguri 1698. 4. p. 119. ſq. *Eduardi Stillingfleet* novas Origines ſacras poſtumas Anglice editas Cantabrigiae 1701. fol. pag. 73. ſeq. et V. C. *Maturini Veiſſerii la Croſe* Dialogos Gallice vulgatos varii, hiſtorici, literarii, ſacri et critici argumenti A. 1711. 12. p. 254. ſq. Nonnulla etiam huc ſpectantia notarunt B. *Ioſua Stegmannus* in Photinianiſmo diſſ. 3. p. 24. *Valent. Ern. Loeſcherus* in praenotionibus theologicis, p. 4. ſſ. *Stephanus Nye* in Epiſtola ſubiecta libro edito Anglice, *A Diſcourſe concerning natural and revealed Religion*, p. 228. ſſ. *Iac. Bernardus* in nouellis Reip. literariae A. 1705. T. 1. p. 133. et 311. ſeq. et A. 1707. T. 1. p. 413. ſeq. Memoriae litterariae Treuoltinae A. 1717. p. 36. ſqq. Andreas Adamus Hochſteterus in Exercitatione de religione naturali, Tubingae edita; Io. Frid. Coruinus, Paſtor Hornburgenſis in Ducatu Halberſtadienſi, in corpore Doctrinae, Hiſtoriae haereſium Godfridi Arnoldi oppoſita lib. 2. c. 18. ſeq. Petrus Leſcaloperius ad Ciceronem de natura Deorum p. 87. 88. et 713. 714. *Georgius Bullus* in ſermonibus a Roberto Nelſon editis Anglice T. 1. p. 74. ſeq. *Ianus Hoyerus* Diſſ. tribus de religione Groenlandorum naturali, Hauniae 1756. 4. in quibus oſtendit, Groenlandos Deum admittere, eundemque nomine *Tongarſuck* compellare.

IV. Credamus igitur Apoſtolo teſtanti τὸ γνωςὸν τȣ̃ Θεȣ̃ ſiue DEI notitiam Gentibus etiam manifeſtam et a DEO ipſo per opera ſua manifeſtatam Rom. I. 19. ſeq. a DEO inquam non ceſſante teſtatum ſe facere omnibus benefica manu ſua Actor. XIV. 17. vt ab iis veluti palpando inueniatur. XVII. 27. Credamus ſenſibus ipſis Naturae quae eſt in omnibus hominibus vsquequaque terrarum viuentibus, atque in hoc conſpirantibus vt ex contemplatione huius vniuerſi eius Auctorem, Auctorisque bonitatem, potentiam et ſapientiam intelligere poſſint: Credamus omnibus regnorum et rerump. conditoribus, qui ſine religione et cura Numinis coaleſcere non poſſe ciuitates probe perſpexerunt, neque adeo poſſent metu religioſo vti ad Reſpublicas continendas, niſi ſenſum eius a natura homini iam innatum noſſent. Credamus denique animae noſtrae teſtimonio et conſenſui tot ſcriptorum omnis aeui, quarumcunque nationum, qui licet a Iudaeorum ſacris vel Chriſti nomine alieni tamen omnes vno ore certum faciunt et indubitatum relin-

[6] A. E. 1683. p. 176.

quunt, Theologiae Naturalis veſtigia alte impreſſa fuiſſe eſſeque in ipſorum cordibus. Hoc Oriens et Occidens, et alio ſole calentes terrae, hoc Americae non minus quam Aſiae et Africae populi ſi ad eos adeas, vel ſi dignas fide relationes et itinerum commentarios de illis conſulas, demonſtrant. Hoc recentia hoc priſca loquuntur monumenta de Graecis et Romanis non modo, ſed perinde et de Chaldaeis, Aegyptiis, Perſis, Thracibus, Indis, Sinenſibus et nationibus quantumuis remotis ac barbaris quibuscunque. Huius rei inſignia teſtimonia collecta videre licet in illuſtris Huetii Concordia rationis et fidei, in Auguſtini Steuchi Eugubini libris de perenni Philoſophia, in Rad. Cudworthi opere erudititiſſimo, Anglica edito lingua Lond. 1678. fol. quod Syſtema verum intellectuale Vniuerſi inſcripſit: in Io. Micraelii Ethnophronio, Stetin. 1647. 4. et in Tobiae Pfanneri ſyſtemate Theologiae gentilis purioris, Baſil. 1679. 4. vt Theologiae Naturalis ſcriptores Raymundum de Sabunde, Raymundum Breganium, Theoph. Raynaudum (T. 5. Opp.) Danielem Claſenium, Steph. Klotzium aliosque larga manu adductos in Syllabo ſcriptorum de V. R. C. c. 19. p. 454. ſſ. iam omittamus. Similiter Legis quoque diuinae et iuris naturalis ſenſus in gentibus perſpicue animaduertitur, vti ex Ethnicorum ſcriptis demonſtratum eſt a Grotio, Sam. Pufendorfio horumque eruditis interpretibus.

V. De origine idololatriae, quam a Serucho [7] veterum plurimi, repetunt; *Thomas Hyde* autem de relig. veterum Perſar. p. 58. a temporibus Salae et Eberi; et *Henricus Winderus* in hiſtoria ortus et progreſſus doctrinae, earum inprimis rerum, quae ad religionem ſpectant, Vol. 1. p. 159. haud longe poſt diluuium ortam, aſt caute demum introductam fuiſſe putat, videndi Interpretes ad librum Sapientiae cap. XIV. atque opus eruditum *Gerh. Ioh. Voſſii*, nec minus *Edoardi*, Baronis *Herbert de Cherbury* liber de religione Gentilium errorumque apud eos cauſis, ab Iſ. Voſſio Amſt. 1663. 4. primum in lucem editus, et ibidem 1700. 8. recuſus. Abbas *Banierius* in explicatione hiſtorica fabularum, quae tertia vice multo auctior prodiit Pariſiis 1734. 2 Voll. [8] lib. 1. c. 1-3. *Pluchius* hiſtor. caeli lib. 1. *Spiridion Poupartus* in Epiſtola ad P. Tourneminum de prima idololatria, quae exſtat in

[7] Confer ſi lubet Codicem Pſeudepigraphum Vet. Teſt. p. 337.

[8] Prima huius libri editio prodiit Pariſiis 1711. 2 Voll. 12. quae editio recuſa eſt Hagae Comit. 1713. ſecunda editio euulgata itidem eſt Pariſ. 1715. 3 Voll. Germanicam verſionem ad tertiam editionem accommodatam componit Vir Doctiſſimus *Ioan. Adolph. Schlegel*: cuius Vol. I. prodiit Lipſ. 1754. 8. II. ib. 1756.

in Memoriis Treuultinis 1712. p. 1615. sqq. *Elias Amatus* in epistolis italice editis Genuae 1715. 4. *Augustinus Calmetus* in pec. Dissertatione inserta T. V. Commentarii in S. Cod. p. 130. seqq. ed. Paris. 1726. fol. *Sam. Wesley* in Diss. de idololatria, quae legitur inter eius Diss. in libr. Iobi, pag. 302. Londini 1736. fol. *Arthur Youngius* in libro Anglico, An historical Dissertation on idolatrous Corruptions in Religion. Voll. II. Londini 1734. 8. Auctor epistolarum de mythologia (Letters concerning Mythology.) Londini 1748. 8. epist. 17ma. Quum vero vnum Deum summum, non multos Deos summos esse perspicuis argumentis ratio doceat, et Vniuersitatis rerum structura et harmonia ad communes fines tendens testetur, mirari aliquis possit, vnde illa caligo magnae partis generis humani, ac tot populorum plures Deos colentium? Sed inprimis notandum, quod latius patuerit semper pateatque summi Numinis [9] cultus, quod omnes agnoscunt *τὴν πρωτίστην ἀρχὴν*, vt inquit Proclus lib. IV. in Timaeum p. 286. *πᾶσαι θρησκείαι καὶ αἱρέσεις συγχωροῦσιν εἶναι, καὶ θεὸν πάντες ἄνθρωποι καλοῦσι βοηθόν. Θεοὺς δὲ εἶναι μετ᾽ αὐτὴν, καὶ πρόνοιαν ἀπ᾽ αὐτῶν ἐν τῷ παντὶ, οὗ πᾶσαι πιστεύουσιν.* Augustinus lib. 20. contra Faustum Manichaeum c. 19. *Discat Faustus, vel potius illi, qui eius litteris delectantur, Monarchiae [10] opinionem nos ex gentibus non habere, sed gentes non vsque adeo ad falsos deos esse delapsas, vt opinionem amitterent vnius veri Dei, ex quo est omnis qualiscunque natura.* Deinde certum esse puto plerosque omnes *πολυθείας* veneratores, (indoctum vulgus excipio hominum quid faciant et quid colant parum cogitantium) non aequali gradu et dignitate Deos quoslibet habuisse, sed vt Maximi Tyrii verbis diss. 1. vtar, *ἕνα ἴδοις ἂν ἐν πάσῃ γῇ ὁμόφωνον νόμον καὶ λόγον, ὅτι ΘΕΟΣ ΕΙΣ πάντων βασιλεὺς καὶ πατὴρ, καὶ ΘΕΟΙ ΠΟΛΛΟΙ, Θεοῦ παῖδες, συνάρχοντες, Θεῷ.* *In hoc leges vbique terrarum atque opiniones conuenire videbis, DEVM esse VNVM,* [11] *Regem omnium et Patrem. MVLTOS additos esse DEOS alios qui supremi illius filii sint, et quasi in Imperio collegae.* *Ταῦτα δὲ ὁ ἕλλην λέγει, καὶ ὁ βάρβαρος λέγει, καὶ ὁ ἠπειρώτης, καὶ ὁ θαλάττιος, καὶ ὁ σοφὸς, καὶ ὁ ἄσοφος.* *In eo Graecus cum Barbaro, mediterraneus cum insulano, sapiens consentit cum stulto.* Cum Maximo Tyrio consentit *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. 5. pag. 729. et

[9] Lactantii, Minutii Felicis et Tertulliani testimonia exstant apud Baltusium in libro Gallico *Jugement des SS. Peres sur la Morale de la Philosophie payenne,* pag. 11. sqq.

[10] Monarchiam Augustinus vocat cultum vnius summi Numinis contra ethnicorum *πολυθεΐαν* et duo Manichaeorum principia. Confer Philonis Iudaei librum *περὶ μοναρχίας.*

[11] Vide *Nicol. Cusanum* de pace fidei c. 6. p. 685. Opp.

et 30. edit. Oxoniensis 1715. fol. cuius haec sunt verba: Τῶν ἀνθρώπων πάντες ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι, γένος δ' οὐδὲν οὐδαμοῦ τῶν γεωργούντων, οὔτε νομάδων, ἀλλ' οὔτε τῶν πολιτικῶν δύναται ζῆν, μὴ προκατειλημμένον τῇ τοῦ κρείττονος πίστει· διὸ πᾶν μὲν ἔθνος ἑώων, πᾶν δὲ ἑσπερίων ἁπτόμενον, ἢ βόρειόν τε καὶ τὰ πρὸς τῷ νότῳ πάντα, μίαν ἔχει καὶ τὴν αὐτὴν πρόληψιν περὶ τοῦ καταστησαμένου τὴν ἡγεμονίαν. εἴγε καὶ τὰ καθολικώτατα τῶν ἐνεργημάτων αὐτοῦ διαπεφοίτηκεν ἐπ' ἴσης πάντα. πολὺ δὲ πλέον οἱ παρ' ἕλλησι πολυπράγμονες οἱ φιλόσοφοι, ἐκ τῆς βαρβάρου ὁρμώμενοι φιλοσοφίας, ἀοράτῳ καὶ μόνῳ, καὶ δυνατωτάτῳ καὶ τεχνικωτάτῳ, καὶ τῶν καλλίστων αἰτιωτάτῳ τὴν πρόνοιαν ἔδοσαν. *Hominum genus vniuersum in Graecos Barbarosque diuiditur: quorum e numero, nulla prorsus vsquam aut agricolarum aut pastorum, ac ne eorum quidem, qui in ciuitate degunt, natio est, quae vitam, absque eo, quod eius mentem Naturae superioris fides occuparit, ducere tuerique possit. Itaque populi omnes, siue orientem colant, siue littora occidentis vltima teneant, siue ad septentrionem, siue ad meridiem habitent, vnam et eandem eius, a quo institutum hoc imperium est, anticipationem habent: quum loca pariter et aequaliter omnia, generales quaeque vis illius effectricis actiones complexae sint. Sed tamen curiosi illi e Graecis Philosophi, Barbarorum permoti philosophia, multo magis illi, qui nec oculis cernitur, et solus idem ac praepotens et sapientissimus artifex est, summusque rerum pulcherrimarum auctor, prouidentiam tribuerunt.* Similem in modum *Clemens Romanus* homilia X. 14. p. 688. ἑνὸς, inquit, ὄντος τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν τῶν ὑποκειμένων ἐξουσιῶν λόγον Θεοί εἰσιν, ὑποκείμενοι μὲν ἐκείνῳ, ἡδικοῦντες δὲ ἡμᾶς. *Quum vnus sit magnus Deus, instar Caesaris, et ipsi ad similitudinem minorum potestatum Dii sint, ei quidem subiecti, nostri tamen gubernatores.* Hanc ipsam sententiam plurimis quorum notitia ad nos peruenit gentilium philosophis fuisse vberius atque erudite ostendit *Radulphus Cudworthus* capite quarto veri systematis intellectualis vniuersi. Plures igitur inferiores Deos veluti prouidentiae Diuinae et gubernationis Mundi administros et Angelos sub vno DEO summo Demiurgo venerandos sibi duxerunt, inque horum cultu ferme fuere frequentiores, siue quod supremum illum nulla cogitatione attingendum nulla satis digna prosequendum veneratione, adeoque omni cultu externo superiorem [12] esse solo mentis recessu intimo venerandum et admirandum existimarent:

[12] Thomas Gale ad Iamblichum de Mysteriis Aegyptior. p. 199. *Constat ex libro IV. Cyrilli contra Iulian. Porphyrium existimasse, solos Deos mundanos colendos esse, non autem supremum illum. Fuit et haec plurimorum ex Schola Platonica opinio.* Confer eundem

rent: siue quod inferioribus Diis commissam crederent a summo illo mundi administrationem, cultumque omnem qui his tribueretur in supremum illum Regem omnium et parentem existimarent redundare. Ac quum DEI ipsius inuisibilis formam ignorarent, et vellent tamen habere aliquid in quo cogitatio subsisteret et sensus ipse haerere posset, multa eius symbola et imagines siue in rebus naturalibus quaesiuerunt, siue ipsi commenti sunt, in quibus potentiam Numinis colerent, idem saepe sub multis nominibus et formis atque imaginibus, Deumque vt ita dicam μυριώνυμον et μυριόμορφον venerati. Confer *Michaëlis Mourgues* S. I. Professoris Tolosani Systema Theologicum Pythagoreismi et aliarum sectarum apud Ethnicos, Tolosae 1712. 8. Gallice editum: De origine vero alterius generis Idololatriae ex ambitione vel superstitione nati, qua defuncti homines diuinis affecti honoribus sunt, *Augustinum Calmet* Benedictinum Monachum in diss. adiuncta commentariis in Sapientiae librum, itidem Gallice vulgatis, atque alios interpretes ad libri Sapientiae cap. XIV. et *Iohannem Faës* τὸν μακαρίτην notis ad Gyraldum de sepultura Veterum T. I. Opp. Gyraldi pag. 698. seq. S. R. *Christi. Aug. Crusius* Diss. prima de superstitione, quae tertia est de dissimilitudine inter religionem et superstitionem idololatriae originem ab hisce duabus caussis repetit; a corrupta derelictaque religione patriarchali, et mutilato nec recte intellecto verbo diuino caelitus reuelato.

VI. Non mirum itaque est adeo, quod dum in inferioribus haeret mortalium cogitatio, tam multos tamque passim diuersos, sibi Deos colendos deligere potuerunt: quicquid enim vel prodesse vel obesse sibi insigniter posse intelligebant, hoc religioso cultu prosequendum sibi duxerunt, idque tanto magis et impensius, quo efficacius illorum sensu tangebantur, vel quo praesentiorem cuiusque ad iuuandum vel vicissim ad nocendum vim esse fuerunt

dem Galeum p. 266. vbi inter alia affert haec Luctatii ad IV. Thebaidos: *Infiniti autem Philosophorum, Magorum Persae item confirmant, reuera esse praeter hos Deos cognitos qui coluntur in templis, alium principem et maxime Deum caeterorum numinum ordinatorem.* Theodoritus in Coloss. II, 18. docet canonem decimum octauum concilii Laodiceni oppositum iis esse, qui angelos colebant ex ταπεινοφροσύνῃ professi, ὡς ἀόρατος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀνέφικτός τε καὶ ἀκατάληπτος, καὶ προσήκει διὰ τῶν ἀγγέλων την θέιαν ευμένειαν πραγματεύεσθαι. Confer Iac. Rhenferdi Diss. de statuis et aris Dei et hominam internuntiis. Opp. philolog. p. 696. sqq. Plura in hanc sententiam Stillingfleetus in Originibus sacris nouis postumis p. 74. 75. 76. *for this was a principle among many nations, that the supreme God was to be Worship'd only by acts of the Mind and that external Worship was only for lesser Deities.* Description de l'Isle Formosa par G. Psalmanaazaar pag. 34. *Ils enseignent à ne reconnoitre qu'un seul Dieu, que les Peuples croient si grand et si redoutable, qu'ils n' osent lui faire aucun sacrifice: mais ils ont établi le Soleil pour l'objet de leur culte etc.*

fuerunt persuasi. Hinc frequentissima Spirituum, Daemonum, Geniorum adoratio, de qua Vossius libro I. de Idololatria, tum veneratio Mundi ipsius et Naturae, de qua idem lib. VII: atque Persas in igne nihil aliud quam animam mundi coluisse coniicit *Benedictus Aueranius* Diss. 72. ad Anthologiam, T. I. Opp. p. 184. sq. nec minus Solis, Lunae et stellarum, elementorum item vt telluris, fontium, fluuiorum, ignis aliarumque rerum naturalium, de qua idem Vossius lib. II. et III. Consimiliter religiosus cultus ipsis tributus hominibus, non tantum qui vel egregii aliquid reperissent, vel magnis rebus gestis admirationem sui late circumtulissent; sed etiam quos amor [13] vel adulatio vel fraus vel metus religiose venerandos suasit obtulitque. Hinc Mythologias plerasque Poetarum veterum de Diis ad historicum sensum reuocant, et de Principum rebus interpretantur Viri Clarissimi *Io. Clericus* ad Hesiodi Theogoniam, et in dissertationibus de Hercule, Venere, Adonide etc. quas Gallice scriptas Bibliothecae vniuersali inseruit: *Paullus Pezron* in Antiquitatibus Celtarum itidem Gallice editis, *Renatus Iosephus Turnemine* S. I. in dissertationibus variis quae sparsim intextae leguntur Memoriis literariis Treuoltinis, et *Banierius* in explicatione Historica fabularum; et nouissime auctor libri, germanico sermone euulgati: **Erläuterte Geschichte der Götter und Helden, welche in den Schriften der Alten nach den fabelhaften Götterlehren berühmt worden sind.** Francof. et Lipf. 1753. 4. Ex deprauata a gentibus populi Iudaici historia fabulas earum de diis repetunt Bochartus, Huetius, Croesius, Huetius, Dickinsonus, Mirus et nouissime *Lauaurius* in historia fabularum gentilium de diis cum historia sacra collata, gallice edita tom. duob. Parisiis 1730. et rec. Amstelod. 1731. 8. atque in Germanorum sermonem conuersa studio Ioan. Dan. Heyden. Lipf. 1745. 8. Neque infrequens cultus religiosus faeminarum, vt apud Gallos et Germanos de quo Sponius p. 105. 106. Miscellaneor. et Nicolaus Chorierius in Viennensium Antiquitatibus. De cultu Heroum adeundus Vossius VII. 8. seq. Astrorum cultum fuisse idololatriam omnium antiquissimam et a Chaldaeis atque Aegyptiis originem duxisse disputat *Spiridion Poupart* in Epistola ad Turneminum paullo ante citata. Etiam animantes brutas ob hanc caussam cultas passim constat, quod vel vtilia et praeclara quaedam homines [14] docuerunt, vel ad vitam singulares praebeant vsus, vel singulari aliqua polleant virtute benefica, noxiaue. Quo de argumento plura nossemus forte, si exstaret *Labeonis* liber *de Diis animalibus* quem laudat Seruius in

[13] Vide interpretes ad libr. Sapientiae XIV. 15. et *Mongalti* diss. de fano Tulliae a patre excitato *Tomo secundo memor. acad. Inscriptt.* p. 473. ss.

[14] Confer Baconem de Verulamio lib. V. cap. 2. de augmentis scientiarum.

in 3 Aeneidos. Quanquam ex eodem Seruio constat appellari animales quod de animis fiant. Plurima quoque et pererudita sunt quae de iisdem docet Vossius lib. 3. et 4. Idem de cultu plantis et rebus inanimatis exhibito videndus lib. 5. et 6. et de virtutibus ac vitiis, valetudine, morbis aliisque affectionibus rerum hominumque religiose cultis libro 8. et de imaginibus atque symbolis Deorum libro 9. Quanquam si recte rem putemus, animalia quoque, plantas et alias res contemtiores naturales, rerumque affectiones et ipsas pro symbolis potius diuinitatis cultas, quam ipsamet pro Diis habitas a gentibus, (certe a cordatioribus inter illas hominibus) existimauerim, quod de Aegyptiis certe dubitare nos haud finit Plutarchus libro de Iside et Osiride. Id quod e recentioribus erudite ostendit *Frider. Sam. Zicklerus* in comm. de Aegyptiis, bestiarum cultoribus. Ienae 1756. 8. Ceterum, de cultu animalium apud veteres confer. *Valentini Alberti* Diss. de cultu idololatrico bestiarum. Lips. 1669. De piscium cultu *Frider. Lebrecht Goetze.* Lips. 1723. De cultu serpentum *Georgius Philippus Olearius.* Lips. 1713. *Ioan. Christ. Kochius.* ibid. 1717. pluresque alii, quos magna copia sistit *Ioan. Ern. Imman. Walchius* Diss. de Deo Melitensium § 13. pag. 42. De origine cultus serpentum disputarunt *Vriel Freudenbergerus* et *Gabriel Hürnerus* Tempe Heluet. T. 1. sect. 1. p. 72. sqq. et sect. 3. p. 419. sqq. De lapidum cultu *Gisbertus Cuperus* ad verba Lactantii c. 11. de mortibus persequutorum: *Deorum montium cultrix;* et *Io. Gottl. Bidermannus* in otiis litterariis P. 1. p. 314. sqq. De montium cultu *I. G. Graeuius* ad Suetonii Vespasian. p. 821. *Ioan. Clericus* ad 1 Reg. XX. 23. *Ioan. Iac. Bosius* de Carmelo monte et Deo. Lips. 1740. Ceterum varios gentium errores, multiplicesque ineptias parum religiosas circa Deos, eorum cultum, et tributos hominibus rebusque vilioribus diuinos honores persequitur *Iohannes Sartorius*, Professor Gedanensis, in schediasmate de Hypocrisi Gentilium circa Deorum cultum. Lipsiae 1713. 4. Videnda etiam *Ioannis Filesaci* diatriba de Idololatria Magica, in eius variis opusculis excusis Paris. 1614. 8. *Wilh. Kingius* in libro Anglico sermone composito: *Discourse concerning the inventions of men in the Worship of God;* cuius septima editio prodiit Londini 1728. 12. *Matth. Brouerius de Niedeck* in Diss. de populorum veterum ac recentiorum adorationibus. Amst. 1713. 8. De supplicationibus veterum Romanorum differunt *Barn. Brissonius* lib. secundo de formulis sollemnibus P. R. et *Iac. Pontanus* IX. 1. Philocaliae p. 123. De more Deos colendi laceratione et incisione corporum ac vulneratione *Ioan. Clericus* ad 1 Reg. XVIII. 28. De diis haeredibus ex testamento apud Romanos pecul. Diss. egit *Franciscus Car. Conradi.* Lips. 1725.

VII. Sexum in Diuinis [15] commenti sunt plerique vel hominum similitudine ac modulo Numina formantes metientesque, vt Epicuri schola, quam confutat L. Cotta apud Ciceronem lib. 1. de Natura Deorum c. 27. 32. et 34. vel potius vt duo illa quibus omnia constant vim actiuam quidem et effectricem Deorum, passiuam vero facultatem et materialem caussam Dearum nomine significarent, et quum Numina sua confunderent cum natura rerum, statuerunt Deos ἀῤῥενοθήλεις, mares simul feminasque, hoc est qui soli ad rerum generationem conferrent hoc, quod in hominibus et ceteris animantibus mas et femina. Dilucidius hoc pateret si ad nos peruenisset liber Hipparchi Stagiritae, quem Aristotelis discipulum Suidas testatur scripsisse librum τί τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ παρὰ θεοῖς, καὶ τίς ὁ γάμος; *de eo quid mas et femina sit - - inter Deos, et quae eorum nuptiae?* Expendenda interim quae de ἱερῷ γάμῳ disputant Pythagorici et Orphici. Et quod iisdem Pythagoricis vnarius numerus virtute est ἀῤῥενόθηλυς, actu ἀριθμοῦ πατὴρ, binarius μήτηρ, et ex his ortus numerus tertius ἀῤῥενόθηλυς: Pseudo Hermeti quidem DEus ἀῤῥενόθηλυς vocatur et ex Platonicis ipsi Synesio quantumuis Christiano. Iulio Firmico *pater omnium et mater.* Confer *Vossium* Theol. Gentil. VII. 6. *Dauidem Millium* Diss. selectar. IX. 35. seqq. p. 290. sqq. *Benedicti Aueranii* Diss. 25. in Virgilium, T. 2. Opp. pag. 163. sq. Similiter Dii Aegyptiorum de quibus Plutarchus, VIII. 1. sympos. Chaldaeorum item et Phoenicum, quemadmodum notat Io. Croius in specimine coniecturarum ad loca quaedam Irenaei, Origenis etc. Confer Casaubonum p. 73. ad Baron. Ioannem Rualdum animaduersione 42. ad Plutarchum p. 132. et Theoph. Raynaudum T. 11. Opp. p. 173. Apud Horapollinem l. 1. c. 12. Dii ἀῤῥενοθήλεις praecipue Vulcanus et Minerua: adde Ioan. Corn. Pauw notas p. 295. et Hoeschelii p. 203. Bacchus καὶ ἄῤῥηντε καὶ θῆλυς ὁ θεὸς ὥς φασιν, inquit Aristides Orat. in Bacchum T. 1. p. 52. de quo plura Tristanus T. 2. pag. 261. seq. et de aliis Graecorum Romanorumque Diis Viri praestantissimi Gisbertus Cuperus in ἀποθεώσει Homeri p. 227. seq. et Io. Carolous Schottus in noua explicatione eiusdem ἀποθεώσεως, Gallice edita Amstelod. 1714. 4. p. 52. seq vt Aeones Valentinianorum ἀῤῥενοθήλεις taceam, de quibus praeter Croium libro laudato, Petauius ad Epiphanium pag. 67. et D. Hooperus Episcopus Bathoniensis et Wellensis in coniecturis de Valentinianorum haeresi quam ex Aegyptiorum Theologia illustrat, Lond. 1711. 4. His praeter Interpretes Irenaei et Tertulliani addes vbi lubebit et examinabis tradita a Soueraino in libro Gallico, le Platonisme devoilé p. 70. 84. seq. 93. etc. Mundus

[15] De Cabbalistis et Christianis, Spiritui sancto femineum sexum tribuentibus dixi in Codice Apocrypho Noui Test. p. 361. seq.

dus ἀῤῥενόθηλυς Iarchae Philoſopho Indo apud Philoſtratum lib. 3. cap. 11. de qua ſententia conferendus Voſſius VII. 6. de idololatria. Nota vetus formula *ſiue DEus ſiue Dea es*, de qua Briſſonius p. 54. libri de formulis et Tiraquellus libro de retractu pag. 81. b. ſeq. Dii Patres et Deae matres. Idem Briſſon. p. 44. Dii πατρῷοι et μητρῷοι Valeſ. p. 18. ad Harpocrationem. Θεοὶ et Θεαὶ ſiue vt Homerus et Orpheus apud Proclum vocat, Θέαιναι. Δαίμονες et Δαιμονίδες, Τιτᾶνες et Τιτανίδες, Anculi et Anculae, Diis in Sole maſculis reſpondentes Deae σελήνιοι. Vide Proclum in Timaeum lib. 1. pag. 15. lib. 2. p. 67. ſeq. lib. 5. pag. 291. 294. *Saturno* reſpondent Rhea, Mater Deum, Idaea Mater, Latia etc. *Ioui* Iuno, Diana, Pallas, Ἀθήνη ſiue Minerua, *Vulcano* Maia et Proſerpina, *Marti* Venus, Mola, et Nerie: *Caelo* Terra et Ceres, Iſis *Oſiridi*, Thetys *Oceano*, Salacia *Neptuno*, *Quirino* Hora, Iurite *Quiritio*, *Satyris Panibus Faunis* Nymphae: Heroibus Ἡρωΐδες ſiue Ἡρωῖναι, vt notatum Ezech. Spanhemio p. 253. ſeq. ad Callimachum. Virilibus *Geniis* muliebres ſiue Iunones, de quibus Sponius pag. 83. Miſcell. vt innumera alia Dearum nomina omittam. Vide et Gellium XIII. 22. et Alexandrum Morum in notis ad nouum Foedus ad Actor. XVII. 18. Obſerues etiam in veteribus inſcriptionibus non tantum monumenta poſita *Diis Manibus*, ſed etiam *Maniabus*, perinde vti *Moerabus*, (μοίραις) vt notauit Claudius Dausqueius p. 107. operis eruditi de Orthographia. Etiam in numis non modo Liber Bacchus eſt ſed et Libera, nec modo Venus Dea ſed Deus quoque, Venusque maſcula et barbata, v. *Selden.* de diis Syris Syntagm. II. c. 2. et 4. et *Boxhorn.* T. 5. Theſ. antiqq. Rom. Graev. p. 936. 957. Sic Luna Dea et Deus Lunus de quo Caſaubonus et Salmaſius ad Spartiani Caracallam cap. 7. Hugo Grotius ad Eſaiae LXV. 11. Iſaacus Iaquelotus diſſ. de exiſtentia DEI p. 4. et quae dixi in Menologio ſiue libello de Menſibus cap. 2. Ceterum caue, ne cum Caſaubono, Cupero, aliisque putes, ὁ μὴν, quod ſaepe menſis diuinis honoribus cultus eſt, Deum Lunum ſtatim ſignificare. v. *Iablonſkium* in comm. de Remphah p. 89. Nota quoque Fortuna barbata virilis aliaque muliebris in Sponii Miſcellaneis eruditae antiquitatis pag. 104. Philoni, lib. de Abrahamo pag. 285. Virtus ἄῤῥεν φύσει, quia in agendo conſiſtit, λογισμὸς θῆλυ, quoniam in percipiendis, quas diiudicat, verſatur ideis.

Sententia horum qui ſexum in Diuinis vel Deum ἀῤῥενόθηλυν ſtatuunt, valde affinis eſt illorum opinioni, qui vel duo putant eſſe contraria omnium rerum principia coaeterna, bonum et malum, vel DEum eſſe exiſtimant non modo cauſſam et demiurgum ſed quoque materiam vniuerſi. Vterque error dici non poteſt quam longe lateque inualuerit iam olim, et hodie paſſim ſerpat.

Posteriorem hunc maxime nostra aetate incrustauit Spinosa, a quo Cabbalistas nonnullos non alienos esse docuit Henricus Morus in fundamentis Cabbalae T. 1. Opp. Philosoph. pag. 523. et Io. Georgii Wachteri liber, qui inscribitur Spinosismus in Iudaismo. Amstelod. 1699. 8. D. Ioh. Franciscus Buddeus in Philosophia Hebraeorum p. 325. seq. et *Iac. Basnagius* in Historia Iudaica Gallice edita lib. 4. cap. 7. T. 3. p. 86. sq. Eodemque tendere dogmata Philosophorum, vnitatem et immutabilitatem omnium rerum statuentium vel motum negantium, vt Zenonis Eleatae, Xenophanis, Melissi, Sorani, Stilponis, Plotini, Iamblichi, Procli, Aristotelis, Abaelardi, Scotistarum, Caesalpini, passim disputat in Lexico suo Historico Petrus Baelius, qui Iaponenses quoque Spinosismo suffragari contendit: quemadmodum in Hallensium obseruationibus selectis T. 1. p. 346. Spinosistis accensentur etiam ii Philosophi, qui vt Stoici DEum statuerunt esse mundi animam. A Iacobo Boehmio similiter loca Epistolae ad Romanos [16] XI. 36. et 1 Cor. VIII. 6. ita intelligi, vt DEus materia vniuersi constituatur, qui omnia ex se per emanationem produxerit, quin imo hoc ipsum esse totius Boehmianismi et enthusiasmi atque fanaticismi inter Ethnicos, Christianos et Muhammedanos fundamentum, omnia ex DEO materialiter promanare, atque in illum iterum reuoluenda, idemque sensisse olim Chaldaeos, Aegyptios, Sabios, Orphicos et plurimos e Graecis, nec minus Indos, Gallorumque Druidas et alios bene multos, atque hanc ipsam fuisse originem idololatriae, vt in rebus naturalibus DEum se recte colere plerique opinarentur, fuse atque erudite docet D. Abrahamus Hinckelmannus ὁ μακαρίτης in detectione fundamenti Boehmiani, vulgata Germanice Hamb. 1693. 4. Obseruandum tamen est, non omnes qui dogmata nonnulla quae Spinosismo suffragari videntur, amplexi fortasse sunt, illico etiam totam Spinosae ἀθεότητα probauisse, aut atheis ideo adscribendos esse, quum DEum caussam efficientem et moderatorem vniuersi, ab vniuerso ita vt animam a corpore distinctum, scelerumque vindicem ac virtutis remuneratorem agnouerint: aliis etiam praeter rem dogmata illa impingi, vt Hippocrati, vel vt Plutarcho, qui tamen aduersus Stoicos p. 1075. diserte docet diuinae perfectioni esse aduersum, vt in communi ἐκπυρώσει vniuersi in Iouis essentiam omnia redeant atque in ea consumantur. Confer quae de Plotino notaui lib. 4. Bibl. Graecae c. 26. p. 150. Nam impudentiam Io. Tolandi [17] omitto, qui in originibus Iudaicis Mosen ipsum Spinosistis accensere non dubitauit. Altera

[16] Non caussam materialem, sed efficientem tantum, notatam ab Apostolo, recte monuit S. Basilius libro de Spiritu S. cap. 4.

[17] Tolandum confutandum in se suscepere plures viri doctissimi vt *Io. Franciscus Buddeus*

Altera ſententia de duobus principiis diſtinctis coaeternis bono vno, altero malo non minus late ſerpſit olim, viresque agit hodie, propter duas cauſſas potiſſimum, quia plerique ſibi perſuaſerunt ex nihilo fieri nihil poſſe, et DEum optimum, malorum quae obſeruantur in vita, cauſſam eſſe non poſſe. Sed nihil poſſe fieri ex nihilo, nemo demonſtrare hactenus potuit, licet rationi aperte aduerſetur credere quod a nihilo aliquid factum fuerit. At enim ab omnipotente cauſſa potuit aliquid condi ex nihilo reale, vti cogitatio noſtra quando vult ex nihilo veluti condit ideas. Malum nullum datur cuius cauſſa DEus ſit, ſed quam primum ſub DEO aliquid ponitur, iam non eſt DEus h. e. caret ſumma illa perfectione quae priuationi nulli boni per naturam obnoxia eſt, aut libertatem ſortita nulli ſubiacet poſſibilitati vt ita dicam libertate illa abutendi. Poſito numero pari ponitur quoque impar, poſitaque luce creata ponuntur etiam tenebrae, licet tenebras non condiderit DEus, non magis quam coecitatem [18] Illa porro vt potentia ita ſapientia ac bonitate ſe teſtatus conditor perfectiſſimus eſt, vt pro conſilio ſuo et finibus quos ſibi propoſuit quam optima fecerit et pulcherrima, quam pulchritudinem magis etiam miraremur, ſi poſſemus vniuerſi rationes et leges totamque omnis aeui durationem et conſequutiones mente complecti, qui in minuta ſaepe particula haerentes paſſim coecutimus, et pro malis habemus quae in ſe mala non ſunt, faciuntque ad maius bonum maioremque pulchritudinem. Sed quemadmodum quotidie videmus ridicula ferri iudicia de conſiliis Principum ab iis, qui ex priuatis commodis illa metiendo intimas eorum rationes ignorant, ſic longe abſurdius [19] reprehenditur ab nobis homuncionibus prouidentiae diuinae

 ſapien-

deus in Hiſtoria Eccleſiaſtica Vet. Teſt. in programmate de Origine Gentis Hebraeae et in praefatione ad Io. Laur. Moshemii librum Tolandi Nazareno oppoſitum. Hamb. 1721. 8. *Salomo Deylingius* Obſeruatt. ſacr. parte 2. ſub init. *Io. Gottlieb Carpzouius* programmate inaugurali vulgato Lipſiae 1713. *Iac. Fayus* in defenſione Religionis, Vltraiect. 1709. 8. *Elias Benriſt* in Miſcellaneis obſeruationibus aduerſus Tolandum, Gallice editis, Delphis 1712. 8. *Morinus* in Epiſtola ad Huetium in Tilladeti collectione, T. 1. diſſ. 5 p. 369. ſeq. adde T. 2. p. 231. et Memorias litterarias Treuoltinas A. 1709. Septembr.

[18] Doctrina vera de diabolo maliſque ſpiritibus parum cognita fuit ante Chriſtum, vnde Lactantius VI. 6. ait, mirum non eſſe, quod Ethnici omnes, *quid eſſet bonum, quid malum ignorauerint, qui nec Deum, nec aduerſarium Dei ſciuerint.* Hinc Arnobius lib. 2. p. 53. edit. Lugd. 1651. 4. de daemonibus crudeliter ſaeuis: *et ante Chriſtum incogniti et ab ſolo ſcruente detecti.* Et Celſus Chriſtianorum doctrinam de diabolo et ſatana non dubitat grauis erroris arguere, σφάλλονται δὲ ἀσεβέστατα ἄττα. v. Origenem contra Celſum lib. 6. p. 303. Arnobii loco male abutitur Thomas Woolſton Diſſ. 2. de miraculis p 41. cui vitia totidem ſunt ſatanae, ib. p. 43. et 46.

[19] Confer Nazianzenum Orat. 16. p. 260. ſeq.

ſapientia et iuſtitia, qui infiniteſimam eius partem et ea quae ante pedes noſtros ſunt haud capimus.

BONI DEI Nomina ſiue ſymbola ſunt:

1. apud Perſas *Orimazes.*
2. apud Aegyptios *Oſiris.*
3. apud Graecos et Romanos *Iupiter Diiouis.* Democrito *Beneficium.*
4. apud Philoſophos *DEus, Lux, ignis, vita.* Vide Simplicium in 3. Phyſicorum Ariſtotelis p. 98.
5. apud Manichaeos et alios haereticos [20] Duitas, *Pater IEſu Chriſti, DEus Noui Teſt.*
6. apud Cabbaliſtas diuinae *Sephiroth.*
7. apud Formoſanos *Tamagiſanha etc.*
8. in Malembae regno *Zampoango.*

MALI PRINCIPII nomina ſiue ſymbola:

1. apud Perſas *Arimanius.* Confer Plutarchum de Iſide p. 369. ſeq. *Ahermam* Herbelot p. 71. et 100. Bibl. Oriental.
2. apud Aegyptios *Typhon.*
3. apud Graecos et Romanos, *Pluto, Cacodaemon, Vaeiouis, Dis, ἀποτρόπαιος ἅδης, DEus auerruncus.* Democrito *Poena.* Plinius l. 2. c. 7.
4. apud Philoſophos, *Materia, tenebrae, nox, mors, nihil.* [21]
5. apud haereticos, *Creator, Demiurgus, Deus Vet. Teſt.* ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου.
6. apud Cabbaliſtas, *Kelifoth, Sammaël.*
7. apud Formoſanos *Sariaſing*, apud Chinenſes *Iooſié*, Sclauorum *niger DEus, Scerneboch. etc.*
8. in regno Malembae, *Benembae.* v. Acta Eruditor. 1726. p. 330.

Quam multi dogma hoc de duobus principiis Deo bono vno, altero malo, vel quod idem ferme eſt, de Hyle ſiue materia mali principio, Deo coaeterna, probauerint olim, probentque hodie, conſulendi *Iacob. Thomaſius* ὁ μακα-

20 Prudentius in Hamartigenia v. 37. haereticos qui duos contrarios Deos inducebant vocat *Duitas*, quas recentiores quidam minus commode *Dualiſtas.* Hi fuere Simoniani, Marcionitae, Valentiniani, Manichaei, Paulliciani etc. Vide Thomam Ittigium de haereſiarchis; Petrum Kingium, ICtum, in hiſtoria Symboli Apoſtolici, a quo Kingio, vt hoc in transcurſu notemus, diuerſus eſt Guilielmus Kingius, primum Epiſcopus Derenſis, poſt Archiepiſcopus Dublinenſis, cuius exſtat liber inſignis, *de origine mali,* poſt editionem Londinenſ. 1702. excuſus Bremae 1704. 8.

21 De Magorum doctrina lumen et tenebras pro duobus principiis venditantium vide Pocockii ſpecimen hiſtoriae Arabum.

μακαρίτης in ſchediaſmate Hiſtorico Lipſ. 1665. 4. p. 23. ſeqq. et libro de Stoica Mundi exuſtione Lipſ. 1676. 4. p. 29. ſqq. 77. 162. ſeq. *Balthaſar Beckerus* Libro 1. mundi faſcinati, *Petrus Baelius* in Lexico ſuo et aliis ſcriptis paſſim, atque inprimis *Io. Chriſt. Wolfius* in Manichaeiſmo ante Manichaeos, et inter Chriſtianos rediuiuo Hamb. 1707. 8. et *Iſaacus Beauſobrius* in hiſtoria critica Manichaeorum et Manichaeiſmi. Amſtelod. 1734. 4. Ab illis disiungendi eſſent Perſae veteres, ſi quod Thomas Hydeus in Hiſtoria religionis veterum Perſarum p. 161. ſibi perſuaſit, alterum mali principium poſuiſſent creatum: Sed nihil tale ex Plutarcho et aliis veteribus colligas. [22]) Eorum autem qui noſtra aetate, qua controuerſia difficillima de origine mali a plurimis eruditiſſimis hominibus in omnes partes agitata eſt, vnitatem DEI bonitatemque et prouidentiam inſigniter vindicarunt, iuuat vel vnum laudare illuſtrem Leibnitium, eiusque Theodiceam ſiue ſpecimen de bonitate DEI, libertate hominis et origine mali, editum Gallice Amſtelod. 1710. 8. et vltima vice Gallice recuſum. ibid. 1734. 8.

Frequens et hic humanae mentis error, Deos malos et Cacodaemones inprimis putare colendos ne noceant, cuius rei multa exempla reperire licet apud Voſſium lib. 1. de Idololatria c. 8. Theophilum Raynaudum T. 8. Opp. p. 530. ſq. et in *Alexandri Roſſaei* variis religionibus ſiue religioſis cultibus orbis terrarum, quem librum ex Anglica lingua Germanice vertit Albert. Reimarus Lubecenſis, Amſt. 1668. 8. et Gallice Thomas le Grue Amſt. 1666. 4. atque in *Abrahami Rogeri* ianua aperta Ethniciſmi, doctisque *Chriſtophori Arnoldi* ad illum librum ex Belgico Germanice translatum animaduerſionibus, Norimb. 1663. 8. et denique in ſplendido opere de caerimoniis et ritibus omnium populorum. Amſtelod. 1723. fol. Non tamen huc facit inſcriptio vetus apud Gruterum p. CXXX. 4. quae a Clariſſ. Struuio p. 83. Antiquit. Rom. allegatur, nam pro KAL. AELIONIN. DI. IR. quod de *Diis iratis* vir doctus explicauit, legendum eſt L. AELIO CAESARE, vt in noua Gruteriani operis editione ex Reineſio recte eſt annotatum.

Porro colebantur vel Dii ſinguli, vel plures iunctim, qui eam ob cauſſam dicti συνθρονοι, πάρεδροι, σύνεδροι, σύνναοι, σύμβωμοι, quod thronos, cultum, templa, aras communes ac conſociatas habebant, de quibus conferendus Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra p. 382. Salmaſius ad aram Herodis Attici, Gisbertus Cuperus in obſeruationibus IV. 3. et libro de Harpocrate p. 149. 152. *Georgius d'Arnaud* in comment. de diis Paredris Hagae Com. 1732. 8. et rec. in Io. Poleni Supplementorum vtriusque theſauri antiquitatt.

T. 2.

[22] Conf. Iac. Bruckerum, virum in hiſtoria philoſophica hodie principem, Hiſt. Crit. phil. T. 1. p. 183. vbi, qua ratione haec controuerſia componi poſſit, docte oſtendit.

T. 2. p. 733. *Ioa. Frider. Grunerus* in commentatione de Honore et Virtute Diis assessoribus, inserta Actis Soc. Lat. Ienensis Vol. 2. p. 92. ss. *Cabiros*,[23] quoque Deos socios interpretatur V. C. Hadrianus Relandus diss. I. Miscell. V. Traiecti 1706. 8. atque ita dictos obseruat Dioscorus Castorem ac Pollucem, nec non inferos Deos Cererem, Proserpinam, Plutonem ac Mercurium. Confer si placet Joannis Antonii Astorii JCti Veneti dissertationem de Diis Cabiris, vulgatam Venetiis 1703. 8. auctius recusam in Poleni supplementis T. 2. p. 873. & Tobiae Guthberleti diatribam de Mysteriis Deorum Cabirorum, Franequer. 1703. 8. ac in Poleni supplem. T. 2. p. 825. adde I. F. Vaillandi Diss. de Diis Cabiris. Etiam huc referendi videntur Dii adhaerentes, de quibus vide Gregor. Redi in Collectione Diss. acad. Cortonensis T. 2. p. 107. sqq. Franc. Carol. Conradum in Disquis. de Diis adhaerentibus. Helmst. 1740. & Anton. Franc. Gorium in Sylloge Inscriptionum Donii Classe I. N. 129. Hinc & imagines *pantheae* et numi *panthei* in quibus coniuncta Symbola pluribus Diis communia, de quibus Struuius p. 82. Antiq. Rom. Claudius Nicasius in diss. de numo Pantheo Hadriani Lugd. 1689. 4. Petrus Seguinus numism. pag. 3. Iac. Wildius pag. 208. 209. aliique. De templis festisque Pantheis infra erit dicendi locus. Dii *Penates*, appellabantur quos quisque priuatim coleret, ac Patronos sibi et tutelares adsciuisset.

VIII. Tralatitium et illud, multiplicia Diis *nomina* attributa et appellationes datas variis de caussis, siue a loco vbi colerentur, siue ab ope et auxilio quod ab illis exspectarent homines, siue ab alia occasione, in quibus cognominibus Deorum annotandis industriam praecipue probarunt *Iulianus Aurelius* [24] Lessigniensis libris tribus de cognominibus Deorum gentilium, qui Antw. 1541. et cum Phornuto Basil. 1543. 8. et auctiores Louanii 1569. 8. separatim, et deinde Franequerae 1696. 8. lucem viderunt: recusi autem sunt in Ioan. God. Clausingii Iure Publico Romanor. T. 4. pag. 1. sqq. Lemgov. 1737. 8. tum *Lilius Gyraldus* vir doctissimus in syntagmatibus de Diis, quorum Index in editione praesertim Leidensi A. 1696. fol. a V. C. Ioanne Iensio subiectus amplam illorum copiam ordine Alphabetico spectandum suppeditat, quae tamen ex veteribus Inscriptionibus et numorum antiquorum supellectile multum etiamnum

[23] Thomas Hyde de relig. vett. Persar. p. 360. *At a* כביר *Cabir in Phoenicum Theologia longe aliud sunt κάβειροι, scilicet cancri seu cancrelli ab antiquis culti. Sic Hesychius: κάβειροι, καρκῖνοι.* Πάνυ δὲ τιμῶνται οὗτοι ἐν Λήμνῳ ὡς θεοί· λέγονται δὲ Ἡφαίστου παῖδες.

[24] De hoc Aurelio conf. Burmanni Tomum secundum sylloges Epistolarum p. 231.

num augeri poteſt, haec enim ambo genera priſcorum monumentorum aetate Gyraldi et Iuliani Aurelii nondum ſatis diligenter a viris doctis fuere luſtrata. Adde *Chriſt. Schoetgenii* Lexicon antiquitatum, Lipſ. 1717. 8. et *Beniam. Hederichii* Lexicon Mythologicum, Lipſ. 1724. 8. Specimen cognominum eiusmodi dedit etiam *Xyſtus Betuleius* ad Lactantii L. I. C. 22. vbi nomina Ioui a Graecis & Latinis ſcriptoribus tributa magno numero exhibentur.

Imagines Deorum quales finxere antiqui, paſſim in iisdem numis conſpiciuntur, et a viris doctis qui numos ediderunt illuſtrantur, quibus addi poſſunt praeter Gyraldum iam laudatum *Vincentii Chartarii* Rhegienſis Imagines Deorum, Italice primum vulgatae, Venet. 1571. atque Latine verſae ab Antonio Verderio et ſub Panthei antiquorum titulo editae Lugd. 1581. 4. recuſaeque Rotemburgi ad Tubarim 1683. 4. et hinc inde a Paullo Hachenbergio, vt habet titulus, illuſtratae, (licet in libro ipſo nihil reperiam quod ad Hachenbergium referre poſſim) Francof. 1687. 4. et Moguntiae 1699. 4. Praeſtantiſſima vero Chartariani operis editio eſt quae Italice cum *Laurentii Pignorii* auctario et diſſertatione de Diis vtriusque Indiae Orientalis et Occidentalis et animaduerſionibus, Caeſarisque Malfatti allegoriis prodiit Patauii 1615. recuſa ibid. 1626. 4. Venet. 1647. 4. *Abrahami Ortelii* Deorum Dearumque capita ex numiſmatibus, cum notis Phil. Galei Antwerp. 1573. 4. et Franciſci Swertii 1602. 4. Amſtelod. 1680. et Bruxellis 1683. 4. recuſa, exhibentur Tomo VII. Theſauri Antiquit. Graecar. *Michael* quoque *Angelus Cauſſaeus* in prima parte Muſei Romani, in Actis Eruditorum T. 2. Supplementi p. 33. recenſiti, exhibet et illuſtrat varias Deorum Dearumque imagines Rom. 1691. fol. recuſ. ibid. 1747. fol. et Tom. V. Theſaur. Antiqu. Romanarum. Idem Cauſſaeus nonnullas Deorum imagines exhibet in gemmis antiquis delineatis Rom. 1700. 4. confer Act. Erud. eius anni p. 481. Praeterimus imagines Deorum obuias apud alios gemmarum veterum collectores, illuſtratoresue *Ioh. Chifletium*, *Leonard. Auguſtinum*, *Hub. Golzium*, *Abrahamum Gorlaeum*, *Ioh. Petrum Bellorium*, *Iac. Gronouium*, Iacobum de Wilde, Dominicum Roſſi et Paullum Alexandrum Maffeum, tum in Theſauro Palatino et Brandenburgico praeſtantiſſimi *Laur. Begeri* et apud antiquarios paſſim. Etiam prioribus Tomis, (primo maxime) Theſauri antiquitatum Graecarum, inter imagines a Cl. Gronouio collectas, Dii quidam, licet perpauci, comparent, quo ipſo nomine reprehenditur a Begero in colloquio quorundam de tribus primis Theſauri antiquitatum Graecarum voluminibus, quod ſub *Dulodori* nomine anno 1702. in lucem editum Berolini eſt in fol. Frequentiſſimae vt iam dixi ſunt imagines Deorum in numis, de quorum

rum ſcriptoribus alio in loco dicetur. Nunc ſufficiat, praeter *Ortelium* modo laudatum nominaſſe *Antonii Auguſtini* Epiſcopi Tarraconenſis dialogos XI. de numis, Hiſpanice ſcriptos vulgatosque Tarracone 1587. 4. et a *Dionyſio Octaviano Sada* Italice, Rom. 1650. fol. ab *Andrea Schotto* latine translatos et editos, quibus idem Schottus dialogum XII, in quo de priſca religione et Diis gentium agit, ſubiunxit Antw. 1617. 4. *Balth. Bebelii* diſſertationes IV. de Theologia gentili ex numis illuſtrata, Witeb. 1658. laudat Struuius in Syntagmate Antiquitatum Rom. pag. 59. Haud praetereundum hic eſt praeſtantiſſimum Spenceii opus, anglico ſermone hoc indice Londini 1747 fol. euulgatum: *Polymetis, or Enquiry concerning the Agreement betwcen the Works of the Roman Poets, and the Remains of the antient Artiſts.* Quo in libro imagines Deorum tam ſuperorum quam inferorum in aere eleganter inciſae exhibentur, ſimulque varia Deorum cognomina recenſentur. Cui addantur: *Capita Deorum et illuſtrium hominum pacis bellique artibus clariſſimorum, nec non Hieroglyphica, Abraxea et Amuleta quaedam in gemmis affabre inciſa, quae collegit* Ioan. Martinus ab Ebermayer: *enarrauit, obſeruationibusque hiſtoricis illuſtrauit* Erhard. Reuſch, Franc. et Lipſ. 1721. fol. Ceterum illud notari meretur, Deorum ſimulacris haſtas additas eſſe, ob religionem, quoniam, vt ait Iuſtinus L. 43. c. 3. ab origine rerum pro diis immortalibus veteres haſtas coluere.

Genealogias Deorum praeter Heſiodum, cuius Theogonia exſtat, ſcripſere olim Abaris, Andron, Antiphon, Dromocrides, Epimenides, Hecataeus, Muſaeus, Orpheus et Pherecydes Athenienſis, vt dixi libro 2. Bibl. Graecae cap. 8. § 15. vbi de Heſiodo: Vide etiam, ſi placet, Cangii praefationem ad familias Byzantinas et Iac. Frid. Reimanni Hiſtoriam litterariam de fatis ſtudii Genealogici apud Hebraeos, Graecos et Latinos, Quedlimb. 1702. 8. E recentioribus conferendi praeter interpretes Heſiodi et *Burcardi Pyladae* Brixiani Poema elegiacum libris V. de Deorum genealogiis, Heſiodo in editionibus quibusdam antiquis adiungi ſolitum, *Ioan. Boccatius* in Genealogia Deorum, Venetiis 1472. et 1511. fol. *Eilhardus Lubinus* in face poetica ſiue Genealogia et rebus Geſtis Deorum gentilium, virorum, Regum et Caeſarum Romanorum tabulis illuſtrata, Roſtoch. 1598. 8. Thomas Galeus ad *Apollodori* Bibliothecam ſiue libros de Diis de quibus in eadem Bibliotheca Graeca lib. 3. c. 27. His conferendi ſcriptores de Valentinianorum Aeonibus, Irenaeus, Tertullianus aliique.

IX. Vt ad ſummum illum verum ac ſingularem Deum et nunquam ſine intimo venerationis et amoris ſenſu cogitandum revertamur, hunc omnis auctorem boni, omnium rerum conditorem adoratione et ſacrificiis primi

ſtatim

ſtatim homines coluerunt, illumque eius cultum tradiderunt poſteris, ſuffragante cuiusque ratione ac ſenſu, et opificis magnitudinem, potentiam, ſapientiam et bonitatem ex operibus eius colligente. Huius cultus per omnes gentes et aetates veſtigia expreſſa ſemper videre licuit, ſed quum apud ceteros populos mirum in modum obſcuratus et ſuperſtitioſis atque idololatricis religionibus contaminatus eſſet, purior & integrior apud Abrahami permanſit poſteros, cui Deus ſingulari modo ſe aperiens, atque progeniem eius per Moſen ac Prophetas ſubinde edocens de voluntate ſua et naſcituri ex illa ſtirpe, quem protoplaſtis iam promiſerat, Meſſiae ſpem fidemque certam faciens, veram colendi ſui rationem commonſtrauit et foedus cum illo icit. Primum igitur hoc verae et antiquiſſimae religionis fundamentum, vnum Deum veneratione et cultu proſequi, cuius vnius plura in ſacris litteris ſunt *nomina*, attributa quaedam et virtutes eius denotantia, de quibus Irenaeus lib. 2. c. ult. Origines VI. contra Celſum p. 296. Epiphan. haereſi 40. Hieronymus Epiſt. 136. ad Marcellam T. 2. edit. Marcianaei pag. 270. 275. vbi exhibetur etiam Euagrii ſiue Athanaſii ſcholion Graecum eiusdem argumenti ex Codice Colbertino, quale vulgauerat Croius in ſpecimine coniecturarum ad quaedam loca Irenaei p. 50. et Cotelerius T. 3. monument. Eccleſ. Graecae p. 116. His addendi Theodoritus V. 3. haeret. fab. Photius Epiſt. 162. 163. et Iſidorus Hiſp. VII. 1. Originum. E recentioribus Buxtorfius diſſ. V. Theologico Philolog. quae eſt de nominibus DEI Hebraicis, Angelus Caninius c. 2. de locis Ebraicis N. T. Chriſtoph. Cartwrigthus in mellificio Hebraico V. 2. Io. Druſius libro de nomine Elohim, Simon Epiſcopius in Inſtitutionibus Theolog. p. 281. Nic. Fullerus IV. 13. 14. Miſcellan. Petrus Galatinus libro 2. de Arcanis Catholicae veritatis, Theodorus Hackſpanius in ſylloge p. 159. ſq. Hottingerus faſciculi diſſ. IV. quae eſt de nominibus DEI apud Orientales. Henricus Kippingius libro de Cruce p. 236. ſeq. Io. Leusdenius Philologo Ebraeo p. 283. ſeq. Leo Marius digreſſione de nominibus diuinis, quae commentario eius in Exodum ſubiicitur, Petauius dogm. Theol. de Deo VIII. 9. Io. Reuchlinus de verbo mirifico II. 14. ſeq. ac libro 3. de Cabbala, et B. D. Auguſtus Varenius libello de nominibus diuinis.

Singulare nomen *tetragrammaton*, quod *αὐτοεσίωσιν* DEI, *ἐσίαν ὑπερεύσιον* et *eſſentiam* vt Iac. Altingii verbo vtar *eſſentiantem* denotat, prae reuerentia *ἀνεκφώνητον* multis viſum eſt, [25] aliis quomodo efferendum ſit in diuerſa

[25] Vide C. V. Andreae Chriſtophori Zelleri Commentarium ad Maimonidem de vacca rufa p. 193. vbi Ioſephi, Clementis Alex. Nazianzeni et Theodoriti loca. Et de veſtigiis

diuerſa abeuntibus. *Iehovah* recte pronunciari contendunt Nic. Fullerus, Tho. Gatakerus et Io. Leusdenius, quorum diſſertationes vna cum contrariis Io. Druſii, Sixtini Amamae, Lud. Capelli, Io. Buxtorfii et Iac. Altingii in quibus diuerſa ſententia propugnatur, iunctim excudi curauit V. Cl. Hadrianus Relandus Traiecti 1707. 8. De eodem argumento exſtant B. Mich. Waltheri patris ſpicilegium controuerſiarum de nominibus DEI Iehovah et Elohim, Ien. 1660. 4. Io. Ben. Carpzouii filii de tetragrammato Exercitatio, in diſputationibus eius Academicis p. 285. ſeq. qui Druſii ſententiam propugnat: Chriſtiani Reineccii diatribae tres Lipſ. 1696. vulgatae, Io. Turneri diſſertatio Anglice edita, cuius argumentum refertur in Actis Erud. A. 1685. p. 201. ſeq. ex quo apparet eum nomen quod ἀνεκφώνητον ſtatuere Iudaei, putare eſſe non aliud quam *Ehieh*. Vide etiam Rev. D. Io. Dieckmanni ſcripta Germanice iunctim edita p. 265. 273. ſeq. et Memorias litterarias Trevoltinas A. 1711. p. 2067—2074.

De nominibus et cognominibus DEI LXXII. Cabbaliſticis decemplici modo diſpoſitis adeoque ad numerum 720. aſcendentibus videndus Galatinus capite vltimo libri ſecundi: Io. Reuchlinus libro de Kabbala tertio, illuſtrisſimi Baronis Chriſtiani Knorrii a Roſenroth Kabbala denudata Tom. 2. ſiue liber Zohar reſtitutus pag. 179. ſeq. Io. Saubertus in palaeſtra diſſ. p. 66. et Kircherus T. 2. Oedipi Aegyptiaci parte 1. p. 229. ſeq. Apud Arabes nomina diuina XCIX. celebrari notant Ludouicus Marraccius ad Alcoran. f. 414. Olfert Dapperus in Aſia p. 553. aliique. De illis videndus etiam Kircherus libro laudato p. 369. ſeq. Atque vt ex Lambecii lib. 1. de Bibl. Vindobonenſi p. 187. cognoſcimus, Petrus a Valle diuina nomina ſeu attributa vno plus mille ex Arabico et Perſico Latine edere voluit. Nomina et attributa Dei CXIX, Angelorum XVIII, Diaboli XXIX. ex Perſarum traditione refert Tho. Hyde c. XI. p. 177. ſeq. de religione Vett. Perſarum. De nominibus ſexaginta diuinis apud Aethiopes vide Iobi Ludolfi commentarium ad Hiſt. Aethiopicam p. 350. Quinquaginta nomina Dei a Leonardo Leſſio et totidem Diuinorum operum erotemata a Ioan Euſebio Nierenbergio expoſita, vtraque compendio tradita a Ioanne Dubsky, S. I. Prag. 1684. 12.

De ratione decem Sephiroth ſiue Ordinum in ſcala Cabbaliſtica videndus Henricus Morus in operibus Philoſophicis T. I. p. 429. ſeq. Zohar reſtitutus parte 2. p. 51. ſqq. Abrahamus Hinckelmannus ὁ μακαρίτης in detectione fundamenti Bohemiani p. 20. ſeq. Io. Stephanus Rittangelius ad librum Ietzirah, D. Io. Franciscus Buddeus in Philoſophia Hebraeorum p. 277.

ſtigiis nominis Iehovah apud Ethnicos confer Steph. le Moyne diſſertationem ad locum Ieremiae XXIII. 6. p. 50. ſeqq.

p. 277. sqq. Io. Saubertus in palaestra dissertationum p. 53. seq. Detlev. Cluuerus in Historicis Obseruationibus Germanice vulgatis Hamburgi A. 1706. pag. 161. seq. et pag. 173. vbi decem Sephiroth conferri videas cum septem metallis et sale, sulphure ac mercurio. Caesar Aeuolus Neapolitanus de attributis DEI siue Sephiroth Venet. 1589. 4. atque Kircherus T. 2. Oedipi part. 1. p. 214. seq. qui decem illa Sephiroth 1) confert decem nominibus DEI p. 290. sq. 381. 2) decem ordinibus spirituum creatorum: tum 3) coelo empyreo, crystallino, primo mobili ac septem planetis: 4) decem hominis membris praecipuis vide p. 356. ac 5) decem praeceptis diuinis. Alii in illis Sephiroth deprehendere sibi visi sunt DEum Patrem, Filium et Spiritum S. septemque Angelos principes, siue, vt Marco Valentiniano apud Irenaeum p. 72. edit. Massueti, septem virtutes siue δυνάμεις. Videndus *Ioan. Christoph. Steebius* in caelo sephirotico Ebraeorum, Mogunt. 1679. fol. et idem Kircherus p. 316. sq. differens de quinquaginta portis intelligentiae, et de triginta duabus semitis sapientiae p. 311. sq. de quibus ipsis multa Rittangelius et Iudaei ad librum Ietzirah Abrahamo Patriarchae falso adscriptum. Addatur *Hermannus Witsius* in Iudaeo Christianizante p. 323. Vir eruditissimus Campegius Vitringa lib. 1. Obseruationum sacrarum diss. 2. p. 134. seq. contendit per nouem Sephiroth innui attributa Messiae Regis Ecclesiae, diuinasque perfectiones et virtutes quae in persona et regno ipsius demonstrantur et illustrantur. Eandem sententiam fouet *Christianus Schoettgenius* Hor. Ebraic. et Talmud. T. II. p. 51. et in libro Germanico sermone composito: Jesus der wahre Meßias, aus der alten und reinen jüdischen Theologie dargethan und erläutert. p. 84. 87. et p. 485. sqq. Postremum ex illis decem, Malcuth siue regnum, ex aliorum etiam plerorumque sententia Ecclesiam denotat. Hisce diuinis Sephiroth apud Cabbalistas opponuntur *Keliphot* ordinesque spirituum impurorum, et Daemones principesque LXX. gentium idololatricarum, qui vocantur Keliphot i. e. cortices, velut extra nucleum diuinae beatitatis et caelestis constituti. Vide Io. Andreae Eisenmengeri detectum Iudaismum T. 1. p. 35. 55. 817. seq. et 841.

Theologiam Iudaicam scripsit *Iosephus de Voisin*, Senator Burdegalensis, qua colligit ex Hebraeorum scriptis testimonia veritati Religionis Christianae suffragantia. Paris. 1648. 4. Idem facit in notis ad *Raymundum Martini* quemadmodum et Raymundus ipse in pugione fidei Paris. 1651. fol. et Lips. 1687. fol. in qua editione accesserunt Hermanni ex Iudaei circa A. C. 1116. clari opusculum de conuersione sua, antea ineditum, atque B. D. *Io. Benedicti Carpzouii* filii introductio in Theologiam Iudaicam, et erudita de Raymundo et Voisinio prolegomena. Ex hoc Raymundo multi obseruarunt

non pauca repetiſſe *Petrum Galatinum* libris VIII. de arcanis Catholicae veritatis, qui cum libris tribus Io. Reuchlini de Cabbala prodierunt Francof. 1672. fol. poſt editiones Baſileenſem 1550. et 1561. in qua editione occurrunt etiam tres libri Reuchlini de verbo mirifico, et Francof. 1603. Voiſinio iungendi ſunt *Ioan. Iac. Cramerus* in Theologia Iſraelis ex ſcriptis Iudaeorum Frfti 1704. 4. et *Iac. Basnagius* libro quarto hiſtoriae Iudaicae, gallica lingua editae. Veterum Iudaeorum de Meſſia doctrinam exponit laudatus *Schoettgenius*, tum in Tomo ſecundo Horarum Ebraicarum et Talmudicarum, tum libro germanice euulgato: Jeſus der wahre Meßias. Lipſ. 1748. 8. *Antonii Hulſii* Theologicae Iudaicae tantum vidi primam partem, de Meſſia Rabbinorum detorſiones et commenta perſequentem confutantemque, Bredae 1653. 4. Ceterum ſententiam Iudaeorum recentium de praecipuis ſacris dogmatis petere licet ex *Io. Henr. Hottingeri* Compendio Theologiae Iudaicae, quod Enneadi diſſertationum, Tiguri 1662. 4. ſubiecit, cuiusque capite primo diſſerit de variis inter Iudaeos ſectis, Sadducaeis, Karaeis, Phariſaeis, Samaritanis, Gaulonitis, Eſſaeis: tum ex libro *Ioannis a Lent* [26] cui titulus

[26] Eiusdem Ioannis a Lent Schediaſma Hiſtoricum *de pſeudo Meſſiis* prodiit Herborn. 1684. et 1699. 4. in quo p. 93. maius opus de hoc argumento meditari ſe teſtatur. De eodem conferendus Moſes Maimonides in Epiſtola illuſtrata a Chriſtophoro Graefio in Politico Orientali. Altenb. 1678. (v. Io. Chr. Wolfium Bibl. Ebr. Vol. I. p. 861.) Exiudaeus Chriſt. Gerſon. lib. 2. Talm. Iud. c. 9. p. 430 ſqq. Iac. Altingius in Schiloh, IV. 11. Io. Chriſt. Eiſenmengerus Iudaismi detecti P. 2. C. 13. Richardus Kidderus in demonſtratione Meſſiae, Anglice edita parte 3. cap. 10. Iacobus Baſnage in Hiſtoria Iudaeorum, Dauid. Chriſtiani Diſſ. 3. de Meſſia p. 113. ſqq. Ioan. Müllerus Iudaiſmi detecti p. 508. 509. Ioan. Hoornbeck III. 1. de conuincendis Iudaeis. Frider. Ragſtad de Weile, Exiudaeus, in theatro lucido p. 40. ſq. Aug. Calmet in Lexico voce Impoſteurs. Frider. Adolph. Lampe T. II. Comm. in Ioannem p. 129. Io. Henr. Hottingerus Hiſt. Eccl. T. III. p. 251. et Io. Chriſtophorus Mullerus im Greuel der falſchen Meßien, cuius lucubratio inſerta eſt Pantheo Anabaptiſtico et Enthuſiaſtico, vulgato A. 1702. fol. Singulare eſt quod Coſmas Indopleuſtes lib. VIII. p. 301. ſcripſit *Hiskiam* Regem vana perſuaſione exiſtimaſſe ſe eſſe Meſſiam illum a Dauide in Pſalmis praedictum. Cui addendum illud R. Hillelis quod ex Gemara Sanhedrin. c. 2. afferunt viri docti: *Non eſt amplius Meſſias Iſraeli, quia abunde potiti illo ſunt tempore Hiskiae.* Etiam *Muhamedem* initio habitum a Iudaeis pro Meſſia ſcribit Conſtantinus Porphyrogenetus de adminiſtrando imperio p. 38. Ceterum commentum recentium Rabbinorum *de Meſſia duplici*, vno glorioſo filio Dauidis, altero paupere et contemto filio Ephraim e ſtirpe Ioſephi explodunt, atque antiquis Hebraeis ignotum fuiſſe et inauditum probant Carpzouius in diſſ. p. 243. ſeq. Chriſtophorus Cellarius in ſpecimine anti-Iudaico de gemino Meſſia, Leucopetrae 1668. Io. Wulferus in theriaca Iudaica p. 369. Steph. le Moyne ad locum Ieremiae XXIII. 6. p. 139. ſeq. Carolus Daubuſius libro pro teſtimonio Ioſephi de Chriſto p. 134. ſeq. et Iuſtus Martinus Glaeſenerus de gemino Iudaeorum Meſſia Hildeſ. et Lipſ. 1737. 4.

titulus אמונה של יהודים אחרונים seu *de moderna Theologica Iudaica* Herborn. 1694. 8. cui iungendae Maimonidis constitutiones de fundamentis Legis et Abarbanelis liber de capite fidei cum notis Guil. Vorstii, Amstelod. 1638. 4. Carpzouii iam laudati Exercitatio de articulis fidei Iudaicae in eius Disputationibus Academicis p. 466. seq. R. *Dauidis Vidal*, Hispani aureolum Dauidis in eosdem XIII. articulos cum obseruatt. Io. Henr. Wolfii. Gerae 1726. 4. D. *Ioh. Henrici Maii* Theologi Giessensis synopsis Theologiae Iudaicae veteris et nouae illiusque veritas et huius falsitas demonstrata. Giessae 1698. 4. et *Wolfg. Henr. Frider. Pertschii* Conspectus Theologiae Iudaicae e R. Iosephi Albo ספר עקרים, s. libello de articulis fundamentalibus. Ienae 1720. 4.

X. Vestigia dogmatis de SS. Trinitate apud Iudaeos pariter et Ethnicos multos, perinde vt apud Muhamedanos plerique visi sibi sunt deprehendere, cuius rei testimonia non pauca collecta videre est in illustris Huetii Alnetanis quaestionibus siue Concordia rationis et fidei lib. 2. cap. 3. Philippi Mornaei de veritate relig. Christianae c. 6. Eugubini libro 1. et 2. de perenni Philosophia, Liuii Galantis comparatione Theologiae Christianae cum Platonica lib. 3. pag. 90. seq. et lib. 4 p. 113. sq. 127. seq. *Henr. Iac. van Bashuysen* Diss. duplici paradoxa de Iside, Seruestae 1719. a Petro Bungo de mysteriis numerorum p. 186. seq. Mutio Pansa de osculo Ethnicae et Christianae Philosophiae c. 36. p. 187. seq. et c. 2. p. 289. sq. et Radulpho Cudwortho in intellectuali systemate vniuersi Anglice edito Lond. 1670. fol. lib. 1. c. 4. De Iudaeis sigillatim videndus Raymundus Martini, Galatinus, Rittangelius libro de λόγῳ et altero de veritate relig. Christianae et in notis ad librum Ietzira, Hermanni Witsii Iudaeus Christianizans circa principia fidei et SS. Trinitatem: Petrus Allixius in iudicio Ecclesiae veteris Iudaicae aduersus Vnitarios, Anglice edito Lond. 1699. et Germanice Berolini 1707. 4. ac *Iustus Mart. Glaesenerus* in Diss. de Trinitate in scriptis Rabbinorum mere Platonica. Helmst. 1742. De Muhamedanis adscribam tanto lubentius locum viri eruditi Andreae Mulleri Greifenhagii in notis ad Excerpta Azizi Nesephaei, Tatari, quod et liber haud vbique obuius est, et de Iudaeis quoque Ethnicisque plura compendio exhibet:

Quod Mohammedani aeque ac Iudaei, vti et paganorum nonnulli, TRIA IN DEO statuant: certum est. Et ista quidem TRIA tum coniunctim, tum separatim suis ex omni parte insigniuntur nominibus.

Coniunctim appellata sunt:

(I.) *Inter Paganos quidem,*

1. Τρεῖς ὑποστάσεις, *a Platonicis.*

2. *Tres*

2. *Tres Reges, a Porphyrio.*

(II) *Inter Iudaeos vero*

1. ג׳ מדות *tres menſurae. V. Kircher. Obeliſc. pag.* 404.

2. ג׳ פנים *tres perſonae. V. Suid. v.* ἅγιος.

3. ג׳ ספירות *tres numerationes,* [27] *ex interpretatione Reuchlini, Schickardi etc. vel etiam tres ſphaerae, vel potius* τρεῖς αὐγαὶ *ex mente Rittangelii.*

4 ג׳ הויות *tres eſſentiae. R. Eliezer Häkler.*

5. *tria lumina, ap. Cabbaliſtas. V. Grot. de ver. Rel. Chr. p.* 123.

6. τριτταὶ φαντασίαι. *V. Philon. l. de Sacrific.*

7. τρεῖς δυνάμεις, *id. ibid. Hebr.* גבורות *potentiae. Zohar.*

8. ג׳ אלהים *tres Dii, Reſit chocma.*

(III.) *Inter Mohammedanos*

1. *tria Attributa.*

2. *tres ordines vel Dignitates, Azizus p.* 32. *Quomodo vero TRIA illa, quae diximus, a Paganis et Iudaeis ſeparatim dicantur, in diſſertatione de promouenda etiam extraneorum ſalute deduci poſſit. Iam de ſolis Mohammedanis loquar.*

1. *Multa eorum eſſe.*

2. *Illorumque Catalogum Alcor. c. LVII. exhiberi.*

3. *et nonaginta nouem nominibus diuinis quae pulcherrima nomina vocant, contineri, vti ap. Hebraeos* בשם׳ ע״ב *ſexies duodecim nominib. de quib. Reuchl. Cabbal. L. III.*

4. *Palmaria eſſe tria.*

5. *Eaque tria vnum eſſe, perinde vt Cabbaliſtae dicunt: Tres illos ſplendores eſſe vnum idemque ſolium. V. Reuchl. col.* 736. *vnam eandemque coronam col.* 747.

6. *Sic vero dici: Eſſentiam, Vitam, faciem.*

7. *Et hanc cauſſam eſſe, quare DEus in Alcorano pluraliter de ſe loquatur. Richard. c.* 1. *Quod ſi B. Paulus, vt rectiſſime,* ἐκ τῶν οἰκείων δογμάτων τοὺς Ἀθηναίους ἐχειρώσατο, *h. e. ex domeſticis dogmatibus Athenienſes (Act. XVII,* 23.) *conuicit, vti Iſidorus Peluſiota Ep. IV.* 69. *loquitur, quidni commode Iudaei atque Mohammedani ad S. Trinitatis agnitionem ex talibus ipſorummet principiis manuduci poſſint? Et quanquam huiusmodi placita ex rationis potius lumine quam traditione accepiſſe videntur, iuuabit tamen oſtendere illis, quod quidam ipſorum, etiam quum Orthodoxi a ſuis haberentur, loquutionibus noſtris vſi ſint. Quodque vocabulum Perſonarum haudquaquam multiplicitatem aut plura-*

[27] Hinc nomen DEI ſcriptum per *tria iodhin.* Vide Io. Chriſtophori Wolfii Bibliothecam Hebraicam Vol. I. p. 199.

pluralitatem essentiae diuinae importet. Hoc facilius ad fontes dogmatis de S. Trin. (quod vtique primo omnium fieri oportet) traherentur. Nec omnino reiiciendum, quod durioribus quibusdam vocabulis vsi sint. Nam et Christiani SS. Trinitatem varie appellauerunt. Non dicam de iis appellationibus quae damnatae sunt, vt quod Sabellius tres Nomenclaturas, Valla tres Qualitates dixit, sed de iis, quas, qui in hoc articulo nobiscum recte sentiunt, vsurpauerunt.

Quas enim tres personas Deitatis vocamus,

1. *à Graecis* τρεῖς ὑποστάσεις *dictae sunt. Primo quidem non sine ingenti certamine cum Latinis, tandem vero indifferenter.*
2. *ab Armeniis tres animae.*
3. *ab Aegyptiis tres spiritus.*
4. *ab Aethiopibus tres essentiae, s. personae, s. naturae. V. Iob. Ludolfi Lex. Aeth. ad Radicem Halaua.*
5. *ab Arabibus tres Margaritae, vel, ex Persica Lingua splendores. Quum tamen Aethiopes duas, quae in Christo sunt, naturas margaritas dicant.*
6. *à Syris Radices s. principia, sic enim exponitur à Gieuhari vox Arabica, quae à Syris tradita est.*
7. *tria Attributa, Paul. Episc. Sidon.*
8. *tria Idiomata, Gennadius T. IV. Bibl. PP. P. I. p. 949. pr.*
   De quo v. Posseuinus Appar. ad Biblioth.
8. *tria Indiuidua, Id.*
9. *tres formae, Id.*
10. *tres naturae, Elucidarius iussu Henrici, Ducis Brunsivicensis, scriptus, cuius verba:* Wir sullen glouben daz an Gote dri Naturen sint, und daz die dri genant sin ein ware Gotheit. *Extat MSt. in Bibliothec. ELECTORALI.*

Hactenus Andreas Mullerus. Negari interim nequit, plura horum quae ex scriptis a Christiana religione alienis ad confirmandum dogma de SS. Trinitate afferuntur, si proprius inspicias, non parum esse ab illo remota et longe aliorsum spectare, vt de Trinitate Platonica et Aristotelica recte notauit Bessario Cardinalis lib. 2. contra calumniatorem Platonis c. 4. et lib. 3. cap. 15. quatuorque proximis. Vide etiam de Platonica Io. Baptistam Crispum de Philosophis caute legendis p. 37. et quae disserit Franciscus Baltusius S. I. in Apologia pro Patribus Platonismi accusatis, edita Gallice, libro IV, cap. 12. seqq.

XI. De falsis Diis et idolis variarum gentium in Scriptura S. memoratis, nemo eruditius scripsit *Ioan. Seldeno*, Anglo, cuius notissima lectuque dignissi-

ma ſunt ſyntagma duo de Diis Syris, [28] quo nomine et Aegyptiorum ſimul et Arabum ac Perſarum, Hebraeorumque, nec pauca Afrorum et Europaeorum idola a Syris vtcunque accepta intelliguntur, lucem primum aſpexere Londini 1617. 8. deinde ab auctore recognita inſcriptaque Dan. Heinſio prodierunt apud Batauos typis Elzeuirianis 1628. 8. tum in Germania cum additamentis *Andreae Beyeri*, Eccleſiaſtae Freybergenſis. Lipſiae 1672. 8. denique in Belgio. Amſtelod. 1680. 8. Conferenda & *Antonii van Dale* diſſertatio de origine ac progreſſu idololatriae ac ſuperſtitionum praecipue apud Iudæos vna cum aliis eiusdem infra commemorandis vulgata. Amſtelod. 1696. 4. *Alexandri Roſſaei* templum iudaicoethnicum poſt anglicas, gallicasque & germanicas editiones ſupra pag. 319. commemoratas cum copioſis *Dauidis Nerreteri* additamentis germanice tribus voluminibus in forma octopartita editum Norimbergae 1701. 1703. et 1707. et *Abrahami Rogeri* ianua aperta ad arcana Gentiliſmi vna cum *Chriſtophori Arnoldi* additamentis itidem germanice vulgata, in quibus libris non veterum tantum, ſed etiam recentium, maxime gentium orientalium, idololatria ac ſuperſtitiones exponuntur. Prae caeteris eminet liber Gallice vulgatus Pariſiis 1710. 12. quatuor voluminibus: *l'Hiſtoire des Religions de tous les Royaumes du monde, revuë, corrigée, augmentée et miſe dans un meilleur Ordre par le Sieur* Jouet, Chanoine de Laon, Prieur de Plainchatel. Ceterum nec iniucundum lectoribus noſtris fore iudicamus, ſi eos, qui de ſingularum gentium Diis et generatim et ſigillatim commentati ſunt, ſcriptores recenſeamus. De *Syrorum* igitur Diis argumentum pertractarunt *Stephanus Fourmont* in libro gallico: Reflexions critiques ſur les Hiſtoires des anciens Peuples. T. 1. L. 2. c. 11. p. 294. ſqq. & Iac. Sponius in miſcellaneis eruditae antiquitatis p. 59. ſqq. Sigillatim de *Rimmon* Aug. Calmet Lex. Biblic. T. 3. p. 798. de *Gad* et *Meni* Dauid Millius diſſertat. ſelect. p. 229. ſqq. Ioan. Georg. Koch & Guſtauus Georg. Zeltnerus diſſertationibus de hoc argumento. Ienae 1687. et Altorfii 1715. euulgatis, ac I. G. Lakemacherus obſerv. philolog. T. IV. p. 19. De *Adar* ſiue *Achad* Dau. Millius diſſert. ſel. p. 265. ſqq. Campei. Vitringa comm. in Ieſaiam cap. 66. v. 17. et Ionas Conr. Schrammius diſſertatione. Helmſtad. 1734. edita. De *Baal*

28 *Iniquiſſimam imputationem plagii in Petri Fabri Semeſtria commiſſi Seldenus refellit praefatione edit. ſecundae, teſtatus, ne viſum quidem, quum ſyntagmata ſua componeret, Fabri librum*; ſed poſtea, *inquit*, inſpecto Fabro, licet plura ſane de numine vno et altero Syrorum, ſed tumultuoſe ſatis cum Graecorum ſacris, in primis quatuor capitibus reperiamus, ea tamen ita tradi, atque a noſtris ita diſcrepare &c. *Ioannis Clerici obſeruationes quaedam in Seldeni librum exſtant T. 7. Bibl. ſelectae pag. 80. ſeqq. Editio melior ab auctore ipſo ex eius autographo auctior exhibetur in Tomo primo operum eius Londini 1726. folio tribus voluminibus a Dauide Wilkinſio iunctim editorum.*

Baal Peor, *Cemoſcho* et reliquis Moabitarum Diis Calmeti diſſertatio inſerta commentario eius in Scr. S. T. I. P. II. p. 173. et P. II. p. 277. ſqq. interpretationis germanicae. Nominatim de *Baal Peor* Banierius mythol. explicatae Vol. II. Lib. II. c. 6. ſect. 3. et Ioan. Chriſti. Becmanni diſſertatio. Frfti ad Viadr. 1661. De *Cemoſcho* Banierius l. c ſect. 4. et Alberti Schumacheri diſſertatio. Bremae 1730. 4. De *Miphlezeth* Ioan. Georg. Chriſto. Feuerlini diſſertationes duae. Witteb. 1700 et 1701. et Dau. Millius diſſert. ſel. p. 287. ſqq. De *Niſroch* Conr. Ikenii diſſertatio. Bremae 1747. De *Belo* Ioan. Franc. Buddeus Hiſt. eccl. V. T. P. II. p. 704. ſqq. et Jurieus Hiſtor. crit. dogmat. et cultuum. P. IV. c. 2. p. 595. De *Molocho* Calmetus T. I. comm. in Scr. S. P. II. p. 11. ſqq. Interpr. germ. parte 2. p. 185. Banierius l. c. c. 6. ſect. 2. et diſſertationes Dauid. Lundii. Aboae 1698. 9. Daniel. Dietzſchii. Miſnae 1675. Martini Frider. Crameri. Witteb. 1720. et Olaui Celſii. Vpſaliae 1717. 8. De *Dagone* Calmetus diſſertat. commentario in Script. S. inſertarum T. II. p. 321. ſqq. et interpret. germ. P. 4. p. 40. ſqq. Jurieus lib. citati P. IV. p. 642. Banierius lib. cit. Vol 2. lib. 2. cap. 6. ſectione 2. Matth. Hillerus Sytagm. ſacr. p. 195. Athanaſius Kircherus Oedip. Aegyptiac. T. I. p. 338. ſqq. Aug. Eſmarchii diſquiſitio de Dagone, quae prima eſt inter eiusdem quatuor disquiſitiones. Hamb. 1713. 4. editas, et diſſertationes Theophili Roeſeri. Ienae 1664. 4. ac Henr. Ahlers. Bremae 1671. 4. quibus addatur Iac. Schudtius pag. 39. compendii hiſtoriae iudaicae, vbi plures de Dagone ſcriptores excitati ſunt. De *Alſima*, Hemathaeorum idolo, Chriſtoph. Schultze. Witteb. 1722. De *Nibchas*, idolo Auaeorum, Conradus Ikenius. Bremae 1726. 4. De Arabum *Duſari* Heſychius voce *Δους*, et Banierius lib. cit. Vol. 2. lib. 3. c. 4. de Oboda eorum idem Banierius ibidem, et Valeſius ad Euſebium pag. 285. de reliquis Arabum Diis Fourmontus lib. citati T. I. lib. 2. ſect. 4. pag. 283. ſqq. De Diis *Phoenicum* generatim egerunt Aug. Calmetus in diſſertatione de numinibus Phoenicum, quae legitur T. VI. commentar. eiusdem in Scr. S. p. 741. Robertus Millar in hiſtoria propagati chriſtianiſmi, anglice, Londini 1731. 8. edita, Vol. I. c 2. p. 171-207. Banierius Mythol. explicatae Vol. 2. lib. 2. Stephanus Fourmontus libri laudati T. I. lib. 2. ſect. 4. p. 288. ſqq. Henric. Morinus de Diis Pataecis T. II. Memoriar. Acad. Inſcriptionum p. 49. ſqq. edit. Amſtelaed. et Iac. Elſnerus de eodem argumento in Hiſtoria Acad. Scientiar. Berolinenſis Anni 1746. p. 379. ſqq. Nominatim de *Aſtarte* et *Aſtaroth* Petrus Faber lib. 3. Semeſtrium. Salmaſius ad Solinum p. 574. Ioan. Conr. Dietericus antiquit. Biblic. pag. 552. Jurieus lib. ſaepius laudati pag. 666. Aug. Pfeifferus Dub. Vexator. Scripturae S. centur. II. p. 339. et Eberh. Mullerus peculiari diſſertatione Lipſiae 1685. edita. De

Baalim Jurieus l. c. parte 4. tract. 3. c. 4. p. 599. sqq. et Pfeifferus l. c. p. 336. De *Adonide* Anton. Banierius memor. Acad. Inscriptionum T. 4. p. 136. sqq. De *Meleathoro* et *Vsoro* (qui male *Θησαυρὸς* dicitur a Codino in originibus Cpolitanis) Eusebius Praeparat. euangelicae l. 10. et pag. 465. orat. de laudibus Constantini.

XII. De *Mithrae* siue solis cultu apud Persas multa *Thomas Hyde* cap. 4. de religione veterum Persarum. *Adrianus Relandus* Dissert. miscell. P. 2. p. 198. *Philippus a Turre* in monumentis veteris Antii pag. 194. vbi tabula solis Mithrae. *Iac. Sponius* in miscellaneis eruditae antiquitatis. *Anton. Banierius* Mythol. explicatae Vol. II. P. I. lib. 3. c. 2. *Eustachius Guillemeau* in Expositione statuae Dei Mithrae. (Memoire sur un Basrelief du Dieu Mithras) in memoriis Treuoltinis A. 1724. mense Febr. pag. 297. et auctor libri gallici saepius laudati: *Explication de divers monumens* pag. 231. sqq. Ac solem quidem non a Persis tantum cultum esse tanquam Deum, sed sub nominibus et symbolis variis et multiplicibus adoratum a toto Oriente et aliis nationibus, praeclare ostendunt viri docti ad Macrobium lib. 1. Saturnal. c. 17. sqq. *Ioan. Braunius* lib. 4. selector. sacrorum, *Vossius* lib. 2. de idololatria, *Gisbert. Cuperus* in suo Harpocrate, *Iac. Sponius* in Miscellaneis p. 87. seq. et libro Gallico, *Recherche des Antiquitez*, *Ioan. Bona* de diuina Psalmodia p. 437. sqq. *Ioan. Henr. Vrsinus* analect. Sacr. Vol. 2. lib. 3. p. 153. sqq. *Ioan. Franc. Grandis* in diss. de variis Dei nominibus Soli attributis, *Hieronymus Aleander* iunior in expositione tabulae Heliacae, Romae 1616. 4. et T. V. thesauri Graeuiani, qui inter alia Herculem quoque et Mercurium, Bacchumque atque Apollinem notat vnum idemque Numen Solis referre, ita quidem vt Apollo aestatem, Bacchus autumnum, Hercules hiemem, Mercurius ver praestet, et Herculis duodecim labores nihil aliud denotent, quam Solis transitum per totidem signa caelestia. *Henricus Lubbertus* in Ἡλιολατρείᾳ siue de solis cultu. 1672. 12. et *Christian. Nettelbladt* in dissertatione de hoc argumento. Gryphisw. 1734. 12. De *Marna* Palaestinorum, qui et ipse solem significabat, praeter alias videndi Norisius diss. V. de Syromacedonum Epochis et Abraham Sellerus in Antiquitatibus Palmyrenis cap. 3. De *equis Solis* Ezechiel Spanhemius ad Callimachum p. 434. Barthius ad Statium T. 3. p. 435. Petrus Jurieus Histor. dogmat. P. IV. p. 723 et 797. vbi de Persis disserit, equos albos soli consecrantibus. Iesias Iessen de equis et quadrigis solis. Hafn. 1704. et Christian. Wilh. Bose de Iosia quadrigas solis remouente. Lips. 1741. De *Colosso* a Rhodiis Soli dicato Turnebus VIII. 24. Aduersariorum. Allatius ad Philonem Byz. et Cangius ad Zonaram p. 67. De aliis Colossis ad Rhodii exemplum conditis Paullus Voetius ad Herodianum pag. 186. seq.

De

De antiquiſſimo *Aſtrorum* cultu Epiſtola Spiridionis Poupartii inſerta memoriis litterariis Treuoltinis A. 1712. Septemb. p. 1615. Ioan. Iac. Scheuchzer Phyſ. ſacr. tab. 327 et 328. et Ioan. Eric. Oſtermannus de Aſtrolatria. Witteb. 1663. 4. De *Selenolatria* legantur Abrahamus Calouius in diſſertatione, recuſa T. I. Theſauri diſputationum theologicophilol. Amſt. 1701. fol. pag. 808. ſeqq. Ioan. Friſchmuthus de Melechet caeli. Ienae 1663. et Ioan. Iſaac. Pihlmannus de luna regina caeli. Aboae 1703. 8. De conſuetudine gentilium *manibus extenſis precandi*, et *oſcula ad ſidera proiiciendi* ad Iobi XXI. 26. 27. diſſerit Ioan. Rud. Kieslingius Miſcell. Lipſ. Nou. Vol. IX. pag. 595. ſqq.

XIII. Vt *Sol* aliis nominibus eſt Apollo, Baal, Bacchus, Belus, Chemoch, Chiun, Hercules, Iupiter, Marnas, Mercurius, Milchon, Mithras, Moloch, Nergal, Niſroch, Oſiris, Φάνης, Phoebus, Rimmon, Serapis, etc. Sic *Luna* Αἰδώ, Alilath, Aſtarte, Bubaſtis, Ceres, Cybele, Diana, Eilithya, Hecate, Τρίμορφος, Iſis, Iuno, Lucina, Dea Mana, Mater Deum, Proſerpina, Rhamnuſia, Vrania, vt de aliis nominibus taceamus: Neque pro Dea ſolum ſed etiam pro Deo habitam ſupra pag. 315. notauimus, notumque illud de Carrenis apud Spartianum in Caracalla cap. 7. quod crediderint eum, *qui lunam femineo nomine putaret nuncupandam, addictum mulieribus ſemper inſeruire, at vero qui marem Deum eſſe crederet, eum dominari vxori.* Etiam ΘΕΟΥ ΠΑΝΟΣ nomine in veteri numo Lunam deſignari notauit in diſſertat. de numo Pantheo Hadriani Clariſſimus Nicaſius. Sic a multis peculiariter culta *Venus*, de cuius variis cognominibus conſulendus Carolus Patinus ad monumentum vetus Marcellinæ. Omittimus de Marte, Saturno, Ioue, Mercurio aliisque ſtellis dicere, de quibus conſuli poteſt Balthaſar. Scheidii aſtronomia biblica. Argentorati 1660. 4. nec minus de *terra*, quae et ipſa culta ſub nomine magnae matris Deum, Idaeae matris, Deae Phrygiae, Cereris etc. de quo viri docti ad Lucretium II. 598. ſeq. et Florum I. 19. 2. Sirmondus ad Theodulfum Aurelianenſem p. 298. Henricus Forelius de Terra, gentium Dea. Vpſal. 1705. 8. vti de *aeris* cultu Voſſius I. 84. de idololatria, de *aquae* idem ibid. II. 74. ſeq. et Gotthardus Braem de ὑδρωλατρείᾳ veterum. Hafniae 1695. 4. de religioſa veneratione *fluminum* Chriſtophorus Arnoldus ad diras Valerii Catonis in fluuium Battarum. De fluuiorum fontiumque cultu et marinis ac littoralibus Diis praeter Voſſium lib. 2. de idololatria cap. 79. 80. 81. et 82. vide etiam notas virorum doctorum ad Plinii lib. 7. epiſt. 8. Iuſtum Fontanini de Horta Hetruſcorum colonia lib. 1. cap. 8. vbi etiam de eo, quod in fluuiis ſacris natare vel nauigare homines prohibeantur; et Ioan. Gottl. Boſſeckii diſſertationes duas de cultu fluminum. Lipſiae 1740. Vetus inſcriptio apud Laurentium Begerum pag. 79.

 ſpicilegii:

ſpicilegii: *Fonti Diuino Aram L. Poſtumius Satulius ex voto D. D. D.* Nilo fluuio ſacrificatum eſſe praeter alios memorat Sozomenus VII. 20. De *Nymphis* fontium cuſtodibus videatur Lambecius III. de Biblioth. Vindob p. 5. Fabrettus pag. 99. ſqq. de aquaeductibus. De *Nereo* et *Nereidibus* Mich. Frider. Lochneri diſſertatio de Nereo et Rhododaphne. Norimb. 1716. De *Piſcium* cultu Frider. Lebrecht Goetzii diſſertatio de ἰχθυολατρεία Lipſ. 1723. Fluuios in veteribus monumentis et numis videas exprimi iacentes, nudos, myrica aut arundine coronatos, atque (ſi maiora flumina et in mare [29] ſe exonerantia denotentur) cana multumque demiſſa barba. Vide Dionem Chryſoſtomum diſſ. IV p. 73. Hugonem Grotium ad imagines aſtrorum Arateas p. 66. Caſparem Barthium ad Claudianum p. 53. De *ventorum* cultu confer Io. Gottl. Bidermannum Otior. litter. parte prima pag. 299. ſqq. qui quoque ibid. pag. 314. de *lapidum* cultu diſſerit. De quo argumento etiam conſulantur Theodor. Haſaeus in diſſertat. de lapide fundamenti, cui olim area foederis impoſita fuit. Ioan. Clericus in Geneſ. XXVIII. 18. Fortunatus Scacchus ſacrorum Elaeochriſmatum Myrothecio II. c. 24. Ioan. Phil. Caſſelius in diſſertat. πέρι τῶν λίθων κεκραζομένων. Magdeburgi. Ioan. Conr. Stephanus Hoellingius in diſſert. de baetyliis [30] veterum, ſiue lapidibus vnctione Numini conſecratis. Groningae 1715 et recuſa Lipſiae 1724. ac Bremae 1729. et Steph. le Moyne ad varia ſacra p. 569. De cippis ſanctis apud veteres Hebraeos memoriam Diuinorum beneficiorum conſecrantibus Petri Zornii diſſertatio poſthuma legitur T. V. Miſc. Lipſ. Nouor. T V. pag. 596. De cultu *ignis* conferantur Briſſonius, Hydeus et Henricus Lord de religione Perſarum, tum Kircherus T. I. Oedipi p. 251. ſq. Buxtorfius exercitat. philolog. p. 262. ſq. Freinshemius ad Curtium, et Balthaſar Bonifacius XVI. 15. hiſtoriae ludicrae, Arpinus Thiling, Hamburgenſis, in diſſertatione Schurzfleiſchio τῷ μακαρίτῃ Praeſide habita Vitebergae 1705. de cultu ignis apud omnes gentes vſitato. Ioan. Gottl. Bohnius de igne gentilium ſacro in Iſraelitarum ſacra iniurio. Viteb. 1708. Ioan. Rogbergius de ſacris ignium apud gentiles. Aboae 1690. 8. Ioan. Iarkius p. 540. ad Eliam Schedium de Diis Germanorum, et H. C. L. Stockhauſen de cultu et vſu luminum antiquo. Trai. ad Rhenum 1726. 4.

XIV. Inter omnes Idololatricas gentes nulla videtur eſſe abſurdioribus vſa quam Aegyptiorum [31] quos eo nomine Herodotus lib. 2. c. 65. Strabo libro

[29] *Confer Menagium in Menagianis T. 2. pag. 194.*

[30] *Hoſce baetylos fuiſſe lapides, ſeſe ipſos mouentes, communem fuiſſe eius temporis opinionem intelligitur ex narratione Damaſcii apud Photium Biblioth. p. 1047.*

[31] *Thomas Pinedo de Aegyptiorum ſuperſtitione multiplici differens ad Stephanum Byzantinum*

libro 17. Diodorus Siculus aliique plurimi etiam inter ethnicos albis dentibus riserunt, vt notant viri docti ad illa Iuuenalis XV. 1 seqq.

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Aegyptus portenta colat? crocodilon adorat, etc.

Attamen si quis Plutarchi librum de Iside et Osiride euoluat, vel Philostratum consulat lib. VI. de vita Apollonii cap. 19. et Clementina X. 17. p. 689. videbit, vehementer falli eos, qui Aegyptios omnes arguant illius supinae stultitiae, vt numina sibi in hortis nasci crediderint, alliumque et cepas et abiectissima quaeque ex animalibus pro veris Diis coluerint. Quin potius Aegyptiorum sacra cum Graecorum conferens religione,[32] Graecosque variis imaginibus arte factis, ligneis, lapideis, eboreis vsos easdemque veneratione prosequentes obseruans, quas tamen imagines nec hi ipsas totidem Deos esse sed Deorum symbola, atque vt Celsus apud Origenem lib. VII. p. 376. vocat *anathemata*, sibi imaginabantur, considerandum proponit Plutarchus, vtri ex ambobus aptiora sibi proposuerint colenda symbola diuinitatis, vtrum Graeci, qui inanimes et saepe absurdas sibi fecerunt imagines, an vero Aegyptii qui in viuis ac spirantibus animalibus vel plantis tanquam ἐναργεστέροις ἐσόπτροις, *clarioribus speculis*, vt p. 382. loquitur viuis totidem Dei operibus certam partem potentiae bonitatisque diuinae contemplandam et veneratione prosequendam sibi proposuerunt.[33] De Diis Aegyptiorum Graecorumque multa Diodorus Siculus libris prioribus Bibliothecae et Phurnutus libro de Diis: Latinique Macrobius, Hyginus, Fulgentius, Albricus: et qui christianae religionis apologiam aduersus Ethnicos scripsere e Graecis quidem Clemens Alexandrinus in protreptico, et Eusebius in praeparatione euangelica: e Latinis Tertullianus, Arnobius, Cyprianus, Lactantius, Minutius Felix, Iulius Firmicus, Commodianus et in libris de ciuitate Dei Augustinus. E recentioribus nominatim de Diis *Aegyptiorum* copiose atque diligenter differit Vir Celeberrimus Paullus Ernestus Iablonski in Pantheo Aegyptiorum, siue de Diis eorum commentario: cuius P. I. excusa est Francof. ad Viadrum 1750. 8. P. II et III. ibid. 1752. 8. Cui iungantur An-

tinum p. 37. non satis aestimari potest, *inquit*, quantum christianae religioni debeatur, quae tot religionum monstra sustulit. *Idem p. 59. ait, christianam religionem fuisse adeo robustam, vt omnia religionum monstra sustulerit.*

[32] *Apollonius apud Philostratum VI. 19. p. 257. bene monet, et Graecos et Aegyptios recte facturos, si nullum Diis ponerent simulacrum, sed eorum maiestatem mente efformandam relinquerent cultoribus.*

[33] *Sic Persa Artabanus apud Plutarchum in Themistocle T. I. Opp. pag. 125. edit. Francof. 1599. ait, adorari a se Regem* εἰκόνα Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα σώζοντος.

Antonius Banierius Mythol. explicatae Vol. II. P. I. L. I. c. I-6. et in epistolis de primis Aegyptiorum Diis siue Regibus, Gallice. Parisiis 1733. 8. Innocentius Ansaldus in dissertat. de veteri Aegyptiorum idololatria et moribus, quae inserta est T. 23 collectionis Opusculor. scientificor. et philologicorum p. 135-226. Dissertatio de Religione Aegyptiorum, quae legitur in libro Gallico: Explication de divers monumens singuliers, qui ont Rapport à la Religion. Paris. 1739. 4. p. 144-230. Stephanus Fourmont lib. ante cit. L. 2. sect. 4. c. II. p. 294. seqq. et Ioan. Dauid Michaelis in dissertat. de Iehouah ab Aegyptiis culto et pro Demiurgo habito, quae comparet T. I. Commentarior. Societatis Reg. Scientiar. Gotting. p. 267-291. Sigillatim commentati sunt de *Apide* Ioan. Henric. Knoblauch in dissertat. de Apide boue atque idolo Aegyptiorum. Vitemb. 1694. et Iac. Triglandus in oratione de Iosepho Patriarcha in sacri bouis hieroglyphico ab Aegyptiis adorato: ad calcem dissertationum eius Delphis 1728. 4. iunctim editarum. De *Busiride* Iacobus Perizonius in disquisit: de hoc argum. Lugd. Bat. 1700. Hermannus Bordewisch in diss. de immolatis ab Aegyptio Busiride peregrinis aduenis. Vitemb. 1720. De *Cnepho* vel *Cnuphi*, Agathodaemone, Iablonski Vol. VI. Misc. Lips. Nouor. p. 619. seqq. De *Harpocrate* Gisbertus Cuperus in Harpocrate, siue Explicatione imagunculae argenteae perantiquae, quae in Harpocratis figuram formata repraesentat solem: cuius editio secunda eademque auctior prodiit Trai. ad Rhenum 1687. 4. et Fridericus Boernerus in antiquitatibus Medicinae Aegyptiacis. Vitemb. 1756. 4. § 24-28. De εἰκτῶνι *Aegyptio*, siue de *Ictonis*, Dei Aegyptiorum, nomine et numine Ioan. Gottlob Guilielm. Dunckelius Vol. X. Misc. Lips. Nouor. pag. 7. seqq. De *Iside* Henric. Iac. van Bashuysen in dissert. de Iside magna Deorum matre. Seruestae 1719. Franc. Isellinus in dissert. de Dea Iside, inserta Tomo 39. collectionis opuscul. scientificorum et philologicorum pag 297-350. Ioannes Oliua in exercitationibus in marmor Isiacum nuper effossum. Romae 1719. 8. Ioannes Baptista Passerius Vol. III. thesauri gemmar. antiquarum astriferarum dissertatione tertia. Museum Romanum Sect. I. Tab. 2. et Tab. 3. atque Boernerus libelli citati § 15-23. De *Osiride* Calliachius in dissertatione de Osiride quae legitur Vol. IV. Supplem. Poleni ad thesaur. ant. R. et Graec. pag. 305. Eberh. Rud. Rothius in dissertat. de Osiride, Iside, Horo ac Typhone Diis olim Aegyptiorum. Ienae 1671. 4. Adam. Tribbechouius in dissertat. de Osiride. Kilon. 1671. 4. et Boernerus l. c. § 8-14. de *Neitha* Iablonskius Misc. Lips. Nouor. Vol. VI. pag. 447. seqq. de *Remphan* Ioan. Henr. Maius in dissert. de Kiun et Remphan, quae exstat in eiusdem selectis Exercitationibus philolog. et exegeticis, T. I. pag. 763. seqq. I. G. Schwabius

in

in diſſert. de Moloch et Remphan. Witteb. 1664. Gottl. Iahn diſputatt. duabus de Chiun. Witteb. 1705. Ioan. Chriſtoph. Harenberg in disquiſit. de idolo Chiun et Remphan. 1723. 4. P. E. Iablonski de Remphah Aegyptiorum Deo ab Iſraelitis in Aegypto culto. Francof. 1731. 8. Chriſt. Gottlob Frider. Wolf in diſſert. de Chiun et Remphan. Lipſ. 1741. 4. et Nicol. Guil. Schröder in diſſert. de tabernaculo Molochi et ſtella Remphan. Marb. 1745. de *Serapide* Baumgartenius nota (304) ad partem primam hiſtor. mundi vniuerſal. pag. 428. Ioan. Lehmannus in diſſert. de Serapide, Aegyptiorum Deo maximo. Witteb. 1666. recuſa in Thomae Crenii Muſeo philologico et hiſtorico, pag. 401. ſeqq. Ioan. Dan. Maior in Serapide radiato, medico Aegyptiorum Deo. Kiliae 1685. Anſelmus Bandurius T. I. Numiſmat. p. 24. Muſeum Roman. Sect. I. Tab. 1. p. 1. et Tab. 63. p. 47. et Sect. II. Tab. 2. p. 50. Theſaurus gemmar. antiq. aſtrifer. Vol. 1. Tab. 17. et 22. De Diis *Graecorum* [34] e recentioribus conſulantur Natalis Comes in Mythologia ſaepius typis exſcripta. Leonhardus Gautrichius libello de Diis et religione Ethnicorum, ſcripto ab auctore Gallice, atque inde neſcio quo interprete Anglice A. 1671. in lucem emiſſo Londini, et poſt gallicas editiones Pariſienſes ſeptendecim (quarum vltima praeſtantior 1726. 12. lucem vidit) ac Latinam editionem Leodienſem A. 1678. denique Gallice, Latine et Belgice edito a Franciſco Halma Belgicae verſionis auctore. Vltraiecti 1690. 12. Ioſias Oliuetus in commentario de Theologia Graecanica, qui e Gallico ſermone in latinum conuerſus inſertus eſt Ciceronis operibus eiusdem Olíueti cura editis Pariſ. 1740. 4. T. III. pag. 631. ſeqq. et Chriſt. Brunings compend. antiquitat. graecar. cap. 17.

XV. De Diis Romanorum poſt *Gyraldum*, *Roſinum*, *Kippingium*, anno 1712. nitide apud Belgas recuſum, aliosque agit V. Cl. *Burcardus Gotthilf Struuius* c. 1. Syntagmatis ſui Antiquitatum Romanarum, perſequens initio Deos maiorum gentium; qui ſunt XII. *Conſentes* [35] a conſenſu vel conſilio ſic dicti, et ex Ennii verſibus notiſſimi

Iuno,

[34] *De antiqua Athenienſium religione libros duos Anonymi eruditi, quos A. 1620. a Patricio Iunio Weſtmonaſterii acceptos edere inſtituerat Ioachimus Morſius manuſcriptos habuit Fabricius ὁ πάνυ, quos nunc poſſidet gener tanto Socero digniſſimus, Herm. Sam. Reimarus. Praefixus eſt hiſce libris titulus typis exſcriptus Lubecae 1624. 4. Liber prior eſt de ſummo religionis ſtudio apud Athenienſes, et de Diis hominibusque diuinitate donatis, de heroibus, daemonibus et de Diis peregrinis ac ignotis, capitibus XXV. Liber poſterior agit de iis, qui ſacra adminiſtrarunt et de ſacris ac feſtis, capitibus XXII.*

[35] Conſentes, quaſi conſidentes vel conſentientes, vel potius conſentes a conſere, quod eſt συμβάλλειν. Confer Voſſii Etymolog. in *Conſentia*. Ita Steph. Lemonius p. 383.

Iuno, *Vesta*, *Minerua*, *Ceres*, *Diana*, *Venus*, *Mars*, *Mercurius*, *Iouis*, *Neptunus*, *Vulcanus*, *Apollo*.

De quibus vide etiam Varronem lib 1. de re rustica cap. 1. et quae notant viri docti ad Arnobium lib. 1. p. 123. ad Lactantium lib. 1. cap. 5. et ad Augustinum de C. D. lib. IV. c. 23. Meminit etiam Irenaeus lib. II. cap. 12. Sigillatim egerunt de *IVNONE* Anton Thysius Exercitat. Miscellan. Lugd. Batav. 1639. 4. editarum, et recusarum in fasciculo Opusculor. historicophilolog Roterod. 1694. excuso, Exercit. 23. Iacob. Sponius Miscellan. eruditae antiquitatis, sectione 3. Franc Iunius de pictura veterum parte 2. pag. 169. de *Iunone Argiua* Claud. Salmasius Exercit. Plinian. pag. 24. *Assyria Regina* Reinesius pag. 214. *Caelesti*, Idem ibid. pag. 56. et Valesius Musei Cortonensis pag. 32. *Caprotina* Arnobius aduersus gentes lib. 3. p. 118. et Macrobius Saturnal. lib. 1. c. 2. *Curite* Gisb. Cuperus Obseruat. lib. 2 obs. 2. et Marcus Zuerius Boxhornius ad Plutarchi Quaest. Roman. 86. pag. 1050. *Februali* Ioan. Lomeierus de lustrationibus c. 4. p. 24. *Feronia* Reinesius Inscript. p. 58. *Iuga & Iugatina*, *Pronuba*, *Cinxia* Barnab. Brissonius de ritu nuptiarum T. VIII. thesauri Graeuiani p. 1028. et Ioan. Godofr. Vngerus Anal. sacr. p. 24. *Lucifera* Reines. Inscr. pag. 105. *Lucina* Id. ibid pag. 57. Ios. Laurentius de sponsal. c. 1. Ioan Meursius de puerperio cap. 1. et Petrus Bellorius Numism. Ephesin. Tab. III. De *Monetae* cognomine Iunoni dato Dav. Hofmannus in differt. de Dea moneta. Helmstad. 1717. Petrus Seguinus Numism. select. p. 7. et Iac. de Wilde gemm. antiq. pag. 28 de Iunone *Patulcia* Reinesius Inscr. p. 59. *Regina* Idem ibid pag. 49. 51. 55. 58. 225. 241. *Sospita* Begerus Tomo 2. thesauri Brandenb. pag. 552. 568. 580. *Stygia* Reinesius Inscr. pag. 61. De VESTA et VESTALIBVS Iustus Lipsius T. III. Opp. pag. 537. et in Graeuii thesauro T. V. pag. 619. Ezech. Spanhemius de Vesta et Prytanibus in Graeuii thesauro T. V pag. 659. Petrus Zornius Opusc. sacr. T. 1. p. 420. Prosper Stellartius lib. 1. de coronis c. 6. Nadalius in historia Vestalium T. V. Memor. Acad. Inscription pag. 211. seqq. et separatim Parisiis 1725. 12. Thomas Hyde de religione Persarum pag. 142. seqq. vbi etiam pag. 145. icon templi Vestae et Vestalium ministrantium. Paullus Pedrusius T. V. tab. 23. N. 6. in numo Herenniae Etruscillae. Moscardus Musei pag. 379. Io. Frider. Eisenhart de Vestalibus et iure

ad var. sacr. qui tamen monet, istos consentes Romanorum et πάρεδρους Graecorum fluxisse ex iis, quae de Angelis Deo apparentibus in V. T. memorantur vid. Dan. IV. 14. et Iudaeorum scripta. Huc eidem Lemonio videtur alludi in N. T. cum Fideles dicuntur in eodem throno cum Christo sessuri Apoc. III. 21. Tertull. dixit *Synodum* atque *senatorium ordinem* Deorum. Vide Rigaltium ad paginam 15. Tertulliani.

iure Veſtali P. R. Helmſtad. 1752. 4. Adam. Laur. Nicolai de Veſta barbara et orientali. Giſſae 1671. 4. *Iuramentum* per *Veſtam* occurrit apud Ariſtophanem in Pluto v. 395. vbi vide Spanhemium. Veſtae *templa* in numis exſtant apud Guil. Choulium de relig. Romanor. pag. 214 ſeqq. vbi etiam de Veſtalibus. De *CYBELE*, qua terra ipſa ſignificabatur, Pluchius lib. cit. p. 191. Banierius Vol. I. p. 216. ſqq. Laur. Pignorius in magnae Deum matris Idaeae et Attidis initiis. Amſtelod. 1669. 4. rec. in Gronouii theſauro T. VII. p. 505. Herm. von der Hardt de Rhea Cybele magna Deum matre. Helmſt. 1720. 4. Banierius memor. Acad. Inſcript. T. III. p. 361. ſqq. edit. Amſtelod. Vettorius in libello italice edito: *Del culto ſuperſtizioſo di Cybele detta dagli Antichi la gran madre.* Romae 1753. 4. Nathan. Frider. Kautz de magna Deorum matre. Lipſ. 1738. 4. Henr. Aug. Zeibichius de matre Deum Sipylene. Vitemb. 1747. adde Reineſium Theſ. Inſcr. p. 64. 73. 208 et 209. vbi pag. 187. Deae matres. De magna Deum natre *Idaea* vide Gruterum p. 308. 7. De MINERVA ſiue PALLADE Felix Euelius in ſyntagmate de Minerua, ſapientiae olim praeſide. Louanii 1730. 8. Muſeum Romanum ſect. II. pag. 5. 6. 7. Ioan. Frider. Heckelius pec. diſputatione Rudolfopoli 1688. 4 edita, et Carol. Henr. Zeibichius in comment. de Minerua ad Chriſti imaginem effícta. Witteb. 1755. 4. De Minerua *Fatidica* Reineſius p. 165. *Magarſi* p. 166. *Pacifera* pag 215. *Palladia* pag. 172. *Sancta* p. 16:. Κόρῃ καὶ Ἀθηνᾷ p. 169. De Minerua *Medicinae Praeſide* Gruterus pag 1067. Chriſtoph. Cellarius diſſertat. acad. p. 234. Anton. Franc. Gorius ad Muſei Florentini Tomum ſecund. p. 118. Ioan. Harduinus Oper. ſelector. pag. 121. ſeq. Ioan. Henr. Meibomius comm. in iusiurand. Hippocratis pag. 62. Ioan. Henr. Schulzius Hiſtor. Medic. pag. 74. Ezech. Spanhemius Epiſtola 4 ad Morellum pag 218. De Minerua *Muſica* Iacob. Sponius Miſc. erud. antiquitatis pag. 9. ſeq. et Edm. Frigelius de ſtat. Rom. c. 24. De Minerua *Victrice* Ioan. Gerh. Pagendarm diſſertationibus duabus Witemb. 1703 et 1704. editis. De CERERE Hieron. Aleander antiq. tabul. marmor. explicat. T. V. Theſauri A. R. Graeuii p. 747. ſeq. Claudius Gros de Boze memor. Acad. Inſcription. T. VI. pag. 430 - 453. edit. Amſtelod. Michael Angelus Cauſſeus de la Chauſſe de Deor. ſimulacris, Tomo quinto theſauri Graeuiani p. 772. Ioan. Clericus Bibl. vniuerſal. T. VI. pag. 55. ſqq. Auctor libri Explication hiſtorique de divers monumens pag. 353. ſqq. De Cerere *Cornigera* Ezech. Spanhemius de vſu et praeſtantia numiſmatum T. I. p. 394. *Legifera* D. A. Kellerhauſen diſputatio. Ienae 1700. et Reineſius p. 63. *Mammoſa* Gisbert. Cuperus de apotheoſi Homeri p. 253. Praeterea haec illius cognomina occurrunt: ἡ μεγάλη Θεὰ Θεσμόφορος, Gruterus pag.

309. 1. *Amblacynthia* Reinesius p. 227. *Diuina* id. p. 63. *Mater maxima frugifera* id p. 61. *Pistia* id p 217. De cistis mysticis, in quibus sacra quaedam Cereris a mulieribus gestabantur, differit Ioannes Lamius T. I. dissertationum Academ. Etruscae, parte 1. p. 63. et Alexander Xauerius Panelius de cistophoris. Lugd. 1734. 4. De DIANA Abrah. Ortelius cap. Deor. lib. 1. c. vltimo. Guil. Choulius de Religione veter. Romanor. p. 70. De Diana *Arelatensi* Franc. de Rebatu T. I. thesauri Salengeriani p. 585. *Ephesia* Claudius Menetrius in expositione symbol. Dianae Ephesiae statuae, rec. Tomo VII. Thesauri Gronouiani p. 357. adde singulares disputationes de hoc argumento Sixti Aspachii. Hafniae 1694. Israelis Nesselii. Aboae 1708. Ioan Christ. Polckii. Lipf. 1718. Ioan. Nic. Schüslini. Witteb. 1687. et rec. T. 2. thesauri Theologicophilologici Amstelod. 1702. pag. 491. ac Ioannis Poleni italice conscriptam Romaeque euulgatam. De Diana Λυσιζώνᾳ Iul. Car. Schlaegerus peculiari dissertatione, Hamburgi 1735. 4. edita. De Diana *Maris* Ioan. Casp. Schottus nou. explicat p. 61. sq. De Diana *Amarynthia* Reinesius pag. 216. *Caelesti* id. p. 104 et 234. *Inuicta* et *Victrice* id. p. 233. *Lucifera* id. p. 105. et Museum Roman. Sect. 1. Tab. 39. p. 26. *Pharetrata* Reinef. p. 105. *Pistia* id. p. 216. *Raesiana* id. p. 217. *Sospita* id. p. 240. *Victrice sancta* id. p. 232. De VENERE Laurent. Begerus Thesaur. Brandenburg. P. I. p. 170. et in Meliagride pag. 5. Ioan. Seldenus de Diis Syris Syntagm. II. c. 2. 4 et 7. et Iac. de Wilde antiq. gemm. illustr p. 48 et 49. Differentiam semper fuisse apud Veteres inter Venerem popularem et caelestem siue Vraniam ostendunt Petrus Jurieus in historia dogmatum et cultuum P. IV. c. 7. p. 692. et Carol. Patinus comment. in antiquum Marcellinae documentum, p. 407. Non nisi vnam exstitisse probare contendit Michael Fourmontus Memor. Acad. Inscription. T. X. p. 20. sqq. edit. Amstelod. De Venere *Armata* differit Petrus Burmannus ad Quinctiliani I. O. p. 143. De *Epitragia* auctor libri saepius laudati, *Explication de divers Monumens*, pag. 309. sqq. De Veneris *Leucopigae* statua Ioan. Frider. Christius Noct. Academic spec. 2. p. 102. sqq. De *Murcia*, thalami amica, Gorius ad Muf. Cortonense pag. 18. De *Pelagia* Museum Roman. sect. 1. tab. 41. p. 27 et Reinesius p. 127. vbi quoque de Venere *Erycina* et *Cnidia*. De *Verticordia* Muf. Rom. ib. tab. 40. p. 27. De *Victrice*. M. R. ib. tab. 42. p. 28. De Venere *caelesti* Reinef. p. 241. Ἐυνοίᾳ p. 203. *Peregrina*, *Sancta* Μοςφῶ p. 128. *Physica* p. 42. *Placida* p. 227. De MARTE Laur. Begerus contemplat. gemmar. dactyl Gorlaei p. 35. Gaillardus Guiranus in explicatione ducr. vetustor. numismatum Nemausensium T. I. thesauri Sallengeriani p. 1040. Abrah. Ortelius capit. deorum et dearum N. 15. Iac. de Wilde antiquar. gemmar. illustrat. p. 95. sq. De Marte

Gradiuo

Gradiuo Tobias Gutberlethus de Saliis Martis ſacerdotibus, T. V. theſauri Graeuiani pag. 717. De *Hyperboreo* vide the Hiſtory of the Works of the Learned 1709. p. 600. De Marte *Litterarum propagatore* commentationem edidit Carol. Guil. Schumacher. Ienae 1757. 4. De MERCVRIO Hieron. Aleander Tab. Heliac. T.V. theſauri Graeuiani p. 739. Bonius et Bozius, Hiſtor. Acad. Inſcription. T. VI. p. 402. ſqq. edit. Amſtelod. Cauſſeus Simulacr. Deorum tabula 48. Ioan. Nicolai de Mercurio et Hermis. Francof. et Lipſ. 1687. 12. Michael Fourmontus Memor. Acad. Inſcription. T. X. p. 1. ſqq. edit. Amſtelodam. vbi in eo verſatur, vt oſtendat, nullum vnquam Mercurium exſtitiſſe. Coſtardus in diſſertatione Anglice conſcripta de originibus et ſignificatione vocis Hermes. Oxonii 1752. Paullus Maria Paciaudi in commentatione italice ſcripta: *Diſſertazione ſopra vna Statuetta di Mercurio del Gabinetto del March. dell' Oſpital. Neapoli* 1747. 4. Sponius Miſcell. erud. antiq. N. 40. ſqq. De variis Mercurii epithetis agit Ezech. Spanhemius ad Ariſtophanis Plutum v. IIII. p. 267. ed. Kuſteri. De Mercurio Κεραυνίῳ Anton. Franciſc. Gorius Vol. II. Theſauri gemm. antiquar. aſtriferarum. Mercurius cum ſacco, caduceo et cornucopiae conſpicitur apud Bandurium T. 1. Numiſmat. p. 38. Mercurius et Fortuna Sect. 1. Muſei Romani tab. 49. p. 32. Mercurius et Minerua ibid. tab. 48. p. 52. De IOVE Spanhemius ad Callimachi hymnum in Iouem. G. Choul de religione veter. Romanor. p. 45 ſqq. De Ioue *Ammone* Dausqueius ad Silium p. 101. Muſeum Rom ſect. 1. tab. 4. p. 4. Marmora Taurinenſia parte 2. pag 14. ſqq. Venutus in Muſeo Cortonenſi pag 29. Ezech. Spanhemius de vſu et praeſtantia Numiſmatum diſſertat. 7. pag. 388. et Aeg. Strauchius pec. diſſertatione Wittebergae 1669. edita. De Ioue *Anxure* Gorius parte 1. Muſ. Etruſci tab. 72. pag. 77. et Marmora Taurinenſia parte 1. pag. 5. ſqq De Ioue Ἀρείῳ Bandurius T. 1. Numiſmat. pag. 59. De *Caſio* Ioannes Boiuinus de Villeneuve T. 3. Memor. Acad. Inſcription p. 392. De Ioue *Capitolino* Iuſtus Rycquius de Capitolio c. 19. ac Iac. Oiſelius et Iac. Gronouius notis ad Minucium Felicem pag. 219. De *Dolicheno* Tarſis culto Maffeius Muſ. Veron. pag. 78. De *Elicio* Heur. Chriſtoph. Bytzouii diſſertatio. Havniae 1716. 4. De *Feretrio* Iul. Caeſar Bulengerus de Triumphis cap. 37. Iac. Dalechampius not ad Plinii H. N. lib. 2. cap. 53. Ioan. Freinshemius not ad Florum lib. 1. cap. 10. Onuphr. Panuinius de Triumphis cap. 8. Anton Pighius annal. vrb. Romae pag. 128. De *Herceo* Hadr. Stegerus in praefatione praemiſſa breui Antiquit. Rom. deſcriptioni, editae Lipſiae 1739. 8. De Ἱκετησίῳ ſiue *Milichio* Bened. Auerranus diſſertatione 22 ad Euripidem, opp. T. 1. p. 459. Muſeum Roman. ſect. 2. tab. 1. pag. 49. Valerius in Muſeo Corto-

nensi pag. 31. et Ioan. Frid. Leisnerus pec. commentatione Lipsiae 1738. 4. edita. De *Madbacho* et *Selamene* Gisbertus Cuperus et Pet. Dan. Huetius in epistolis mutuis, quae insertae sunt collectioni dissertationum Tilladeti. Hagae Comit. 1714. 8. euulgatae, Tomo 2. p. 97. sqq. De Ioue πολιούχῳ Nicol. Schwebelii dissertatio. 1740. De προπύλῳ Petri Kuntzii dissertatio Ienae 1739. edita. De Ioue *Summano* liber gallice conscriptus, *l'Explication de divers Monumens*, etc. p. 332. sqq. et Museum Cortonense tab. 4. pag. 9. De Ioue *Sereno* Carol. Frider. Walchius Vol. 2. Actor. societat. Latinae Ienensis pag. 203. sqq. De Ioue *Statore* Guido Pancirollus in descript. vrbis Romae, T. 3. thesauri Graeuiani pag. 339. De Ioue Σωτῆρι Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 878 et 1176. De Ioue *Tonante* Ioan. Anton. Astorius Venetiis 1698. fol. et Tomo 2. thesauri Sallengeriani pag. 769. Anton. Franc. Gorius ad calcem Vol. 2. thesauri gemmar. antiquar. astriferarum. Eduard. Holthenus in Bibliotheca nouor. libror. A. 1699. pag. 344 et ad calcem dissertat. Petri Burmanni de vectigalibus P. R. p. 216. idem Burmannus ibid p. 223. sqq. et Tilladetus T. 2. Histor. Acad. Inscription. pag. 13. edit. Amstelod. De Ioue *Vicelino* Gottl. Erdm Zeibichius Vol. 4. Misc. Lips. nou. pag. 313. sqq. De Ioue *Vrio* Anonymus in notis ad Marmor Bosporanum, adiectis Ioannis Taylorii comment. de debitore inope secund. ius atticum in partes secando pag. 23. seqq. De NEPTVNO Laur. Begerus de bello et excidio Troiano pag. 8 et 26. Ioan. Frider. Guhlingius differt. de barba Deorum § 4 et 14. Ioan. Nicolai de substrat. vestium pag 91. Ioan. Schefferus de militia nauali cap. 2. sq. Ezech. Spanhemius de vsu et praestantia numismatum dissertat. 7. T. 1. pag. 390. Iac. de Wilde antiq. gemmar. illustrat. pag. 36. sqq. De Neptuno *Asphalio* Anton. Gellandus T. 1. Histor. Acad. Inscription. p. 185. ed. Amstel. De Neptuno *Reduce* Carol. Beniam. Acoluthus pec. commentatione Ienae 1755. euulgata. De VVLCANO Causeus simulacr. Deor. cap. 19. Abrah. Ortelius capit. Deorum et Dearum tab. 13. Iac. de Wilde antiq. gemm. illustrat. p. 120. et Adam. Dan. Richter in differt. de Vulcano in Lemno rege, sub cuius auspiciis artes ferrariae in ista insula regnare coeperint. Annabergae 1751. 4. De APOLLINE Anton. Thysius Exercitationum miscellanearum decima octaua. Abrah. Ortelius capit. Deorum lib. 1. tab. 6. Iac. de Wilde antiq. gemmar. illustrat. pag. 7. Bulengerus de orac. et vatic. c. 6 et 9. Hieronymus Aleander tab. heliac. explicat. T. V. thesauri Graeuiani pag. 711. De cognomine *Granni* Burc. Gotth. Struuius synt. antiq. Rom. p. 92. et Christi. Gottl. Schwarzius diss. de Aesculapio et Hygea pag. 17. De cognomine *Beleni* Philippus a Turre in differt. de Beleno veterum Aquileiensium Deo, pag. 255. eius monumento-

rum

rum veteris Antii. De Apolline ἐπιδημίῳ Henric. Aug. Zeibich. Witteb. 1754. De reliquis Apollinis cognominibus agit Siluester Lursenius in diatriba de Apolline et rarioribus eius cognominibus, libro eius de templo et bibliotheca Apollinis Palatini adiecta. Hinc succedunt VIII. Dii, quos *Selectos* vocabant ac *Populares: Ianus*, de quo Ioan. Henr. Koeberus dissertationibus quinque. Gerae 1668. editis. Hieron. Dicelius Programmate de Iano, Lipsiae 1701. euulgato. Martin. Hublerus oratione de Iano eiusque templo Romae olim et alibi terrarum famosissimo. Altd. 1702. Brand. Henr. Gebhardi differt. de Iano. Gryphisw. 1703.. Claudius Groseus de Bose dissertatione de Iano veterum et numis nonnullis eum respicientibus. Gallice. Parisiis 1705. 8 et latine reddita in Christ. Woltereckii Electis rei numariae pag. 1. sqq. Ouzelius ad Minuc. Felicis cap. 21. Plutarchus et Boxhornius in quaest. Rom. T. V. thesauri Graeuiani. p. 933, 966, 1010. Ortelius cap. Deorum lib. 2. init. Martinus Lipenius de Strenis c. 4. Christi. Gottlieb Schwarzius pag. 4 differt. de Diis clauigeris. *Saturnus*, de quo Macrobius Saturnal. lib. 7. sq. Albericus de imaginibus Deorum c. 1. Ouzelius l. c. Iac. Sponius Misc. erud. antiquitatis S. 3. N. 98. *Genius*, de quo qui egere recensebuntur ad § XXVII. *Sol*, de quo qui commentati sunt laudauimus supra paragrapho XII. *Orcus*, de quo Festus et Lampridius apud Boxhornium Quaest. Rom. X. Boccatius in Genealogia Deorum de Erebo. Stephan. Fourmontus Histor. Acad. Inscription. Tom. II p 6. sqq. *Liber* siue *Bacchus*, de quo Laurent. Begerus in dissertatione de Cranae insula pag. 26. Anton. van Dale differt. IX. ad antiquit. et marmora spectant. pag. 84. seq. Ioan. Henr. Eggelingius differt. de mysterio Cereris et Bacchi, T. VII. thesauri Gronouiani, p. 57. Iac. Sponius Misc. erudit. antiquitatis p 25. Theod. Hasaeus T. 15. histor. critic. reipubl. litter. p 230. sqq. Ioan. Baptista Recanatus nelli Supplementi al Giornale de' Letterati d' Italia. T. II. p. 1. sqq. Franc. Seuinus T. III. histor. Acad. inscription. p. 52. sqq. edit. Amstelodam. Christi. Gottl. Schwarzius Misc politior humanitatis c. 3. p. 63. sqq et c. 4. p. 95. sqq. Matthaeus Aegyptius in Explic. S. C. de Bacchanalibus. Ioan. Nicolai de ritu Bacchantium. c. 1 - 8 De Baccho *Morycho* Anton. Francisc. Gorius in Museo Cortonensi, et Frider Gotth. Freytagius T. I. Actor. Acad. Elector. Moguntinae Scient. vtilium, quae Erfordiae est, p. 445. De Baccho *Psila* Auctor libri gallici saepius laudati Explication de divers Monumens, qui ont Rapport à la Religion des Anciens, p. 55. sqq. De Baccho *Sabazio* Alexander Xau. Panelius in commentat. de Cistophoris. De *nocte Dionysiaca* Thesaur. gemmar. astrifer. Vol. III. Bacchi triumphus in Sardonyche explicatur in A. E. 1728. p. 6. Bacchus centauris vectus exhibetur in Museo Romano,

sect. I.

ſect. 1. tab. 44. p. 30. muliebri facie, ibid. ſect. 2. tab. 4. p. 52. floribus coronatus ibid. tab. 5. p. 53. *Tellus*, de qua videantur ſcriptores ſupra ad Veſtam et Cererem laudati. *Luna*, de qua Spartianus vit. Caracallae c. 7. et Iac. Sponius Miſc. erud. antiquitatis pag 90. Alii XX ſelectos Deos numerant, XII nempe mares, et VIII feminas; ita *Ioan. Textor* in officina, ſed accenſet plures e Conſentibus. Inter Deos *minorum gentium*, ſiue, minutos ac minuſcularios occurrunt *Indigetes*, ſiue homines poſt fata inter Deos agentes, qui et Heroes, [36] Semones ſiue Semihomines, de quibus conferantur Philoſtratus in Heroicis; Patinus in tres Inſcriptiones graecas Smyrna allatas, et in commentario in cenotaphium M. Artorii, circa finem. Inter Heroas celeberrimi fuerunt, *Hercules*, de quo Albricus de Deorum imaginibus c. 22. Alcander in tabul. Heliac. T. V. theſauri Graeuiani, pag. 715. 721. 729. 738. Boxhornius ibid. p. 917. 990. 1022. Laur. Bergerus in Hercule Ethnicorum ex variis antiquitatum reliquiis delineato. Coloniae Marchicae 17 5. fol. Idem Tomo I. theſauri Brandenburgici p. 30. ſeq. 208. 303. 317. et T. III. p 47. Mich. Angel. Cauſſeus de la Chauſſe de ſimulacris Deorum c. 30. Ioan. Nic. Funccius de veter. Romanor. per filium Dei iurandi conſuetudine, T. 3. ſymbol. litter. Bremenſ. p. 639. ſqq. De *Germanorum* et *Gallorum* Hercule Keyslerus antiq. Septentrion. p. 38 et 190. ſqq et Ioan. Frickius de Druidis, pag. 94. editionis repetitae cura Alb. Frickii. Vlmae 1744. 4. De Hercule *Augusto* Oliuerius in notis ad Marmora Piſaurenſia p. 14. De Hercule *Inuicto* Ian. Brouckhuſius not. ad Tibullum pag. 74 et 400. De *Magusano* Boxhornius Quaeſt. Rom. 1. De *Musagete* Ludou. Franc. de Fontenu Memor. Acad. Inſcription. T. X. p. 77. ſqq. edit. Amſtelod. Edmund. Frigelius de ſtatuis p. 24. Iac. Phil. Tomaſinus de donariis p. 169. De ὀφιοκτόνῳ, ὀφιομάχῳ, et ὀφιούχῳ Petrus Dan. Huetius demonſtr. Euang. Prop. IV. pag. 153. edit. Pariſ. 1679. fol. Petrus Gratiolus pag. 130 diſſertationis de praeclaris Mediolani aedificiis. Ian. Gruterus pag. 44. Inſcr. I. Ioan. Ern. Immanuel Walchius in diſſertatione de Deo Melitenſium pag. 46. vbi plura Herculis cognomina recenſentur. De *Prodicio*, ſiue *Xenophontio*, Theodor. Haſaeus T. 14. hiſtor. critic. reipubl. litter. pag. 233. ſqq. De Hercule *Sancto* Dan. Heinſius ad Ouidii Faſtorum lib. VI. 213. et Ioan. Paſſeratius not. in Propertii lib. 4. eleg. 10, 71. De *Saxano* Ioan. Henr. Hagenbuchius in antiquitatibus Cliuenſibus, ſiue Inſcriptionibus Berdengalenſibus, Suſati 1731. 8. editis, inueſtigatione prima. De *Saxano*, *Tiburtino*, *Tricoſo*, Ioan. Georg. Graeuius in praefatione ad T. V. theſauri antiq. Romanarum. De *Somniali*, qui

[36] *Heroas, hominumque in Deorum numerum relatorum cultum ante legem latam in vſu non fuiſſe cenſet H. Winderus Vol. I. Hiſtoriae criticae et chronologicae, p. 216.*

qui incubantibus in eius templis somnia mittere credebatur, Claud. Salmasius exercit. Plinian. p. 248. Iac. Sponius miscell. eruditae antiquitatis p. 100. et de aris ignotorum Deorum, T. VII. thesauri Gronouiani p. 268. De Hercule Σωτῆρι Iul. Car. Schlaegerus comment. de Diis hominibusque seruatoribus pag. 35. Ioan. Christi. Messerschmid in comment. de hoc argumento. Lipsiae 1755. 4. edita. De *Tarsensi* Cast. Innoc. Ansaldus in epistola ad Albert. Mazzolenum, Brixiae 1749. 4. euulgata. De *columnis Herculis* consulatur Chr. Gottl. Schwarzii dissertatio Altdorfii 1749. habita. *Castor et Pollux*, de quibus Ezechiel Spanhemius de vsu et praestantia numismatum T. 1. pag. 475. Ioan. Seldenus de Diis Syrorum S. 1. c. 16. Vindingius in Hellene T. XI. thesauri Gronouiani. Relandus et Gutberlethus de Diis Cabiris. Begerus Thesaur. Brandenburg. T. I. p. 707. et T. II. p. 572. A. Nebrissensis Tomo VI. Biblioth. critic. pag. 1174. Dilherrus T. I. Disp. academic. p. 238. P. Kunzius de vexillo nauis Alexandrinae pag. 4, 13. sqq. Iul. Car. Schlaegerus de Diis seruatoribus p. 38. Christi. Weisius dissert. secunda de Diis vialibus p. 17. sqq. *Aesculapius*, de quo Bandurius T. 1. Numismatum pag. 97. Begerus thesauri Brandenburg. T. 1. pag. 67. seq. 159. 402. 417. 442. 492. Ioan. Bapt. Casalius de veteribus ritibus 1. 7. Causeus tabula 17. Iustus Godofredus Gunzius de Δαιδουχίαις siue facibus in sacris Aesculapii. Lipsiae 1737. 4. Ioannes Harduinus in numis vrbium illustratis pag. 347 et 390. Carol. Frider. Hundertmarck de principibus Diis artis medicae tutelaribus apud Graecos et Romanos. Lips. 1735. 4. Ioannes Christi. Messerschmid de Aesculapio Σωτῆρι. Lips. 1752. 4. Museum Romanum Sect. 1. tabula IX. pag. 8. vbi quoque tab. X. p. 9. de Hygea. Ioan. Chrysostomus Scarfus in epistola de variis antiquis monumentis. Venetiis 1739. 4. p. 91 - 96. Christi. Gottl. Schwarzius de Aesculapio et Hygea Diis Φιλανθρώποις. Altorfii 1725. 4. Sponius Misc. eruditae antiquitatis, sectione 4. Idem in libro gallico, Recherche des Antiquitez, dissert. 23. p. 326. seqq. de collegio Aesculapii et Hygeae differit. Marmora Taurinensia P. I. p. 217. sqq. Porro occurrunt *Nouensiles*, siue ex peregrinis Diis de nouo recepti: vt vero inter Deos Romae reciperetur aliquis, Senatus auctoritas et postea Imperatorum consensus requirebatur; qua de re consuli possunt Petrus Faber Semestr. lib. 3. cap. 1. et Gerhard. Ioan. Vossius in Etymologico, T. I. Oper. pag. 346. Denique occurrunt *Diui*, siue a Romanis ipsis e Romanis in Deorum numerum relati. Roma ipsa inter Deos culta est, vt praeter alios notat Michael Angelus Causeus in Museo Romano, in quo de Diis plura, Tomo quinto antiquitatum Graeuii pag. 769. [37] Omittimus *Deos Rusticanos*, vt Panem, Faunos, Satiros,

 Silenos,

[37] *Idem honor aliis quoque vrbibus et integris nationibus exhibitus est. Vide Io. Gottl. Lakemacheri antiquitates Graecor. sacras p.* 110, *et, qui ibidem laudati sunt, scriptores.*

Silenos, de quibus conferantur Aleander Tabul. Heliac. Tomo quinto thesauri Graeuiani pag. 746. Begerus T. I. thesauri Brandenburgici pag. 16. 18. seqq. 155. et T. III. pag. 257. 259. 745. Casaubonus de Satira, Tomo secundo Musei Creniani. C. G. Schwarzius Miscellan. politior. humanitatis cap. 4. § 5. seqq. De Faunis veterum Germanorum consule Keyslerum antiquitat. septentrional. p. 178. sq. et Ekhartum T. I. Rerum Franc. Orientalis p. 410. Omittimus quoque *Nymphas*, de quibus egerunt Lucas Holstenius comment. in veterem picturam Nymphaeum referentem, Tomo IV. thesauri Graeuiani pag. 1800. Raphael Fabrettus de aquaeductibus pag. 99 seqq. Iacob. Gronouius ad Pomponii Melae 2. I. 30. vbi per *hominem sibi illaudabilem* Fabrettum intelligit. Georg. Fabricius Descript. vrbis Romae pag. 119. Praeterimus quoque *Tritones*, de quibus Marmora Taurinensia Parte prima pag. 160. seqq. *Agricolarum* duodecim Dii celebrantur a Varrone L. I. c. I. de re rustica: *Iupiter* et *Tellus*, *Sol* et *Luna*, *Ceres* et *Liber* Bacchus, *Robigus* ac *Flora*, [38] *Minerua* et *Venus*, *Lympha* ac *Bonus Euentus*. [39] De Diis *vialibus* apud Romanos et alios gentes cultis eruditus Everardi Ottonis liber lucem vidit Halae Magdeburgicae 1714. 8. rec. insertusque libro eiusdem Ottonis de tutela viarum publicarum. Trai. ad Rhen. 1731. 8. Ottoni adde Christiani Weisii Diss. duas de Numinibus vialibus. Lipsiae 1724 et 25. et G. S. Bayeri Diss. de Diis vialibus Graecorum. Regiom. 1718. Deorum adiuncti fuerunt *Nemesis*, de qua Ioan. Georg. Graeuius Lection. Hesiod. p. 28. Laur. Begerus Thes. Brand. T. I. p. 61. sqq. Iac. Perizonius not. ad Aeliani Var. Histor. L. 13. c. 2. p. 852. ed. Gronouii. Ioan. Alberti obss. Sacr. pag. 286. Ioan. Mich. Dilherrus Disp. T. I. p. 242. Chr. Gottl. Schwarzius Misc. polit. humanit. pag. 60. et Ioan. Conr. Schwarzius noua et accurat. explicat. Nemeseon quarundam a Montefalconio collectarum. *Bellona*, de qua Laurent. Begerus contemplat. gemmar. dactyl. Gorlaei p. 24. Iac. de Wilde in antiq. gemmis illustratis p. 86. vt reliquos Deorum adiunctos omittamus. Deorum *ministri* fuere Mercurius, et Silenus, aliique, quos praeterimus. Notum praeterea est, a Romanis cultas, praeter Deos superos, non modo Virtutes, et res praeclaras, *Pacem*, de qua Ioan. Henr. a Seelen Miscell. p. 303. seqq. *Fortunam*, de qua Vaesius ad Museum Cortonense p. 57. Io. Frid. Fischerus de ara pacis. Lipsiae 1748. Petrus Zornius de Templo Fortunae. Georg. Phil. Olearius de Fortuna Pop. Rom. Lips. 1713. De Fortuna *Milichia* ad Plutarchi

[38] *De* Flora *conf.* Merlinum *in Memoriis Treuultinis A. 1735. p. 2205. sqq.*

[39] *De* bono euentu *vide* Ioan. Monetae *pec. commentat. Gedani 1727. 4.* editam. Philib. Bernard. Moreau de Mautour *in memor. Acad. Inscript. T. 4. p. 78. seqq. edit. Amstelod.* et Moscardi *Museum p. 377.*

Plutarchi quaestiones Rom. agit laudatus a Seelen. Lub. 1748. De fortuna *Primigenia* Ioan. Gottl. Bidermannus Otior. litter. P. 1. p. 223. seqq. De fortuna *Reduce* Carol. Frid. Walchius. Ienae 1751. De fortunis duabus *Antiatibus*, siue Nemesi duplici, quarum vna bonorum remuneratrix, altera malorum vindex et Adrastea, Ioan. Georg. Graeuius ad Suetonii Caligulam p. 806. et Fabrettus p 614. Fortunae varia cognomina recenset Pet. Burmannus ad Ouidii Fastor. L. 6. v. 569. *Honorem*, de quo Memoriae Treuultinae 1708. p. 214. Carol. Siluester in collectione Opusculor. T. V. p. 368. seqq. *Famam*, *Pietatem*, de qua vide Begerum Thesaur. Palatin. p. 96. *Fidem*, de qua I. E. Iablonski specimine spicilegii animaduersion. de cultu virtutum sacro apud gentes profanas, quo de Fide Dea, eiusque sacris in primis differitur. Francof. ad Viadr. 1752. 8. *Spem*, *Salutem*, de qua Guil. Musgraue Diss. de Dea Salute. Oxonii 1716. Georg. Guil. Goldnerus Diss. de Romanorum Dea Salutis, salutisque augurio. Gerae 1738. et Christi. Weidlingius Progr. de Dea Salutis. Leucopetrae 1714. *Victoriam*, vide Ioan. Henr. Schulzii Dissertat. de Dea Victoria. Halae 1741. *Concordiam*, de qua Io. Godofr. Geislerus pec. Diss. Lips. 1750. *Occasionem*, de qua conf. Marmora Taurinensia P. II. p. 4. *Bonam mentem*, de qua Ioan. Christi. Wensdorfius. Helmstadii 1755. *Sapientiam*, de qua conf. Mus. Rom. S. 1. p. 48. *Iustitiam*, de qua Stephan. Pighius in Gronouii Thes. Antiq. Graecar. T. IX. p. 1137. Dan. Priezacus Miscellan. L. 1. p. 1. seqq. Christoph. Wollius de Themide, diua Iustitiae praeside e sacra Christi ciuitate proscribenda. Lipsiae 1737. Resque naturales, *Elementa*, *animalia*, *plantas*, *fluuios*, *stellas* etc. Sed *inferos* quoque et *vitia et pestes ac morbos mortemque* ne scilicet nocerent; *paupertatem* item, *pauorem*, *obliuionem*, *senectutem*. Vid. *Plin.* lib. II. c. 7. et ex recentioribus Vossium L. IX. de Idolatr. c. 37. et 39. *Guilelmum Choul* de religione veterum Romanorum, editum Gallice, Italice et Latine: *Francisci Pomey* Pantheon Mythicum, saepius in Belgio ex Sam. Pitisci recensione atque in Germania etiam recusum, et Gallice versum a Tenantio. Parisiis 1715. 12. *Alexandrum ab Alexandro* L. 1. c. 13. et ibi *Tiraquellum: Adr. Iunium* L. III. Animadv. c. 1. et *Martinum Lipenium* in strenarum historia T. 12. Graev. p. 411. seq. Dii mali Deaeque, vt obseruat *Nic. Bergierius* L. II. de viis Imperii Romani c. 33. extra moenia fere a Romanis culti. De Deo *Termino* eiusque cultu apud Romanos dissertatio inserta legitur Memoriis literariis Treuoltinis A. 1706. Augusto mense p. 1380. seq. cui adde Adami Grenzii, et Bernh. Frid. Ludolph. Lauhnii Dissertatt. de hoc argumento, quarum illa Dresdae 1752. haec Lipsiae 1753. 4. prodiit. Venutum ad Museum Cortonense pag. 61. et Claudii Bozei Dissertationem de Deo Termino eiusque cultu apud Romanos; in memoriis

Academiae Inſcription. pag. 63. ſeqq. De Diis *Etruſcorum* copioſe diſſerit Antonius Franciſcus Gorius Parte ſecunda Muſei Etruſci. De Sabinorum Deo *Sanco* ſiue *Sancto* confer Dausqueium ad Silium Italicum p. 353. ſeq. De *cognominibus* Deorum ſcripſit praeter Iulium Aurelium ante laudatum, Petrus Iacobus Montefalchius. Peruſiae 1525. 4. De *lingua* Deorum Ioan. Godofr. Lackemacherus obſeruatt. philolog. P. III. p. 250.

XVI. De Diis Germanis et veteri Germanorum, Gallorum, Britannorum religione ſyngrammata quatuor compoſuit *Elias Schedius* A. 1641. Warſoviae viceſimo ſexto aetatis anno extinctus, qui perdoctus ſcriptor dicitur a Seldeno l. de Synedriis p. 417. Syngrammata illa poſt auctoris obitum in lucem edidit Pater eius Georgius Schedius, Rector Scholae Guſtrovienſis, Amſt. 1648. 8. recuſa cum notis *Ioan. Iarkii* Stadenſis Halae 1727. 8. praemiſſa praefatione Fabricii, et addita Diſſ. Io. Georg. Keysleri de cultu Solis, Freii et Othini. De Germanorum Diis praeter ea quae viri docti ad Caeſarem de Bello Gallico VI. 17. et 21. et Tacitum de Germanorum moribus cap. 9. et 43. et Helmondus in Chronico Slavorum lib. 1. c. 82. atque in notis ad eum Henricus Bangertus p. 125. ſeqq. Paullus Hachenbergius in Germania Antiqua, Diſſ. 8. cui tamen neſcio an aliquis facile aſſentietur, quod Lib. 1. c. 29. diſputat eos ſub Solis, Lunae et Ignis ſiue Vulcani nominibus SS. Trinitatem veneratos fuiſſe. Burcard. Gotth. Struuius in Syntagmate Hiſtoriae Germanicae Diſſ. 2. Anton. Banierius mytholog. explicatae Vol. II. P. II. Lib. 2. c. 254. Multa etiam Philippus Cluuerus in Germania Antiqua. Solent etiam de idololatria et religione Germanorum quaedam annotare Chronicorum, Annalium, Hiſtoriarum et memorabilium ſcriptores qui partes Germaniae perſequuti ſunt, vt Io. Auentinus in Annalibus Boiorum, Albertus Crantzius in Saxonia et Metropoli, Georgius Fabricius et Dav. Chytraeus in Saxonia, Io. Pomarius in Chronico Saxonum Germanice vulgato, Petrus Albinus in Chronico Miſnenſi, Caſpar Sagittarius in antiquitatibus Gentiliſmi regnique Thuringici, quod a *Thoro* ſiue Ioue Germanorum et ſeptentrionalium populorum nomen tuliſſe contendit: Fridericus Lucas in memorabilibus Sileſiae, parte 2. Io. Stumpſius in Chronico Heluetiae, Valuaſor in der Ehre des Herzogthums Crain T. 1. p. 55. ſeq. T. VII. p. 373. ſeq. Ern. Ioach. de Weſtphalen praefat. T. IV. monumentorum ineditorum rerum Germanicar. p. 200 - 241. Samuel Groſſer in den lauſitziſchen Merkwürdigkeiten. Caſpar Caluoer im alten heydniſchen Niederſachſen. Ioan. Mich. Heineccius in Antiquitatibus Goslarienſibus. Io. Georg. Eccardus in Comment. de Rebus Franciae Orientalis. Ioan. Bernhard. Wegelinus in Theſauro rerum Sueuicarum. Diſſ. 12. 13. 14. Hinc commemorandi *Trogillus Arnkiel*

in

in Cimbrischen Heidenthum Hamb. 1703. 4. *D. Hector Godfrid Masius* Schediasmate de Diis Obotritorum siue Mecclenburgensium, Radegasto praecipue, cum notis Andreae Borrichii, Hafniae 1688. 8. atque inter Masii Dissertatt. iunctim editas Hamburgi 1719. 4. p. 1040. seqq. *C. Arnold* von alten Sächsischen Wochengöttern und andern Götzen, und deren Gottesdienst: bey Ressens Gottesdienst der Welt. Heidelb. 1644. 8. *Ioan. Alexander Doederlein* in Antiquitatibus gentilissmi Nordgauiensis. Ratisbon. 1734. 4. *Ioan. Georg. Keyslerus* in Antiquitatibus selectis Septentrionalibus et Celticis. Hanouerae 1720. 8. *Augustus Aldenbrück* Differt. Historicomythologica de religione antiquorum Vbiorum. Colon. 1747. 4. auctius recusa ibid. 1750. *Godofr. Schützius* in Exercitationum ad Germaniam sacram gentilem facientium sylloge. Lipsiae 1748. 8. *Thomas Bartholinus* in Antiquitatibus Danicis, L. 2. c. 5. seq. *Ioan. Kirchmayer* de Germanorum veterum idololatria. Witteb. 1663. *Ioannes Bertels* Abbas Epternacensis in descriptione Deorum sacrificiorumque gentilium, Colon. 1606. 4. quem de Deastris in Treuirensi Electoratu et Luzenburgensi Ducatu maxime cultis nonnulla annotasse monet Michaël Herzius in Bibliotheca Germanica. De *Irmensula* Saxonica Henric. Meibomius T. 3. rerum German. de qua etiam videndus illustriss. Furstenbergius in monumentis Paderbornensibus p. 102 seq. Ernestus Casimirus Wasserbach in diss. edita Lemgouiae 1698. 8. Christianus Schloepkenius in Chronico Bardeuicensi et Beniam. Bielerus in Enarratione succincta de Hermensaula Saxonica. Torgav. 1749. De *Iodutta* praeter Crantzium in Saxonia V. 36. et in Metropoli VI. 7, Crusiumque et Spangenbergium, Henricus Vagedes in Operibus Academicis pag. 288. seq. vbi disquirit de origine loquendi formulae apud Westphalos et Rinthelenses frequentatae ich will dich schlagen du solst Iodut ruffen. Gerh. van Mastricht in Differt. inserta Biblioth. Bremensi T. 7. p. 510. sqq. et Theod. Hasaeus in Paralipomenis, ibid. p 906 seqq. De *Ostera* Saxonum, Bedae *Eoster*, aliis *Astera*, inde Ostern, Ostermonath apud Eginhardum, Luneburg Mushard. Bremae 1700. Henricus Besselius ad Eginhard. c. 7. p 32. Caspar Sagittarius Antiquitatt. Magdeburg. § 35. De *Thoro* principe Veterum septentrionalium Idolo, *Ioachimi Wieland* differtationes, Hafniae 1709. 4. De *Crodone* Iacobus Tollius in Epistolis itinerariis, p. 31 seqq. Io. Mich. Heineccius c. 2. Differt. de antiquissimo regionis Goslariam ambientis statu, et Crodone Hartzburgico, adiecta Antiquitatibus Goslariensibus. De *Büstero* siue *Püstero* [40] idem Tollius p. 34. Io. Christoph. Olearius syntagm. 1 rerum

 Thu-

[40] *Nunquam* Püsterum *a Germanis cultum esse, eundemque potius esse figmentis annumerandum affirmat* God. Schützius *ad Keysleri Itinera nouissima, P. II. p. 1334.*

Thuring. p. 321. seq. Wilh. Ernestus Tentzelius in dialogis menstruis vernaculis A. 1689. p. 718. Beniamin Scharf in descriptione iuniperi p. 104. seq. Immanuel Weber singulari Dissertatione. Gissae 1716. 4 et Ioan. Traugott Schulze P. III. Commentar. Societatis Artium Liberal. Lipsiens. p. 43. sqq. *Tibileni* Noricorum Dei meminit Tertull. c. 23. Apologetici. De *Stufione* Christianus Guilelmus Vollandus in diss. de sacris Mulhusinis. Witeb. 1704. De *Flinsio* Laurentius Peccensteinius in Theatro Saxonico part. 3. p. 79. atque Ieremias Weberus in paradiso Academiae Lips. p. 17. De *Lollo* Franconiae Deastro Ioan. Henr. Bocrisius T. 3. Misc. Lips. p. 307. seqq. vbi etiam icon. Dan. Guilielm. Triller ibid. T. 9. p. 175. seqq. Io. Gottl. Guiliem. Dunckelius symbol. litterar. collectione altera p. 238 - 309. vbi in eo est, vt euincat, Lollum fuisse eundem ac Harpocratem. De *Apolline Granno Mogouno* Ioan. Georg. ab Eckhart. Wirceburgi 1727. 4. De *Iside* Sueuis olim sacra Ioan. Gottlob Boehme. Lips. 1748. De Deo Celtarum *Endouellico*, cuius in inscriptionibus Gruteri p. LXXXVII. et LXXXVIII. mentio, exercitationem *Thomae Reinesii* editam Altenb. A. 1636. 4. recudi curauit Graeuius in syntagmate variar. Diss. Vltrai. 1701. 4. *Lud. Alphitundri* Disc. de Deo Endouellico citat Io. Conr. Dietericus p. 228. antiquitatt. N. T. atque ex eo refert, Germanorum Teufel deduci a Tubale, Numine Celtiberorum. De Dea *Nehelennia*, Nympha *Neha*, Numine veterum Zelandorum et Walachrorum, exstat erudita Dissertatio Cellae 1717. 4. in lucem edita a Ioan. Georg. Keyslero; recusa deinde in Eius antiquitatt. selectis Septentrionalibus et Celticis. Hanov. 1720. 8. quo in libro p. 259 sqq. De Diis aquatilibus veterum Septentrionalium et Celtarum differit. Adde Marci Zuerii Boxhornii Bediedinge van de Afgodinne Nehalennia; Eiusdem Antwort op de Vragen van de Afgodinne Nehalennia. Et Nic. Hieron. Gundlingii Sendschreiben an Herrn N. N. die in Seland ehemals bekannte Göttin Nehalennia betreffend. P. XXV. Gundlingianor. N. 3. De Dea *Hertha* Ioan. Petrus Anchersenius in Valle Herthae Deae. Hafn. 1747. 4. Iac. Elsnerus in Historia Academ. Regiae Scientiar. Berolin. 1747. p. 446. et 1748. p. 441. et Sam. Walther in der historischen Nachricht von der alten deutschen Nordrenech. p. 21. seqq. De Idolis *Slauorum* egit Io. Petrus Ludewigius Diss. tribus. Witteb. 1691. recusis in eius opusculis iunctim editis T. II. L. I. et cum Abrah. Frecelii libro de Diis Soratorum aliorumque Slauorum Tomo secundo Scriptorum Lusaticorum Christiani Godofr. Hofmanni. Lips. 1719. fol. De praecipuo Slauorum Deo *Suantenitzio* aliisque Franc. Alb. Aepinus in schediasmate de Meclenburgensium a Gentilismo ad Christianismum conuersione. Rostochii 1708. Albertus Georgius a Schwartz in Historia Diplomatica ciuitatum Pomeraniae ditionis Suecicae Germanice edita Gryphisw. 1755. 8.

p. 628.

p. 618. feq. De eodem *Zuantewitzio* et *Zernebog* Fellerus Trimeftri XII. p. 644. De Bohemorum *Perone*, *Radigafto Witislao* et *Silva* Ioan. Georg. Stredowski in Sacra Morauiae Hiftoria. Solisbaci 1710. 4. De Deo Pomeranorum *Rügeuit* idem Schwartzius lib. cit. p. 599. et de Diis *Poreuit* et *Porenutz* id. ibid. p. 600. De Pruſſorum Diis, *Percuno* [41], *Picollo*, *Potrimpo*, *Curchone*, *Perdoyto*, *Wurſckkaito*, *Iſchwambrato*, *Barſtruko* et *Marcopeto* aliisque confuli poterit Chriftophorus Hartknochius in veteri et noua Pruſſia part. I. c. 9. Cum Percuno illo nefcio an commune aliquid habeat *Kernunnos* a quo nomen menfis Germanorum Hornung repetit illuftris Leibnitius [42], qui fignificauit mihi in aedis Parifinae Cathedralis fundamentis effoſſa eſſe nouiſſime monumenta quaedam antiqua Celtica, in quibus eft lapis [43], cui infculpta imago Dei cornuti et infcripta vox KERNVNNOS. De Tauri cultu apud veteres populos feptentrionales fingularem librum compofuit *Thomas Broderus Bircherodius* quem *Taurum Cimbricum* infcripfit, vt didici ex nouis literariis maris Baltici A. 1698. p. 143. vbi ineditus ille memoratur, quem nec dum typis exfcriptum comperi. Quod vero Schedius p. 220. fcribit *Celtas priſcos coluiſſe vnum Deum* Thaut, *et tres perſonas SS. Trinitatis*, Hefum *Deum Patrem*, Belenum *Deum filium*, *et* Tharamim *Deum Spiritum S. in vno Thaut ſiue Deo veneratos eſſe*, merum commentum eft, vt oftendit Iac. Thomafius ὁ μακαρίτης programmate fiue diſſertatione LII. Ceterum de *Beleno* qui Apollo apud Gallos, videndus etiam Iac. Nicolaus Loenfis lib. V. Mifcellan. Epiphyllidum c. 15. Scaliger lect. Aufonian. lib. 1. c. 10. Steph. le Moyne notis ad Varia facra p. 622. Ioan. Georg. Frickius comm. de Druidis p. 90. et Philippus a Turre in monumentis veteris Antii, vbi et de aliis quibusdam Diis differit. De *Odino* fiue *Wodano*, *Fria* et aliis Diis Deabusque populorum feptentrionalium, praeter eundem Schedium aliosque videndus Io. Schefferus in Vpfalia antiqua, cap. 5 feq. Io. Eubergius libro Suecice edito de memorabilibus Vpfaliae c. 12 et Olaus Rudbeckius in fua Atlantica; qui de Heliolatria etiam Septentrionalium differit T. 2. cap. 5 et de Selenolatria c. 8. et Olauus Dalinus in Hiftoria Suecica. c. 5 et 6. De *Marte Hyperboreo* vide Fabiani Toerneri Diſſertationem. Vpfal. 1707. 8. De *Woodano*, lucorum Deo, Gundlingiana P. XXXVI. p. 85. Ceterum conferatur de *Diis Celtarum* Simonis Pelloutierii Hiftoriae Celtarum Tomus fecundus. Hagae Comitum 1751.

[41] *Percuni ſub nomine fulmen cultum a Lithuanis notat* Voſſius III. 8. de idololatria; *adde* G. Outhouium de iudiciis Iehouae, p. 333. feq.

[42] *Vide Eiusdem Collectanea Etymologica p. 80. et Epiſtol. a Kortholto edit. Vol. I. p. 417. 419. 422. Ceterum Baudeloto Kernunnos iſte eſt Pan. Daniel Ieſuita legit Ceportnunnos.*

[43] Vide memorias literarias Treuoltinas A. 1712. Ianuar. p. 44. 54. et A. 1717. p. 625 fq.

1751. 12. De Diis *Samogitarum* ceterorumque *Sarmatarum* Ioan. Lasicii, Poloni, commentatio excusa est Basileae 1615. 4. De Diis *Gallorum* agit Iacobus Martinus, Benedictinus, in libro erudito de Religione Gallorum (La Religion des Gaulois) Parisiis 1727. 4. 2 Voll. et Antonius Banierius mythol. explicatae Vol. II. P. II. L. I. quibus add. Petrus Pithoeus L. I. aduersar. c. 3. De *Moritasgo* Deo Gallorum veterum Thomas Reinesius pag. 683. Epistolarum ad Hofmannum, et in Classe prima inscriptionum veterum, vbi perinde vt p. 632. Epistolarum, plurium aliorum priscorum Deastrorum memoria occurrit, quemadmodum in Gruteri Fabrettique inscriptionibus, et in Iacobi Sponii Miscellaneis eruditae Antiquitatis, sect. 3. et in eiusdem Aris obscurorum Deorum. Lugd. 1677. et Tomo septimo thesauri Gronouiani. *Dianam* maxime cultam a Celtis siue Gallis testatur Plutarchus de virtutibus mulierum, Opp. T. II. p. 257. De *Diana Arelatensi* agit Franc. de Rebatu T. 1. thesauri Sallengr. De *Nemauso*, *Vrnia*, *Auicanto*, *Velisna*, *Cuslano* Scipio Maffeius antiq. Galliae p. 25. De Dea *Epona* Harduinus T. 2. Concilior. p. 1046. De *Eso* Gallorum Bibliotheque Françoise T. 14. p. 2 sq. De Diis *Belgarum* differit Guilielm. Musgraue in Belgio Britannico capite vndecimo.

XVII. De Diis Gentium vniuerse iterum iterumque in primis laudandi duumuiri praestantissimi Gyraldus et Vossius. Ac *Lilii Gyraldi* quidem syntagmata XVII. Historiae Deorum separatim primum Basileae 1548. fol. tum inter Gyraldi Opera ibid. 1581. fol. recusa, ac denique in editione eorundem locupletiore et luculenta quae V. C. Ioanne Iensio curante lucem vidit, Lugd. Bat. 1696. fol. prodierunt. Spectant huc etiam eiusdem Gyraldi syntagmata de Hercule et Musis. *Gerh. Io. Vossii* immortale de Idololatria opus Grotio in Epistolis Remonstrantium p. 767. Voëtio T. 1. select. p. 711. Morhofio lib. 1. polyhist. c. 21. ex merito celebratum, librisque nouem diuisum, subiuncto Maimonidis libro de idololatria cum Dionysii Vossii Fil. versione et notis prodiit primum integrum Amstelod. 1668. fol. Nam in editione Amst. 1642. 4. primi tantum quatuor libri et minus locupletes habentur. Sed totum recuderunt forma quarta Francofurtenses. Nouissime inter Opera Vossii iterum vidit lucem Tomo V. Amstelod. 1701. fol. His duobus vberioribus Operibus haec minora opera et compendia subiicere liceat *Melchioris Barlaei* de Diis gentium libros tres. Antwerp. 1562. 8. *Wilhelmi Kingii* historicam narrationem gentilium deorum atque heroum, cuius quarta editio prodiit Londini 1726. *Andreae Tookii* Pantheon, quod vndecima vice recusum est Londini 1729. 8. *Francisci Pomey* S. I. Pantheon Mythicum seu Fabulosam Deorum Graecorum maxime et Romanorum Historiam,

riam, Lugd. 1659. 8. Venet. 1683. 12. atque eadem forma duodecima saepius apud Belgas recusam et iconibus aeneis exornatam, nouissimeque praelis Francofurtensibus iterum in forma octopartita impressam: *Henrici Schaeuii* Kiloniensis Mythologiam Deorum ac Heroum (itidem apud Graecos et Romanos) praecipue ex emendata et aucta editione Frid. Redtelii, Stetin. 1700. 12. *Henrici Spoorii* fauissas antiquitatis Romanae et Graecae. Vltrai. 1709. 4. rec. mutato titulo, sub hoc indice. Deorum et heroum, virorum et mulierum illustrium imagines antiquae illustratae. Amstelod. 1715. 8. *Beniamini Bineti* Commentat. historic. de Diis et daemonibus Gentilium, Delphis 1696. 12. *Iosephi Iuuencii*, S. I. Appendicem de Diis et daemonibus poeticis. Paris. 1726. 8. Dupuii (Dupuy) Mythologiam, s. Historiam Deorum, semideorum heroumque gentilium celeberrimorum. Parisiis 1731. 8. *Petri Gautruchii* historiam mythologicam deorum et heroum antiquorum. Paris. 1678. 12. Amstelod. 1723. 12. et nouissime auctiorem. Paris. 1725. 8. (*Hardionii*) nouam historiam poeticam. Paris. 1751. 12. Lexicon compendiarium historiae fabulosae deorum gentilium. Londini 1731. 8. et kurzgefaßtes mythologisches Wörterbuch. Berlin 1752. 8.

XVIII. Circa signa et imagines Deorum notandum, quod non fuerit tantus sapientiorum inter gentes stupor, [44] vt imagines ipsas sibi persuaserint esse Numina, neque pro meris habuerint illas Deorum symbolis, sed cultu prosequendas esse rati sunt, quod a Diis putarent illas animari inhabitarique. Id quod patet vel ex Clementinis homilia X. cap. 21. seq. et erudite aduersus Bellarminum et Gregorium de Valentia ostendit Ioan. Raynoldus lib. 2. de idololatria Rom. Ecclesiae c. 3. § 51. seq. p. 438-495. Irata vero Numina ex imaginibus perinde vt ex templis [45] μεϑαβῆναι et emigrare existimabant, illasque veluti inanimes et cassas relinquere, quae nihil deinde amplius venerantes iuuarent. Atque non defuerunt professi eam sagacitatem, vt sensu quodam praesentiae Diuinae imagines Diis animatas ab ἀψύχοις, et ἀμοίροις τῆς Θείας ἐπιπνοίας mortuisque et Numine vacuis imaginibus valerent distinguere, qua de re operae pretium est videre, quae ex Damascio in vita Isidori narrant Photius et Suidas in διαγνώμων atque Ἡραΐσκος. Huc spectat et euocatio-

[44] Arnobius L. VI. p. 197. Vtinam liceret introspicere sensus vestros recessusque ipsos mentis, quibus varias voluitis atque initis obscurissimas cogitationes, reperiemus et vos ipsos eadem sentire quae nos, neque alias gerere super Numinum figuratione sententias.

[45] Iosephus VII. 31. de bello Iud. p. 961. testatur in templo Hierosol. ante excidium auditam vocem, μεταβῶμεν ἐντεῦϑεν. Confer quae viri docti ad Ieremiae XII. 7. et Matth. XXIII. 38.

cationis carmen apud Liuium lib. V. c. 21. et Macrobium III. Saturnal. 9. Confer, quos laudat Io. Iarkius p. 574. ad Eliam Schedium de Diis Germanorum, et quae viri docti ad Plinium XXVIII. 2. et *Franciscum Iunium* de pictura Veterum p. 70. edit. nouae. *Io. Guil. Bergerum* Differt. duabus de euocatione Deorum ex oppidis obsessis. Vitemb. 1711 et 14. *Andr. Cirinum* de veteri Roma c. 4. Thes. Sallengriani T. 2. p. 54. seq. *Barnab. Brissonium* L. 1. de formulis et sollemnibus P. R. verbis c. 107. ibidemque V. C. Io. Aug. Bacchium, qui ex Liv. I. 55. ostendit, Romanos ex suis quoque aedibus locisque Deos euocasse, quorum templa exaugurare vellent, locumque istum religione liberare; et *P. C. Ansaldi* librum singularem de Diis multarum gentium Romam euocatis. Brixiae 1743. 8. Vrbe capta Dii excessisse crediti, vide Diodor. Siculum XIII. Sacra e veteribus curiis in nouas euocata, et ex aliquibus illa per religionem euocari non potuisse scribit Festus in *Nouae curiae*.

XIX. *Imagines* Deorum pictae non minus quam sculptae apud veteres celebrantur, de quibus copiose idem Iunius in Catalogo artificum: ad cultum tamen quoniam sensus magis feriunt aptiores ferme visae sunt sculptae, et humana vt plurimum forma; quae vt plurimum minio erant fucatae. v. Ciceron. ad Diuers. L. IX. Ep. 16. Virgil. Ecl. X. 27. Plin. XXXIII. 7. et XXXV. 12. Pausaniam in Achaicis c. 27. p. 593. et in Arcadicis c. 39. p. 681. Tibullum II. 1. 55. ibique Brouckhusium, Plutarchum edit. Lips. 1696. fol. Eundem Quaest. Rom. Q. 97. et Arnobium adv. gentes p. 196. Confer *Edmundum Figrelium* de statuis illustrium Romanorum cap. 2. et *Alexandrum ab Alexandro* IV. 12. De imaginibus veterum atriensibus praelimin. et cubiculariis agit pec. Dissertat. *I. H. Schlenius*. Ienae 1664. Pretium signis additum non modo ab antiquitate, vel dignitate operis, Numen ab arte datum[46] seruantis, et a materia vt auro vel ebore, atque ab artifice vt Phidia, Myrone, Praxitele, sed etiam a *vestibus* quibus induci consueuerunt, de quibus confer Wowerium ad Petronium p. 477. edit. Burmannianae, Cangii glossarium Graecum in ποδέα, et Ianum Brockhusium ad Tibullum p. 398. De vestitoribus simulacrorum et baiulis, ἱεροστολισταῖς et ἱεροφόροις, ξοάνων θεραπευταῖς Valesius ad Sozomeni lib. V. cap. 3. Ac *vela oppansa* imaginibus et statuis, die autem festo vt conspici illae possent remota iterum fuisse notauit Lipsius lib. 1. elector. c. 29. Capitibus imaginum a quarto iam saeculo radiatos impositos orbiculos lunulas vel corollas radiatas nimbosque multis docet *Ioannes Nicolai ὁ μακαρίτης* in diss. de *nimbis* antiquorum quae Imaginibus Deorum,[47] Imperatorum ἀποθεωθέντων olim et nunc Sanctorum capiti-

[46] Silius Italicus lib. XIV. 664.

[47] Vide et Gisb. Cuperi Obseruationes l. 2. c. 16. Florentis Christiani notas ad Aristo-

pitibus appingi consueuere, Ien. 1699. 12. Io. Daniel Maior in Serapide radiato, Barthius LIV. 17. Aduersar. Begerus T. 2. thesauri Brandenb. p. 528. T. 3. p. 444. Nicasius de numo Pantheo Hadriani p. 29. seq. Sponius Miscell. p. 285. Iunius de pictura Veterum p. 24. *Solerius*, siue, *Theophilus Raynaudus* de pileo, sect. 18. *Kircherus* Obelisc. Pamphil. p. 282. *Ioan. Behmius* de nimbis sanctorum. Regiom. 1716. *Huetius* ad Anthologiam p. 38. vbi notat, opercula simulacris imposita, vt protegerentur ab imbribus et auium contumeliis, vel ad maiorem operis dignitatem. Ceterum si qui depinguntur capitibus radiatis, id argumento est, eam picturam post eorum obitum factam esse. Nam viuentes personae illustres, sicubi depingebantur, ad caput *tabulae quadratae similitudinem*, quod viuentis insigne est, praeferebant, non coronam, vt ex Ioannis Diaconi Lib. IV. de vita Gregorii M. c. 84. obseruat Ioan. Mabillonius p. 231. itineris Italici. *Lumina* coram imaginibus de die *accensa*, vt praeter alios docet B. Ioannes Faes libro de cereis baptismalibus p. 130. seq. Sollemni etiam pompa *circumgestatae* Deorum imagines vel *in thensis circumductae*, de quo Io. Scheferus de re vehiculari veterum II. 24. et illustris vir Gisbertus Cuperus in Harpocrate p. 130. 165. seq. Cangii glossarium Graecum in πορτόμορφος. Meursius in Graecia feriata p. 4. etc. Io. Taffinus de anno saeculari T. 8. thesauri Graev. p. 549. 551. 553. *Lustratae* etiam subinde imagines et purgatae *ablutaeque* sollemni ritu, confer Matthiae Zimmermanni Analecta p. 64. seq. sed inprimis Ez. Spanhemii commentarium eruditissimum ad Calimachi hymnum V. qui est in Palladis lauacrum. Non dubitarunt etiam *miracula* quaedam imaginibus Deorum Dearumue Pagani adfingere, vt apud Plutarchum Camillo p. 132. memorari videas ἱδρῶτας ἀγαλμάτων πολλάκις ἐκχυθέντας, στεναγμοὺς ἀποστροφάς τε καὶ καταμύσεις ξοάνων; *sudores simulacrorum haud raro effusos, gemitus, auersiones et gestus simulacrorum annuentium.* Confer, quae de Veneris imagine miraculosa Athenaeus XV. p. 676. et de imagine fortunae muliebris loquuta Dionysius Halic. lib. 8. p. 526. de aliis imaginibus medendi vi praeditis, et diuinatoriam vim impertiendi Lucianus in Deorum Concilio T. 2. p. 714. De imagine sanguinem sudante Cicero 1. de diuinat. Alia simulacrorum sudantium exempla collegit Freinshemius ad Flori II. 8. 2. Sed illud quidem a naturali caussa proficisci potuit, vt ex Theophrasti V. 10. hist. plantar. et IV. 4. de plantarum caussis notauit Spanhemius libro laudato p. 527. Idem monet Plutarchus in Coriolano, f. 232. vbi non audet fidem tribuere iis qui loquutas etiam imagines affirmarunt, cuiusmodi plura exempla collegit

stophanis aues vers. 1114. Alex. Wilthemium ad diptychon Leodiense, p. 20. et Florentis Christiani notas ad Aristophanis aues, pag. 1114.

Christianus Flemingius in dissertationibus tribus de loquela sudore et motu imaginum, Lipsiae 1705. Denique si precibus suis surdos sensissent Deos, vel insigni calamitate afflicti essent, ea erat quorundam vaesania vt imagines et templa lapidarent, statuas abiicerent vel flagellarent, omniue contaminarent contumelia. Vide Iosuam Barnesium ad Anacreontem p. 38. Sam. Pitiscum ad Suetonium T. 1. p. 767. Petrum Morestellum de pompa ferali, L. II. c. 4. T. XII. Thesauri Antiq. Rom. Graeuii p. 1354. et Boxhornium Quaest. Rom. Quaest. 3. *De Sigillariis*, siue icunculis argillaceis, quae vel Diti sacrari vel hominibus dari consueuere agunt *Spiridion* in Dissertatione inserta memoriis Treuoltinis A. 1719. p. 709. et *Ioan. Gottfr. Hoerius* duab. Diss. Vitemb. 1727.

XX. Ex Graecorum sententia alii Dii sunt Νοητοὶ s. intelligibiles atque supramundani (ὑπερκόσμιοι) a quibus res inuisibiles Spiritus et animas dependere putabant: et alii ἐγκόσμιοι a quibus corpora et res visibiles. Vide Sallustium de Diis c. 6. et quae ex Iamblicho et Proclo ibi Holstenius. Illos Iulianus apud Cyrillum lib. 2. p. 65. ἀφανεῖς appellat, vbi ait ἐμφανεῖς θεοὺς solem, lunam, astra et coelum esse εἰκόνας τῶν ἀφανῶν καὶ μὴ φαινομένων. Deorum ἐγκοσμίων alios iterum dicebant esse coelestes, de quibus viri docti ad Aelian. V. 12. Var. Hist. alios aethereos, igneos alios et aereos, alios aqueos siue θαλασσίους, alios terrestres, alios denique inferos s. subtartareos (ὑποταρταρίους.) Inter χθονίους s. terrestres alios volebant esse κλιματάρχας et ἐπιχωρίους siue integrorum climatum, regionum, prouinciarum praesides, alios tutelares singularum Ciuitatum ἰδιοπόλους ac municipes, πατρῴους et πολιούχους, alios denique ἐστιούχους et κατοικιδίους siue Penates atque Lares domesticos. Ita *Olympiodorus* commentar. inedito in Alcibiadem Platonis. Videas etiam memorari Deos laeuos sinistrarum regionum praesides; et apud Seruium in XII. *Aeneid.* v. 118. Deos ἀζώνους siue communes, qui generatim ab omnibus colendi sunt; neque certam Zonam vel tractum cui praesint, habeant sibi assignatum. Nymphae quae lucis praesunt ἀλσηΐτιδες, quae arboribus ἁμαδρυάδες. Quae fontibus Ναΐδες et ὑδριάδες, atque hae iterum vel κρηνῖδες vel ἐπιποταμίδες, quae pascuis et gregi ἐπιμηλίδες, quae montibus denique ὀρεστιάδες, vt notat Scholiastes Homeri ad iliad. v. 8. Vide et eundem ad Iliad. ι. 564. vbi de precibus ad Deos οὐρανίους, θαλασσίους et καταχθονίους. De Diis montium, valliumque praesidibus Io. Doughteius Analectis sacris, Chr. Guil. Franc. Walchius de Ebraeorum Deo montano, Ienae 1746. 4. et alii interpretes ad 1 Reg. XX. 23. De *Carmelo* monte et Deo Io. Iac. Bosius. Lipf. 1740. 4. De Diis *mensalibus* Io. Gottl. Bidermannus Otiorum P. 1. p. 285. De *Aesculano* fodinar. metallicar. Deo, Idem ibid. p. 258.

De

De Deo *molarum* Anton. Franc. Gorius Vol. sec. memoriar. siue Actorum societatis Columbariae Florentinae.

XXI. Hoc propemodum omnibus gentibus commune fuit, vt singulis locis ac ciuitatibus patrios suos et indigetes, ἐγχωρίους atque vt Seruius appellat topicos haberent Deos, illis peculiariter colendos et eorum tutelares. Vide Ioan. Georg. Neuscheleri Diss. de Diis tutelaribus veterum gentium. Lugd. Batav. 1719. 4. Iac. Heinr. a Balthasar de eod. argumento. Gryphisw. 1745. 4. et quos laudat Ioan. Iarkius ad Eliam Schedium de Diis Germanorum p. 574. Membra quoque humana singulis sacra Diis, Ioui caput, Iunoni supercilia, Cupidini oculi, Pudori os, Sagacitati nasus, Neptuno pectus, Veneri renes, inguen et vbera, Priapo pudenda, Plutoni tergum, iudicio et memoriae auris, Marti, Genio et Verecundiae frons, Mineruae digiti, genua et brachia Misericordiae, pedes et lingua Mercurio, dextera Fidei, vide Sertorii Vrsati monumenta Patauina p. 265. 266. et Caroli Frider. Pezoldi Diss. de membris humanis Diis gentilium consecratis. Lipsiae 1710. Arma quoque Diis singulis propria, vide Iacob. Pontanum VIII. 17. philocaliae fol. 301. Vetus Epigramma:

Dodoni tibi Iupiter sacrata est,
Iunoni Samos, et Mycaena Diti,
Vndae Taenaros aequorisque Regi;
Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius orbis vmbilicum,
Creten Delia, Cynthiosque colles,
Faunus Maenalon Arcadumque siluas.
Est tutela Rhodos beata Solis,
Gades Herculis, humidumque Tibur,
Cyllene celeri Deo * *niuosa:* * Mercurio.
Tardo ** *gratior aestuosa Lemnos,* ** Vulcano.
Ennaeae Cererem nurus frequentant,
Raptam *** *Cyzicos ostreosa Diuam,* *** Proserpinam.
Formosam Venerem Cnidos, Paphosque.

Plura exempla dabunt Ouidius III. fastor. vers. 81 sq. Tertullianus Apologetici cap. 24. Origenes V. contra Celsum pag. 257. Clemens protreptico pag. 25. et passim: Lactantius lib. 1. cap. 15. Prudentius in Symmachum lib. 2. v. 489 sqq. Sidonius carmine IX. v. 165 sqq. atque e recentioribus praeter Gyraldum Tiraquellus ad Alexandrum ab Alex. VI. 4. genialium dierum, Petrus Crinitus de honesta disciplina IX. 3. Io. Textor in officina scholastica p. 60 - 70. Ouzelius ad Minuc. Felic. c. 6. et Schaeuius in Mythologia p. 26 sq.

Etiam Iudaeis exprobrat Propheta Ierem. XXVIII. 2. *secundum numerum ciuitatum tuarum sunt tibi Dii, Iuda.* Quibusdam vero populis vt Atticis et Romanis cordi fuit non modo suos sibi peculiares Patrios et παλαιοτέρους atque vt Minucius Felix cap. 25. appellat vernaculos Deos cultu afficere, de quibus consule Ioan. Ern. Imman. Walchium de veterum Diis patriis. Ienae 1751. sed et νεωτέρους et ξένους siue ξενικοὺς, ac peregrinarum gentium et quas subiugarant placare Numina, et illis sacra facere, festaque Theoxenia, et templa Panthea, arasque consecrare Diis etiam [48] ignotis vt Athenis, et nuncupare vota, ac preces offerre. Seruius ad I. Georg. *Post specialem inuocationem transit ad generalitatem, ne quod Numen praetereat. More Pontificum per quos ritu veteri in omnibus sacris post speciales Deos quos ad ipsum sacrum quod fiebat necesse erat inuocari, generaliter omnia Numina inuocabant.* Hesychius: Θεοὶ ξενικοὶ παρὰ Ἀθηναίοις τιμῶνται, οὓς καταλέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησί. Confer Valesium p. 209. ad Eusebium et quae de festo Theoxeniorum Casaubonus ad Athenaeum IX. 3. vnde Himerius apud Photium p. 579. Athenis τὸ μέγιστον τῆς εὐσεβείας τὸ κεφάλαιον tribuit, de quo vide et Suidam in Τιμασίων ex Philostrati VI. 3. Quid quod Seneca Epist. 90. et Proclus apud Marinum in eius vita c. 19. volebat Philosophum esse οὐ μιᾶς τινος πόλεως, οὐδὲ τῶν παρ᾽ ἐνίοις πατρίων θεραπευτήν, κοινῇ δὲ τοῦ ὅλου κόσμου ἱεροφάντην, non vnius cuiusdam ciuitatis nec municipalium sacrorum cultorem, sed ingentis omnium Deorum templi hierophantam. De *Angelis Ethnarchis* vide interpretes eruditos ad Deut. XXXII. 8. et Daniel. X. 13. Cyrillum IV. contra Iulian. p. 115 seq. Cotelerium ad recognitiones Clementis lib. 2. cap. 42. et de Angelis Ecclesiarum Praesidibus Nazianzenum Orat. XXXII. p. 516. 528. et interpretes ad Apocalyps. caput secundum tertiumque. De fortuna Vrbium quae saepissime in numis conspicitur cum temone et globo vel cornu copiae et de Vestae cultu publico in Prytaneis, consulenda Ezechielis Spanhemii diatriba de Vesta ac Prytanibus Graecorum, quae cum Iusti Lipsii libro de Vesta ac Vestalibus tomo quinto thesauri Graeuiani inserta, ibique primum edita est. Inter statuas Cpolitanas in Originibus Cpol. Combefisianis p. 13. memoratur πόλεως ἡ τύχη. Vide et p. 16. 27. Templum genii apud Dionem lib. 47. p. 492. et lib. 50. p. 609.

XXII. Fuit et hoc inter Gentes passim receptum, vt quemadmodum locis ita et rebus atque casibus officiisque et negotiis vitae humanae atque artificiis

[48] Confer Meursium de Piraeeo, c. 10. Seldenum III. 14. 3. de Synedr. Reinesium in limine inscriptionum, Io. Andreae Bosii dist. de ara ignoti Dei, Io. Iac. Helleri de Deo ignoto Atheniensium T. 7. thesauri Gronov. Petrum Berthaldum de ara c. 10. et quae viri docti ad Actor. XVII. 23. Laertii Epimenidem, Philostratum VI. 3. Minutium Felicem c. 6. &c.

ciis certa praeficerent numina, certasque eisdem tribuerent tutelas, ac pro felici in his ſucceſſu iis ſupplicarent. Cuius rei exempla plurima qui volet reperiet apud Tertullianum lib. 2. contra nationes c. 11. et Apologetici c. 24. Clementem Alex. in protreptico, Cyprianum de Idolorum vanitate, Arnobium, lib. 2. contra gentes p. 89. lib. 3. p. 113 ſeq. et lib. 4. p. 130 ſeq. editionis a Salmaſio emendatae Lugd. Bat. 1651. 4. Lactantium lib. 1. cap. 20. et Auguſtinum lib. IV. de C. D. capitibus pleriſque et VI. 9. E recentioribus de Diis certarum aetatum, negotiorum &c. vide Andream Beyerum ad Selden. de Diis Syris p. 163 ſeq. p. 169 ſeqq.

XXIII. Quis vero non miretur, vel indignetur, hos quoque qui Chriſtianos ſe et ſolos Eccleſiam eſſe gloriantur, tam aperte vtroque hoc in genere inuiſa Deo et improbata antiquis Chriſtianis Ethniciſmi veſtigia legere, vt *Antonius Macedo* Luſitanus non dubitauerit A. 1687. fol. Vlyſſipone vulgare ingens volumen, quod inſcripſit, *de Diis tutelaribus orbis Chriſtiani*, in quibus celebratur

Maria *totius orbis* patrona.

Michael Archangelus antonomaſtice *Eccleſiae* patronus. Iudaeorum olim, hodie Gallorum. vide Gaulominium II, 7. ad vitam Moſis p. 183. ed. Fabric.

Sancti Angeli *Regnorum* cuſtodes.

Petrus & Paullus *Romae*, item Maria, et tempore contagionis S. Sebaſtianus.

Conſtantinopoleos Maria, Michael Archangelus, Petrus et Paullus, et belli praeſertim tempore Georgius Martyr.

Neapoleos a Petro Chriſtianiſmum edoctae, Maria [49] et ſeptem alii Patroni antiquiores et iuniores, inprimis S. Ianuarius. Thomas quoque Aquinas. vide Thomam Chioccarellum in Catalogo Antiſtitum Neapolitanorum. p. 168 ſeqq.

Florentiae Maria, S. Io. Baptiſta et S. Miniates.

Senae Maria, S. Anſanus, Creſcentius, Sacinus et Victor.

Vrbis Piſanae Maria, Raynerius Piſanus, Iacobus maior Apoſtolus, XL Martyres, 10000 Martyres, et praeter hos Sixtus, Iuſtina, Torpes, Martyres.

Rauen-

[49] La Biblioth. volante Ioannis Cinelli T. 8. p. 40. memoratur *Franciſci Porcelli*, Dominicani, breve Diſcorſo, nel qual ſi narrano i motivi della Citta di Napoli, in reintegrare alla ſua padronanza la Vergine *S. Patrizia* Imperatrice di Conſtantinopoli. Addit Cinellus: il ſottrarſi dalla protezzione de' Santi, fu ſempre cagione di qualche gran flagello. Anche un' altra Citta, che non volſe S. Bernardo de gli Vberti per Protettore, fu ſeveramente da Dio punita, ed in ſuo Conſiglio ove ſi proponera d' elegger *Gieſu Criſto* per Re, mandatone il partito, vi furono di 90 voti contrarii, ſe ad un Claſſico Autore crederſi Dee. Coſi quell' Oſſequio che non volſe dare a Dio, biſogno per neceſſita dar lo agli huomini.

Rauennae Apollinaris, Vitalis et Vrſicinus.

Cremonae Homobonus, Himerius, Petrus, Marcellinus, hiſque additi poſtremis temporibus Franciſcus Xauerius et Petrus Martyr.

Genuae a Barnaba Chriſtianam fidem edoctae, Georgius Martyr, Io. Baptiſta, Laurentius Leuita, Bernardus Abbas.

Bononiae, praeter Petrum et Mariam, Petronius, item ſecundarii, Proculus, Florianus, S. Ambroſius, Dominicus, Franciſcus, Ignatius Loiola, Xauerius.

Mediolanenſis Dioeceſis, Barnabas.

Vrbis Mediolan. Ambroſius, item Geruaſius, Protaſius, Celſus, Nazarius, Felix et Nabor: tum peſtilentiae contagioſae tempore S. Sebaſtianus, regnantibus vero Longobardis Io. Baptiſta.

Mantuae Aloyſius Gonzaga.

Venetiarum Marcus Euangeliſta, item Petrus et Iacobus Apoſtoli, Theodorus, Nicolaus, Georgius, Magnus Epiſcopus, & Laurentius Iuſtinianus.

Patauii Daniel Martyr, Antonius, Iuſtina & Proſdocymus.

Sabaudiae et Pedemontii Mauritius Martyr.

Auguſtae Taurinorum Io. Baptiſta, cum Salutore, Aduentore, Octauio et Secundo.

Siciliae Maria, & belli tempore S. Georgius. (*olim Ceres ac Proſerpina. Diodorus Sic. T. 2. p.* 750.)

Panormi Maria, Auguſtinus, Benedictus, Dominicus, Franciſcus, Ignatius aliique multi p. 203 ſeq. ab Antonio Macedone nominati.

Meſſanae Maria, item Placidus, et Albertus Carmelita.

Sardiniae Maria.

Calaris vrbs habet Saturninum, Caecilium Calaritanum et Luciferum.

Saſaris ſ. Turritana Dioeceſis Gauinum, Portum et Ianuarium.

Hiſpaniae Patrona Maria et Iacobus maior.

Luſitaniae, Maria, Iacobus, Georgius, et peſtilentiae tempore Sebaſtianus.

Eborae Vrbis Mancius.

Conimbricae Iacobus Apoſtolus.

Aliarum Luſitaniae vrbium Patronos idem Macedo enumerat p. 254 ſq.

Olyſſiponenſis vrbis S. Vincentius.

Indiae Orientalis Thomas Apoſtolus, item Iacobus, Maria et Xauerius.

Aethiopiae Maria, Antonius.

Arragoniae Maria et Georgius.

Cataloniae itidem Maria et Georgius.

Valentiae praeter Mariam et Georgium, Vincentius Ferrerius.

Nauar-

Nauarrae Firminus et Xauerius.
Austriae Colomannus, S. Leopoldus et Maria.
Galliae Maria, Michael Archangelus, Ioannes Baptista, Petrus, Paullus, Stephanus Protomartyr, Dionysius Areopagita, Martinus.
Burgundiae Maria, Andreas Apostolus, Benignus, Bernhardus Abbas, Claudius Archiepiscopus Vesontinus.
Vesontinae vrbis Ferreolus, Ferrucius.
Bohemiae Vitus, Wenceslaus Dux, Adalbertus Episcopus, Ludmilla, Procopius Abbas, Sigismundus Rex, Norbertus Praemonstratensis et Iosephus Mariae sponsus.
Hungariae Maria, Martinus, et alii p. 361 sq. ab Antonio Macedone nominati.
Viennae in Austria Leopoldus.
Isenaci et *Bambergae* S. Georgius.
Saalfeldae S. Ioannes Baptista.
Gothae Gothehardus Hildesiensis Episcopus.
Quedlinburgi S. Seruatius.
Fuldae S. Bonifacius.
Bauariae Maria Oetingana.
Moguntiae Martinus et Bonifacius.
Coloniae Maria, Petrus, Vrsula cum 11000 virginibus, tres Reges Magi, Gereon cum sociis, Cassius et Florentius, Victor et Gregorius cum sociis, Seuerinus et Cunibertus.
Augustae Treuirorum Petrus, Matthias, Thyrsus cum sociis, Palmatius cum sociis et alii Martyres, item S. Helena recens creata Patrona primaria.
Saxoniae Vitus et Petrus Apostolus.
Goslariae Simon Iudas et S. Mauritius.
Paderbornensium S. Liborius.
Thuringiae Bonifacius.
Ienae et *Ordrufi* S. Michael Archangelus.
Silesiae S. Hedwig.
Morauiae caput Olumucium habet Cyrillum et Methodium.
Belgii Patrona est Maria.
Flandriae Petrus.
Brabantiae itidem Maria.
Frisiae Maria et Iacobus.
Geldriae Galenus et Valenus.
Artesiae Vedastus et Maria.
Machliniae Rumoldus & Maria.

Brugarum Maria et Donatianus.
Bruxellensis vrbis Maria et Gudula.
Louanii Maria.
Gandauii Bauo et Libuinus.
Leodii et *Tungrensis Dioecesis* Lambertus Episc. & Hubertus.
Traiecti ad Mosam Seruatius.
Angliae Maria, Petrus, et in re militari Georgius.
Scotiae Andreas.
Hiberniae Andreas, Columba Abbas, Brigitta, et S. Patricius.
Poloniae, Adalbertus cum sociis, Florianus, Stanislaus, Casimirus Princeps, Wenceslaus, Hedwig Elisabetha Landgrauii coniux, Hyacinthus Dominicanus et Stanislaus Kostka Iesuita.
Lithuaniae S. Casimirus, Nicolaus, Georgius, Ladislaus, Iosaphat Episcopus Polocensis, et Maria.
Prussiae Andreas, Adalbertus, Bruno, et Bonifacius Camaldulensis.
Daniae Anscharius et Canutus Rex.
Slesuicensis Ducatus Georgius I.
Sueciae Anscharius, [50] Io. Baptista, Laurentius, Brigitta vidua, Ericus Rex.
Finlandiae Henricus Episcopus.
Moscouiae Maria, cum Nicolao Myrae Episcopo.
Liuoniae Maria.
Russiae Andreas cum Nicolao Episcopo.
Norwegiae Olaus Rex et Anscharius.

Vide etiam Allatium de Synodo Phot. p. 587. 599. et Rich. Simonem lib. 2. Epist. select. 19. vbi differit de libro Hispanice edito, cui titulus: *Dissertationes Ecclesiasticas por el honor de los antiquos tutelares contra las ficiones modernas, por Don* Gaspar Ibannes de Segouia y Peralta, *Cavalero de la Orden de Alcantara, Marquez de Agropoli y Sennor de la villa de Corpa*, en Saragossa A. 1671. folio minore. Nomina vrbium pro martyrum nominibus venditata vide apud Petrum Wesselingium c. 24. Probabilium.

XXIV. Hisce patronatibus locorum accedunt praefecturae Sanctis in Ecclesia Romana adscriptae super certis vitae generibus et negotiis, vel etiam malis certis auerruncandis. Quamplurima eiuscemodi collegit singulari studio Theophilus Raynaudus S. I. T. VIII. Operum, in *titulis cultus Sanctorum specialibus* p. 531. 545 seq. neque improbat sanctos colendos per sortem deligi

[50] Confer officia propria SS. Patronum Sueciae, Antw. 1631. et quae ex illis Io. Frid. Mayerus *T. 2. musei ministri Ecclesiae p. 521 seq.*

ligi p. 484 b. Hinc magno numero ab eo recensentur [51] Sancti coniugati et qui in coniugio vixerunt, Viduae, Virgines, p. 559. 574 sq. Sanctorum liberi, fratres &c. 559. 560. 578. gemini, tergemini, caesones. 560. 578. exorati a parentibus voto concepto 560. 578. Infantes, pueri, senes, obstetrices, nutrices p. 561. 578 sq. pumili, muti, surdi, coeci (de quibus etiam videndus Raderus et Raynaudus in coecitate oculata) 561. 579. monoculi, strabones, ophthalmici. 561. 578. *capite dolentes 561. eunuchi 579. Hydropici, phthisici, Hectici 562. paralytici, epileptici, strumosi 562. 579. *stomacho laborantes, pleuritici, 562. iliaci, colici, calculosi. 562. dysenterici, fistulosi, asthmatici 562. exscreantes sanguinem, arthritici. 562. podagrici, peste contacti, 562. 579. *leprosi, energumeni. 562. 579. *et 580. novitii et varii status Ecclesiastici et monachalis 562 sqq. Pontifices LXXIV. 563. 581 sq. primi alicubi praecones Evangelii. 563. 583. Agricolae, villici, 566. 583. Vinitores, Olitores, pastores. 567. subulci, bubulci, curator anserum S. Tryphon 567. carbonarii, cloacarum purgator 567. sutores [52], sartores, ephippiarius, vietor doliarius 567. sectores lapidarii, sculptores aurifices, argentarii, fusores 567. caelatores 567. lanii, coqui, fossores campanarum, fullones 567. lanarii, pictores 584 sq. caupones, molitores, pistores, venatores 567. fabri lignarii, ferrarii, murarii 567. 583 seq. venatores, piscatores, nautae, remiges, carrucarii 567. muliones, lignatores, textores, restio, propolae, mercatores, tingendi artifices, armifactores 567. nuncii s. tabellarii sancti p. 568. oeconomi, symphoniaci, Musici, 568. bibliopolae, librorum compactores, famuli et ancillae 568. Cancellarii Academiarum 569. Doctores, Theologi 569. Ludimagistri 569. Poetae 569. paedagogi, Scholastici, Philosophi 569. Medici (de quibus etiam Tyraquellus et Abraham Bzouius [53]) 569. 586. Pharmacopolae, chirurgi 569. ICti Sancti, (de quibus videndus etiam Io. Robertus S. I. in elogiis quinquaginta Iurisperitorum Sanctorum. Leodii 1632. 12.) 589. 585. Patroni caussarum 569. 587. Notarii 588. 569. Architecti 579. Commentarienses 569. Milites 570. Reges, Principes, Comites, Nobiles, etc. 570. 571. 572. 588 sq. Principum ministri, consiliarii etc. 572 seqq. 590. Confessarii Principum 572. Apparitores, tribuni capitales, carnifices, Carcerarii, 573. 591. adulteri, meretrices, nothi 573. latrones, Comoedi, Magi, Apostatae, 574. 591 seqq. Sancti in certis morbis implorandi p. 512 seqq.

[51] In Heteroclitis spiritualibus p. 592. ss. edit. primae. Lugd. 1564. 4.

[52] Confer vitam S. Aniani ad instantiam sutorum Syracusanorum Italice editam a Francisco Intorcetta S. I. Messanae 1648.

[53] Adde T. XII. Biblioth. Graecae p. 738 et 739.

in certis generibus periculorum pag. 523 feqq. morbi a fanctis nomen trahentes pag. 531.

Quatuordecim opitulatores [54] generales fiue Apotropaei Diui in quocunque genere calamitatis implorandi funt S. Blafius, Dionyfius, Erafmus, Pantaleo, Vitus, Georgius (alii Gregorium appellant) Cyriacus, Chriftophorus, Achatius, Euftachius, Aegidius, S. Barbara, Catharina, et Margareta, de quibus Martinus Crufius in Corona Anni T. 2. p. 280 feq. B. Iac. Thomafius in differtationibus fiue programmatibus p. 314. ubi figillatim fufius differit de legenda S. Catharinae, et Rev. D. Georg. Henr. Goezius in diatriba de XIV. opitulatoribus Lubec. 1708. 4. qui etiam A. 1711. edidit exercitationem de cultu Sanctorum peftem depellentium, [55] vbi ex Auguftini Wichmanni Canonici Norbertini Monafterii Tungerloenfis Diario Ecclefiaftico de Sanctis contra peftem tutelaribus nominantur fub menfe *Ianuario* Genouefa, nobiliffima illa virgo Gallica: Sub *Februario* Antonius Abbas et Ofwaldus, Epifcopus in Anglia Wigornienfis: Sub *Martio* Gregorius Papa, Gertrudis virgo, Guntramnus Rex Franciae: Sub *Aprili* Liduina, virgo Hollandica, Theodorus Archimandrita, Catharina Senenfis: Sub *Maio* Macarius Antiochenus, Gela, virgo Hiberna, Bernardinus Senenfis, Maximinus Epifcopus Treuirenfis: Sub *Iunio* Rofilia, virgo Sicula, Benno Epifcopus Mifnicus, et Martialis, Epifcopus Lemouicenfis: Sub *Iulio* Gallus, Aruernorum Epifcopus, Edilburga, virgo Anglica, Fredegandus Presbyter, Chriftophorus Martyr: Sub *Augufto* Ofwaldus, Rex Angliae, Albertus ordinis Carmelitarum, Laurentius Archidiac. Romanus, Bernardus Claraeuallenfis, Bernardus Senenfis, Auctor Oliuetanorum, Auguftinus Hipponenfis, Sebbus, Saxonum orientalium Rex in Anglia: Sub *Septembri* Remaclus ex Epifcopo Monachus Stabuletenfis, Hadrianus Martyr, Nicolaus Tolentinus, Guido Anderlacenfis, Cyprianus Carthaginienfis, et Euftachius, cum vxore Theopiftide, filiisque Agapio et Theopifto: Sub *Octobri* Remigius Epifcopus Rhemenfis, et Therefia virgo: Sub *Nouembri* Carolus Borromaeus, Willibrordus Epifcopus Traiectenfis, Gregorius Epifcopus Neocaefareenfis, Zachaeus Abbas, Thomas Monachus Antiochenus, Nicon Monachus Armenus: Sub *Decembri*

[54] Vnde Pagi nomen, **Vierzehn Heiligen.** v. **Unschuldige Nachrichten.** 1728. p. 232.

[55] De quinque tutelaribus contra peftem patronis *S. Antonio, Rocho, Sebaftiano, Adriano et Chriftophoro* Auguftinus Wichmans, Canonicus Norbertinus, in apotheca fpirituali pharmacorum contra luem contagiofam aliosque morbos. Antwerpiae 1626. 4. c. XII. feq. p. 90. feqq. Quibus quinque longe alios idem fubiungit capitt. XIX - XLVII. et LVIII - LXII. De *S. Xauerio*, Patrono contra peftem allecto a ciuitate Brugenfi exftat fcriptum Philippi Francifci Taifne, S. I. Brugis 1666. 8.

tembri Eligius Episcopus Nouiodunensis, Nicetius Episcopus Treuirensis, Eucharius Petri Apostoli discipulus, Dauid Rex Israelis, Syluester Papa, et Iobus e terra Huss. Praeterea notat ad Mariam et Christi sudarium tempore pestilentiae recurri, vel profectionem institui ad S. Sebastianum aut Rochum. *Haeret hic error*, inquit Philippus Melanchthon in Apologia Augustanae Confessionis articulo IX. de inuocatione Sanctorum, *apud doctos, quod singulis Sanctis certae procurationes* [56] *commissae sunt, vt Anna diuitias largiatur, Sebastianus arceat pestilentiam, Valentinus medeatur morbo comitiali.* Sic Stapinus *podagra laborantibus* succurrere creditur, *calculo* [57] S. Liborius, *hernia* Symphorianus, *febri* S. Petronilla, *paralysi* Wolfgangus, *aduersus mortes subitaneas* S. Marcus, *aduersus ignem sacrum* siue *erysipelas* Antonius, contra *venenum* S. Ioannes Euangelista et Benedictus: *contra dolores capitis* S. Anastasius, *oculorum morbis medetur* S. Otilia, *dentium doloribus* [58] S. Apollonia, *anginae* S. Blasius, *doloribus mammarum* S. Agatha, *dorsi* S. Laurentius, *in tormentis iuuat* S. Lupus, *in partu* S. Margareta: *pro impetrando prospero puerperio filii* S. Felicitas: *in Melancholia* S. Maturius, *contra tussim, grauedinem et verrucas* S. Quirinus, *contra Colicos dolores* S. Erasmus, *contra psoram et vlcera* S. Rochus, *furiosis et obsessis opem fert* S. Ioannes Baptista et S. Romanus: *in tempestatibus et procellis* inuocatur S. Theodorus. *Pro pluuia impetranda* S. Eutychius, et S. Niebla, quam Niobes imaginem esse comperit et confringendam curauit Ioannes Maria Suaresius. v. A. E. L. 1723. p. 214. *pro furibus manifestandis* S. Geruasius et Vincentius, *contra morbum Gallicum* S. Iobus: *contra incendia et fulgura* S. Florianus, *in bello* S. Georgius, *contra grandines* S. Ioannes Euangelista, *nauigantibus patronus datus est* Petrus Gonsalez, Ord. Praedic. Tudae in Gallaecia A. 1211. vulgo dictus *Sant-Elmus.*

Theologis Patronus datus est S. Ioannes Euangelista, S. Thomas et S. Augustinus, *ICtis* S. Iuo, *Medicis et Pharmacopolis* S. Cosmus et Damianus [59], *Philosophis Oratoribus* et *Poetis* S. Catharina, *Studiosis* et *Scholaribus* S. Gregorius: *Mercatoribus* S. Frumentius et Guido. *Musicis* S. Leo Romanus et S. Caecilia, *pictoribus* S. Lucas, *Aurifabris et fusoribus* S. Eligius et Ianuarius, *Statuariis* S. Claudius, Nicostratus, Symphorianus, Castorius et Simplicianus. *Fabris ferrariis* S. Leonhardus, Dumstanus, et Longinus, *Sutoribus* S. Crispinus,

56 Confer Theophili Raynaudi Heteroclita spiritualia p. 427.
57 Acta Sanctorum T. V. Iulii 23. p. 461. 434. 439 sq.
58 Memoires de Trevoux 1713. p. 2193.
59 De quibus conf. erud. Fried. Boerneri, Med. Doct. et Prof. Wittebergensis, commentat. de Cosmo et Damiano artis medicae Diis olim et adhuc hinc illincque tutelaribus. Helmst. 1741. 4.

ſpinus, Homobonus, Zachaeus et Deusdedit, *Pannificibus* S. Michael et Meningus et Seuerus. *Sartoribus* S. Gutmanus, *figulis* S. Goarus, *fabris lignariis* S. Wolfgangus, Iacobus Baeticus, S. Ioſephus, *Equitibus* S. Georgius, *Equiſonibus* S. Eulogius: *iis qui rotas conficiunt* S. Ioſephus, *qui ſeras et clauſtra* S. Leonhardus, *baiulis* S. Chriſtophorus, *Vitriariis* S. Clarus, *Venatoribus* S. Euſtachius, *Viticolis et vinitoribus* S. Vrbanus, *Coriariis*, *bibliopegis*, *ephippiariis* S. Bartholomaeus: *textoribus* S. Onuphrius, *Hortulanis* S. Adelradus, *Militibus* S. Adrianus, *Carbonariis* S. Alexander, *Paſtoribus* S. Wendelinus, Cutbertus, et Simeon Stylita, *Nautis* ſiue *nauigantibus* S. Nicolaus, Chriſtophorus et qui recens acceſſit Petrus Gonſalez. *Subulcis* S. Antonius, Eberhardus, Harmogaſtes et Vlmarus, *Ruſticis* S. Albanus, Fortunatus et Iſidorus, Lambertus, Leontius: *Viduis* S. Gertrudis, *Coniugibus faeminis* S. Anna, *ſponſis* S. Dorothea, *Ancillis* S. Dula et Agathoclea, *Seruis* S. Eunus, Vitalis et Iuſtus. *Stultis* S. Maturinus, quia Italis *Matto* ſtultum ſignificat. v. Carpenteriana p. 245. *Impudici* inuocant eandem S. Dorotheam: *Meretrices* S. Mariam Magdalenam, Aframque, *Captiui* S. Leonhardum.

Igni putatur praeſidere S. Agatha, *Aquis* S. Nicolaus et Chriſtophorus: *Terrae eiusque frugibus* S. Iuſtus: *Aeri et tempeſtatibus* S. Valerianus et Theodorus: *Auerruncandis muribus gliribusque* inuocatur S. Gertrudis et Nicaſius, *muſtelis et martibus* S. Lupus, *erucis* S. Magnus. *Canibus* praeeſſe creditur S. Rupertus et Vitus, *ouibus* S. Wendelinus, *Equis* S. Eulogius, *Bubus* S. Pelagius, *Porcis* S. Antonius, *Anſeribus* S. Gallus, *Vino* S. Vrbanus et Medardus. *Pontibus* praeeſt S. Nepomucenus.

Conſulenda etiam *Gisberti Voetii* diſſertatio de Patronatibus, tutelis et praefecturis Sanctorum T. III. Diſp. Select. pag. 415. ſeq. *Hottingerus* P. II. Hodegi Germanice editi p. 235. ſeq. et *Martini Chemnitii* Examen Concilii Trid. P. II. p. 133. et quae aduerſus ridiculos et impios hoſce abuſus iam A. 1516. diſputauit D. Lutherus ὁ μακαρίτης in ſcriptis Halae iunctum editis A. 1700. fol. p. 12. ſeq. Vide et Bullingerum de origine erroris: Neubestalten Agenten T. 2. p. 908. ſeq. et Io Laſicium de Diis Samogitarum p. 52. Cregutum in reuelatore Arcanorum p. 227. Cur ſanctorum V. T. memoria nullo publico cultu feſtiuo in Eccleſia celebretur, oſtendit Theophilus Raynaudus Heteroclit. ſpiritual. p. 464. ſeq.

XXV. Ritus [60] ἀποθεώσεως ſiue conſecrationis, qua κτίσται et conditores Vrbium (v. Ezech. Spanhemium p. 331. ſeq. ad Iuliani Caeſares) aliique

[60] Ἀποθανατίζεσθαι vocant Graeci, et θεωθῆναι. Vid. Ezech. Spanhemii notas ad Callimachum p. 240. et Iac. Gronouium ad Arrian. p. 8. Minus erat ἐναγίζειν ſiue deferre τιμὰς

que illuſtres homines defuncti inter Deos referebantur et publica conſecrabantur religione, Auguſti maxime et Auguſtae, ſed et ſorores, nutrices, filiae amaſii et amaſiae, breuiter perſtringit *Dio Caſſius* Lib. LVI. in Conſecratione Auguſti p. 843. diligentius ex eodem Dione *Io. Xiphilinus* in Seuero, vbi de conſecratione Pertinacis p. 1244. diligentiſſime *Herodianus* L. IV. c. 2. Confer e recentioribus *Io. Kirchmannum* de funer. Roman. L. IV. c. 13. ſeq. *Onuphrium* Panuinium in faſtis ad A. V. 964. vbi Catalogus Conſecratorum: *Iac. Gutherium* de iure Manium et de veteri iure Pontificio: *Voſſium* L. I. de Idolol. c. 12. *Iul. Caeſ. Bulengerum* de Imper. Rom. L. 1. c. 6. 7 et 10. *Claudium Nicaſium* in diſſ. ad numum Pantheum Adriani Imperatoris Lugd. 1689. 4. vbi potiſſimum de adulatione populorum viuos ac ſuperſtites etiamnum Imperatores et alios potentes Diis adſcribentium viuorumque imagines (vide Nazianzeni inuectiuam 1. in Iulianum p. 83.) adorantium: D. *Io. Burch. Menkenii* Conſecrationem Auguſtorum cuius aquila Auguſtarumque cuius pauo ſymbolum quaeque ad Placidum, Valentinianumque obtinuit ex numis illuſtratam Lipſ. 1694. 4. recuſ. in Decade Diſſertationum Eius academicar. edita ab Ottone Frider. Menkenio Lipſ. 1734. 8. pag. 1. ſeq. *Chriſtian. Cnorr* de Antiq. Roman. Numiſmatibus conſecrationem illuſtrantibus. Lipſ. 1660. *Camilli Sylueſtris* Epiſtolam ad Thomam Mariam Minorellium de conſecratione Imperatorum Romanorum et Auguſtarum aliarumque faeminarum Caeſareae familiae, et num carpentum cum mulabus in numis (quod ille negat) ſemper ſit conſecrationis nota; inſertam T. 3. ſupplementi ad Diarium eruditorum Italice editum a Ioan. Gabr. Hertz. Venetiis 1726. 12. *Ioan. Daniel. Schoepflinum* de apotheoſi ſiue conſecratione Imperatorum Romanorum et Imperatricum. Argentor. 1730. 4. et in commentatt. Eius hiſtoricis et criticis. Baſileae 1742. 4. *Franc. Mariam Bonadam* de Auguſtorum funere et apotheoſi, ad calcem carminum ex antiquis carminibus illuſtratorum. Adde Theſaurum gemmar. antiquar. aſtriferarum. Vol. III. Diſſ. quinta. Vide etiam quae de ἀποθεώσει Romuli *Liuius* L. 1. et *Dionyſius Halicarn.* l. 2. atque e recentioribus *Philippus Bonarata* in Diario eruditorum, Italice, T. 28. p. 9. ſeq. memorat, et quae de conſecratione Proconſulum magnorumque Ducum in Prouinciis tempore liberae Reip. *Mongaldus* in ſingulari diſſ. qua illum politicum primum, mox religioſum cultum ad Imperatores Romanos translatum obſeruat, in memoriis litterariis Treuoltinis A. 1709. Auguſto menſe p. 1409. ſeq.

Con-

τιμὰς ἡρωϊκάς: quod tributum propinquis Imperatorum, adde Triſtanum II. p. 233. maius θύειν ὡς θεῷ. Ceterum vt bene notatum a Tertulliano, *Deus non erat, quem homo conſultus* (Senatus Romanus vel Imperator) *noluiſſet, et nolendo damnaſſet.* Adde Petrum Fabrum L. III. Semeſtrium p. 1. ſeq.

Confer easdem memorias A. 1706. p. 1611. Similis consecratio adscriptiorum Diuorum apud alias etiam gentes Aegyptios, Persas, Graecos, vsu venit, vt docent interpretes ad librum Sapientiae c. XIV. 15. conf. Rev. *Io. Faes* Notas ad Gyraldum p. 698. sqq. *G. Pictorium* de apotheosi tam exterarum gentium quam Roman. Basil. 1558. et post *Marcelli Seueroli* Equitis Romani opus fatis auctoris interceptum, *Paullum Alex. Maffeium* parte 3. gemmarum veterum illustratarum p. 208. seq. Neque sub Christianis Imperatoribus morem hunc penitus intermissum obseruat Claudius Bartholomaeus Morisotus Centur. 1. Ep. 37. Immodicae adulationi totum hoc suis temporibus adscribit *Pausanias* in Arcadicis p. 601. *Nostra*, inquit, *aetate, qua gliscens fraus et audacia omnes prope terrae partes vrbesque occupauit, nulli iam homines in Deorum numerum veniunt, nisi forte per inanes titulos, et immodicae adulationis licentiam.* Haec sane tanta iam incrementa ceperat apud Romanos, vt spirantibus etiamnum Imperatoribus templa statuerentur et Augustea, flaminesque ac sodales consecrarentur. Vide H. Noris Cenotaphia Pisana diss. 1. c. 4. Catalogum Imperatorum et Augustarum consecratarum e vett. monumentis et numis dat quoque Onufrius de ciuitate Rom. c. 28. T. 1. Graev. p. 224. Busti rogique quadrati et superius in pyramidis formam desinentis qualem in consecrationibus vsitatum fuisse refert Herodianus, descriptionem ex veteri numo exhibet Nicasius pag. 33. Confer iconem eleganter ad veterum descriptiones factam quam exhibet I. B. Renoultus Historia Variationis Ecclesiae Gallicanae p. 54. Hinc mos castri doloris sub quo Principum cadauera solent populo ostendi, Italis *Catafalchi.* In aliis numis exprimitur per rogum in columna. Vide A. Morell. p. 198. speciminis numarii. De infelici apotheoseos viuorum exitu pec. commentat. egit Ioan. Ludov. Rudorf. Lips. 1747. 4.

XXVI. Geminam plane consecrationi Gentilium esse canonisationem, quam vocant, Sanctorum in Ecclesia Romana, declarat *Io. Langbaenius* ad Longinum p. 124. edit. Iac. Tollii, *Hobbesius* Hist. Eccl. vers. 1481. seq. et Mussardus scriptor Gallus Collationis caerimoniarum veterum et recentium c. 7. Hoc autem longe magis etiam patebit, si vtriusque effectus et caussae, et caerimoniae diligenter inter se conferantur. Prima Canonisatio sollemnis sub Ioanne XV. Pontif. accidit Anno 993. qua in concilio Romano [61] post praelectum de eius vita et miraculis libellum *aethereos inter proceres sanctumque senatum* relatus est S. Vdalricus, Augustanus Episcopus, A. C. 873. defunctus, sollicitante Landulfo, Augustano Episcopo. Vide Dan. Papebrochii Diss. de Sollemnium Canonisationum initiis ac progressibus, insertam Propylaeo

[61] De quo vide Bullarium magnum Laertii Cherubini T. 1. p. 44. Labbeum T. IX. p. 741. et Harduinum T. VI. p. 727.

laeo ad Acta Sanctorum Maii p. 171. seq. et Tom. 1. Iunii p. 95. Io. Mabillonii praefat. ad Tom. IV. Actor. Sanctorum Ordinis Benedictini § VI. Antonii Pagi Criticam Baronianam ad A. C. 993. N. 1. seq. I. C. Lunigium T. 2. spicilegii Ecclesiastici p. 1. vbi Ioannis XVI. bulla Canonisationis. Ludov. Eliam du Pin T. VIII. Script. Eccles. pag. 65. Rev. D. Io. Franciscum Buddeum in Oratione de origine ἀποθεώσεως siue Canonisationis in Ecclesia Romana, inserta eius miscellan. Theolog. p. 463. seq. Altera Canonisatione sanctis adscriptus est *Simeon Treuirensis* A. C. 1035 defunctus. Alii *S. Suidibertum* [62] primum fuisse affirmant, quem sanctis adscripserit Leo III. quam sententiam amplectitur Bellarminus lib. 1. de sanctorum beatitate c. 8. (T. 2. Controuers.) ex Ludgero, cuius verba euolui possunt apud Surium aut Bollandum ad 1. Mart. et Baronium ad A. C. 804. num. 3. Sed et Suiberti illius, et *S. Kiliani* sociorumque, nec minus *S. Trudperti* a Zacharia Papa eiusque successore Stephano II. factas vt aiunt canonisationes, fabulis viri docti adscribunt. Inter antiquissima, fide digna exempla, post Vdalricum et Simeonem sunt *S. Godehardus* defunctus A. C. 1038. de quo Acta Sanctor. Maii T. 1. p. 521. *S. Eneco* defunctus A. C. 1057. de quo T. 1. Iunii p. 119. *S. Nicolaus Peregrinus* A. C. 1094. defunctus, de quo id. p. 248. De *S. Petro* Episcopo *Anagnino* A. C. 1110. vide propylaeum ad Acta Maii p. 207. et Laurentii Cherubini bullarium magnum T. 1. p. 57. Ab eo tempore inter sanctos adscitorum nomina quae ordine Alphabeti recensentur in Ioan. Baptistae Riccioli chronologia reformata T. 3. p. 155. seq. haec fere sunt:

An. 1134. *Hugo*, Episcopus Gratianopolitanus. Vide Cherubinum l. c. p. 60. et Pag. ad A. C. 993. N. 4.

An. 1139. *Sturmius* Abbas Fuldensis. Pag. ibid.

An. 1152. *Henricus II.* Sanctus, Imperator Rom. Surius, 14. Iulii, p. 204. Acta Sanctorum T. 3. Iulii p. 716. Pag. ad A. C. 1152 n. 6. Cherubinus T. 1. p. 61. Gretserus de Diuis Bambergensibus, p. 63.

An. 1161. *Eduardus*, Rex Angliae. Cherubinus l. c. p. 67. (Surius, 5. Ianuar. p. 78. refert ad A. C. 1163.) Confer Alexandri III. Papae Epistol. tertiam T. 6. P. 2. Concilior. Harduini p. 1380. et in appendice tertia Epist. 17. ib. p. 1553.

An. 1164. *Helena* Suecica, Baronius append. ad h. a. Ioan. Vastorius p. 72. vit. aquilonar. sed adde Erici Benzelii notas p. 56. 57.

An. 1165. *Carolus M.* a Paschali III. praesente Friderico I. Imperatore Vide Henric. de Bünau in vita dicti Imperatoris. Pag. ad A. C. 1166. n. 22 sq.

An.

[62] De quo vide Cointium T. 7. Annal. p. 31 sq. et Morinum de sacramento poenitentiae X. 20.

An. 1168. vel potius 1171. *Canutus* Iunior. Pag. ad A. C. 1164. N. 12 ſqq.

An. 1173. *Thomas*, Archiepiſcopus Cantuarienſis. Surius, 29. Decemb. p. 363. Cherubinus T. 1. p. 68. Adde Alexandri III. Epiſtolam XLIII. ſq. TVI. P. 2. Concil. Harduini p. 1413. ſeq.

An. 1174. Bernhardus, Abbas Claraeuallenſis, primus e Monachorum Ciſtercienſium ordine ſanctis adſcriptus. Cherubinus T. 1. p. 67. Mabillonius T. 2. Opp. Bernhardi p. 1358 ſqq. Alexandri Papae Epiſtolar. appendix 3. epiſt. 18. T. 6. Concil Harduini P. 2. p. 1554.

An. 1189. *Otto*, Epiſcopus Bambergenſis. Surius, 2. Iul. p. 74. Gretſerus l. c. p. 373. Baronius Tom. XII. Annal. ad h. a. Pagius ad h. a. N. 9. Clementis III. Papae Epiſtola 7. T. VI. P. 2. Concil. Harduini p. 1899. Acta Sanctorum T. 1. Iulii p. 367 ſqq. 452 ſqq.

An. 1192. *Vbaldus*, Epiſcopus Eugubinus. Surius, 16. Maii, p. 227. Cherubinus l. c. p. 77. Baronius ad A. C. 1192. N. 1. Caeleſtini III. Papae Epiſtola T. VI. 2. Harduini p. 1912 ſq.

An. eod. Bernwardus, Epiſcopus Hildesheimenſis. Surius, 20. Nov. p. 466. Pagi ad A. C. 1194. N. 4.

An. 1193. *Ioannes Gualbertus*, Abbas et conditor Congregationis Vallis Vmbroſae. Cherubinus l. c. p. 77. Acta Sanctorum T. 3. Iulii 12. pag. 338.

An. eod. Geraldus, Abbas et Fundator ſyluae maioris. Edmund. Martene T. 1. Anecdotor. p. 666.

An. 1195. *Rudeſindus* Epiſcopus Dunienſis. Pag. ad A. C. 977. N. 4.

An. 1198. *Homobonus* Cremonenſis. Cherubinus l. c. p. 81. Innocentii III. lib. 1. Epiſt. 530. Baronius ad Martyrolog. Rom. Nov. 13. Bzouius ad A. 1199. N. 3.

An. 1201. *Kunigundis*, Imperatoris Henrici S. Coniux. Surius, 3. Mart. p. 46. Acta Sanctor. T. 1. Mart. p. 281. ſeq. Chronicon Henrici Steronis T. IV. Caniſii p. 178. Pag. ad A. C. 1040. Pictetus Saec XI. p. 303. Lunig T. 2. ſpicileg. Eccleſiaſt. p. 28. vbi Innocentis III. bulla Canoniſationis.

An. 1205. *Clara* virgo. Baronius ad Martyrol. 12. Auguſti.

An. 1217. *Guilelmus* Bituricenſis Archiepiſcopus: vide Honorii III. Papae bullam apud Bulaeum T. 1. Hiſtor. Acad. Pariſ. p. 91.

An. 1220. *Hugo* Lincolnienſis Epiſcopus. Pag. ad A. C. 1194. N. 3. Martene 1. Anecdotor. p. 887. ſqq.

An. eod. Robertus Abbas Moliſmenſis. Martene 1. Anecdotor. p. 904 ſq.

An. 1221. *Laurentius*, Dublinenſis; Cherubinus T. 1. p. 96. Baronius ad Martyrolog. Rom. 14. Nov.

An. 1226. *Guilielmus* Eboracenſis. Pag. ad A. C. 1152. N. 10. ſq.

An.

An. 1228. *Franciscus* fundator Franciscani Ordinis. Surius, 4. Octobr. p. 64. Cherubinus l. c. p. 98 sq. Albertus Stadensis p. 208. Chron.

An. 1232. *Antonius* de Padua. Cherubinus l. c. p. 100. H. Stero in Chronic. T. IV. Canisii p. 185.

An. 1233. *S. Virgilius* Canonizatus a Gregorio IX. Canisius T. IV. p. 185.

An. 1234. *Dominicus*, conditor Dominicani ordinis. Surius, 5. Aug. p. 83. Cherubinus l. c. p. 103. Gregorii IX. Epistola VII. apud Labbeum T. XI. Concilior. p. 329.

An. 1235. *Elisabetha*, Andreae Regis Hungariae filia et Ludouici Landgrauii Thuringiae coniux. Cherubinus l. c. p. 104. Baronius ad Martyrolog. 19. Nov. Canisius T. IV. p. 113. Struuii Acta litter. T. 2. sub initium.

An. 1247. *Eadmundus*, Archiepiscopus Cantuariensis. Cherubinus l. c. p. 130. Bulaei histor. Academ. Paris. T. 3. p. 204 seq. Baronius ad Martyrolog. 16. Nov.

An. 1253. *Petrus*, Episcopus Veronensis. Cherubinus l. c. p. 120. Baluz. T. 7. Misc. 391.

An. eod. Stanislaus Cracouiensis. Cherubinus l. c. p. 125.

An. 1255. *Clara* Assisiensis. Cherub. l. c. p. 133.

An. 1260. *Richardus*, Episcopus Cisterciensis. Idem l. c. p. 149.

An. 1267. *Hedewigis*, Princeps Polonica. Id. l. c. p. 166.

An. 1297. *Ludouicus IX.* Rex Galliae. Id. l. c. p. 201. Iacob. Echardus T. I. de scriptoribus Ord. Praed. p. 499. Bulaeus histor. Acad. Paris. p. 529 sq. Principem hunc sollemnibus caerimoniis inter sanctos adscriptum ait Menagius in Menagianis T. 2. p. 169. adde T. 4. p. 153.

An. 1313. *Petrus de Morono* siue *Murrha* (v Continuator Alberti Stadensis p. 60.) alio nomine inter Papas Caelestinus. Cherubinus p. 214.

An. 1317. *Ludouicus*, Archiepiscopus Tolosanus. Id. l. c. p. 216.

An. 1323. *Thomas* de Aquino. Id. l. c. p. 226. Chronicon Slauicum p. 207. in Erpoldi Lindenbrogii scriptoribus septentrionalibus.

An. 1340. *Thomas* Herfordiensis. Id. l. c. p. 223.

An. 1347. *Iuo*, Trecorensis Presbyter. Id. l. c. p. 278.

An. 1391. *Brigitta* Suecica. Id. l. c. p. 297. Petrus Amelius in ordine Romano apud Mabillonium T. 2. musei Italici p. 535. Ericus Benzelius ad vitem aquilonarem Ioannis Vastouii p. 68. 70. Chronicon Slauicum p. 210. in Lindenbrogii Scriptoribus Septentrionalibus.

An. 1416. *Nicolaus* Lincopensis, *Birnulfus* Scarensis Episcopi et Ingris Monialis. Harduinus T. VIII. p. 540. vbi bulla Canonizationis. Benzelius l. c. p. 62 et 64. et Hardtius T. 4. Concilii Constantiensis p. 707 seqq.

An. 1438. *Vincentius* Ferrerius Valentinus, Ord. Praed. Id. l. c. p. 382.

An. 1447. *Nicolaus* de Tolentino. Id. l. c. p. 370.

An. 1452 *Bernhardus* Senensis. Id. l. c. p. 375.

An. 1480. *Franciscus* de Paula. Surius, 2. April. p. 25. etsi Cherubinus l. c. p. 606. ad annum 1519 refert. Adde Bzouium ad A. 1507. p. 89. vbi Bulla Canonizationis a Leone X. data Kal. Maii A. 1519.

An. 1481. *Berardus*, *Petrus*, *Otto*, *Accursius* et *Adiutus*, ordinis minorum. Surius, 16. Ianuar. p. 264.

An. 1482. *Bonauentura*, Cherubinus l. c. p. 437. Waddingus Annal. ord. Minor. ad A. C. 1482. Acta Sanctor. T. 3. Iul. 14. p. 820 et 830. Bzouius ad A. C. 1482. N. 7. T. 18. p. 228.

An. 1485. *Leopoldus*, Archidux Austriae. Id. l. c. p. 463. Hieronym. Pez T. 1. scriptor. Austriac. p. 577 seqq. Baronius ad Martyrol. Rom. Nov. 15. Bzouius ad A. C. 1485. n. 14. T. 18. p. 274.

An. 1514. *Notkerus*, Monachus Sangallensis. Acta Canonisationis apud Canisium T. IV. p. 796 sqq.

An. 1516. *Elisabethae*, Reginae Lusitaniae, beatificatio. Bzouius T. 19. p. 300 sqq.

An. eod. Philippi Benitii, ordin. Seruitar. beatificatio. Id. p. 307.

An. 1519. *Franciscus a Padua*, fundator ordin. minimor. Vide Bullam Canonisationis apud Bzouium ad A. C. 1507. n. 13. p. 86 sqq. et Surium ad 2. Aprilis.

An. 1523. *Benno*, Episcopus Misnensis. Id. l. c. p. 633. Baluzius T. 3. Misc. p. 425 sq. Acta Sanctor. T. 3. Iunii p. 198 sq.

An. eod. Antoninus, Archiepiscopus Florentinus. Cherubin. l. c. p. 636. Baluz. l. c.

An. 1527. *Petrus de Luxenburgo*; de quo multa T. 1. Actor. Sanctor. Iulii 2.

An. 1588. *Didacus*, *Diego di Alcala di Henares*, ex ordine S. Francisci de obseruantia, Surius 12. Nov. 309. Cherubinus l. c. Tom. 2. p. 635. Cinelli Bibliotheca Volante XVI. p. 68. 70. Luis de Bauia T. 3. p. 338. histor. pontifical y catolica.

An. 1594. *Hyacinthus*. Luis de Bauia T. 4. p. 329 sqq.

An. 1601. *Raymundus* de Pennaforti. Cherubinus l. c. T. 3. p. 111. Surius, 7. Ian. p. 110. Luis de Bauia T. 4. p. 329 sqq.

An. 1608. *Francisca*, Congregationis Montis Olìueti. Cherubinus l. c. p. 231.

p. 231. Acta Sanctor. T. 2. Martii 9. p. 206. Bonanni numiſmata Pontificum T. 2. p. 522.

An. 1610. *Carolus Borromaeus*[63], Archiepiſcopus Mediolanenſis. Id. l.c. p. 253.

An. 1619. *Franciſcus Xauerius.* Id. l.c. p. 370 et Tom. IV. p. 15. Marc. de Guadalaxara T. V. p. 480 ſqq. hiſtor. pontifical y catolical.

An. 1621. *Thereſia,* fundatrix ordinis diſcalceatarum Carmelitarum. Cherubin. l. c. Tom. 3. p. 414.

An. 1622. *Petrus de Alcantara,* Ordinis Minorum ſtrictioris obſeruantiae diſcalceatorum. Id. l. c. p. 419.

An. 1623. *Philippus Nerius,* Auctor Congregationis Clericorum Saecularium Oratorii. Id. l.c. Tom. 4. p. 5.

An. eod. Ignatius Loiola, Conditor Societatis Ieſu. Id. l. c. p. 11. Bonanni numiſmata Pontificum T. 2. p. 548 ſqq.

An. eod. Iſidorus Madritenſis Agricola. Cherubin. l. c.

An. 1624. *Iacobus de Marchia,* Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia beatificatus. Id. l. c. p. 59.

An. 1625. *Andreas Corſinus de Auellino,* Theatinenſis Monachus. Cherubinus l. c. p. 87. Franciſcus Baronius et Manfredis de Panormitana maieſtate. III. 1. p. 260. Tomo 13. theſauri Siciliae.

An. eod. Franciſcus Borgias, tertius Soc. Ieſu Generalis, beatificatus. Cherubinus T. 4. p. 93.

An. eod. Felix de Cantalicio, Capucinus, beatificatus. Id. p. 94 et 145.

An. eod. Eliſabetha, Regina Luſitaniae. Acta Sanctor. T. 2. Iulii p. 201 ſqq.

An. 1629. *Caietanus Thienaeus,* Fundator Clericorum Regularium Theatinorum beatificatus. Cherubinus l. c. p. 162. Franciſcus Baronius p. 262.

An. 1630. *Ioannes de Deo,* fundator ordinis huius nominis, beatificatus. Cherubinus T. 4. p. 167.

An. 1634. proceſſus formatus pro beatificatione et canonizatione Reginarum ſororum, *Thereſiae* viduae, et *Sanciae* virginis, filiarum Sancii, Regis Legionis et Galiciae, (defunctarum A. 1230 et 1250.) Acta Sanctor. 17 Iun. T. 3. p. 505-513 ſeqq.

An. 1638. *Ferdinandus III.* Rex Caſtillae et Leonis, canonizatus.

[63] Gilbertus Burnetus itinere in Italiam p. 286. ait *canoniſationem Caroli Borromaei Mediolanenſibus conſtitiſſe ſumma maiore quam 100000 coronatorum, et haec cauſſa eſt,* inquit, *quod ciues non adeo vrgent Friderici Borromaei ἀποθέωσιν, licet omnes ſint perſuaſi, eum non minus quam Carolum hoc ob miracula mereri.*

An. 1658. *Thomas a Villanoua*, Ordinis Eremitarum S. Augustini. Id. l. c. Tom. V. p. 274.

An. 1665. *Franciscus de Sales*, Episcopus Geneuensis. Theatr. Europ. T. X. p. 85. et Diar. Europ. contin. XI. p. 517.

An. 1668. *Maria Magdalena de Pazzis*, Florentina, de qua confer Cherubinum T. 4. p. 116 sq. et Acta eius Canonisationis, Romae 1669. fol. *Rosa de Lima*, Peruuian. et *Ludouicus Beltrandus*, seu *Beleramus*. Diar. Europ. contin. XVIII. p. 296. Breweri Hist. An. 1661. ad 1672. p. 22.

An. 1671. *Ferdinandus Catholicus* Rex Hispaniae, *Caietanus* Ord. Theatinorum Generalis, et *Philippus Benitius*, Seruitarum Praepositus. Diar. Europ. contin. XXIII. p. 54. Brewer. l. c. p. 28.

An. 1679. *Torrebio*, Archiepiscopus Limensis. Theatr. Europ. T. XII. p. 114. & Diar. Europ. contin. 40. p. 117.

An. 1690. 16 Octobr. *Laurentius Iustiniani*, Patriarcha Venetus, defunctus A. 1455. *Ioannes de Capistrano* Ord. Minorum, defunctus A. 1456. *Ioannes Gonsalez de S. Facondo* Hispanus, [64] Monachus Augustinianus, defunctus A. 1471. *Ioannes di Dio*, Lusitanus, auctor Ordinis Monastici Fate ben Fratelli, defunctus A. 1555. et *Paschalis Baylon* ex fratribus Minoris obseruantiae, defunctus A. 1592. Unsch. Nachr. p. 252.

An. 1701. mense Iunio agitatum de canonisatione *Andreae de Auellino*, *Catharinae* Bononiensis, et Cardinalis atque Episcopi Neapolitani *Andreae Durale*.

An. 1705. a Clemente XI. confirmatus cultus Reginarum de Loruano, siue *Theresiae* reginae Legionis et Galiciae, eiusque sororis *Sanciae*, Ordin. Cisterc. vide Acta Sanctor. T. 6. Iunii p. 206.

An. 1710. confirmatus cultus *Luciae de Narnia*, v. T. 1. Opp. Clementis XI. p. 1196. sqq. *Iosephi a Cupertino*. ib. p. 1198. *Ioannis de Prado*. ib. p. 1199. *Caesari Odrouantii*. ib. p. 1200. *Peregrini Latiosi*. ib. p. 1215.

An. 1712. die Festo SS. Trin. 22. Maii Sanctis adscripti sollemniter *Pius V.* Pontifex Max. primus inter Pontifices post Gregorium M. ab annis amplius mille sanctus. *Felix de Cantalicio*, Capucinus, *Andreas de Auellino* Monachus Theatinus (jam A. 1625. beatificatus siue beatis adscriptus) et *Catharina* Bononiensis. v. Clementis XI. Opera T. 1. p. 63 sq. et bullarium ibid. p. 250. 267. 1201. Richard. Steele in libro Anglice edito Lond. 1714. 8. sub titulo: The Romish Ecclesiastical History of late Years; et Iustini-Chiapponi acta Canonizationis Sanctorum Pii V. Andreae Auellini, Felicis a Cantalicio, et Catharinae

[64] De eius vita conf. Nic. Robinus. Paris. 1692. 12.

tharinae de Bononia. Romae 1720. fol. cum actis beatificationis Ioan. Franc. Regis, S. I.

An. 1716. Maii 24. beatificatus *Ioan. Franc. Regis*, S. I. v. Clementis XI. bullam T. 1. Opp. p. 451. 1199. 1207.

An. 1726. Aug. 7. *Hyacintha Morescotti.* v. Unsch. Nachr. 1727. p. 301.

An. eod. Dec. 10. *Turibius Magrobesius*, Archiepiscopus Limensis; *Iacobus de Marchia*, Franciscan. *Agnes de Montepolitiano; Petrus Laziasi*, Ordin. Seruitar. *Ioannes della Croce*, Ordin. Carmelitar. *Franc. Solanus*, Franciscan. *Aloysius Gonzaga* et *Stanislaus Costka*, vterque e S. I.

An. 1729. *Vincentius de Paola*, fundator Ord. S. Lazari, et *Petrus Forrierus* beatificati.

Eod. anno Octobr. 9. *Ioannes Nepomucens* Canonizatus.

An. 1735. mense Iulio *Anna a S. Borromeo* beatificata.

Eod. anno. Iosephus a Caprotino, Ord. minor. Canonizatus.

An. 1736. *Iosephus Anchietti*, S. I. beatificatus.

An. 1737. *Vincentius de Paolis; Ioan. Franc. Regis; Iuliana Falconieri;* et *Catharina Fieschi* canonisati.

An. 1741. *Alexander Saoli*, Ordin. Minoritar.

An. 1745. *Camillus de Bellis*, et *Iosephus de Leonessa.*

An. 1746. *Fidelis Sigmaringa*, *Petrus Regalatus.*

Ritus canonisationis, quae vox ante saeculum XII. vix audita, [65] petendi sunt ex Actis Canonisationum, qualia sunt Acta Canonisationis Thomae a Villanoua, edita ab Andrea Aznar, Rom. 1658. 4. Sanctorum Petri de Alcantara et Mariae Magdalenae de Pazzis, quae Clementi IX. dicata a *Dominico Capello* lucem adspexere Romae 1669. 4. vbi inter alia p. 320. videmus expensas in hanc canonisationem factas 64000. [66] scutatorum: Relatione dell' apparato

[65] Vocabulum *Canonisandi* primum legitur in bulla Alexandri III. qui Papa fuit ab A. 1159. ad 1181. affirmaturque *negotium arduum hoc et sublime non solere nisi in sollemnibus Conciliis de more concedi.*

[66] Guido Patinus T. 1. Epist. p. 603. *Enfin nôtre S. Pere le Pape a promis aux Religieuses de la Visitation, de canoniser leur fondateur le bien heureux François de Sales, Evêque de Genéve, mais il leur en coûtera de bonnes nipes; Iupiter iste Capitolinus longe callidior est ac astutior Numa Pompilio, cui tamen post multa saecula successit nec intestatus: tous biens sont communs, il n'y a plus que le moyen de les avoir, quelle vilainie dans la Chretienté, les Turcs, n'ont-ils pas dequoy se moquer de nous? tant dépenser d'argent pour une bagatelle politique, telles sommes bien employées serviroient à conquerir un Royaume sur les Infidéles, Exclamet Melicerta perisse frontem de rebus. Mais le masque en est levé, il n'y a plus de vergogne au monde, l'impudence est permise, ce sont les impudens qui gouvernent le monde,*

parato fatto in S. Pietro, et delle ceremonie per la Canonisatione de cinque santi, in Roma 1690. Ordo Canonisationis Sanctorum A. 1494. legitur in Collectione Conciliorum Labbei, T. 13. p. 1470. Harduini T. 9. p. 1584. Vt vero dignus aliquis consortio Sanctorum habeatur, sollemnis praecedit inquisitio et formalis scilicet de fide, moribus, vita, fama & miraculis. Confer Baluzium de Papis Auenionensibus Tom. 2. pag. 7. & 366. Consulendus insuper *F. Lucas Castellinus*, Ord. Praed. Episc. Catacensis, in tractatu de certitudine gloriae sanctorum. Romae 1628. 4. de inquisitione miraculorum in Canonisatione SS. Martyrum. Romae 1629. 4. de dilatione Canonisationis Sanctorum. Neapoli 1630. 4. *Bollandus*, *Henschenius* et *Papebrochius*, qui in Actis Sanctorum etiam passim agunt de eorundem canonisatione: Caerimoniale Romanum l. 1. sect. VI. *Angelus Roccha* de Canonisatione Sanctorum Rom. 1610. 4. recusus T. 1. thesauri antiquitatum sacr. Romae 1745. fol. p. 101-150. *Carolus Felix de Matta* de Canonisatione Sanctorum. Romae 1678. fol. *Iusti Fontanini*, Archiepisc. Ancyrani, Codex Constitutionum, quas summi Pontifices ediderunt in sollemni Canonisatione Sanctorum a Ioanne XV. A.C. 993. ad Benedictum XIII. A. 1729. Romae 1730. fol. *Prosperi de Lambertinis*, tum Eccles. R. Purpurati, deinde Pontificis M. *Benedicti XIV.* nomine ornati libri IV. de seruorum Dei beatificatione et beatorum canonisatione. Bononiae 1734 sqq. folio. Voll. IV. recusi deinde Tomis duobus prioribus Operum Benedicti XIV. voluminibus duodecim quarto maiori excusorum cura Emanuelis de Auezedo. Romae 1748. Eiusdem Benedicti XIV. epistola ad Iosephum, Episcopum Augustanum, super canonisatione Crescentiae, monialis Kaufburensis. Coloniae 1747. 4. *Christiani Ern. a Windheim* obseruationes ad Benedicti XIV. epistolam ad Episcopum Augustanum. Helmstadii 1747. 4. *Agnelli Honorati* dissertatio de ritu canonizationis sanctorum, italice cum duabus aliis eiusd. auctoris dissertationibus edita Luccae 1737. 4. vt *Felicem Contelorium*, *Troi-*

monde, et cela n'est point d'aujourdhui, quelcun l'a dit dans Herodote. Singulare est, quod Blasius Ortizius in itinerario Hadriani VI. apud Baluzium T. 3. Miscellan. p. 428. refert; Hadrianum *sumtus, quasi alienos a sanctimonia et puritate canonisationis, fieri voluisse.* Gregorius IX. in bulla Canonisationis S. Antonii de Padua haec habet: ***Vt aliquis sanctus habeatur apud homines in Ecclesia militante duo sunt necessaria, virtus morum et veritas signorum: merita videlicet et miracula, sic vt haec et illa sibi inuicem contestentur, quum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene sufficiant ad persuadendum inter homines testimonium sanctitatis.*** Ceterum certam infallibilitatem Ecclesiae Romanae et Pontificum non solum circa fidem et mores verum etiam in Canonisatione Sanctorum, integro volumine sexcentarum fere paginarum Traiecti ad Mosam 1714. excuso affirmare ausus est Matthaeus Dolmans, Ordin. Praedic. disputans contra Mensonem Heydenryck, Ecclesiasten Mosatraiectinum.

Troilum Maluezzium aliosque Cangio gloſſar. latin. in *Canoniſatio*, Lipenio T. 1. Biblioth. Theol. p. 219. et Rev. Io. Franc. Buddeo p. 637. ſyntagm. diſſ. Theol. laudatos, Simonem Maiolum dier. canicular. fol. 582 ſq. et Fortunatum Scacchum libris VII. de beatificatione et Canoniſatione omittamus. Breviter etiam ritus Canoniſationis exponit Wagenſeilius Tomo poſtremo Perae librorum iuuenilium pag. 1109. ſq. et in libro Germanice edito de educatione Principis iuuenis p. 182 ſq. Videnda etiam Collectio Epiſtolarum hiſtoricopoliticarum, quae Germanice prodiit ſub titulo des neubeſtellten Agentens, T. 2. p. 900 ſqq. Etiam in colloquiis menſtruis Tentzelianis A. 1691. p. 215. ritus ex nouiſſimo uſu ſtrictim recenſentur. Ceterum *Ioannes Bullandus* T. 1. April. 9. p. 829. *Non ſemper*, inquit, *ita auguſto ac ſplendido ritu, atque nunc fit, ſancta illa caerimonia canoniſationis peragi conſueuit. Adhibitus primum hic ritus, vt viri eruditiſſimi annotarunt, quum* S. Hugo, *Gratianopolitanus Epiſcopus, ab Innocentio II. Sanctis adſcriptus eſt: ac deinde quum* S. Bernhardus, *Abbas Claraeuallis ab Alexandro III. Antea vt catalogo inſererentur, qui pie vixerant, facultas ab Apoſtolica ſede petebatur ſupra canonizandi corpus aram erigendi, in eaque ſacrum Miſſae ſacrificium offerendi: quo facto omnis peracta erat Canoniſatio. Nam quae in Sylloge Suriana ad Kalendas Martii narratur* S. Swiberti *perquam ſollemnis Canoniſatio, ſolide a nobis ibi confutata, et exploſa fictitia ſub* S. Ludgeri *Epiſcopi nomine* Epiſtola.

Inferior quidam minusque ſollemnis gradus et Canoniſatione minor vocatur *Beatificatio*, quum ad ſepulcrum honos anniuerſarius alicui habetur vt beato, vel accenſis ille luminaribus aut appenſis anathematis vel alia eiuscemodi ratione colitur. Vide Acta Sanctorum T. 1. Iunii p. 361. F. Hadriani Baílleti diſſertationem Vitis Sanctorum Gallice editis praemiſſam p. 197 ſq. et Ludouici XIV. Regis Galliae Epiſtolam ad Innocentium XII. pro beatificatione Ioannae Valeſiae, in libro *Voyage litteraire de deux religieux Benedictins.* Pariſiis 1717. 4. p. 35. Soletque plerumque beatificatio praemitti, donec ſedes Romana interiecto 50. vel plurium pauciorumue annorum ſpatio definit de canoniſatione. Sic Maria Magdalena de Pazzis Florentina, quae An. 1607. diem obiit, beatificata eſt ab Vrbano VIII. An. 1626. ſed canoniſata a Clemente IX. An. 1669. Vide Acta Sanctor. T. 6. Mai. p. 315. 326. Singulare eſt, quod peculiares etiam Monachorum ordines genus eiusmodi canoniſationis ſibi arrogent. Vide ſi placet quae de Octauia Melchiorrica a Dominicanis ob legatam [67] ipſis 7000 thalerorum ſummam ſingularibus caerimoniis conſecrata Petrus Baelius in reſp. ad quaeſtiones hominis prouincialis T. 1. p. 430 ſq.

Bbb Pon-

[67] Spectat huc Carthuſiani dictum ad Philippum Cominеum lib. 7. memor. c. 8. ***nous appellons en ce païs ici Saints tous ceux qui nous ſont du bien.***

Pontificem in canonisationis decreto non posse errare disputant Dominicus Grauina Neapolitanus in Catholicis praescriptionibus aduersus haereses quaest. V. in Io. Thomae de Rocaberti Bibliotheca maxima Pontificia, siue collectione voluminosa (21. enim tomi sunt scriptorum potestatem Pontificis defendentium Rom. 1699. fol.) Tomo VIII. Augustinus Triumphus de potestate Ecclesiastica p. 98. Castro Palao T. 1. p. 338. aliique Ecclesiae Romanae socii. Sed non ausi sunt hoc sibi sumere ipsi Pontifices, qui ante actum Canonisationis olim vsi sunt sollemni protestationis formula, quam ex Christophori Marcelli lib. 1. de Eccles. Rom. ritibus (qui opus suum Leoni X. inscripsit et Romae A. 1516. edidit) pluribus locis Epistolarum suarum, vt p. 26. et 557. edit. Lond. repetit Io. Launoius, obseruat etiam plenariae Synodi assensu simul, non solius Pontificis auctoritate opus fuisse, vt Sanctis aliquis accenseretur. Formula protestationis haec est: *Antequam ad pronunciationem veniamus, protestamur publice apud vos praesentes, quod per hunc actum Canonisationis non intendimus aliquid facere quod sit contra fidem, aut Catholicam Ecclesiam, siue honorem Dei.* Vide etiam, quae idem Launoius p. 79 sq. de Canonisatione Ludouici Alamandi, praesidis Basileensis Concilii, a quo depositus fuit Eugenius IV. et quae aduersus fidem consecrationum in Rom. Ecclesia disputant B. Lutherus scripto contra nouum Idolum Misnense (Bennonem [68] Episcopum) T. 2. Altenburg. p. 780 sq. Hospinianus de festis Christianor. cap. 6. Balthasar Lydius notis ad dispp. Taboriticas p. 150 sqq. et I. Dallaeus de obiecto cultus religiosi lib. III. c. 21. Olim non Romani tantum, sed et alii Episcopi poterant, Sanctorum consortio defunctos vindicare; vide *Ferdin. Mendozae* notas ad Concil. Illiberitan. T. 1. Labbei p. 1318. *Alteserram* in vindiciis Ecclesiasticae iurisdictionis lib. 2. c. 11. et lib. 10. c. 10. Alexander III. primus omnium sanxit, non licere nisi auctoritate Ecclesiae R. defunctum hominem Sanctorum albo adscribere, vt notat *Iustus Fontaninus* c. 13 sqq. de S. Petro Vrseolo, vbi exempla plura eorum ante illud tempus sanctis ab Episcopis vel Synodali celebritate accensitorum, Papa R. inconsulto. Adde *Franc. Pagi* vitas Pontificum T. 2. p. 260. Quare ad solum Pontificem spectet, quod Alexander III. Pontificibus reseruauit, sanctis aliquem adscribere, Alexander VI. quinque rationibus conatur ostendere apud Bzouium ad A. C. 1496. N. 20. T. 18. p. 467. Ceterum *octo praerogatiuae* sunt, quibus gaudent consecrati: vt sancti appellentur, vt dedicentur iis altaria et templa, officium singulare et ordo sollemnis consecretur, quibus eorum memoria colitur in Ecclesia, anathemata et dona sacra offerantur, dicentur festi dies, imago eorum pingatur cum nimbo, reliquiae sanctae et in honore habeantur.

In

[68] Confer Vitam Bennonis scriptam a Martino Heidenreich, editamque Dresdae 1694. 8.

In Orientali Ecclesia Graeca paullo rarius obtinet hic Consecrationis ritus, Patriarchae et plenae Synodi auctoritate et millenorum testium de canonizandi miraculis testantium fide constans. Caussam raritatis exponit illustris Paullus Ricautus in Historia status praesentis Ecclesiae Graecae cap. VI. pag. 164 sqq. *La régle de la Canonisation des Saints s'est conservée dans le Siége Patriarchal de Constantinople. Il est vray, que le Ménologue est si plein, que l'on a été forcé, de mettre deux ou trois Saints en un jour: mais avec cela, a fin que les bonnes ames, qui sont si rares en ce monde, et qui reçoivent de Dieu leur récompense en l'autre vie, ne perdent point ce que les hommes sont capables, d'accorder à leur pieté. Les Grecs canonisent encore à présent, ceux qui ont été célebres, par leurs miracles, et par la sainteté de leurs moeurs. Il faut toutefois, avant que d'en venir là, que mille témoins, qui auront vû ces actions, oû qui les auront apprises, de personnes irréprochables, en donnent des aussurances solemnelles: il faut encore, que le Patriarche et les Evêques en ayent informé très-exactement dans un plein Synode. Alors la personne, dont on recherche la vie, est reçuë dans le Calendrier; on marque un jour pour sa Fête: et tous les ans, on célébre sa mémoire: on dit une Messe en son honneur: on y ajoute quelques Hymnes à sa loüange: on lit une rélation de ses miracles et de ses bonnes oeuvres: on insére enfin sa vie, dans le Synaxarion, ou livre des Saints. Mais maintenant que les Canonisations ne le font pas sans de grands frais, elles sont moins en usage. Et les Grecs étant d'ordinaire pauvres ou méchans, il s'en trouve peu, qui soient assez gens de bien, pour mériter un si grand honneur, ou qui ayent des Parens assez pieux et assez riches, pour les faire mettre dans la Liste des Saints et des Martyrs.*

XXVII. *Angelorum* nomine pro bonis spiritibus vsi sunt, ne de Iudaeis ac Chalcidio p. 225 sq. (Christiano scriptore) dicam Alex. Aphrodiseus in Topica p. 186. Aristides T. 1. p. 19. Labeo apud Augustin. IX. 19. de Civ. Dei, Ammonius in Porphyrii Isagog. Porphyrius, Iamblichus de Mysteriis Aegyptior. Simplicius, Marcianus Capella, et praecipue Hierocles qui p. 37. *ἀγγελικὸν Θεῶν γένος* memorat, atque inter Deum *δημιουργόν* et hominem tria ait intercedere Deos immortales, Heroas et daemonas terrenos. Confer Dan. Heinsium ad Maximum Tyrium p. 112. Notat idem Hierocles p. 41. Heroas (qui *ἡμίθεοι* Hesiodo) ab aliis dici *δαίμονας ἀγαθοὺς ὡς δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας τῶν θείων νόμων.* Ab aliis *ἀγγέλους ὡς ἐκφαίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωΐαν κανόνας.* Alios vero cum Platone inter Deum et hominem ponere angelos, daemones et heroes. Confer Origenem 3. contra Celsum p. 133. Aliis hos omnes uno eodemque nomine venire angelorum vel heroum vel daemonum. At per daemones terrenos Hierocles non intelligit malos spiritus siue *τὰς ἐναντίας δυνάμεις,* quas vocat Plato X. de legib.

gib. p. 608. sed vero animos hominum sapientia praestantium, quos ἰσοδαίμονας et ἰσαγγέλους appellat p. 46. quemadmodum aliis ἀγαθοὶ δαίμονες dicti Diogenes et Crates Philosophi, de quibus Menag. ad Laertium p. 252. 262. atque de eiusmodi viro sapiente Arrianus III. 22. Epictetear. diss. ἀλλ' εἰδέναι δεῖ ὅτι ἄγγελος ἀπὸ τοῦ Διὸς ἀπέσταλται πρὸς τοὺς ἀνθρώπους περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν Neque Socratis Deus siue Daemon alius intelligendus quam prouidus eius animus ac perspicax, vti Xenocrati apud Aristotelem 2. Topic. δαίμων ἑκάστου ἡ ψυχὴ, vnde ille εὐδαίμονα appellabat, cui bona mens contigisset: et Euripides Socratis amicus apud Theonem p. 60. progymnasm. τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου dixit esse θεόν. Angeli in Oraculis Zoroastri tributis v. 295. vocantur ἁγνοὶ Δαίμονες. Ἡ Φύσις πείθει εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς. Meminit Angelorum etiam Pseudo Orpheus [69] apud Clementem Alexand. V. Strom. p. 608.

Σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι
Ἄγγελοι ᾗσι μέμηλε βροτοῖς ὡς πάντα τελεῖται.

Hostanes apud Cyprianum de Idolor. vanitate p. 14. *Magorum praecipuus Hostanes et formam veri Dei negat conspici posse, et Angelos veros sedi eius dicit assistere.* In sacris litteris Angelorum nomen absolute ponitur nunquam pro malis Daemonibus, vti vicissim Daemonum nunquam pro bono Angelo, vt notauit Theodorus Hackspanius in sylloge disputatt. Theolog. et Philolog. pag. 244. E contrario apud Ethnicos scriptores Daemonum vocabulum saepius pro bonis spiritibus ponitur, ac pro Deo ipso, vide Pollucem Onomastici lib. 1. c. 1. atque negari nequit multa eorum, quae de Daemonibus bonis illi tradiderunt, cum doctrina Iudaeorum et Christianorum de Angelis satis bene conspirare. Confer Hugonem Grotium ad Matthaei I. 20. Eugubinum de perenni Philosophia libro VIII. Huetii Alnetan. quaest. lib. 2. cap. 4. et Ioan. Nicol. Frobesium in mysterio de daemonibus, siue geniis atque intelligentiis philosophico, strictim et fideliter reuelato. Helmstadii 1748. 4. Veteres Christiani singulis vitiis singulos daemonas vti virtutibus angelos tribuerunt. Vide Cotelerium ad Patres Apostolicos T. 1. p. 85. et Potterum ad Clementem Alexandrinum p. 174.

Ordinum Angelicorum nomina in sacris litteris obuia ex officiis Imperii Persici, sub quo Hebraei aliquando vixerunt, desumta esse notat Hugo Grotius ad Rom. VIII. 38. Iudaei decem gradus siue ordines colligunt, Christiani plerique post Pseudo Dionysium Areopagitam [70] nouem, incerta vtrique

[69] In Orphei hymnis Mercurius dicitur ἄγγελος οὐρανιώνων, vt apud Platon. 4. de Leg. Nemesis Δίκης ἄγγελος.

[70] Trahunt huc nonnulli vocabulum ἅγιος nouies repetitum in quibusdam Codd. Apocalypseos

que coniectura. De Iudaeis vide Maimonidem de fundamentis Legis p. 18 ſq. et ibi notas Guil. Vorſtii: Immanuelem Aboab in Nomologia edita Hiſpanice p. 157. Menaſſeh ben Iſrael problem. 22. de creatione, Gilb. Gaulminum lib. 2. not. ad lib. de Vita Moyſis c. 4. Buxtorfium Lex. Talmudic. p. 2339. Hackſpanium de Angelorum Daemonumque nominibus in Sylloge p. 234. 242. 252. D. Martin. Geierum in conformitate Iudaeo-Papiſtica, loco de Angelis c. 2. D. Sebaſt. Schmidium in ſenario Angelico, ſiue diatribis de Cherubim, Seraphim, principatibus, thronis &c. Brunſuic. 1696. 12. Franciſcum Gomarum T. 1. Opp. p. 551 ſq. Iacobum Capellum notis ad Hebr. I. vlt. Kircherum Tom. 2. Oedipi Aegyptiaci part. 1. p. 214. 255. et Petauium lib. 2. de Angelis cap. 1. §. vlt. De Chriſtianorum veterum ſententia praeter eundem Petauium, et Pſeudo-Dionyſii de Hierarchia coeleſti interpretes, conſulendus Io. Morinus de ſacris Eccleſiae Ordinationibus p. 491 ſq. qui inter alia oſtendit multos Dionyſio poſteriores ab eius ſententia circa deſcriptionem Angelicae Hierarchiae diſcedere, vt illum vel non legerint vel certe neglexerint: Io. Dallæus de ſcriptis Dionyſio et Ignatio tributis l. 1. c. 3. Suicerus in ἄγγελος, Cotelerius ad Conſtitut. Apoſtol. VIII. 12. et T. 3. monument. Eccleſiae Graecae p. 558. ſq. Euſebius Renaudotus T. 1. liturg. oriental. p. 299. et Michael le Quien ad Io. Damaſceni lib. 2. de Fide Orthodoxa c. 3. T. 1. p. 157. 158. Videndi etiam e veteribus Cyrillus Hieroſol. V. Catecheſi Myſtagog. c. 5. Io. Philoponus lib. 1. c. 10. de creatione, Iſidorus Hiſp. VII. 5. Orig. et de ordine Creaturarum c. 2. Rabanus Maurus de laudibus S. Crucis lib. 1. figura 3. Mich. Glycas lib. 1. Annalium f. 76 ſq. Philippus in Dioptra III. 2. p. 113. et Michael Syncellus laudatione in SS. Dei Archangelos Angelosque T. 1. Auctarii noui Combefiſiani p. 1526 ſq. De nouem ordinum Angelorum templo Cpoli, et de nouem ordinum Angelorum feſto quod Graeci celebrant VIII. Nouembris, adi Cangii Cpolin Chriſtianam lib. 4. p. 188. De nouem ordinibus malorum Angelorum ex Rob. Fluddi ſententia vide Gaſſendum T. 3. Opp. pag. 223. et Fluddum ipſum in Hiſtoria Macrocoſmi pag. 108 &c. Atque gradus quidem inter malos perinde ac bonos ſpiritus etiam Ethnici agnouerunt, γίγνονται ὡς ἐν ἀνθρώποις καὶ δαίμοσιν ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ κακίας, inquit Plutarchus de Iſide & Oſir. atque lib. de defectu Oraculor. Praeclare Thomas Galeus notis ad Iamblichum de Myſteriis Aegyptiorum p. 208. obſeruat a S. Paullo Apoſtolo Epheſ. VI. per ἀρχὰς,

calypſeos IV. 8. ad quem locum confer Vallam. Repetitur etiam vocabulum ἅγιος nouies in hymno, qui exſtat in Poemandro Hermetis p. 8. edit. Franciſci Patricii. Decimum ordinem lapſorum, et propter nouem ordines Angelorum Alleluiah nouem hebdomadibus ab Eccleſia Latina intermitti ſcribit Humbertus contra Graecos ad calcem Baronii T. XI. p. 783.

ἐξουσίας, κοσμοκράτορας, nomina a Philosophis venditata potestates aduersarias intelligi. *Videant igitur*, inquit, *ne quid errent*, *qui eadem vocabula ad potestates coelestes transferunt. Paullus haec non tam ponere*, *quam ex haereticorum sermonibus accepta oblique inducere videtur.* De Iamblichi, Procli, Hermiae, Damascii et aliorum Platonicorum recentiorum Hierarchia atque Ordinibus Angelorum multa erudite idem Galeus p. 206 sq. Videndi quoque Eugubinus VIII. 10. ad 18. Theophilus Raynaudus T. 5. Opp. p. 72 sq. Stillingfleetus responsione ad Cressium Anglice edita p. 129. 130. Kircherus T. 2. Oedipi parte 1. p. 407 sq. 423. 426. et Radulphus Cudworthus in Systemate intelligibili Vniuersi, edito Anglice p. 553 sq. In Chaldaica Theologia, notante ad vitam Moysis lib. 2. c. 4. Gaulmino, tres quoque in Diuinis triades, prima πατὴρ, δύναμις, νοῦς, secunda οἱ νοεροὶ θεοὶ, οἱ ὑπεράχιοι, οἱ ἀρχικοί. Tertia οἱ ἀρχαγγελικοὶ, οἱ ἄζωνοι, οἱ ζωναῖοι. In Muhamedis Alcorano XXXVII. 1 sq. Deus iurat per tres ordines Angelorum, ordinantes, agitantes, et legentes Alcoranum. Confer Suratam LXXIX. 1 sq. De *septem Angelis principibus* (septem *Archangeli* vocantur in Theologumenis Arithmeticae p. 44.) praeter interpretes Apocalypseos videndi Martinus Roa in singularibus S. Scripturae T. 2. p. 444 sq. Hugo Grotius ad Matthaei XVIII. 10. Petauius de Angelis p. 128 sq. Christophorus Sandius in problemate paradoxo de Spiritu S. p. 10 sq. et contra Sandium B. D. Schomerus noster p. 92 sq. & Wittichius pag. 156 sq. Praeterea Theologi Argentoratenses celebratissimi Dorscheus in pentadecade p. 516 & Seb. Schmidius in Mysterio Gratiae Diuinae p. 550 sq. 564 sq. quibus addendus D. Abraham Hinckelmannus ὁ μακαρίτης in Detectione fundamenti Bohmiani p. 18 sq. disputans contra Fluddum c. 7. macrocosmi et Iac. Boehmium von der Gnadenwahl §. 24. et Thom. Galeus notis eruditissimis ad Iamblichum de Mysteriis Aegypt. p. 206. qui Ethnicis non minus quam Iudaeis probatum de Archangelis dogma fuisse ostendit: quanquam in sacris literis vnius tantum Archangeli occurrit mentio, unde totum illud quod de ordine vel septenario vel vt Eusebii vocabulo ex orat. de laudibus Constantini p. 605. vtar, de [71] θιάσοις ἀρχαγγέλων fertur, commentis adscribere non dubitauit Rev. D. Gerhardus Meierus, Hamburgensis tum Gymnasii Professor, deinde Bremensis Ecclesiae Superintendens celeberrimus in paradoxo de Archangelis Enthymemate, Hamburg. 1695. 4.

Septem Angelis bonis principibus totidem *malos* ac *seductores* vitiorumque ac scelerum praesides oppositos esse statuerunt veteres quidam e Iudaeis et Chri-

[71] Minus bene vir doctiss. Valesius vertit: *Angelorum et Archangelorum innumerabiles ordines*, nam in Graeco est; *innumerabilis Angelorum multitudo, concilia Archangelorum et sanctorum chori spirituum.*

Chriſtianis, vt conſtat e teſtamento Ruben c. 2. et teſtimoniis priſcorum Ecclesiae doctorum, quae adduxit Cotelerius ad Hermae Paſtorem lib. 2. mandat. 2. et Potterus ad Clementem Alexandrinum p. 174. De cultu Angelorum apud Iudaeos adiri poſſunt Bartoloccius T. 1. Bibliothecae Rabbinicae pag. 292 ſq. Io. Saubertus in palaeſtra diſſ. p. 31 ſq. et Ioan. Tob. Maior in diſſertatione de natura et cultu angelorum facta collatione Paganorum, Iudaeorum, Mahumedanorum et Chriſtianorum. Ienae 1653. 4. Auguſtinus Calmet in diſſ. ad librum Tobiae de Aſmodi, negat Iudaeos ante captiuitatem Babylonicam quicquam de Angelorum cultu vel Daemonum nominibus cogitaſſe.

XXVIII. Singulis hominibus ſtatim a tempore quo in lucem eduntur adeſſe bonum genium ſiue Angelum, nec minus malum, multi olim ſenſerunt e veteribus Chriſtianis, vt docent Cotelerius ad Hermae paſtoris lib. 2. mandat. 6. c. 2. et Huetius in Origenianis lib. 2. quaeſt. 5. Videndus et Petauius dogm. Theol. de Angelis lib. 2. c. 7. p. 131 ſq. Io. Riuius de familiari cuiusque genio, ſeu de praeſidio Angelico, et Io. Clodius de ſpiritu familiari: atque Iudaeorum eandem fuiſſe ſententiam diſputant eruditi interpretes ad Matth. XVIII. 10. et Actor. XII. 15. De Muhamedanis quoque notat Thomas Smithus Epiſt. 1. de moribus Turcarum p. 39. eos inter orandum caput ad alterutrum humerum motitare, angelos cuſtodes quos humeris aſſidere credunt, oratione ita ſalutantes. Eadem de geniis tutelaribus ſententia iampridem Ethnicis quoque perſuaſa fuit, vt copioſe declarat idem Huetius Alnetan. quaeſt. lib. 2. cap. 4. §. 3. vbi multa de Diis praeſtitibus, geniisque cuſtodibus ac tutelaribus et *μυςαγωγοῖς τοῦ βίȣ*, vt vocantur Menandro apud Ammianum Marcellin. XXI. 14. vbi conferatur Lindebrogius: tum Menagius ad Laertii lib. VII. sect. 151. Eugubinus VIII. 23 ſq. et 31. 40. de perenni Philoſophia Tobias Pfannerus in Theologia Gentili p. 180 ſq. et Marſilius Ficinus in Epiſtola ad Philippum Callimachum T. 1. Opp. pag. 894. vbi Platonicorum ſententiam exponit. Maribus appoſitos Romani genios appellabant, feminis Iunones, de quo Lipſius ad Senecae Epiſtolam 110. Harduinus ad Plinii T. 1. p. 143. Peculiariter culti Genii Principum, per quos etiam iuratum, vt notarunt docti ad Curtium VI. 11. 18. Chriſtoph. Cellarius ad Minucium Felicem p. 112. Cangius ad Zonaram p. 28. et ad Cinnamum p. 483. et Chriſti. Gottlieb Schwarz ad Plinii Panegyricum p. 228. Confer Henrici Dodwelli praelectionem ſecundam Cambdenianam ad Hadrianum Spartiani, quae eſt de fortuna Imperii et genio tutelari Principis, Oxon. 1692. 8. nec minus Bernardi Ludouici Mollenbecii de genio Principis diſſertationem, recuſam in ſyntagmate ſecundo diſſertationum Philologicarum in Belgio iunctim editarum A. 1700. 8. Etiam Locis et vrbibus tributi genii.

Vide

Vide Lindenbrogium ad Ammiani XX. 5. et quae Clariſſ. Rubeus in memoriis Brixianis Italice editis p. 184. vbi de Genio Romae, Antiochiae, Brixiaeque et p. 215. de Genio paganico. Adde Gisbert. Cuperum lib. 3. obſeruatt. pag. 335 et Harpocrat. p. 141. ac Ezech. Spanhemium de vſu et praeſtantia numiſmatum diſſ. 3. p. 187. Genios coloniarum ſumma religione cultos eſſe; aras, templa, peculiaria ſacrificia habuiſſe, innumerae teſtantur inſcriptiones. Vide Oliuerium ad marmora Piſana p. 9. De Genio ſiue τύχη populi Romani adeundus Laur. Begerus in theſauro Brandenburgico T. 2. p. 550 et Clariſſimi Philippi Olearii diſſ. de fortuna Romana, Lipſ. 1713. Habemus etiam in antiquis numis Genios excercitus et Genium Senatus, Geniumque publicum. De Genio domeſtico agunt Anton. Franc. Gorius et Ioan. Baptiſta Paſſeratius Parte tertia Muſei Etruſci, ac Iuſtus Godofr. Rabenerus amoenitatum hiſtoricophilologicar. p. 132 ſqq. De τύχη Cpoleos vide Chronicon Paſchale p. 284. 285 et Codini Origines Cpolitanas num. 68 et 50. Templum quod genio cuiusque vrbis conſecrabatur, dictum fuiſſe Τυχεῖον, obſeruat Valeſius ad Euſebium de Martyribus Palaeſtinae p. 341 et Sozomeni V. 4. De Angelis ἐθνάρχαις et Geniis Gentium tutelaribus iam pagina ſuperiore dicere nos meminimus: interim praeter iam laudatos a nobis, conſuli poterunt quae de Geniis, Ethnicorumque circa eorum naturam, officia et cultum opinionibus, ſuperſtitionibusque notarunt *Gyraldus* Syntagm. XV. de Diis, *Georg. Wonna* in diſſertationibus de Geniis, quae primum in lucem editae ſunt, Ienae 1663 recuſaeque poſtea in Syntagmate ſecundo Diſſertationum Philologicarum, paullo ante a nobis memorato. *Henricus Lindenbrogius* ad Cenſorinum de die Natali; *Caſp. Barthius* ad Rutili verſum 327 et Adverſar. Lib. LII. c. 12. *Io. Taffinus* de ludis ſaecularibus cap. 13. Tomo VIII. Theſauri Antiquit. Roman. p. 132 ſq. *Iuſtus Lipſius* Lib. 1. Phyſiol. Stoic. c. 19. *Matthias Zimmermannus* in Analectis Miſcellaneis p. 540 ſqq. et in florilegio p. 374 ſq. quibus addatur *Andreas Tiraquellus* ad Alexandrum ab Alexandro Lib. VI. Genial. dierum c. 4. *Martinus Roa* in libro de die natali ſacro et profano T. 1. ſingularium S. Scripturae. *Ioan. Franciſcus Madriſius* in Miſcellaneis variorum opuſculorum, (Miſcellanea di varie Operette) Venetiis 1743. 12. Tomo VII. p. 365 ſqq. et *Horatius Maccari* Diſſ. acad. Cortonenſis T. VI. p. 94 et 157. Animalibus etiam et plantis praeſidere certos Angelos, perſuaſerunt ſibi quidam interpretes Apocalypſ. IX. 11. et Chriſtiani veteres, quorum teſtimonia collegit Cotelerius ad Hermae Paſtoris lib. 1. viſionem 4.

De Lemuribus, Laribus familiaribus et Laruis, Diisque Manibus videndus Danetus in Dictionario Antiquitatum et Iulianus Floridus ad Apuleium de Deo Socratis p. 688 ſq. De Diis manibus Iac. Sponius in libro Gallico, *Recher-*

Recherches curieuses d'Antiquité pag. 231 seqq. et Ioannes Francisc. Simonius Memor. Acad. Inscriptionum T. II. p. 32 seqq. edit. Amstelod. De Laribus domesticis et vialibus Sponius Miscell. p. 113 seqq. cui addenda quae de Diis vialibus Nic. Bergierius de publicis Rom. viis lib. IV. 43. T. X. thesauri Graev. p. 522. Et Laris effigies in Boxhornii quaest. 6. Romana T. V. eiusdem thesauri p. 924. Cultus etiam intra conseptum cuiusque Herceus Iupiter, quem Deum penetralem appellabant, vt testatur Festus in Herceus. Praeter penates domesticos religiose etiam habebantur publici, qui pinguntur bini pila in manibus habentes apud Begerum T. 2. thesauri Brandenb. p. 543. 588. et T. 5. thesauri Graev. p. 321. Confer quae de Laribus vrbanis et hostiliis siue hostes arcentibus Andreas Dacerius ad Festum in *hostiliis*: et de discrimine inter penates publicos et priuatos Celeberrim. I. A. Ernesti in claui Ciceroniana voce *Penates*.

XXIX. Religiosa veneratione a multis hodie Christianis, in Romana praecipue Ecclesia afficiuntur atque etiam adorantur et inuocantur 1) Angeli, 2) Sancti atque 3) imagines SS. Trinitatis, Crucifixi, Angelorum et Sanctorum: tribuitur etiam cultus religiosus 4) S. Eucharistiae, & 5) Sanctorum reliquiis: in quibus omnibus quicquid etiam ingeniosi et eruditi viri dealbandis erroribus illis post Bellarminum de Sanctorum beatitudine lib. 1. c. 11. sqq. argutentur, tamen si quis praecipue praxim communem ac publicam passim obtinentem respiciat, certum est vti grauissime et euidentissime peccari contra praeceptum de colendo vno vero Deo, ita quam longissime recedi a vestigiis et moribus primorum Christianorum, qui templum vel aram Angelo aut Sancto consecrare, vel preces non dicam ad imaginem sensu destitutam, sed ad Angelum vel Sanctum, a quo ne audiri quidem se persuasi esse poterant, facere profecto horruissent. Qua de re ne longior sim, prae ceteris videndi *Iac. Owenus* in Historia imaginum, edita Anglice Lond. 1709. 12. *Io. Dallaeus* et *Frid. Spanhemius* libris de Imaginibus, *Adrianus a Cattenburgh* libro IV. spicilegii c. 30. p. 697 sqq. idem Dallaeus libris V. de cultus religiosi obiecto aduers. Latinorum traditionem, Genev. 1664. 4. *Daniel Chamier* T. II. Panstrat. Cathol. Lib. XIX. XX. XXI. *Petrus Molinaeus* in Nouitate Papatus contra Cardinalem Petronium lib. VII. *Vossius* in Thesibus Theologicis diss. VII. sq. *Io. Forbesius* in Instructionibus Historico-Theologicis lib. VII. *Phil. Mornaeus* lib. III. de Eucharistia c. 12 sqq. vbi de inuocat. sanctor. et lib. II. c. 2 sqq. vbi de imaginibus. *Io. Valkenier* in Roma Paganizante s. Idololatriae Pontificiae examine histor. theologico. *Iac. Basnage* in Hist Eccl. Gallice edita lib. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. et XXIII. *Eduardus Stillingfleet* et *Io. Tenisson* in libris Anglice editis de Idololatria Ecclesiae Romanae. E

 Theo-

Theologis nostratibus Confessionis Augustanae subscriptoribus *Mich. Siricius* in ostensione abominationum Papatus, circa religiosum creaturarum cultum; *Ioan. Conr. Danhauerus* hodomoriae Papaeae T. I. phantasmate sexto; *Sam. Bened. Carpzouius* in Antimasenio p. 697 sq. *Io. Andr. Quenstadius* in Antiquitatibus Ecclesiasticis c. 6. itemque alii.

CAPUT IX.

De Templis, Altaribus, locisque sacris et Asylis Iudaeorum, Ethnicorum et Christianorum.

De Templis ante exitum Israelitarum ex Aegypto. 1. *De Tabernaculo Mosaico.* 2. *De templo Hierosolymitano Salomonis et secundo Zorobabelis (quod instaurauit et muniuit, ornauitque Herodes) Scriptores Iudaei* 3. *et Christiani* 4. 5. 6. *Quo nomine dedicatum Salomonis templum, et templa duo ad Hierosolymitani exemplum condita a Samaritanis et Onia Pontifice.* 7. *De ara, arca foederis, columnis et aliis ad templum pertinentibus.* 8. *De synagogis et proseuchis Iudaeorum.* 9. *Gentes quae religiosum putarunt nullis templis, aris et simulacris nullis Numen colere.* 10. *Luci sacri.* 11. *Montes siue excelsa.* 12. *De templis gentilium.* 13. 14. 15. 16. *Templorum ornamenta.* 17. *Vrbes neocorae.* 18. Ναΐδια *ad exemplum maiorum templorum confecta et venum exposita.* 19. *De aris gentilium.* 20. *De templis veterum Christianorum eorumque altaribus, ambonibus, vasis et ornamentis.* 21. 22. 23. *Templorum dedicatio et consecratio.* 24. *Religiosa templorum veneratio et immunitas vt pro asylis essent.* 25.

I.

Quum in Aegypto versaretur Iacobi familia, domos sacras et templa habuisse, atque in his vnum quoddam praecipuum, cuius mentio fiat 2 Sam. VII. 6. non dubitat Edmundus Dickinson in Physica veteri ac vera c. XIX. num. 24. Quamquam Petrus Iurieus in Historia Critica dogmatum rituumque Iudaicorum negat mentionem templi in sacris litteris fieri ante aedem Palaestinam Dagonis a Samsone euersam Iudic. XVI. 23-30. indeque colligit nullum templum ante Israelitarum ex Aegypto exitum fuisse Aegyptiis, nedum Hebraeis. Lucianus quidem lib. de Dea Syria sub init.

primos

primos Aegyptios templa Diis consecrasse, et coetus sacros instituisse scribit, a quibus hoc Assyrii acceperint. Et Herodotus II. 4. eosdem Aegyptios testatur βωμούς τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηοὺς θεοῖσι ἀπονεῖμαι πρώτους. Hinc tabernaculi et templi Salomonei structuram ab Aegyptiis arcessunt Io. Marshamus in Canone Chronico, et Ioan. Spencerus lib. 3. de legibus Hebr. diss. de Antiquitat. templorum et diss. 1. c. 3. de tabernaculi origine merito taxatus a S. V. Io. Gottlob Carpzouio in annotationibus in Goodwinum p. 333. Neque tabernaculum neque templum Salomonis ad Aegyptiorum formam exstructum fuisse, ostendit in Aegyptiacis suis III. 10. Hermannus Witsius, Natalis Alexander aetate quinta V. T. diss. 1. et idem Carpzouius l. c. p. 250. Talmudici in Auoda Sara quinque notant fana celebriora, vnum antiquissimum Beli Babylone, alterum Nebo in Cursi, tertium Tirathae in Mapheg, quartum Zeriphae in Ascalone et quintum Nisrae in Arabia. Vide Ottonis Lexicon p. 192. De locis, quae fideles ante legem caerimonialem precibus destinarunt, singulari dissertatione egit Franciscus Wokenius. Rostochii 1720.

II. De Tabernaculo Mosaico [1] agit *Iosephus* lib. 3. Antiquit. Iud. c. 17 sq. ibique *Eduardus Bernardus* in notis: *Augustinus* in extremo libri Quaestionum in Exodum, et alii Interpretes ad Exod. XXV. seq. *Beda* quoque in libro de Tabernaculo. Ac Petrus Cellensis in mystica et morali Tabernaculi explicatione p. 385. Opp et T. 23. Bibl. Patrum, edit. Lugd. pag. 789 seq. E recentioribus Iudaeis quidem R. *Immanuel Chai*. Venetiis 1716. 4. *Philippus Aquinas*, Exiudaeus, in Dissertatione de Tabernaculo et campo Israelitarum, Gallice conscripta, et edita Parisiis 1623. 4. [2] *Iacobus Iuda Ari* siue *Leo* qui Middelburgi primum, deinde Amstelodami, tum in Anglia versatus est, libro de Tabernaculo, Hispanice primum, deinde Belgice edito 1647. 4. E Christianis vero *Benedictus Arias Montanus* libro V. Antiquitatum sacrarum, insertarum Tomo VII. Criticorum sacrorum Anglorum: D. *Aug. Pfeifferus* ὁ μακαρίτης in Dubiis Vexatis Scripturae: D. *Conradus Mel* libro erudito, Germanice edito Francof. 1712. 4. de tabernaculo: *Hermannus Witsius* in Miscellaneis Tomo I. *Ioannes Leusdenius* in Philologo Ebraeo mixto Dissertatt. 38. *Nehemias Grew* lib. IV. Cosmologiae sacrae Anglice vulgatae c. 8. §. 56 sqq. *Ioannes Lundius* in jüdischen Heiligthümern, *Melch. Leydeckerus*

[1] Priuatum Mosis tabernaculum siue Oratorium notari Exodi XXXIII. 11. censet Nic. Serarius in Iosuam T. I. p. 110 seq.

[2] Eadem dissertatio deinde recognita et aliquot momentis aucta excusa est Gallice Parisiis 1624. 4. sub hoc indice: *Explications litterales, allegoriques et morales du Tabernacle.* v. Wolfii Bibl. Hebr. Vol. III. p. 931.

deckerus de Republ. Hebraeor. *Bernhardus ab Hermckhuyſen* P. I. libri, Belgice editi, ſub titulo: *Wet der Schaduwen.* Lugd. Batav. 1699. 4. *Hermannus Witſius* Miſcellan. ſacr. T. 1. p. 393. *Ludov. Chriſtian. Miege* Diſſ. 2. de fatis tabernaculi Dauidici, rec. T. 1. Theſauri noui Diſſertationum p. 1044. *Bernhardus Conradi* de generali tabernaculi Moſaici ſtructura et figura. Offenbaci ad Moenum 1712. 4. *Salomo van Till* commentario de tabernaculo Moſis. Amſtelod. 1714. 4. rec. in Vgolini Theſauro Antiquitatt. Sacrar. T. VIII. N. 1. *Antonius Drieſſen* in Moſis tabernaculo in typo et antitypo delineato, ad calcem diatribes de principiis et legibus Theologiae emblematicae, typicae et propheticae. Vltraiecti 1717. 4. *Bernhardus Lamius* libris VII. de tabernaculo foederis, de S. ciuitate Hieroſolyma, et de templo eius. Pariſiis 1720. fol. *Ioannes d'Outrein* de tabernaculo Moſis, Belgice, 1715. 8. *Conradus Mel* in libro de tabernaculo, Germanice, Lipſ. 1711. 4. et Franc. ad Moen. 1720. 8. *Ioan. Henr. Hottingerus* in notis ad Goodwinum p. 316. *Io. Gottl. Carpzouius* in annotat. ad eundem librum p. 248 ſeqq. *Wilhelmus Goeree* Hiſtoriae Moſaicae, P. IV. p. 2 ſeqq. *Guſtauus Peringerus* in Hiſtoria tabernaculi Moſaici, Vpſal. 1668. 8. *Albert. Schultens* de myſteriis tabernaculi Moſaici. Franeq. 1729. 4. *Ioannes Weſſelius* de tabernaculi Leuitici myſteriis. Lugd. Batav. 1722. 4. *Ioan. Gottfr. Tympius* in Tabernaculo e monumentis Moſaicis deſcripto. Ienae 1731. 4. *Henric. Benzelius* de templo Moſaico, in ſyntagmate Diſſertationum. P. II. p. 97 ſeqq. *Dauid Millius* in Miſcellaneis Sacris. Amſtelodami 1754. 4. De tegminibus tabernaculi videndus *I. H. Hottingerus* Nepos. Marp. 1709. et *Theodor. Haſaeus* Sylloge Diſſ. philolog. Bremae 1731. p. 596 ſeqq. De velis tabernaculi et templi *Ioan. Chriſtian. Wichmanshauſen.* Witteb. 1718. De velo tabernaculi interiori eiusque myſterio *Io. Chr. Kirchmeierus.* Marpurgi 1736. De lignis Sittim ad tabernaculum eiusque apparatum adhibitis *Io. Henr. Vrſinus* in Arboreto Biblico p. 313 et 317. *Chriſtoph. Sonntagius* pec. Diſſ. Altorfii 1710. *Theodorus Haſaeus* Syllog. laudat. p. 170 ſſ. *Matth. Hillerus* in Hierophytico. P. I. p. 426 ſeq. *Sebaldus Rauius* in commentat. de iis, quae ex Arabia in vſum tabernaculi fuerunt petita. Vltrai. 1733. recuſa cum *Io. Matthiae Schröckhii* praefat. de veris rationibus ſtudii linguar. orientalium. Lipſiae 1755. c. 1. vbi cap. 2. De tegumentis tabernaculi תחשים erudite diſſeritur: et capite 3tio adſtruitur, commercia Iudaeorum cum Arabibus, ſupellectili ſacrae nonnulla ſuppeditaſſe. Omittimus alios Scriptores, a Lipenio T. II. Biblioth. Theol. p. 814. nominatos, quoniam maior illorum pars ad inſtitutum noſtrum minus facit.

III. De Templo Hieroſolymitano, praeter *Interpretes ad L. III. Regum* c. VI. 1 Paralip. III. et ad Ezech. XL. ſq. et *Ioſephum* Lib. VIII. Antiqu. Iud. c. 3. viden-

videndus e Iudaeis *Maimonides* Latine versus a *Lud. Compiegne de Veiel*, Paris. 1678. 4. et in Fasciculo VI. Opusculorum, editorum a Thoma Creenio in 8. *Talmudici* in Tract. Middoth, siue de mensuris templi, quem Latine vertit et notis illustrauit Lugd. Batav. 1630. 4. Constantinus l'Empereur, recusum in Opere Mishnico T. V. edit. Surenhusianae p. 322 sqq. *Iac. Iuda Leo* siue *Leonitius*, vt ipse se appellat in editione Amstelod. 1650. 4. (qui a Iac. Iuda Arieh perperam distinguitur in Act. Erud. A 1697. p. 450. Arieh enim, vt notum est, Leonem significat) in libris IV. de Templo Hierosolymitano ex Hebraico Latine [3] versis, et vulgatis a *Io. Sauberto* Helmst. 1665. 4. quorum Gallica versio prodiit Amstelod. 1643. 4. sub hoc titulo: *Portrait du Temple de Salomon.* Germanica vero auctore Ioan. Iac. Raioto. Hanouerae 1665. 8. De qua vide Ioan. Sauberti Bericht über die deutsche Dolmetschung des Tractats Iac. Iehudae Leonis von dem Tempel Salomons. Helmst. 1665. 8. adde Wolfium B. H. Vol. III. p. 460 seq. *Abraham Dauid Arie* in commentario de templo, quem ex illius *Schilte Haggibborim* excerptum, latine reddidit Tomoque IX. Thesauri Antiqq. Sacrar. inseruit *Blasius Vgolinus*. *Lipmann Levi Haler* Pragensis in Expositione sancti templi Ezechielis. *Moses Ben Gerson Chapetz* in libro initiationis templi Venet. 1696. 4. quem recensitum vide in Actis Erud. loco laudato. In primis de templo Salomonis legi meretur Ioan. Christoph. Harenbergeri commentatio inserta Vol. IV. Bibliothecae Bremensis et Verdensis.

IV. Inter Christianos praeter *Bedam*, *Richardum de S. Victore*, *Cosmam Indopleusten* lib. V. Cosmographiae Christianae p. 197 sqq. et alios quosdam vetustiores, argumentum hoc leuiore manu attingentes, de templi Hierosolymitani fabrica et structura, quamplurimi ex recentioribus solliciti fuerunt; etsi res non leuibus difficultatibus obnoxia esse videtur, tam quod primum templum spectat, a Salomone exstructum; quam alterum a Zorobabele aedificatum, et restauratum [4] ab Herode, vt testatur Iosephus XV. 14. siue vt Egesippus lib. 1. c. 35. loquitur, muro et porticibus ornatum. Hinc vir non contemnendi iudicii Hugo Grotius ad lib. III. Reg. C. VI. scripsit, templi se mensuram atque formam libenter aliis inquirendam relinquere. Triplicem descriptionem templi ex mente Iosephi, Talmudistarum et Villalpandi edidit *Lud. Capellus*, cuius labor insertus est Apparatui Biblico Briani Waltoni, et ante Biblia Polyglotta Londinensia et seorsim Tiguri Ao. 1673. excuso. Singula-

[3] Vide Clariss. Wolfii Bibliothecam Hebraicam Vol. 1. p. 593 seq.

[4] Vide Grotium ad Matth. XXIV. 1. et Ioan. II. 20. Apud Syncellum p. 314. Ἡρώδης τὸν Ἱεροσολύμων ναὸν διπλοῦν ἀνῳκοδόμησεν, longe ampliorem instaurauit.

gularem prae caeteris operam per XVI. annos [5] Templi fabricae illustrandae impendit *Io. Bapt. Villalpandus*, cuius et *Hieronymi a Prado* vasti commentarii in Ezechielem prodiere Rom. 1605. fol. cum tabulis aeneis, 3. voll. quorum secundi pars secunda tota Templo impenditur. Quam non omnibus tamen eius cogitata se probauerint, patet ex hoc iudicio Ludouici Compiegne de Veil, Ex-Iudaei, quod in praefatione ad supra laudatum Maimonidis tractatum extat his verbis: "*Villalpandus vir bonarum artium laude praestans, scri-* "*bit, XVI. annos totos in templi artificio percipiendo describendoque se posuisse,* "*atque id temporis tam assiduo se labore fatigasse, tantaque animi contentione, tot* "*denique vigiliis, vt vita saepe in extremum duceretur discrimen. Et a viro illo, qui,* "*vt ipse dicit, neque sumtibus, neque tempori, nec labori nec incommodis peper-* "*cit vllis, tandem exiit Hierosolymitani templi forma, non ad historiae fidem de-* "*scripta, sed ad exemplar sumtuosi aedificii. Immo vero vir ille totus est in eo,* "*vt suam hanc templi Salomonici descriptionem ad Vitruuii praeceptionem confor-* "*met, idemque demonstret, Graecis Latinisque nulla alia re, quam huius augustae* "*fabricae notatione atque animaduersione partam esse aedificandi artem. Maimoni-* "*des autem Templi expressit imaginem eam, quae tanto minus habet artificii, quanto* "*est verisimilior.*" Ante Villalpandum idem saxum haud infeliciter voluerat *Bened. Arias Montanus* libro V. Antiq. Iud. supra iam laudato. Extant etiam *Francisci Riberae* Iesuitae Hispani de templo Hierosolymitano et iis, quae ad templum pertinent libri V. cum eius Commentar. in Apocalypsin excusi Salmanticae 1591. Lugd. 1592. Antwerp. 1593 et 1603. Duaci 1613. 8. Sed hoc toties recusum opus, iudice Sauberto praefat. ad Leonis libros de Templo Latine a se versos,

- - - - turpiter atrum
Desinit in piscem mulier formosa superne.

Etsi enim allegoricis ineptiis et longe petitis ad Romanam Ecclesiam accommodationibus est refertus, totusque nuce cassa inanior est, nihilominus in titulo Auctor iactat, quod ad S. Scripturae intelligentiam ita necessarius sit, vt vix in ea paginam legas, in qua non tibi vsui sit ille. *Martini Stephani*, Calahorritani, S. I. epitome locupletissimi apparatus et pulcherrimae fabricae Templi Salomonis. Compluti 1615. 8. Hispanice prodiit. Magis consideratione digna est *Ioan. Lightfootii* descriptio templi Hierosolomitani, praesertim quale erat tempore Seruatoris nostri, excusa primum separatim, et deinde in Tomo Operum priore. Roterodami 1686. fol. Breuem synopsin eius sententiae dat Io. Clericus T. 1. Biblioth. vniuersal. Gallice editae p. 393 sqq.

V. A

[5] Triginta annos describendo templo et vrbi Hierosolymae impendisse Villalpandum scribit Hadrianus Relandus pag. 19. orat. de galli cantu Hierosolymis audito.

V. A Villalpando etiam diſſentit in ſuis ad Ezechielem commentariis *Io. Cocceius* T. III. Opp. aegre ferente *Wilhelmo Goeree* in libro Belgico: *De algemene Bouw-Kund*, et in opere de Antiquitatibus Iudaicis quod c. 1. laudauimus. Hic enim Villalpandi ſententiam tuetur, impugnatam viciſſim a *Io. Henr. Cocceio* Io. fil. in libro Belgico: *Nader Onderſoek van het rechte Verſtand van den Tempel, die de Prophet Ezechiel geſien en beſchreeven heft* etc. t'Amſterd. 1692. 4. *Ioan. Meiero* in Diſſertationibus quinque de templo Ezechielis, quibus propheticae viſiones Ezechielis in vltimis eius capitibus XL-XLVIII. contentae, nondum impletae ſed olim implendae demonſtratur. Harderouici 1707. 4. quas impugnauit Ioannes Chriſtianus Klemmius in Diſſ. de propheticis viſionibus Ezechielis. Tubingae 1733. et *Emone Luc. Vriemont* in theſibus controuerſis antiquitatum Iſraeliticarum P. I. p. 153. *Campegius Vitringa* in obſeruatt. ſacr. L. 4. c. 1. 2. et fuſius in tractu Belgice edito, qui inſcribitur *Aenleidinge to het rechte Verſtand van den Tempel, die de Prophet Ezechiel geſien en beſchreeven heft* etc. Franeq. 1687. et 1695. 2 Voll. 8. Non omittendus praeterea *Samuelis Lee* liber de Templo et Sacerdotio Anglice editus Londini 1665. fol. *Matthias Haſenrefferus* de Templo Ezechielis, Tubing. 1613. fol. *Mailletus* Presbyter et Canonicus Tricaſſinus de forma Templi et palatii Salomonis, Auguſtae Tricaſſinorum 1695. fol. Gallice. *Bernh. Lamius*, in libris VII. de tabernaculo, etc. §. 11. citatis. *Io. Seldenus* lib. III. de Iur. Nat. et Gent. cap. 6. D. *Aug. Pfeifferus* in Dubiis vexatis Scripturae, qui plures Scriptores laudat *Olfert Dapper* in deſcript. Palaeſtinae, *Caſp. Calvoer* Tomo 2. ritualis Eccleſiaſtici; vbi et alia de antiquitatibus templorum collectanea. D. *Dorsheus* diſſ. de templi perſonalis [6] ſolutione et excitatione ad Ioan. II. 20. *Lud. Cappellus* in Delineatione templi ab Herode exſtructi, ex Ioſepho ad calcem hiſtoriae Apoſtolicae, tum ſeorſim variis in locis, tum in Tomo IX. Critic. Angl. excuſa; *Laur. Dauid Bollhagen* de templo Iudaeorum tertio, Gryphisw. 1707. *Io. Lundius* in vberiore deſcriptione Tabernaculi Sancti, templique vtriusque Hieroſolymitani, Germanice edita Slesvic. 1696. 8. et vna cum reliquis eiusd. ſcriptis antiquitates Iudaicis illuſtrantibus Hamb.

[6] De Herodis templo locum Ioannis accipiendum contendit Sam. Baſnage T 1. Annal. p. 68. 272. b. et 255. quod inſtaurari coeptum anno Iuliano XXIX. Quanquam enim intra nouem annos et dimidium, ex Ioſepho XV. 14. conſtat, aedificii ipſum corpus fuiſſe abſolutum, tamen ab illo tempore vsque ad hunc quo Iudaei ad Chriſtum loquuti ſunt annum XLVI. (Iulianum LXXV.) ſemper aliquid in illo exornari contigit, quo ſenſu Plinius XXXVI. 14. de templo Dianae Epheſiae: *ducentis et viginti annis factum a tota Aſia.* Confer Vſſerium ad A. Period. Iul. 4697. Scaligerum de emendat. temporum p. 534 ſqq. Herm. Witſium Dodecadis p. 569 ſqq.

1701 et 1738. fol. *Casp. Heunischius* in Claue Apocalyptica et Ezechielica, Rotenburg. ad Tubarim 1684. 4. *Casparus Hermannus Sandhagen*, ὁ μακαρίτης, in Oratione de Templo et in Descriptione Templi Harmoniae Euangelicae subiecta: *Henricus Horchius* in structura Templi demonstrata ex Ezech. cap. XL. seq. et ichnographice delineata. Herborn. 1709. 4. *Leonhardus Christophorus Sturmius* in Sciagraphia Templi Hierosolymitani ex ipsis sacrarum litterarum fontibus, praesertim ex visione Ezechielis vltima, architectonice quidem, ita tamen concinnata, vt eam Architecturae ignari quoque intelligere possint, vna cum animaduersionibus in Villalpandum, et figuris in aes incisis Lips. 1694. 4.

VI. *Ioannes* quoque *Braunius*, vir doctus, cuius libri duo de vestibus sacris Ebraeorum extant, tres praeterea partes iusti operis de Sacerdotio Dei molitus fuerat, quarum vna de Tabernaculo, Templo, et vasis sacris, altera de Sacrificiis, ac tertia de Sacerdotibus ageret: verum illae lucem non adspexerunt. Ceterum praeter iam commemoratos in describendo templo Hierosolymitano versati sunt *Eduardus Pocockius* in Commentario ad Ioelem p. 180. vbi exhibet delineationem templi petitam e Manuscripto, quam ab ipso profectam esse Maimonide existimat. *Conradus Mel* in libro Germanice sub hoc indice euulgato: Salems Tempel, oder Beschreibung des herrlichen Tempels Salomonis, wie auch des von Serobabel wieder aufgerichteten, und von Herode verbesserten Hauses Gottes zu Jerusalem. Franc. ad Moen. 1724. 4. *Ioan. Iac. Scheuchzerus* in Physica Sacra ad 1 Reg. V. et VI. p. 123 sqq. *Augustinus Calmet* ante commentarium in Ezechielem, T. VI. p. 365 sq. *Isaacus Newtonus* in Chronologia edita Anglice Londini 1728. 4. (Semlers) descriptio templi edita Halae 1718. 4. Germanice: der Tempel Salomonis nach allen seinen Vorhöfen, Mauren, Thoren, Hallen, heiligen Gefässen ꝛc. nebst beygefügten Kupferstücken in einem eigentlichen Modell und materiellen Fürstellung. *Ioan. Bernhardus Wideburgius* in Mathesi Biblica, Specimine IV. p. 7. *Ioach. Langius* in Mysterio Christi et Christianismi p. 92 sqq. *Ioan. Diedericus Waltherus* in Discursu philologico de adyto sancto ac vestibulo templi Hierosolymitani. Regiomonti 1697. et singularibus disputationibus *Michael Christian. Ludouici.* Ienae 1658. *Nicol. Moellerus.* ibid. 1693. *Dan. Lundius.* Vpsal. 1704. 8. et *Io. Arnd. Bellmann.* ib. 1707. 8. De templo Herodis ad Haggaei II. 10. et Ioseph. Ant. Iud. XV. extrem. disputat Vir Summe Reuerendus *Io. Aug. Ernesti* prolusione. Lips. 1752. 4. euulgata qua id se effecturum esse sperat, primo vt nemo dubitare possit, Herodem templum totum a fundamentis aedificasse, destructo per partes vetere: deinde, vt appareat, ex consuetudine loquendi historica, omninoque populari, templum illud nihilominus secundum et fuisse, et recte

appella-

appellatum esse. *Tectum Sabbathi* cuius 2 Reg. XVI. 18. mentio, V. C. Iacobus Rhenferdus in coniectura Franeq. 1707. de hoc loco edita putat fuisse pastophorium, e quo signum ineuntis elapsique Sabbathi datum fuit ab vno Sacerdotum, in intimo templi atrio.

VII. Quo nomine dedicatum fuerit templum Salomonis, singulari libro disquirit *Franciscus le Roy* in Templo Sapientiae s. Dissert. Mystagogica edita Insulis 1665. fol. in qua illud speciali nomine *supremae Dei Sapientiae* consecratum fuisse contendit, vti *Ludov. ab Alcasar* suspicatus est, illud dedicatum fuisse *Deo Victori*. Quinque res in templo primo, quas in secundo defecisse aiunt Iudaei, sunt arca foederis, Vrim et Thummim, sacer ignis שכינה et רוח הקדש. De *Schechinah* siue gloria praesentiae Dei templum vel sanctum sanctorum replente vide erudita *Ioan. Andreae Danzii* Programmata, recusa in Ioan. Georg. Meuschenii Nouo Testamento ex Talmude et antiquitatibus Hebraicis illustrato, pag. 701 sqq. *Godofr. Iüngstii* Disputat. de apparitionibus Schechinae symbolicis illustrioribus. Bremae 1709. *Ioan. Henr. Maii* Disp. de Schechinah. Giessae 1723. *Ioan. Gottl. Carpzouii* epistolam de Schechinah, quae legitur in Eius apparatu historicocritico antiquitatum sacri codicis et gentis Hebraeae. p. 765 sq. Adde *Henr. Hulsii* commentarium de praerogatiuis Israelis. Lugd. Batav. 1713. 4. Diss. secunda. De gloria templi secundi conferendae sunt exercitationes ad Haggaei II. 7. seq. *Augusti Varenii*. Rostoch. 1646. *Ioan. Hilperti*. Helmstad. 1653. *Ioan. Adami Scherzeri*. Lips. 1665. *Henr. Wideburgii*. Helmstad. 1668. *Ioan. Frischmuthi*. Ienae 1669. *Ier. Weberi*. Lipsiae 1686. *Ioan. Frider. Miegii*. Heidelb. 1653. recus. T. I. thesauri Ikeniani Disputatt. in V. T. p. 1071 sqq. *Ioan. Christoph. Wichmanshausen*. Witteb. 1715. *Casp. Gottfr. Mundini*. Ienae 1719. *Henrici Benzelii* in Syntagmate Dissertat. II. p. 126. Adde *Henrici Ioan. Elebrechti* librum de gloria templi secundi. Hamburgi 1713. 8. et *Salomonem Deylingium* obseruat. sacr. P. III. p. 139 sqq. Hodierna templi Hierosolymitani facies externa describitur a *Ioan. Francisco Gemello Carreri* in itinerario ex Italico Gallice verso. (Parisiis 1719. 12.) T. 1. p. 142. Idem auctor p. 143. narrat, Christianos illud ingressos a Turcis vel interfici vel ad Muhamedanismum amplectendum cogi. Quod non fas esset in templum interius ingredi alienigenae patet etiam ex Act. XXI. 28 sq. vbi videsis Grotium. Templa ad Hierosolymitani exemplum aedificata 1) a Pontifice Onia secundum Prophetiam Es. XIX. 19. conditum in Aegypto in praefectura Heliopolitana. Ioseph. lib. 1. c. 1. de bello Iud. et lib. 7. c. 30. tum lib. 13. Antiq. c. 6. Confer *Antonium van Dale* lib. de Aristea p. 167 sq. *Humphred. Prideaux* Histor. Iudaeorum T. IV. p. 349. *Campeg. Vitringam* Comm. in Iesaiam T. I. p. 582. *Petrum Iurieum*

Hiſtor. dogmat. et cultuum p. 228. *Ioan. Fridericum Mayerum* Diſſertat. de templo Iudaeorum tertio. Gryphisw. 1707. 4, et *Ioan. Philippi Caſſelii* Diſſert. ſub praeſidio Theodori Haſaei. Bremae 1730. habitam, et recuſam Faſciculo nouo diſſertation. rariorum. Helmſtad. 1743. 4. p. 1 ſq. adde ſcriptores Petro Zornio in notis ad Hecataei Abderitae Eclogas p. 14. commemoratos. 2) a Samaritanis prope Sicima et Garizim. Vide Ioſephum lib. 2. de bello Iud. c. 2. et Antiq. lib. II. c. 8. Videnda etiam *Auguſtini Calmet* diſſertatio quarta, adiuncta commentariis in libros Regum, quae eſt de Templis. Pariſ. 1711. 4. *L. G. Weibe* de religione et templo Samaritanorum in monte Garizim. Havn. 1735. *Hermanni ab Hardt* hiſtoria templi Sichemitici Sanballati, Babylonico paris ad Sachariae V. Helmſt. 1727. 8. et *Andr. Conr. Werneri* Diſſ. de Samaritanis eorumque templo in monte Garizim. Ienae 1723.

VIII. De Ara templi ſecundi exteriore ſingulari diatriba egit *Ioan. Iac. Cramerus* Tigurinus, Lugd. Bat. 1697. 4. a quo in non paucis diſſentire videas virum in hoc litterarum genere inprimis verſatum *Theod. Daſſouium*, cuius Altare exterius templi Hieroſolymitani ad mentem Ebraeorum veterum delineatum anno proxime inſequuto 1698. lucem adſpexit Witteb. in 4. Nec non *Ioan. Philippum Heinium*, cuius noua arae Moſaicae exterioris delineatio prodiit in faſciculo primo nouae rariorum ſcriptorum collectionis. Halae 1716. 8. p. 42 ſqq. Praeter hoſce viros idem argumentum perſequuti ſunt *Iſaacus Pihlmann* in ſuccincta delineatione altaris exterioris templi II. Aboae 1700. 8. (*Daniel. Rittersdorf*) in Decimis Boruſſiacis P. XV. Vol. II. p. 388 ſqq. *Dauid Millius* de altari mediatore. Diſſertat. ſelectar. p. 327. edit. ſecundae. De cornibus altaris exterioris diſſerit idem *Millius* ibid. p. 341. *Ioan. Iac. Quandtius* ſingulari diſſertat. Regiomonti 1714. habita, et rec. Tomo primo theſauri Ikeniani. pag. 309 ſeqq. et *Ioan. Rud. Grunerus* ſymbol. litter. Bremenſ. T. II. p. 73 ſqq. De expurgatione altaris *Ioan. Andr. Cleſſelius.* Witteb. 1718. De filo rubro altaris Hieroſolymit. *Hadr. Relandus.* Vltrai. 1714. Praecipue vero obſeruandum eſt, ad altare non aſcenſum fuiſſe per gradus, vt plerique pingere ſolent, ſed per accliues tramites, qui Ezech. XLIII. c. 7. vocantur מעלות, vt adeo Propheta ille, cum Exod. XX. 26. vbi gradus diſerte prohibentur, facile concilietur. De ara ſuffitus ſiue interiore eiusque myſterio prodierunt *Ioannis ab Hamm* Exercitationes philologicoſacrae. Herbornae 1715. 8. Adde *B. S. Cremerum* in Poecile Antiq. Sacr. T. I. p. 297. *Dauid. Gertmanni* Diſſ. ſeptem de altari ſuffitus. Witteb. 1699. 4. et *Chriſtianum Ludouicum Schlichterum* Symbol. litter. Bremenſ. T. II. p. 401 ſqq. De thuribulo vide Sal. Deylingium Obſ. Sacr. P. II. p. 429. *Ioan. Georg. Michaelis* Muſ. Brem. T. II. p. 31 ſqq. et Diſſertationes *Ioan. Weſſelii.* Lugd. Bat. 1712.

Ioan.

Ioan. Iusti Sonnenschmidii. Witteb. 1713 et *G. F. Rogalii.* Regiom. 1724. Conclaue occultorum donorum, et conclaue vasorum in templo memoratur in Misna Shekalim T. 2. edit. Surenhusianae p. 194. tredecim cistulae, p. 197. tredecim mensae p. 196. et tredecim siue quatuordecim loca adorationis. Id. p. 195. Locus arcae absconditae. Ib. Portae tredecim earumque nomina. p. 195 sq. Velum. p. 204. De columnis aeneis templi Salomonis Iachim et Boas duabus Exercitationibus egit *Aug. Vagetius* Witteb. 1695. quibus adde *Meinh. Plesken* disputat. sub praesidio Io. Christo. Wichmanshausen habitam de columnis aeneis in porticu templi a Salomone positis. Witteb. 1719. et dissertationes *Ioan. Georg. Michaelis.* Franc. ad Viadr. 1733. *Io. Frid. Kilchbergeri.* Berolini 1733. *Daniel. Rittersdorfii* comment. in Decimis Borussiac. P. XVIII. Vol. II. p. 659 sq. et *Ern. Frid. Neubauerum* de columnis Ecclesiae Sect. I. p. 25 sq. De materia columnarum et vasorum templi Hierosolymitani disserit *Ioan. Georg. Altmannus* Tempe Heluet. T. I. p. 391 sq. De ingenti balneo Salomonis aeneo operae pretium est consulere obseruata viri doctiss. *Ed. Bernardi*, ad calcem eximii operis de ponderibus et mensuris veterum, Oxon. 1688. 8. *Leon. Christoph. Sturmii* librum de mari aeneo, Norimb. 1710. 8. *Conradi Mel* mantissam ad antiquarium sacrum. p. 1 sqq. *Ioan. Philipp. Heinium* de aenei maris diametro; in Fasc. secundo nouae collectionis variorum scriptorum. *Salom. Deylingium* obseruat. sacr. P. I. p. 112. ed. secundae. *Daniel Rittersdorfium* Decim. Borussiac. P. V. Vol. I. p. 380 sq. *Ioan. Pythium* in delineatione apologetica maris aenei fusilis, quam fecit Leidae 1654. 4. *Io. Iac. Scheuchzerum* Phys. sacr. ad 1 Reg. VII. 23. et Dissertationes Alberti Friderici Freyeri. Ienae 1715. Henrici Klausingii ac Paulli Henr. Nicolai. Witteb. 1717. Andr. Froelund. Hafniae 1717. Fr. Ad. Lampii. Vltrai. 1723. Gregorii Steenmanni. Aboae 1724. Suenonis Laurelii. Norcopiae 1727. De labro aeneo, quod in atrii tabernaculo collocatum erat, agunt *Godofr. Thymus* exercitatione edita Cygneae 1674. et *Hermannus Gideon Clemens* in dissertat. de labro aeneo, cuius secunda editio prodiit Groningae 1732. 8. Atrium gentium nullum in templo Hierosolymitano exstitisse euincere studuit *Car. Henr. Zeibichius* in Symbolis litterar. Bremensibus T. II. p. 73 sq. Idem *Zeibichius* porticum Salomonis describit Miscell. Lips. nov. Vol. III. p. 576 sq. De arca foederis notae sunt Virorum praestantiss. *Buxtorfii*, *Frischmuthi*, *Carpzouii* ac *Ioan. Palmrootii* Dissertationes, quibus addendus *Io. Iacobi Leouitii* siue *Leonis* Iudaei liber de arca foederis et de Cherubinis, Amst. 1653. 4. *Iusti Soldani* Entdeckung, Cassel. 1650. 4. *Ioannes Owenus* in Epistolam ad Hebraeos T. I. p. 269 sq. qui de Cherubinis etiam disserit p. 298 sq. de quibus praeterea Exercitatio *Mich. Liebetantzii* et *Herm. Witsii* disputata Lib. II. Aegyptiaco-

rum cap. 13. et Misc. sacr. lib. II. diss. I. p. 433 sqq. videri possunt, vbi impugnat, quae de illis scripserat *Io. Spencerus* lib. III. de Legibus Ebr. cap. 5. Contra Gaffarellum et Moncaeium de iisdem Cherubinis disserit Io. Reiskius duabus diss. A. 1675 et 1677. et Natalis Alex. diss. V. aetate quinta V. T. adde *Cherubini a S. Iosepho* apparatum biblicum p. 553 sqq. *Alberti Wilh. Melchioris* oration. de Cherubinis gloriae eorumque mysterio. Hanov. 1722. 4. *Olai Celsii* et *Iac. Henr. Lochneri* diss. de Cherubinis. Vpsal. 1716 et Bremae 1720. 4. *Ioach. Langii* Progr. de Cherubinis Mosaicis tanquam emblemate fidelium Christi membrorum. Halae 1731. 4. De iis, quae in arca foederis fuerunt, vide *Andr. Sennerti* dissertat. Witteb. 1680. 4. De operculo arcae propitiatorio consulantur dissertation. I. C. Wichmannshausen, Witteb. 1720. 4. Io. Henr. Maii, Giessae 1695. 4. rec. in eiusd. exercitat. philolog. et exegeticis T. I. p. 411 sqq. Conr. Ikenii. Bremae 1725. 4. adde *Erici Fahlenii* historiam propitiatorii, Pernauiae 1705. 4. De lapide fundamenti, cui arca foederis fuit imposita agit *Theodorus Hasaeus* singul. comment. Erford. 1718. 4. De tabulis foederis prioribus et posterioribus I. C. Wichmannshausen et I. F. Michaelis duabus dissertationibus. Witteb. 1719. De vasculo Mannae Carol. Ludov. Hoheisel duab. differt. Ienae 1715. De virga Aaronis florida vide Dissertationes Christi. Kortholti, Kilonii 1674. Christi. Stocken. ibid. 1678. Ioan. Henr. Maii. Gissae 1680. Georg. Othonis. Marp. 1692. Dan. Lundii. Vpsal. 1707. Gothofr. Iüngstii. Hanov. 1708. De columna nubis et ignis, Israelitas iter facientes praecedente, conferantur dissertationes, Valentini Friderici. Lips. 1689. Christiani Sahmii. Gedani 1702. Isaaci Pihlmanni. Aboae 1704. Ioan. Casp. Krausii. Witteb. 1707. quibus iungatur *Christiani Mundenii* commentatio de columna nubis et ignis. Goslariae 1712. 8. *Ioan. Godofredi Tympii* diss. de Tabernaculo Dei et sacrorum sede in deserto. Ienae 1731. et diss. duae de descensu nubis gloriae in Sanctuarium ante consecrationem Aaronis facto, aduersus Talmudistas et veteres Hebraeorum commentatores. ibid. 1731 et 33. *Campeg. Vitringa* obseruat. sacr. L. V. p. 168. et *Petrus Zornius* Opusc. Sacr. T. 1. p. 384. *Hermanni Hardtii* sententiam, per columnam nubis et ignis *ignem sacrum in ara exstantem*, tanquam publicum et visibilem cultus diuini characterem, gratiaeque apud Deum et opis atque salutis a Deo exspectandae symbolum, intelligentis, Ephemerid. philologic. p. 116 sqq. defendit Ioan. Tolandus in Tetradymo. Londini 1720. 8. Oppugnarunt ac confutarunt Bibliotheca Litteraria a Iosepho Wassio, Anglice edita, Londini 1723. 4. Num. V. p. 1 sqq. Bibliotheca historico-theol. Bremensis T. V. p. 377. *Ioan. Iac. Cramerus* in Theologia Israelis II. p. 61 sq. *Ioan. Marckius* Exercit. Bibl. VIII. *Henricus Pontanus* in orat. inaugurali.

augurali. Vltraiecti 1700. *Sal. Deylingius* in exercitatione de Angelo Domini Israelitarum per vastas solitudines ductore, Obseruat. miscellan. p. 748 sqq. et Auctor anonym. in Hodego confutato. Anglice. Londini 1720. 8. Nubem super arca foederis iudaicum commentum videri singulari dissertatione Lips. 1752. euincere studuit Christianus Guilielmus Thalemannus; cuius argumenta sub examen vocauit Ioannes Fridericus Stiebritzius in diss. de arca foederis ordinaria columnae nubis et ignis sede. Halae 1753. De candelabro aureo *Fortunatus Scacchus* Myrothec. 2. c. 45. *Ioan. Doutreinius* in tabernaculo Mosis c. 12. p. 389. *Hadr. Relandus* singulari epistola, de candelabro in arcu Titiano obuio, quae inserta est laudato Doutreinii libro p. 431. *Wilhelmus Goeree* Histor. Mosaic. P. IV. p. 83 sqq. *Bernh. Lamius* de Tabernaculo et Templo lib. III. p. 381. *Ioan. God. Lakemacherus* Obs. Philolog. P. II. p. 174. *Ioan. Gottlob Carpzouius* in annotationibus ad Goodwinum p. 281 sqq. *Christi. Ludov. Schlichterus* in libello de lychnucho sacro eiusque mysterio. Halae 1740. 4. *Petrus Zornius* in annotationibus ad Hecataei Abderitae Eclogas p. 120 sqq. et singular. dissertationibus Georgius Stellmannus. Bremae 1700. Iosias Henr. Opitius. Ienae 1708. Georg. Michael Doederlin. Vitemb. 1711. Olauus Celsius. Vpsal. 1714. De mensa et panibus facierum exponunt *Doutreinius* lib. cit. c. 13. p. 439 sqq. *Carpzouius* l. c. p. 277 sqq. *Sal. Deylingius* obs. sacr. P. II. p. 119. *Scacchus* lib. cit. pag. 481. *Scheuchzerus* Phys. sacr. ad Exodi XXV. *Bernh. Lamius* lib. cit. pag. 370 sqq. *Christi. Ludov. Schlichterus* duobus libellis, altero, de panibus facierum eorumque mysterio. Halae 1737. 4. altero, de mensa facierum eiusque mysterio. ibid. 1738. 4. et singularibus disputationibus Theodorus Dassouius. Witteb. 1692. Iacobus Rhenferdus. Franequerae 1703. Ioannes Palmroot. Vpsal. 1703. I. E. Rau de libamine oblato in mensa sacra. Herbornae 1703. Eorum, quae ad templum Hierosolymitanum spectant partem non contemnendam illustratam videre licet in Rev. *Dassouii* Dissertatione Kilonii anno 1701. edita, qua imagines hebraearum rerum, quae nostra aetate circumferuntur, emendantur. De templi custodia nocturna, eruditus *Paulli Friderici Opitii* commentarius Historicophilologicus lucem vidit Kilonii 1710. 4. in quo etiam de quinque portis Montis templi, et de στρατηγοῖς ἱεροῦ diligentius disputatur. De cultu Templi quotidiano tractatum talmudicum latine vertit notisque illustrauit *Conr. Ikenius.* Bremae 1736. 4. De magrepha, miro vase templi secundi differit *Emon. Luc. Vriemont* obseruat. miscellan. Leouardiae 1740. 4. edit. p. 177 sqq. De vite aurea templi Hierosolymitani vide dissertationes Dan. Frid. Iani. Lipsiae 1706. et Georgii Sigism. Greenii. ibid. 1730. De spoliis templi Hierosolymitani in arcu Titi

 trium

triumphali Romae conſpicuis elegans libellus *Hadr. Relandi* prodiit Vltrai. 1716. 8. De reuerentia templis et ſynagogis tributa *Buxtorfius* Lexico Talmudico p. 2093 ſq.

IX. Praeter templum Hieroſolymitanum, ad quod vndique Iudaei ter quotannis confluxerunt, et Hieroſolymis et aliis in locis, oppidis et vicis habuerunt ſuas proſeuchas et Synagogas. Quemadmodum in ſola Tiberiada tredecim fuiſſe Synagogas conſtat ex Gemara Berachot c. 1. p. 79. edit. Clariſſimi Georg. Elieſ. Edzardi. Verum de Synagogis rectius dicemus infra, vbi de Scholis Iudaeorum ſermo erit. In praeſenti ſufficiat laudaſſe viros doctiſſimos qui de Synagogis et proſeuchis Iudaeorum fuſius commentati ſunt, Campegium Vitringam, Io. Rhenferdum, et in Exercitationibus Franciſcum Burmannum, Ioan. Seldenum in praeclaro de Synedriis opere, nec non *Samuelem Mareſium* Diſſert. ſelect. pag. 702 ſqq. adde diſſertationes Chriſt. Bornitii. Witteb. 1650. Balth. Stolbergii. ibid. 1681. Wilh. Ern. Tentzelii. ibid. 1682. Dauid. Clodii. Giſſae e. a. Videndus etiam Valeſius p. 28. ad Euſeb. et interpretes, Hammondus praecipue ad Actor. XVI. 13. vbi verba *οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι* Herm. Witſius in meletematis Leidenſibus interpretatur: *vbi recepto more fiebat oratio.* Certum tamen eſt *Proſeuchas* dictas oratoria in quibus orabant Iudaei, vt a viris doctis demonſtratum ex Iuuenalis III. 295. vbi Scholiaſtes: *Proſeucha locus Iudaeorum vbi orant.* Et Chryſoſtomus ad illum Actorum locum: *οὐ γὰρ δὴ ἔνθα συναγωγὴ ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔξω ηὔχοντο ὥσπερ τόπον τινὰ ἀφορίζοντες.* Memorat quoque Proſeuchas Iudaeorum diſerte Philo, cuius teſtimonium iam adduxit Turnebus lib. 1. Aduerſar. c. 19. vti Politianus c. 30. Miſcellaneor. obſeruauit hunc locum Cleomedis lib. 2. c. 1. p. 90. *ἀπὸ μέσης τῆς προσευχῆς καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς προσαιτούντων Ἰουδαϊκά τινα καὶ παρακεχαραγμένα.* Robertus quoque Gellus vir doctus in obſeruationibus ſacris poſthumis Anglice editis ſub titulo *Gells remaines* ſiue Gellii reliquiae, Lond. 1676. fol. p. 541 ſq. de oratorio eiusmodi explicandum eſſe docet Lucam VI. 12. *καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ Θεοῦ.* Confer quae de Maſſalianorum proſeuchis Epiphanius T. 1. p. 1067 ſq. et ex recentioribus ſi lubet adde Barthium II. 21. Aduerſar. Caſauboniana a Celeberrimo Io. Chriſtophoro Wolfio edita p. 118. et Colomeſii Obſeruationes ſacras p. 130. Porro in loco Actorum verba *οὗ ἐνομίζετο εἶναι*, vertenda ſunt: *vbi erat*, vel *eſſe conſueuit*, vt notauit in praeclaris ad Nouum Foedus Obſeruationibus ſuis Lambertus Bos. De proſeuchis Samaritanorum ſingulari exercitatione egit laudatus Tentzelius, edita Witteb. 1682. 4. De ſynagogis et proſeuchis Iudaeorum littoralibus, Exercitatio erudita M. *Chriſtiani Deutſch* Regiomontani, lucem vidit Lipſiae 1713. cui iungatur *Petri Zornii*

com-

commentatio de ſcholis publicis ab antiquis Iudaeis prope a lacuum amniumque crepidinibus et ripis exſtructis. Ploenae 1716.

X. Inter gentes quaedam religioſum putarunt, nulla plane templa, nec aras, nec ſtatuas habere, ſed mentem puram, (adde Prudent. 2. Symm. 249 ſqq.) et totum hunc mundum exiſtimare vnice dignum Deo templum. Ita de Perſis tradit *Herodotus* Lib. I. Hiſtoriar. c. 131. *Aeſchylus* in Perſis v. 365 et 811. *Dinon* apud Clem. Alexandrinum, *Strabo*, *Cicero* in Verrem & 2. de Legibus p. 112. vbi conferendus *Turnebus.* Etiam Germanos veteres *Tacitus* auctor eſt c. 9. religioni duxiſſe ſibi, parietibus cohibere Deos, itaque lucis vſos eſſe: quam ob rem et templum pro luco poſuit Tacitus, cui Hertham Deam, poſtquam circumuecta ſollemni ritu ſecreta religione fuiſſet abluta, redditam ſcribit c. 40. Idem Tanfanae templum memorat Annal. l. 1. c. 51. Et *Celſus* apud Originem L. VII. p. 384. affirmat, nec Scythas, nec in Afris Nomades, nec Seres, nec alias gentes quam plurimas, templis, aris, ſtatuisue vſas; quo in loco, pro Seribus, vetus Latina Perſonae translatio habet Syros, de quo videas licet *Seldenum* L. III. de Synedr. Ebr. p. 106. Scythas nulli Deo praeterquam Marti ſimulacra, aras ac delubra facienda exiſtimaſſe auctor eſt Herodotus IV. 59. qui c. 62. quale fuerit illud e ſarmentorum faſcibus compoſitum templum, acinaci Martis ſimulacro ſacrum deſcribit.

XI. Lucorum porro uſus [7] pro templis et vetuſtiſſimus fuit et latiſſime olim patuit, nec noſtro tempore plane exoleuit. Obtinet enim hodieque non tantum inter gentes quasdam Indicas, ſed et inter Chriſtianos quosdam Europae Septentrionales, Ethniciſmi veſtigia adhuc apud ſe retinentes, vt docuit me *Simon Diedericus Gerkens*, *ὁ μακαρίτης* Paſtor Eccleſiae Naruenſis in Liuonia, A. 1706. denatus, qui abuſui illi iuſtum de Lucorum Ethnicorum ſuperſtitione commentarium opponere conſtituerat. In variis etiam Conciliis vt Nannetenſi can. 20. Turonenſi 2. c. 22. Antiſſiodorenſi can. 3. Arelatenſi 2. can. 23. tum legibus Longobard. lib. 2. tit. 72. In Capitulis Caroli & Ludouici Impp. lib. 1. c. 64 l. 7. c. 236 etc. vetitum arbores, fontes, vel ſaxa venerari. Vide et Lindebrogium p. 1357. ad Codicem Legum antiquarum. Arbores enim iuxta Deorum delubra collocatae quoque fuerunt. v. Matthias Zimmermannus p. 283. florilegii. Iudicia ad altas arbores exerceri ſolita. vide *Ioan. Andr. Schmidium* ad numum bracteatum Henrici II. p. 14 et 30. *Ioan. Georg. Leuckfeldum* antiquit. Praemonſtratenſ. de monaſterio gratia Dei §. XVIII. ſq. p. 51 ſq. et *Sim. Frid. Hahnium* Hiſtor. Imperii T. 2. p. 207 ſq. Maimonidis dictum: *in umbra trunci arboris ſub quo idolum eſt ſedere non licere, ſed*

[7] Vide Lucian. de ſacrificiis T. 1. p. 367.

sed sub umbra foliorum et ramorum fas esse. De quo D. Ioan. Bened. Carpzov. diss. pag. 135. 149. Videndi interim de lucorum cultu interpretes S. Scripturae ad Gen. XIII. 18. XV. 9. XVIII. 1. XXI. 33. Deut. XII. 4. XVI. 21. Iud. II. 13. III. 7. VI. 25. 1 Sam. IX. 12. 3 Reg. III. 2 sq. XII. 31. 4 Reg. XVIII. 4. XXII. 44. 2 Chron. XXXIV. 3. Ies. II. 13. Ier. II. 20. VII. 70. Ezech. XVI. 13. et XXVII. 6. *Io. Rud. Kieslingii* diss. de superstitioso Israelitarum sub quercubus cultu. Lips. 1748. *Antonius van Dale* c. 2. de Orig. et progressu Idololatriae, vbi post Spencerum, Seldenum, aliosque obseruat, *Astaroth* in Prophetis memoratos esse lucos et *Asterim* idola sub lucis culta. Τὰ Ἄζαρα apud Strabonem. Conferantur Adr. Relandi diss. Misc. parte 2. p. 263. Mishna Surenhusii T. 4. f. 376. 377 sq. et de lucorum arborumque religioso cultu *Ioan. Conr. Dieterici* Antiquit. Biblic. 264 sq. et 275. *Bernh. Mulleri* Dissert. de Baalim et Astaroth Lips. 1655. *Athan. Kircherus* Tom. I. Oedip. Aegypt. p. 311 sqq. *Pinto Ramirez* in spicilegio sacro tractat. 1. c. 6. *Bened. Curtius Symphorianus* Libro IV. de Hortis (quod opus in 30. libros diuisum, lucem adspexit Lugd. 1660. fol.) *Carolus Stengelius* in Historia hortorum. Aug. Vindel. 1650. 12. *Petr. Faber* Lib. III. Semestr. c. 1. *Laur. Begerus* in spicilegio Antiquitatis p. 52. vbi lucos non tantum Diis magnis consecratos sed et manibus atque Heroibus. *Simon Boussac* in noctibus theologicis Paris. 1698. 8. differt. quarta, quae est de arborum superstitione, p. 87 sqq. vbi etiam perstringit ritum Cal. Maii die Apostolor. Philippi et Iacobi incisas arbores frondescentes circumferendi. Adde quae de quercu Abrahami Petauius ad Epiphan. p. 37. Neque in agris tantum sed et in aedibus et vrbe fuisse lucos obseruat, V. C. *Ludov. Antonius Muratorius* ad haec Paullini, natal. XI. Felicis v. 183. *Venus et nemus illis sunt Deus.* *Potterus* Archaeolog. Graec. f. 209. *Cerda* ad III. Aeneid. 91. *Phil. Rubenius* Lib. II. Elector. cap. 34. *Ioan. Wolueranus* de Vmbra c. 9. *Andr. Christ. Eschenbachii* Viri doctissimi Exercitatio de consecratis gentilium lucis, edita primo Ienae 1686. 4. recusaque in Syntagmate II. Dissertationum Philologicarum in Belgio iunctim vulgatarum anno 1700. 8. et inter Eschenbachii dissertationes p. 133 - 214. Norimb. 1705. 8. *Ezech. Spanhemius* p. 156. ad Callimachum, *Gotfridi Petritzii* dissertatio de lucis s. nemoribus sacris Lips. 1670. *Georg. Frid. Magni* Dissert. de Lucis gentilium. Wittenb. 1674. *Dieterici Dresleri* dissertatio de lucis religioni gentilium destinatis. Lips. 1720. *Coelestini Conr. Neufeldt* commentatio de idololatria gentium siluestri et lucis religiosis. Regiomont. 1720. *Ioan. Phil. Casselii* exercitatio de locis in vsum sacrum destinatis graecis τὰ τεμένη dictis. Magdeb. 1731. *Ioannis Checozzi* comment. de cultu idololatrico lucorum, in collectione dissertat. Acad. Cortonensis. Vol. 1. p. 2. p. 93 sq. et

Vol.

Vol. IV. pag. 149 ſqq. et *Iuſtus Rycquius* de Capitolio cap. 40. vbi de lucis Romuli. De Druidarum lucis et quercetis ſacris ex Caeſare et aliis res notiſſima. Conſulendi praeterea *Phil. Cluuerius* L. 1. Germaniae antiquae c. 34. p. 234 ſq. *Pirkheimerus* de lucis vet. Germanorum. Witteb. 1570. 4. *Hect. Gottfr. Maſius* in Antiquitatibus Meklenburgicis. *Caſp. Danckwerthus* deſcriptione Holſatiae p. 198. et *Godofr. Schützius* de ſuperſtitioſa Germanorum gentilium reuerentia lucis conſecratis exhibita. Hamb. 1741. 4. Denique non praetereundum quod notat Strabo IX. p. 402. a Poetis etiam templa arboribus omnino deſtituta ἄλση vocari. De quercu Ioui ſacra vide *Ioan. Henr. Schminckii* diſſ. de quercu Iouis, maxime in Haſſia. Marpurgi 1744. adde *Ioan. Iarckium* p. 514. ad Eliam Schedium de Diis Germanorum. De quercu Romoue, gentilibus olim Pruſſis ſacra ſingulari diſſertatione egit Martinus Ieſchke. Regiom. 1674. adde Acta Boruſſica. T. 1. p. 518 ſqq. Erleutertes Preuſſen, T. 3. p. 285 ſqq. et Bibl. Lubecenſ. T. XII. p. 605. De quercu regia in Anglia, in qua Carolus II. profugus delituit, vide libellum ſub hoc titulo euulgatum: *Boscobel, ou abregé de ce, qui s'eſt paſſé* &c. ex Anglico Gallice Rothomagi 1676. 12. et Anglice quartum recuſum addito clauſtro regali reſerato. Londini 1676. adde Iournal des Savans 1676. p. 227. edit. in 4. Philoſophical Transactions. N. 310. Beniamin Motte Abridgment T. II. 2. p. 136 ſq.

XII. Frequenter etiam in ſacris litteris mentio fit excelſorum ſiue montium et collium ſacrorum, tanquam ararum quarundam natalium, in quibus ſacra, vt vero Deo ab Abrahamo, Gideone et aliis, ita idolis et aſtris paſſim facta apud gentes, conſtat. De iis, praeter *Lampium* T. 1. in Ioannem IV. 20. p. 736. aliosque Interpretes S. Scripturae, conſulendus *Eſchenbachius* Diſſert. laudata §. 5. *Franciſcus Wokenius* de excelſis Iſraelitarum ſacris. Witteb. 1727. *Surenhuſii* Miſhna P. V. p. 58 ſq. *Frieder. Gotth. Freytagii* diſſ. de Sacris gentium in montibus. Lipſ. 1719. *Gotthilf Traugott Zachariae* diſſ. de more veterum in locis editis colendi Deum. Halæ 1754. et *Ioan. Gottl. Bidermannus* de montibus Muſarum domiciliis; Parte prima Otior. Litterar. p. 248 ſqq. Nam *Martini Schookii* Exercitatio de Excelſis, quae inter eius varias Diſſertationes extat Vltrai. 1664. 4. et *Giſb. Voetii* eodem titulo inſcriptae diſſertationes, Tomo IV. Selectar. p. 325. longe aliud argumentum perſequuntur; ſiquidem agunt de choreis, luxu in conuiuiis, veſtibus, ornatu capillorum et faciei, quae tanquam excelſa mundi praeſente ſaeculo multi Chriſtianorum colunt. De veterum Germanorum et aliarum gentium Septentrionalium excelſis conſulantur *I. G. Keyslerus* Antiquitatum ſeptentrionalium et celticar. p. 43 ſq. p. 49. 60 ſq. et *I. G. Eckhardus* Rer. Franc. Orient. T. 1.

p. 414. De Perſarum ſollemni ſacrificio in excelſo monte agit *Appianus* fol. 215. Mithridatic.

XIII. Primis Aegyptiis atque inde Aſſyriis hoc tributum, quod templa Diis conſecraſſent, iam ſupra §. 1. ex Herodoto notauimus. Inter Graecos Deucalion primus condidit vrbes, et templa inſtituit, ſi credimus *Apollonio Rhodio* Lib. III. *ἀργοναυτικῶν*, vt omittamus quae tradit Hyginus fab. CCXXV. In Latio templorum primus conditor Ianus vel Faunus, a quo poſtremo etiam fana dicta volunt nonnulli, de quo videas licet Feſtum, et in Etymologico *Voſſium*. Delubra Solis et Serapeum apud Aegyptios rotunda fuere, vt docet *Kircherus* Tom. II. Oedipi Aegypt. P. II. p. 329. Sic et Perſarum templa Ignis (illos enim interiecto tempore templis neutiquam caruiſſe, certis teſtimoniis conſtat) cuiusmodi *Πυρεῖον* rotundi imaginem exhibet *Thomas Hyde* in praeclaro opere de veteri Religione Perſarum pag. 354. Inde et Veſtae templum apud Romanos rotundum fuit, de quo *Lipſius* Lib. de Veſta et Veſtalibus c. 3. ſq. De Pantheo Aegyptiorum Thebis et Heliopoli adeundus idem *Kircherus* Tom. I. Oedipi, p. 12. *Pocockius* itin. ſui p. 92. et *Daniel le Roque* itineris in Syriam, Pariſ. 1689. 12. Gallice editi T. I. p. 133. ſqq. vbi templum Heliopolitanum pulcherrimum deſcribitur; aliud minus rotundum autem p. 152. ſqq. adde numos Philippi ibid. p. 175. et 177. Vbique autem templa ab Aegyptiis magna extructa molibus, altis ſublata faſtigiis, atriis, columnariis ampliſſimis et ſpirantibus ſignorum ornata figmentis fuiſſe, auctor eſt *Ammianus Marcellinus* Lib. XXII. c. 15. & 16. vbi etiam de Serapeo [8] celebri, & Muſeo Alexandrino ſ. templo Muſarum, & gradili Genii templo. Nihil vero admirabilius delubro illo, quod e ſolido ſaxo, per 2000. homines triennii ſpatio elaboratum et per 70. dierum iter translatum narrat *Herodotus* Lib. II. c. 175. vbi et alia miranda Aegyptiorum templa commemorantur. Solitos eſſe Aegyptios aliasque gentes, iis potiſſimum in locis, vbi Reges ſive Dii ipſorum ſepulti erant, templa condere, docuerunt viri docti ad *Minucium Felicem* et librum IV. *Arnobii*, et *Io. Doughteius* in Analectis ad V. T. p. 475. vnde ſpecioſum templum Genii apud eundem Ammianum Lib. XXII. c. 11. per contemtum a Georgio quodam appellatur ſepulchrum.

Ichnographiam templi vetuſtiſſimi Deucalionei habes in *Notis ad marmora Oxonienſia* P. II. p. 120. Alias delineationes templorum veterum Graecorum Romanorumque videbis, vbi lubebit, apud *Olaum Rudbeckium* T. 1. Atlantic. p. 247 ſq. *Iac. Sponium* in Itinerario Tom. II. p. 28 et 36. et ex eo apud

[8] *Serapeum* eſt templum Serapidis, vt *Idoleum* Idoli 1 Cor. VIII. 9. *τυχαῖον* vel *τύχειον* Fortunae, Cang. ad Zonaram p. 52. Vide plura huiusmodi collecta l. 2. Bibl. Graecae cap. 1. §. 7.

apud Potterum lib. I. Antiqu. Attic. c. 8. et Perizonium p. 248. ad Aeliani Varias Hist. vbi imagines templi Mineruae s. Parthenonis quadrati gradilis, cum peristyliis, et templi Thesei similem fere figuram referentis. Adde Montfauconium Tomo secundo Antiquitatis explicatae, et T. 2. supplem. p. 18 sqq. Templa vetusta apud Graecos et Romanos pleraque quadrata fuisse notatum *Ryckio*, c. XII. de Capitolio, apud quem, praeter eiusdem Capitolii delineationem, etiam Ichnographia templi Concordiae a Romanis cultae extat. p. 493. Templum Veneris apud Clariss. Montfauconium p. 224. Diar. Italic. Templa Iani aliaque passim conspiciuntur in veteribus numis. Templum Semeles in veteri gemma apud Begerum in spicilegio Antiquitatis p. 48. Templa Gallorum veterum octogona apud Montfauconium T. 2. supplementi p. 216. sqq. De templo Cappadociae Comano ad Ciceron. pro lege manilia egit Tobias Eckardus singul. dissertatione. Quedlinburgi 1721. 4. Templum Iouis Ammonis in nemore semper virente, Garamantum in Africa describit Lucanus IX. 511. sqq. Templa populorum Americanorum Lafitau T. 1. p. 166. sqq. Templum in rupe Cannarensi Beniamin Motte T. II. 2. p. 101. sq. Templorum quorundam veterum effigies aere descriptas habes in Io. Baptistae de Grossis decachordo Catanensi T. X. thesauri Siciliae.

XIV. Consecrata sunt templa vel singulis Diis tantum, vel pluribus simul, vt Panthea, qualia habuerunt Aegyptii, Graeci et Romani. Romae tria Panthea fuisse feruntur, vnum Iouis vltoris, alterum Mineruae Medicae, tertium itidem Iouis, a M. Agrippa restauratum, de quibus vide, post alios, *Guil. Fleetwoodi* notas ad veteres inscriptiones, statim ab initio, *Lipsium* Lib. III. de Magnit. Rom. c. 6. Praeter sacella innumera et aediculas, Romae fuere templa CCCCXXIIII. vt ex veteri Notitia Imperii obseruat *Henr. Kippingius*, quem celebriora illorum persequentem vide p. 149 sq. Antiquitat. Romanarum. In Graecorum Vrbibus passim item templa fuerunt quamplurima, vnde *Stratonicus Citharoedus* in ciuitate quadam multis instructa templis, sed ab incolis fere deserta, medio stans foro, non, *audite ciues*, sed, *audite templa*, exclamauit, teste Eustathio ad Iliad. ρ΄. pag. 1145. Vt apud Aegyptios veteres *ἀξόανοι* erunt *ναοὶ*, ita apud antiquissimos Graecos quoque templa sine simulacris fuisse obseruat Potterus lib. 2. cap. 2. Archaeol. Graec. f. 201. Cecrops primus simulacris deorum templa ornasse fertur; vide Bruningsii compend. antiquitatum graecar. p. 202. edit. 1734. Augustis defunctis templa statuta esse obseruat. Oliuerius ad marmora Pisaurensia p. 26 sqq. Proconsulibus etiam templa sunt decreta, licet Augustus nisi communi suo Romaeque nomine templa decerni prohibuerit. Vide, quae viri docti commentantur ad Suetonii August. c. 52. Ciuitatibus quoque coloniis municipiis,

prouinciis dedicata esse ostendit Sertorius Vrsatus in monumentis Patauinis p. 239. sq.

XV. *Templa* et *Fana* [9] proprie vocata sunt, quae consecrata erant et inaugurata, inde deminutiuum *fanula*, et apud Festum *hanula*. [10] *Aedes*, nondum inauguratae: *Aediculae* minora templa tecta: *Sacella* sine tecto. Sunt et *Sacraria* et *Delubra* quae nonnulli dicta volunt de Templis, in quibus plura Numina simul colantur. Sed de his, praeter *Rosinum* et *Dempsterum* lib. 4. vide sis *Nic. Bergierium* l. V. de Viis c. 8. *Cl. Schurtzfleischii* Dissert. LIII. quae est de Antiquitatibus templorum. *Guthcrium* de Iure Pontif. T. V. Thes. A. R. Graeuii p. 116. Bellum de part. Templ. augur. ibid. p. 546. & Pitisci Lexicon Antiq. Rom. in aedes, templum, & Pantheon. Graecis vocatur ἱερὸν, νεὼς s. ναὸς, et τέμενος. Apud Graecos pariter et Romanos, perinde vt apud Iudaeos atque Christianos, templorum praecipuorum fere partes tres erant: scilicet apud Graecos ναὸς, templum tres istas habebat partes, σηκὸν, [11] loco medio, vbi Deorum simulacra erant collocata, πρόδομον, domum anteriorem, vestibulum, et aedem posteriorem, quam ὀπιστόδομον vocat Pollux L. I. c. 1. segm. 2. Romanorum templorum hae erant partes: cella sanctior, pars interior, et exterior, praeter porticus & propylaea. Interior et sacratior pars tantum ad sacra facienda patebat: exteriores partes ad varia negotia et commercia, non raro etiam ad conuiuia adhibebantur. In Herculis fanum nec canibus nec muscis ingressum fuisse sed illos arceri solitos diuinitus, scribit Solinus c. 2. Confer Baelii Lexicon in Hercules, nota I, et Rev. *Vrbani Godfridi Siberi* diatribam de cane e templis exterminando, Lips. 1711. 4. Ad quaedam templa et Sacra non fas erat quoslibet accedere, sed arcebantur et exesse iubebantur vel viri, vt e templo Bacchi ad Bryseam in terra Laconica, teste Pausania p. 261. e sacrario Cereris, et a Sacris Thesmophoriis, vide *Ezech. Spanhem.* pag. 654. ad Callimach. vbi notat errorem *Salmasii*, qui p 529. ad Solinum scripserat, solos viros admissos esse ad Eleusinia. A bonae Deae sacris etiam omnes mares eiectos fuisse, testantur *Plutarchus* et *Seneca* Epist. 97. Vicissim in Martis sacris, de quibus Pausanias in Laconicis p. 267. nullus locus faeminis, et in Ephesiis sacris, Dianae honori dicatis, mulieres omnes ingenuae (seruis enim et virginibus locus) arcebantur, teste *Achille Tatio* lib. VII. ἐρωτικῶν.

[9] Etiam a veteribus Germanis templum *Fan* dictum esse obseruat Eckhardus T. I. Rer. Franc. p. 410.

[10] Fana a templis diuersa fuisse ex Liuio lib. X. c. 40. patet; licet hoc vocabulum ab auctoribus pro quouis aedificio, cultui numini destinato, vsurpetur. vide Walchium ad Cellarii Comp. A. R. p. 166.

[11] Dorimachus dux Aetolorum spoliato oraculo Dodonaeo ἐνέπρησε τὸ ἱερὸν πλὴν τοῦ σηκοῦ raeter cellam sanctiorem. Excerpt. Peiresc. e Diodoro Sic. p. 278.

κῶν. *Festus* quoque videndus in verbo *Exesto*, vbi refert lictorem in quibusdam Sacris clamitare solitum: *hostis, vinctus, mulier, virgo exesto.* A maiore ara Herculis Romae ad portam trigeminam in regione Circi maximi, sacrisque in ea factis faeminae in totum remotae teste *Plutarcho* in quaest. Rom. et *Aurelio Victore* de origine gentis Rom. c. VI. adde c. VIII. vbi de familia Potitiorum extincta quod seruos et mulieres ad sacrorum Herculis ministrationem admisissent. In Vestae templo pernoctare masculo nefas, vt obseruauit *Lipsius* c. 3. de Vesta et Vestalibus. In Tennae templum non fas erat introire fidicini, vt refert *Heraclides* in Politia Tenediotum. A Thesmophoriis remoti serui et ancillae, vt testatur *Aristophanes* in Θεσμοφοριαζούσαις. Idem de Iunonis sacris apud Coos refert Athenaeus XIV. p. 639. Ab Eumenidum quoque Sacris et pompa seruos exesse iussos, auctor *Philo* in libro quo confirmat omnem virum probum liberum esse. Sic in piaminibus saecularibus nullus servis locus, teste Zosimo, et a Matutae s. Leucotheae sacris serui et seruae arcebantur, vt refert *Plutarchus.* Hisce gentium sacris (de quibus vide etiam Saubertum de sacrificiis p. 240. et 242. et quae viri docti ad Minucium c. 24.) quemadmodum Iudaicis quoque a quorum sollemnibus itidem faeminae et serui arcebantur, (confer Talmudicos in Chagiga T. 2. edit. Surenhus. pag. 413. et Ottonis Lexicon pag. 190. Rev. D. Joh. Dieckmanni scripta Germanice iunctim edita et singulari referta eruditione pag. 487. sq.) videtur opponere Apostolus, ad Galat. III. 28. affirmans quod apud Christum nulla sit eiusmodi differentia, et mares ac faeminae, serui atque ingenui aeque admittantur. Vt tanto magis admirandum sit, Pontificios adhuc fouere eiuscemodi superstitionem, vt v. g. Massiliae negent faeminis licere ingredi in sacellum Mariae Virginis, professi oculis priuandas esse, quaecunque id ausae fuerint. Cui similem plane superstitionem Ethnicam notauit *Ezech. Spanhemius* pag. 606. ad Callimachum. Similiter Romae in Sancto Sanctorum Ioannis Lateranensis, et in Sacello, quod vocatur Hortus Paradisi, in templo S. Praxedis nefas habetur, faeminam vnquam reperiri.

Aedificia siue templa sub diuo hypaethraque constituta sunt Ioui, Fulguri, Coelo, Soli, Lunae. Vide *Vitruuium* lib. 1. de Architectura, c. 2. vbi et de aliis templorum pro Deorum diuersitate, differentiis. Termino quoque et Deo Fidio non nisi sub diuo sacrificatum esse, ex *Seruio* et aliis patet. De incubatione in fanis Deorum, Medicinae caussa, Hermannus Conringius dissertationem edidit Helmstadii Anno 1659. Idem argumentum persequutus est Carolus Fridericus Hundertmark in Dissertatione de artis medicae per aegrotor. apud veteres in vias publicas et templa expositionem incrementis. Lipsiae 1739. 4.

XVI. Plura de templis Ethnicorum dabunt *Iul. Caes. Bulengerus*, capite postremo libri tertii de templis recusi Tomo VII. Thesauri Antiqu. Graec. Gronov. *Ioan. Kool* in Diss. sub praesidio Iac. Perizonii habita de templis antiquorum. Lugd. Batav. 1695. *Philippus Venutus* in Dissertatione de templis veterum, quae legitur in Dissertationibus Academiae Cortonensis, Vol. II. p. 211. sqq. *Lilius Gyraldus* syntagm. 17. de Diis. *Ioan. Guil. Stuckius* libro de sacrificiis p. 61. sq. et *Ioan. Saubertus* c. 14. de Sacrificiis. De templis Romae, praeter *Alex. Donatum*, *Famianum Nardinum* aliosque in descriptione vrbis, agunt *Iac. Gutherius* Lib. III. de iure Pontificio, *Io. Bapt. Bellus* Iesuita Lib. de templi auguralis partibus Tolosae 1637. 8. et Tomo V. Thesauri Antiqu. Rom. *Burchard. Gothelf Struuius* Antiqu. Rom. c. XI. *Iustus Rycquius* Lib. de Capitolio, *Ioseph. Castalio* Romanus de Templo pacis Rom. 1614. 4. et T. IV. Thesauri Graeuiani. *Ioan. Francisc. Simon* in Historia Acad. Inscript. T. I. p. 245. sqq. edit. Amstelaedam. *Ichnographias* templorum Romanorum exhibent *Claud. Rudbeckius* Atlantic. T. I. p. 247. *Iac. Sponius* Itinerar. T. II. p. 28 et 36. et *Bernhardus de Montfaucon* Diar. Italic. p. 224. De templo Romuli semper clauso, aliisque templis vel semper clausis, vel raro aut semper apertis, *Alex. ab Alexandro* Lib. I. c. 14. T. I. pag. 117. De templis in vrbem non admissis Vulcani, Bellonae, Martis, Veneris, Erycinae et Verticordiae, aliisque etiam apud Graecos, idem Lib. II. cap. 4. Neque vero cum templo Martis confundendum Βασίλειον s. Sacrarium Martis, vt vocant veteres Scriptores, de quo consulendus *Iac. Perizonius* de Morte Iudae aduersus Iac. Gronovium p. 83. De Iani templo pacis tempore clauso, quum bellum gereretur, aperto, agunt praeter *Alexandrum ab Alex.* Lib. I. c. 14. et ibi *Tiraquellum*, *Lipsius* Lib. I. Elector. cap. 70. pag. 590. sq. *Berneggerus* aliique ad Suetonii Augustum c. 22. et *Philippus Venutus* Dissert. Acad. Cortonens. T. IV. p. 93. sqq. Sub Augusto Imper. ter clausum esse, ex *Suetonio* certum est, cui addes *Ouidium* Lib. I. Fast. v. 282. 284. sq. 701. sq. Vtrum vero nati Christi tempore, vt affirmat *Orosius* Lib. VII. c. 2. sq. dubium videtur viris doctiss. licet Orosium defendat *B. Dorscheus* in notis ad Orationem: *Pax in terris*, p. 22. sq. Sed errasse contendunt, praeter *Baronium*, *Keplerum*, aliosque *Dauid Blondellus*, apud Limborchium in epist. ad Borremansium subiecta huius vesperis Gorinchemensibus p. 167. sq. obseruans, bellum cruentissimum eo anno gestum in Germania ducibus Druso et Tiberio: *Io. Rualdus* Animadv. in Plutarchum p. 80. *H. Noris* Cenotaph. Pisan. diss. 2. c. 10. et denique *Io. Masson*, in libro singulari, Orosii sententiae Roterd. 1700. 8. opposito. De Templis, fanis, sacellis ad vias publicas extra vrbem Romam extructis, videndus *Nic. Bergierius* de Viis Romanis Lib. II. c. 33. Templa Ethnica Romae, Sanctis

hodie

hodie dedicata, enumerat *Georg. Fabricius* in Roma c. 9. et auctor Gallus de conformitate Caerimoniarum veterum cum ritibus nostrae aetatis cap. 8.

XVII. Ornamentis quoque variis templa instructa constat. De Tutulis in fastigio templi Isiaci agit *Kircherus* Tom. III. Oedipi p. 61. Laquearia inaurata in templis Romanorum, de quibus *Lipsius* Lib. III. de Magnit. Rom. c. 5. *Io. Meursius* c. 12. de Luxu Romanorum, *Rycquius* de Capitolio p. 200. sqq. Variae picturae in templis, de quibus idem p. 363. Fores aeneae id. p. 213. Vellera niuea et festae frondes; vide Cerdam et alios ad Aeneid. IV. v. 459. Mezeriacum ad Ouid. II. p. 208. De puluinaribus Deorum confer. *Montfauconium* T. 2. supplem. Antiq. L.V. c. 1. p. 98. sqq. *Io. Dauid. Ellrodi* Diss. de hoc argumento. Altd. 1726. et *Christi. Erdm. Schumanni* comment. de lectisterniis Romanorum in S. Codice frustra quaesitis. Lips. 1739.

XVIII. Ignotis Diis etiam aras et fortasse templa exstructa esse apud gentes quasdam, obseruant *Interpretes* ad Act. XVII. 23. ad Laertii (inprimis *Menagius* pag. 63. b) Epimenidem, et Octauium Minutii Felicis. Quibus adde *Drusium* Lib. III. Obseru. sacr. c. 75. *Ioan. Seldenum* Libr. III. de Synedr. Ebr. c. 14. 3. *Io. Andr. Bosium* in erudita Dissert. de Ara ignoti Dei, Ienae edita. *Reinesium* in limine Syntagmatis Inscriptionum veterum. *Pet. Berthaldum* de Ara c. X. Tom. VI. Antiqu. Rom. *Io. Meursium* de Pireaeo c. 10. *Io. Iac. Helleri* Exercit. de Deo ignoto Atheniensium insertam T. VII. Antiqv. Graec. *Guil. Caueum* in vita Paulli Apostoli, sect. III. n. 7. (in cuius editione Anglicana arae istius effigies ex Oecumenii descriptione exhibetur, omissa in edit. German.) *Io. Saubertum* de sacrificiis c. 3. p. 49 sq. *Tob. Pfannerum* in Theologia gentili c. XI. 14. p. 310. *Tob. Eckhardum* in testimoniis non Christianorum de Christo c. 2. §. 20. p. 73. edit. recognitae. *Iac. Sponium* in Dissertatione de aris ignotorum & obscurorum Deorum, inserta T. 7. Antiquit. Gronov. p. 239. *Augustin. Calmetum* in limine commentarii super Acta Apostolorum. Abbatem *Anselmium* in Historia Acad. Inscription. T. IV. p. 560, et, vt eos, qui singularibus Dissertationes hoc argumentum persequuti sunt I. L. Moshemium, Christoph. Wollium, Petrum Caspar. Gudme, aliosque, quos Michael Lilienthalius in Archiv. Bibl. N. T. ad Act. XVII. 23. recensuit, omittamus. *Nouellas reipubl. literar.* anno 1687. T. I. p. 75. quo in loco inter alia de fide et auctoritate epistolae Cabasilae, qua affirmat, Athenienses ad Euangelium conuersos, totum templum Deo ignoto consecrasse, vbi ara Oecumenio ad Actorum locum descripta excitata fuerit, hodieque adhuc ibi reperienda, quod in Itinerario suo negat *Sponius*. Caussam ponendae eiusmodi apud Athenienses arae, periculum belli Persici vel pestilentiam memorat

Isidorus

Iſidorus Peluſiota Lib. IV. Epiſt. 69. *Ramireſium* vero, qui c. 16. Pentecontarchi, aram Clementiae putat fuiſſe eam, quam ignoti Dei vocat Paullus, iure reprehendit *Voſſius* Lib. VIII. de Idololatria c. 14. Fefellerat Ramireſium, quod apud Statium lib. XII. Thebaidos de Cleamentia Dea ab Athenienſibus culta legiſſet;

Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo
Forma Deae, mentes habitare & pectora gaudet.

De Celtiberis anonymum Deum de nocte colentibus, *Strabo* Lib. III. meminit p. 113. De anonymo Deo Aethiopum idem L. XVII. p. 565. Vſitatum porro fuit, nomina Deorum, qui colerentur, templis arisque inſcribere, de quo more, praeter alios, *Salmaſius* ad Solinum, et ad Aras Doſiadae atque Herodis Attici.

XVIII. In numis frequens appellatio vrbium Νεωκόρων, quo nomine gaudebant [12] quae Numinis alicuius templi curam habebant, ut Epheſii Dianae et Magnetes Leucophrynae Neocori dicebantur. Deinde quum Imperatores in Deorum numerum relati ſunt, vrbes vt in illorum honorem templa erigerent petierunt, ſicut videre eſt apud Tacitum, [13] ex quibus ciues ſui Neocori fierent. Ad id SCto opus fuit, quod eximii apud populos honoris erat. Succeſſu deinde temporis conceſſa eſt ciuitatibus Neocoria, quae pro ſalute Imperatoris ſacra publica facerent, templa exſtruerent, et ibi certamina vel iam Diis dicata, vt Ἄκτια, Πύθια et alia, vel noua de Imperatorum nominibus, qualia Ἀυγούστεια, Κομμόδεια et alia ederent, vnde eadem vrbs ſecundam imo et tertiam obtinuit Neocoriam, ſcilicet Auguſtorum. Vide praeter *Ioannem Vaillant* loco laudato, vbi vrbes Neocoras magno numero recenſet, et Interpretes ad Actor. XIX. 35. *Albertum Rubenium* diatriba de vrbibus Neocoris, ad calcem libri poſtumi de re veſtiaria veterum, Antwerp. 1665. 4. & in theſauro Graeviano Tom. XI. p. 1347. *Octauium Falconerium* diſſ. de numo Apameenſium, *Seldenum* ad marmora Oxon. p. 68. ſq. 97. ſq. & 100. *Sam. Petitum* Variarum lectionum c. 29. in Criticis Anglicanis (in Variis Lect. Petiti Pariſ. 1633. 4. editis lib. IV. c. 9.) *Iſmaelem Bullialdum* ad Ducam p. 225. ſq. *Cangium* in gloſſario Graeco, *Antonium van Dale* diſſertatione IV. Antiquitatum marmorumque veterum illuſtratorum, *Giſb. Cuperi* Epiſtolas ad Anton. van Dalen, p. 478, 484, 499. Epiſtolar. Cuperi editarum Amſtelod. 1743. 4. *Andr. Morellum* in ſpecimine rei numariae p. 37. ſq. *Ioan. Harduinum* in numis vrbium illu-

ſtratis

[12] Io. Vaillant in Numiſmatis Graecis Imperatorum pag. 216. ſeq. Seguinus in numiſm. p. 122. vbi mentio Μιλησίων νεωκόρων in numo Balbini.

[13] Tacit. lib. 1, Annal. C 78.

ſtratis p. 2. *Montfauconium* T. II. ſupplementi Antiquitatis explicatae p. 27. ſqq. et p. 45. 46. *Anſelmum Bandurium* T. I. Numiſmat. Imperator. p. 32. et 132. *Salom. Deylingium* P. III. obſeruat. ſacrar. obſ. 39. p. 384. *Ioan. Mich. Dilherrum* T. I. Diſput. Philolog. p. 233. *Ioan. Albert. Sylingium* Diſſ. de *νεωκόροις*. Roſtoch. 1702. *Vaillantium* laudatum in Diſſ. de titulo Neocori in numiſmatis graecis quae ſub Imperatoribus R. cuſa fuere, quae legitur T. IV. Memoriar. Acad. Inſcription. p. 198. ſqq. ed. Amſtelod. et *Carolum Valoiſium Marium* in diſſ. de Neocoris, inſerta T. I. Hiſtoriae Acad. Inſcriptionum p. 71. ſqq. edit. Amſtelod.

XIX. Actorum capite XIX. 24. mentio fit fabri argentarii, qui magnam rem fecit et opes ſibi comparauit, confectis et venditis aediculis portatilibus argenteis, in quibus *ὡς κιβωρίοις μικροῖς*, vt ait Chryſoſtomus, ſimulacrum extabat Dianae ad exemplum veri templi et ſimulacri Epheſini, quales aediculas Strabo *ναΐσκους* vocat, lib. XIV. p. 637. Polybius *ναΐδια*, de quibus, praeter *Interpretes* ad locum Actorum, videndus *Salmaſius* ad Solinum p. 1141. edit. Pariſ. qui ex Ariſtotele obſeruauit mentionem *ναοποιῶν*, quos Scholiaſtes Anonymus Græcus in Rhetorica, Pariſiis editus p. 26. b. ait eſſe *οἵτινες ποιοῦσι ναοὺς ἤτοι ὡς εἰκονοστάσια μικρὰ ξύλινα, καὶ πωλοῦσι αὐτά.* Diodorus Siculus lib. XX. pag. 756. de Carthaginienſibus: *ἔπεμψαν δὲ* (Herculi Tyrio) *καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν χρυσοῦς ναοὺς τοῖς ἀφιδρύμασι πρὸς τὴν ἱκεσίαν.* Plura dabunt *Graevius* ad Florum lib. IV. c. 2. p. 650. *Io. Phil. Thomaſinus* de libellis votiuis c. 2. pag. 26. *Io. Spencerus* lib. III. de Leg. Hebr. pag. 41. ſq. *Giſb. Cuperus* in Harpocrate p. 131. *Io. Michaelis* ad Gaffarelli curioſ. inauditas p. 355. *Io. Braunius* lib. IV. Select. Sacror. p. 497. ſq. *Ioan. Faes ὁ μακαρίτης* pag. 19 ſqq. Mantiſſae ad Io. Doughtei de Calicibus Euchariſticis, *Tobias Gutberlethus* libro de Saliis pag. 93. *C. G. Wiliſchius* Diſſ. duabus de Naidiis veterum. Lipſiae 1716 et 1717. *Ioan. Andr. Schmidius* in Diſſ. de templis Demetrii argenteis. Ienae 1685. et *Ioan. Henr. Lederlinus* in Diſſ. de templis argenteis Dianae Epheſinae. Argent. 1714. rec. Tempe Heluet. T. IV. ſect. II. pag. 346. ſqq. De templo ipſo Dianae per totum orbem celeberrimae, et a tota Aſia, Lydiana potiſſimum, cultae, praeter Interpretes ad Act. XIX. 27. videndus *Seldenus* ad Marmora Oxonienſia p. 57. 69. 73. edit. Humfredi Prideaux. *Petrus Faber* lib. III. Semeſtr. p. 51. ſq. *Thom. Smithus* in Notitia VII. Eccleſiarum Aſiae p. 156. ſq. *Leo Allatius* ad Philonem Byzantinum de VII. Orbis ſpectaculis. *Andreas Morellius* ſpecimine rei numariae veteris p. 39. *Iſrael Neſſelius* et *Io. Nicolaus Schulinus* in diſſertationibus de Diana Epheſia, hic Witteb. 1687. ille Aboae 1708. *Petrus Petitus* lib. de Amazonibus c. 30. *Ez. Spanhemius* de Veſta et Prytanibus Græcorum T. V.

 Antiqu.

Antiqu. Rom. pag. 698. et ad Callimachum p. 300. sq. *Octav. Falconerius* in Diss. de numo Apameensium, et *Ioan. Polenus* Diss. Acad. Corton. T. 1. P. 2. p. 1 sqq. Templum illud magnitudine praecipue aedificii ac multitudine donariorum [14] ceteris omnibus per vniuersam Asiam praestabat, ceterum elegantia et artificiosa structura templum Smyrnaeum Dianae Leucophrynes longe superius fuisse testatur Strabo lib. XIV. p. 646. qui p. 634. narrat Xerxem excepto Ephesio cetera Graeciae templa omnia exussisse: et pag. 640. refert priore templo Ephesio quod Chersiphon aedificauerat per Herostrati malitiam Olymp. CVI. 1. die VI. Hecatombaeonis, incenso, alterum praestantius exstructum fuisse a Dinocrate siue Chirocrate, vide et Aristidem T. 2. pag. 308. et Vitruuium X. 7. qui ex marmore fuisse auctor est. Aliquoties deinde corruptum restauratumque fuit, donec Gallieni temporibus vastatum a Scythis nunquam deinde iterum e ruderibus resurrexit. Idoli Ephesini cum Maria Lauretana collationem instituit Matthias Berneggerus in idolo Lauretano cap. vlt.

Anathematum in templis passim mentio apud Herodotum, Pausaniam, Strabonem, Silium XIII. 86. sq. Athenaeum VI. p. 231. 232. et alios. Polemonem *περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει* idem Strabo IX. p. 396. et *περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων* laudat Athenaeus XIII. p. 574. Confer quae de donariis illis *Potterus* p. 244. sq. Archaeol. *Rycquius* de Capitolio c. 21. sq. et 32. *Bulengerus* l. 3. c. vlt. de templis T. 1. Var. Opusc. p. 98. s. *Paullus Voëtius* ad Herodianum p. 166. *Ioan. Franciscus Madrisius* de ritu donaria in templis suspendendi, in Collectione Opusculor. scientificor. et philologicor. T. 3. p. 273. seqq. *Petrus Kunzius* in historia *ἀναθημάτων*. Ienae 1729. *Ioan. Nixon* in Marmore Estoniano seu dissertatione de sella marmorea votiua Estoniae in agro Northamptoniensi conseruata. Londini 1744. 4. Donariis illis additae et cum illis suspensae tabellae votiuae, quarum passim mentio apud Horatium, Tibullum, Ouidium aliosque. Vide *Andreae Riueti* Opera T. 3. p. 632. Sed vnum adscribemus locum peripli ponti Euxini et Maeotidis paludis p. 11. edit. Oxon. ubi de insula Achillis eiusque templo. *Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα ἀνάκειται ἐν τῷ ναῷ, φιάλαι καὶ δακτύλιοι καὶ λίθοι τῶν πολυτελῶν καὶ πολυτελεστέρων. Ταῦτα ξύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ καὶ ἀνάκειται καὶ ἐπιγεγραμμένα τὰ μὲν ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ ἑλληνικῶς πεποιημένα ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως.* Varias tabellas votiuas explicatas videre licet a Philippo Bonanni in

[14] Etiam magnam pecuniae vim undique in illud templum depositam testatur Dio Chrysostomus diss. XXXI. p. 327. Iamque tum Seruii Tulli temporibus inclytum fuisse, quod communiter a ciuitatibus Asiae factum fama ferebat, auctor Liuius lib. I. c. 45.

in claſſe ſecunda Muſei Kircheriani p. 61. ſqq. et Montefalconio T. 2. ſupplementi antiquitatum p. 110. ſeqq. Ceterum videndus inprimis *Iac. Philippus Thomaſinus* de votis, donariis, anathematis, tabellis votiuis, Vtini 1639, 4to. Patav. 1654. 4. et T. 12. Antiqu. Rom. *Iuſtus Fontaninus* ad diſcum votiuum veterum Chriſtianorum Peruſiae repertum. Rom. 1727. 4. *Auguſtinus Nadalius* de votis et donariis veterum: operum eius miſcellaneorum Gallice Pariſ. 1738. 8. euulgatorum p. 168 ſqq. De ſiſtris ſiue donariis Θεοῖς σωτῆρσι oblatis ſingulari commentatione egit *Ioan. Chriſt. Leuſchnerus.* Hirſchbergae 1751. 4to. De clypeis votiuis *Iac. Sponius* Miſc. curioſ. antiquitatis. p. 1. ſq. *Guilielmus Maſſieu* mem. Acad. Inſcript. T. 2. pag. 227. ſqq. edit. Amſtelod. Auctor Anonymus in Hiſtoria Acad. Inſcript. T. 5. p. 240. ſqq. *Ioan. Frider. Rexrath* in diſſ. de clypeis in loco ſacro ſuſpenſis. Lipſiae 1737. De vota puerorum coma et iuuenum barba apud veteres pec. epiſtola commentatus eſt *Iuſtus Frideric. Günzius.* Lipſiae 1737. De more diis ſimulacra membrorum conſecrandi *Io. Iac. Frey.* Altorfii 1746. De membris humanis diis gentium conſecratis *Carol. Frider. Pezold.* Lipſiae 1710.

XX. Diis ſuperis *altaria,* Diis terreſtribus *arae,* Diis inferis *foci* ponebantur, vt tradit *Varro* apud Seruium in Eclogam 5. Virgilii. Adde Ryckium de Capitolio p. 478. et Potterum f. 204. Archaeologiae Graecae. Habent et Graeci quae diſtinguant vocabula βωμοὺς, θυσιαστήρια, [15] ἐσχάρας. Plura de aris veterum Ethnicorum conſtarent nobis ſi ſupereſſet Ammonius Lamprienſis περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν, Harpocrationi, Athenaeo et Scholiaſtae Hermogenis laudatus: interim videndi praeter *Petr. Berthaldi* librum ſupra laudatum *Io. Saubertus* de ſacrificiis c. 15. *Salmaſius* ad aram Herodis et Doſiadae, *Struuius* in ſyntagm. Antiquit. Roman. p. 528. ſeq. et ſingulares diſſertationes Stephani Andr. Mizleri. Vitemb. 1696. et Ioan. Henr. Maii. Gieſſae 1732. Ara foramen habens vocata *puteal*, poni ſolita in locis fulmine tactis: quale fuit *Puteal Libonis*, de quo confer *Lud. Chriſti. Crellium* in Puteali Libonis ex antiquitate eruto. Viteb. 1729. 4. *Henr. Theodori Pagenſtecheri* orationem ad calcem libr. 4. Pomponii ad Sabinum, cura eius editorum Lemgouiae 1733. 4. et *Franc. Carol. Conradum* Parerg. lib. 3. pag. 323 ſeqq. Templum f. ſeptum, iisdem locis circumdatum, *bidental*, quod notatum eidem *Salmaſio* eſt p. 1141. ſq. ad Solin. De ara ex ceſpite virenti, arae corona etc. vide Tom. 8. *Theſauri Graeviani* p. 357. Aras quasdam inſignes Graecorum Romanorumque exhibet Montfauconius T. 2. ſupplementi p. 48. ſqq. Variae veterum altarium

[15] Θυωρὸς menſa in qua ſuffimenta Deorum ſeruabantur. Vide Ezech. Spanhem. p. 228. ad Callimachum, et Lakemacherum antiquit. graec. ſacr. p. 239. ſq. qui eod. libro p. 230. diſcrimen inter βωμοὺς et ἐσχάρας oſtendit.

rium icones occurrunt in antiquis numis et veteribus monumentis. Antiquissimas etiam gentes potius probasse rudes aras et impolitas, satis constat, ex *Pausania, Arriani* Periplo et aliis, vt praetereamus, quae de baetylis s. rudibus lapidibus, apud gentes vetustissimas altarium loco habitis, obseruarunt viri docti ad Genes. XXVIII. 18. et Levit. XXVI. 1. Altaria vetustissima cornibus instructa fuisse obseruat Potterus lib. 2. c. 2. Archaeolog. p. 204. seqq. adde interpretes ad Exod. XXVII. 2. Altare πτέρινον apud Strabonem IX. pag. 420. *e pennis* Gesnerus transtulit, verum non ibi de altaribus sermo sed de templis, quorum vnum Apollini Delphico e suo melle alis suis aedificasse apes creditae sunt, vt e Pausania Casaubonus annotauit. De aris *votiuis* eum in finem conditis, vt gratum pro beneficio accepto, aut auerruncato malo animum diis declararent gentiles, vide Ioan. Oliuam ad marmor. Isiacum p. 24. De ara *Consi* subterranea disputauit Fabianus Toernerus. Vpsal. 1721. 8vo. De aris in *curiis* et pro *tribunali* apud Romanos positis Thomas Wagnerus. Lipsiae 1732. De aris pro *salute Imperatorum* in itu et reditu exstructis Georg. Ludov. Boehmerus. Gottingae 1740. De aris sepulcralibus praeter *Berthaldum* de ara, c. 22. supra pag. 358. nota 48. laudatum, exposuere *Iac. Gutherius* de iure manium l. 2. c. 19. *Lilius Gregor. Gyraldus* de variis ritibus sepulcr. c. 3. Opp. T. 1. p. 345. *Ioan. Meursius* de funeribus, cap. 31. *Ioannes Kirchmannus* de funeribus l. 3. c. 2. *Bern. Montfauconius* pag. 202. Itineris Italici. et *Ioan. Baptista Passeratius* differt. secunda, Parti tertiae Musei Etrusci adiecta. In *Godfridi Vogtii* τοῦ μακαρίτου Thysiasteriologia siue libro postumo de altaribus veterum Christianorum, quem Hamb. 1709. 8vo edidi, caput vltimum est de aris Gentilium.

XXI. Christiani primi nullas aras, nulla templa habuere, vt constat ex *Arnobii* lib. 6. ad cuius locum conferendae notae *Desid. Heraldi* p. 229. seq. *Elmenhorstii* p. 173. Adde *Wolveranum* ad Minutium Felicem c. 10. *Petavium* lib. 15. de Incarnat. p. 580. sqq. *Mornaeum* libr. 2. de Eucharistia c. 1. *Blondellum* de Episcopis et Presbyteris p. 216. sq. 249. sq. 254. sq. *Dallaeum* de Pseudepigraphis Apost. pag. 163. Vide et *Origenem* VIII. contra Celsum p. 389. *Isid. Pelusiotam* lib. 2. Epist. 246. Vnde fabulis adscribenda sunt, quae de templis magnificis Christianis, Apostolorum aetate conditis, leguntur apud *Abdiam Babylonium* aliosque [16] eiusmodi scriptores suppositios. Pluribus in locis vel antelucanos coetus celebrarunt in domibus priuatis, aut in sepulcris, aut ad coemeteria conuenerunt orandi caussa primi Christiani. Vide Interpretes ad *Plinii* Epistolas ad Traianum, *Kortholtum, Ritterhusium, Vossium,* quibus

[16] Vt de quibus Biuarius ad pseudo-Dextri Chron. A. 34. p. 58. seq. Florentinius ad Martyrolog. Hieronymianum p. 697. seq. 726. seq.

quibus nouissime accessit *Iustus Hemmingus Boehmerus* in dissertationibus iuris Ecclesiastici et antiqui ad Plinium Secundum et Tertullianum Lips. 1711. 8vo, quarum secunda est de antelucanis coetibus Christianorum. Addes his *Beueregium* ad Can. IX. Laodicen. p. 194. *Bosii* et *Aringhi* Romam subterraneam. *Caspar. Sagittarium* libro de martyrum natalitiis in primitiua ecclesia p. 23. *Campegium Vitringam* de synagoga veteri lib. 1. part. 3. c. 1. p. 432. *Philippum Iacobum Hartmannum* comment. de rebus gestis Christianorum sub apostolis c. 15. p. 372. *Dav. Blondellum* de Episcopis p. 243 sqq. qui p. 247. obseruat, loca quaecunque et oratoria, in quibus vel semel Fideles conuenerant, Ecclesiarum [17] nomine deinde venisse. Idem p. 248 seq. et 354. agit de aliis nominibus sacrarum aedium qualia sunt *Basilicae*, *Dei domus*, *Capella* (de quo recentiore nomine vide Menagii Origg. Gall. in *chapelle*) tum Κυριακή, et Κυριακὸν unde Germanorum **Kirche**, de quo praeter *Cangium* et *Suicerum*, *Beueregius* ad Can. XV. Ancyran. p. 177 sq. *Ioan. Bona* lib. 1. rer. liturgic. cap. 19. quemadmodum de *titulis*, quo nomine et loca Christianis synaxibus destinata, et pauperibus et profugis fidelibus ad hospitium patentia venerunt, consulendus *Iacobus Laderchius* in diss. Historica de sacris basilicis SS Martyrum Marcellini presb. et Petri exorcistae, Rom. 1705. 4. part. 2. p. 202 sq. et *Ioan. Mabillonius*, p. 16. comment. ad ordinem Romanum T. II. Musei Italici. De *cellis* sacris veterum Christianorum *Henrici Broemelii* diss. prodiit Longosalissae 1710, 4to.

Quanquam vero *templi* nomine, vtpote idoleis frequentius tributo, lubenter abstinuere vetustiores Christiani, vt docet Grotius ad Actor. VII. 48. haud tamen affirmandum est, nullas plane sacras aedes, nulla θυσιαστήρια per tria prima saecula Christianis fuisse; nam locum publicum a Christianis, Alexandro Seuero concedente, occupatum et ad sacra destinatum, testatur *Lampridius* in eius vita c. 49. vt praetereamus alia sacrarum aedium per illam aetatem vestigia, collecta a *Iosepho Meade* in libro, quem Henric. Ludov. Bentheim. ex Anglico Germanice vertit, et cum praefat. de origine et veneratione templi iudaici et christiani, Hanouerae 1706, 4to edidit. Gründlicher Beweis, daß Kirchen oder gewisse Oerter zum christlichen Gottesdienst verordnet, und von der Apostel Zeit her gewesen seyn. *Iosepho Bingham* libro VIII. orig. ecclesiastic. siue Vol. 3. p. 112. vers. latinae. *Em. Schelstrateno* ad Concil. Antioch. p. 181 sqq. Tillemontio T. 3. Hist. Imperator. de persequutione Maximini artic. 6. *Guil. Beueregio* in Codice Canonum vindicato p. 296 sqq. et a *Ioan. Ciampino*,

 qui

[17] Ecclesiam pro templo dixere veteres vt προσευχὴν, συναγωγήν. Vide Casauboniana pag. 118. Conuentus ipsi dicebantur ἑταιρίαι, de quibus pec. dissertat. egit I. G. Haentzschelius Lipsiae 1729.

qui certa ab incertis non satis diligenter distinguens, templa Christianorum 800. circiter obseruauit, extructa ab A. C. 33. ad A. 275. Vide eius vetera monumenta c. 18. eique adde Alex. Donatum libro 4. de vrbe Roma T. 3. Antiquit. Rom. pag. 798 seq. *Georgii Wheleri* liber eximius extat, Anglice editus, qui inscribitur: Relatio de templis primitiuorum Christianorum Londini 1689, 12mo. Quanquam in hoc nihil fere reperias de templis per tria prima saecula conditis, quum vniuersum Auctoris institutum, vti B. Bebelii quoque Saec. IV. T. 2. p. 831 sqq. maxime versetur in exponendis templis, quae Saeculo IV. et postea a Christianis in Oriente condita sunt, et quorum rudera adhuc supersunt. Recensetur Wheleri liber ille, in nostris officinis librariis rarius obuius T. 17. Bibliothecae Vniuersal. p. 468. cui iungenda eiusdem *Ioan. Ciampini* Synopsis historica de sacris aedificiis, a Constantino M. constructis, edita Romae 1693, fol. et breuiter enarrata in Actis Erud. A. 94. p. 321. Vide etiam, quae de templis a Constantino M. et Helena conditis refert Tillemontius T. 7. memor. p. 10 sqq. Sane quarto saeculo statim tantus templorum Christianorum numerus fuit, vt in sola vrbe Roma 40. basilicas suo iam tempore computauerit *Optatus Mileuit.* lib. 2. p. 34. aduersus Donatistas; qui lib. 1. p. 17. perinde vt Eusebius in Psalmum LXXI. 15. p. 414. praedicat earundem plurima ex auro et argento ornamenta, de quibus, vti etiam diurno cereorum vsu confer Ludouici Antonii Muratorii diss. XVI. ad Paullinum T. 1. Anecdoton Bibl. Ambrosianae p. 178 sq. Stanislai Hosii Opera T. 1. p. 343 sq. Ἐυχητήρια in Nouella Iustiniani CXXXI. 10. distincta fuere ab ecclesiis scholisque, vt apud Iudaeos *Proseuchae* a synagogis et templo.

XXII. Pleraque templa veterum Christianorum oblonga fuisse constat, ita vt nauem [18] Ecclesiae referrent, cuius rei mentio in *Constit. Apostol.* lib. 2. c. 57. Constat etiam, aedificata fuisse versus Orientem, de quo *Sirmondus* ad Sidonii II. 10. Epist. et *Cotelerius* ad Constitutiones Apostolicas II. 57. quo in loco obseruat, feminas separatim locum habuisse, ita, vt a viris non conspicerentur. De forma templorum nauem referente, (licet interiecto tempore ad crucis etiam figuram quandoque exstructa constet, qualis est Lipsiae aedes S. Nicolai) videndus praeterea *Hieron. Alexander* iunior, in Explicatione gemmae annularis, cui nauis Ecclesiae symbolum insculptum fuit Rom. 1626, 8vo et Stephanus Chamillard S. I. in dissertationibus Gallice editis in numismata et gemmas antiquas in Obseruationibus per iter Italicum factis (Paris. 1711, 4to) obser-

[18] De mystico respectu veterum christianorum in condendis templis vide Baronium ad A. C. 314. et Rosweidum ad Paullinum pag. 862. sq. De sententia Hebraeorum, templum Salomonis ad exemplar vniuersi conditum affirmantium confer quae disputata sunt B. G. l. 4. c. 14. Vol. 3. p. 456.

obseruatione secunda, vbi ichnographia sex generum. Templorum apud veteres Christianos partes tres fuerunt, praeter propylaeum s. proaulium quod etiam πρόθυρον dicitur, et ἀψίς. Prima pars, quae ingredientibus patet, vocatur νάρθηξ siue πρόναος: altera corpus ipsum Ecclesiae gremiumque ναὸς et χορός: pars tertia βῆμα. In Propylaeo stabant lugentes flentesque poenitentiae candidati, qui Christianos fideles templum intrantes obsecrabant, vt pro sua reconciliatione apud Deum et Ecclesiam intercederent. In Narthece collocatum erat βαπτιστήριον, praeterea in extrema eius parte, qua exitus patet, stabant catechumeni; paullo inferius leprosi, energumeni: Prope ianuas, quibus in corpus Ecclesiae intratur, consistebant audientes et competentes, siue baptismi candidati, quibus non integrum erat in Ecclesiam ingredi, mares ad dextram, ad sinistram feminae. In corpore ipso templi statim ad ianuas erat locus substratorum s. ἐξομολογουμένων, qui in terram prostrati precibus Ecclesiae, lectioni et praedicationi verbi intererant, sed quum Eucharistia administranda esset, a Diaconis surgere et Ecclesia excedere iubebantur. Per totum chorum erat locus fidelium, qui ad Sacram Synaxin admittebantur, viris separatim ad sinistram, mulieribus ad dextram stantibus. Vide Thom. Milles ad Cyrillum Hierosol. p. 10. Aringhum Romae subterraneae Tom. I. p. 204. edit. Paris. Post oblationem factam laici (etiam ipse Imperator in quibusdam Ecclesiis) extra clericorum septum consistebant. Confer Benedictinor. notas ad Ambrosium T. 2. p. 375 seq. Edmundum Martene de antiquis Ecclesiae ritibus p. 335 seq. Virginum separatus a feminis locus et a virginibus pacis osculum petere solitae matronae. id. p. 311. In medio constitutus erat ἀμβὼν s. ambo sacer. In loco superiore versus βῆμα erant Cantores, Lectoresque loco summo: prope fores sanctas siue cancellos, per quos aditus patebat in Sacrarium, positus erat Thronus s. sedes Imperatoris aut Principis. In Sacrario denique, quod intrare Laico nefas, mensa sancta s. altare positum fuit: post altare thronus Episcopi in medio, et ex vtraque parte sedes Presbyterorum; vnde etiam Presbyterium dicebatur. Vide Petri Moretti librum de ritu dandi Presbyterium Papae, Cardinalibus et clericis nonnullarum ecclesiarum vrbis Romae 1741, 4to. Ab altera parte Sacrarii erat πρόθεσις s. oblationarium, in quo panis et vinum ad S. Eucharistiam asseruabantur: ab altera parte διακονικὸν, siue σκευοφυλάκιον, siue μητατώριον, vide Valesium ad Theodori Lectoris lib. 2. p. 164. in quo vasa sacra et vestes reconditae erant, latinis *secretarium*, qui locus in quibusdam templis tam amplus fuit, vt Synodi et Concilia in illo haberi potuerint. Confer A. Pagi ad A. 643. §. et Cangium in glossario, adde Iac. Gothofredum et Valesium ad Philostorgii VII. 3. Ichnographiam eiusmodi templi, ad priscum ritum deli-

delineati, descriptis partium singularum nominibus, exhibet *Beueregius* ad Synodicum magnum p. 71. e Beueregio *Ludolfus* p. 371. Hist. Aethiop. et *Frid. Spanhemius* in Hist. Eccles. p. 862. T. 1. Opp. in fol. ac *Ioan. Fabricius* Theologus Helmstadiensis in Orat. de templis veterum Christianorum Anno 1704, 4. Curaui et ipse delineationem templi eiuscemodi cum singularum partium explicatione inseri Thysiasteriologiae B. Godfridi Voigtii pag. 236. Alias Ichnographias templorum Christianorum videsis apud eundem Ludolfum loco laudato, et p. 735. vbi describit templum vetus Aethiopum, in viuam rupem incisum; nec minus apud *Leonem Allatium* in libro de templis recentiorum Graecorum ad Ioan. Morinum, et de Narthece veteris Ecclesiae ad Casp. de Simeonibus Colon. Agr. 1645. 8. Apud *Iosephum Binghamum* in Originibus siue Antiquitatibus Ecclesiasticis, ante laudatis, libro octauo, qui totus est de templis Veterum Christianorum Apud Speelmannum item T. 1. Concil. Britann. p. 11. vbi effigies antiquissimi Christianorum Britannorum templi, quemadmodum Viennensis in Gallia, apud Edmundum Martene, l. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 358. Ab eodem Allatio templorum Christianorum recentium, orientalium imprimis, formae, ad quinque genera reducuntur. Ait enim, templa sacra esse alia τρουλλωτὰ siue κυμβαλικὰ ac rotunda, alia κυλινδρωτὰ (θολωτὰ) atque καμαρωτὰ, in modum fornicis oblongi, alia ϛαυρωτὰ crucis figuram referentia, alia δρομικὰ s. quadrata, qualia pleraque recentium Graecorum: alia denique ex his mixta. Conf. *Th. Smithum* de statu Ecclesiae Graecae p. 51. sq. qui etiam de templis Constantinopoleos agit, de quibus vti praesertim de splendido Sophiae templo copiose Carolus du Fresne Commentario ad Paulli Silentiarii ἔκφρασιν, Paris. 1670. fol. et in Constantinopoli Christiana libro 3 et 4. Prospectum interiorem templi S. Sophiae ex codice antiquo Barberiano dat Possinus ad Pachymerem. Tom. 2. p. 533. Templa Romae LXVI. breuiter describit Ioan. Ciampinus pag. 154 sqq. libri de vicecancellario Eccles. Rom. 1697, 4to. De Basilica S. Petri in Vaticano per Constantinum M. aedificata, commentarius Conradi Ianningi cum Petri Manlii et Maphei Vegii scriptis eiusd. argumenti exstat in actis sanctorum, mense Iunio, T. 8 p. 35. sqq. De ecclesia Rom. Lateranensi egit Ioannes Diaconus editus a Mabillonio T. 2. Musei Italici p. 560 sqq. Veterem Ambonis iconem cum gradibus suis exhibet idem du Fresne p. 69. lib. 3. Videndus etiam *Anselmus Bandurius* in Imperio Orientali, de templis Constantinopolitanis fuse differens, T. 2. e Garetio. Atque prae caeteris *Pompeius Sarnelli*, libro Italice edito qui inscribitur *antica Basilicografia*, formam et partes templorum veterum Christianorum curiosius persequens. Neap. 1686. 4. De templis et oratoriis Romanis vide *Mabillonium* ad ordinem Rom. p. 20 seq.

T. 2.

§. 2. Musei Italici; eundem ibidem pag. 11 sqq. de distinctione ecclesiarum patriarchalium sub Pontifice, titularium siue parochialium, diaconiarum, oratoriorum siue coemeteriorum.

XXIII. Sub Constantino M. Theodosio aliisque Imperatoribus Christianis occlusa primum [19] templa Ethnica, deinde vna cum reliquiis idolorum etiam vsque quaque euersa sunt, vt ex querelis Gentilium, Imperatorum Christianorum legibus ac Conciliorum decretis, Eusebii, Sozomeni VII. 15. Socratis V. 16. Theodoriti V. 37. S. Prosperi de promissionibus pag. 102. Augustini aliorumque locupletissimis testimoniis satis constat. Vide *Iac. Gothofredum* ad Codicem Theodosianum lib. 16. tit. 10. leg. 25. *Iustellum* ad Canonem African. 58 et 84. *Beueregium* ad Can. 62. pag. 707. et *Ioan. Guil. Hoffmanni* ruinam superstitionis paganae variis obseruationibus ex historia ecclesiae saec. 4 et 5. illustratam. Witteb. 1738, 4. Fasti Idatiani ad A. C. 339. *Manilio et Theodoro COSS. templa gentilium demolita sunt Iouiano et Gaudentio Comitibus.* Spectat huc inscriptio vetus Corcyrensis templi, qua Iouinianus Imperator traditur Ethnicorum aras et templa euertisse: *ἑλλήνων τεμένη καὶ βωμοὺς ἐξαλαπάξας* apud Sponium in Itinerario pag. 98. edit. Germanicae. Primus post Honorii Imp. Legem de templis non euertendis latam A. C. 399. Cod. Theodos. T. 6. p. 287. et de euertendis publicorum operum ornamentis p. 280. et post legem Constantis A. C. 342. de non euertendis templis extra muros Vrbis Romae p. 261. Gregorius M. de non euertendis sed consecrandis et expiandis aqua benedicta ac per Martyrum reliquias Gentilium templis decretum condidit, lib. 9. Ep. 71. quanquam in Synodo Epaonensi A. C. 517. habita, canone 33. iubentur etiam euerti et dirui templa haereticorum. Conf. *Sarrauii* Epist. p. 193. editionis primae in 8. Ecclesiae Cathedrales (Dominicae, Dom-Kirchen) [20] dictae a Cathedra Episcopi, vti Collegiatae, et Germanis

[19] Vide Theodoritum lib. 5. Hist. Eccles. c. 21. Cod. Theodos. Tom. 6. p. 263. seq. Libanii Orationem pro Templis, a Iac. Gothofredo editam Genev. 1634. 4. Chronicon Paschale, p. 303.

[20] Kirchen, Kercken, domus, *κυριακαί*, id enim verius etymon, quod testimonio Walafridi Strabonis c. 7. de rebus ecclesiasticis confirmant Valesius ad Eusebium pag. 287. et Seldenus lib. 1. de synedrio, quam illa ingeniosa licet Ioan. Georg. Eccardi a veteri germanico *baruc* vel *charuga*, fanum, aut Ioan. Diecmanni ab antiquo *riiba*, regnum, aut Ioan. Conr. Schwarzii a *circo* T. 3. monumentor. p. 89. sq. vel Henrici Muhlii denique ab Hebraico קרא conuocauit deriuatio. D. Diecmanni diatriba de hoc argumento lucem vidit Stadae 1719. 4. D. Muhlii Kiliae 1719. 4. Eccardi commentatio inserta est Bibl. Brem. cl. 2. fasc. 2. p. 291. A. 1718. auctior comparet in notis ad legem Ripuariorum p. 213 seq. Confer quoque Bibl. Brem. class. 3 fasc. 3. p. 525 sqq. et 571 sqq. ac Diecmanni notas ad Rhabani Mauri Glossarium p. 93 sqq.

manis Münster, ab adiacentibus Collegiis et Monasteriis. In nimium splendorem et superbam magnificentiam templorum suae aetatis, inuehitur *Isidorus Pelusiota* lib. 2. ep. 246. et lib. 1. ep. 37. vbi reprehendit Episcopum, qui ex opibus, per Simoniam et exactiones conquisitis, templum magnificum extruxerat. De pretiosis vasis in Ecclesia confer notas ad Ambrosium T. 2. edit. Benedictinor. p. 103. De anathematis et ornamentis B. Bebelium Antiquitat. Eccles. Sect. 4. T. 2. p. 843 seq. De porticibus templorum, et quod in illis merces exponere non deceat, *Ioan. Baptista Thiers* differt. sur les proches des Eglises, où l'on fait voir les usages auxquels ils sont destinez. Aureliae 1679, 12mo. Confer Eliam du Pin T. 19. p. 275. De variis ornamentis templorum Christianorum multa etiam collegit *Bellarminus* lib. 3. de cultu sanctor. c. 6. et *Theophilus Raynaudus* in heteroclitis spiritualibus p. 184 sqq. Quantum hodiernorum templorum et maxime ararum vsus habitusque a ratione et simplicitate veteris Ecclesiae recesserit, erudite per plurima capita demonstrat *Io. Baptista Thiers* in dissertationibus Ecclesiasticis editis Gallice de altaribus et choris Ecclesiarum Paris. 1688, 8. de quo libro vide sis Bibliothecam Vniuersalem Tom. 13. p. 454 sq. Mirabilia templi Salomonei et Iustinianei persequitur Balth. Bonifacius XV. 12. Hist. ludicrae. De donariis et anathematis templorum, quatenus Reip. caussa vel belli redimendi nudare illa liceat, vide Allatium ad Georgium Acropolitam pag. 205 seq. vbi Melch. Imhoferi Epistola de illo argumento. Quatenus nefas sit sacra hostium vastare, amici nostri Conradi Dan. Frickii dissertatio prodiit Lipsiae 1689.

XXIV. In templis Ethnicorum neque exspuere neque emungi fas erat, vt testatur *Arrianus* Epictet. Diss. lib. 4. c. 11. confer *Ios. Laurentium* lib. 2. Polymath. c. 9. Apostolium et alios paroemiographos prouerbio *Thamyris insanit*, et quae de reuerentia templis ob singularem Numinis praesentiam praestita, notat *Io. Gregorius* Anglus c. 31. Obseruationum. De Turcis Moscheas suas reuerenter habentibus praeter alios agit *Thom. Smithus* Epist. 1. de moribus Turcarum pag. 57. Idem de Ethnicis recentibus Pagodas s. Idolea sua non minore religione prosequentibus, ex Itinerariorum lectione obseruare licet. De veterum Christianorum religione circa aedes sacras agit *Guil. Caueus* in Primitiuo Christianismo p. 156 sqq. et 285 sq. edit. Angl. De Iudaeis veteribus conferendi Interpretes ad Exod. XXX. 19. et XL. 33. et quae de templo non nisi ab excalceatis frequentato obseruat Steph. Morinus diss. IV. pag. 160 sq. ac Io. Chr. Wichmanshausen in diss. de calceo in Hebraeor. sacris deponendo. Vitemb. 1721, 4. Confer etiam Iosephi Medi diatribam de sanctitate relatiua T. 10. fasciculorum Crenianorum. Non praetereundus hic *Iac. Lobbetii* liber de religioso templorum cultu, editus Leodii 1641, 4to. adde *Theophilum*

Ray-

Raynaudum pag. 281 - 322. heteroclit. spirit. *Ludov. Cresollum* antholog. sacr. p. 134 sqq. et mystagog. p. 581 sq. 584 sq. 587 sq. Auctorem libri gallice editi Paris. 1706, 12mo. *Des eglises et des temples des chretiens. Christi. Kortholtum* diss. de sacris publicis debita cum reuerentia praesentisque Numinis metu colendis. Kil. 1693. *Ioan. Fabricium* de reuerentia erga sacra. Helmstad. 1706, et *Paullum Gyöngiosum* a Pettyen de reuerentia templor. eccles. N. T. Franc. ad Viadr. 1731, 4to. De blasphemiis Iudaeorum quibus templa nostra prosequuntur videsis *Ioan. Wülferi* theriacam Iudaicam p. 122 sqq. et *Ioannis Andreae Eisenmengeri* Professoris olim Heidelbergensis detectum Iudaismum editum Germanice parte I. c. II.

XXV. Idem *Caueus* p. 150 sqq. agit de Encaeniis s. de ritibus templa consecrandi, de quibus videndus praeterea *Dav. Blondelli* liber de Episcopis et Presbyteris p. 265. 287. *Centuriae Magdeb.* Cent. IV. c. 6. *Bellarminus* lib. 3. de cultu sanctorum c. 5. *Iac. Olveni* historia consecrationis templorum et altarium, Anglice, Londini 1706, 4. *Francisus Turrianus* lib. secundo pro epistolis Pontificum c. 19 et 20. *Benedicti Picteti* dissertationes de templis eorumque dedicatione, Gallice, Geneuae 1716, 12mo. *P. Galluzzi* liber italice editus Romae 1722, 4. *Il rito di consacrare le chiese colla sua antichita, significato, convenienza, prerogative. Vrbani Godofredi Siberi* schediasma de templorum condendorum ac dedicandorum ritibus. Lipsiae 1716, 4. *Danielis Lundii* dissertatio de encaeniis templorum. Vpsal. 1706, 8. et *Matthiae Hageri* dissertatio de dedicationibus templorum. Havniae 1719, 4. Contra abusus hodiernorum, quae annuis vicibus celebrari in pagis solent, encaeniorum disputat *Kleinknecht* in libro suppresso nomine germanice edito Vlmae 1731, 8. **Unvorgreifliche Gedanken von den Kirchweyhen.** Officium Graecorum in dedicatione templi, extat in Euchologio Iac. Goari p. 829 seq. Officium in apertione templi ab haereticis vel gentibus profanati p. 618. Officium in σαυροπεγίῳ siue sollemni crucis collocatione in loco templi ab Episcopo facienda p. 609. Officium in fundamento templi ponendo pag. 606 sq. In Oriente templa sacro oleo consecrata constat etiam ex Abuplharaio p. 15. Dedicatio basilicae S. Petri Romae legitur apud Bzouium ad A. C. 1506, n. 12. De exauguratione templorum confer *Rupertum* p. 128. ad Florinum. De exspoliatione, direptione vel vastatione templorum *Tobiam Eckhardum* in libro, qui inscribitur, Deus sacrilegii vindex. Quedlinb. 1710, 8vo. Ritus ethnicos in templorum inaugurationibus receptos prosequutus est *Ioan. Bapt. Bellus* libro supra laudato de Templi auguralis partibus: vide et *Ioseph. Laurentium* lib. 3. Polymathiae Synopsi 2. *Antonium van Dale* in diss. de consecrationibus templorum, personarum ac rerum sacrarum, quae subiicitur editioni secundae libri

de Oraculis, et *Alexandr. ab Alexandro* gen. dier. lib. 6. cap. 14. De Encaeniis et consecratione Tabernaculi templique Iudaici videndi interpretes ad Exod. XXIV, 6. sq. Levit. VIII, 10. sq. Hebr. IX, 18. sq. et ad 3 Reg. VIII. addantur *Io. Weberi* et *Ioannis Frider. Schereri* dissertat. de encaeniis, habitae Lipsiae 1683. et Argentor. 1754. De Festo Encaeniorum ad templum posterius post Antiochi profanationes repurgatum a Iuda Maccabaeo pertinentium dicemus infra cap. X. § 7. Dedicationes templorum epulo celebratas docet e Romanis Plinius lib. 4. Epist. 1. e Christianis Sidonius Apollinaris lib. 4. Epist. 15. vbi vide Sauaronem p. 264. et Theophilus Raynaudus in christiano Christi et ecclesiae per baptismum filio c. 7. p. 334 sqq.

XXVI. Variam supellectilem templorum Christianorum explicat et recenset *Iul. Caesar Bulengerus*, libro de Donariis Pontificum Tom. 1. Variorum Opusculorum Lugd. 1621, fol. Idem libro tertio de templis s. de forma templorum supra laudato, maxime sollicitus est de Christianorum templorum variis nominibus, partibus et antiquitatibus illustrandis, excepto capite postremo, eoque longiore, quod agit de templis Ethnicorum. Videnda et *Pompeii Sarnelli* antiqua Basilicographia, Italice edita Neapoli 1686, 4to (de quo libro confer Ephemerides Eruditorum Parmenses Anno 1687, p. 24 seq.) *Leonis Allatii* epistola de templis Graecorum ad Ioan. Morinum, edita a Rich. Simone inter epistolas Ioan. Morini, et ad calcem notarum suarum ad Gabr. Philadelphiensem p. 274. *Petri Molinaei* Dissertatio de Altaribus et sacrificiis veterum Christianorum, subiecta Gregorii Nysseni epistolæ de euntibus Hierosolymam Hanov. 1607, 8vo. Edmundus Martene 1. de antiquis Ecclesiae ritibus pag. 300 sq. *P. Orlandi* de veteri disciplina expiandi altaria Florent. 1709, 4. Theologi Argentoratensis *D. Balthasaris Bebelii* Exercitatio de aris et mensis Eucharisticis veterum, Argentor. 1666. Doctorum Helmstadiensium *Ioan. Fabricii* de aris veterum Christianorum, Helmst. 1698. *Ioan. Andreae Schmidi* de Aris portatilibus, Ienae 1695. *Iac. Hildebrandus* libro de sacris publicis Ecclesiae primitiuae, Helmst. 1652, et 1699, 4. pag. 10 sq. qui p. 17. inter alia reddit rationem, quare in fastigiis plerorumque Christianorum templorum posita fuerint vel crux, vel gallus vel stella. *B. Gotfr. Voigtii* nostri Thysiasteriologia [21] siue liber postumus de aris veterum Christianorum, Hamb. 1709, 8. *Sam. Theodori Schoenlandi* historische Nachricht von Altären. Lipsiae 1716, 8. De situ altarium versus orientem exstat *Ioan. Frid. Treiberi* dissertatio. Ienae 1668. De fundatione altarium et redituum, ex quibus sacerdotes in iis Missam celebrantes aluntur, item infeudatione et residentia altaris egit *Ern. Mart. Chladenius* comment. de altaragio eiusque infeudatione. Vit. 1746, 4.

Ritus

[21] Rich. Montacutii Thysiasteriologia lucem, quod sciam, non adspexit.

Ritus dedicandi Altaris exponit *Nicolaus Cabasilas* libro quinto de Vita in Christo. *Iacobus Owenus* in libro paullo ante laudato. Williamus, Episcopus Lincolniensis, negat altaria competere templis christianorum, quod destituantur sacrificiorum vsu. Vide Brehmium p. 762. histor. Reform. ecclesf. Anglic. De more lauandorum et expiandorum Altarium *Franciscus Orlendus*, Ord. Praedicator. in libro de duplici lauacro in Coena Domini fidelibus exhibito, 1710, 4. et *Ioan. Christophorus Batellus* et *Iosephus Maria Suaresius* in dissertationibus de ablutione altarium, iunctim editis Rom. 1702. Nec omittendae tres dissertationes *Io. Baptistae Thiers* Anno 1688. editae, sur les principaux Autels des Eglises, sur les jubez et sur la clôture du Choeur, de quibus Elias du Pin T. 18. pag. 277 sq. B. D. *Augusti Pfeifferi* Superintendentis Lubecensis memoria [22] consecrati altaris Lubecensis in templo S. Mariae. *Laurentii Terpagri* diss. de sepulchro altaris Hafn. 1704. siue de reliquiis sacris in altaribus condi solitis, de quibus vide etiam Hugonem Menardum ad Sacramentarium Gregorii M. p. 203 sq. *Rudolphi Hospiniani* libri 5. de origine, progressu, vsu et abusu templorum, vna cum responsionibus ad ea, quae de templis Bellarminus lib. 3. de cultu Sanctorum, et Baronius ad A. C. 87. et alibi per Annales suos disputauit Tiguri 1603. fol. *Henrici Linckeri* ICti tractatus de iuribus templorum Francof. 1698, 4. *Christiani Wilduogelii* diss. de iuribus altarium. Ienae 1716. *Gottlieb Sleuogti* liber germanice editus de iure altarium et ceterorum ad templa pertinentium germanice. Ienae 1726, 8. et auct. ibid. 1732, 8vo. *Georg. Chladni*, Hungari, Inuentarium Templorum. Dresd. 1689, 12mo, in quo libello etiam varia collectanea habentur, de Donariis et anathematibus sacris, de dedicationibus et encaeniis annuis (vulgo Kirmse, quasi Kirchmessen, licet propter frequentes in illis rusticorum compotationes dictum posset videri a κεῦρμι, quae vox apud Dioscoridem aliosque cereuisiam significat) et de priuilegiis templorum, ac sigillatim de eo, quod ad templa et aras confugientibus asylum praebuerint, quam in rem Ethnicorum quoque vsu probatam, vide Strabonem l. 14. pag. 641. *Corn. Nepotem* in Pausania, *Suidam* in voce δημοσθένης et ὕπατοι, e recentioribus *Sam. Petitum* p. 10 sq. ad LL. Atticas, *Lindenbrogium* ad Terentium pag. 613. *Seldenum* in not. ad Marmora Oxoniens. pag. 25 sq. *Marshamum* in Canone Chronico p. 354 sq. *Rycquium* de Capitolio c. 40. vbi de asylo Romuli. *Petr. Bertkaldum* de Ara c. 14. *Ioan. Adamum Osiandrum* in Diss. de asylis gentium, inserta Tomo 6. Thesauri Antiquit. Graecar. *Ioseph. Laurentium* lib. 4. Polymathiae Synopsi 4. *Gustauum Carlholm* de Asylis, Vpsal. 1682, 8vo. et dissertationes *Georgii Goetzii*. Ienae 1660. *Thomae Liebneri*,

[22] Einweihung des neuen Altars zu Lübeck zu St. Marien, nebst einigen Anmerkungen von lutherischen Altären, Lübeck 1698, 4.

neri, Lipſ. 1673. *Andr. Groenwalli* de abolitione aſylorum. Vpſal. 1726. 8vo. adde *Ioan. Franc. Simonis* commentationem in hiſtoria Academ. Inſcription. T. 2. p. 52. ſqq. edit. Amſtelod. et *Henr. Benzelii* diſſ. de aſylis, recuſam in Syntagmate Eius Diſſertationum acad. T. 1. p. 437 ſqq. De Iudaeorum aſylis conſulendi praeter interpretes ad Num. XXXV. Ioſ. XX. et lib. 3. Regum cap. I, 50. ac *Wilh. Zepperum* lib. 4. explanationis Legum Moſaicarum forenſium c. 14. *Iac. Cramerus* Theol. Iſraelis lib. 3. c. 3. p. 396. *Ioannes van den Honert* tractatu de aſylis, adiecto eius commentar. in Pſalm 84. p. 444 *Sebaſt. Bernh. Cremerus* in antiquitatibus moſaico typicis T. 1. p. 476. *Ioan. Seldenus* lib. 3. de Synedriis c. 8. *I. G. Carpzouius* ad Goodwinum p. 336. ſqq. *Franciſc. Wokenius* Bibl. Witteberg. T. 1. pag. 377. *Ioan. Conr. Keslerus* in oratione de homicidarum maxime inuoluntariorum poenis. Bremae 1700. *Henr. Hulſius* diſſ. de aſylis V. T. ad calcem commentarii eius in Iſraelis priſci praerogatiuas. *Ioan. Adam. Oſiander* in diſſ. de aſylis Hebraeorum. Tubingae 1672. *Ioan. Chriſto. Wichmanshauſen* in diſſ. de praeſidiis Leuitarum vrbibus. Witteb. 1715. *Ioan. Conradus Ikenius* in diſſ. de homicida inuoluntario, exulante in vrbe refugii vsque ad mortem Pontific. M. Bremae 1731. *Franc. Vlr. Ries* in diſſ. de aſylis. Marb. 1753. De Chriſtianorum aſylis conferendi ſunt *Iacobus Gothofredus* ad Codicem Theodoſianum libro 9. tit. 45. de his qui ad Eccleſias confugiunt, quod edictum integrius exſtat ad calcem Actor. Concilii Epheſini T. 1. Binii p. 472. *Lindenbrogius* pag. 1393. ad Codicem Legum antiquarum. *Georg. Rittershuſii* tractatus de Aſylis, inſertus Tom. 8. Criticor. Anglor. *Sirmondus* ad Ennodii lib 1. epiſt. 7. *Franc. Suarez* de locis ſacris c. 8. ſqq. *Alcuinus* epiſtola ad Candidum et Nathanaelem apud Baluzium T. 1. capitular. p. 1444. ſeq. *Ioſephus Nerius* II. 25. Analectorum, p. 795 ſqq. T. 4. Miſcellan. Gaudentii Roberti, vbi et alia de templis, et c. 26. de altaribus. *Godofr. Voigtius* in libro de Altaribus Chriſtianorum Veterum c. 17. *Matth. Zimmermanni* Analecta p. 581 ſq. *Antonii Borremanſii* Veſperae Gorinchemenſes c. 6. *Guil. Caueus* in Primitiuo Chriſtianiſmo p. 145. *Paganinus Gaudentius* pag. 15. lib. de ſaeculi Iuſtinianei motibus, vbi memorat opuſculum ſuum de Aſylis, et de more confugiendi ad Eccleſiam, de quo habetur etiam lex Honorii et Theodoſii iunioris, edita a *Iacobo Sirmondo* in Appendice Codicis Theodoſ. p. 36. vt quinquaginta paſſibus extra fores templorum tuti ſint, quicunque ad illa perfugerint. Vide et Socratem VII, 33. et VI, 5. vbi de lege quam Eutropio [23] ſuadente tulere Arcadius et Honorius, ne quis ad templa confugeret. Ioan. Da-

[23] Theodora Iuſtiniani, ab altaribus et templis homines auellere non dubitans, perſtringitur a Procopio pluribus anecdotorum locis. Eutropius legem promulgans, vt ad eccle-

Damasceni parallela Tom. 2. pag. 669. Hildebertum lib. 2. epist. 7. *Prosperum Farinacium* de immunitate ecclesiarum et confugientibus ad eas. Lugd. 1642. fol. *Francisci Gastonis*, Patricii Catanensis, canonicam dissertationem de spatio asyli ecclesiastici in caussa immunitatis. Panormi 1699, fol. Bullam Gregorii XIV. datam Anno 1591, 17 Iun. *Stephani a Puteo* librum de iure asyli qua sacri qua profani. Tridenti 1717, 4. et *Iusti Henningi Boehmeri* diss. de sanctitate Ecclesiarum. Halae Magd. 1722. Contra abusum eiusmodi asylorum in reis nocentibus malitiosis ac poena dignis, disputat *Andr. Masius* in Commentario praestantissimo ad Iosuae librum c. 20. (frustra obnitente ad eum locum *Iac. Tirino*) *Nic. Antonius* lib. 2. de Iure Exulum c. 34. sq. *Ioan. Georg. Reinhardus* de iure Principum circa sacra pag. 218 sqq. *Christoph. Ioan. Conr. Engelbrecht* de iniusta asylorum immunitatisque ecclesiarum ad crimina dolosa extensione. Helmst. 1720. De iure asyli confugientibus ad statuas Imperatorum concesso, *Christophorus Cellarius* ad Plinii lib. 10. epist. 16. Ὅρους παῤῥησίας vocat Theodorus Lector lib. 2. Hist. pag. 562. De asylo Romuli vid. *Rycquius* c. 40. libri de capitolio. De vrbium incrementis per asyli ius *Andr. Cirinus* cap. 30. de vrbe Roma Tom. 2. thesauri Sallengriani pag. 334 sq.

CAPVT X.

Scriptores de Festis Iudaeorum, Ethnicorum, et Christianorum.

De festis et anno Iudaeorum. 1. 2. *De cultu septimae diei, Via Sabbati etc.* 3. *De Sabbato Deuteroproto.* 4. *De neomeniis.* 5. *De festo Paschatos.* 6. *Mos captiuum et supplicio destinatum in illo dimittendi. ibid.* *De festo Pentecostes, Tabernaculorum, aliisque.* 7. *De anno Iubilaeo Iudaeorum, Romanorum et Christianorum.* 8. *De festis et anno Graecorum.* 9. 10. 11. *De festis Romanorum.* 12. *De anno Romanorum; Calendariis item Ecclesiasticis et medii aeui.* 13. *De Christianorum Sabbato et die Dominica.* 14. *De eorum diebus festis aliis.* 15. 16. *Festa Muhamedanorum.* 17. *Dies nefasti, Aegyptiaci.* 18.

I. Praeter

ecclesiam confugientes etiam ab altaribus abstrahere fas esset, mox ipse incassum ad altare confugiens arreptus et supplicio datus est. Vide excerpta Peiresciana p. 849. Socratem V, 2. Nicol. Alemannum in Notis ad Procop. p. 94.

I.

Praeter Sabbatum, Neomenia, annum Sabbaticum, & Iubilaeum, tria Iudaeis festa praecipua Lev. XXIII. Num. XXVIII. sq. et Deut. XVI. praecepta sunt, Pascha, Pentecoste, et Scenopegia siue festum tabernaculorum: quibus festum tubarum s. noui anni, ex Num. XXIX, 31. et Expiationis festum ex Num. XXIX, 7. sq. Leu. XXIII, 24. ad latus ponunt Theodoritus aliique, apud Cotelerium Tom. 2. Monument. Eccles. graec. pag. 687 sq. Recentiora sunt Festum Purim, Encaenia et Xylophoria. De singulis hisce, praeter Interpretes S. Scripturae, Iosephum ab Eduardo Bernhardo illustratum lib. 3. Antiquit. Iudaic. cap. 10. Iosephum veterem christianum scriptorem cap. 126. hypomnestici, Tractatum Talmudicum חגיגה de festiuitate, siue de tribus festis sollemnibus, cum versione et Bartenorae commentario vulgatum a Clariss. Viro Christiano Ludouici, Lipsiae 1696, 1712, 4. et Maimonidem in libro זמנים *de festis*, consulendi sunt *Isaacus Cardoso* itidem Iudaeus in libro vulgato Hispanice Amst. 1679, 4. sub titulo *las excellencias de los Hebreos*, pag. 199-212. quo opere erudita pro populo Iudaico Apologia [1] continetur: *Iosephus Scaliger* VII. de emendatione temporum pag. 648 sq. *Car. Sigonius* lib. 3.

[1] Nullum vidi qui post Flauium Iosephum Cardoso doctius et operosius Iudaeorum laudes perorasset, licet sint Iudaei in laudibus suis haud infrequentes. Diuisum autem totum opus Iacobo de Pinto dedicatum in partes duas, quarum priore describit decem populi Iudaici praerogatiuas siue vt ipse vocat excellentias: posteriore totidem quas appellat calumnias ab illis remouet. *Praerogatiuae* sunt 1) quod Iudaei sunt populus a DEO electus. p. 1. 2) gens vna nec cum aliis permixta gentibus. p. 23. 3) separata ab aliis Nationibus terrarum. p. 35. 4) tribus naturalibus dotibus conspicua pag. 51. misericordia p. 53. caritate p. 57. honestate ac verecundia p. 69. 5) Circumcisio. p. 87. 6) Sabbatum. p. 101. 7) Lex data a DEO p. 123. classis prima praeceptorum de DEO p. 155. secunda de sanctuario, templo et sacerdotio p. 167. tertia de immunditie cauenda vel expianda p. 181. quarta de ciborum discrimine p. 185. quinta de coniugibus et matrimonio p. 189. sexta de festis p. 199. septima de misericordia et eleemosynis pag. 213. octaua de iustitia et regimine p. 225. nona praeceptorum de iure ciuili p. 247. et decima de criminali p. 253. Praecepta affirmatiua CCXLVIII. ex numero ossium humani corporis p. 259. negatiua CCCLXV. secundum numerum dierum anni. p. 263. 8) Prophetiae. 9) Terra sancta. et 10) Testimonium de Vnitate DEI.

Calumniarum quas vocat amolirique annititur prima, falsae adorationes. pag. 333. 2) foetor, p. 339. 3) quod sint veluti cauda Gentium et sanguinis profluuium patiantur. p. 345. 4) ter quotidie imprecentur gentibus. p. 349. 5) quod Gentes velint ad Iudaismum allicere. p. 357. 6) quod infideles ac perfidi sint erga suos Principes et Magistratus. p. 367. 7) quod immisericordes ac crudeles sint. p. 377. 8) quod corruptores sint librorum sacrorum. p. 390. 9) quod imagines euertant et sacrilegia committant. p. 399. 10) quod occidant infantes Christianorum, vt sanguine illorum in ritibus suis vtantur. p. 408-431.

lib. 3. de Rep. Ebr. *Io. Ionstonus* in Schediasmate de festis Ebraeorum et Graecorum, Vratisl. 1660, 12. *August. Pfeifferus* in dissert. de festis Ebraeorum, Witteb. 1666, et quos laudat in critica sacra pag. 151. Praeterea *Theodorus Thummius* in Tractatu Historico-Theolog. de festis Iudaeorum et Christianorum Tubingae 1624, 4. *Matth. Dresserus* de festis Christianorum, Iudaeorum et Ethnicorum Lips. 1593, 8. *Frid. Spanhemius* parte 1. Chronol. c. 15. T. 1. Opp. p. 70 sq. qui etiam de translatione festorum in alios dies differit p. 79 sq. vbi de annis Sabbaticis et Iubilaeis c. 16. p. 82 sq. *Adrianus Cocquius* in Obseruationibus et Exercitatt. ad V. T. de rebus naturalibus, Diis Syris et Hebraeorum festis. Vlissing. 1671, 4. *Rodolphus Hospinianus* de Festis Ebraeorum, Ethnicorum et Christianorum Genev. 1669, fol. et alibi saepius, *Io. Meyerus* Prof. Harderuic in libro de origine et caussis festorum sollemniumque dierum, quos olim Iudaei in terra Canaan, hodieque in exilio agitare consueuerunt. Amstel. 1693, 8. et cum insignibus auctariis ac R. Abrahami Leuitae libro de ieiuniis. ibidem 1724, 4. quo in libro inter alia impugnat *Maimonidem* et *Ioan. Spencerum*, [2] quorum ille in Doctore dubitantium, hic in opere de Legibus Ebr. lib. 3. Dissert. 1. c. 8. festa gentium festis Iudaeorum dedisse originem contendit. *Melch. Leydeckerus* de republ. Hebraeor. lib. 9. cap. 3-9. *Anton. Cregutius* in Reuelatore arcanorum, pag. 759 sqq. *Robertus Robertson le Canu* in libro belgice edito Franequerae 1693, 8. et quartum recuso ibidem 1722. *Korte Inleidinge der Festen Israels.* Adde dissertationes de festis Iudaeorum Ioannis Palmrootii, Vpsal. 8. et Magni Celsii. ibid. 1672, 4. Ioan. Ern. Gerhardi diss. quatuor de festis orientalium cum primis Hebraeorum. Vitemb. 1640. Caroli Schulteni, Professor. Lundensis in Scania, dissert. de festis Hebraeorum. ibid. 1723, 4. Ioan. Rodolphi de temporibus sacris Hebraeorum. Bernae 1724. Ioan. Christi. Kirchmeieri de festis Iudaeorum anniuersariis, eorumque in fatis ecclesiae N. T. antitypo, quae est secunda manipuli dissertation. theologic. selectar. Marp. 1724, 4. recusa in sylloge exercitationum. ibid. 1735, 4. pag. 25. Singularis quoque locus de Iudaeorum festis exstat apud Plutarchum IV, 5. symposior. Fuerunt in tribus festis Iudaeorum alii dies minus festi, alii maxime festi; de hisce agit *Petrus Zornius* in diss. de ימים טובים, siue diebus magnis Hebraeorum, quae inserta est Miscell. Lipsiens. Nouis Vol. 5. pag. 31 seqq. in qua simul differitur de sabbato magno, i. e. eo, quod proximum erat ante sabbatum. De festis Patriarcharum ante Mosen praeter diem sabbati et pauca et incerta sunt, quae notat Bolducius lib. primo

[2] Spencerum sequitur D. *Io. Sam. Strykius* in diss. de incommodis festorum, Halae Sax. 1702.

primo de Ecclesia ante legem. Vide Cherubinum a S. Iosepho T. 2. apparatus biblici, p. 393 sq.

II. Lucem praeterea huic argumento de festis Iudaeorum affundunt, qui Calendaria eius gentis ediderunt et illustrarunt: vt praeter *Seb. Münsterum* Basil. 1527, 4. *Cunaeum* supra laudatum, *Ioseph. Scaliger* in Canonibus Isagogicis p. 41 sq. et de Emend. Temporum pag. 316 sq. *Gilb. Genebrardus* ante Commentarium suum in Psalmos, *Augustinus Torniellus* lib. 1. Annal. V. T. p. 354 sq. *Iulius Bartoloccius* Tom. 2. Biblioth. Rabb. *Ioan. Seldenus* de Anno ciuili Iudaeorum, aliique, quos laudat eodem in libro c. 8. et in praefatione et lib. 3. de Synedriis c. 13. p. 134. *Frid. Spanhemius* Chronolog. sacr. P. 1. c. 11. sq. *Carol. Schultenus*, cuius Calendarium Iudaicum Hebraice et Latine editum est 1711, 4. *Hermannus Zoestius* cuius Calendarium Hebraicum comparet inter Eius tria opuscula theologica ab Hector. Gottfr. Masio edita. Havn. 1701, 8. p. 107 sqq. *Ioan. Salpius*, qui Calendarium Hebraicum edidit Vitemb. 1697, 4. Addantur *Augustin. Calmetus* T. 2. Dictionarii S. Scripturae, p. 435 edit. Venetae 1726, fol. et pag. 64 sqq. ante commentar. in Genesin. *Ioan. Baptista Roeschelius* de forma anni Patriarcharum. Witteb. 1692. *Henr. Klausingius* de eodem argumento. ibidem 1716. *Car. Dan. Clauerus* de forma anni Hebraeorum mosaicoprophetica. ibidem eod. *Aegid. Strauch* de computo Thalmudicorabbinico, et de anno Hebraeorum ecclesiastico. Witteb. 1655. *Iac. Cappelli* epocharum illustrium thematismi cum explicatione selector. aliquot Scripturae locorum, Sedani 1605, 4. recusi Fasciculo octauo Opuscul. historicophilologicorum. *Ioan. Andr. Mich. Nagel* de calendario veter. Hebraeor. Altorfii 1746, 4. *Ioan. Christo. Fischer* de anno Hebraeorum. Witteb. 1710, 4. *Gustav Sommelius* de anno Hebraeorum ecclesiastico atque ciuili. Lundae 1748, 4. *Emo Luc. Vriemot* de vero anni initio apud Hebraeos. Franecq. 1735. rec. in Eius obseruationibus miscellaneis. Leouard. 1740, 4. pag. 280. sqq. *Christoph. Langhansen* de mense veter. Hebraeor. lunari. Ienae 1713, 4. *Dan. Lundius* de mensibus Hebraeorum. Aboae 1694. *Gottfr. Felseisen* de ciuili Iudaeorum die. Lipf. 1702, 4. Ex Iudaeis, et quidem recentioribus, de Calendario Hebraeorum differunt *Dauid Nieto* in מטה דן, p. 82 ff. et *Immanuel Aboab* in Nomologia pag. 90 ff. Vide etiam si placet quae notaui in Menologio meo, vbi de Hebraeorum, et aliorum centum circiter populorum mensibus. *Nicolai Molleri* Iudaeorum Annus [3] lunaesolaris, Turc-Arabum annus mere lunaris prodiit

[3] Veteres Hebraeos, vti antiquissimos Graecos, etiam anno lunari vsos, et quo Solis periodo responderet, mensem subinde intercalasse, docet etiam S. Basilius homil. VI. in Hexaëmeron. Confer Frontonis Ducaei notas ad paginam 80. T. 1. Adde Carpzouii notas

prodiit Groning. 1650, fol. Calendarii siue anni curam tum apud Hebraeos tum apud alias gentes plerasque commissam fuisse sacerdotibus, probat *Ioan. Andreas Danzius* in praefat. ad Maimonidis descriptionem initiationis nouilunii, cum Henningi Bernhardi Witteri versione editam Ienae 1703, 4.

III. Contra *Marshamum*, qui cum *Dione Cassio* l. 37. p. 123. periodum VII. dierum ab Aegyptiis deriuat, p. 198. Canonis Chron. Vide *Herm. Witsii* Aegyptiaca l. 3. c. 9. et *Ioan. Meyerum* de temporibus sacris et festis diebus Hebraeorum, pag. 174 ss. Fatetur tamen idem Marshamus, sacrum Sabbati cultum Hebraeis peculiarem fuisse, quod docet etiam *Ioan. Spencerus* lib. 1. c. 4. de Leg. Ebr. negans, Sabbatum celebratum ab Ethnicis, nisi inclinante iam Republica Iudaica, et Iudaeis iam per orbem diffusis: Conf. *Is. Casaubonum* ad Suetonii Tiberium, c. 32. et *Ioannem Wallis* tractat. de Sabbato T. 3. Opp. p. 342 sq. 381. 423. 425. qui negat constare quod Iudaei ante exitum ex Aegypto vel vlla gens alia ante tempora Christi annos suos per hebdomadas distribuerit. Septima quidem mensis cuiusque dies quibusdam gentibus sacra fuit, et septimi numeri religio passim in Ethnicorum libris obseruatur, vt praeter Marshamum p. 195 sq. docent *Clemens Alexandrinus* Opp. T. 1. p. 613. et T. 2. p. 713. ed. Oxoniens. *Caelius Rhodiginus* XIII, 21. *Seldenus* lib. 3. de Iure Nat. et Gent. c. 15. *Lud. Capellus*, Tract. de Sabbato p. 265. Opp. postum. *Io. Iac. Syrbius* diss. de Sabbato gentili, Ienae 1700 edita, deinde saepius recusa, et inserta quoque Tempe Heluetic. T. 2. p. 527 ss. *Claudius Sallierius* differt. de festo septimi diei, gallice, in memoriis Academiae Inscriptionum, Tom. 5. p. 58 ss. *Ioan. Christoph. Wolfius* ad Theophilum Antiochenum p. 134. *Henr. Ernstius* lib. de studiis diebus festis non conuenientibus p. 100 sq. *Theophilus Spizelius* de Israëlitis Americanis p. 101 seq. *Ezech. Spanhemius* p. 465. ad Callimachum, *Ioan. Georg. Graeuius* ad Lucian. Tom. 2. p. 895. et *Ioan. Meursius* pag. 98 sq. Graeciae feriatae. Non a Mosis temporibus, sed ab ipsa creatione repetendam Sabbati religionem accurate euincunt *Cherubinus a S. Iosepho* apparat. biblici T. 2. p. 220 sqq. *Ioan. Christian. Hebenstreit* in diss. de sabbato ante legem mosaicam existente. Lipsiae 1748, 4. et *Ioan. Aug. Ernesti* Vindiciar. arbitrii diuini in religione constituenda parte secunda p. 44 sqq.

De religiosa sabbati obseruatione apud Iudaeos, de qua perpauca Iosephus, adeundus *codex Talmudicus* de Sabbatho, latine versus a B. *Seb. Schmidio* T. 2. edit. Surenhusianae. Memini me etiam MS. euoluere Gemaram Codicis Talmudici de Sabbato, latine translatam a *Balthasare Scheidio*, Professore Argentoratensi. Consulendi praeterea interpretes ad Matth. XII. Marci II, 23 sq. III, 2 sq.

notas ad Coodwinum pag. 356. et Gussetii comm. ling. hebr. voc. אדר et אביב, vbi docet, hanc intercalationem absque traditione, ex sola lege fuisse suscipiendam.

2 sq. Luc. XIII, 15. XIV, 3. Io. V, 10. VII, 22. IX, 14. *Mosis Maimonidis* Tr. Schabbat, in Iad Chasaka, lib. 3, c. 1. *Christoph. Carthwrightus* Mellific. Ebr. lib. 5. c. 7. *Io. Drusius* de tribus sectis Iudaeorum p. 94 et 109 s. edit. in 8vo. *Wilhelmus Wotton* in collectione dictorum S. Scripturae, librorum Apocryphorum et Iosephi de Sabbato, quam cum variis obseruationibus praemisit tractatui talmudico de sabbato, edito Hebraice et Anglice. Londini 1718, 8. *Cotelerius* ad recognitiones Clementis IX, 28. et laudatus *Danzius* in diss. de curatione Christi Sabbatica. *Ioan. Outreinii* Viri Clariss. dissertatio 13. de clangore Euangelii, quae est de clangore Sabbati p. 327 seq. *I. C. Wagenseilius* ad tela ignea satanae, p. 558 sq. *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. 9. p. 532. *Bernh. Sebastian. Cremerus* antiquitat typicom. Mosaic. T. 2. p. 394 sqq. *Ioan. Christian. Kirchmeierus* disput. de sabbatis Iudaeorum eorumque in fatis ecclesiae N. T. antitypo; quae legitur in sylloge exercit. acad. p. 1 ss. *Ioan. Georg. Abicht* de lege sabbati. Witteb. 1731, 4. *Georgii Witzleben* Bericht von der Juden Sabbath am Sonnabend, und der Christen am Sonntage. Havniae 1665, 8. et *Adami Georgii Christophori Matthaei* Beschreibung des jüdischen Sabbats. Norimbergae 1751, 4. De operibus sabbatum depellentibus ex mente Hebraeorum exstat dissertatio *Viti Henrici Hasenmülleri*. Ienae 1708.

Via Sabbati a Talmudicis in tractatu Erubin. T. 2. edit. Surenhusianae p. 101. 106. etc. definitur mille passibus siue bis mille vlnis. Arator:

Moenia nota petunt, quo per sua sabbata, mille
Passibus ire licet — — —

Confer Suidam in σαββάτου ὁδὸν, ac praeter *Grotium* aliosque interpretes ad Actor. I, 12. *Ioan. Frischmuthi*, *Mich. Waltheri* et *Nic. Kursneri* Dissertationes de via Sabbati, quibus iungendus *Seldenus* lib. 3. de Iure N. et G. cap. 9. *Buxtorfius* in Synagog. Iud. c. 16. *Wagenseilius* in lib. de Norimberga pag. 126 sq. vbi etiam de oneribus Sabbato non exportandis. *Carpzouius* ad Schickardum de iure regio pag. 305. *Wideburgius* Math. Biblic. specim. 7. p. 73. *Christi. Schoettgenius* Hor. hebr. T. 1. p. 406. et *I. G. Carpzouius* ad Goodwinum p. 389. An libros sacros Sabbato eripere incendio liceat? vide quae Iudaei disputant apud *Ioan. Lightfootum* in Opp. postumis pag. 10. De Abenesrae Epistola, qua probat vesperam Sabbati non subsequentem sed antecedentem celebrandam esse, vide sis doctissimi Ioan. Christophori Wolfii Bibliothecam Hebraicam Vol. 1. p. 78. qui etiam de Sabbatione, fluuio illo fabuloso Iudaeorum videndus ib. p. 141. 283. et in Notitia Karaeorum p. 141. De quo fluuio Iudaeorumque de eodem figmentis consulendi sunt praeter eos, quos Wolfius in notitia Karaeorum loco citato adduxit, *Ioan. Frider. Breithauptus* ad Iosephum Gorionidem p. 546. et *Frid. Albrechtus Augusti* tractatu germa-

germanico: Geheimnisse der Jüden von dem Wunderfluß Sambathion, Erfurti 1748, 8.

Notatu dignum est, quod Iudaeis dum in serio ac vero DEI cultu negligentiores erant, saepius cladem accelerauerit, quod Sabbato vel alio die festo hostibus resistere religioni sibi duxerunt, vt ex libris *Maccabaeorum* et *Iosepho* apparet. Quanquam Iosua vrbem Iericho cepit die Sabbati, Ios. VI, 15. et Iudaei deinceps, eodem Iosepho teste, potius existimarunt nefas esse, die Sabbati (vel etiam per annum Sabbaticum siue ἀργὸν ἔτος, vide Iosephum lib. 1. de bello Iudaico c. 2. p. 711.) hostem inuadere et adoriri, quam irruentem pro corpore suo defendendo propellere atque occidere. Et diebus festis plerumque seditiones concitasse affirmat Iosephus lib. 1. cap. 4. de bello Iud. pag. 714. Ceterum Sabbato plus simplici vice captam esse constat Hierosolymam, et diserte fatetur non Iosephus modo p. 719. f. et 474. a. sed et Dio Cassius, lib. 36 p. 36. templum a Pompeio, qui primus Iudaeos Romanis subiecit, Olymp. CLXXIX, 2. Romae DCXCI. ante Christum LXIII. non fuisse expugnandum, si Iudaei illud ex aequo omnibus diebus defendissent. De captis festo die Syracusis vide *Ezech. Spanhemium* p. 201. ad Orat. 1. Iuliani. De Betsura ob famem ex otiantibus per annum Sabbaticum agris dedita 1 Maccab. VI, 49.

IV. De Sabbato δευτεροπρώτῳ, praeter *Erasmum Schmidium* et alios *Interpretes* ad Luc. VI, 1. Caesarium quaest. 35. Suidam in Σάββατον, Isidorum Pelus. III. epist. 110. Epiphanium T. 1. pag. 453. consulendus *Iosephus Scaliger* lib. 6. de emendat. temporum pag. 557. et in Canon. Isagog. lib. 3. p. 225. cum quo faciunt *Pagius* ad A. C. 30. n. 3. *Bernhardus Lamius* Concord. Euangel. c. 39. *Sam. Basnage* in Annal. *If. Casaubonus* p. 271 sq. ad Baronium, *Iosephus de Voisin* Tractat. de Sabbato deuteroproto, *Gerh. Outhouius* in Bibliotheca Bremensi, Classe 6. pag. 426 sqq. *Ioan. Frischmuthus et Henr. Müllerus* singularibus dissertationibus, recusis in Gottfriedi Menthenii Thesauro theologicophilolog. P. 2. p. 312 et 319. Scaligeri et qui eum sequuntur, sententiam impugnauit *Otto Verbrugge* dissertationibus duabus de hoc argumento Groning. 1718 editis. Conferes praeterea *Petauium* ad Epiphanium T. 1. p. 61 sq. *Sam. Petitum* c. 19. Var. Lect. *Seb. Schmidium* τὸν μακαρίτην in fasciculo diss. p 494 sq. cui post impugnatas alias vndecim sententias, Sabbatum δευτερόπρωτον est posterius inter duo Sabbata quae ab initio anni Ecclesiastici mense Nisan, Pascha proxime antecedebant. *Ioan. Harduinum* Operum select. pag. 628 et 402 qui pro Sabbato deuteroproto habet primum mensis Adar secundi in Sabbato embolimaeo, quae sententia probatur etiam Salomoni van Till in diss. de vero et iusto tempore sabbati δευτεροπρώτου, edita Anno 1708. *Io. Rhenferdus*

ferdus Franequerae lumen nuper eheu extinctum diss. 3, 3. de locis Hebraicis N. T. Anno 1706. vulgata primum Sabbatum mensis Tisri siue in anno ciuili putat fuisse πρωτόπρωτον, primum vero in anno sacro siue mensis Nisan δευτερόπρωτον, quod probatur etiam Clarissimo Viro Hadr. Relando et Stephano le Moyne in prolegomenis ad Varia sacra. *Henr. Dodwellus* vero dissert. 9. de vet. cyclis Graecorum et Romanorum per Sabbatum δευτερόπρωτον cum *Maldonato*, *Grotio* et *Ed. Bernhardo* p. 225. ad Iosephum intelligit festum Pentecostes, ⁴ ita vt festum Paschatos fuerit πρωτόπρωτον, et Tabernaculorum τριτόπρωτον. Sed forte huic et reliquis quas attuli sententiis praeferenda est *Andreae Masii* opinio, qui δευτερόπρωτον Sabbatum putat fuisse diem septimum festi Azymorum, vel octauum tabernaculorum, qui cum primo πρωτοπρώτῳ pari cultu celebrabatur, quum dies intermedii essent profesti.

V. De Neomeniis apud Iudaeos pariter et gentes celebratis disserit *Io. Spencerus* libro 3. de Leg. Ebr. diss. 4. cui adde *Marinum* in vita Procli c. 19. *Interpretes* ad Coloss. II, 16. Nazianzenum Orat. 2. in Iulianum pag. 129. et *S. Chrysostomi* Homiliam, qua Christianis hunc morem dissuadet. De Hebraeis speciatim quibus vespera Nouilunii dies expiationis paruus dicitur, *Maimonidis* tractatum, quem cum Witteri versione Ienae editum paulo ante § 2. memorauimus. *Abarbanelis* dissertationem de principio anni et consecratione nouilunii, ad calcem interpretationis libri Cosri, a Buxtorfio compositae, p. 431. *Ioan. Outreinii* dissertationem duodecimam de clangore Euangelii, p. 271 seq. *Ioan. Gottlob Carpzouium* ad Goodwinum, p. 424 seqq. *Ioan. Meyerum* de temporibus sacris et festis diebus Hebraeorum p. 238 sqq. *Cherubinum de S. Iosepho* T. 2. apparatus biblici p. 245 sqq. et p. 259 seqq. et Gundlingiana Parte 36. p. 47 sqq.

VI. De ritibus Iudaicis festi Paschatos, praeter eos, qui de festis et de sacrificiis, et de ritibus Iudaicis vniuersim scripsere, et praeter interpretes ad Exod. XII. et ad Talmudicum Tractat פסחים videndus ex Iudaeis R. *Moses Maimonides* in קרבן פסח, lib. 9 c. 1. Iadchasaka, quem tractatum aeque ac librum de sacrificiis latine vertit Ludov. Compiegne de Veil, Londini 1683, 4. qui recusus est in Crenii Opuscul. Philolog. Fasc. 7. p. 837. e Christianis B. *Seb. Schmidius*, Theol. Argentorat. libro de Paschate, *Ioan. Lightfootus* de ministerio Templi c. 11 seq. *Iosephus Scaliger* lib. 6. de emendat. templorum, *Fagius* ad Targum Deut. VIII. *Buxtorfius* Exerc. Philologico Theol. VI. Io. Owenus in Epistolam ad Hebraeos, T. 1. p. 262 seq. Io. Saubertus in diss. de festo Paschatos a Christo Seruatore celebrato, in palaestra dissertationum pag. 70 seq. *Iulius Bartoloccius* in Bibliotheca magna Rabbinica. P. 2. p. 389 sqq et p. 735 sqq.

Ioan.

⁴ Hoc refellit Sam. Basnage in Annalibus ad A. C. 32. § 23.

Ioan. Biermannus in Mose et Christo, pag. 391 sqq. *Petrus Iurieus* in historia dogmatum et cultuum, Part. 2. p. 325 sqq. *Ioan. Spencerus* de legibus Hebraeorum ritualibus, p. 294 sqq edit. Tubing. *Ioan. Gottlob Carpzouius* ad Goodwinum, p. 394 sqq. *Nicol. Serrarius* T. 1. in Iosuam p. 443 sqq. vbi copiose et erudite de azymis agit. Idem p. 518 sqq. de modo, quo Pascha hodie a Iudaeis celebratur, disputat, *Wilhelmus Goeroe* in historia Mosaica, Belgice, P. 1. c. 6. p. 203 sqq. *Bernh. Sebastian. Cremerus* in Antiquitatibus mosaicotypicis, T. 2. pag. 417 sqq. *Ioan. Behmius* in notis ad Paulli Burgensis diatribam de Paschate, Regiomonte 1610, 4. *Natalis Alexander* Histor. Eccles. T. 1. pag. 277 sqq. edit. Paris. 1714, fol. *Ioan. Iac. Eyselohr* de paschate Hebraeorum. Witteb. 1678, 4. *Ioan. Andr. Danzius* in Programmate de Paschate Iudaeorum abrogato, et in eius locum surrogato festo Resurrectionis Dominicae, Ianae 1713, 4. quod recudendum curauit Io. Georg. Meuschenius in N. T. ex Talmude illustrato, p. 897 sqq. *Ioan. Hauighorstus* de Paschate ipsiusque praecipuis ritibus a Iudaeis obseruatis. Bremae 1714, 4. Discrimen Paschatis Aegyptiaci et generationum ostendit *Chr. Frid. Tresenreuter* singul. disputat. Altorfii 1739, 4. Idem alia dissertatione ibid. 1743 habita euincere studiit, pascha in deserto nunquam fuisse intermissum. Recentium potissimum Iudaeorum caerimonias persequuntur, *liber rituum paschalium* Hebr. Lat. et Germanice editus Regiomonte in 4to, a *Ioan. Stephan. Rittangelio*, et Latine atque Hebraice subiectus eiusdem Rittangelii Libro de Veritate Religionis Christianae, a V. Cl. Ioan. van der Wayen, Leonis Mutinensis narratio Historica de Paschate, Italice litteris Hebraicis, Venet. 1609, fol. et liber eiusdem argumenti Lipsiae Germanica lingua editus 8. ab ex Iudaeo *Frid. Alberto Christiani*, cuius etiam exstat alius libellus: Beschreibung der jüdischen Fastnachten. Lipsiae 1677, 8. De immundorum Paschate, mense secundo, Seldenus II, 1. de synedriis. De agno paschali egerunt *Ioan. Georg. Dorscheus* ad calcem Mysteriae missae. Argent. 1644, 4. *Ioannes Frischmuthus* in dissert. de Iudaico eoque inter duas vesperas mactando agno paschali. Ienae 1660, 4. *Aug. Varenius* de agno paschali Hebraeorum. Rostoch. 1652. *Georg. Moebius* de agno paschali. Lipsiae 1655. et in Dissertationibus iunctim, Lipsiae 1694, 4. editis pag. 866. *Zach. Frosterus* de eod. argum. Aboae 1698, 8. *Dauid Lundius* de eod. argum. Vpsal. 1705. *Henr. Wilh. Snabelius* de agno paschali, illustri Seruatoris I. C. pro nobis mactati typo. Bremae 1702, 4. *Georg. Lud. Goldnerus* de agno paschali inter duas vesperas mactando, in Misc. Lipsiens. T. 2. p. 658 ss. De accubitu Iudaeorum ad agnum paschalem confer *Theod. Dassouii* dissertationem. Witteb. 1698. De plenilunio paschali eiusque mysterio disserit *Henr. Scharbau* obseruatt. sacr. Part. 2. pag. 317 sqq. De cantione sollemni, in prima paschatos nocte, apud Hebraeos

recepta exstat dissertatio *Car. Heinr. Zeibichii.* Witteb. 1740. De tempore, quo Christus pascha celebrauerit, non eadem est eruditorum sententia. Potiores recenset Vir Celeberrimus *Ioan. Christoph. Wolfius* ὁ μακαρίτης Cur. phil. in N. T. Vol. 1. p. 366. In quatuor classes distributae enarrantur a *Gottlobo Friderico Gudio* in demonstratione hermenevtica, quod Christus in coena sua σαυρωσίμῳ agnum paschalem non comederit, edita primum Lipsiae 1733, 4. deinde ibid. 1740. recusa, et ab obiectionibus V. C. Conradi Ikenii vindicata. Scilicet defendit idem *Ikenius* Bremae 1735. dissertationem priorem de tempore celebratae a Seruatore vltimae coenae paschalis, qua is euincere studet, illam integro die ante plerorumque Iudaeorum paschales epulas actam esse: Hanc 1739. excepit dissertationis de hoc argumento posterioris pars prima et secunda, qua difficultates contra sententiam priori dissertatione adstructam moueri solitae diluuntur. Quibus in dissertationibus quum Gudii quoque sententiam sub examen vocasset Ikenius, huic respondit Gudius in iterata demonstrationis suae hermeneuticae editione. Quae autem ille monuit, iis opposuit tertiam disputationem de hoc argumento Ikenius habitam Brem. 1742. Eam sententiam, qua statuitur, Christum vno eodemque tempore cum omnibus Iudaeis agnum paschalem comedisse defendit calculoque suo approbauit Celeberrimus *Sigism. Iac. Baumgarten* in dissertatione de vltima coena Christi paschali. Halae 1743. et *Io. Frieder. Frischius* in libro germanice Lipsiae 1758, 8vo, euulgato: Biblische Abhandlung vom Osterlamme überhaupt, und dem letzten Osterlammstage Christi, als dessen Todestage insbesondere. Adde *I. C. Harenbergii* dissertationem de eodem argumento, quae legitur in Thesauro nouo disputationum theologicophilologicarum, T. 2. p. 538 sqq.

De Romanorum more circa festum Paschatis Iudaeis captiuum reddendi et libertati restituendi res nota ex Euangelica historia. Confer interpretes ad Io. XVIII, 39. et Matth. XXVII, 15. *Iac. Lydium* florum sparsione ad historiam passionis I. C. p. 142 sqq. *Ioan. Lomeierum* in Diebus Genialibus Dec. II. dissert. VII. qua agitur de consuetudine rei apud Iudaeos in festo dimittendi. *Corn. Adami* Obseruatt. philolog. pag. 185 sqq. *Ioan. Schmidii* dissertationem Lipsiae Anno 1685. editam de eodem ritu quem a Graecis accepisse Romani videntur, siquidem in Panathenaeis etiam captiuos ab eis dimitti solitos ex Vlpiano ad Demosthenis de Corona orationem obseruat Meursius in Panathenaeis c. 26. Confer Samuelem Petitum ad Leges Atticas p. 38 seq. et 50. atque Meursium in Graecia feriata p. 164. vbi idem in Thesmophoriis obtinuisse notat. Teste Liuio V, 13. *Lectisternii tempore vinctis demta in eos dies vincula: religioni deinde fuisse, quibus eam opem dii tulissent, vinciri.* Hoc postea imitati sunt Imperatores Christiani: πολλάκις, inquit Epiphanius Tom. 2.

p. 281

p. 281. *Φιλανθρωπία βασιλικὴ ἐν ταῖς ἑορταῖς πολλοῖς καταδίκοις ἄφεσιν καὶ ἀπολύτρωσιν χαρίζεται.* Confer quae obseruat Iacobus Godofredus in commentario ad Codicem Theodosianum Tom. 3. pag. 272. Petauius ad Epiphanium p. 365. D. Gotfr. Nicolaus Ittigius in diss. de veterum indulgentia Paschali cum hodierno iure aggratiandi collato. Ritum hunc Iudaeis familiarem fuisse, neque a lectisterniis Romanorum nec a Graecis repetendum euicit *Ioan. Conr. Hottingerus* in diss. de ritu dimittendi reum in festo paschatis Iudaeorum, Tiguri 1719, et in Thesauro nouo disputationum Theologicophilologicar. T. 2, pag. 352 sqq. atque Tempe Heluet. T. 4. p. 264 sqq. Eandem sententiam defendit S. V. Carpzouius in notis ad Goodwinum pag. 409. De indulgentiae Iudaeorum paschalis tempore modoque exstat dissertatio *Io. Georg. Liebknechti*, Gissae 1731. Idem Godofredus pluribus etiam agit de iustitio siue feriis iudiciariis apud Christianos circa dies festos, tempore Quadragesimae, Aduentus etc. obseruari solitis. De more reos non damnandi nec litigandi tempore Quadragesimae, videbis etiam vbi lubebit Aegidii Menagii antiquitates Iuris Ciuilis cap. 26.

VII. Iudaeorum יום חמשים *Pentecoste* siue quinquagesima a Paschatis secunda dies Actor. II, 1. et XX, 16. Ἀσαρθάν, Ioseph. Antiquit. lib. 3. c. 10. I. 6. vbi confer Bernhardum de reliquis festi huius nominibus differentem, pag. 178. edit. Hauercampianae. Dicitur etiam *festum messis*[5] Exod. XXIII, 16. triticeae nimirum, a quo primitiae tritici offerebantur Leuit XXIII, 15. (vide *Fulleri* Miscellan. Sacra 3. c. 11.) vt primitiae hordei a secunda die Paschatos, *Ioseph. III*, 10. Antiquit. Iud. Idem est festum *Schebuoth* siue Septimanarum Exod. XXXIV, 22. Numer. XXVIII, 26. Deut. XVI, 10. quoniam nimirum post septem hebdomadum a Paschate complementum Pentecoste sequitur. Confer Ed. Bernhardi notas ad Iosephum p. 224. Totum illud interuallum etiam Iudaeis dictum *numerus manipuli*, notante *Iosepho Scaligero* lib. 6. de emendat. temporum. Ceterum Pentecostes festum in memoriam datae in monte Sinai Legis institutum haud esse, probat D. *Georgius Moebius ὁ μακαρίτης* diss. Theol. p. 921 sq. et *Franciscus Gomarius* de vsu ac fine festi Pentecostes, Opp. p. 226 sqq. neque vltra vnum diem eius sollemnitatem durasse demonstratur a B. D. *Wolfgango Franzio* de interpretatione S. Scripturae, Oraculo CXXI. p. 753. vbi vtriusque Iudaicae et Christianae Pentecostes rationes inter se confert. Idem facit *Ioan. Andr. Danzius* Progr. de Promulgatione Euangelii haud obscuriore legali; et in Programmatibus quinque de festo Iudaico Septimanarum

[5] Talia Graecorum θεσμοφόρια, θαλύσια et ὡραῖα. Vide Meursium Graeciae feriatae pag. 142. 283. Ezech. Spanhemium p. 678. ad Callimachum, et Fabrottum pag. 25. ad Cod. Theodos. XVI, 10. de paganis.

rum abrogato et surrogato in eius locum festo pentecostali Christianorum, quae recusa leguntur in Io. Georg. Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato, pag. 737—786. Adde *I. C. Reichardti* diss. de pentecoste Iudaeorum Christianorum et Gentilium, Ienae 1699. S. R. *I. D. Winckleri* orationem de iis, quae circa festum Pentecostes memorabilia sunt, Lipsiae 173?, 4. recusam in Disquisitionibus eius philologicis, pag. 211 sqq. et *Bened. Gottl. Clauswitzii* Progr. de analogia Pentecostes V. et N. T. Halae 1741. De Iudaica porro consules interpretes ad laudata S. Scripturae loca et Codicem Talmudicum *Iom Tobh*, T. 2. edit. Surenhusianae, *Io. Henr. Ottonis* Lexicon pag. 20? sq. *Bernh. Sebastianum Cremerum* in Antiquitatibus Mosaicotypicis T. 2, p. 480 sqq. *Ioan. Meyerum* de Temporibus et diebus festis Hebraeorum c. 13. p. 287 sqq. *Melchior. Leydeckerum* de Republ. Hebraeorum lib 9. c. 5. p. 553 sqq. *Cherubinum a S. Iosepho* T. 2. Apparatus Biblici, pag. 352 sqq. De tempore messis Hebraeorum vide *Hermanni Conringii* Commentar. recusum T. 5. fasciculorum Thomae Crenii pag. 301 sqq. et *Dan. Gerdesii* dissertationem de eodem argumento, cui modesta ad Ioannis Meyeri animaduersiones responsio addita est, Vltraiecti 1720, 4. De manipulo hordeaceo, cuius oblatione messem suam auspicabantur Iudaei, vide dissertationes Sam. Strimesii, Franc. ad Viadr. 1706. Petri Zornii, Sedini 1730. et H. I. van Bashuysen, Seruestae 1734. De duobus panibus pentecostalibus binis dissertationibus egit *Conradus Ikenius*, Bremae 1729 et 1730.

De festo *tabernaculorum* siue *scenopegiae*, cui celebrando scriptus est Psalmus XCV, vt notatum Grotio ad Hebr. III, 7. et quod κατ' ἐξοχὴν Iudaeis חג dicitur ob laetitiam et tripudia, adeundi praeter eundem Ottonem p. 196 sq. interpretes ad Leuit. XXIII, 39 sq. et Tractatus Talmudicus *Succah*, T. 2. operis Mishnici edit Surenhusianae pag. 259 sq. quod totum fere volumen est de festis. Idem tractatus talmudis Babylonici *Succah* cum versione et annotationibus *Friderici Bernhardi Dachs*, et commentario postumo *Ioan. Iac. Crameri* separatim excusus est Traiecti ad Rhen. 1726, 4. adiuncta eiusdem Dachsii dissertatione ad Zachar. XIV, 16. vbi celebrantium festum tabernaculorum meminit Propheta. Hisce adde ex Iudaeis *R. Chaiim* libro qui inscribitur ישע אלהים et *R. Ioseph ben Abraham* in משעות אל. E Christianis, *Cherubinum a S. Iosepho* T. 2. Apparatus Biblici p. 290 sqq. *Bernh. Seb. Cremerum* in Antiquitatibus Mosaicotypicis T. 2. p. 523 sqq. *Melchior. Leydeckerum* de Republ. Hebraeorum lib 9. c. 7 *Ioan. Meyerum* de Temporibus et diebus festis Hebraeorum, P. 2. c. 16. pag. 317 sqq. *I. G. Carpzouium* ad Goodwinum p. 414 sqq. *Campegium Vitringam*, Iuniorem, in Dissertationibus tribus de festo tabernaculorum, recusis in Eius Dissertationibus sacris, pag. 158 sqq. *Ioan. Wilhelm.*

helm. de Neue in Expoſitione myſtica in feſtum tabernaculorum. Berolini 1714. 4. *Paullum Frider. Opitium* in diſſertat. de amico Iſraelitarum in feſto Tabernaculorum conſortio. Kilon. 1717. De caerimonia palmarum binae exſtant diſſertationes *Gabrielis Groddeckii*, Profeſſoris olim Gedanenſis doctiſſimi, acerba morte exſtincti epidemica lue Anno 1710 die 12 Septembris, editae in Academia Lipſienſi Anno 1694. Idem argumentum perſequutus eſt *Olaus Celſius* in diſſ. de palmis Tabernaculorum, Vpſal. 1722. Ritum palmarum ſiue *Lulabh* a Gentilibus repetitam eſſe cenſet *Ioan. Gothofr. Lakemacherus* in diatriba de ritibus quibusdam Bacchicis a Graecis ad Iudaeos recentiores deriuatis, et ab his Tabernaculorum feſto vſurpatis ad loc. Plutarchi lib. 4. ſympoſ. T 2. pag. 671, recuſa in Obſeruationibus eius philologicis P. 1. pag. 17 ſqq. Lakemacheri argumenta ſub examen vocauit I. C. Harenbergius Biblioth. Lubec. Vol. 3. pag. 434 ſqq. oſtendens, ritum hunc haud quaquam a gentibus eſſe repetendum, ſed eius potius originem ad victoriam contra Antiochum Epiphanem ſpectare. Idem Lakemacherus Obſeruat. philol. P. 3. Obſ. 1. agit de ſalicum ramis tabernaculorum feſto iuxta altare holocauſtorum ſtatutis. Ritum effuſionis aquarum expoſuerunt *Ioan. Henr. Hirzelius* erudita diſſertatione, ſub praeſidio Ioan. Marckii Lugd. Bat. 1704. habita. *Ioan. Henr. Maiius* fil. in diſſert. de hauſtu aquarum e fontibus ſalutis ad Ieſ. XII, 3. Giſſae 1710, 4. *Hieron. Wig. Biel* in diſſertat. de ſacrificio aquae in Scenarum feſto vino miſceri ſolito. Witteb. 1716. Ritum hunc a Iudaeis Rabbanitis demum ſub templo ſecundo introductum eſſe oſtendit ſingulari diſſertatione Symbol. Litter. Bremae euulgat. T. 1. pag. 160 ſqq. inſerta *Conr. Ikenius*. De feſto laetitiae legis diſſerit *Ioan. Chriſt. Genſelius* in Obſeruationibus ſacris, Obſerv. VII. vbi oſtendit, non eſſe illud antiquius Esdra, eiusque exponit ritus. Numus Regis Agrippae in quo feſta iudaica tabernaculorum et meſſis, tabernaculo et ſpicarum manipulo deſignata, videre licet, exhibetur et illuſtratur ab Ezech. Spanhemio diſſ. 5. de praeſtantia et vſu numiſmatum p. 443. edit. Amſtelodamenſis.

De feſto *Tubarum* ſiue *Noui anni*, adibit, cui volupe erit, Interpretes ad Leuitici XXIII, 24. Numeror. X, 5. et Pſalm. LXXXI, 3. et ad Tractatum Talmudicum *Roſch haſchanah*, quem verſione et notis illuſtrauit V. C. *Henricus Houtingius* Amſtelod. 1695, 4. et Tom. 2. edit. Surenhuſianae pag. 300. *Ioan. Outrein* diſſertatione 11. de clangore Euangelii p. 205 ſq. *Ioan. Stephani Rittangelii* hochfeierliche Solennitäten, Gebete und Collecten anſtatt der Opfer, nebſt andern Ceremonien, ſo von der jüdiſchen Kirchen am erſten Neu-Jahrstage Vormittag in ihren Synagogen hochfeierlich gebetet und abgehandelt werden müſſen. Regiomonte 1652, 4. *Bernh. Sebaſt. Cremeri* Antiquitates typicomoſaicas T. 2. p. 498 ſqq. *Melchior. Leydeckerum* de Republ. Hebraeorum lib. 9. c. 2. *Ioan.*

Meyerum de Temporibus et diebus festis P. 2. c. 14. p. 300. *Io. Gottl. Carpzouium* ad Goodwinum p. 423. *Dan. Gerdesii* disputationem de festo clangoris eiusque mysterio, Duisb. 1730. et in Exercitatt. Eius Academ. Amstel. 1738, 4to editis, pag. 235 seqq. *Ioan. Georg. Michaelis* disput. de clangore noui anni. Halae 1738, 4. *Ioan. Henr. Maii* disput. de auspiciis anni ciuilis Hebraeorum eiusque sollemnitatibus. Gissae 1707. *Ioan. Palmroth* de ritibus Hebraeorum celebrandi nouum annum. Vpsal. 1703, 8. *Petrum Zornium* de noui anni auspiciis, quae Iudaei gentium ritu in honorem Gad et Meni, h. e. Solis et Lunae celebrarunt, Opusc. Sacr. Tom. 2, pag. 609 sqq. *Adami Rudolphi Georgii Christoph. Matthaei* Beschreibung des jüdischen Neu-Jahrfestes nach ihrer Lehre und gewöhnlichen Gebräuchen. Norimbergae 1755, 4. De sollemni Iudaeorum nouum annum gratulandi formula, *in annum bonum scribaris*, commentatus est *Rudolph. Frider. de Wichmannshausen.* Torgauiae 1742, 4. De iudicio quod a Deo exerceri primo noui anni die fingunt Iudaei vide *G. E. Edzardi* annotationes ad Tr. Talmud. Auoda Sara c. 1. p. 204. et *Ioan. Andr. Eisenmengeri* Iudaismum detectum p. 950 sqq.

De *festo* magno *expiationis* consulere iuuabit Interpretes ad Leuit XVI. et Numer. XIX. 7. seq. et ad tractatum Talmudicum *Ioma*, quem versione et notis a se illustratum edidit *Robertus Scheringamus* Lond. 1648, 4. recusum in Tomo secundo Misnae Surenhusianae, et separatim Franequerae 1696 et 1700, 8vo, cui editor V. C. *Iacobus Rhenferdus* adnexuit praeclaram dissertationem, qua expiationem Pontificis maximi Iudaici confert cum antitypo siue expiatione totius generis humani facta per Christum Seruatorem nostrum. Quibus adde *Mosis Maimonidae* Tractatus duos, alterum de ratione faciendi rem diuinam die sollemni expiationum, alterum de sollemnitate expiationum, quorum vterque latine redditus legitur in Thom. Crenii Fascic. septimo Opusculor. ad philologiam et historiam sacram spectantium pag. 651 seqq. et pag. 819 seqq. *Iosuae ben Israel Benbeniste* commentarium in Seder Avodath Iom Kippur. Constantinopoli 12 sine addito anno. R. *Chiiae* additamenta ad Codicem de die expiationum, quae ex hebraico latine reddita, notisque perpetuis illustrata edidit Blasius Vgolinus. Venetiis 1744, 8vo. *Bernh. Sebast. Cremerum* in Tetrade Excercitationum typicopropheticarum pag. 79 sqq. et in Antiquitatibus Mosaicotypicis, pag. 507 sqq. *Melchiorem Leydeckerum* de Republ. Hebraeorum lib. 9. c. 6. et lib. 11. c. 4. *Cherubinum de S. Iosepho* T. 2. Appar. Biblici p. 275 sqq. 288 sqq. *Ioan. Meyerum* de Temporibus sacris et festis diebus Hebraeorum P. 2. c. 15. p. 309 sqq. *Io. Gottl. Carpzouium* ad Goodwinum p. 433 sqq. *Andr. Adamum Hochstetterum* in libro de festo expiationis, Tubingae 1707, 4to. *Bernh. Waltheri Marpergeri* comment. de decimo quinto mensis Abh Hebraeorum

braeorum diei expiationis comparato, Dresdae 1730, 8. *Eiusdem* das große Sühn- und Sünd-Opfer des großen Versöhntages, als ein deutliches Vorbild des Leidens, Sterbens und Auferstehens Christi, aus der heiligen Schrift und den jüdischen Alterthümern. Norimb. 1733, 8. *Nicol. Möllerum* de ritibus festi expiationis, Ienae 1689. *I.H Ottonis* Lexicon p. 182 seq. De summo Hebraeorum sacerdote ante diem expiationis adiurato, ne ex mente Sadducaeorum adoleret suffitum eleganter disserit *Leonh. Hoffmannus* Programmate inaugurali, Ienae 1734. 4to, et *Car. Henr. Zeibichius* in Misc. Lips. Nov. Vol. 4. pag. 442 seqq. De ingressu Pontificis M. in sanctum sanctorum vide dissertationes *Theod. Dassouii*, Witteb. 1692. *Dan. Lundii.* Vpsal. 1704. *Ioan. Iac. Seifferheldi*, Witteb. 1713. *Ioan. Iusti Sonnenschmidii*, ibid. 1712. *Ioan. Christ. Kirchmeieri*, Marp. 1725. *Hermanni Venemae*, Franequerae 1730. *Georg. Guil. Ouerkampfii*, Gryphisw. 1741. Adde *Ioan. Andr. Danzii* differt. de functione P. M. in adyto anniuersaria, quae recusa est in Ioan. Georg. Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato, p. 912 sqq. et *Salom. Deylingii* obs. sacr. Parte 2. pag. 177 sqq. De vestibus, quibus indutus fuit P. M. sanctum sanctorum ingrediens, egerunt praeter Deylingium loco iam citato *Ioan. Oldermannus* de vestibus byssinis P. M. in expiationis festo, Helmstad. 1717. *Ioan. Marckius* in Dissertationibus philologicotheologicis, Lugd. Bat. 1717, 4. p. 146 sqq. *Albertus Vogetius* in Diss. de vestimentis Pontificis M. sanctum sanctorum ingredientis, Gron. 1729. in qua in eo est, vt euincat, Pontificem M. sanctum sanctorum ingredientem praeter lintea vestimenta ceteris etiam indutum fuisse vestibus. De duobus hircis, emissario altero altero mactando, confer *Bernh. von Sanden* dissertationem, Regiom. 1699. De hirco *ἀπομπαίῳ* siue *emissario*, [6] populi peccata in desertum baiulante, videndi *Theophil. Amelius* in der Erörterung der dunkelsten Schriftstellen alten Testaments, T. 2. p. 686 sqq. vbi variae virorum doctorum de origine atque significatu vocis Azazel sententiae recensentur. *Ioan. Spencerus* [7] de legib. Hebraeor. ritualibus pag. 1040 sqq. *Salomo Deylingius* obs. Sacr. P. 1. p. 75 sqq. *Ioan. Phil. Heynius* in noua collectione varior. scriptorum, Fasc. 2. pag. 40 sqq. *Henr. Hulsius* in singul. dissertat. adiuncta eius commentario de prisci Israelis praerogatiuis. *Ioan. van der Wayen* in variis sacris pag. 139 sqq. *Henr. Curtius*

6 *Ἔριον κόκκινον* fasciam coccineam siue lanei staminis textum rubro tinctum, capiti illius hirci impositum fuisse tradunt Iudaei, et vestigium traditionis illius extat in Barnabae Epistola et apud Tertullianum contra Iudaeos c. 14. Confer Steph. le Moyne ad Varia sacra pag. 674 seq et Epist de Melanophoris pag. 280. ad calcem Harpocratis Cuperiani, Gaulminum ad lib. de Vita Mosis p. 379 seq. Bochartum 1. Hieroz. p. 656. et Gatakeri Aduersaria p. 4[illegible]1 seq. edit. Lond.

7 Qui Spenceri sententiam sub examen vocarunt, eos plenis calathis attulit S. V. M. C. Pfaffius in Prolegom. ad Spencer. p. 12.

tius in Exercitat. de hirci emiſſarii myſterio, quae exſtat in Muſeo Bremenſi T. 2. p 688 ſqq. *Bern. Petrus Kartius* in noua de hirco ἀποπομπαίῳ coniectura, quae legitur in Bibliotheca Bremenſi Claſſ. 6. pag. 225 ſqq. *Ioan. Marckius* in Sylloge diſſertat. philolog. theol. p. 172 ſqq. *Steph. le Moine* in Notis ad Varia Sacra, p 638 ſqq. Hiſce adde ſingulares de hoc argumento diſſertationes *Sebaſtiani Schmidii*, Argent. 1676. et in Faſc. diſputat. N. 4. *Ioan. Friſchmuthi* II. Ienae 1664. et 68. recuſas in Theſauro Diſſertat. Theol. Phil. T. 2. pag. 914 ſqq. *Guſtaui Peringeri*, Vpſal. 1683. *Ioan. Ioach. Schröderi*, Marb. 1725. *Philippi Nicolai Wolfii*, Giſſae 1754. De hirci emiſſarii ductore exſtat diſputatio Ioan. Iuſti Sonnenſchmidii, Ienae 1719. Myſterium diei expiationum pecul. diſſertatione expoſuit *Ioan. Guilelm. Krafft*, Marb. 1749. Sollemnem expiationum diem ſub templo ſecundo celebratum fuiſſe contra Petrum Molinaeum euicit Ioannes Georg. Michaelis, Halae 1751.

De feſto *Purim* ſiue *ſortium*, cuius mentio fit in libro Eſther c. IX. et Ioſepho lib. 11. c. 6. Antiquitatum, quod Μαρδοχαϊκὴ ἡμέρα dicitur 2 Macc. XV, 37. et idem eſt cum feſto *Aman*, cuius meminit Euagrius (laudatus Gennadio ſcriptor) in altercatione Simonis Iudaei cum Theophilo Chriſtiano p 11. T. 5. Theſauri Anecdotorum Edmundi Martene: *Scimus Aman maledictum a patribus noſtris pro merito ſuo eſſe ſuſpenſum, qui genus noſtrum petierat in perditionem, in cuius morte peracta reuoluto anno gratulamur, ſollemnia votorum feſta celebramus, quod a patribus traditum accepimus.* De hoc igitur feſto videndus tractatus Talmudicus *Megillah*, quem illuſtrare pridem promiſit praeclarus *Wagenſeilius*, ſed reliquit hoc praeſtantiſſimo Surenhuſio, in cuius opere Mishnico Tom. 2. p. 387 ſq. cum verſione et notis legitur. Addi etiam poterunt *Iul. Bartoloccius* T. 1. Bibl. Rabb. p. 400 ſq. *Cherubinus de S. Ioſepho* T. 2. Appar. Biblic. p. 309 ſqq. *Guil. Schickardi* Oratio de feſto Purim, ſiue Bacchanalibus Iudaeorum poſt edit. 1634. 12. inſerta Criticis Anglis Tomo 8. *Ottonis* Lexicon p. 207 ſq. *Guil. Saldenus* in diſſertatione de libri Eſther diuinitate lib. 3. Otiorum diuinorum Exercitatione V. *Io. Wulferus* ad Codicem Talmudicum Shekalim pag. 11 ſq. *Balthaſar. Ludov. Eskuche* duabus diſſertationibus, altera ſub praeſidio I. C. Kirchmeieri Marburgi, altera Rintelii 1724 habita. *Frid. Alb. Chriſtiani* Exiudaei פורים סעודה, oder kurz Beſchreibung von den jüdiſchen Faſtnachten. Lipſiae 1677, 8. De Carmine Iudaico in feſtum Purim diſſerit Io. Henr. Maius in Catalogo MStor. Vffenbachianorum p. 135 ſqq. Idem p. 178 ſqq. hebraice et latine exhibet tractatum, quem pſeudotalmudicum vocat de diebus feſtis Purim. R. Iuda Leui iubilus Iudaicus, *Mi Camocha* dictus, in feſtum Purim Hebraice, Latine, Germanice et Hiſpanice vulgatus eſt a M. G. Amſtelod. 1700, 4to. Gothofredus Kohlreifius Chronol.

ſacr.

ſacr. p. 364. feſtum hoc confert cum Perſarum Μαγοφονία, de qua Herodotus III, 79. Cteſias apud Photium et Agathias lib. 2.

De ritibus communibus circa tria feſta praecipua Paſchatos, Pentecoſtes et Tabernaculorum agit Tractatus Talmudicus חגיגה quem ante Surenhuſium Tom. 2. p. 413. cum verſione et notis Lipſiae edidit *Chriſtianus Ludouici* Anno 1696, 4. Philo libro de ſeptenario decem feſta memorat explicatque. Πρώτη, inquit, *ἑορτὴ ἡμέρα πᾶσα. Δευτέρα σάββατον. Τρίτη δ' ἡ μετά τινα σελήνην νέαν νεομηνία. Τετάρτη δὲ τῶν διαβατηρίων, ἣ καλεῖται πάσχα. Πέμπτη δ' ἡ τῶν ἀσταχύων ἀπαρχὴ, τὸ ἱερὸν δράγμα. Ἕκτη δ' ἄζυμα, μεθ' ἣν τῆς τῶν ἑβδομάδων ὄντως ἑβδόμη. Ὀγδόη δ' ἱερομηνία. Ἐννάτη δὲ νηστεία. Δεκάτη δ' ἡ τῶν σκηνῶν.*

De Maccabaico Encaeniorum [8] ſiue repurgati templi feſto, quo per octo dies lucernae accenduntur, incidente in 25 menſis Caſlev circa Decembris initia, videndi interpretes ad 1 Maccab. IV, 59 et Io. X; 22. *Ioſephus* XII, 11. Tractatus Talmudicus חנוכה, Moſes Maimonides in הלכות מגילה וחנוכה. *Seldenus* III, 13 ſeq. de Synedriis, *Herm. Witſius* in Dodecade Exercitationum p. 568 ſq. *Ottonis* Lex. p. 20: ſq. *Bartoloccius* T. 1. Bibl. Rabbin p. 400 ſq. vbi illuſtrat ſcriptum quod Iudaei in feſto illo inſtaurationum legunt, cui titulus *Megillat Antiochus* ſiue volumen de Antiocho, quod latine recudendum dedi in Codice Pſeudepigrapho Veteris Teſtamenti. *Cherubinus a S. Ioſepho* T. 2. apparatus biblici pag. 3?5 ſqq. *Ioan. Benedict. Carpzouius* in Progr. quod inſertum eſt Boerneri pietati acad. Lipſienſis. pag. 302 ſqq. *Daniel Lundius* de Encaeniis, Vpſal. 1706, 8. *Ioan. Oldermannus* de feſto Encaeniorum Iudaico, origine feſti natiuitatis Chriſti, Helmſtad. 1715, 4. *Diet. Siegfridus Claeſſen* de Encaeniis Iudaeorum, Chriſti praeſentia condecoratis, Francof. 1722. *Ioannes Frider. Scherer* de Encaeniis. Argentor. 1754. Encaenia quidem in memoriam reaedificati poſt captiuitatem Babylonicam templi a Iudaeis celebrata eſſe affirmat et de illis locum Ioannis explicat, ſed minus recte ni fallor, Ioannes Chryſoſtomus homil. LX. in Iohannem: *μεγάλη τις ἦν αὕτη ἡ ἑορτὴ καὶ δημοτε-* De

[8] Nicolaus Abramus ad Nonnum p. 46. *Quatuor videntur fuiſſe encaenia ſiue dedicationis feſta, quorum vnum ad vrbis poſt Babylomorum bella inſtauratae, cetera tria ad belli et altaris dedicationem pertinebant. Primum fuit, quando a Salomone templum a fundamentis erectum eſt, tertio menſe, qui Septembri noſtro reſpondet. 3 Reg. VIII, 8. Alterum quando deſtructum a Babyloniis, poſt captiuitatem denuo a Zorobabele fuit excitatum die tertio menſis Adar, Esdrae VI, 15. et III, 7. Ioſephus XI, 4. Tertium quando altare profanatum a gentibus, nouumque a Maccabaeis erectum fuit, 25 menſis Caſlev. 1 Maccab. IV, 59.*

λῆς. Τὴν γὰρ ἡμέραν καθ' ἣν ὁ ναὸς ὠκοδομήθη, ἐπανελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς μακρᾶς αἰχμαλωσίας τῆς ἐν τῇ περσίδι, ταύτην ἦγον μετὰ πολλῆς σπουδῆς.

De feſto decimo tertio Adar in memoriam victoriae de Nicanore reportatae celebrato vide *Megillath Taanith* cum notis Ioannis Meyeri, pag. 85 ſqq. *Ioſephum* XII, 10. 3. *Ioſephum Gorionidem* libro 3. c. 21. et *Seldenum* de Synedriis loco citato. De feſto die 15to menſis Abh celebrato confer *Cherubinum a S. Ioſepho* T. 2. apparatus biblici pag. 394 ſqq. De aliorum minorum Feſtorum, quemadmodum et de Neomeniarum ritibus tangunt pleraque Tractatus itidem Talmudici ראש השנה & מועד קטן: Fit etiam mentio feſti cuiusdam in extremo libri *Iudith* editionis latinae, quod in memoriam liberationis per viduam mulierem illam factae apud Iudaeos obtinuerit: Sed quum neque apud Iudaeos veteres illud feſtum memoretur (Pſeudo-Philonem Annii eiusque interpretem R. Azariam non moror) vel hoc ipſo nomine etiam liber Iudith ſuſpectus eſſe viſus eſt hominibus eruditis. Vide et quae Seldenus III, 13. de Synedriis p. 133 ſq. *Franciſci Riberae* opus de Diebus feſtis Hebraeorum Manuſcriptum extare in Bibliotheca Vaticana, teſtatur Carolus Ioſephus Imbonatus, in Bibliotheca Latino-Ebraica p. 47. De feſtorum translatione Iudaica diſſerunt *Cherubinus a S. Ioſepho* T. 2. apparatus biblici p. 398 ſqq. et *Ioannes Georgius Brand* peculiari diſputatione, Marburgi 1685, 4.

VIII. De Iudaeorum anno ſabbatico ſiue ſeptimo videndi interpretes ad Leuit. XXV, 2. ſqq. *Maimonides* de iure anni ſeptimi quem illuſtratum dedit V. C. *Ioan. Henricus Maius* fil. addita diſſertatione, de iure anni ſeptimi, Francof. 1708, 4. Tractatus Talmudicus *Schebiith*, P. 1. Miſchnae Surenhuſianae pag. 155 ſqq. *Adrianus Houtingius* in notis ad Tr. Talmud Roſch Haſſchanah P. 1. Miſchnae Surenhuſianae pag. 308 ſqq. *Ioannes Biermannus* in Moſe et Chriſto, pag. 702 ſqq. *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. 5. c. 11. *Bernhard. Seb. Cremerus* in antiquitatibus Moſaicotypicis T. 2. p. 543 et 556. *Ioannes Outrein* diſſertatione 15. de clangore Euangelii, quae eſt de clangore anni Sabbatici et Iubilaei, pag. 346 ſqq. et in commentatione de ſabbato ſancto et anno Iubilaeo, quae adiecta eſt libro belgice edito, Tabernakel Gods onder de Menſchen, Amſtelod. 1701, 8. *Ioan. Meyerus* de temporibus et feſtis diebus Hebraeorum, P. 2. c. 17. p. 328 ſqq. *Ioan. Gottl. Carpzouius* ad Goodwinum, pag. 442 ſqq. *Herm. Conringius* in commentariolo de initio anni ſabbatici et tempore meſſis Hebraeorum, recuſo in Thomae Crenii faſcic. ſecundo Opuſculor. ad Hiſtor. et Philolog. ſacr. ſpectantium, pag. 301 ſqq. et in Opp. Conringii, Brunſwigae 1730. iunctim in folio editis, Tom. 6. pag. 265 ſqq. *Daniel Lundius* in diſput. de anno Hebraeorum ſeptimo, Vpſal. 1710, 8. et Auctor Anonymus in diſſertatione, inſerta Bibliothecae Germanicae

nicae

nicae (*Bibliotheque Germanique*) T. 30. p. 83 ſqq. vbi de rationibus illius legis agitur. De ſollemni legis praelectione quouis ſeptimo anno repetita vide *Io. Henr. Hottingeri* Diſſertationem, Marb. 1717, 4to. *Campegium Vitringam* de ſynagoga vetere lib. 1. Parte 2. c. 4. pag. 308. et *Eduard. Bernhardum* ad Ioſephum p. 321.

De anno Iubilaeo [9] ſiue quinquageſimo, qui ſeruos libertati et agros auitis dominis reſtituebat, neque confundendus eſt cum anno vndequinquageſimo ſabbatico, quo debita remittebantur (vnde *Schemitta* dici conſueuit) vide interpretes ad Leuit. XXV, 8 ſeq. *Ed. Bernhardum* ad Ioſephum III, 12. Antiquitatum p. 231. *Maimonidem* de anno Iubilaeo cum notis *Matthaei Beke* editum Lugd. Bat. 1708, 4. *Scaligerum* in Canonibus Iſagog. p. 295. *Hottingeri* Analecta diſſ. 3. *Io. Iacobi Crameri* Theologiam Iſraëlis p. 152 ſeq. *Ioſephum de Voiſin* libro de iubilaeo ſecundum Hebraeorum et Chriſtianorum doctrinam Pariſ. 1655, 8. *Groſium de Broze* in tractatu hiſtorico de Iubilaeo Iudaeorum. Gallice, Pariſiis 1702, 8. *Arnoldum Pontacum* ad chronicon Euſebii p. 246, 249, 277 ſqq. 550. *Cherubinum a S. Ioſepho* Tom. 2. apparatus biblici pag. 367 ſqq. *Bernh. Lamium* de tabernaculo et templo pag. 1283. *Melchior. Leydeckerum* de republica Hebraeorum lib. 5. cap. 12 — 14. *Ioan. Meyerum* de temporibus ſacris et feſtis diebus Hebraeorum P. 2. c. 18. p. 341 ſqq. *Bernh. Sebaſt. Cremerum* in antiquitatibus Moſaicotypicis T. 2. p. 556. *Ioan. Gottlob Carpzouium* ad Goodwinum pag. 447 ſqq. *Henricum Culens* in collatione Iubilaei veteris Hebraeorum et noui Chriſtianorum. Antwerp. 1617, 8. Adde ſingulares virorum doctorum de anno iubilaeo Hebraeorum diſſertationes: *Paulli Sleuogtii*, Ienae 1650. et in Diſput. academ. p. 912 ſqq. *Aug. Varenii*, Roſtoch. 1650. et ad calcem commentarii in Exodum. *Ioan. Ern. Gerhardi*, Ienae 1658. *Chriſtiani Kortholti*, ib. eod. *Balthaſ. Scheidii*, Argent. 1667. *Ioan. Adami Oſiandri*, Tub. e. a. *Guſtaui Peringeri*, Vpſal. 1685. *Dauid. Lundii*, Aboae 1693. *Corn. Haſaei*, Bremae 1700. *Ioan. Chriſtiani Buckii*, Witteb. e. a. *Ioannis Marckii*, Lugd. Batav. 1714. et in eius ſylloge Diſſertat. in V. T. p. 302. *Ioannis Engelhardi Steuberi*, Rintelii 1721. *Ant. Iul. von der Hardt*, Helmſt. 1728. *Ioan. Gottlob*

[9] De etymo vocis Iubilaei vide Ioan. Diecmannum pag. 41. ſpecim. gloſſarii Rabani. Ioannem Wandalinum in diſputat. de vocis Eberinae יובל quae anno Iſraelitarum Iobelaeo nomen dedit, genuina etymologia et natiua ſignificatione. Havniae 1652. Ioan. Adam. Quaſium in diſp. de vera vocis יובל etymologia et ſignificatione. Lipſ. 1731. et Anton. Iul. von der Hardt in diſſ. de Iubilaeo Moſis. Helmſt. 1728. Ad exemplum Hebraeorum potius anno quinquageſimo quam centeſimo celebrandum eſſe Iobelaeum, vt aetas humana illud poſſit attingere, ſuadet Chriſtoph. Aug. Heumannus in epiſtola iubilaea ad Ioan. Chriſtoph. Colerum. Lipſ. 1730, 4.

Gottlob Carpzouii, Lipſ. 1730. *Iacobi Ode*, Trai. ad. Rhen. 1736. et rec. 1745. *Ioan. Bernh. Hahnii*, Regiom. 1744. *Alberti Menonis Verpoortenii*, in Faſcic. Diſſertat. Coburgi 1739, 8. euulgato p. 584 ſqq. *Andr. Werneri* comm. de feſto die, quem Iudaei Iubilaeum appellant, in ſupplemento ad Bibliothec. theolog. ſelectam, P. 7. p. 552 ſqq.

De Romanorum ſaecularibus ludis ſacrisque Apollini ac Dianae in primis dicatis, vide carmen *Sibyllinum* quod ſeruarunt *Zoſimus* libro ſecundo, *Phlegonque* Trallianus libro de longaeuis cap. 4. et venuſtis verſibus latinis expreſſit *Angelus Politianus* cap. 58. Miſcell. Conſulere etiam licebit quae viri docti ad *Catulli* poëmation XXXV. [10] quod *carmen ſaeculare ad Dianam* inſcribitur, et ad *Horatii* carmen ſaeculare quod libro Epodon ſubiicitur: et ad eiusdem libri primi Odam XXI. et libri quarti Odam VI. *Feſtum* in *ſaeculares ludi*, *Valerium Maximum* libro 2. cap. 4. *Cenſorinum* libro de die natali cap. 17. *S. Auguſtinum* lib. 3. de Civ. Dei cap. 18. et *Metellum* Tegerenſeenſem [11] ſaeculi 11. a Chriſto nato Monachum et poëtam pro illa aetate non abſurdum Oda 1 et 2. ad Quirinum, atque e recentioribus *Ioſephum Scaligerum* lib. 2. de emendatione temporum, *Onufrium Panuinium* libro de ſaecularibus ludis, ad calcem faſtorum, Venet. 1558. et Heidelb. 1588. fol. quem Gaudentius Robertus Tomo 1. Miſcell. et Graeuius Tomo XI. theſauri ſuit inſeruit: *Petrum Taffinum* Audomaropolitanum S. I. libro erudito de anno ſaeculari et ludis ſaecularibus Romanorum, Tornaci Flandrorum A. 1641, 4. in memoriam Societatis Ieſuiticae quae ſaeculum iam exegerat edito, et Tomo 8. theſauri Graeuiani recuſo: *Ezechielem Spanhemium* diſſ. 9. de vſu numiſmatum p. 852 ſq. editionis Amſtelodamenſis, *Ioannem Ciampinum* in ſacra hiſtorica diſquiſitione de duobus emblematibus in cimelio Cardinalis Carpinei, de quo libro vide ſis Acta Eruditorum Tomo 2. ſupplementi pag. 94. 97. *Iuſti Rycquii* ſyntagma de anno ſaeculari, iubilaeo et annis ſollemnibus diuerſarum nationum, Antwerp. 1625, 8. *Io. Adolphi Turretini* Academicas quaeſtiones de ludis ſaecularibus, Genev. 1701, 4. *Florentii de Bruin* librum Belgice editum, Eeuwſpelen der oude Romeynen, Amſt. 1703, 8. et auctorem diſſertationis de duobus numis Gratiani, in quorum altero legitur GLORIA NOVI SAECVLI. Pariſ. 1701. Memoires pour l'Hiſtoire des Sciences Tom. 1. pag. 74 ſq. edit. Amſtelod. et illuſtris Leibnitzii atque alterius Anonymi diſſertationes ad eosdem numos in Chriſtophori Woltereckii electis rei numariae pag. 308, 327. Hamb.

[10] Petrus Taffinus carmen id ſaeculare eſſe negat, cap. 16. de ludis ſaecularibus, ſed nullo id facit argumento certo et euidente. *Terentinos* ludos a ſaecularibus haud differre, idem probat pag. 490.

[11] Extat Tomo 1. Antiquarum Lect. Henrici Caniſii.

Hamb. 1709, 4. *S. Bouſſaci* Noctium theologic. diſſert. decimam, quae agit de anno ſaeculari, et vndecimam, quae agit de anno biſſextili. *Ioan. Matthiae Geſneri* commentationem de annis ludisque ſaecularibus veterum Romanorum, Vinariae 1717. *Eiusdem* diſſert. de opinatis ſaecularium ludorum notis in numis Romanarum Gentium, Gottingae 1745. *Chriſtoph. Frider. Ayrmannum* de ludis Romanorum ſaecularibus, Vitemb. 1717. *Chriſtianum Gottlieb Schwarzium* de ludis ſaecularibus ſub Philippis Auguſtis, Altd. 1723. *Ioan. Andream Michaelem Nagelium* de ludis ſaecularibus veterum Romanorum in Gemara Babylonica commemoratis, Altd. 1743.

In Eccleſia Chriſtiana primus [12] vt multis perſuaſum Anno 1300, annum Gratiae ſaecularem celebrandum indixit *Bonifacius VIII.* poſtea ad quinquageſimum annum ſollemnitatem illam reduxit et Iudaici exemplo Iubilaeum vocavit *Clemens VI.* Inde ad triginta tres annos *Vrbanus VI.* et *Bonifacius IX.* denique ad annos quinque et viginti *Paullus II.* et *Sixtus VI.* Confer Bzouii et Raynaldi Annales ad annos Iubilaeorum, et Bullas in iubilaeis illis editas, quae leguntur in Bullario magno Laurentii Cherubini; (licet bullam Clementis VI. qua *prorſus mandat angelis paradiſi vt animam illius, quem in via ad Iubilaeum contingat obire, a purgatorio penitus abſolutam in paradiſi gloriam introducant,* pro ſuppoſititia habeant Baluzius ad vitas Paparum Auenionenſium Tom. I. pag. 915 ſq et Io. Schilterus in Obſeruat. IV. ad Chronicon Argentoratenſe Iacobi de Koenigshouen) numos in Iubilaeis iisdem cuſos obuios habes in Claudii Molineti et Philippi Bonanni S. I. numiſmatis Pontificum. De ritibus iubilaei Romani praeter ſcriptores plurimos Lipenio in Bibl. Theol. memoratos confer ſi placet *Io. Erneſtum Schmidelium* de iubilaeo Romano Anni 1650 Amſt. 1654, 12. *Iuſti Rycquii* ſyntagma de anno ſaeculari Iubilaeo ad Vrbanum VIII. Antwerpiae 1625, 8. *Hieronymum Gratianum* in libro italice edito, del Iubileo del' anno ſanto. Romae 1599, 4. *Iulium Lauorium* de Iubilaeo et indulgentiis. Romae 1625, 4. *Franc. Mariam Phoebeum* de origine et progreſſu anni iubilaei. Romae 1674, 4. *Io. Petri Ludouici,* Profeſſoris olim Halenſis, opuſcula Germanice iunctim edita p. 127 ſeq. et quos laudat p. 185. Anonymum libro Gallice edito de iubilaeo Romano. Lond. 1700, 8. Hiſt des Ouvrages des Sav. A. 1700, pag. 494. *Wagenſeilium* in libro Germanice edito de educatione iuuenis Principis p. 179 ſq. *Frid. Simon. Loeſleri,* Paſtoris Heydani in agro Lipſienſi, relationem hiſtoricam vulgatam itidem Germanice, Lipſiae

[12] Tamen in Chronico Alberici ad A. C. 1208 dicitur, *quod annus iſte quinquageſimus ſiue iubilaeus et remiſſionis in curia Romana ſit celebratus.* Etiam in bulla Bonifacii VIII. legas, antiquorum relatione compertum, huiusmodi iubilaeum antea obtinuiſſe.

Lipsiae 1700, 12. et auctius recusam, ibid. 1725, 8. Historischer Bericht vom römischen Jubel-Jahre, et alium editum Gothae eodem anno der Juden, Römer und Christen Jubelfreude. *Georgii Polacchii* illustrationes et commentaria ad bullam Vrbani VIII. pro sancto Iubilaeo. Venetiis 1625, 4. *Io. Faësium* de Iubilaeis Romanor. Pontificum, Helmstadii 1676, 4. et *eiusdem* Anatomen bullae Iubilaeae Innocentii XII. ibid. 1702, 4. ac Clementis XI. ibid. 1705, 4. *Paulli Iacobi Marpergeri* historische Nachricht, was es mit dem A. 1725 zu feyernden römischen Jubiläo für eine Bewandniß habe. Lipsiae 1725, 4. *Thomae Mariae Alfani* Istoria degli anni santi. Neapoli 1725 et 1749, 8. (*Philippi Frider. Hahnii*) historischtheologische Abhandlung von den Jubelfesten in den evangelischlutherischen und römischpäbstlichen Kirchen, 1749, 8. *Ernesti Augusti Bertlingii* Unterricht vom päbstlichen Jubel-Jahre und vom Ablaß. Helmstadii 1749, 4. Eiusdem Versuch einiger Anmerkungen über die päbstliche Jubelbulle Benedict XIV. P. 1. Helmstadii 1750. P. 2. ibid. 1751, 4. Lettres historiques et dogmatiques sur les Iubilés et les Indulgences, par *Charles Chais*. Hagae Comitum 1751, 8. *Dominici Manni* Istoria degli anni santi dal loro principio sino al presente del 1750. Florentiae 1751, 4. Adde *Petri Francii* Orationem XXXII, et Dissertationes de anno Iubilaeo *Daniel. Guil. Molleri*. Altd. 1700. *Godfridi Wegneri*, et *Bernhardi von Sanden*. Regiom. e. a. *Ioan. Wilhelmi de Lith*, praeside Paullo Antonio. Halae eod. a. recus. in eiusdem Antonii syntagmate dissertat. theolog. Halae 1736, 4to. pag. 677 sqq. *Ioachimi Samuelis Weickhmanni* Progr. de Iubilaeo Wittebergensium vero, Iubilaeo, quod Romae 1749 apertum fuit, opposito. Witteb. 1750. Iunge hisce scripta de Iubilaeo Romano in Actis historicoecclesiasticis Vinariensibus Vol. 15. p. 691 sqq. recensita. Videri etiam possunt *Ioan. Hornbeckius* in examine bullae Vrbani VIII. de festis; *Caroli Drelincurtii* faux visage de l'Antiquité pag. 63. *Petrus Molineus* in nouitate papismi pag. 582 sq. *Hottingerus* in Wegweiser parte 3. cap. 2. pag. 382 seq. et diss. 3. Analect. atque ex Theologis nostratibus *Theodorus Thummius* de iubilaeo antichristiano et indulgentiis pontificiis. Tubingae 1625, 4. *Iac. Heilbrunnerus* in uncatholischen Pabstthum Artic. 3. cap. 3. p. 129 seq. *Io. Affelmannus* syntagmate dissert. Theol. parte 2. p. 5 sq. *Io. Conradus Dannhauerus* Hodomoria Papaea phantasmate 2. pag. 742, 757, 799, 893 seq. *Io. Gerhardus* Confess. Cathol. lib. 2. parte 3. artic. 16. cap. 7. pag. 126 sq. aliique vbi contra indulgentiarum abusus disserunt. Calendaria Iubilaea, recensionem indulgentiarum per singulos dies anni complectentia, exhibet *Elias Ehingerus* in Historia Ecclesiastica Saeculi 15, p. 408 seq.

Non dubitant etiam Protestantes memoriam saecularem rerum memorabilium et singularium beneficiorum Dei pie obire, vti constat Iubilaeum

Euan-

Euangelicum a Lutheranis nostris passim celebratum 1) Anno 1617 et 1717. in memoriam coeptae a B. Luthero Reformationis: de priore vide praeter Acta variis in locis tum separatim excusa Thom. Lansii mantissam Orationum pag. 496 seq. et V. C. Christiani Iunckeri vitam B. Lutheri numismatibus illustratam pag. 368 sq. de posteriori euolue *Ernesti Salom. Cypriani* Hilaria Euangelica. Gothae 1719, fol. Tum 2) Anno 1630 et 1730 in memoriam exhibitae Imperatori Carolo V. Augustanae confessionis: de priore idem Iunckerus p. 438. et Ioan. Erh. Kappius in der Beschreibung des ersten großen evangelischen A. C. Jubelfestes, Lipsiae 1730, 8. de posteriore Relationes innoxiae Anno 1730, p. 1261 sqq. et Coleri Supplementa ad Bibliothecam theologic. selectam. Porro 3) in memoriam religiosae pacis Passauiensis Anno 1655, de quo Iubilaeo praeter Iunckerum pag. 484. confer Io. Benedicti Carpzouii Patris fasciculum myrrhae pag. 445 sq. Rev. D. Fechtii prolegomena ad commentarium B. Varenii in Esaiam num. 3. et Kappium im freudigen Andenken des den 25sten September 1655 gefeyerten ersten Religionsfriedens, Lipsiae 1754, 8. edit. et Anno 1755, de quo vide Acta historicoecclesiastica Vinariensia Volumine 19. deinde 4) Anno 1676 in memoriam formulae concordiae. Idem Iunckerus p. 484. Denique 5) 1748 in memoriam pacis Monasterii atque Osnabrugae 1648 compositae, de quo Iubilaeo confer eadem Acta historico ecclesiastica Vol. 12 et 13. Omittimus Iubilaea a singularibus populis celebrata vt Anno 1693 a Suecis iussu Regis Caroli IX, in memoriam receptorum in Concilio Vpsaliensi Anno 1593. Euangelicorum sacrorum. Confer *Dan. Guilelmi Molleri* diss. de Iobilaeo Lutheranorum, Altdorfii 1700, et Iubilaeum Anno 1736 a Danis et Noruegicis iussu Regis Christiani VI, in memoriam receptorum Anno 1536 eorundem Euangelicorum sacrorum. Vide saepius laudata Acta historicoecclesiastica Vinariensia. Vol. 1. pag. 952. et Vol. 2. pag. 386. Sic et Academias vertente ab illorum fundatione saeculari [13] spatio Iubilaea celebrare meminimus, vt hoc saeculo Wittebergensem Anno 1702. Giessensem Anno 1707. Lipsiensem Anno 1709. Vltraiectinam Anno 1736. Regiomontanam Anno 1744. Duisburgensem, Anno 1755. Gryphiswaldensem Anno 1756. Ienensem Anno 1758. Nec minus *Gymnasia* vt Hamburgense nostrum, cuius Anno 1713 celebrati Iubilaei Acta edidi Volumine quarto memoriarum Hamburgensium, atque Gedanense Anno 1758, et *Scholas*, vt Hallensem Saxonum Anno 1655, cuius acta a D. Godfrido Oleario Superintendente edita prodierunt Rudolphstadii 1666, 4. Sed et *Typographos* Anno 1640 ante ducentos, et Anno 1740 ante trecentos annos inuentae typo-

[13] Vel etiam dimidii saeculi, vt Academia Leidensis Anno 1725 ab anno quum condita esset centesimo et quinquagesimo.

pographiae Iubilaeum obiisse constat, suntque de Iubilaeo Anno 1640 in manibus Acta *Iubilaei Typographorum* vulgata illo anno Lipsiae in 4to, et B. Doctoris Io. Schmidii Concio in memoriam eiusdem habita Argentorati, typisque exscripta. Videndus et Clariss. Wilh. Ernesti Tentzelii libellus Germanice editus, qui inscribitur: Discours von Erfindung der Buchdruckerey Kunst, bey Gelegenheit des fünften Jubel-Jahrs. Gothae 1700, 12. De Iubilaeo Anno 1740. celebrato vide Acta historicoecclesiastica Vinariensia Vol. 4. p. 472 et 998. ac Vol. 5. pag. 126 sqq. 612 sqq. 781 sqq. et 1092 sqq.

De Reformatarum Ecclesiarum Iubilaeis vide praeter laudatos a Lipenio Tomo 2. Bibl. Theol. pag. 136. Carolum Drelincurtium in libro Gallico cui titulus: *du Jubilé des Eglises Reformées avec l'examen du Jubilé de l'Eglise Romaine.*

IX. De Festis Graecorum Ethnicorum nonnulla Pollux lib. 1. cap. 1. titul. 33. diligentissimam vero tractationem instituit *Io. Meursius* in libris 6. Graeciae feriatae Lugd. Bat. 1619, 4. quibus alphabetico ordine Festa Graecorum, Atticorum maxime persequitur. Idem nonnulla huius argumenti etiam attigit, sed sparsim, in Atticis lectionibus et aliis scriptis, vti singulari libro egit de *Eleusiniis* siue maiore et minore Cereris Eleusinae Sacro ac Festo; et alio libro de *Panathenaeis* maioribus quinquennalibus et minoribus annuis, in Mineruae honorem celebratis. Ambo libri eodem anno Lugd. Bat. et eadem forma prodierunt, cumque Meursii Graecia feriata, additis ex Chirographo Auctoris obseruationibus nonnullis, recusi sunt in Tomo 7. thesauri Antiquit. Graec. Gronouiani. De *Dionysiis* quoque singularem Meursius librum promisit, sed qui nunquam in lucem editus est, vnde tanto auidius Illustris Viri Ezechielis Spanhemii librum de eodem festo, cuius iam pridem spem fecit, exspectabamus. Sed et illius operis cum summi viri morte spes decollauit. De Phiditiis, Syssitiisque Lacedaemoniorum agit idem *Meursius* in Miscellaneis Laconicis lib. 1 cap. 9 sq. cum quo confer, quae de Phiditiis Cyrenensium notat *Is. Casaubonus* ad Athenaei lib. 11. c. 9. De Phiditiis siue Ἀνδρεῖοις Cretensium Eustathius ad Iliad. V. p. 689. edit. Basil. idem Meursius in Creta, lib. 3. cap. 10. atque Cragius de Rep. Lacedaem. I, 9. et de Philotesiis veterum *Io. Fronto* Academiae Paris. Cancellarius in Epistolis selectis, Leodii Eburonum 1674, 12. editis, epistola 1, vbi cum his confert Agapas veterum Christianorum, de quibus infra. De Graecorum epulis publicis confer interim Suidam in πανδαίσια et ὡς καλὸν ὦ πόσειδον. Andreae Christiani Eschenbachii diss. 6. de symposiis Sapientum quae insertae sunt Eius dissertationibus Academicis pag. 279 sq. *Ioan. Guil. Bergeri* Programma de conuiuiis Sapientum, pag. 345. Stromatei Academici, et *Laur. Arrhenii* dissertat. de symposio Graecorum. Vpsaliae 1725, 8. De sacris Graecorum Romanorumque epulis

sollem-

sollemnibus per varia festa celebratis vide Stuckium 1, 33. Antiquitatum Conuiualium. De epimeniis siue festo et sacrificio epulari nouilunii vide *Edmundum Chishull* pag. 103 et 1 4. ad Inscriptionem Sigeam. De Charistiis Romanorum Ouidius 2, Fastor. et Valerius Max. 2, 1. 8. Ceterum vt argumentum nostrum persequamur, *Petri Castellani* Gerhardimontensis ἑορτολόγιον s. de Festis Graecorum liber prodiit Antwerp. 1617, 8. *Io. Fasoldi* Barutho-Franci Graecorum veterum Ἱερολογία siue 12. Decades festorum, expositae Ienae 1676, 12mo. Vterque libellus vna cum *Io. Ionstono* de Festis Graecorum iam supra nobis memorato, iterum excusus est in eodem tomo 7. Antiquit. Graecar. a Cl. *Gronouio* collectarum. *Ioan. Ludouici Ruelii* Religio gentium circa festa. Cellis 1663, 12. De hoc ipso argumento nonnulla quoque habent *Ioan. Gothofredus Lakemacherus* antiquit. Graecor. sacr. Parte 4, c. 2. *Ioan. Vlr. Steinhoferus* Graeciae sacrae, P. 2, c. 1. *Christian. Brunings* compend. antiquitat. graecar. cap. 26, et *Ioan. Philippus Pfeifferus* in antiquitatibus Graecis pag. 98 sqq. sed is, perinde vt Fasoldus ex Meursio petiit pleraque omnia. Meursii Obseruationibus succinctius digestis non comtemnenda quaedam adiecit *Io. Potterus* in Archaeologiis Atticis 2, 19 sq. Tom. 12, thesauri Gronov.

De festis quibusdam Atticis praeclara itidem nonnulla notarunt *Sam. Petitus* in eximio suo ad Leges Atticas commentario, non longe ab initio, *Aegidius Menagius* in Dissert. Gallice edita super Terentii Heautontimorumenon, vbi de triplicibus Dionysiis, Lenaeis, Dionysii κατ᾽ ἄστυ et Anthesteriis de quibus accuratissime egit Ezechiel Spanhemius ad Aristophanis ranas; vt veluti notiora praetereamus, quae de festis Graecorum obseruauit *Lilius Gyraldus*, Syntagmate 17, de Diis. De festo Attico *Steniis* adeundus etiam V. C. *Ludolphus Kusterus* ad Aristophanis Thesmophoriazusas v. 481. De Pyanepsiorum festo, quasi κυάμων ἑορτὴν (Bohnen Fest) dicas, oblatione omnis generis fructuum in honorem Apollinis celebrato, Baudelotus de Dairual in dissertatione edita Gallice Paris. 1712, 4. *Fête d' Athenes representé sur une Cornaline antique du Cabinet du Roi.* De sacris Carneis in honorem Apollinis Carnei a quibusdam Graeciae populis celebratis singulari commentatione egit *Ioan. Bened. Carpzouius.* Helmst. 1754, 4.

Philippus Iacobus Maussacus quoque collectionem de festis et Legibus Atticis promisit pag. 26. ad Harpocrationem, verum illud opus nunquam lucem adspexit.

X. De Eleusiniis Mysteriis maioribus ac minoribus, et Festo Cereris Eleusiniae, praeter *Meursium, Pfeifferum, Potterumque*, et alios iam laudatos adire non poenitebit *Iosephum Scaligerum* pag. 39. ad Eusebium, *Marshamum* in Canone chronico, *Dionys. Petauium* ad Themistium p. 411 seq edit. Harduinianae,

nianae, *Iac. du Portum* p. 260 ad Theophrasti characteres, *Mezeriacum* T. I. p. 343 ad Ouidium, et *Ism. Bullialdum* pag. 250 sq. ad Theonem Smyrnaeum. Mysteria Cereris historice explicant *Io. Clericus* Tom. 6. Bibliothecae vniuersal. p. 61 sq. *Nic. Calliachius* de sacris Eleusinis et eorum mysteriis, T. 4. Thesauri antiquitatum Roman. et Graecarum Io. Poleni, pag. 317 sqq. *Ioan. Guil. Bergerus* de mysteriis Cereris et Bacchi, pag. 834. Stromatei Academici. *Io. Aug. Bacchius* in Dissertatione pro mysteriis Eleusiniis. Lips. 1745. Physice eadem mysteria explicat *Eschenbachius* in Epigene suo, siue, commentario de Poesi Orphica pag. 11 seq. De Cerycibus mysticis, munus sacrum in Eleusiniis sustinentibus, commentatus est *Henricus Augustus Zeibichius* duabus dissertationibus. Wittebergae 1752. De cistis mysticis, in quibus quaedam Cereris arcana a mulieribus gestabantur, confer *Ioan. Lamium* in collectione Dissertationum Academiae Etruscae, T. 1, P. 1. pag. 63. De hymno in honorem Cereris decantari solito confer *Friderici Strunzii* dissertat. de hoc argumento, Witeb. 1712. editam. Num Eleusinia ex Aegypto Athenas traducta fuerint, disquirit *Herm. Witsius* pag. 186. Aegyptiacor. Quomodo Athenis translata sint Romam, disputat *Schurzfleischius* in Opp. hist. polit. p. 863 sq. Celebrata, praeter Atticos, fuisse Eleusinia a Celeensibus, Phliasiis, Pheneatis, Lacedaemoniis, Parrhasiis, Cretensibus, et Romanis ipsis auctore Hadriano Imperatore, probatum it Meursius cap. vltimo. De Panathenaeis praeter Meursium et alios paullo ante nominatos, agunt idem *Marshamus* in Canone chron. *Io. Seldenus* ad Marmora Oxoniensia pag. 74. *Thom. Lydias* ad eadem Marmora pag. 166. De Bacchanaliis antiquis et hodiernis liber *Io. Nicolai* [14] seorsim editus Anno 1679 et recusus in Tom. 7. Antiquit. Graecarum. Marmora Taurinensia P. I. pag. 29 sqq. *Christoph. Neander* in historia Bacchanaliorum, recusa in Claussingii Iure publico Rom. T. 4 pag. 192 sqq. *Matthaeus Aegyptius* in Explicatione SCti de Bacchanalibus, siue, aeneae vetustae tabulae Musei Caesarei Vindobonensis. Neapoli 1729, fol. *Iacobus Herrnschmidius*, Oettingensis, in Dissertatione de Bacchanaliis. Norimb. 1626, 12. *Suantes Gustauus Dietzius* in dissertat. de eod. argumento. Lips. 1691. et *Christi. Frider. Kranewitter* duabus dissertationibus de Bacchanalibus gentilium. Witteb. 1710, 4. Addatur *Paulli Mariae Paciaudi* commentarius de σκιαδιοφορήματι, siue de vmbellae gestatione, Romae 1752, 4. in quo quum de tempore Bacchanalia celebrandi, tum de ritibus in eorum celebratione obseruatis copiose disputatur. De cistophoris, quod fuit tum numorum, in quibus Orgiorum sollemnia expressa sunt, tum hominum

[14] Nicolai liber hic est Professoris Tubingensis, non Ioannis Nicolai, Ordin. Praedicatorum Monachi, cui tribuitur in Iacobi Quetif et Iacobi Echard Bibliotheca scriptorum Dominicanorum, T. 2. p. 650.

hominum genus, cistam mysticam portantium, eruditam dissertationem edidit *Alexander Xauerius Panelius*, Lugduni 1734, 4. Non adeo scelerata fuisse veterum Bacchanalia, quam vulgo creditum est, contendit *Iulius Rondellus* in Dissert. de Choenice Pythagorae, Gallice edita Amst. 1690, 12. De Mithrae Sacris *Athanasius Kircherus* in Obelisco Pamphilio, et in Tom. 1. Oedipi Aegyptiaci, *Thom. Stanleius* in Historia Philosophiae Orientalis pag. 110 edit. Lat. *Th. Gatakerus* pag. 238 sq. Aduers. *Casaubonus* et *Salmasius* ad Historiam Augustam, *Thomas Hyde* de veteri religione Persarum pag. 108 sq. et praeter alios *Philippus a Turre* in monumentis veteris Antii, editis Romae 1700, 4to. De Theogamia in honorem nuptiarum Plutonis et Proserpinae, Bandurius T. 1. Numismat. p. 115. De variis Mysteriis sacrisque Aegyptiorum Osiridis, tum Bacchi Orgiis et Trietericis, Persarum Mithriacis, Graecorum Eleusiniis et Thesmophoriis, Thracum s. Samothracum Orphicis plura nos et distinctiora doceret, si tulisset aetatem, Icesii liber de Mysteriis, quem laudat *Clemens Alexandrinus* in Protreptico. Videnda interim quae praeter eundem Clementem p. 9 sq. prodit *Arnobius* lib. 6. contra Gentes p. 169 sq. et lib. 7. pag. 225, 229 sq. Singulare opus de Arcanis rei Hieraticae et Telesticae moliri se significauit Rev. D. *Valentinus Ernestus Loescherus* Superintendens olim Dresdensis in Nouantiquis Relationibus Anni 1701, p. 179 sq. Sed grauioribus et magis arduis negotiis haec et alia quae in affectis habuit multa praeclara coactus est omittere. De variis lustrationibus Gentilium, quibus tum in Mysteriis tum alibi vsos esse constat, prae ceteris laudandus est eruditus liber *Ioan. Lomeieri* Zutphaniensis, editus primum Anno 1682, 4to, atque iterum, auctore iam defuncto auctior, sub titulo Epimenidis, Zutphaniae 1700, 4. Vide etiamsis *Petrum Taffinum* Iesuitam de anno saeculari Romanorum cap. 6. *Ioan. Saubertum* de sacrificiis cap. 11. *Iac. Perizonium* ad Aeliani Variarum lib. 8. cap. 5. *Isaacum Casaubonum* ad Theophrasti characteres, pag. 302. *Ieremiam Hoffmannum* de lustrandi purgandique veterum gentilium ritibus circa aquam obseruatis. Witteb. 1660. *Ioannem Vlric. Haffnerum* de aqua lustrali veterum gentilium. Ienae 1687. *Christ. Clementinum* de lustratione hominum per ignem, Havniae 1692. *Magn. Dan. Omeisium* de expiationibus apud veteres gentiles vsitatis. Altd. 1700. et *Ioan. Godofred. Leschnertum* diss. duabus de lustrationibus veterum gentilium praecidaneis. Witteb. 1709.

XI. Die festo vetitum fuit Athenis cuiquam iniuriam facere quoquo modo, aut quicquam decernere, nisi quod ad festum pertineret: neque cuiquam manus iniicere licebat, quamuis reo, Eleusiniis et Dionysiis durantibus: vide *Sam. Petitum* de Legibus Atticis p. 17 seq. et p. 36 sq. et p. 49. Idem tamen p. 45 obseruat festa non videri otio transacta esse ab omnibus, quanquam

Romanos constat per ferias a famulis operibus cessasse. Conf. *Ciceronem* lib. 2. cap 12. de legibus pag. 98 et 117 edit. Adriani Turnebi, *Seruium* in Georgic. lib. 1. v 268. *Macrobium* Saturnal. lib. 1. cap. 16. *Tibullum* lib. 2. eleg. 1. et quae obseruat *Henr. Ernestius*, libro de studiis festis diebus non competentibus pag. 74 sq. Thargeliis durantibus nec pignus, nec quicquam quod alterius esset, capere licebat, vt notat *Meursius* pag. 148. Graeciae feriatae. De sobrietate per dies festos ab Ethnicis obseruata vide quae idem Ernstius pag. 35. Durantibus Olympiis per totam Graeciam a bello cessatum docet *Plutarchus* in Lycurgo, ad quem locum addas notas Clariss. *Dacerii*. Extat et *Ioan. Ludouici Ruellii* libellus de Religione gentium circa festa, editus Cellis 1663, 12.

De anno, mensibus et Calendario Atticorum, aliorumque Graecorum, conferendi quos laudaui in Menologio siue libello, iam supra memorato, de centum circiter populorum mensibus, excuso Hamburgi 1712, 8.

XII. De festis siue, vt lib. 22. vocat Ammianus, *caerimoniosis* diebus Romanorum consulendus *Ouidius* inprimis in libris Fastorum, quorum sex postremos vel non additos ab illo Poeta, vel intercidisse dolendum est. Ouidium illustrarunt tum alii, tum *Carolus Neapolis* in anaptyxi ad fastos Ouidianos, Antwerp. 1639, fol. E recentioribus hoc argumentum illustrant, praeter *Rosinum* et *Dempsterum* libro 6. Antiquitatum Roman. *Burchardum*que *Gothelf Struuium* cap. 8 et 9. et *Gyraldum* syntagmate XVII, de Diis, *Petrus Morestellus* in Alypio s. libro de priscorum Romanorum feriis Lugd. 1605, 4. *Sibrandus Tetardus Siccama* in praecidaneis ad Fastos Calendares Romanorum, Campis 1599, 4to. ambo recusi in Tomo 8. thesauri Graeuiani, vbi et alia huc facientia reperiuntur. Adde *Rudolphum Hospinianum* de festis Iudaeorum et Ethnicorum: cuius libri editio tertia excusa est Geneuae 1675, folio. Et *Ioan. Baptistae Couturii* dissertationem de festis Romanorum, quae legitur in memoriis Academiae Inscription. Parisiensis Tom. 1, p. 76 sqq. *Palladii* Methonensis Sophistae liber περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν, Suidae memoratus intercidit. De *Brumalibus*, confer *Stuckium* antiquitat. conuiual. lib. 1. cap. 34. De *Floralibus* eorumque ludis vide *Ouidium* Fastorum lib. 5. v. 183 sqq. *Lactantium* lib. 1. c. 10. § 6 et 7, et Auctorem *des Reflexions sur les deux plus anciennes medailles d'or Romaines*, in Ephemeridibus eruditis (Iournal des Savans) Anni 1721 pag. 564 sqq De *Lupercalibus* XV. Cal. Martii celebratis euolue *Ouidium* Fastor. lib. 2. v. 267 sqq. *Alexandr. ab Alexandro* dier. genial. lib. 4. c. 12. et *Michaelis Rosalli* dissertationem, Groningae 1712, 4. De *Matronalibus* Calendis Martii celebratis lege *Ouidium* Fastorum lib. 3. v. 299 sqq et *Pitiscum* ad Suetonii Vespasianum, c. 19. De *Saturnalibus* medio Decembri peractis legantur *Ezechiel Spanhemius* p. 322 sq. et pag. 328. *Dio Cassius* pag. 907. *Ioan. Franc. Simon* in

Historia

Hiſtoria Academiae inſcription. Pariſienſis, Tom. 2. pag. 78 ſqq. et *Georgii Gottlieb Boerneri* diſſertatio de Saturnalibus, Lipſ. 1751. De *Vinalibus* et *Vindemialibus* confer *Venutum*, Muſ. Cortonenſ. pag. 14 ſqq. et *Ioan. Chriſti. Hoiert*, *Ioan. Caſp. Hoferi* et *Chriſti. Wilh. Schneideri* orationes tres de antiquitatibus ſacris atque feriis vindemialibus. Ienae 1757, 4.

XIII. De Anno et Calendariis veterum Romanorum quemadmodum Chriſtianorum quoque ſcriptores complures laudaui in eodem Menologio meo et in Bibliotheca latina IV, 6. Prae caeteris commendandus *Franciſcus Blondellus* in Hiſtoria Calendarii Romani, Gallice ſcripta, editaque Pariſ. 1682, 12. qui Romuli Calendarium exhibet pag. 41. Numae Pompilii pag. 47. Calendarium Iulianum p. 65. Calendarium Eccleſiaſticum vetus p. 139. Gregorianum denique p. 259. Ex iſta Blondelli hiſtoria Calendarii Romani excerpta ampla inſeruit *Ioannes Waſſe* Bibliothecae litterariae, Londini 1724, 4. editae. Vulgauit etiam *Henricus Leonhardus Schurzfleiſchius* librum de Anno Romanorum, Wittebergáe 1703, 4. in quo Herwartianum quoque Calendarium exhibet cum Petri Lambecii et Aegidii Bucherii notis, quibus ſuas obſeruationes adiunxit. Haud quaquam praetereundos nobis hoc loco eos eſſe iudicamus, qui edendis atque illuſtrandis Calendariis Eccleſiaſticis et medii aeui operam impenderunt. Quare digni ſunt, qui commemorentur *Fridericus Althanus*, e comitibus *Saluaroli*, qui diſſertationem euulgauit de Calendariis in genere, et ſpeciatim de Calendario Eccleſiaſtico: cui annexa ſunt complura peruetuſta Hagiologia nunc primum edita, Venetiis 1755, 8. *Alexius Symmachus Mazochius*, cuius commentarius in vetus marmoreum S. Neapolitanae Eccleſiae Kalendarium prodiit Neapoli 1747, 4. *Ludouicus Sabbatinus d'Anſora* qui italico ſermone edidit notisque adiectis illuſtrauit Vetuſtum Calendarium Neapolitanum, nuper repertum. Neapoli 1744, 4. *Franciſcus Pagius*, qui nouum Calendarium Eccleſiaſticum Romanum ſubiecit Tomo tertio vitarum Pontificum, Antwerp. 1718, 4. *Ioſephus Simonius Aſſemannus*, Bibliothecae Vaticanae Cuſtos, qui in edendis illuſtrandisque Calendariis eccleſiae vniuerſae, gentiumque, quae Chriſto nomen dedere, Graecorum, Syrorum, Armeniorum, Aegyptiorum, Aethiopum et Latinorum cum laude verſatur: cuius libri Tomus primus, Calendaria eccleſiae Blauicae, ſiue, Graeco-Moſchae continens, euulgatus eſt Romae. 1750, 4to maiori. Calendaria duo peruetuſta, nunc primum edita ex manuſcriptis codicibus, alterum bibliothecae Ambroſianae, alterum apud Camillum Sitonium, inſeruit Muratorius T. 2. P. 2. Scriptorum rerum Italicarum, p. 1021. Volumine tertio Theſauri Antiquitatum eccleſiaſticarum, cuius ſupra p. 294. mentionem fecimus, eiusdemque ſectione 4. duo quoque exhibentur Calendaria vetuſta. Hiſce addantur ii, qui Calendaria medii aeui ediderunt, *Chriſtia-*

nus Gottlob Haltaufius, cuius Calendarium medii aeui, praecipue Germanicum, prodiit Lipfiae 1729, 8. et *Ioan. Iac. Rabe*, qui Calendarium feftorum dierumque mobilium atque immobilium perpetuum, Onoldi 1735, 4to edidit. Quibus iungas DE REBEQVE *Remarques fur le calcul Ecclefiaftique des fetes mobiles, qui eft en ufage depuis la Reformation du Calendrier*, in memoriis Treuultinis Ann. 1724, p. 523.

XIV. Inter fefta Chriftianorum, hoc eft, Deo dicatos dies, (vide S. Bouffaci noctes Theolog. diff. 7. pag. 131 fqq.) primo loco memorari debet *Dies Dominicus* ἡ τοῦ κυρίου ἀναστάσιμος, ἡ κυριακή, Conftit. Apoftolic. II, 59. qui Sabbato Iudaico fucceffit, auctoritate Apoftolica, refurrectionem Chrifti victoriofam Pfal. CX, 4. effufionemque Spiritus S. in Apoftolos fingulis hebdomadis celebrante. Vide Interpretes ad Actor. XX, 7. 1 Corinth. XVI, 2. Hebr. IV, 7. Apocal. I, 10. *Coteterium* ad Epift. Barnabae Tomo 1. Patrum Apoftolicorum p. 47 fq. *Ferdin. Mendozam* ad concilium illiberitanum T. 1. Labbei, p. 1164 fq. *Dionyfium de Rives*, Auenionenfem Capucinum, in triplici tractatu, de verbo *creo*, de mutatione Sabbati in Dominicam, et de primatu Petri, Lugduni 1663, 4. *Cherubinum a S. Iofepho* apparatus Biblici T. 2. p. 233 fqq. p. 242 fqq. B. *Kortholti* paganum obtrectatorem p. 307 fq. *Briffonium* ad legem Codicis Theodofiani de Spectaculis p. 24 fq. *Valefium* ad Eufeb. p. 279. *Herm. Conringii* programmata facra pag. 113 fq. *Io. Mich. Heineccii* defcriptionem Ecclefiae Graecae, Germanice editam, parte 3. p. 152 fq. *Ioan. Guil. Ianum* p. 16 feq. ad Eufebii Alexandrini fermonem infignem ac lectu dignum de die Dominico celebrando, quem primus e codice Bodleiano et Vaticano edidit et verfione ac notis illuftrauit, Lipfiae 1720, 4. *Andream Riuetum* in appendice ad explicationem Decalogi, Opp. T. 1. p. 1338. *Francifcum Gomarum* in inueftigatione fententiae et originis Sabbati, cap. 6. Opp. p. 273. *Iofephum Binghamum* Originum, fiue, antiquitatum ecclefiaftic. XIII, 9. Vol. 9. p. 13. *Chriftoph. Matth. Pfaffium* de originibus iuris ecclefiaftici p. 79 et 153. *Ruardum Andalam* de fabbato V. T. et die dominica N. T. in Bibliothec. Brem. T. 8. p. 541 et Io. Georg. Abichtii differtat. de fabbato Chriftiano ex hiftoria N. T. Witteb. 1731. Recte hoc ab Apoftolis factum effe et fieri potuiffe aduerfus Iudaeos tuentur *Wagenfeilius* in telis igneis Satanae pag. 558 fq. *Io. Pearfonius* ad Symbolum Apoftolicum p. 469 fq. editionis Latinae, *Ludov. Capellus* in tractatu de Sabbato p. 281 feq. operum poftumorum, quibus addes *Hugonem Menardum* notis ad Barnabae Epiftolam p. 202 feq. S. *Athanafius* [15] quidem non dubitauit

[15] Athanaf. Tom. 1. p. 1060. Idem tamen hoc p. 1066 explicat fic, vt Chriftum refurrectione fua diem Dominicum confecraffe dicat, quod nemo negauerit. Atque ita forte etiam

nit affirmare Christum ipsum loco Sabbati diem Solis sollemni cultui dedicasse. Idem legas in *Talmude* tractatu *Aucda Sara* cap. 1. quod testimonium non contemnendum videtur *Io. Hoornbeckio* p. 176 de obseruando praecepto decalogi de Sabbato. Neutiquam tamen hoc certo probari posse existimem, et sufficit nobis quod hoc in honorem Christi factum sit auctoribus Apostolis. Confer *Ioan. Moebii* diss. a quibusnam dies dominicus consecratus sit cultui diuino, Lipsiae 1688. *Octauus dies* aliis dictus est, vt *Ignatio* Epist. ad Magnes. cap. 9. *Iustino* Martyri p. 260. dialogi cum Tryphone, et forsan *Irenaeo* libro deperdito de Ogdoade. Aliis *primus*, quia reuera primus dies est a quo Sabbatum septimus: et μίαν σαββάτων pro πρώτῃ dici, Luc. XXIV, 1. et Ioan. XX, 1. doctissimi interpretes annotarunt. Confer *Vossii* Harmoniam Euangel. p. 359, 363. *Diem Solis* quoque vocant idem *Iustinus* in Apologia I. pro Christianis p. 132. edit. Grabii. *Tertullianus* cap. 16. Apologetici, itemque alii, quod id notius esse ethnicis, ad quos scribebant, ducerent: neque enim aegre ferebant Christiani hoc nomen licet ab Ethnicis [16] repetitum, qui vt *Ambrosius* serm. 61. *in ea die Saluator velut Sol oriens discussis infernorum tenebris luce resurrectionis emicuit.* Κυριακὴν ἡμέραν siue *diem Dominicum* pro die Paschatos accipiunt nonnulli Apocal. I, 10. vt *Paullus Colomesius* in obseruationibus sacris p. 100. certum tamen est hoc nomen pro die Solis frequentatum esse non primum a Constantino M. sed ab antiquissimis Christianis vt Ignatio Epist. ad Magnes. cap. 9. Confer *Suicerum* in Κυριακή. Resurrectionis diem pro quolibet die Dominico dixit *Amalarius* editus a Mabillonio Tom. 2. Analect. p. 101 et 128. confer *Meursii, Suiceri* et *Cangii* glossaria in voce ἀναστάσιμος ἡμέρα. Idem *Suicerus* T. 2. p 290 sq. agit de more non Ebionaeorum modo sed et aliorum Christianorum antiquissimorum qui *Sabbatum* et diem Solis pariter feriabantur. De quo confer Constitutiones Apostol. VIII, 33. *Hug. Grotium* explicatione Decalogi p. 57 sq. ad Actor. XV, 21. *Stephan. Curcellaeum* differt. de esu sanguinis, p. 958 sq. Opp. *Timanni Gesselii* Historiam Ecclesiastic. p. 230 seq. *Laur. Zaccagnii* prolegomena ad monumenta vetera p. 78 seq. et *Iusti Henningi Boehmeri* diss. 1. ad Plinii Epistolam de Christianis. Idem hodieque feruntur

facere

etiam accipiendus *Eusebius*, a Christo translatum Sabbatum scribens in Ps. XCI. Apud Tertullianum vero IV, 12. contra Marcionem, legas Christum sabbati diem benedictione Patris a primordio sanctum benefactione sua fecisse sanctiorem.

[16] De Planetaria dierum denominatione, quam haeresibus adscribit Philastrius haeres. CXII. videnda Io. Moebii dissertatio, Lips. 1687. De Syluestro Pontifice in eius vita, et in breuiario Romano 30 Decemb. leges eum *Sabbati* et *diei dominicae* nomine retento, reliquos hebdomadae dies *feriarum* nomine distinctos appellari voluisse. *Pro Veneris* die Ignatius ad Trallianos dixit *parasceuen*, Iustinus Martyr τὴν πρὸ τῆς Κρονικῆς, Irenaeus *pridie ante Sabbatum*.

facere Aethiopes. Vide D. *Phil. Nicolai* Tomo 2. operum pag. 21 et *Iobi Ludolphi* comment. ad hiſtoriam Aethiopicam pag. 239. Auctor eruditus libri, Londini 1639. hoc titulo editi: *Dies dominicus, ſiue ſuccincta narratio ex S. ſcripturarum et venerandae antiquitatis Patrum teſtimoniis concinnata, et duobus libris diſtincta*, lib. 1. c. 1. p. 4 et c. 3. p. 13. c. 3. p. 13. contendit, Sabbatis etiam in ſacros coetus conueniſſe Chriſtianos, vti die dominica, qua frequentiorem occaſionem Deum celebrandi, et Euangelium praedicandi haberent; ceterum longe abfuiſſe, vt eadem ſollemnitate et deuotione ſabbatum, qua diem dominicam celebrauerint. Interiecto tempore variis conciliis Sabbatum cum die Dominico pari religione obire et cum Iudaeis atque gentibus feſta agere prohibitum fuit. Vide quae viri docti ad Canonem 37 et 39 Laodicen. *Bellarminum* lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 10, et *Philippum Iacobum Hartmannum* ſiue *Sclerandrum* in libro de geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis p. 303 ſq. et quae de haereſi Sabbatianorum *Cotelerius* ad Conſtitutiones Apoſtol. l. 5. c. 15. Chriſtianos ſolitos eſſe, *ſtato die ante lucem conuenire*, narrat Plinius lib. 10. ep. 97. vbi per *ſtatum diem* maxima eruditorum virorum pars intelligendam diem dominicam ſiue diem ſolis eſſe cenſet. Vide *I. A. Bartels diſſ.* de ſtato die veterum Chriſtianorum. Witteb. 1727. et *Frid. Andreae Hallbaueri* priſtinam Chriſtianae rei faciem a Plinio repraeſentatam. Ienae 1738. Sed diſſentit ab hiſce viris *Iuſtus Henningius Boehmerus* in diſſertat. de ſtato die Chriſtianorum, quae primum obtinet locum in Diſſertationibus Iuris Eccleſiaſtici antiqui, in qua totus in eo eſt, vt oſtendat, Plinium per *ſtatum diem* non intellexiſſe diem dominicam, ſed ſabbatum ſiue ſeptimum hebdomadis diem, quo ſacris operabantur Iudaei. Boehmeri argumenta examinauit atque refellit *Ioan. Laurentius a Moſheim* in Inſtitutionibus hiſtoriae Chriſtianae maioribus, ſaec. 1. pag. 379 et 380. vbi idem ille Vir Eruditiſſimus nil impedire putat, ne verba Plinii latiori ſenſu capiantur, vt ſcilicet Plinius generatim tantum Chriſtianos ſtato die conueniſſe tradat. De Sabbato Mariano Eccleſiae Romanae conſulas Io. Henr. Hottingeri primitias Heidelbergenſes p. 350 ſeq. et hodegum Germanice editum p. 2. p. 202 ſq. Ritus Chriſtianorum veterum die Solis obſeruati v. g. quod conuenirent ad faciendas preces et ad conciones ſiue adhortationes audiendas, et ad ſacram Synaxim celebrandam: quod illa die non adorarent de geniculis (excepto feſto Pentecoſtes, de quo Rich. Simon p. 261 ad Gabrielem Philadelphienſem) non ieiunarent, et ſimilia, apud *Briſſonium* libro laudato, *Henricum Ernſtium* de ſtudiis diebus feſtis non competentibus, Sorae 1656, 4. *Suicerum* in vocibus Σάββατον, νηστεία, γονυκλισία, et alios qui de moribus et ritibus primorum Chriſtianorum ſcripſerunt, *Guil. Caueum, Claudium Fleury* ſiue *Florum* et *Godfridum Arnoldum* videri poſſunt. De pietate diem

domi-

dominicam celebrandi a vefpera Sabbati vsque ad alteram vefperam, vide *Continuation des Memoires de Litterature et d'Hiftoire* T. 1. pag. 1 fqq. De legibus quibusdam Sabbati religione hominum animos foluentibus vide Traité de la Police T. 1. p. 332 fq. Qui Sabbatum Iudaico more celebrandum contendebant, *Sabbatici* etiam appellabantur, vti Iudaei ipfi *Sabbatarii*[17] dicuntur poetae Martiali IV, 4. *Petrobrufiani* vero et poft eos plurimi alii vt *Browniftae* recentiori aetate, praeter diem Dominicum omnia fefta reiiciebant, contra quos difputant *Henricus Morus* p. 441. operum Theologicorum et *Rich. Montacutius* Apparatu ad Origines Ecclefiafticas p. 376 fq. et Tomo 1. originum Ecclefiafticarum p. 131. Loco diei Solis notum eft Muhamedanos, celebrare *diem Veneris* fiue[18] in memoriam Mahomedis, illo die a Mecca profugi hoc faciant, fiue id acceperint ab antiquiore ritu Saracenorum, de quo Seldenus II, 4. de Diis Syris p. 289. Conftantinus M. vero diem Veneris etiam feftum haberi et negotia forenfia ac ciuilia illo intermitti voluit, quod eodem paffus effet optimus Seruator. Vide Eufebium IV, 18. de vita Conftantini, Sozomenum p. 412. et e recentioribus Tillemontium T. 4. Hiftoriae Imperatorum, Gallice editae p. 593, 595. *Czeremiffos* fiue *Scheremiffos*, vicinos Siberiae populos, diem Veneris fanctiorem habere notauit *Philippus Ioannes de Strahlenberg* pag. 419. Europae et Afiae feptentrionalis. Dies Mercurii, quae feria quarta dicebatur, conuentibus quoque, ftationibus et ieiuniis celebrata eft. Vide *Ioan. Martini Chladenii* differtationem de ftationibus Veterum Chriftianorum. Lipfiae 1744. § 18. Ex variis relationibus etiam conftat Ethnicos qui habitant circa Ormum et Goam *diem Lunae* quot hebdomadis feftum agere, quemadmodum *dies Martis* colitur circa Guineam, et *dies Iouis* ab iis populis qui Magno Mogoli parent, vt adeo per totam hebdomadem nullus fuperfit dies praeter *diem Mercurii*, qui non ab aliqua gente hebdomadatim feftus habeatur, quanquam et ille quandoque celebratur a Iapanenfibus, quum enim hi nullum fingulis hebdomadis feftum diem agant, fed fingulorum menfium diem 15 et 28tum celebrent, hofce menfium dies in diem Mercurii faepius incidere perfpicuum eft. Confer *Mottanum Vayerum* Tomo 12. operum p. 32. edit. in 12. Incolas qui infulam Formofam habitant, neque vllum hebdomadarium neque vllum alium feftum diem celebrare notatum Mandelsloio in relatione de fuo itinere et eidem Vayero pag. 360. Sed in Georgii Pfalmanazaris defcriptione

[17] In Beniaminis itinerario mentio Iudaeorum Cypriorum, qui diem Solis hebdomadatim egerunt feftum. Confer Iac. Rhenferdum de fictis Iudaeorum haerefibus § 35.

[18] Confer Hottingeri primitias Heidelbergenfes pag. 371 fq. Pearfonium ad Symbol. Apoftol. p. 472. Thom. Smithum de moribus Turcarum pag. 28 fq. et Pocockii fpecimen hiftoriae Arabum p. 317 fq.

descriptione Insulae Formosae, incertum qua fide, multa de festis Formosanorum traduntur. Vt vero ad Christianos redeamus, de nominibus et ratione dominicarum dierum atque hebdomadum apud Graecos per totum annum videnda Leonis Allatii dissertatio, eius libro de consensu Ecclesiae Or. et Occidentalis subiecta: Heineccius in descriptione Ecclesiae Graecae parte 3. p. 182. sq. Suicerus et Cangii glossarium in Κυριακή. Idem Latinae Ecclesiae nomina persequitur et cum Graecis confert in glossario latino, voce *Dominica*. Graeci ferias hebdomadis a subsequente Dominica, Latini a proxime praecedente appellare consueuerunt. Confer Beueregium ad Synodicum p. 35 b. et 157.

XV. De aliis Christianorum festis eorumque origine ritibus etc. varia scripta extant *Rudolphi Hospiniani* Tiguri Anno 1593 et nouissime Genev. 1674, fol. *Matthaei Dresseri*, Lipsiae 1593, 8vo. et qui Chronicon festorum scripsit *Riuandi*, ἑορτογραφία *Georgii Hessi*, *Ioachimi* praeterea *Hildebrandi* enchiridion de priscae et primitiuae ecclesiae sacris publicis, templis et diebus festis Helmst. 1652, in 4to, tum singularis de festis liber qui non minus quam alter a nobis iam memoratus lucem iterum adspexit ibidem 1701, 4. *Ioan. Andreae Schmidii* historia festorum et Dominicarum, quae prima vice prodiit, Helmstadii 1721, 8vo. deinde auctior ibid. 1726, 8. Non praetereundus etiam B. *Bebelius* Antiquitatt. Ecclesiast. Saec. IV, Tom. 2, p. 846 sqq. *Theodori Thummii* tractatus historico-theologicus iam supra laudatus de festis Iudaeorum et Christianorum: *Christianus Wilduogelius* in Chronoscapia Legali de iure festorum, Ienae 1699, 4. *Caspar Calvoer* Tomo 2. Ritualis Ecclesiastici. *Iosephus Binghamus* lib. vicesimo originum ecclesiasticarum, et *Caspar Finckius* de diebus festis et feriatis, qui in ecclesiis augustanae confessionis celebrantur. Gissae 1612, 8. Adde *Ioan. Frid. Mayeri* historiam praecipuorum N. T. festorum, Gryphisw. 1706. *Petri Elvii* dissertationem de festis christianis, Vpsaliae 1708, 8. et *Godofr. Wegneri* dissertat. de festis mobilibus, Regiomonte 1700. Ex Pontificiis consulendi sunt *Baronius* ad A. C. 58. Num. 92. *Franciscus Suarez* in opere de virtute et statu religionis, libro secundo, qui totus est de diebus festis, et acerbus Hospiniani ac Dresseri insectator *Iacobus Gretserus* Iesuita libris 2. de festis Christianorum, eiusque auctario de festo Corporis Christi Ingolstad. 1612, 4. et lib. 1. de cruce pag. 56 sq. vbi festa Crucis persequitur. *Andreae* vero *Wilckii* liber de festis Christianorum, et *Io. Weitzii* heortologium complectitur varia veterum recentiumque Poetarum carmina praecipuorum festorum argumentis respondentia, notisque ab editore illustrata, quemadmodum in D. *Io. Conr. Dannhaueri* hagiologio festali habentur conciones a Theologo illo praestantissimo habitae in diebus festis et nonnulla etiam circa originem festorum hinc inde monentes. Ceterum singulari cura in hoc argumento illustrando versatus est *Adria-*

nus

mus Bailletus qui Parisiis 21 Ian. Anno 1706 obiit, et praeter vitas sanctorum N. T. 12 Voluminibus vitas sanctorum V. T. vno volumine, Topographiamque et Chronologiam sanctorum, etiam historiam festorum fixorum Gallica lingua edidit et duobus voluminibus historiam festorum mobilium Dominicarum et feriarum est persequutus Paris. 1703, 8vo. et in fol. et ante Bailletum *Lud. Thomasinus* presbyter Oratorii die 24 Dec. Anno 1695 Parisiis defunctus in tractatu Gallice edito de festis Paris. 1683, 8. *Carolus Guietus* Iesuita Gallus in Heortologia s. libro de festis propriis locorum, Paris. 1657 fol. ap. Cramoisium. De Festis Latinae Ecclesiae videndus etiam *Isidorus* Hispalensis libro sexto originum cap. 18. *Edmundus Martene* in libro de antiqua ecclesiae disciplina in diuinis celebrandis officiis, Lugduni 1706, 4. et *Cangius* glossario in vocabulo *Festum.* De festis Christo et Mariae virgini sacris librum edidit italico sermone *Prosper Lambertinus*, Ecclesiae Rom. tum Purpuratus, dein Pontifex, hoc indice ornatum: *Annotazioni sopra le Feste di nostro Signore e della beatissima vergine secondo l'ordine del Calendario Romano.* Roueredae 1741, 4. Is liber deinde cum altero illo de missae sacrificio ex italico in latinum sermonem a Michaele Angelo de Giacomellis versus, Patauiique 1745, fol. sub hoc indice euulgatus est: Prosperi Cardinal. Lambertini, postea Benedicti XIV, P.M. commentarii duo, de Domini nostri Iesu Christi, matrisque eius festis, et de missae sacrificio retractati atque aucti. Inter statuta Bonifacii apud Dacherium T. 9. spicilegii vltimum est, vt *Presbyteri diebus Dominicis populo festa celebranda annuntient, Natalis Domini, Circumcisionis Domini, Epiphaniae, Purificationis Mariae, Paschatis Domini, Ascensionis Domini, Natalis Ioannis Baptistae, Passionis Petri et Paulli, Assumtionis S. Mariae, Natiuitatis S. Mariae et Passionis Andreae.* Ex quo indiculo Dacherius obseruat, quam pauca festa tunc celebrare mos fuerit Christianis. Similia vide in conciliis Anno 1287, 1332, 1362, 1420 et Anno 1549 apud Lunigium in continuatione partis primae spicilegii ecclesiastici p. 779 sq. De *Octauis* festorum singulari libello Venetiis 1739, 8vo, euulgato agit *Ioannes Baptista Pittonus.* De religione veterum Christianorum in celebrandis festis consule *Ludouicum Cresollium* Antholog. sac. p. 147 sqq.

Festorum multitudinem atque, vt Erasmus [19] iam conquestus est, in immensum accrescentem turbam in Ecclesia Romana tanquam scholam otii ac turpitudinis exagitat *Henr. Morus* p. 554. operum theologicorum, et *Lutherus* T. 1. Altenburgens. pag. 428, b. 500, a. Confer *Georg. Wicelium* in via regia apud *Eduardum Brownium* Tomo 2. fasciculi rerum expetendarum et fugiendarum p. 729. et grauamen 37. in eodem opere pag. 363, Tom. 1. *Ben. Pictetum* T. 2. Theol. Christianae p. 169. edit. Genev. Anno 1708. Gisb. Voetium T. 3.

[19] Vide Epistolas post Clementem Romanum a Colomesio editas p. 294.

T. 3. selectar. disputationum pag. 1284 sqq. Muhamedanorum Iudaeorumque in illam Festorum multitudinem inuectiuas vide sis ap. *Hottingerum* in historia Ecclesiastica Saec. XVI, parte 2, p. 134 sq. Duodecim [20] Festa Mariae solius celebrat Romana ecclesia, de quibus inter Pontificios agit *Io. Iacobus Komarec* in Mariali theoretico et practico, Italica lingua Romae Anno 1690, 4. edito, sed videnda etiam quae circa illa festa monuerunt ex protestantibus *Andreas Riuetus* in apologia pro Maria lib. 2. c. 16. T. 3. operum: *Hottingerus* in Wegweiser Tom. 2. p. 193 sq. *Frid. Vlr. Calixtus* in historia immaculatae conceptionis Mariae pag. 265 sq. ad finem vsque libri; *Ioan. Rainoldus* in colloquio cum Hardto pag. 771 sq. *Ioan. Andr. Schmidius* Prolusionum marianarum octaua, quae est de Mariae festis Ecclesiae vel Graecae vel Romanae propriis; et *Io. Frider. Mayerus* in Ecloga euangelica in festum Visitationis Mariae, P. 2. Eclog. Euang. Mayero-Neumeisterianarum p. 240 sqq De incommodis plurium festorum nonnulla suae de Sabbato exercitationi praemisit *Io. Sam. Stryckius* Halae Saxonum 1703, 4. Ex ipsis etiam Romanae Ecclesiae asseclis consulere iuuabit praeter iam laudatum Wicelium, *Nicolaum de Clemangis* saeculi XV. scriptorem, de nouis celebritatibus non instituendis, p. 143 sq. Operum, *Io. Baptistae Thiers* die 28 Febr. Anno 1703 denati librum de festorum dierum imminutione Lugd. 1668, 12, quem valde commendat Colomesius pag. 131. Obseruationum sacrarum, et Elias du Pin T. 18. p. 274. atque *Ossati* Cardinalis epistolam ad Regem Henricum IV, datam 18 Ian. 1599. [21] Hisce igitur incommodis ipsorumque Pontificiorum de immensa festorum dierum multitudine querelis permotus Benedictus XIV, imminuendae illorum multitudinis, quod iam diu ceperat, consilium tandem Anno 1748 exsequutus est, data Romanae ecclesiae addictis licentia, vt *minoribus festis diebus missae tantum sacrificio interessent, ceterum negotiis familiaribus seruilibusque suis operibus, sine vllo prorsus conscientiae scrupulo, incumbere integrum cuique esset.* [22] Iacobus

[20] Franciscus Suarez libro de festis c. 8. festa Mariae octo commemorat, nempe praeter sex illa, quae ab vniuersa E. R. celebrantur, festum *Praesentationis*, de quo Surius ad 21 Nov. et *dedicationis S. Mariae maioris ad Niues* Romae, 5 Aug. Durandus VII, 7. tantum quatuor, *annuntiationem, assumtionem, natiuitatem, et purificationem:* deinde addit, a quibusdam etiam festum *Conceptionis* celebrari, *quod ipse* tamen haud probat, quum in peccato concepta fuerit.

[21] Vrbani VIII. constitutio Anno 1642. facta de festis sanctorum non multiplicandis legitur T. 4. Brillarii p. 231. Concilium Tarraconense A. C. 1242, T. 4. Thesauri anecdotorum Edm. Martene p. 286. haec decreuit: *Quum otium et desidia fomentum pariant vitiorum, festiuitatum multitudinem duximus separandam, quum in illis eo, quod non laborant, pauperes aggrauentur, et otiosi et desidiosi ad illicita prouocentur.*

[22] Magnos, vt haud difficile est ad coniectandum, motus excitauit Pontificis consilium, scripta-

Iacobus Koelmann omnes praeter dominicum dies festos abolendos esse disputat libro de festis diebus in Reformatis ecclesiis celebrari solitis. Traiecti ad Rhenum 1693, 4. Missarum multitudinem imminuit Concilium Lateranense sub Benedicto XIII. A. C. 1725. Tit. 13. cap. 8.

XVI. Festa Dominica s. sollemniora Ecclesiae Graecae haec memorantur a *Leone Allatio* pag. 13. de libris Ecclesiasticis Graecorum: Annunciatio B. Virginis, Christi nativitas, Baptismus Christi, transfiguratio in monte Tabor, Resurrectio Lazari, festum Palmarum, Lignum Crucis, Resurrectio Christi, Ascensio Christi, et Spiritus Sancti in Apostolos effusio. Huic denique Allatius adiungit, Deiparae assumtionem, additque eam, licet non semper locum inter festa apud Graecos [23] habuerit, modo tamen certum sibi vindicare, nec sine

scriptaque varia, quibus festorum dierum multitudo partim defensa partim oppugnata est, peperit, quae in vnum volumen coacta prodiere italice sub hoc indice: *Raccolta di Scritture concernenti la Diminuzione delle Feste di precetto, Luccae 1748, 4.* Litterae breuiores a Benedicto XIV. ad Archiepiscopos et Episcopos Siciliae citra Pharum, Messanensem item et Panormitanum Archiepiscopos, et ad Archiepiscopos atque Episcopos Etruriae datae, quibus illis imminuendae festorum dierum turbae licentia conceditur, insertae sunt Actis historicoecclesiastic. Vinariensibus, Vol. 15, p. 907 sqq.

[23] Etiam apud Latinos tardius celebratum hoc festum 15 Augusti, licet inter Augustini sermones de sanctis, duodeuigesimus legatur in assumtionem Mariae. Sed tribuendus est Ambrosio Autperro, cuius temporibus circa A. C. 770. de assumtione B. Virginis agi coepit. Confer Mabillonium T. 2, Saecul. 3. Benedictin. p. 270. Natalem Alexandrinum H. E. saec. secundo pag. 278 sq. edit. in folio. Dan. Papebrochium in Epistola ad Ioan. Mich. Heineccium inserta huius operi de sigillis pag. 165. Baluzium pag. 565. ad Gratianum; et Io. Launoium in iudicio de controuersia super exscribendo Parisiensis Ecclesiae Martyrologio (contra Nicolai Billialdi Vindicias Parthenicas) Paris. 1671, 8. Vide et quae Claudius Iolius Canonicus Paris. in dissertatione de verbis Vsuardi 15 Aug. et in Epistola pro Vsuardo Apologetica Paris. 1669, 1670. contra Iac. Goudini Doctoris Sorbonici et Canonici Paris. assumtionem B. Virginis vindicatam, item Iacobus Boileau in obseruationibus ad eiusdem Goudini librum. Consule etiam Florentinium ad Martyrolog. Hieronymianum p. 263 sq. et quae B. Antonius Reiserus in Launoio confessore pag. 763 sq. contra ea quae Lambecius in itinere Cellensi et Tom. 8. Bibl. Vindobon. p. 132 sq. In Calendario siue Lectionario veteri, quod Ioan. Fronto edidit, et in aliis antiquioribus monumentis memoratur celebratio *pausationis* siue *dormitionis* S. Mariae, quae Graecis κοίμησις. Vide Ioan. Frontonis dissertationes ecclesiasticas a me (*Fabricio*) iunctim editas p. 221 seq. et Suicerum in κοίμησις. Neque assumtionis vocabulum initio aliter acceptum, quam pro dormitione, Walafridus Strabo in assumtionem B. Virginis T. 15. Bibl. Patrum, edit. Lugdun. p. 219.

Virgo Dei genitrix de corpore ducta pudico
In requiem Domini transiit ecce sui.

Euangelium festo assumtionis explicandum est Lucae X, 38 sqq. vide Guiberti Abbatis opera pag. 298. Sepulcrum B. Virginis ostenditur Hierosolymis. Vide Eugenii Rogeri, Fratris

ſine piaculo negligi. De feſtis diebus *Apoſtolorum* adeundus *Io. Dallaeus* de pſeudepigraphis Apoſtolicis lib. 1. cap. 11. pag. 139 et cap. 14. pag. 159 ſeq. Alia recentiorum Graecorum feſta vide apud *Thomam Smithum*, in Epiſtola de ſtatu Eccleſiae hodiernae Graecorum pag. 16 ſq. *Paullum Ricautum*, in libro Anglice primum, tum Gallice edito de ſtatu Eccleſiae Graecae cap. 6. et Rev. *Ioan. Mich. Heineccii* delineationem Eccleſiae Graecae parte 3. c. 3 *Suicerum* in theſauro et *Cangium* in gloſſario mediae Graecitatis Sed et Typicum Irenes Auguſtae, in Analectis Graecis Benedictinorum p. 248 ſeq. vbi varia feſta memorantur, ne de Lectionario, Euchologio et aliis libris Graecorum Liturgicis dicamus. 'Εορτολόγιον Sebaſti Trapezuntii Kymenitae, typis exſcriptum Bucareſti in Walachia 1701, 4. De feſtis Graecorum adeundus quoque *Balſamon* apud Leunclauium in iure graecoromano T. 1. p. 160 ſqq. De feſtis Coptorum Seldenus III, 15. de Synedriis. De feſtis Chriſtianorum orientalium elegantem libro de notis chronologicis anni mortis et natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti diſſertationem inſeruit Mar. Lupus. Dies feſtos Euangelicorum recenſet Hieronymus Guilielmus Schmidt in deſcriptione dierum dominicorum atque feſtorum anni euangelici, Germanice Norimbergae 1730. 8. edita.

Dies *Sanctorum* memoriae conſecratos in Graecorum *Menologiis* et Latinorum *Martyrologiis* conſignatos videre licet, de quibus nolo iam copioſius diſſerere poſt ea quae de Menologiis ad *Allatium* de libris Eccleſiaſticis Graecorum dixi, et quae in Schediaſmate de libris Eccleſiaſticis Latinorum et Actis Sanctorum annotauit *Nicolaus Petrus Sibbern*, Glückſtadienſis Holſatus. Witebergae 1706, 8. atque Kalendarium Syriacum impreſſum Romae Anno 1622. De martyrum veneratione conſule *Caſp. Sagittarii* librum de martyrum natalitiis in primitiua eccleſia, Ienae 1678. et auctiorem, ibid. 1696. *Ioachimi Ioannis Maderi* commentationem de ſancto Laurentio martyre eiusque monaſterio prope Scheningam. Helmſtadii 1656, 4. *Ioachimum Hildebrandum* de natalitiis veterum ſacris et profanis, p. 79 ſqq. *Ioan. Fellum* in notis ad Cypriani Epiſtolam XII. pag. 27. edit. Oxonienſis. *Ioan. Henrici Stuſii* commentationes duas de natalitiis eccleſiaſticis, Gothae 1737 et 1738. et *Ioan. Paulli Schwabii* diſſertationem de inſigni veneratione, quae obtinuit erga martyres in primitiua eccleſia. Altorfii 1748.

Feſtum *Circumciſionis* auctor blaſphemi libri תולדות ישו p. 22. inepte fingit inſtitutum eſſe a Petro Apoſtolo, longe enim ſerius *Octaua Natiuitatis* celebrari coepit, quibus deinde poſt aliquot ſaecula acceſſit alter ille *Circumciſionis* titulus. Vide *Bellarminum* lib. 3. cap. 15. de beatitud. et cultu ſanctorum.

Fratris Ordinis Minorum, deſcriptionem terrae ſanctae, Gallice editam Pariſiis 1664, 4to, pag. 156.

rum. *Edmund. Martene* de Ecclesiae disciplina in diuinis officiis, p. 96. sqq. *Baronium* ad Martyrolog. Romanum Calendis Ianuar. *Casaubonum* Exerc. 2. ad Baron. cap. 9. et *Montacutium* 1 Orig. Ecclesiast. p. 126 seq. 136. *Faustini* Homilia contra varias superstitiones Calendis Ianuariis vsitatas (vnde ἑορτὴν Σατανικὴν vocat Chrysostomus homilia 1. de Lazaro, T. 5. edit. Ducaei p. 18.) edita est a *Bollando* Tom. I. Act. Sanctorum Ianuarii pag. 2. adde *Chrysostomi* orationem in Calendas, quae incipit καθάπερ χορὸς T. 1. edit. Montfauconianae p. 679. *Asterii* homiliam quartam, *Canonem Trullanum* LXII. *Sirmondum* ad sermonem *Augustini* de Calendis Ianuariis T. 1 Opp. Sirmondi p. 335. *Ioan. Sauaronis* ad eundem sermonem notas memoratas du Pinio T. 17. Bibl. Eccl. p. 59. *Petrum Possinum* ad *S. Nili* Epistolam 81. vbi etiam de veterum Christianorum per illam diem deuotione. Vide et Cangii glossarium in *ceruulus* et *Kalendae*, *Hugonem Menardum* ad Poenitentiale Romanum T. 14. Bibl Patr. p. 931. et ad concordiam regularum cag. 50. § 4. atque *Aloysii Nouarini* schediasmata sacra libro 5. cap 16. Kalendas Ianuarii prohibentur colere Christiani can. 2. Concilii Turonensis A. C. 567. Agyrtarum Calendis Ianuariis, Natalibus Christi et die Candelarum ianuas oberrantium stipemque petentium meminit Io. Tzetzes Chil. XIII. hist. 475. De *festo Fatuorum* siue innocentium puerorum Calendis vel V. Ianuarii abolito in Gallia, et restituta sollemnitate Circumcisionis Domini vide *Ioan. Busaeum* ad Petri Blesensis Epistol. 126. et in appendice. (T. 24. Bibl. Patrum p. 1371, 1373 sq.) *Honoratum de S. Maria*, Carmelitam, in Tomo secundo obseruationum Gallice editarum de regulis et vsu Critices, Paris. 1717, 4. lib. 3. dissert. 3. vbi etiam de festo subdiaconorum. Querelam ad Gassendum p. 73. *Antonii Pagi* Criticam Baronianam ad A. C. 1187. num. 17 sqq. et *Francisci Pagi* breuiarium de vitis Pontificum, T. 4. pag. 570 seq. De Hippodromiis per Calendas Ianuarias institutis vide praeter *Nilum* Epistola laudata, *Sidonium* carmine 23. v. 307 seq. De strenis et donis quae initio anni quemadmodum aliis quoque diebus festis mitti ad amicos consueuerunt videndus *Zaccagnius* ad Epistolam *Nysseni*, in collectione veterum scriptorum p. 354, 379. *Ausonius* Tollii p 645. *Symmachus* X. Epist. 35 et 27. *Petauius* ad Iuliani Misopogonem p. 306 seq. edit. Paris. *Iac. Godofredus* ad Codicem Theodosianum Tom 2. p. 439 sq. vbi de strenis [24] imperatori oblatis, *Io. Tristanus* Tom. 2. Hist. Imperatorum pag. 643. *Casp. Ziegleri* Kalendae Ia-

[24] Ex Symmachi libro 10. Epist. 35. Metellus Tegerseensis in Quirinali Oda apud Canisium Tomo 3. Antiquit. Lectionum edit. nouae parte 2. p. 121.

Strenas nobilitas Caesaribus piis, Rex dignis procerum dabat
Vrbi quas Latiae tum iuueni dedit Rex Titus Tatius prior
Factas accipiens paupere munere Verbenas studio patrum.

nuariae ad L. vnd. C. de oblatione votorum lib. 12. Witemb. 1657, 4. *Ioan. Strauchii* Kalendae Ian. ad eand. legem. Brunſw. 1667, 4. *Iulius Caeſar Bulengerus* lib. 2. c. 27. de Imperat. Rom. *Caſaubonus* ad Athenaei III, 18. vbi de nominibus ἐπινομὶς et ἐυαρχισμὸς. *Philip. Horſtii* Schediaſma de ſtrenis votisque Ianuariis. Ien. 1632, 4. *Chriſtiani Frid. Franckenſteinii* diſſ. de nouo anno Lipſ. 1673, 4. atque *Martini* inprimis *Lipenii* ſtrenarum ciuilium et Eccleſiaſticarum Hiſtoria Lipſ. 1670, 1677, 4. et Tom. 12. theſauri Graeviani: *Iacobi Iunck* Xeniothecion, Colon. 1683, 4. *Hieron. Boſſius* Ticinenſis de ſtrena, Mediolan. 1624, 8. et in Sallengrii nouo Theſauro Antiq. Rom. T. 2. pag. 1393. *Theodori Marcilii* Hiſtoria ſtrenarum, orationibus aduerſariis et carmine explicata Pariſ. 1599, 8vo. quibus adde ſuccinctam ſtrenarum Hiſtoriam traditam Gallice a *Renato Ioſepho Turnemine* S. I. in memoriis litterariis Treuoltinis Anni 1705, pag. 102. edit. Amſtelod. *Ioan. Baptiſtae Vrſati* Epiſtolam ad Guil. Antonium Scotum inſertam Diario eruditorum Italiae T. 35. p. 79 ſqq. *Stanislai Santinelli* diſſertationem de ſtrenis. ib. p. 90 ſq. Strenarum varia genera perſequitur *Iacob. Sponius* in Epiſtola inſerta Tomo 9. Theſauri Gronouiani, p. 205. et in libro Gallico, *Recherches curieuſes d'Antiquité*, p. 485 ſqq. Stipis, quam populus ſtrenae loco dabat Imperatoribus, mentio paſſim fit a Suetonio et Dione, et in veteribus Inſcriptionibus apud Gruterum p. 106. Numus Antonianus noui anni auſpicia exhibens ex Bibliotheca Cardinalis Camilli editus illuſtratusque a Bellorio, Romae 1676, 8. prodiit. Lucernam ſepulcralem, in qua Victoria tenet clypeum votiuum cum his verbis: *anno nouo fauſtum felix*, exhibent Acta Eruditor. 1692. p. 226. Paullus Alexander Maffeus parti primae veterum gemmarum p. 113 ſqq. ſubiunxit expoſitionem cryſtalli veteris cum hac inſcriptione: *annum nouum fauſtum perennem felicem Imperatori. Andreae du Cheſne* Ianuariae Kalendae, ſeu de ſollemnitate noui anni tam ethnica quam chriſtiana, prodierunt, 1602, 12. De eo, quod iuſtum eſt circa vota noui anni conſule Philippi Richardi Schroederi diſſertationem. Regiomonte 1721. Primus anni dies μεγάλη νουμηνία et πάγκοινος ἑορτὴ Romanis quoque feſtus et aliis gentibus. Confer *Ouidium* 1. faſtorum 167 ſeq. 176, 185. Tibullum III, 1. *Valeſium* ad *Ammiani* XXIII, 1. *Libanii* ἔκφρασιν Καλανδῶν Tom. 1, Operum p. 178. *Procopium* lib. 1. c. 10. de aedificiis domus Iuſtiniani, vbi is refert, *Calendis, Ianuariis* Senatum in curiam conuenientem ἐνίαυτον ἑορτὴν ἄγειν. De Iudaeorum Roſch haſchanah diximus ſupra p. 435. de quibus a noui anni primo die ad feſtum expiationis ſe praeparantibus conſules *Io. Morinum* l. 9. de Sacramento poenitentiae cap. 34. Chinenſes tempore anni vertentis non ferunt domi ſuae peregrinum, ne fortunam anni futurii auferat. Vide Lettres edifiantes T. 13. p. 318.

De *Epiphaniis* ſiue *Theophaniis* die 5 vel 6 Ianuarii (vide Vſſerium de anno ſolari p. 20. et S. Nili narrationem 4. p. 60. edit. Poſſini) quibus memoria [25] Natiuitatis Chriſti, et baptiſmi (vnde etiam dictus dies *τῶν φώτων*, confer Beueregium pag. 213 ſeq. ad Synodicum) et mutatae in vinum aquae ac deniqne Magorum recoli conſueuit, videndus *Cotelerius* ad lib. 5. Conſtitutionum Apoſtolicar. c. 13. *Valeſius* ad Ammiani Marcellini XXI, 2. *S. Sedati* Epiſcopi homilia in Epiphania T. 11. Bibl. Patrum Lugd. pag. 1093. *Edmund Martene* de antiqua Eccleſiae diſciplina in Diuinis officiis pag. 107 ſqq. *Iſaacus Caſaubonus* ad Baronium exercitat. 2. cap. 11. *Ioan. Matthaeus Caryophilus* notis ad Caſaubonum in Ioannis Andreae Eudaemonis defenſione Baronii lib. 2. c. 3. p. 130. et *Eudaemon* ipſe lib. 2. c. 13. p. 190 ſqq. *Hugo Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 35. *Tillemontius* Tom. 1. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 13. 24. 29. *Suicerus* in Theſauro et in Obſeruationibus ſacris p. 43 ſq. et in gloſſario utroque *Cangius*, *Florentinius* ad Martyrologium Hieronymianum p. 229 ſq *Bollandus* T. 1. Actor. Sanctor. Ianuarii Tom. 1. p. 8. 323 et 664. *Briſſonius* ad legem Codicis Theodoſiani de ſpectaculis p. 41 ſq. *Montacutius* Tom. 1. Originum Eccleſ. p. 237 ſeq. *Petauius* ad Epiphan. pag. 359. et de incarnatione pag. 114 ſeq. edit. Pariſ. *Henrici Blumenbachii* Antiquitates Epiphaniorum, Lipſiae 1737. et *Simplicius Verinus* ſiue *Salmaſius* contra Grotium pag. 136 ſq. vbi aduerſus Petauium obſeruat non Epiphaniis ieiunatum, ſed per *νήϛιμον ἡμέραν* apud Theophilum Alexandrinum intelligi vigilias Theophania praecedentes. Extant et *Io. Kindleri* diſſ. de Epiphaniis Witteb. 1684. et *Io. Paulli Hebenſtreitii* de Epiphania et Epiphaniis apud Gentiles et Chriſtianos. Ienae 1693. De feſto magorum conſule *Frider. Spanhemium* T. 2. dubior. Euangel. p. 290. Poteſt praeterea conſuli licet fabulis ſcatens hinc inde *Henrici Crombachii* Hiſtoria et Encomium trium Regum, non paruo volumine in folio editum Colon. 1651. adde *Ioannis de Lions* librum gallico ſermone editum: *Traités ſinguliers et nouveaux contre le paganiſme du Royboit.* Pariſiis 1670, 12. De imagine trium Regum, quam aiunt iter facientibus et aduerſus varios morbos proficuam vide Relationes innoxias Anni 1723, pag. 497. De feſto conuerſionis Paulli 8 Cal. Februarii Innocentius III, lib. 1. Ep. 44. et Acta Sanctorum T. 5. Iunii 29. p. 467. De

[25] Epiphania pro Natali Chriſti ponuntur ab Ammiano XXI, 2. vbi vide Valeſium. Viciſſim Epiphania a Natalibus Chriſti diſtinguuntur in Menandri Hiſtorici Byzantini excerptis Hoeſchelianis p. 120. *ἀτὰρ ὁ Πέτρος ἔμεινεν αὐτοῦ ἐπιθειάσων τῇ* ΓΕΝΕΘΛΙΑΙ *ἑορτῇ χριστοῦ τοῦ Θεοῦ; ἤδη γὰρ προσεπέλαζε τῆς ἡμέρας τὸ σέβας. Ἔτι δὲ καὶ τῇ Θεοῦ* ἘΠΙΦΑΝΕΙΑΙ, *τὰ νόμιμα ἁγιστεύσας, μετὰ ταῦτα ἐπέβη τῶν Περσῶν.* Alioqui vocabulum *ἐπιφάνια* et *Θεοφάνια* apud Scriptores externos praeſentiam et manifeſtationem Numinis alicuius denotat. Vide Ezech. Spanhemium diſſ. 5. de praeſtantia numiſmatum p. 388 ſq. edit. Amſtelodamenſis.

De Festo *Purificationis* Mariae, siue vt Graeci appellant ὑπαπαντῆς, quod Anno Iustinani Imp. XV. A. C. 542 institutum tradunt *Theophanes*, *Georgius Hamartolus*, *Paullus Diaconus* XVI, 21. Histor. misc. *Nicephorus* XVII, 28. Hist. *Sigebertus* ad A. C. 542. aliique; licet ad Apostolorum aetatem eius originem referre velit *Iosephus Nerius* lib. 2. cap. vltimo Analector. Ad Gelasium Papam *Honoratus de S. Maria* T. 2. de regulis et vsu Criticae lib. 3. dissertat. 5. vide *Casaubonum* p. 170. Exerc. *Seldenum* III. de Synedriis Hebraeorum p. 130. *Rich. Montacutium* 1. Origg. Eccles. p. 157. *Tillemontium* T. 1. memoriar. pag. 449. edit. Paris. et Tom. 8 p. 786. *Edm. Martene* p. 115 seqq. de disciplina ecclesiae in diuinis officiis. *Hug. Menardum* ad sacramentarium Gregorii M. pag. 40 sq. *Baronium* ad Martyrolog. Romanum et *Bollandum* in Actis Sanctor. ad 2 Februar. Tom. 1. p. 268 sq. *Angelum Roccham* in opusculo de praesentationis Mariae in templo Historia et festiuitate Rom. 1597. *Ioan. Moebium* diss. de Hypapante Lips. 1691. *Florentinium* ad Martyrologium Hieronymianum p. 225 sq. *Suicerum* in Thesauro, *Cangium* in glossario. *Binghamum* Origin. Ecclesiastic. lib. 20. c. 8. § 5. et *Aegidii Menagii* origines Gallicas in *Chandeleur*, quomodo Gallis dictum illud festum, vt Germanis Lichtmesse, de quo H. C. L. *Stochausen* de cultu ac vsu luminum antiquo Trai. ad Rhen. 1726, 12. cap. 1. pag. 10 sqq. et D. *Ioan. Bened. Carpzouius* ὁ μακαρίτης in homiliis vernaculis quibus problemata quaterna ex singulis per annum Euangeliis proponit resoluitque Tom. 1. pag. 286 sq. Homilias quae sub Methodii, Cyrilli Hierosolymitani, Nazianzeni, Nysseni, Ambrosii, Chrysostomi et Fulgentii nominibus in festum ἀπαντήσεως feruntur, recentiorum auctorum esse contendunt viri docti, licet pro Methodii Homilia pugnet Allatius diatriba de Methodiis p. 341 sq. Vide quae Wilh. Ernestus Tenzelius diss. de ritu lectionum sacrarum § 6. et Tillemontius memor. T. 8. p. 786 et T. 9. p. 613.

De *Quadragesimae* [26] sollemnitate, qua nuptiae, natalitia, commemorationes martyrum non fiebant, contra obtinebant Xerophagiae et ieiunia, videndus *Aloysius Nouarinus* Adagiorum sacrorum T. 2. excursu 11. p. 33 sq. *Ioan. Filesacus* de Quadragesima Christianorum, inter eius varia opuscula diatriba secunda, Parisiis 1614, in 8. edita. *Binghamus* Origin. ecclesiastic. libro 21. c. 1. *Christianus Wilduogel* de eo quod iustum est circa tempus Quadragesimale, (in eius

[26] Quadragesima dicta a XL. diebus quibus Christus ieiunauit, vnde et alia ieiunia passim quadragesimae nomine veniunt, de quibus infra capite XI. *Carnipriuium* siue *priuicarnium* vocatur Dominica Quinquagesimae siue Estomihi. Vide Macrorum Hierolexicon et Cangii glossar. Ceterum Menagius in Originibus Italicis Gallicisque in *Carnouale* istud nomen cum Ferrario putat dictum non quasi *carouale*, sed potius quasi *carnasciale*, Carnalia scilicet festa, vt Saturnalia, Liberalia.

eius Chronoſcopia legali) *Io. Ioachimi Hombergii* de Quadrageſima Chriſtianorum veterum et ritibus in ea quondam vſitatis diſſertatio Hiſtorico-Theologica, Helmſt. 1677; 4. *Georgii van Daſſel* de iure temporis quadrageſimalis, Argentorat. 1617, 4. Primum Ieiuniorum Sabbatum Graecis dicitur *πρωτοσάββατον*, vt notat Cangius in ea voce, vti Dominica in albis *κυριακὴ δευτερόπρωτος*, de quo idem notis ad Zonaram pag. 61, 62. *Septuageſimae, Sexageſimae* et *Quinquageſimae* non inuenio mentionem ante B. Gregorium, inquit Bellarminus, quem de his, ſi placet, vide III, 14. de beatitudine et cultu ſanctorum.

De Bacchanaliis ſiue furialibus (pudet dicere) Chriſtianorum in Romana praecipue Eccleſia, [27] quem morem a Bacchanaliis Gentilium alii, alii vt *Schickardus* a Iudaico Purim deriuant, exſtat praeter *Io. Nicolai* et *Herrenſchmidii* diatribas ſupra laudatas, *Ioan. Caſpari Zeumeri* diſſertatio, Ienae 1699. et altera Rev. D. *Chriſtophori Sonntagii*, quae inſcribitur ſaltus ab extremo in extremum geminus ſub vigiliam Carnis priuii declinandus, Altdorfii 1709. Illam Paganiae ſpeciem pluribus deteſtatur S. Bouſſacus in noctibus theologicis diſſert. 5. de ieiuniis male auſpicatis. Hieronymus autem Cardanus de libris propriis pag. 49. ita de Bacchanaliis: *Poſt opus aggreſſus ſum Mediolani vacationibus quadragenariae, ſeu Bacchanalium potius, Anni MDLXI. Ita enim non obſcurum eſt noſtra aetate celebrari ante quadragenariam vacationes, in quibus ludunt, conuiuantur, perſonati ac laruati incedunt, denique nullum luxus et laſciuiae genus omittunt. Sybaritae et Lydi, Perſaeque vincuntur. Nec tantum bonis operibus ac piis quadragenaria promerentur, quantum peccant iis Lupercalibus.* Si qui ſunt e noſtris, qui ieiunia omnia reiiciunt, Bacchanalia huiusmodi viuunt, eos a Stanislao Hoſio T. I. Opp. pag. 362. iure meritoque reprehendi non dubitamus. Baptiſta Mantuanus libro ſecundo faſtorum, quum Lupercalia ethnica perſtrinxiſſet, ſubiungit:

Iſta ſuperſtitio, leuis haec inſania noſtros
Tranſiit in mores.

De Dominica *Laetare*, [28] rituque idolum mortis illa die eiiciendi, iucundam lectu diatribam edidit M. *Paullus Chriſtianus Hilſcherus* Lipſiae 1690, 4. qui

[27] Non dubium eſt, quin Viris bene ſanae mentis etiam in Eccleſia Romana valde improbentur Bacchanalia. Vide librum Pariſiis 1723, 12. editum: *Inſtruction chretienne ſur la maniere, dont on ſe doit conduire dans le tems, qui precede le Carême, et ſur les ordres du Carneval.*

[28] A verbis Ieſaiae LXVI, 10. *Laetare Ieruſalem*, in introitu Miſſae decantari ſolitis. Dicitur etiam *Dominica panum*, quia legitur Euangelium de panibus, quibus tot millia hominum pauit Chriſtus; vel *Dominica Roſarum* a roſa per Pontificem conſecrari ſolita. Sic *Dominica Quadrageſimae*, ſcilicet diei ante feſtum Paſchatos, quae etiam *Inuocauit* appellatur,

qui morem illum a Polonis, memoriam idololatriae A. C. 965. reiectae recolentibus deriuat. Eſt quoque in manibus *Io. Caſparis Zeumeri* de Dominica Laetare diſſertatio, Ienae 1701. vbi etiam de *aurea roſa* quam iſta die conſecrare conſueuit Romanus Pontifex, de qua praeter *Iacobum l'Enfantium* Hiſtor. concil. Piſani T. 1. p. 325 ſq. ex noſtratibus videndi Rev. *Adamus Rechenbergius* in Exercitatione quam admodum iuuenis vulgauit, Lipſiae 1666. *Erdm. Neumeiſterus* Eclog. euangel. T. 1. p. 629 ſq. et *Frideric. Raskius* in commentat. de Roſa aurea omnique aeuo ſacra, 1728, 4. Ex ipſis Romanae ſectatoribus *Theophilus Raynaudus* Tomo 10. Opp. et *Iacobus Gretſerus* libro 2. de benedictionibus cap. 40. *Cangius* in Gloſſario, et Mabillonius Tom. 2. muſei Italici p. 135 et 176.

In annuntiationem B. Virginis 25 Martii, quod S. Bernhardo radix omnium feſtorum dicitur, tres homiliae ſub *Gregorii Thaumaturgi* nomine editae a Gerhardo Voſſio Tungrenſi ſunt, quas *Proclo* Conſtantinopol. *Chryſoſtomo* vel aliis iunioribus Doctoribus tribuunt eruditi. Illas, aliasque veterum Homilias in hoc feſtum Latine exhibet *Franciſcus Combefiſius* in Bibliotheca Concionatoria Tomo 6, p. 313 – 436. Vt vero in transcurſu hoc notemus, totum illud volumen, vti ſextum et ſeptimum quoque atque octauum Homiliis veterum Eccleſiae Doctorum in ſanctos et dies feſtos Combefiſius impendit, quemadmodum prioribus quinque exhibet homilias in dies Dominicos per totum annum. Prodiit Bibliotheca Concionatoria Combefiſii Pariſiis 1662. fol. octo Volum. poſt Bibliothecam Homiliarum et ſermonum priſcorum Eccleſiae Patrum, quae collectoribus *Laurentio Cum Deo* Italo et *Gerardo Meſano*, Dominicano Germano, Lugduni ex Iuntarum officina, 1588. fol. quatuor Volumi-

pellatur, ita dicitur, quia Eccleſia hac die dominica ad primaria Sacra introitum feciſſe dicitur ex 1 Paralipom. XXI, 26. *Inuocauit Dominum et exaudiuit eum*, et intuitu verborum, quibus Chriſtus in Euangelio illius diei Matth. IV, 10. inquit: *Dominum Deum tuum adorabis, et ei ſoli ſeruies. Dominica Reminiſcere*, ab introitu ex Pſ. XXIV, 6. *Reminiſcere miſerationum tuarum, Domine, et miſericordiarum tuarum, quae a ſaeculo ſunt.* Sub quibus quaſi verbis mulier Cananaea intelligenda ſit Chriſtum alloquuta. Conf. Euangel. Matth. XV, 22. et XXV. *Dominica Oculi*, ab introitu ex Pſ. XXV, 15. *Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos;* et intuitu verbor. Euangelii Luc. XI, 20. *Dominica Iudica* ab introitu ex Pſ. XLIII, 1. *Iudica me Deus, et diſcerne cauſſam meam de gente non ſancta*, et intuitu verborum Euangelii Ioan. VIII, 46. *Dominica Palmarum* a ſubſtratis Chriſto, Hieroſolymam ingredienti, *palmarum* frondibus. Vulgus diem Palmarum dixit olim *capitilauium*, quia tunc moris erat lauare capita infantum, qui vngendi eſſent. Vide Raban. Maurum X, 15. de vniuerſo. T. 1. p. 162. Plura de Dominicis deprehendes apud Cangium in Gloſſario Latino voce Dominica, et Graeco voce Κυριακή, et apud Allatium de Dominicis Graecorum ad calcem libri de conſenſu vtriusque Eccleſiae.

luminibus prodierat. Ceterum vt ad institutum redeamus, eadem die 25 Martii, qua annunciationem Mariae siue ἀσπασμὸν Angelicum, conceptionemque Saluatoris recoluere Christiani veteres, etiam Mundum creari coeptum sibi persuaserunt, de quo videndus Iacobus Goarus in limine notarum ad Chronologiam Georgii Syncelli. Alii eundem diem 25 Martii assignarunt passionis et mortis Christi, et diem 27 Martii resurrectionis. Adi Papebrochium in Actis Sanctor. T. 3. Martii 25. p. 540 seq. et Martii 27. p. 687.

De *Hebdomade magna* siue salutiferae Passionis exstat B. D. *Io. Frid. Mayeri* dissertatio Hamb. 1695, 4. Eodem anno prodierunt *Ioannis Faës* Pastoris primarii Stadensis, A. 1712. denati, libri tres de hebdomade magna,[29] excusi Bremae in 8vo, vt omittamus Exercitationem *Godofredi Ludouici* de eodem argumento, Lipsiae 1692. Accurate illud tractare etiam instituerat *Isaacus Casaubonus* in dissertatione de quadragesima Ecclesiae, quam Exercitationibus Baronianis ad Annum Christi 57. inserturum se promisit Exerc. XVI. p. 590. sed fato interceptus non potuit. Confer et *Beueregium* ad Canonem Trullanum 89. *S. Boussacum* in noctibus Theologicis diss. 8. pag. 145 seqq. et *Ioan. Michael. Fischeri* dissertationem de sollemnibus vet. Ecclesiae antepaschalibus. Lipsiae 1704.

De *die*[30] *Palmarum* siue *Dominica Palmarum Beueregius* p. 210. ad Synodicum, Euchologium *Goari* p. 745. *Hugo Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 56. *Io. Frid. Mayerus* in Dissertatione de Dominica Palmarum. Gryphisw. 1706. De *Asino Palmarum* Acta Eruditorum, Germanice vulgata T. 2. p. 666 seq. De *die cinerum* siue *capite ieiunii* vide *Io. Dallaeum* III, 12. de ieiuniis et Quadragesima p. 541. Dauentriae 1654, 8. Rev. *Ioan. Andreae Schmidii* Historiam et originem Adami Halberstadiensis in die cinerum ex Ecclesia eiecti, Helmstad. 1702, et *Ioan. Gabrielis Mittwoch* exercitationem de capite ieiunii vulgo die Ascher-Mittwoch, Lipsiae 1693. (Eschen Mittwoche apud Hottingerum Tom. 9. Hist. Eccles. p. 13.) De *die Viridium* Exercitatio *Ioan. Caspari Zeumeri* prodiit Ienae 1700. De die *magnae parasceues* (Kaar-Freytag, a vocabulo Kaar, quod satisfactionem denotat) *Christianus Claius* diatribam vulgauit

 Lipsiae

[29] Ibidem pag. 447. memorat Faesius, bullam Coenae Dominicae, qua haeretici sollemniter a Papa excommunicantur, promulgatam primum esse a Martino V. Anno 1420. (*Sed ab Vrbano V. A. 1364. commemoratur T. 1. Bullarii p. 282. a Paullo V. T. 3. p. 248.*) Hanc igitur Bullam quotannis die Viridium recitat Cardinalium aliquis Pontifice in excommunicandorum symbolum candelam nigram ardentem exstinguente et in coetum adstantium proiiciente. Ritum vide in Conciliis Harduini T. 9. pag. 1488. Bullam ipsam in Wagenseilii pera librorum iuuenilium Vol. 6. sectione vltima p. 1121.

[30] In Oriente celebrari coepit circa A. C. 498. Vide Assemanni Bibl. Oriental. T. 1. p. 23 sq.

Lipsiae 1697. et *Christi. Wilh. Iustus Chrysander* Germanice edidit 1755, 8 obseruationes antiquarias de die Parasceues. Euolui etiam potest laudati D. *Io. Frid. Mayeri* dissertatio de desiderio quo flagrarunt nonnulli die illa mortem obeundi, Gryphisw. 1702. cuius voti compotes factorum exempla vide sis in Nouis litterariis maris Baltici Anno 1705. p. 218. et in Danielis Griebneri τοῦ μακαρίτου Homilia habita in funere C. V. Io. Kuhnii Mathematum in Academia Lipsiensi Professoris. Alioqui diem Veneris quemlibet, parasceuem dictum constat, et notauit *Brissonius* ad legem Codicis Theodos. de spectaculis p. 22 seq. De *magno Sabbato* et παννυχίδι siue *vigiliis Paschatos* videndus Lactantius VII, 19. idem Brissonius p. 47. *Cotelerius* ad V, 19. Constitutionum Apostol. *Beueregius* ad Can. LXVI. Apostol. *Valesius* ad Eusebium p. 35 seq. *Caspar Sagittarius* cap. 3. de natalitiis Martyrum § 10. vbi et de aliis sacris vigiliis quas fere cum ieiuniis coniunctas fuisse obseruant *Ferrarius* lib. 1. de ritu sacrarum Concionum c. 28. et *Simplicius Verinus* siue Salmasius p. 136. libri contra Grotium. De vigiliis Paschalibus veterum Christianorum quoque diatribam Anno 1687. Lipsiae emisit *Georgius Henricus Goezius* tum admodum iuuenis, postea Praesul dignissimus Lubecensis et *Michael Ehrenfried Krause*, Lipsiae 1715. Per τοῦ βαπτίσματος ἑσπέραν apud Cyrillum Hierosol. Catechesi Mystagogica 1. vigilias Paschatos intelligi ostendit Tho. Milles in notis pag. 277. In vigilias Paschales habes Augustini sermones 219–223. pag. 670 sqq. T. 5. edit. Benedictin. et Amstelodamensis. Diebus tribus ante Pascha οὔτε ἀσπάζεσθαί τινα οὔτε εἰρηναῖα προσειπεῖν ἔξεστι. Procopius c. 9. Anecdot. vbi vide notas Allemanni.

De hodiernis ritibus quadragesimalibus Ecclesiae Romanae praecipue per hebdomadam sanctam frequentari solitis, atque ex parte parum honorificis Christo vel Christianae religioni, minimeque ad aedificationem Christianorum comparatis, legendus liber in lucem editus Gorlitzii Anno 1710, 8. auctore M. N. H. qui inscribitur: Sinceri Catholici aufrichtige Vorstellung und Abbildung der Paßions- und Fasten-Andacht in der Römisch-Catholischen Kirche. *Gisbertus Voetius* T. 3. dissertat. selectar. p. 1383 sqq. et *Gordonus*, qui, missis Pontificiorum sacris, Reformatis sese addixit, in libro anglico sermone Londini 1719, 8. euulgato: *Account of the superstitious Ceremonies of the Church of Rome in the holy Week.* Caspar Barthius Solliloqu. p. 845.

Longa superstitio de Relligione theatrum
Fecit — — — — — —

De festo resurrectionis Christi et ἀναστασίμῳ [31] Christianorum *Paschate* con-

[31] Σταυρώσιμον Pascha, designat festum Passionis. Confer Suiceri Obseruationes sacras p. 62

consulendus Bellarminus III, 12. de beatitudine et cultu sanctorum, *Herm. Conringius* in programmatibus sacris p. 126 seq. et *Io. Ioachimi Homborgii* libellus de Paschate veterum Christianorum Helmst. 1683, 4. *Henrici Nicolai* Paschalia, Dantisci 1647, 4. *Io. Geo. Schnellii*[32] Dissertationes duae de Paschate veterum ἀναστασίμῳ Lips. 1717 et 1718. *Sig. Iac. Baumgartenii* commentatio de veterum temporibus memoriae Christi vitae restituti sacris, Halae 1736. et *Christianus Wilduogel* de eo quod iustum est circa festum Paschatos (in Chronoscopia Legali de festis.) De canonibus veterum Paschalibus consulas *S. Hippolyti* canonem; Appendicem *S. Cypriani* in editione Oxoniensi; *Aegidium Bucherium* ad canonem Victorii; et *Petauium* in Vranologio. De controuersia cum Quartadecimanis aliisque super tempore paschatos celebrandi confer Auctores a S. V. Io. Georg. Walchio H. E. N. T. p. 707. excitatos. De tempore manducati a Christo agni paschalis supra pag. 432. dictum est. De epistolis et homiliis paschalibus praesulum Alexandrinorum, qui tempus paschatos celebrandi ex praescripto Concilii Nicaeni aliis intimare ecclesiis debebant, vide quae notata sunt Tom. 8. Bibl. graecae p. 566. et Thomam Ittigium in historia concilii Nicaeni § 58. p. 60. De *igne Paschali Nic. Serrarius* ad Bonifacii Epist. 142. B. *Io. Reiskius* in der Untersuchung des heidnischen Nodfyrs p. 61 sq. Francof. 1696, 8. qui libello illi scriptum *Ioannis Timei* pastoris prope Hanoueram Lindensis de igne Paschali subiunxit. *Michael Schreiber* de igne paschali, quo sepulcrum Dominicum caelitus quotannis illustrari creditur. Regiom. 1705. *Ion. Conr. Schrammius* de eod. argumento. Helmstadii 1728. *Alb. Meno Verpoorten* Dissertatt. p. 434. et *Ioan. Laur. Moshemius* Dissert. ad Historiam Ecclesiasticam pertinentium. Vol. 2. p. 211 sqq. De *cereis paschalibus*[33] Io. Faës ὁ μακαρίτης libro de cereis baptismalibus p. 166 sq. Cangii glossar. in *cereus*. *Matthias Hagerup* in

 dissertat.

p. 62 sq. Fallitur tamen P. Gabriel Daniel qui in nouo quod vocat Systemate de Paschate Anni 1695. contendit Ecclesias Asiaticas tempore Victoris Episcopi Romani Pascha non ἀναστάσιμον sed σταυρώσιμον decima quarta luna celebrasse, ἀναστάσιμον vero sexta decima. Vide Tillemontii memorias Hist. Eccl. T. 3. ad vitam Victoris nota 1. De etymo germanici vocabuli Ostern disserit Andreas Rizius Bibl. Bremens. T. 8. p. 449 sqq. idque ab Ostera, Dea Saxonum, a qua Aprilis, Oster-Monat, dicitur, deriuat. Adde S. V. Baumgartenii commentat. in quatuor symbola theothisca. Halae 1752. pag. 23.

[32] Idem auctor Historiam paschatos christiani promisit; vide Bibliothec. German. T. 14. p. 148. quae autem lucem non vidit.

[33] De cereorum vsu in Floralibus et Saturnalibus vide Suàresium coroll. de agnis Dei pag. 52 seq. vbi quoque de eo, quod in sacris Iudaeorum non cerae vsus, sed olei ad lucernas, fuit, et plura de luminibus; idem pag. 63 seq. disserit de κηροφόροις et κανδηλάπταις; pag. 68 seq. de cereis murusculis apud Christianos et alio eorum vsu; pag. 79 seq. de eorum benedictione; et pag. 87 sqq. de vi et efficacia cereis paschalibus tributa. Alia de lucernis, et sacris praesertim dabit Fortunatus Scacchus in Eleochrysmatibus I, 6. seqq.

diſſertat. de ſacro luminum vſu. Havniae 1718, 4. et *Honoratus de S. Maria* T. 3. Reflexionum ſuper regul. critices, diſſertatione ſecunda, vbi ſimul de aliis caerimoniis paſchalibus, nimirum de agnis Dei, benedictione fontium et benedictione *παναγίας*, ſiue panis triangularis, atque baptiſmo catechumenorum differit. Praeterimus quae de tripudio Solis Paſchali fabulati ſunt nonnulli, de quo *Hieronymi Chriſtophori Lauterbachii* ſchediaſma prodiit Helmſtadii 1706. et *Caroli Friderici Lutheri* diſſertatio. Kilonii 1703. De *riſu paſchali* quem in Romana Eccleſia impie et inepte captarunt nonnulli captantque, adi *Io. Oecolampadii* Epiſtolam Apologeticam ad Wolfg. Fabricium Capitonem, Baſil. 1518, 4. *Burch. Gothelf Struuii* Bibliothecam antiquam T. 1. p. 403 ſq. nec non programma XXI. *Iacobi Thomaſii τοῦ μακαρίτου*, D. *Gotfr. Wegneri* diſſertationem de riſu Paſchali oratorem ſacrum eiusque auditorem minime decente, Regiomont. 1705. *Ionae Conr. Schrammii* Progr. de riſu paſchali. Helmſtadii 1725. et *Ioannis Petri Schmidii* commentationem de riſu paſchali. Roſtochii 1747. Vide etiam M. G. Aemiliani iter Italicum quod ſub titulo *Hiſtoire des tromperies des Preſtres et des Moines* ſaepius recuſum eſt Tom. 2. p. 142 ſq. et p. 147 ſq. vbi de ouis paſchalibus, quae mihi in memoriam reuocant Concionem Paſchalem quam in itinere ſuo apud Traporenſes audiuiſſe ſe teſtatur Dellonius. Suggeſtu nempe conſcenſo et facto ſignaculo crucis egregius ille Myſtagogus, *Vous ſavez*, inquit, *Meſſieurs, que le ſermon du jour de Paques ſe fait pour trois raiſons: la premiere, pour ſouhaiter les bonnes fetes aux auditeurs: la ſeconde pour leur demander les oeufs de Paques, et la derniere pour les faire rire. Pour ſatisfaire au premier point, je vous ſouhaite de bons jours à tous; pour le ſecond, ſi vous m'envoyez des oeufs, je les prendrai: et pour le dernier, je vous dirai, que je rencontrai hier le gros Gregoire, a qui je demandai, dis-moi, voleur, féras tu toujours le perſonnage de Pilate à la paſſion?* Hic ſermo Paſchalis integer; poſt quem peroratum ſcilicet, putidus *γελωτοποιὸς* de ſacro ambone deſcendit magna cachinatione inſequuta plerorumque auditorum, cordatorum vero non minore, vt fas eſt credere, indignatione. De *ouis paſchalibus* praeter laudatum Aemilianum conferri poſſunt *Ioan. Chriſtoph. Harenbergius* Biblioth. Bremenſ. T. 6. p. 1026 ſqq. *Ioan. Friderici Mickelii* Oologia paſchalis. Darmſtadii 1732, 4. *Heineccii* delineatio Eccleſiae Graecae P. 3. pag. 234. et *Tobiae Kraſckii* atque *Ioan. Frid. Gottlob Erdmanni* commentationes de hoc argumento, Regiom. 1705. et Lipſiae 1736.

Hebdomadem non ante Paſcha modo, ſed etiam *poſt Paſcha* feriatam et ſanctam ex Conſtantini M. lege, de qua Theophanes p. 13. apud veteres Chriſtianos fuiſſe notant viri docti ad Canonem 66. Trullianum, *Sirmondus* ad ſermonem XVIII. Auguſtini, T. 1. Operum Sirmondi p. 338. *Cotelerius* Tom. 3. monu-

monument. Ecclesiae Graecae p. 585. *Henricus Norisius* contra Francisci Macedo somnia p. 8 et 9. *Binghamus* Orig. ecclesiastic. lib. 20. cap. 5. § 1. et lib. 21. cap. 1. § 29. Vide etiam canonem secundum synodi secundae Matisconensis Anno 585. Quae festum paschatos excipiebat *Dominica in albis*, scil. depositis, (*Quasimodogeniti*, 1 Pet. II, 2.) dicebatur, quoniam albis vestibus, manumissionis insigni vt docet Tertullianus, induti erant recens baptizati, et cantatus hymnus:

Ad caenam agni procidi
Et stolis albis candidi
Post transitum maris rubri
Canamus Christo Principi.

De more ipso candidae vestis, quam per illos septem dies hebdomadis magnae post Pascha neophyti siue recens baptizati gestabant, vide *Theophilum Raynaudum* in Christiano Christi et Ecclesiae per baptismum filio cap. 7. *Iosephum Vicecomitem* libro 5. de ritibus baptismi c. 13 seq. *Gottfriedi Wegneri* dissertationem de alba veste baptizatorum, Regiom. 1700. et quae de Dominica in albis siue clausa Paschae *Andreas Wilkius* Pleiade 1. Oratione 7. p. 161 sq.

De festo lanceae et clauorum Christi feria sexta post Dominicam Quasimodogeniti ad instantiam Caroli IV. Imperatoris instituto a Pontifice Innocentio VI. A. C. 1353. vide dissertationem *Ioan. Heinrici a Seelen*, Flensburgi 1715, 4. et auctiorem in eius Miscellaneis Lubecae 1734, 8. pag. 339 sqq. *Iacobum Gretserum* in syntagmate de sanctis reliquiis et regalibus monumentis praesertim quadruplici lancea Dominica, Mauritiana, Constantiniana et Carolina. Ingolstadii 1618, 4. cap. 4 et 7. Innocentii VI. bullam post Gretserum edidit laudatus a Seelen, et Nicolaus Staphorst T. 2. Histor. Eccles. Hamb. pag. 626. vbi etiam pag. 628. precationes et collectae in eo festo frequentatae. Breue Pontificis habes in Ioan. Christiani Lünigii Continuat. prima spicilegii ecclesiastici p. 78. De ipsa lancea confer *Enochi Swantenii* differt. de lancea militari, qua Christi latus perfossum, Rostochii 1686. et *Ioan. Dav. Koeleri* dissertationem de Imperiali sacra lancea non inter reliquias imperii sed clinodia referenda. Altorfii 1731, 4. De lancea et spongia repertis sub Heraclio Imperatore vide Chronicon Paschale pag. 385. De lancea reperta Antiochiae Chronicon Barense ad A. C. 1098. T. 5. scriptorum Italiae Muratorii p. 155.

Kalendis Maii a quibusdam olim celebrata memoria *initii praedicationis Domini Nostri Iesu Christi.* Vide *Cotelerium* ad recognitiones Clementis lib. 1. c. 6. et *Florentinium* ad Martyrologium Hieronymianum p. 478 sq.

De *festo Adscensionis* siue ἀναλήψεως Domini in coelum mentio in Constitut. Apostol. lib. 5. cap. 19. Vide et *Augustinum* Epistola 118. ad Ianua-

rium,

rium, qui originem huius festi ab Apostolica institutione vel generali Ecclesiae in magno concilio consensu repetens tamen ait: *apud vetustiores festi Adscensionis non fit peculiaris mentio.* *Nicetam* Choniatem lib. 10. p. 319. edit. in 4to, et regulam Crodogangi cap. 64. Ex recentioribus *Tillemontium* Tom. I. memor. Ecclesiast. p. 93 sq. *Heineccium* l. c. p. 171 seq. *Binghamum* Orig. Eccl. l. 20. c. 6. § 5. et *Christiani Gerbers* Kirchenceremonien, p. 152 seq. De *Rogationibus* ante Adscensionis festum a Mamerto Episcopo Viennensi institutis adeundus *Io. Sauaro* ad Sidonii Apollinaris lib. 5. Epistolam 14. et *Edmund. Martene* T. 5. thesauri anecdotorum pag. 48. Pro *rogationibus* nonnulli hebdomadam crucium vocant, vt notauit Cangius in glossario, voce *crux*, p. 1276. De Rogationibus Pontificiorum a Mamerto Viennensi Episcopo institutis consulas *Io. Adolphi Hartmanni* dissertationem de Ambarualibus Pontificiorum, von der Kreuz- oder Betwoche. Marpurgi 1740. editam. Quadragesimae Adscensionis mentio fit in Liberati Breuiario c. 10. p. 51.

Pentecosten Christianam iam ab Apostolis celebratam colligunt nonnulli ex Actor. XX, 16. vt Ferdinandus Mendoza ad Concilium Illiberitanum T. I. Labbei pag. 1261. sed ibi de Iudaica potius agi videtur, perinde vt Actor. II, 1. vt recte monet Caueus p. 192. primitiui Christianismi, et S. V. I. G. Walchius Histor. Eccles. N. T. pag. 403. Meminere tamen festi Pentecostes Christiani, scriptores vetustissimi Irenaeus apud Iustinum quaest. 115. ad Orthodoxos, Tertullianus, Origenes atque alii, ne de Constitutionibus Clementis dicamus quas vide V, 20. atque ibi Coteleriuṁ, vbi obseruabis etiam hebdomadam integram a Pentecoste festam habitam antiquis Christianis. *Septem sacrati dies Pentecostes.* Orderic. Vital. 13. p. 904. De Vigiliis siue Sabbato sancto Pentecostes, quo sicut in Sabbato sancto Paschatos baptismus sollemniter conferri consueuit, vide *Iosephum Vicecomitem* lib. 1. de ritibus baptismi cap. 22. De Pentecoste porro ipsa praeter Thomasinum, Bailletum, Hospinianum, Hildebrandum, Wilduogelium, Schmidium, et alios qui de festis scripserunt et quos supra quum de Iudaica ageremus laudauimus, adiri possunt *Henrici Nicolai* Pentecostalia, Dantisci 1648, 4. *Theophilus Raynaudus* S. I. de prima Missa ab Apostolis loco oblationis e panibus primitiarum celebrata, et de praerogatiuis Christianae Pentecostes, Lugduni 1653, 8. et Tom. 6. Opp. *Ioan. Elias Reichardt* de pentecoste veterum, Ienae 1693. *Ioan. Christianus Hebenstreit* de eodem argumento, Lipsiae 1715. *Michael Hoynouius* de pentecoste, Regiom. 1693. *Progr. Pentecostale Academiae Helmstadiensis*, 1710. *Henr. Iac. van Bashuysen* meditationes pentecostales, Seruestae 1722, 4. *Henr. Scharbau* Obs. sacr. c. 3. quo de desiderio Paulli pentecosten Hierosolymis celebrandi differitur, et S. V.

Ioan.

Ioan. Dieter. Wincklerus in Oratione de iis, quae circa festum Pentecostes memorabilia sunt, Lipsiae 1734. edita, et deinde saepius recusa. Is qui Pentecosten iusto tempore non celebrauit, *quasi nouam haeresin induxisse* notatur in Canone 43. Eliberino, atque in Concil. Toletano A. C. 656. negatur *eundem Sancti Spiritus dono posse impleri.* Quos canones B. D. Io. Frid. Mayerus in breui Historia praecipuorum festorum Noui Test. Gryphiswaldiae 1706. edita pag. 8. notat promulgatos aduersus eos, qui Pascha cum Iudaeis celebrantes festum Spiritus S. deinde volebant cum Ecclesia obire, vnde euenit scilicet, vt pauciores quam quinquaginta dies a Paschate cogerentur numerare. Totum etiam illud quinquaginta dierum a Paschate spatium Pentecostes nomine venit, de quo *Beueregius* ad Canonem 37. Apostolicum et in Codice Canonum vindicato pag. 361 sq. et 298. *Scaliger* de emendat. temporum pag. 260. 344. *Cangius* in glossario, *Auctor* Programmatis Helmstadiensis paullo ante citati, et *Binghamus* orig. eccles. lib. 20. cap. 6. § 1. Illo toto tempore nec ieiunabant nec de geniculis adorabant Christiani, vt praeter alios obseruatum viris doctis ad *Tertullianum* de Corona militis cap. 3. et *Abrahamo Sculteto* lib. 1. Exerc. Euangel. c. 57. De betulis Pentecostalibus quibus templa illo festo exornari solent, Clariss. *Andreae Ludouici Koenigsmanni* dissertatio lucem vidit Kiloniae 1707, 4. qua etiam confert veterum religionem arboribus et lucis habitam, et Maiumas, de quibus diligentissime egit *Andreas Riuinus* in diatriba de Maiumis, Maicampis et Roncaliis, quam in syntagmate variarum dissertationum recudi curauit Io. Georgius Graeuius, Vltraiecti 1701, 4. Vide etiam *Pompeium Sarnellum* Epistola ecclesiastica vicesima. Κυριακὴν τῶν ἁγίων olim in veteri Ecclesia celebrari obtinuit proxima post Pentecosten Dominica. Vide Memor. Litterarias magnae Britanniae T. 12. p. 488 seq.

SS. Trinitatis festum quum a paucis primum Ecclesiis celebraretur, ab Anno 1405. (quum Pontifex esset Benedictus XIII. Antipontifex) auctore Petro Alliaco ob omnibus celebrari coepisse scribit Io. Launoius in Historia Academiae Nauarreae Tom. 2. p. 473. Confer *Aegidium Gonzalez Dauila* in Historia Henrici III. Castellae Regis cap. 80. *Bellarminum* III, 15. de beatitudine et cultu sanctorum, et *Baelii* Lexicon voce *Ailli.* Antiquiora testimonia de illo festo vide apud Hugonem Menardum ad librum Sacramentorum Gregorii M. p. 162. 163. Nescio qua fide Vignolius Maruillius personatus scriptor Tom. 1. miscellaneorum Historico-litterariorum pag. 61. *Il y avoit*, inquit, *anciennement un statut dans l'ordre de Cisteaux, qui ordonnoit aux Abez de precher tous les Dimanches de l'année, excepte celui de Trinité, propter difficultatem materiae.* Cur nullum festum peculiariter Deo Patri sacratum ab Ecclesia sit, singulari dissertatione Gryphiswaldiae Anno 1702. edita disquirit saepe nobis iam laudatus

D. *Ioan. Frid. Mayerus.* Conf. *Theophili Raynaudi* heteroclita spiritualia p. 2-20. Non tres dies, sicut aliis maioribus festis, tribui huic festo miratur Caluoerius, cui adde Christiani Gerberi Caerimonias ecclesiasticas p. 153 seq.

De *festo Corporis Christi* (Fron-Leichnam) [34] quod in Romana Ecclesia celebratur singulari religione, postquam A. C. 1264. ab Vrbano IV. Pontifice institutum est monente S. Iuliana, et deinde ab Anno 1318. passim celebratum est post Clementis V. breuia, quale exstat in Relationibus innoxiis Anni 1705. p. 321. datum Anno 1312. vide *Laurentii Cherubini* bullarium, T. 1. p 146 sqq. *Harduini* Concilia T. 7. pag. 547 seqq. *S. Antonium* T. 3. Histor. p. 171. *Bulaei* historiam academiae Parisiensis. T. 3. pag. 370 sq. *Bartholomai Fisen*, S. I. librum editum Leodii 1629, 8. qui inscribitur: Origo prima festi corporis Christi ex viso S. Virgini Iulianae diuinitus oblata Anno 1212. *Acta Sanctorum* Tom. 1. Aprilis 5. p. 903 seq. 459 seq. et de officio pro festo Corporis Christi quod a Thoma Aquinate compositum est (inter eius Opuscula septimum et quinquagesimum) Propylaeum ad Acta Sanctorum Maii in *Danielis Papebrochii* Conatu Historico Chronico parte 2. p. 51 seq. *Iacobum Gretserum* in Auctario ad libros de festis Christianorum, Ingolstad. 1612, 4. *Iacobum Quetif* et *Iacobum Echard* T. 1. de scriptoribus Ord. Praedicator. pag. 340. *Petrum Thyraeum* de festo corporis Christi, Moguntiae 1585, 4. *Nicol. Serrarium* lib. 2. cap. 9. de sacris processionibus. *Stanislai Hosii* Opera T. 1. pag. 10 sq. et *Odoricum Raynaldum* atque inprimis *Abrahamum Bzouium* in Annalibus ad A. C. 1264. vbi *Ioannis Blaeri* commentarius, et ad Annum 1429. n. 95. et *Theophilum Raynaudum* T. 15 Operum pag. 84. vbi etiam de festo Corporis Christi in altera vita: quibus addendus e Reformatis, praeter Hospinianum aliosque qui de festis scripserunt, *Io. Zwingeri* liber de festo Corporis Christi, post primam Anni 1682. editionem vulgatus secunda vice Basileae 1685, 4to, et *Ioannes Dallaeus* de cultus religiosi obiecto p. 287. et e nostris *Nicolaus Gallus* vom

[34] Alii vt Matthaeus Dresserus scribunt **wahre Leichnam.** Plerique autem **Frohnleichnam** quod idem esse volunt ac sanctum corpus. **Fron** enim sanctum significare, contendit Samuel Fridericus Lauterbach in vita Valerii Herbergeri p. 17 sq. sed verius est **Fron** significare Dominum. Vide Ioan. Georg. Eccardi Catechesin Theotiscam pag. 173 seq. Christoph. Aug. Heumanni Poecilen. I. p. 651. et Io. Georg. Wachteri Glossarium germanicum p. 496. **Leichnam** vero non denotat cadauer, sed corpus carnosum vti etiam *licham* Arabice sonat *carnes*, quod cum Germanico illo vocabulo confert B. Hinckelmannus praefat. erudita ad Alcoranum. Eo sensu etiam adhibetur in hymno vernaculo quem in Ecclesia canimus: **HErr, dein heiliger Leichnam, der von deiner Mutter Maria kam, und dein heiliges Blut, laß uns kommen doch zu gut.** Atque in illo altero nobilis Domini de Windsbeck, quod affert in commentario de lingua Germanica quam praeclare de illa promeritus Iustus Georgius Schottelius p. 1022. **So mag die Ende werden gut, und wird zu Lohne dir beschehrt, Gottes Leichnam und sein theures Blut.**

vom Frohnleichnams-Tage, Francof. 1561, 4. *Iacob. Heerbrandus* vom Frohnleichnams-Fest. 1684, 8. *Balthasar Bebelius* de eodem argumento. Argentor. 1685, 12. *Ioan. Georg. Meuschen* de eodem. Rintelii 1706, 12. *Ioan. Christo. Helmschrödt* historischer Bericht vom Frohnleichnams-Feste. 1729, 4. *Iacobi Heilbrunneri* uncatholisches Pabstthum, T. 1. p. 161 sqq. *Balthasaris Mentzeri* Antipistorius, pag. 462 sq. *Ioan. Conr. Dannhaueri* Dissertatio de festo corporis Christi, parte 2. pag. 1125 sqq. dissertationum eius iunctim editar. Lipf. 1707, 4to. et *Paulli Pomiani Peserouii* dissertatio de eod. argumento. Regiom. 1705. Ex ipsis Romanae sociis Ecclesiae *Mureti* Aduocati Parisiensis querela ad Gassendum de parum Christianis Prouincialium suorum ritibus, minimeque sacris eorundem moribus, occasione ludicrorum quae Aquis Sextiis in sollemnitate Corporis Christi ridicule celebrantur. Anno 1645, 8. De festo stultorum agit idem p. 73 seq. et de festo Lazari p. 67. De cantionibus profanis in festo Natiuitatis Christi, p. 71 seq.

De festo Natiuitatis [35] *Ioannis Baptistae* videndus *Baronius* ad A. C. 432. et ad Martyrolog. atque Acta Sanctorum ad 24 Iunii Tomo 4. *Sirmondus* ad Homilias Augustin Tom. 1. Operum Sirmondi p. 338. *Petrus Cellensis* VIII, 7. Epist. *Casaubonus* Exerc. I. ad Baronium cap. 25. *Christianus Wasewitzius* Pastor Magdeburgensis in turture Ioanneo siue libro de vita et gestis Ioannis Baptistae, Magdeb. 1659, 4. p. 124 sq. et *Paullus Maria Paciaudius* in antiquitatibus christianis de cultu S. Ioannis Baptistae, Romae 1755, 4. dissertatione tertia et quarta. De triplici Missa hoc in festo peragi solita *Hugo Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 166. Quia Ioannes lucerna ardens et lucens Christo dicitur, Io. V, 35. hinc ignem Ioanneum hoc festo accendere ex veteri superstitione [36] quibusdam in locis consueuerunt, de quo exstat eruditus liber *Ioannis Reiskii* Germanice editus, Francof. 1696, 8. Historische Untersuchung des beym alten Deutschen gebräuchlichen heidnischen Nodfyrs, ingleichen des Oster- und Johannes-Feuers, et *Io. Casparis Zeumeri* dissertatio, Ienae 1699, 4. De vigiliis Ioannis Baptistae differit Tillemontius T. 1. memor. H. E. p. 509. edit. Parisiensis.

De festo *Visitationis Mariae* quod ab Vrbano VI. institutum Anno 1389. et a Bonifacio IX. Anno 1390. ac in Concilio Basileensi sessione 43. A.C. 1441. con-

[35] Graeci etiam memoriam Conceptionis Ioannis recolunt die 23 Septembris. Vide Menologia et Wasewitzium libro laudato p. 86 sq. et quae de festis Ioannis Baptistae in Ecclesia occidentali et orientali celebrari solitis Daniel Papebrochius differit T. 4. Actor. Sanctor. Iunii 24. p. 698 sqq.

[36] Vide Casauboniana p. 110 sq. et Lindenbrogium p. 1445. ad codicem legum antiquarum. Similiter ignes mensibus Maio et Nouembri a Druidibus accensi in honorem Beleni siue solis. Vide Tolandum T. 1. Opp. posthumor. p. 67. 70 et 73.

confirmatum non diffitetur Bellarminus III, 16. de cultu Sanctorum, et Baronius ad Martyrologium Romanum 2 Iulii, vide Bzouii Annales ad iam dictos annos, Riuetum Apologia pro Maria II, 13. et Wasewitzium in turture Ioanneo p. 92 seq. officium pro illo festo adornatum a Raymundo de Vineis, Ord. Praedic. qui A. C. 1380. obiit, in vsu esse desiit. Vide Iacob. Echardum de Scriptoribus Ord. Praedicat. T. 1. p. 681.

Festum *Transfigurationis Christi* celebrant Graeci 6 Augusti. Vide Baronium ad Martyrologium Romanum 6 Augusti. Idem festum coli iussit Calixtus III. ob insignem aduersus Turcos illa die Anno 1456. reportatam victoriam. Officium compositum est a Iacobo Gil siue Aegidio, Hispano, Ord. Praedicator. monacho. Vide Iac. Echardum de Scriptoribus Ord. Praedicat. T. 1. pag. 831.

De festo *natiuitatis Mariae*, quod octauo Septembris in Ecclesia Romana celebratur, vide *Tillemontium* T. I. Memoriar. p. 486 sq. et *Carolum le Cointe* T. 7. Annalium ecclesiastic. Francor. p. 27. De festo *Iosephi*, quod A. C. 1414. octauis Natiuitatis Mariae celebrari coeptum est confer *Baluzium* T. 7. Miscellaneor. p. 347 sq. vbi legitur epistola Alemanni Cardinalis. Exstat quoque epistola Ioannis Gersonis T. 4. Operum p. 731 et 732. homilia Iosephina, p. 736. et carmen heroicum, p. 743.

Festum, quod Aegyptii a Christo adhuc alieni in honorem Idoli Micail celebrauerant, ab Alexandro Patriarcha Alexandrino (circa A. C. 340.) abolitum esse, instituto in eius locum festo Michaelis Archangeli, narrat *Eutychius* Tom. 1. Annal. p. 435. Confer *Stephani le Moyne* notas ad Varia sacra p. 326 seq. et *Hottingeri* Historiam Ecclesiasticam Saec. 16. parte 2. p. 140 seq. *Seldenum* III. de Synedr. p. 201 seq. Sed Eutychii locus adscribendus est, qui ita se habet ex versione praestantissimi Pocockii: *Porro fuit Alexandriae Templum magnum quod exstruxit Cleopatra Regina nomini Saturni dedicatum, in quo Idolum aereum magnum erat quod Micail appellatum est, cui Alexandriae et Aegypti incolae die mensis Heturi, qui Tisbrin posterior est, festum magnum celebrant, multas eidem hostias immolantes. Quum ergo Alexandriae Patriarcha factus esset Alexander, ibique obtinuerit fides Christiana, voluit ille confringi Idolum et tolli sacrificia, quumque obsisterent ipsi Alexandrini, ille astutia ipsos aggressus, Idolum (inquit) istud nulli omnino rei vtile est, quod si festum illud Michaeli Angelo celebraueritis, eique hostias istas constitueritis, ipse pro vobis apud Deum intercedet, maiorisque vobis boni caussa, quam Idolum istud futurus est: Annuentibus ergo illis, ex Idolo confracto Crucem confecit; templum vero, Michaelis Ecclesiam appellauit; (estque illa Ecclesia quae Caesarea vocata est; et igne periit quum Occidentales Alexandriam ingressi eam vastarunt) consecrataque sunt festum et victimae Michaeli*

Angelo;

Angelo; vnde et adhuc Cophtitae in Aegypto et Alexandria eo die festum Michaeli Angelo celebrant, et victimas quamplurimas caedunt. Templi illius exusti meminit Eutychius T. 2. p. 435. Incredibilis autem haec narratio videtur Tillemontio T. 6. memor. Histor. ecclesiasticae p. 216. sicut etiam altera illa de apparitione angeli Michaelis in spelunca montis Gargani in Apulia A. C. 493. tempore Gelasii Papae, de qua conferatur *Christianus Gerberus* de caerimoniis ecclesiasticis. pag. 157. Ceterum *Bzouium* falli qui festum Michaelis iam ab Apostolo Paullo A. C. 60. institutum tradit, probat V. C. *Io. Burchardus Maius* in dissertatione siue programmate quod de hoc festo Prorectoris nomine Kiloniae Anno 1698. ab eo promulgatum est, in quo et plura alia de eodem annotauit. Antiquissimam *dedicationis sancti Michaelis Archangeli* inter festa mentionem exstare in Capitulari Ludouici Pii (lib. 2. cap. 3.) singulari Programmate Helmstadii 1726. euulgato monuit *Erhardus Reuschius.* Vide etiam *Iac. Thomasii τοῦ μακαρίτου* programma XLIII. *Hermanni Conringii* programmata sacra pag. 142. *Seb. Schmidium* Theologum Argentorat. in senario Angelico siue diatribis de Angelis p. 7 sq. *Christianum Wilduogelium* in diss. de eo quod iustum est circa Angelos. Ienae 1692, 4. sectione secunda, *Caroli Stengelii* Iesuitae librum de Michaelis Archangeli principatu, apparitionibus, templis, cultu et miraculis, *Baronium* ad Martyrologium 8 Maii vbi de apparitione Michaelis Archangeli et 29 Septembris, et *Francisci Dominici Haeberlini* selecta quaedam de S. Michaele Archangelo, festis et cultu in primis in monte Gargano atque in monte Tumba, illucque factis peregrinationibus. Helmstadii 1758, 4.

De *festo omnium sanctorum* [37] quod A. C. 610. Bonifacium IV. in Italia et Anno 835. Ludouicum Imp. et Gregorium IV. per Germaniam et Galliam celebrandum statuisse referunt, vide *Albericum* monachum trium fontium ad A. C. 835. p. 173. *Alcuini* homiliam pag. 1205. Operum, *le Cointe* T. 7. annalium p. 26 seq. *Casp. Barthium* ad Guil. Britonem p. 50. et *Baronium* ad Martyrolog. 1 Nouembris et *Thomae Ittigii* dissertationem insertam Miscellaneis Lipsiensibus T. 1. pag. 300 sqq. S. Bernhardi homiliae V. in festum omnium sanctorum leguntur T. 1. pag. 1029. Operum eius editionis nouae Parisiens. 1719. fol. Ceterum hoc festum olim vel ipsa Trinitatis Dominica, vel sequenti celebratum esse ostendit *Binghamus* Orig. ecclesiastic. lib. 22. cap. 7. sect. 14. De *festo omnium animarum* siue commemoratione omnium fidelium defunctorum, quam saeculo 11. Odilo Cluniacensis Abbas fecit institui, eundem Baronium ad Nov. 2. et Acta Sanctorum 1 Ianuar. in Odilonis vita, Matthiae item

[37] Quasi dicas *pandicularem* diem et *communicarium.* Confer Stephani le Moyne notas ad Varia sacra p. 964. et Marinum in vita Procli c. 36.

Zimmermanni florilegium Philologico-Historicum pag. 93 seq. et *Pagium* ad A. C. 1120. atque Iac. Philipp. Bergomensem ad A. C. 983. vbi de Odilo siue Odilone Cluniacensi.

De festo *immaculatae conceptionis Mariae*, quod VIII. Decembris celebratur, confer *Hyacinthum Gimmam* in Historia litteraria Italiae, quae italico sermone prodiit Neapoli 1723, 4. T. 2. c. 35. *Tillemontium* T. 1. memoriarum historiae ecclesiasticae, p. 486. *Bulaeum* T. 2. historiae acad. Parisiensis p. 135 sqq. *Du Pinium* Bibliothecae auctorum ecclesiasticorum T. 17. p. 35. *Io. Ant. Velesquez* S. I. rationes Regi Catholico exhibitae circa breue Alexandri VII. de celebratione festi immaculatae conceptionis. Madriti 1662 fol. *Matthaei de Arragonia* sermo recitatus in concilio Basileensi, ex quo festum illud confirmatum, sollemniter institutum est, manuscriptus exstat in bibliotheca Quedlinburgensi, teste Eckardo p. 31. Codicum manuscriptorum Quedlinburgensium. Decretum concilii Basileensis exhibet idem Eckardus ibid. p. 86. Clementis XI. bulla, Anno 1708. edita, vt festum hoc de praecepto in posterum vbique celebretur, exstat Opp. eius T. 1. p. 183. De S. Bernardi epistola ad canonicos Lugdunenses consule *Dominici de Colonia* historiam litterariam Lugdunensem pag. 233 seqq. et Iter litterarium duorum Monachorum e familia S. Benedicti T. 1. p. 146. De ordine equestri ad defendendam immaculatam conceptionem B. Mariae Virginis quem Carolus Albertus Bauariae Nouemuir condidit, confer Epitomen Coburgensem commentariorum de rebus in orbe terrarum gestis Anni 1729. pag. 135 seq. et p. 236 seq. atque Relationes innoxias Anni 1729 p. 674 sqq.

De *Dominicis Aduentus*[38] Cangius in vtroque glossario, vocibus *Aduentus* et *παρουσία*, *Allatius* de Hebdomadis Graecorum, *Menardus* ad sacramentarium Gregorii M. pag. 215 sqq. *Edmund. Martene* p. 65 sqq. de antiqua ecclesiae disciplina in diuinis officiis, et D. *Io. Frider. Mayeri* τοῦ μακαρίτου Ecloga siue dissertatio de Dominicis Aduentus, Gryphiswald. 1701. et in Eclogis Euangelicis Mayero-Neumeisterianis. Hamb. 1733, 8vo. tomo priore sub initium. Is apud veteres quosdam sex Dominicas Aduentus celebratas fuisse ex missis Ambrosianis annotat, ab aliis quinque ex veteri Homiliario apud *Mabillonium* Tom. 4. Analect. pag. 632. (fol. 18. edit. nouae.) Dicuntur autem Dominicae Aduentus, quod festum Aduentus Christi in carnem siue Natiuitatis antecedunt. At Dominica quarta numerabatur olim quae hodie prima, ac vicissim quarta illis erat prima hoc est proxima ante Genethlia Christi. Hodie sensum esse oportet Dominicam primam, secundam, tertiam et quartam Aduentus dici inter illas quatuor quae festum Aduentus Domini praecedunt. Vel ad

38 De aduentu siue ἐπιδημία Deorum celebrata apud gentes, et de aduentu Imperatorum, cuius passim memoria occurrit in numis, vide Harduinum de numis vrbium p. 397.

ad quatuor Aduentus genera respicitur, ad passionem, ad iudicium, ad officium Mediatoris obeundum et aduentum in carnem. Siue vt *Innocentius III.* libro de miseria hominis: *Quatuor leguntur Aduentus Christi ad homines, duo videlicet visibiles et duo inuisibiles. Primus aduentus visibilis fuit in humilitate ad redimendum mundum; alter erit in maiestate ad iudicandum. Primus aduentus inuisibilis fit in mente iusti per gratiam. Vnde in Euangelio* [39] ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. *Secundus aduentus inuisibilis est in obitu cuiusuis fidelis, vnde Ioannes in Apocalypsi,* [40] Veni Domine Iesu. *Vnde legitur quod in die obitus sui obuiam venerit ei Christus. Hos quatuor Aduentus repraesentat Ecclesia in quatuor Dominicis de aduentu, non solum numero dierum, sed etiam ratione Officiorum.* Officia illa vide in Ordine Romano, aliisque libris Liturgicis Latinae, et Graecae Ecclesiae. De ieiunio tempore Aduentus, *Theoph. Raynaudus* T. 11. Operum pag. 479. vbi contra Filesacium. In canone nono concilii primi Matisconensis Anno 581. constitutum est: *vt a feria S. Martini vsque ad natale Domini secunda, quarta et sexta sabbati ieiunetur, et sacrificia quadragesimali debeant ordine celebrari.* De Hebdomada praeparationis ante festum Natiuitatis, idem Raynaudus Tom. 7. p. 454 sq. De festo SS. Patriarcharum et Prophetarum, quod Graeci peragunt ante Christi Natalitia, *Cangii* glossarium in *προπάτορες*.

Festum *Natiuitatis Christi* ab antiquissimo tempore celebratum in Ecclesia fuisse certum est, licet de die non aeque inter omnes constiterit, atque quarto adhuc saeculo plurimi fuerint quibus alius quam XXV. Decembris placeret, vt ostendit B. D. *Thomas Ittigius* in appendice ad librum de haeresiarchis aeui Apostolici diss. 3. pag. 386 seq. Ex communi tamen inde Ecclesiae Graecae Latinaeque vsu obtinuit, vt illo die natus Christus crederetur, de quo vide *Cotelerium* ad lib. V. Constitutionum Apostol. c. 12. *Petauium* XII, 7. de doctrina temporum, *Gretserum* lib. 1. de festis c. 29. *Seldenum* III. de Synedriis p. 207. et singulari libro edito Anglice, qui inscribitur: *Θεάνθρωπος, God made man, or, of the Birthday of our Saviour*, Londini 1661, 8. et tomo 3. Operum, parte 2. pag. 1405 sqq. Londini 1726, fol. *Florentinium* ad Martyrologium Romanum pag. 195 seq. Vide et *Antonium Bynaeum* libro de Natali Christi p. 406 sq. *Antonium Pagi* in Critica Baroniana ad A. C. 67. num. 25. *Montacutium* Apparatu ad Origines Eccles. p. 383 seq. *Tillemontium* Tom. 1. memoriarum H. E. p. 444 sq. edit. Parisinae. *Petrum Coustantium* Tom. 1. Epistolar. Pontificum, appendice pag 83 sq. *Ricciolum* Chronologiae Reformatae p. 300. *Ioan. Richardsonum* praelectione secunda ecclesiastica, inter Anglice editas Londini 1726, 8. *Fridericum Spanhemium* T. 2. dubiorum Euangelicor. p. 205 sqq.

Ioan.

[39] Ioan. XIV, 23. [40] Apocal. XXII, 20.

Ioan. Nicaeni epiſtolam de die natali, editam cum notis et verſione a Franc. Combefiſio. *Ioannis Butleri* χϱιϛολογιάν, or, account of the certain Year, month, day and minute of the Birth of Ieſus Chriſt. Lond. 1671, 8vo. Varias variorum de die Natali ſententias refert Clemens Alex. I. Strom. pag. 340, ex quo et Epiphanio haereſi 51. conſtat nullum propemodum eſſe menſem, cui non ab aliquibus dies Natalis aſſignatus fuerit. Adde *Gottlieb Wernsdorfii* Progr. quo potiores ſententiae de die natali I. C. recenſentur. Wittebergae 1728 Academ. Helmſtad. Progr. de natali Chriſti die 1738. *Sigism. Iac. Baumgartenii* commentat. de ſollemnium Chriſto nato ſacrorum originibus, Halae 1739. et Progr. acad. Halenſis de menſe dieque, memoriae nati Chriſti antiquitus conſecrato. 1740. Eclogas Euangelicas Mayero-Neumeiſterianas. T. I. p. 108 ſeq. 124, 158. Vnde *Scaliger* VI. de emendat. temporum pag. 545. concluſit *diem veram Natalis Chriſti ignorari*, et B. D. *Ioan. Frid. Mayerus* Gryphisw. 1701. diatribam edidit de eo *quod quilibet anni menſis gloriam nati Seruatoris ambitioſe ſibi aſſerat*, quod clarius etiam patebit ex hac tabella:

Natum Chriſtum eſſe putant:

Ianuario,

6 *Ianuarii* Iacobus Apoſtolus ſi credimus Ioanni Nicaeno in Combefiſii auctario nouo T. 2. pag. 297. memoranti Ἰακώβου σύγγϱαμμα πεϱιέχον Ἰανουαϱίου ϛ΄ τοῦ τελεῖν τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα. Sic Aegyptii apud Caſſian. X, 2. et multi e veteribus Chriſtianis. Epiphan. haereſi 51. Hieroſolymitani teſte Cosma Indopleuſte in Coſmographia Chriſtiana p. 194, 195. Confer Clariſſ. Montfauconi prolegomena pag. XV. et Iſaac. Newtonum ad Danielem. Gloſſa Ordinaria in Eſther III. *Tebeth apud Latinos eſt Ianuarius, in quo Dominus eſt incarnatus, a Magis adoratus.* Atque ſi Iacobum Edeſſenum [41] audimus, non modo Armeniis idem perſuaſum, ſed etiam Eccleſiarum Orientalium, et quae ad Septentrionem vergunt, haec fuit ſententia, vsque ad tempora Arcadii Imperatoris et Ioannis Chryſoſtomi.

10 *Ianuarii* Baſilidis ſectatores apud Clementem Alex. I. Strom. p. 340.

Februario,

medio Februario vel extremo Auguſti. Wagenſeilius in Sota p. 942 ſeq.

Martio,

Bochartus II, 44. Hierozoic.

Aprili,

Thomas Lydiatus, et Petrus Allix in diatriba de anno et menſe natali Ieſu Chriſti. Londini 1710, 8.

Aprili,

41 Aſſemannus T. 2. Bibliothecae Orientalis p. 164.

Aprili,

die 19 *vel* 20, nonnulli apud Clementem Alex. 1. Strom. p. 340.

Maio,

die 20 *Maii* quidam περιεργότερον hoc inquirentes apud Clementem l. c. Ita quoque Ioannes Vignolius Bibliothecae Germanicae T. 2. p. 29 sqq.

Alogi teste Epiphanio haeresi 51. XI. Kal. Iunias.

Iunio,

XI. Kal. Iulias Alogi quidam apud eundem Epiphanium.

Iulio,

Augusto,

sub finem mensis. Wagenseilius in Sota, loco laudato.

Septembri,

R. S. Auctor scripti, *Christ's bird mistimd*, quod insertum est libro anglice scripto, the Phenix, or a revival of scarce and valuable Pieces, Lond. 1707, 8. p. 114 seq.

Iosephus Medus in Crenii fascic. T. 10. p. 254 seq.

Io. Harduinus in Antirrhetico.

Erasmus Schmidius ad Ioan. III, 30.

Die 15 *Septembris*, D. Aug. Quirinus Riuinus libro de vera aetate Seruatoris nostri, eique assentiens Christianus Gerberus libro de caerimoniis ecclesiasticis, pag. 132 et 149. Io. Lightfootus ad Lucae II, 7.

Octobri,

sub init. Matthaeus Beroaldus, Iosephus Scaliger, Is. Casaubonus, Sethus Caluisius, Matthaeus Wasmuthus.

Nouembri,

6 *Id. Nov.* veteres quidam teste Epiphanio.

18 *Nov.* Clemens Alex. 1. Strom. p. 340. (confer Petauium pag. 214. ad Epiphan.) Salomo van Till de anno, mense et die Natalis Christi p. 31.

Decembri,

25 *Dec.* ex communi Graecae et Latinae Ecclesiae traditione. Const. Apost. V, 12. et auctor Operis imperfecti homil. 49. in Matth. XXIV, 22. per mensem nonum intelligentes Decembrem. Coteler. 1. Apostol. p. 312 seq. Pseudo Euodius apud Euthymium ad Io. III. et Nicephorum II, 3. Hist. Chrysostomus Tom. 5. p. 417 seq. Theophylactus, Ambrosius, Augustinus, Sulpitius Seuerus, Hieron. Fulgentius, et alii infiniti. Hippolytus Thebanus in Chronico cuius fragmentum dedi post V. C. Emanuel. Schelstratenum: ἐπὶ Αὐγούστου βασιλέως γεγέννηται ὁ Χριστὸς ἐν σπηλαίῳ μηνὸς Δεκεμβρίου κε. Keplerus, Philippus a Turre in monumentis veteris

Antii, p. 229. Franciſcus Pagi in vitis Pontificum T. 1. p. 89 ſqq. Franciſcus Blanchinus de canone Paſchali S. Hippolyti p. 113.

Pulchre obſeruarunt Viri docti e Romanis die 8 Kal. Ianuarii ſiue 25 Decembris celebratum diem natalem Solis inuicti [42] initium nempe periodi annuae et brumam: eamque ſollemnitatem a Chriſtianis opportune translatam ad Natalem Solis Iuſtitiae. Vide *Petauium* ad Iulianum f. 87. *Philippi a Turre* monumenta veteris Antii cap. 6. p. 219 ſqq. *Harduinum* in antirrhetico, p. 65. *Graeuium* ad Lactantium de mortibus perſequutorum. *Gottl. Sam. Treueri* Progr. de natali inuicti olim ad d. 25 Februarii celebrato. Helmſtad. 1733. et *Frid. Ern. Wernsdorfii* commentationem de originibus ſollemnium natalis Chriſti ex feſtiuitate natalis inuicti. Witteberg. 1757. De Septentrionalium Iueltag [43] qui in idem tempus incidit, et videtur dictus a voce *giul* ſiue *hiul* quod redire ſonat (a conuerſione Solis) copioſe differit V. C. *Ianus Bircherodius* in decade prima palaeſtrae Antiquariae, Hafniae 1688, 8. vbi p. 228 ſqq. feſtum hoc ſucceſſiſſe putat Iudaico feſto Tabernaculorum, cum quo confert etiam feſtum Natalis Chriſti B. D. *Ioan. Benedictus Carpzouius* in programmate edito Lipſiae 1698. *Ioan. Oldermannus* in differt. de feſto Encaeniorum Iudaico, origine feſti natiuitatis Chriſti, Helmſtadii 1715. et *Sigism. Ferdin. Weismüller* in diſſertat. de feſto natiuitatis Chriſti in locum feſti Tabernaculorum ſurrogato. Altorfii 1731. De Septentrionalium *Iueltag* adeundus quoque *Samuel Walther* in libro germanice conſcripto: Hiſtoriſche Nachricht von der alten Deutſchen Nordremech, als einem Urſprunge vielerley Aberglaubens unter den Chriſten zur Zeit des heiligen Chriſtfeſtes. Magdeb. 1740, 8. qui voce *Iul* denotari putat ſacras comeſſationes, indeque factum eſſe, vt menſibus, Ianuario et Februario, nomen illud ſit inditum. Addantur *Chriſtophori Pylii* memorabilia Pomeraniae circa Natalitia Domini, Sedini 1722, 4. et *Henricii Gottlieb Franci* diſſertatio de voto Germanorum quorundam gue hyl. Lipſiae 1727. De ritibus in Natalibus Chriſti vide praeter *Chriſtianum Wilduogelium* in Chronoſcopia legali, *Aloyſium Nouarinum* lib. 5. ſchediaſmatum ſacroprofanorum cap. 1. *Briſſonium* ad Legem Theodoſ. de ſpectaculis p. 93 ſq. *Io. Kindlerum* in

[42] Vide Aſſemannum l. c.

[43] Vide etiam Georgium Hickeſium T. 2. theſauri librorum ſeptentrionalium p. 211 ſq. Georgii Stiernhelmii Anticluuerium p. 151 ſq. Othonis Sperlingii diſſertat. de nomine et feſto Iuel ſeptentrionalium populorum. Hafniae 1711, 8. Arnkielii cimbriſches Heidenthum, p. 212. Laurentium Terpagrunum in ſchediaſmate de ſacris veterum Danorum vigiliis. Hafniae 1705. et Olaum Wormium in faſtis Danicis p. 13. minus veroſimiliter a Iulio Caeſare repetentem, qui debellatis Britannis etiam ſeptentrionem ſollicitauerit. Feſtum Natiuitatis Chriſti ſollemni ritu celebrari a Muhamedanis die 3 menſis VII. teſtatur Ioan. Chardinus, quem vide ſis Tomo 10. itineris Perſici Gallice deſcripti p. 25. 26.

in disputatione de Natalitiis Christi, recusa in syntagmate primo dissertationum Philologicarum Roterd. 1699, 8. editarum, *Dav. Henricii Koepkenii ἱστορούμενα* ferias natalitiorum in Messiae memoriam illustrantia, Rostoch. 1705. et *Edm. Martene* de Ecclesiae disciplina in diuinis officiis, p. 81 sqq. De voce Weihnachten Helmstadii dissertationem edidit *Gottlieb Sam. Treuer.* Nomina varia quibus veteres Natiuitatem Christi designarunt, persequitur *Suicerus* capite 2. Obseruationum sacrarum. Veterum Ecclesiae Doctorum Homilias Graecas Latinasque in festum Natiuitatis Christi, collegit ediditque vir doctissimus *Christianus Daumius ὁ μακαρίτης*, Cygneae 1670, 8vo. plures etiam sed Latine tantum in *Combefisii* Bibliotheca Concionatoria leguntur. De vigiliis [44] natiuitatis Christi vide *Edm. Martene* de Ecclesiae disciplina, p. 701 sqq. De festo Candelarum *Christian. Gerberum* p. 134 sq. de caerimoniis Ecclesiasticis. Errores pictorum circa Natiuitatem Christi, eleganti diatriba redarguit iam supra laudatus nobis Rev. *Paullus Christianus Hilscherus.* Lips. 1689, 4. Superstitiones ineptas fabulasque circa festum Natalitiorum et in vigiliis eius frequentatas *Io. Praetorius* in libro vernaculo cui titulus Weihnacht-Fratzen. Lips. 1663. Illis merito annumerat etiam laruatos personatosque qui a quibusdam nunc peraguntur ludos, de quibus videri possunt *Io. Gabr. Drechselii* de laruis natalitiis libellus, eiusque Anno 1677. edita Apologia; *Scribanii Arcularii*, et *Georgii Grabow* scripta, et *Caroli Frid. Pezoldi* diss. de S. Christi laruis et munusculis. Lips. 1699. *Erdmanni Vhsenii* Criticus eruditus parte 3. quaest. 19. atque e Theologis nostratibus, ne alios in praesenti memoremus, *Theodorus Thummius* de festis Christianor. p. 189. *Ioan. Conradus Dannhauerus* Tom. 5. Lactis Catechetici p. 649. *Sam. Schelwigius* in Cynosura Conscientiae quaest. 5. *Ioan. Melchior Kraft* in libro germanice edito: der bey den Christen entheiligte Name Christi, Hamburgi 1721, 8. et *Paullus Christianus Hilscher* in libro itidem germanice euulgato: der Weihnachts Aberglaube nach seiner Art, Ursprung, Betrug und Abschaffung. Dresdae 1722, 8. Ducis Megapolitani Gustaui Adolphi edictum Anno 1682. contra illos abusus promulgatum insertum legitur in Relationibus innoxiis Anni 1717. p. 567. De gladio et pileo, quos festo Natiuitatis Christi Pontifex consecrat et dono mittit Principibus vide *Theophil. Raynaudum* dissertat. extrema tomi decimi Operum. Aere eosdem descriptos habes in Relationibus nouantiquis A.C. 1726. p. 702. adde p. 835.

[44] De aliis peruigiliis Christianorum Ethnicorumque vide Rainoldum Deline, S. I. in notis ad Acta Martyrum Cosmae et Damiani pag. 29 sqq. Ioan. Andr. Crusium libro de Nocte et nocturnis officiis. Bremae 1660, 12. Ferdinand. Mendozam ad Concilium Illiberitanum, p. 1223. T. I. Labbei, vbi etiam de eo, quod prohibitum feminis in coemeteriis peruigilare.

Festi tamen ipsius sollemnia et piam celebrationem minime reprehendendam, nec temere abrogandam esse ostendit *Henricus Hammondus* in libro anglice edito: *A Defense oft the Treatises concerning superstition, willworship and Christmass Festival.* Tom. 2. Opp. pag. 213 sqq. De festo S. Stephani confer *Samuelis Basnagii* Annales ad A. C. 37. num. 18. et Bibl. Patrum T. 24. p. 1372.

XVII. Turcarum festa breuiter recensita vide si lubet apud Thomam Smithum epistola de moribus ac institutis Turcarum p. 46 sq. quibus adde quae de ipsorum *Râmazam* siue tempore ieiuniorum et duplici *Bariam* Paullus Ricautus lib. 2. Historiae Imperii Ottomannici cap. 23. 24. De Persarum festis, Dauid Nerreterus in Moschea Muhamedica pag. 346 sq. et Ioan. Chardinus in Itinere Persico Tom. II. p. 279 sq. VII. 433. IX. 173 sq. X. 22 sqq. vt alios in praesenti omittamus.

XVIII. Feriae inter alia ideo quoque dictae videntur, quod illis diebus feriarentur iudicia, et iustitium esset: ob eandem caussam etiam nefasti iidem dicebantur, vt docet Ouidius I. Fastorum v. 47 sq. vbi etiam de diebus intercisis, qui mane nefasti, post sacrificia peracta fasti erant.

Ille nefastus erat, per quem tria verba silentur,
Fastus erat, per quem lege licebat agi.

Confer quae de diebus nefastis Alexander ab Alexandro lib. 4. genialium dierum c. 20. et ad eum Tiraquellus, Henricus Noris ad Cenotaphia Pisana diss. 3. c. 3. Iac. Gutherius de iure pontificio veteri l. 1. c. 23. et l. 3. c. 16. T. V. Graev. Burchardus item Gothelf Struuius in Antiquitatum Romanarum syntagmate, et Rev. D Io. Schmidius in diss. de fatalitate temporum, Lipsiae edita. Nec dies solum sed etiam annos certos pro infelicibus habebant, vt bis sextos, quemadmodum ex Augustini Epist. 119. ad Ianuar. obseruat Valesius ad Ammiani XXVI, 1. Alii contra dies fortunati et auspicatissimi, vt Graecis sexta Thargelionis, de qua Aelianus II, 25. Var. Hist. Dies infausti siue ἀποφράδες dicti etiam sunt *Aegyptiaci*, vt ex eodem Augustino in Epist. ad Galatas et Beda notant Graeuius praef. ad T. 8. thesauri antiquitatum Rom. et Olaus Wormius p. 55 sqq. De feriis iudiciariis apud Athenienses tempore Mysteriorum, vide Meursii Eleusinia cap. 31. et pag 165. Graeciae feriatae, vbi agit de Thesmophoriis. De feriis iudiciariis tempore messis ac vindemiae, consulendus Elmenhorstius in notis ad Minutium Felicem p. 5. Etiam extra ordinem interdum ad placandos Deos iustitium indictum, vel propter periculum ingens, vel magnum luctum vel famem ingruentem, ex Liuio et aliis constat. Conf. Xiphilinum p. 215. edit. Wechelianae.

CAPVT

CAPVT XI.

De Sacrificiis, precibus, Concionibus aliisque ſacris, diſciplinis et caerimoniis Iudaeorum, Ethnicorum et Chriſtianorum.

Scriptores de Sacrificiis Iudaeorum. 1. 2. *Ἀνθρωποθυσία Iudaeis prohibita, aliis frequentata Gentibus.* 3. *De obiecta Iudaeis recentibus effuſione ſanguinis infantum Chriſtianorum.* 4. *Mos victima ſanciendi foedus.* 5. *Sacrificia Ethnicorum.* 6. 7. *Diuerſis Diis diuerſa ſacra, diuerſa animalia, diuerſae plantae conſecratae.* 8. *De animalibus, plantis, gemmis etc. biblicis et de typis ſcriptores.* 9. *De ſacrificiis Chriſtianorum ſiue precibus.* 10. *De precibus Iudaeorum et Muhamedanorum.* 11. *Ethnicorum.* 12. *De benedictionibus et diris Iudaeorum, Ethnicorum et Chriſtianorum.* 13. *De hymnis Iudaeorum, Ethnicorum et Chriſtianorum.* 14. *De Muſica et Muſicis inſtrumentis.* 15. 16. 17. *De Concionibus Iudaeorum,* 18. *et Chriſtianorum.* 19. 20. 21. *De coetibus ſacris, tempore et more conuocandi, campanis etc.* 22. *De acclamationibus et plauſu.* 23. *De Sacramentis V. T. circumciſione et Paſchate.* 24. *De Sacramentis Noui Teſt. Baptiſmo,* 25. *et Euchariſtia.* 26. *De poenitentia Ethnicorum, Hebraeorum et Chriſtianorum publica,* 27. *et quatuor reliquis quas Eccleſiae quaedam Sacramentis adſcribunt.* 28. *De proceſſionibus ſacris,* 29. *peregrinationibus religioſis,* 30. *ieiuniis,* 31. *flagellationibus et aliis diſciplinis voluntariis.* 32 *Sacrorum rituum ac caerimoniarum miſcella quaedam.* 33.

I.

De Sacrificiis Hebraeorum praeter Interpretes Pentateuchi et ſigillatim Leuitici, tum *Eduardum Bernhardum* ad librum 3. *Ioſephi* cap. 9. et ſq. (qui p. 211. merito dolet Ioſephi eiusdem opus de Legibus Hebraeis intercidiſſe) conſulendus *Robertus Sheringhamus* ad tractatum Ioma Lond. 1648, 4to. et Tomo 2. Mishnae a Guil. Surenhuſio illuſtratae, Amſt. 1699, fol. et cum *Iac. Rhenferdi* V. C. diſſ. qua ſacrificium expiationis cum Chriſti ſacrificio pro humani generis peccati peracto confert, Franekerae 1696, 8. Tum plurimi codices Mishnici alii in primo, ſecundo, ſexto ac praecipue quinto ordine, quos recenſere ſuperſedemus. Quibus addes Maimonidis praef. ad Tomum

quintum Mishnae et tractatum de Sacrificiis, Latine editum per Lud. de Compiegne de Veil, Londin. 1683, 4. et recusum in fasciculo sexto Thomae Crenii, Roterd. 1696, in 8. pag. 282 sq. E Christianis *Guilelmus Outramus* libris duobus erudite de sacrificiis egit, quorum altero explicantur omnia Iudaeorum, et nonnulla externarum gentium sacrificia, altero Sacrificium Christi. Lond. 1677, 4. Amst. 1678, 8. *Cherubinus* item *a S. Iosepho* Tom. 2. apparatus Biblici pag. 1 – 169. *Melchior Leydeckerus* de republ. Hebraeorum lib. 11. cap. 2. *Ioan. Pastritius* de sacrificiis. Romae 1700, 4. et S. V. *Ioan. Gottlob Carpzouius* in mantissa de sacrificiis, pag. 699–725. annotatt. ad Goodwini Mosen et Aharonem. Vero Deo primum Sacrificia cruenta, idolis primum fruges et longo demum tempore post animalia oblata obseruat *Io. Owenus* in Theologumenis p. 183 sq. Confer *Eusebium* lib. 1. demonstrat. Euangel. cap. vltimo, et quae de Ethnicis Sacrificiis incruentis tradit *Porphyrius* in opere Tetrabiblo, quo ab animatorum nece atque esu abstinendum esse suadet. De sacrificiis Patriarcharum consuli merentur *Ioan. Frischmuthi* dissertatio de Sacrificiis cumprimis iis quae sancti viri haud longe ab initio rerum leguntur obtulisse, edita Ienae 1653. 4. *Ioannes Owenus* Anglus in Epistolam ad Hebraeos T. 1. p. 307 seq. Exercitatione XXIV. *Dauid Gsellius* Heluetus in veteris Test. sacrificiis dilucida ratione expositis. Duisburgi ad Rhenum 1712, 8. *Henrici Horchii* de igne sacro victimas absumente Oratio, Herbornae vulgata Anno 1691, 4to. vna cum Hermeneutica eius sacra. *Ioan. Henr. Hottingeri*, nepotis, dissertationes de origine sacrificiorum Patriarchalium, Marp. 1706. recusae in Museo Heluetico, Partic. 2, p. 281 ff. et Partic. 3, p. 341 ff. *Franc. Fabricii* dissertatio de origine sacrificiorum. Lugd. Batav. 1714. et de sacrificio Caini et Abelis. 1713. *Ioan. Wesselii* dissertationes de origine sacrificiorum vera et genuina, Leidae 1723. et *Henr. Iac. Pagendarmii* diatribe de sacrificio primo diuino Numini oblato. Guelpherbyti 1745. *Beatus Werdmyllerus*, Theologus Heluetus, quanquam affirmat, originem sacrificiorum a mandato Diuino esse repetendam, neque infitias it, Christum eiusque sacrificium iisdem esse praefiguratum, tamen negat, sacrificiorum cruentorum originem et vsum vltra proxima post Cataclysmum tempora referri posse. Vide eiusdem amicam disputationem de origine sacrificiorum cruentorum sub V. T. quae inserta legitur Tom. 6. Tempe Heluetic. p. 173 sqq. Werdmylleri argumenta sub examen vocarunt Vir S. R. *Ioan. Christi. Burgmannus* in diss. num sacrificia cruenta ante diluuium fuerint ignorata, Rostoch. 1744. et V. Cl. *Ioan. Gottlieb Bosseck* in Diss. de sacrificiis Caini et Habelis מקץ ימים oblatis. Lips. 1751. pag. 17 sq. Ipsa nempe sacrificia Christum eiusque sacrificium praefigurabant, vt ab Apostolo in Epistola ad Hebraeos demonstratum est, et agnoscitur a R. Obadia comm.

in

in Pentateuchum, qui sacrificiorum ritus ad Messiam praefigurandum adhibitos docet, (vide Wolfii Bibl. Hebr. T. 3. p. 867.) nec tantum a Mose concessa sunt Iudaeis, ideo vt per illa a Sacrificiis idololatricis abducerentur, quemadmodum praeter alios *Gregorius Magnus* lib. 10. Epist. 71. et *Chrysostomus* homilia de Christo pastore et ove T. 3. edit. Montfauc. pag. 812. D. sed vt idem Chrysostomus ibid. p. 813. B. agnoscit, τίθησι διὰ πάντων εἰκόνα χριστοῦ, καὶ σκιαγραφεῖ τὰ μέλλοντα, adeoque pridem ante Mosem a Deo probata, propter mactandum olim Messiam, et in lege Mosaica diligenter et magno consilio praecepta. Vide quae aduersus Iudaeos et aduersus *Io. Spencerum* de legibus Hebraeorum, *Io. Marshamum* in canone chronico et aduersus scriptores Socinianos copiose disputantur ab eodem *Outramo*, ab *Hermanno Witsio* in Aegyptiacis, et in Miscellaneis T. 1. p. 456 ss. a *Io. Cloppenburgio* in Schola sacrificiorum patriarchali, a *Natali Alexandro* in Hist. Eccles. Veteris Test. aetate IV. diss. 3. artic. 2. atque ex nostratibus a *Wolfgango Franzio* τῷ μακαρίτῃ in schola sacrificiorum, a *Io. Lundio* in den jüdischen Heiligthümern, a *Sal. Deylingio* Obss. sacr. P. II, N. 4 a *Sam. Puffendorfio* in iure feciali et diuino p. 119. ab D. *Henr. Muhlio* in Apodixi prophetica p. 161 sq. aliisque qui rationes typorum Vet. Test. ex instituto exposuerunt, atque infra sect. 9. a nobis referuntur.

II. Sacrificia vel publica erant vt holocaustum vel hostia pro peccato: vel priuata, haec nempe quatuor: holocaustum, hostia pro peccato, hostia pro reatu s. delicto et pacificum siue Eucharisticum sacrificium. His accedunt agnus paschalis, primogenita et decimae. Vide Maimonidem Tom. 8. fascic. Crenii pag. 283 et T. V. Mishnae Surenhusianae p. 1, 62. *Holocautomata* siue *holocausta* non diuidebantur in frusta, sed tota comburebantur Deo, eaque sola ante legem in vsu fuisse contendit *Io. Seldenus* libro 3. de Iure naturae et gentium cap. 8. Conf. *Stephan. Curcellaeum* pag. 949. Operum; et *Ioan. Gothofredi Lakemacheri* munia offerentium et sacerdotum in sacrificio holocausto ex Abarbanele designata, Helmstad. 1730. de holocaustis autem apud Gentes, speciatim Romanos, *Camillum Siluestrum* Commentario Italice edito ad Iuuenalem X, 354. p. 559 seq. Liba ac ferta ex oleo et similia, quae agitabantur et in altum sublata [1] offerebantur Deo, maximam partem cedebant Sacerdotibus. Similiter ex Σωτηρίοις et Eucharisticis, quae Holocaustis fere semper coniuncta, pars Deo oblata, vt de animantibus vna cum anima sanguis praecipue et adeps, pars sacerdotibus veniebat in cibum, pars maior ab iis qui sacrificium obtulerant, vel in templo vel domi comedebantur. Vide *Frid. Adolphi Lampii* disser-

[1] Hinc vocabula תנופה agitatio et תרומה in altum sublatio, de quibus multa Talmudici. Vide et Io. Clericum ad Exod. XXIX, 24 et 27.

dissertat. de sacrificiis Eucharisticis. Bremae 1729. Confer *Radulph. Cudworthum* libro erudito Anglice edito de vera ratione coenae dominicae, Lond. 1642, 4. et 1676, fol. vbi et idem apud Gentes plerasque obtinuisse docet. Holocautomatis masculae animantes, pacificis cedebant femellae, si credimus Talmudicis in Schekalim Tom. 2. Surenhusii p. 190, 200. Libamina addita sacrificiis et sigilla siue notae vide ibid. p. 193. et *I. E. Rau* de libamine oblato in mensa sacra. Herbornae 1703. Sacrificia quotidiniana etiam extra Hierosolymam celebrata sunt, verum sollemnia Paschatos, Pentecostes, tabernaculorum et expiationis, tantum in Siloh vel Hierosolymis, qua de re adeundus *Henr. Dodwellus* in libro itidem Anglice edito de vno sacerdotio et vno altari p. 46 seq. et *Ioan. Frider. Loscanus* dissertationibus duabus de sacrificiis quotidianis. Lipsiae 1717. In deserto per Annos 40. Deo secundum ritum Mosaicum oblata sacrificia non fuisse vide notantem *Campegium Vitringam* libro 2. obseru. sacrarum p. 254. De differentia inter sacrificium pro peccato et reatu siue delicto (Schuld Opfer und Sünd-Opfer) vide praeter Interpretes Levit. VIII, 1. seq. et VI, 25. Sirach. VII, 34. *Samuelem Petitum* cap. 22. Variarum Lectionum, *Outramum* lib. 1. de sacrificiis c. 13. et *Andream Christophorum Zellerum* ad Maimonidem de vacca rufa pag. 244. *Ioan. Christoph. Wichmannshausen* et *Ioan. Henr. Erdmannum* in dissertationibus tribus de אשם sacrificio piaculari pro noxa offerendo. Witteb. 1716. *Henric. Venemam* Dissertat. sacr. lib. 2. c. 6. § 18. p. 322. et *Bernh. Sebasti. Cremerum* in Poecile Antiquitat. sacrar. T. 2. p. 75. De sacrificio auis vngue sectae interpretes Leuitici I, 14 seq. et V, 7 seq. Rev. *Theodorus Dassouius* in diss. de aue vngue secta et in sacrificia oblata, Viteb. 1697. *Ioach. Kühnius* pentade 2. Quaestionum Philologicarum, vulgatarum Argentorati. p. 5. *Ioan. Henr. Hottingerus* in dissertat. de sacrificiis auium, Marpurgi 1706. et in dissertat. de duabus auibus leprosi. ibid. eod. atque *Ioan. Georg. Michaelis* de duabus auibus purgationi leprosi destinatis. Halae 1737. De thymiate eiusque adolendi ritu et de thuribulo, in quo suffitum sacerdos faciebat, praeter *Ioan. Clericum* et alios ad Exodi XXX. confer *Ioan. Braunium* II, 5 sq. Selectorum Sacrorum, et dissertationes *Danielis Weymari*, Ienae 1678. *Ioan. Conradi Kesleri*. Bremae 1700. *Georg. Friderici Rogalli*. Regiomonti 1724. *Ioan. Georg. Michaelis*, Francof. ad Viadr. 1735. et recusam in Eiusdem obseruationibus sacris p. 71 sqq. *Conr. Ikenii*. Bremae 1742. atque *Christiani Ludov. Schlichteri*. Halae 1754. De salis vsu in sacrificiis videatur *Henrici Pontani* Oratio de sale sacrificiorum. Traiecti 1703, 4. *Ioan. Henric. Maius* Exercitationum Philologic. et Exegeticar. Tom. 1. p. 573. *Hermannus von der Hardt* Ephemerid. philolog. Discursu XI. p. 197 sqq. edit. in 8vo. *Francisci Wokenii* dissertatio de salitura oblationum Deo in V. T. factarum, Lipsiae 1727. et in

Eius-

Eiusdem Meletematibus antiquariis. Wittebergae 1730, 4. pag. 57 sqq. *Ioan. Petri Hallervordt* disputat. de foedere salis. Lipſ. 1701. *Dauid. Millium* de vsu salis in sacris Israelitarum eiusque mysterio, Traiect. ad Rhen. 1734. et *I. G. Carpzouium* ad Goodwinum, p. 716 sqq. qui etiam ibidem p. 723. de melle, et cur illud altari non fuerit inferendum disserit. De vaccae rufae sacrificio praeter interpretes ad Num. XIX. et Hebr. IX, 13. Epistol. Barnabae c. 8. et Maimonidis librum et iam laudatum Zelleri commentarium Amstelodami 1711, 8. conferantur *Ioan. Bened. Carpzouii* dissertationes duae, Lipsiae 1668 et 1670, 4. *Daniel Lundius* de vacca rufa. Vpsaliae 1706, 8. *Antonius Driessen* Exercitationum Academicarum, Groningae 1719. editarum, exercitatione IV. *Ioannes Outreinus* T. 4. Commentarii in Epistolam ad Hebraeos, p. 667 sqq. *B. S. Cremerus* T. 2. Antiquitatum Mosaicotypicarum, p. 357 sqq. et *Ioan. Conr. Kesleri* dissertationes 2. de sacerdote vaccam rufam comburente. Bremae 1702. Addantur *Theodori Dassouii* disputatio de lustratione Hebraeorum, Wittebergae 1692. recusa T. 1. Thesauri noui Disputationum, pag. 823 sqq. *Salomo Deylingius* Obseruationum sacr. Part. 2. pag. 208. et P. 3. pag. 70. *Ioan. Marckius* Fascicul. dissertation. philologico-exegeticar. pag. 114 sqq. *Conradi Ikenii* disputatio de aspersionibus Hebraeorum. Bremae 1725. *Paulli Hülsii* de aspersione per hyssopum. Groningae 1708. *Imman. Ern. Hahnii* de expiatione per hyssopum facta. Witteb. 1735. *Ioan. Christoph. Wichmannshausen* de aspergillo Hebraeorum sacro. Witteberg. 1719. *Ioan. Schmidii* de cinerum in sacris vsu, Lipsiae 1722. et *Ioan. Iac. Quandtii* de cinere in sacris Hebraeorum. Regiomonti 1722. De lepra et purgatione leprosorum praeter tractatum Talmudicum נגעים legantur *Henrici Hulsii* commentatio de purgatione leprae, adiecta Eiusdem commentario de praerogatiuis prisci Israelis, pag. 859. *Ioan. Clerici* dissertatio Commentario Eiusdem in libros Historicos V. T. adiuncta. *August. Calmetus* T. 1. dissertationum Biblicarum, pag. 74. interpretat. latinae; et P. 2. p. 143. interpretat. germanicae. *Bernh. Sebast. Cremerus* T. 2. Antiquitatt. Mosaicotypicarum, p. 273 sqq. *Iac. Altingius* Opp. T. 5. pag. 300. *Thomas Bartholinus* de morbis Biblicis. c. 8. *Ioan. de Mey* Physica sacra. p. 147. *Ioan. Iac. Scheuchzerus* Physic. sacr. P. 2. p. 456 sqq. *Georg. Wolfg. Wedelius* Exercit. medicophilologicarum, centuria II. pag. 93 sqq. *Ionathan Harle* in libro, anglico sermone edito, *An historical Essay on the State of Physick in the old and new Testament*, p. 17. *Ruardus Andala* de expiatione leprosi, in Exeg. illustr. loc. Scr. *Iacob. Rhenferdus* de lepra cutis Hebraeorum, in Io. Georgii Meuschenii N.T. ex Talmude illustrato. p. 1057 sqq. *Ioan. Christian. Kirchmeieri* sylloge exercitation. academicarum, pag. 78 sqq. *Ienkini Thomasii* dissertationes varii argumenti. pag. 460 sqq. *Philippi Ouselii* dissertatio de lepra cutis Hebraeorum.

Franeq. 1709. *Mich. Chr. Rusmeieri* de lepra Mosaica. Gryphisw. 1723. et *Nicolai Nonnii* de leprae aedium mysterio. Bremae 1744. De ratione typica sacrificiorum expiatoriorum disserit *Bernhardus Waltherus Marpergerus* duplici libello Germanice edito: Das große Sühn= und Sünd=Opfer des großen Versöhntages, als ein deutliches Vorbild des Leidens, Sterbens und Auferstehens Christi. Norimbergae 1733, 8. Das letzte Sünd=Opfer im Gesetze, als ein vollständiges Vorbild des gekreuzigten Jesu. Dresdae 1735, 8. De caussis, quare pisces immolari non iusserit Deus, commentati sunt *Cornelius a Lapide* in Leuitic. I, 2. pag. 614 sqq. *Ioan. Buxtorfius,* Pronepos, Catalect. Theologicophilolog. p. 233. et *Albertus Vogetius* in Oratione de natatilibus ad aram Iehouae non factis. Medioburgi 1723, 4. In Museo Bremensi T. 1. pag. 376. quaeritur, cur de corde et cerebro in sacrificiis offerendo nihil praeceptum fuerit? cui respondit *Frider. Conrad. Albertus de Trauen* in dissertat. de corde et cerebro victimarum, Bremae 1731. cui iunge *Ioan. Georgii Michaelis* dissertationes duas de victimarum corde et cerebro, Francof. ad Viadr. 1730, 4. recusas in Eiusdem Obseruationibus sacris pag. 1 sqq. in quibus euincere studet, in holocaustis et sacrificiis auium cor ac cerebrum simul esse oblata, ast in sacrificiis pro peccato et pro reatu, atque in Pacificis ea ab altari fuisse excepta. De renibus animalium, praecipua sacrificiorum parte prodiit dissertatio *Io. Daniel. Crameri.* Seruestae 1714. De ablegminibus sacrificiorum Deo in altari offerri solitis disputationem habuit *Conr. Ikenius.* Bremae 1743. De impositione manuum apud Iudaeos in sacrificiis adhibita exstat dissertatio *Dan. Goetzii.* Witteb. 1713. defensa.

III. De ἀνθρωποθυσίᾳ Abrahamo a Deo iniuncta vide interpretes ad Geneseos XXII. Deus tamen promta voluntate Abrahami contentus, filium ab eo mactari vetuit, hoedum permisit. Hinc in Lege Mosaica nunquam homines immolari sed primogenitos etiam pretio redimi iussit, aliisque sacrificiis expiari. Immolationes contra hominum Molocho siue Saturno factas, seuere prohibuit. At inter gentes nihil crebrius fuit immolatione hominum, quod ratio illis dictaret, sanguinem mutorum animantium non esse posse aequiualens pretium Deo. Confer *Eusebii* Orationem de laudibus Constantini p. 646 sq. et pag. 659. vbi ait, Hadriani Imperat. temporibus cessasse morem illum inhumanum. *Hugonem Grotium* libro de satisfactione Christi contra Socinum pag. 132. et *Io. Lomeierum* de gentium lustrationibus c. 22. De ἀνθρωποθυσίᾳ veterum Phoenicum et Carthaginiensium (de quibus vide sis Diodorum Sic. libro 20. Tom. 2. pag. 756 et 798. *Suidam* in Σαρδώνιος) pluribus agit idem *Grotius* ad Deuteron. XIIX, 10. et *Hendreichius* in Carthagine p. 180–191. De aliarum gentium more simili videndus *Herodotus* IV, 62. vbi de Scythis

captiuo-

captiuorum centesimum quemque Marti immolantibus, et cap. 103. vbi de Tauris Iphigeniam colentibus immolatione naufragorum et Graecorum ad se delatorum. *Porphyrius* libro 2. de abstinendo ab animantibus: *Eusebius* Orat. de laudibus Constantini pag. 646. et *Constantinus* Oratione ad Sanctorum coetum cap. 16. pag. 589. *Io. Seldenus* de Diis Syris, passim. *Elias Schedius* de Diis Germanorum, c. 31. p. 557 sqq. et p. 595 sqq. *Ioan. Meursius* in Cypro lib. 1. cap. 8 et 21. atque in Laconic. l. 2. c. 14. *Ioan. Michaelis* ad Gaffarelli curiositates inauditas p. 95 sq. *Io. Braunius* in selectis sacris, *Hermannus Witsius* L. 3. IV, 8. Aegyptiacorum cap. 7. contra Marshamum: *Petrus Daniel Huetius* in Alnetanis quaestionibus pag. 278. *Io. Clericus* in indice ad Stanleii Philosophiam orientalem voce *infans*: *Io. Freinshemius* ad Flori III, 4 n. 2. et Curtii IV, 3, 23. Viri docti ad *Caesarem* VI, 16. de Bello Gall. *Iustinum* XIX, 1. 10 seq. *Phil. Camerarius* Centur. 1. Hor. subcesiv. c. 59. *Io. Wierus* de praestigiis Daem. lib. 1. cap. 6. *Franciscus Fernandus de Cordoua* Didascal. mult. cap. 18. pag. 186. *Phil. Cluuerus* Germaniae antiquae p. 250 sq. *Stephanus Ioannes Stephanius* ad Saxonem Grammaticum pag. 92 sq. Molocho infantes non tantum lustratione per ignem, vt sensit Maimonides, sed plena combustione consecratos esse ostendunt *Hadr. Relandus* parte 2. diss. Misc. p. 114 seq. *Io. Marckius* exercitatione textuali ad Leuit. XVIII, 21. *Braunius* aliique. Prae ceteris de barbaro hoc homines immolandi more apud varias gentes recepto egerunt *Iacobus Geusius* in opere duos in tomos diuiso quod inscribitur Victimae Humanae, Groning. 1675, 12. *Io. Ionsenii* siue *Ionsii* tractatio de ἀνθρωποθυσίᾳ gentilium, Hamb. 1654, 4. *Christoph. Cellarius* et alii ad Minucium Felicem cap. 30. *Io. Potterus* pag. 230. Archaeol. Gr. *Io. Ioach. Mullerus* in historia et moralitate ἀνθρωποθυσίας, Lipsiae 1682. *Christi. Henr. Bartholinus* in dissert. de ritu sacrificandi homines apud ethnicos. Hafniae 1704. *Ioan. Guil. Ianus* dissertationibus duabus de ἀνθρωποθυσίας origine. Witteb. 1704, 4. *Io. Baptista Thiaudierius de Boissy* de victimis humanis, Tomo primo Historiae Acad. Inscription. p. 55 sqq. edit. Amstelodamensis. *Dauid Martinius* de religione Gallorum, lib. 1. *Paullus Daniel Longolius* in Originibus ἀνθρωποθυσίας a vulgari crudelitatis crimine vindicatis, duabus dissertationibus Lipsiae 1729 et 1734. editis: quas quidem origines inde repetendas quum affirmaret Vir doctissimus, quod Diis gratum esse putauerint homines, si scelerati, e medio tollerentur, neque enim innocentes castosque Diis mactatos fuisse; factum est, vt eius sententiam sub examen vocaret *Ernestus Florens Rittinus* in dissertat. de τεκνοθυσίᾳ Iudaeorum a crudelitatis crimine non vindicanda. Lipsiae 1735. Praeter duas illas dissertationes idem argumentum XXXV. Programmatibus amplius persequutus est idem *Longolius* Curiae Regnitiorum 1736-1743, fol.

 euul-

euulgatis. *Sinnelius Langius* in dissertat. de ἀνθρωποθυσίας origine. Hafniae 1737, 4. *Ioan. Guil. Bergerus* Progr. de Anthropothysia gentium profanarum, quod recusum est in Eiusdem Stromateo Academico p. 102 sqq. et *Petrus Petitus* libro secundo de ἀνθρωποφάγοις cap. 9 et 10. qui ostendit morem homines mactandi Diisque sacrificandi per omnes fere gentes introductum, et Diabolum carnis humanae esitandae auctorem nefariis hominibus fuisse. Apud Aegyptios Amosis, apud Carthaginienses Gelon anthropothysias sustulit. Vide *Scaligerum* ad Euseb. pag. 23. Ac quidem Carthaginienses victos Gelo coegit inter conditiones pacis et hanc recipere, ὅτι παύσονται τὰ τέκνα τῷ Κρόνῳ καταθύοντες, quod non amplius vellent liberos suos Saturno immolare. Plutarch. de sera Numinis vindicta pag. 552. Apud Romanos A. V. C. 657, Senatus consultum factum ne homo immolaretur, quod antea late obtinuerat, tum a Tiberio hoc facere prohibiti sunt Druides teste *Plinio* XXX, 1. et ab Imperatore Hadriano humanas hostias sublatas tradit Pallas apud *Porphyrium* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, *Eusebius* pag. 154, 156, 164. praeparat. et pag. 659. Orat. de laudibus Constantini Imp. Idem *Eusebius* et alii post Christi in carnem aduentum immolatos vsquam homines negant: quod tamen non vniuerse accipiendum, vt ostendit *Antonius van Daalen* in libro de oraculis: Confer *Conrad. Sam. Schurzfleischium* diss. de institutis Druidum §6. Sane in ipsa Germania nostra, in qua hunc morem olim obtinuisse ostendit V. C. *Godofredus Schutzius* erudito libello, de cruentis Germanorum gentilium victimis humanis, Lipsiae 1743, 4. euulgato, Gregorii II. adhuc temporibus paganos a Christianis mancipia emere solitos, vt horum cruore Numina placarent foedoque ritu illis sacrificarent, constat ex Epistola Gregorii II. ad Bonifacium, quae est 122. et ex vita S. Wulfromii. Praeterimus quae de pueris suo tempore solitis Lucifero immolari ab Arabibus narrat, S. Nilus narratione 3. pag. 28. edit. Possini, et quae de recentibus variarum gentium ἀνθρωποθυσίαις ex Itinerariis Olferti Dapperi, aliorumque peti possunt nullo negotio: nisi quod omnem fidem superat, in Insula Formosa quotannis immolari 18000. corda infantum puellorum, vt refert Psalmanasaarus in descriptione illius insulae pag. 38, 42, 44. De hominibus piacularibus (qui καθάρματα et περιψήματα graecis dicti sunt) vide *Christoph. Georgii Mayeri* dissertat. Lipsiae 1686. editam, recusam in Menthenii Thesauro Theologicophilolog. T. 2. p. 312 sqq. *Georg. Dav. Ziegra* dissertat. de eod. argumento. Witteb. 1693. recusam in eiusd. Menthenii thesauro, Tomo eod. pag. 510. *Phil. Olearii* differt. de καθάρμασι gentilium, Lipsiae 1707. euulgatam. *Benedicti Aueranii* dissertat. 17. ad Euripidem, T. 1. Opp. pag. 439 sqq. qua agitur, de more hostias humanas immolandi mortuorum vmbris, et gladiatorum caede defunctis parentandi. *Iulii Caroli Schlaegeri*

dissertat.

dissertat. de Atheniensibus ciuitatem suam sanguine humano lustrantibus, Helmstad. 1739. editam. De ἀνθρωποθυσίᾳ Pilati consule Interpretes ad Luc. XIII, et *Aug. Theodor. Hoffkuntzii* dissertationem de hoc argumento, Lipf. 1721. euulgatam. De more se deuouendi pro salute alterius *Theod. Crügeri* dissertat. Witteb. 1724. De deuotionibus veterum in bellis conferatur *Io. Petri Milleri* dissertatio de hoc argumento Lipsiae 1730. editam.

IV. Spectat etiam ad hanc ἀνθρωποθυσίαν, quod Iudaeis obiicitur a Iac. Geusio tum in libro de victimis humanis, tum in dialogo cui titulus *Annas et Caiphas fugitiui ex orco*, aliisque, illos Christianorum infantum sanguine ad sacra sua abuti, quod falsissimum esse et calumniam meram, contendit Isaacus Viua in vindice sanguinis contra Geusium (quo de libro [2] vide Acta Erudit. Anni 1682. pag. 206.) et Clar. Wagenseilius parte 2. Perae librorum iuuenilium loculamenti secundi pag. 135 sq. qui fontes huius imputationis indicat pagina 152 sq. Tum in epistola de infundibulo suo p. 73 sq. vbi promittit et delineat singulare opus de hoc argumento, quod inscribit *iudicium sanguinis* ex Exodi XXII, 2. De eodem argumento postea breuem libellum Germanica lingua consignavit, ediditque. Disputat etiam inter alia Wagenseilius aduersus eruditum virum Wilh. Ernest. Tentzelium, qui in vernaculis dialogis menstruis anni 1693 et 1694. multa in contrariam partem disseruit. Idem Wagenseilius dissertatione de re monetali Romanorum obseruat hebraicum vocabulum *Dam*, et sanguinem notare et pecuniam Iudaeis, nec quicquam hos auidius expetere quam illud *Dam*, h. e. pecuniam Christianorum. Confer Meursii Exercitationes criticas, parte 2. cap. 2. Veram tamen hanc originem esse criminationis in Iudaeos iactatae, merito negat Reu. *Io. Wulferus* in theriaca Iudaica pag. 79. qui ipse de hoc argumento legendus. Quemadmodum et *Io. Andreas Eisenmengerus* in detecto Iudaismo parte 2. cap. 3. et *Io. Iac. Schudtius* in memorabilibus Iudaicis, parte prima, p. 467. Neque vero Iudaeos a sanguine et carnibus Christianorum vorandis iam olim abhorruisse, patet vel ex Dionis Cassii Traiano, sub extremum. Quandoque tamen iniuriam illis factam a Christianis quoque, neutiquam abnuerimus.

V. De more mactandi boues in foederibus, et iurisiurandi sanciti a transeuntibus inter medias partes τομίων sacrificii, ad illustranda loca Gen. XV, 17. et Ier. XXXIV, 18. praeter Grotium aliosque interpretes vide Senecam lib. 3. de ira c. 17. Lucian. in Toxari Tom. 2. pag. 64 seq. Suidam in βοῦς ὁ Μολοττῶν et ἐπὶ βύρσης, Philostratum l. VI. de vita Apollonii c. 21. fol. 264. edit. nouae, Cyrillum Alexandrin. p. 389 sq. contra Iulianum, editionis Span-

 he-

[2] Subiungitur ille Rev. viri Io. Wulferi Theriacae Iudaicae ad examen reuocatae. Norimb. 1681. 4.

hemianae, vbi profertur locus ex Sophoclis Antigone v. 271. Dictyn Cretensem l. 1. de bello Troiano, cap. 15. vbi porcum marem mactatum esse commemorat. E recentioribus *Thom. Gatakerum* cap. 42. aduersarior. *Fortunatum Scacchum* III, Myrothec. c. 60 sq. p. 1115 sq. *Bochartum* parte 1. Hierozoici lib. 2. c. 33. *Io. Conrad. Dietericum* antiquitat. Biblicar. V. T. p. 633. *Ioach. Kuhnium* pentade 2. quaest. 2. Memorias Brixienses, *Octauii Rossii* siue *Rubei*, Italice vulgatas pag. 4. editionis Anni 1693, 4. et Zornio excitatos Bibliothec. Antiquario exeget. pag. 1065. quibus addantur *Georgii Schubarti* dissertatio de moribus gentium circa foedera. Ienae 1689, 4. *Ioan. Daniel. Iacobi* dissertat. duae de foederibus veterum per dissectionem animalium factis. Lipsiae 1710 et 1711. *Ioan. Vpmarckii* dissert. de ritu foederum. Vpsal. 1708, 8. et *Ioan. Ern. Gerhardi* dissertatio de ritibus foederum gentis hebraeae. Wittebergae 1650. Hinc Hebraei dicunt foedus diuidere, pro sancire foedus כרות הברית, vt Latini foedus icere, ferire, percutere, de quibus phrasibus confer Brissonium de formulis sollemnibus P. R. lib. 4. pag. 335. Coniunctionis per viscera sacrificati hominis, quae deinde comederunt, mentio apud Diodorum Siculum pag. 265. excerptor. Peirescii, et Dionem Cass. LXXI. pag. 803, siue edit. recentiss. p. 1180. De aliis ritibus contractuum per traditionem calcei, et chirothecae Buxtorfius p. 1443. Lexici Talmudici. De ritu Arabum Herodotus III, 8. De porco in foederibus Romanorum disserit Fuluius Vrsinus de famil. Roman. pag. 289. Gutherius de I. P. IV. 18. Io. Phil. Cassel in commentat. de porco in vexillis et foederibus apud vet. Romanos. Magdeb. 1748, 4.

VI. De Sacrificiis Gentium lustratoriis atque expiatoriis ἱλαστικοῖς, ἁγνιστικοῖς, καθαρκτικοῖς, quae Latinis *placamina, februa, piamina*: praeclare disserit *Hugo Grotius* c. 10. libri de satisfactione Christi aduersus Socinum, *Ioannes Lomeier* de lustrationibus gentium c. 23. *Magnus Daniel Omeisius* de expiationibus apud veteres gentiles vsitatis. Altorfii 1700. *Henningus Forelius* in dissert. de sacrificiis gentilium expiatoriis. Vpsal. 1703, 8. *Frider. Guil. Iahn* in dissertat. de sacrificiis gentilium ἱλαστικοῖς ex veterum Hebraeorum disciplina deductis. Witteb. 1731. De aliis Ethnicorum sacrificiis consulendi praecipue *Guil. Stuckius* in descriptione sacrorum sacrificiorumque gentilium Tiguri 1598 et 1679, fol. et inter opera iunctim recusa Lugd. Batav. 1695 fol. *Lilius* quoque *Gyraldus* Syntagmate XVII. siue vltimo historiae Deorum, Tomo 1. operum: *Ioan. Saubertus* in collectaneis de sacrificiis veterum quae prodierunt Ienae 1659, 8vo. et curante Clariss. Crenio recusa sunt Lugduni Batav. 1698, 8. *Io. Eric. Ostermannus* de sacrificiis gentilium. Wittebergae 1647. et *Angelus Maria Riccius* in dissertatione de sacrificiis, quae legitur Vol. 2. Eiusdem

dem differtat. Homericar. pag. 167 sq. De Graecorum sacrificiis consulas *Ioan. Potterum* II, 4. Archaeolog. Gr. *Io. Gothofr. Lakemacherum* Antiq. Graec. sacr. P. 3. cap. 1. *Ioan. Vlr. Steinhoferum* Graec. sacr. P. 1. cap. 2 – 6. et *Christianum Brunings* Compend. antiq. Graec. c. 21. De sacrificiis Romanorum singulatim egere *Paullus Merula* in operibus postumis Lugd. Batav. 1684, 4. editis. *Guilelmus Choulius* in opere Gallico supra laudato de Romanorum religione, *Struuius* Syntagmatis capite 8. *Kippingius* libro 1. Antiquit. Romanor. cap. 11. et *Ioan. Arndius Bellmannus* in diss. de ritu sacrificandi Romanorum. Vpsal. 1703, 4to. vbi c. 3. conuenientia cum sacrificiis Hebraeorum ostenditur. De sacris Tauroboliis, crioboliis et similibus copiose disseruit *Antonius van Daale* in diss. 1. earum, quas Antiquitatibus illustrandis edidit Amstel. 1702, 4. et auctor Anonymus scripti Gallici: (Claud. Gros de Boze) *explication d'une inscription antique trouvée depuis peu à Lyon, où sont decrites les particularitez de sacrifices que les anciens appelloient tauroboles*, Paris 1705, 8. et in Memor. Acad. Inscription. T. 4. pag. 111. sqq. edit. Amstelod. Vide et *Reinesii* Epistolas ad Rupertum pag. 620. et Commentar. ad Inscriptiones Veteres p. 76, 211, 212. *Seldenum* III, 14. 8. seq. de Synedriis Hebraeor. *Gutherium* IV, 19. de iure pontificio, T. 5. Graev. *Sponium* in Miscellaneis eruditae antiquitatis p. 98 seq. *Fleetwodum* ad Inscriptiones selectas p. 16 sq. *Petrum Zornium* in Bibliotheca Antiquario-exegetica. p. 1081 sqq. *Philippi a Turre* explicationem inscriptionis Taurobolii Lugdunensis, in Sallengrii Thes. nouo antiquit. Rom. T. 3. pag. 853. *Ioan. Harduini* explicationem Taurobolii et Criobolii, insertam Memoriis Treuultinis A. 1726. pag. 1859. *Michaelis de la Roche* new Memoirs of Litterature, T. 4. pag. 340 sqq. *Raphael Fabrettum* p. 665. Inscript. *Anton. Riccautellam* et *Ioan. Paullum Ricoluum* ad Marmor. Taurinienſium partem 1. p. 13 sqq. Raccolta d'Opuscoli scientifici, T. 3. pag. 445 sqq. et *Nathan. Friderici Kautzii* dissertat. de Taurobolio. Lipsiae 1738. editam. Nihil aliud significat Taurobolii vocabulum proprie, quam bouicidium, vt notauit Salmasius pag. 8. Solin. ac similiter Criobolium, Aegobolium etc. sacrificium ac caedem arietis et caprae: taurobolio autem vel criobolio aut aegobolio renati dicebantur qui sacrificio et sanguine tauri, vel arietis vel caprae lustrati erant. Taurobolatae petrae mentio in veteri inscriptione apud Gutherium II, 5. de iure Veteri Pontificio, Tom. 5. Antiquitatum Graeuii. De Suouetaurilibus, siue sacrificio ex sue, oue et tauro, lustrali censorum sacro, (v. Ezech. Spanhemium Tom. 2. numismat. pag. 101.) vide sis *Philippum Rubenium* lib. 1. electorum c. 11. *Sam. Pitisci* Lexicon Antiquitatum Romanar. in *solitaurilia*. *Henr. Norisium* in dissertat. de votis decennalibus Imperatorum pag. 76. *Ciacconium* ad columnam Traiani. N. 78 et 188. *Fabrettum* pag. 141 seq. et 154 sqq. vbi maiora ea fuisse et minora

nora obseruat. *Iacobum Gutherium* lib. 4. de iure veteri pontificio cap. 18. quo toto quarto libro erudite et diligenter ritus romanos circa sacrificia et sacra varii generis explicat. (Tomo 5. Graeuii.) *Montfauconum* T. 2. supplementi antiquitatis illustratae p. 73 sq. *Guil. Choulium* pag. 301. relig. Romanor. *Io. Clerici* Bibliothec. selectam T. 17. p. 168 sqq. vbi de Taurobolio Idacae matris differit. *Laurentium Begerum* T. 3. Thes. Brandenb. p. 413. et *Ioan. Phil. Casselii* dissertationem de sue in sacrificiis gentilium. Magdeb. 1743, 4to. pag. 29 sqq. De sacrificiis et sodalibus Arualibus consule *Andr. Cirini* librum de vrbe Roma c. 55. *Sponii* Misc. erud. antiquitatis sect. 1. artic. 2. *Ioan. Paulli Reinhardi* dissertationem de hoc argumento. Erlangae 1744. et eundem *Casselium* differt. laudatae p. 22 sqq.

VII. Varia de variarum gentium sacris et sacrificiis, eorumque generibus ac ritibus congessit *Alexander ab Alexandro* IV, 17. *Tiraquelli* notis illustratus. *Benedictus Aueranius* differt. 41–45, ad Virgilium, T. 2. Opp. et *Henr. Aug. Zeibichius* ad locum Herodoti II, 47. Miscellan. Lips. nov. Vol. 7. p. 479. Genus etiam sacrificiorum fuit Hecatombe, quo vel centum victimae simul mactabantur, vel a centum simul hominibus offerebantur, quanquam non semper ἀκριβῶς centum erat victimarum, vide Bourdelotium p. 61. ad Heliodorum: et praeter illustrem illum Homeri locum Iliad. B. v. 305–321. consule *Pfeifferum* Antiq. graec. lib. 1. c. 20. *Meursium* Laconic. II, 14. et Graec. fetiar. l. 3. *Potteri* Archaeol. Graec. II, 4. *Lakemacherum* antiquit. graec. sacr. P. 3. c. 1. § 11. p. 346. et *Pitisci* Lexicon voce *Hecatombe*, vbi plures scriptores recensentur. De vasis et instrumentis, quorum ad sacrificia et in sacris vsus erat, agit idem *Iacobus Gutherius* lib. cit. capite vltimo, *Michael Angelus Causseus de la Chausse* de insignibus Pontificis Maximi, Flaminis Dialis, et instrumento sacrificantium, in eodem Tomo 5. Graeuiano: et cum accessionibus recusus Romae 1747, fol. Plura etiam eiusmodi vasa et instrumenta sacrorum exposita videre licet a *Philippo Bonanni* in Musei Kircheriani classe prima, Romae 1709, fol. a *Bernhardo Montfaucono* T. 2. Antiquitatis explicatae, et T. 2. supplementi lib. 3. p. 56 sqq. et T. 4. p. 72. ac *Nicolao Cheualierio* in libro gallice composito: *Remarques sur la piece antique de bronze, trouvée aux environs de Rome.* Amstelodami 1694, 8. De vere sacro vide *Ern. Sal. Cypriani* Programmata Coburgensia, p. 131 sqq. *Ioan. Heinrici a Seelen* Miscellanea. p. 264 sqq. *Ioan. Nicol. Funcii* Dissertationes Academicas, Lemgouiae 1746, 8. pag. 375 sqq. et Memorias Academiae Inscriptionum. T. 2, pag. 130 sqq. De simpulo siue simpuuio fictili, quo vinum libabatur, vide Philippum Rubenium II, 8. electorum. Sacrificium in quo reliquiae epularum igne consumebantur, vocatum est *Proteruia*, de qua vide *Festum* et *Io. Bapt. Donium* de paenula pag. 323 seq. ex *Macrobii* lib. 2. cap. 2. Saturnal.
refe-

referentem iocum Catonis, qui Albidium quendam, qui ſua bona comediſſet, et nouiſſime domum, quae ei reliqua erat, incendio perdidiſſet, feſtiue dixit, proteruiam feciſſe. De igne diuinitus immiſſo ſacrificiis Abelis, Noachi, Abrahami, Moſis, Salomonis etc. conſulendus *Io. Buxtorfius* in Exercitationibus ad Hiſtoriam arcae foederis, ignis ſacri et caeleſtis, Vrim et Thummim, Mannae, petrae in deſerto, et ſerpentis aenei Baſil. 1659, 4to. Exercitatione ſecunda. *Nicolai Koeppenii* diſſertatio de igne caeleſti. Gryphiswaldiae. *Hil. Chriſtoph. Kaarbol* ſchediaſma de igne ſacro templi ſecundi, Hafniae 1707. et *Alberti Schumacheri* diſputat. de ἐμπυρισμῷ ſacrificii Abelis. Bremae 1718. De ſimili igne iactato apud Gentes, vt apud Herodotum lib. 1. c. 59. Pindarum Olympionic. Oda 7. Solinum c. 5. (al. 11.) vbi de Sicilia, et cap. 30. (al. 43.) vbi de Aethiopia: Ammianum Marcellin. XXIII, 6. pag. 374 ſeq. *Huetius* in Alnetanis quaeſtionibus pag. 216. *Cerda* ad Virgilii Eclogam VIII, 105. *Kircherus* Tom. 1. Oedipi pag. 233. *Iobus Ludolfus* commentario ad Hiſt. Aethiopicam pag. 302. *Petri Baelii* dictionarium hiſtorico-criticum in voce *Egnatia*, et *Ioan. Gottlieb Bohnii* diſſertat. duae de igne gentilium ſacro in Iſraelitarum ſacra iniurio. Witteb. 1718. De diis, quibus nulla ſacrificia, nullas hoſtias caedere fas erat, agit ex veteribus *Porphyrius* in libris de abſtinendo a nece animalium, e recentioribus *Alexander ab Alexandro* lib. 2. genialium dier. cap. 22. vbi iterum adde ſis *Tiraquellum.* In Palilibus quoque, qui dies vrbi Romae natalis erat, et in Terminalibus victimam nullam immolatam eſſe conſtat, licet contrarium, vt poetica fide, ſcripſerit Ouidius. Vide *Iuonem Villiomarum* (ſiue *Ioſephum Scaligerum*) in locos controuerſos Roberti Titii pag. 20. In ara Apollinis nullum animal ſacrificabant Delii, tantum preces offerebant teſte *Macrobio* lib. 3. Saturnal. cap. 6. adde *Ezech. Spanhemium* in notis ad Callimach. p. 83. Caeleſtes Deos κνίσσᾳ odore ac ſuffitu, terreſtres cibis ac comeſſationibus gaudere creditos, idem notat diſſ. 4. de vſu numiſmatum p. 299. edit. Amſtelodamenſis. De ſacris Romanorum gentilitiis conſuli poſſunt *Ern. Mart. Chladenius* cap. 4. libri de gentilitate veterum Romanorum, et *Iuſtiniani Thoellden* commentatio de hoc argumento, Lipſiae 1742. edita. De priuatis ſacris confer *Chr. Gottl. Schwarzii* diſſertat. de ſacrorum deteſtatione. Altorfii 1726. et auctior. 1729. De haereditate ſacrorum *Car. Chriſti. Woogii* diſputationem. Lipſiae 1738. De lectiſterniis *Ezechielem Spanhemium* de vſu numiſmatum T. 2. p. 193 *Philipp. a Turre* monument. veter. Antii p. 318. *Alſtorphium* de lectis veterum p. 168. *Iac. Phil. Tomaſinum* de donariis cap. 4. Tom. 12. theſauri Graeuiani p. 2149 *Philippum Ludov. Hannekenium* de cura domeſtica Romanor. Tom. 1. theſ. Sallengriani p. 1272. *Ioſ. Laurentium* de prandio et coena veterum, c. 21. et *Chriſti. Erdmanni Schumanni* commentationem de lectiſterniis Romanorum

in S. Codice fruſtra quaeſitis. Lipſiae 1739. De ſacrificiis Germanorum gentilium auerruncandi incubi cauſſa factis vide *Godofr. Schützii* Exercit. ad Germaniam ſacram gentil. facientium vltimam. De ſacrificiis gentium Americanarum Bibliothecam Francicam (Bibliotheque Françoiſe) T. 4. pag. 116 ſq. et Lafitauum T. 1. p. 179 ſqq.

VIII. In diuerſis ſacris, diuerſis Diis, diuerſa quoque ſuffimigia, diuerſae victimae, coronae, caerimoniae, ligna diuerſa comburendis ſacrificiis, diuerſae aquae etc. adhibebantur, de quibus Kircherus Tom. 1. Oedipi p. 232 ſq. et Tom. 2. part. 2. p. 538 ſq. Ex animalibus quaenam quibus Diis ſacrificata fuerint (nam laribus thure tantum et vino litabant, vt praeter alios notat Cerda ad Virgilii Eclogas pag. 5.) vt gratas hoſtias [3] victimasque praeberent, perſequitur praeter eundem Kircherum T. 1. p. 238 ſq. *Ioannes Textor* in officina pag. 57 ſeq. *Alexander ab Alexandro* III, 12. *Antonius Clarus Siluius* ad leges regias et XII. tabularum p. 99 ad 103. *Saubertus* cap. 22 ſeq. de ſacrificiis, *Ioan. Potterus* p. 124 ſq. ad Lycophronem. Aues Diis ſacras refert idem Textor p. 281 ſeq. et Animalia inauſpicata p. 279. Quibus animalibus ſinguli Dii vel Deae vehentes ducantur, idem p. 70. et Beda T. 1. Opp. pag. 369. licet hac in parte non ſemper Mythologi ſibi nec Poetae conſtent. De animalibus quae Diis deuota, ἄφετα et vaga ſine cuſtode dimittebantur, praeter *Petrum Victorium* XXVIII, 24. Var. Lect. et *Caſaubonum* ad Athenaeum, *Iac. Gutherius* III, 13. de veteri iure Pontificio T. V. Graev. Morti et furiis ſacra animalia vide apud Voſſium lib. 9. de Idololat. cap. 39. Conſtat autem animalia Diis ſacrificata fuiſſe, vel quod illis inuiſa iudicarentur vt Cereri porca, Hecatae canis: vel quoniam illis putarentur Dii laetari et delectari, vt coruo et cygno Apollo vel ob qualemcunque inter Deos et victimas conuenientiam ac ſimilitudinem. Sic inferis Diis et Manibus offerebantur hoſtiae ἄγονοι ſiue ſteriles, pronae et nigrae ſiue furuae: Confer Zoſimum II, 3. § 5 et 6. Stephanium p. 54. ad Saxonem Grammaticum et Gutherium IV, 8. vbi de ſacris Inferorum: ſuperis contra et bonis Diis albae, foecundae, ἔνορχοι et τετραχηλισμέναι ſiue obtorto verſus caelum collo. Rheae ſiue Cybelae, Deorum matri proprio ſanguine litabant ſacerdotes. Rhodii quadrigas Soli conſecratas quotannis, Illyrii quaternos equos nouo quoque anno in Neptuni gratiam iaciebant in mare. Vide *Feſtum* in Hippius, et de Mithridate quadrigas alborum equorum in altum demergente Appianum Mithridatic. f. 218.

Plantas Diis ſacratas herbasque et arbores perſequitur Poeta Graecus Anonymus (*Rufus Epheſius* ni fallor, licet Pamphilium Alex. maluerit Lambecius

[3] Hoſtia dicta de minoribus animalibus, vt ouibus et volucribus, victima de magnis, vt tauris.

cius II. p. 593. et VI. p. 90.) editus ad calcem Dioscoridis, editionis Aldinae 1522, 4to. et cum versione ac notis eruditis D. *Ioan. Rendtorfii* Hamburgensis redditus a me libro tertio Bibliothecae Graecae cap. 26. additis Graecis scholiis siue argumentis, quae leguntur etiam inter notha Dioscoridis pag. 476 sq. edit. Saraceni, et auctiora exstant in Codice antiquissimo Dioscoridis, quem seruat Bibliotheca Caesarea Vindobonensis. Graeco illi Poetae addes *Phaedrum* lib. 3. fabula 17. *Plinium* lib. 12. cap. 1. *Nicol. Mutonum* praefatione ad Serapionem medicum a se translatum, *Ioan. Textorem* pag. 141 seq. officinae, *Iac. Pontanum* ad Ouidium, *Gerh. Ioan. Vossium* lib. 5. Physiol. Christianae cap. 48 seq. et *Io. Meursium* filium in arboreto sacro, Lugd. Bat. 1642, 8. in quo non agit de Plantis quarum in sacris literis fit mentio, sed tribus libris recenset Herbas, Frutices et Arbores quae apud Paganos variis Diis sacratae erant. Videndus etiam *Benedictus Curtius* Symphorianus opere de hortis. *Ioan. Gerh. Wagnerus* in specimine Arboreti sacri perfectioris, sistente Laurum ex omni antiquitate erutam, Helmstadii 1732, 8. et *Michael Gottlieb Agnethler* in dissertatione de Lauro. Halae 1751. De cultu religioso arborum Iouis, praesertim in Hassia, singularem dissertationem edidit *Ioan. Herm. Schminckius.* Neque omittendum quod *Kircherus* T. 3. Oedipi pag. 65. obseruat numeros Diis sacratos vnarium summo Deo, binarium Palladi, ternarium Mineruae, quaternarium Apollini, quinarium Isidi, senarium Osiridi, septenarium Mercurio, octonarium Ammoni etc. De quo plura *Ioan. Meursius* in denario Pythagorico Lugd. Batav. 1631, 4to. et Tom. 10. Gronov. Hinc quot foliis herba vel flos gauderet, ei Deo fuisse consecratum. Pronum quoque est colligere, veteres ad ignem sacrificiorum adhibuisse ligna, ex iis potissimum arboribus, quae Diis, quibus rem diuinam faciebant, erant dicatae, qua de re agunt Stuckius lib. 2. de Sacrificiis et Tassinus c. 13. de ludis saecularibus Tom. 8. Antiquitatt. Roman. p. 537 sq.

IX. Lubet hac occasione laudare praecipuos quosdam scriptores qui de animalibus et plantis, quarum in sacra Scriptura mentio fit, diligentius egerunt. Et de animalibus quidem primo loco memorandum eruditissimi *Sam. Bocharti* hierozoicon, singulari plane eruditione refertum, quod prima vice lucem adspexit Londini 1664, fol. recusum emendatius Francofurt. 1675, fol. et denique inter eius opera Vltraiecti 1692. curante Io. Leusdenio, duobus in fol. Voluminibus, et An. 1712. Huius operis duplex exstat epitome, vna *Stephani M. Vescei* siue *Veczei* Vngari, Franequ. 1690, 4. altera *Ioan. Henr. Maii* Theologi Giessensis, in qua non raro Bochartus reprehenditur, et interdum vt videtur non praeter rationem. Francof. 1686, 8. Ante Bochartum historiam animalium sacram, sed alio instituto et apparatu alio composuit *Wolf-*

gangus Franzius, Theol. Witteb. quae 1617. Witeb. 8. vulgata, et poſtea ſaepius in Germania et Belgio recuſa eſt, hinc continuata, et eruditis locupletiſſimisque acceſſionibus aucta a Rev. D. Io. Cypriano, Profeſſore tum Phyſices; deinde Theologo Lipſienſi edi coepit Dresdae 1697, 2 Vol. 8vo, et abſoluta denique prodiit Anno 1712, 4. duobus Volumin. *Ioannes* quoque *Buſthamantius*, Complutenſis Medicus, de animalibus S. Scripturae reptilibus vere dictis Tomos 2. edidit Compluti 1595, 4. et Lugdun. 1620, 8. Exſtat praeterea *Godfr. Mulleri* Θηϱολογία Biblica, de quadrupedibus terreſtribus SS. eorumque attributis et vſu myſtico. Witteb. 1676, 8. *Hermanni Henr. Frey*, Paſt. in Eccleſ. Schwinfurtenſi, therio-ornitho-ichthyo-biblion Germanica lingua vulgatum Lipſ. 1595 et 1605, 4. *Io. Henr. Vrſini* animalium Biblicorum nomenclator, atque de animalibus mundis et immundis, libro 4. miſcellan. ſacrorum, editorum Norimb. 1666, 8. Vide etiam *Ioan. Conr. Dietericum* antiquit. Biblic. veteris Teſtamenti pag. 416 ſq. et *Eduardi Simſoni* Angli hieroglyphica animalium, quae in ſacra Scriptura reperiuntur, Edinburg. 1622. *Ioannis* item *de Mey* commentaria Phyſica in Pentateuchum et N. T. Medioburgi 1661, 4. 2 Vol. *Salom. van Till* Zoologiam, ſiue, commentarium poſtumum de animalibus quadrupedibus in S. S. commemoratis. Dordraci 1714, 4. *Olai Rudbeckii*, filii, Ichthyologiae biblicae partes duas de ſelauis ſiue piſcibus volantibus, et Borith, ſiue purpura, Vpſaliae 1721, 4. et *Theodori Haſaei* disquiſitionem de Leuiathane Iobi et ceto Ionae, Bremae 1723, 8.

De arboribus, herbis et plantis in ſacra Scriptura commemoratis prae ceteris diligenter egit laudatus *Ioan. Henr. Vrſinus*, cuius arboretum Biblicum, primum editum eſt Noribergae 1663, 8. Poſtea Anno 1665. Arboreti biblici continuatio ſiue Phytologia ſacra, Herbarius ſacer, et Hortus aromaticus, in quo de omni genere Aromatum ſacris in literis memoratorum agitur. Vtrumque opus recuſum eſt ibid. 1699, 8. Nec praetereundus *Leuini Lemnii* libellus, in quo ſimilitudines ac parabolas, quae in ſacra Scriptura ex herbis atque arboribus deſumuntur, explicauit, Francof. 1591 et 1596, 12. cui addi poſſunt *Thomae Brown* obſeruationes de plantis in ſacra Scriptura memoratis, *Wilhelmi Sarcerii* herbarium ſpirituale, Germanice editum, ſiue de plantis et herbis quarum in Scriptura mentio fit, Francof. 1573. Iungantur *Adriani Cocquii* Phytologia ſacra. Vliſſingae 1664, 4. *Guilielmi Weſtmacott* Θεολοβοτονολογία, ſiue, hiſtoria vegetabilium ſacra. Anglice. Londini 1694, 8. *Matthaei Hilleri* Hierophyticon, ſiue, commentar. in loca S. S. quae plantarum faciunt mentionem, Vltraiecti 1725, 4. *Olaui Celſii* Hierobotanicon, ſiue, de plantis ſacrae ſcripturae diſſertationes, Vpſaliae 1750, 8vo. quod opus reliquis huius generis facile palmam praeripit. *Edmundi Caſtelli* oratio de Botanologica S.S. parte ex ſcriptoribus Orientalibus clarius enarranda. Londini 1667, 4. *Ioannis Heim-*

Heimreichii disquisit. de vegetabilibus in Talmude memoratis in Actis Francorum eruditis et curiosis, collectione III, V et VII. De melonibus Aegyptiis, ab Israelitis desideratis, commentationem laudatus *Celsius* edidit. Lugd. Batav. 1725, 8. De herba Borith legantur dissertationes *Ioan. Mich. Langii*, Altdorfii 1705. et *Christiani Benedict. Michaelis.* Halae 1728. De palma eiusdem *Celsii* exercitationes. Vpsal. 1711 et 1720, 8vo. De Dudaim Rubenis *Olai Rudbeckii* commentatio. Vpsaliae 1733. De myrto dissertatio *Ioan. Rodolphi Crameri.* Tiguri 1731. De cedro *Christoph. Iacobi Trew* historia cedrorum Libani T. I. Nouor. Actor. Acad. Curiosor. pag. 409. et seorsim Norimbergae 1757, 4to. Ceterum Bochartum quoque in animo habuisse Hierobotanicon condere, ex eius Hierozoici parte 2. p. 847. obseruat Ericus Benzelius in Actis litterariis Sueciae An. 1721. p. 157. *hunc,* inquit, *si ingredi licuisset paradisum, vidisses arbores, flores atque fructus paucis in nostro orbe visos degustatosque. Certe Lemnios et Vrsinos suorum hortorum poenituisset.* Blasius quoque Caryophilus hoc institutum sibi fuisse, insignibus quibusdam speciminibus demonstrauit P. I. Dissertation. miscellanearum, Romae 1718, 4. euulgatarum.

De gemmis, quarum praecipue Exod. XX. et Apoc. XIX, 19 sq. mentio fit, praeter Ludouicum de Dieu et alios interpretes videndus S. *Epiphanii* liber περὶ τῶν δώδεκα λίθων, siue de gemmis in veste Aharonis editus separatim cum versione *Iolae Hieronis* Tarentini, et auctior ex antiqua versione latina studio *Franc. Ogginii,* Romae 1745, 4. atque inter Epiphanii opera a *Petauio* illustrata Tom. 2. pag. 225. tum in *Matthaei Hilleri* egregii viri libro de duodecim gemmis in pectorali summi Pontificis Tubing. 1698, 4. et in syntagmatis eius Hermeneuticis ibid. 1711, 4to. qui obseruationes suas et *Salmasii* ex Plinianis eius Exercitationibus ad Solinum et Homonynis Hyles iatricae addidit. Tum *Anastasius Sinaita* quaestione 40, quam edidit *Conradus Gesnerus* in collectione scriptorum qui de rebus fossilibus egerunt, Tiguri 1566, 8vo. atque ex alio Codice Manuscpt. cum Francisci Turriani versione Petauius Tom. 2. Opp. Epiphanii p. 233. Hisce iungendus *Eduardus Bernhardus,* cuius accurata de gemmis S. Scripturae tractatio inserta notis ad librum III, 7. 6. Antiquitatum Flauii Iosephi pag. 180 seq. *Ioan. Braunius* libro 2. eruditi de vestitu Sacerdotum Hebraeorum operis, cap. 8. seq. qui p. 631. meminit libri quod de hoc argumento molitus fuerat vir summus *Samuel Bochartus,* sed qui vna cum ipso intercidit. Conferantur amplius *Hugo Broughtonus* in Concentu S. Scripturae pag. 155 seq. *Franciscus Rueus* de gemmis aliquot, quarum mentio fit in Apocalypsi, Francof. 1596, 12. et alibi, vna cum Leuino Lemnio de plantis Biblicis, subiuncta *Paschasii Balduini,* Canonici Phalempinensis, Epistola eiusdem argumenti. *Hyacinthi Gimmae* historia lapidum, mineralium et gemma-

rum, de quibus in S. S. mentio. Italice, Neapoli 1730, 4. *Andreas Baccius* de duodecim gemmis S. Scripturae: *Bernh. Lamius* lib. 3. cap. 4. p. 425 sqq. introductionis in S. Scripturam: *Ioan. Guil. Baierus* fil. Professor Altdorfinus in dissertatione de sapphiro S. Scripturae, Altdorf. 1705. qui lazuli lapidem illo denotari contendit, atque Ienensium Aesculapius celebratissimus *Georgius Wolfgangus Wedelius* in Exercitationibus Medico-Philologicis Centur. 1. Decad. X. diss. 1. de Iaspide S. Scripturae, quem disputat esse adamantem. Vrim et Thummim quidem (per quod gemmas * ipsas Aharonitici pectoralis, D. Ioan. Brentius, Simon Patricius Episcopus olim Eliensis commentario in Exodum, aliique plurimi cum Eduardo Bernhardo ad Iosephum pag. 176. edit. Hauercampianae intelligunt,) *Ioan. Spencerus* in diss. de Vrim et Thummim Cantabrig. 1669, 8. et de legibus Hebraeor. III, 7. *Thomas Hobbesius* Histor. Eccles. X, 275 sq. et *Ioan. Marshamus* putant fuisse Teraphim aliquod siue imaginem, de collo suspensam, qualem imaginem veritatis ab Aegyptio Iudice gestatam testantur *Diodorus Siculus* lib. 1. p. 68. et *Aelianus* XIV, 34. Var. Hist. Spencerum oppugnant *Herm. Witsius* lib. 1. cap. 8. et lib. 2. c. 10 sq. Aegyptiacorum et lib. 3. c. 11. *Philippus Riboudealdus* libro de Vrim et Thummim Genev. 1685, 12. D. *Ioan. Benedictus Carpzouius* ad Schickardi ius regium Hebraeorum pag. 44 seq. *Ioan. Henr. Maius* T. 1. selectar. Exercitat. Diss. 12. p. 431 sqq. *Salomo Deylingius* obseru. sacr. parte 2. obs. 32. §7. *Ioan. Marckius* exercit. exget. 22. p. 325 sqq. *Frider. Adolph. Lampe* in oratione inaugurali de Vrim et Thummim: Bremae 1727, 4. *Cherubinus a S. Iosepho* T. 2. apparatus biblici p. 433 sqq. *Petrus Iurieus* histor. dogmatum et cultuum parte 3. c. 2. p. 454 sqq. *Gottlieb Wernsdorfius* in dissertat. de reuelationibus earundemque varietate, T. 1. Dissertat. eius iunctim editarum pag. 751 sqq. *Bernh. Hermkhuysen* in libro belgico, *Lex Vmbrarum*, pag. 398 sqq. et *Petrus Zornius* biblioth. antiquarioexeget. pag. 712 sqq. Vide etiam sis de Vrim et Thummim Suidam in Ἐφούδ, Exercitationem *Ioan. Buxtorfii* supra p. 497. laudatam. *Frid. Viccii*, Witteb. 1669. *Ioan. Christophori Wichmannshausen*, ibid. 1701. *Io. Iacobi Gantesuillerii* dilucidationem Mysterii Vrim et Thummim, Hanov. 1675. laudati *Wedelii* Centur. 2. decur. 3. Exercitationem 7. pag. 65 seq. *Ioan. Clericum* ad Exodi XXVIII, 30. et Num. XXVII, 21. cui illud videtur fuisse torques margaritarum et carbunculorum, aut eiusmodi gemmarum, quo quum ornatus esset

* Caspar Neumannus, Vratislauiae suae olim decus, in biga difficultatum sacrarum de gemmis Vrim et Thummim dictis et de cibo Samariae obsessae, Vratislauiae 1707, 4. ex ipso nomine hoc ingeniose colligit, dici enim gemmas *Vrim* quod splendeant et luceant, *Thummim* vero, quod earum susperficies sit plana et aequalis. Rationem typicam huius Vrim et Thummim ad Christum, exponit Ioan. Cocceius Epistola 214.

esset sacerdos, Deus per eundem, diuinitus afflatum, oracula ediderit. *Ioan. Benedicti Carpzouii*, Nepotis, christianam de Vrim et Thummim coniecturam. Lipsiae 1732, 8. *Beati Werdmulleri* coniecturam de Vrim et Thummim, quae legitur T. 6. Tempe heluetic. p. 281. eo redeuntem; *constitisse illud duabus tabulis, quae vt* Ectypus *duabus tabulis foederis, vt* Archetypo, *exacte responderint, quem Ectypum Deus sub pectorali seruari voluerit, quo sic Pontifex in pectore suo eum semper coram Domino gestaret. Ioan. Ioach. Schroederi* dissertationem de Vrim et Tymmim in Pontificiis Hebraeor. pectorali positis. Marburgi 1744. in qua perhibetur, quod per Vrim et Tymmim significentur lapides pretiosi fulgentes, exornando P. M. inseruientes: negatur vero, vnquam eidem factum per istos lapides diuinum esse responsum. *Io. Frid. Stiebritzii* dissertat. qua variae de Vrim et Thummim ponderantur sententiae, veraque ad ductum Exodi XXVIII. 30. sistitur. Halae 1753. Est autem haec Stiebritzii sententiae summa: *Vrim et Thummim designare non nisi reuelationes diuinas, quae soli menti Pontificis inderentur, quando Deum in re dubia, sicuti reliquis vestibus pontificalibus, ita in primis pectorali indutus, consuleret.* Iunge hisce alios quam plurimos memoratos Rev. D. *Io. Georgio Pertschio*, praefat. ad *Georgii Guilelmi Dieterici* duodenarium sacrum de Vrim et Thummim, Numburg. 1714, 4to. S. V. *Chr. Matth. Pfaffio* in praefatione Tubingensi Operis Spenceriani editioni praemissa, et *Ioan. Christoph. Wolfio* ad Lundii Antiquit. Hebraeor, sacras p. 488. not, o.)

In iisdem Amplissimi *Wedelii* Exercitationibus plura sacrarum litterarum loca ex Medicorum et Physicorum, Mathematicorumque obseruationibus illustrantur, quod institutum pridem fuit *Franciscii Vallesii* Couarruuiani Medici, libro de sacra Philosophia, siue de iis quae scripta sunt Physice in libris sacris, Lugd. 1588, 1595, 8vo. *Valentini Henrici Vogleri* Professoris Helmstadiensis meritissimi, libro de rebus naturalibus ac Medicis quarum in S. Scripturis fit mentio, Helmst. 1682, 4to. et in Physiologia Historiae passionis Iesu Christi, ibid. 1673, 4to. *Ioan. Maii* (de Mey) in Physiologia sacra siue commentariis p. 500. laudatis editisque latine Middelburgi Anno 1661, 4to. et Belgice recusis inter eius Opera Lugd. Bat. 1706, fol. *Samuelis Reyheri* ICti et Mathematici Kiloniensis praeclarissimi Anno 1714. denati, in Mathesi Mosaica, siue locis Mathematice explicatis, cum appendice aliorum S. Scripturae locorum Mathematicorum Kil. 1679, 4. cuius operis longe vberiorem editionem iam pridem parauit, et priorem eius tomum paullo ante obitum absoluit Anno 1714. fol, *Hieronymi Dicelii* Professoris Lipsiensis in spicilegiis ex disciplinis Mathematicis, loca quaedam Biblica illustrantibus, Lipsiae 1702, 8vo. *Guilelmi Ader* in diss. de aegrotis Euangelicis, T. 9. Criticor, sacrorum Anglor, et *Thom. Bar-*

tholini in libris plus ſimplici vice excuſis, de morbis Biblicis, de latere Chriſti aperto, de paralyticis Noui Teſt. et de cruce, quo poſtremo de vino myrrhato, de corona ſpinea et ſudore Chriſti ſanguineo diſſerit. *Conradi Iohreni* in diſſertationibus de morbis Biblicis et de Chriſto Medico, Francof. ad Viadr. 1704. *Chriſtiani Warlitzii* Medici Anhaltini in variis diſſ. quae memorantur in Nouis litterariis Hamb. A. 1705. pag. 163. Sunt etiam in manibus nonnullae huius generis Exercitationes editae Kiloniae a viro docto *Io. Daniele Maiore*, vt de Myrrha Chriſto a Magis oblata, de locuſtis cibo Ioannis Baptiſtae, de Ieiunio Chriſti quadrageſimali, de Chriſto Medico ortuque diuino Medicinae, de Lunaticis, de paralyticis, et de ſale fatuo: voluitque plures libros huiusmodi Exercitationum publicare, quorum hic liber primus praeſcribitur, quemadmodum illa de Coſmodixi Satanica ad Matth. IV, 8. ſeparatim lucem vidit Kilon. 1686. de quo argumento praeter interpretes videnda *Bocharti* commentatio de Ieſu Chriſti in montem templique pinnaculum transportatione, ſcripta ad N. Heraultum Tom. I. Opp. p. 493 ſeq. Nouiſſime in interpretandis illuſtrandisue S. S. locis ex ſcientiis, phyſica, mathematica, medica, cum laude verſati ſunt *Ioan. Iac. Scheuchzerus* in opere egregio, cui *Phyſices ſacrae* nomen dedit, quod ab 1731 – 1735. Auguſtae Vindelicorum quinque in folio voluminibus prodiit, quorum duo figuras in aere inciſas exhibent. *Richardus Mead* in medica S. ſiue, de morbis inſignioribus, qui in Bibliis memorantur, Londini primum edita, et deinde 1749, 8. absque loci mentione recuſa. *Ioan. Bernh. Wiedeburgius* in matheſi Biblica ſeptem ſpeciminibus comprehenſa. Ienae 1730, 4. *Ioannes Iacobus Schmidt* in Phyſico Biblico. Lipſiae 1731. Mathematico Biblico. Zullichauiae 1736. Medico Biblico. ib. 1743. lingua germanica in forma octopartita editis. *Ioan. Iac. Baierus* in Animaduerſionibus phyſicomedicis in quaedam N. T. loca. Altd. 1731, 4. et S. V. *Chriſti. Bened. Michaelis* in Philologematibus medicis. Halae 1758.

Rationem typicam ſacrificiorum et aliarum rerum Veteris Teſt. ad Chriſtum praeter ſcriptores Commentariorum in Leuiticum et epiſtolam ad Hebraeos expoſuerunt ſingularibus libris inter noſtrates quidem Theologos Lutheranos *Frid. Balduinus* in Aduentu Chriſti typico et paſſione typica: *Ioannes Botſaccus* in promtuario allegoriarum, *Mich. Baumanus* in Analectis typicis ſacris: *Lucas Bacmeiſterus* in explicatione typorum V. T. *Ioach. Langius* in myſterio Chriſti ac Chriſtianiſmi in faſciis typicis antiquitatum biblicar. V. T. Halae 1717, 4to. Tum Germanice *Valerius Herbergerus* in magnalibus Dei, *Dan. Feſſelius* in Chriſto Myſtico, *Io. Ieremias Reichhelm* in Ieſu typico, *Ioach. Emdenius* in Ieſulo typico et paſſione Chriſti typica, 3 Vol. *Io. Iac. Rambachius* in Chriſto in Moſe, *Io. Dauid. Michaelis* in delineatione theologiae typicae, ger-

germanice edita Gottingae 1753, 8. aliique, Martino Lipenio et Christ. Matth. Pfaffio in dissertat. de recta theolog. typicae conformatione pag. 4. not. (n) laudati.

E Reformatis praeter *Ioan. Cocceium* et qui eum sequuntur in suis ad S. Scripturae V. T. libros Commentariis, *Ieremias Taylor* in Christo reuelato, qui liber Anglice et Latine saepius editus est: *Ioannes Biermannus* in Mose et Christo, Belgice et Germanice: *Samuel Marther* cuius explicatio typorum Vet. Test. iam secunda vice A. 1705. Anglice prodiit: *Iacobus Gerardus de Bergeries* in Mose reuelato, Genev. 1670, 8. Gallice: *Henricus Groenewegen* in Hieroglyphicis sacris, Belgice editis Hagae 1693, 4. *Radulphus Robinsonus* in libro Anglice edito: *Christ all in all, or Similitudes by which Iesus Christ is described in holy Scriptures.* Londini 1660, 4. *Antonius Driessen* in diatribe de principiis et legibus theologiae emblematicae, allegoricae, typicae et propheticae. Traiecti ad Rhen. 1717, 4. *Bernh. Seb. Cremerus* in Prodromo typico. Amstel. 1721, 4. Tetrade propheticotypicarum exercitationum ex V. T. ibid. 1723, 4. et Oedipo euangelico sacrarum antiquitatum ex Mose, Prophetis et Psalmis. ibid. 1745, 4. *Campegius Vitringa* in libro postumo de theologia symbolica. Traiecti ad Rhen. 1726, 8vo. *Ioannes van den Honert* in institutionibus theologiae typicae, emblematicae et propheticae, Lugduni Batav. 1730, 4. aliique a Celeberrimo Pfaffio in dissertatione supra laudata pag. 5. not. (o) excitati: quibus iungatur *Iac. Triglandii* de origine et caussis rituum Mosaicorum oratio inauguralis Lugd. Batav. 1702, 4to. et quae aduersus Spencerum, Iudaeos ac Socinianos typorum relationem haud agnoscentes, a viris doctis disputantur. De vsu et abusu circa considerationem typorum V. T. vide *Guil. Saldeni* otia diuina lib. 2. cap. 3. et *Ioan. Claudium* Tomo secundo Oper. postumor.

E Romanae Ecclesiae scriptoribus figuras V. T. ad Christum referunt *Ludouicus Granatensis* T. 1. Opp. p. 351 seq. *Petrus Daniel Huetius* in demonstratione Euangelica, propositione IX. cap. 170. p. 1145 seq. *Theophilus Raynaudus* S. I. Tomo 1. Opp. pag. 339 seq. *Hieron. Laurettus*, Benedictinus, in silua allegoriarum Scripturae, Paris. 1583, fol. et *Didacus Baëça* S. I. commentariis allegoricis et moralibus de Christo figurato in Vet. Test. 3 Vol. Lugd. 1633. 1635. 1637, fol. Vtrum impii etiam aliquando typum et figuram Christi gesserint, disquirit *Io. Eusebius Nierembergius* de origine S. Scripturae lib. 7. c. 17.

In explicandis typis fatorum Ecclesiae et Antichristi copiosiores et iusto forsitan ingeniosiores sunt nonnulli qui Cocceium ducem sequuntur. Non desunt etiam qui Caini et aliorum peccata inter typos referant cum Augustino XXII, 24. 42. 70. 83. contra Faustum Manichaeum. Vide Petri Iuriei[s] Historiam

[s] Iuriei κυρίας δόξας quasdam refellunt Rev. D. Io. Franciscus Buddeus in Exercitatione Theologica de peccatis typicis, Ienae 1706, 4to. et Lud. Borghesius in Historia critica de Melchisedecho, cap. 5.

riam Criticam dogmatum rituumque Iudaicorum pag. 67 sq. et Henrici Hulsii figuras temporum siue schema triplex Prophetiae ad calcem libri de vallibus prophetarum pag. 465 sq.

X. Christianis[6] nobis sacrificii loco sunt preces, de quibus prae ceteris, quod ad antiquitates et ritus earundem attinet, diligenter egere *Iosephus Binghamus* libro 13. Origin. ecclesiasticarum, et B. D. *Ioach. Hildebrandus* tribus libris de precibus veterum Christianorum, ex quibus primus Anno 1655. editus est in 4. et A. 1702. recusus Helmstadii sub titulo *sacrarum antiquitatum de precibus veterum Christianorum libellus*, in quo veterum oratoria, siue loca, in quibus orarent, et stata orandi tempora percensentur, vbi inter alia differitur etiam de Horis canonicis, de precibus ad pulsum campanae, de haeresi Euchitarum, s. Massalianorum. Liber secundus inscribitur *rituale orantium* s. compendium veterum orandi rituum, itidem Helmst. 1656 et 1702, 4. Tertius liber doctrinam veterum de precibus et de inuocatione sanctorum, et precibus pro defunctis, persequitur. Ceterum in illo rituali orantium agit c. 1. statim *de ritu precandi versus orientem*[7] licet pie orantibus ἐν παντὶ τόπῳ ὑπάρχειν τὴν ἀνατολὴν notet Iustinus quaest. CXVIII. ad Orthodoxos, de quo ritu exstat singularis B. *Iacobi Thomasii* disputatio Lipsiae 1670. edita, et *Andreae Goedingii* de ritu veterum precandi anatolico. Vpsaliae 1693, 8. quibus adde *Cosmam* Indicopleustem V. pag. 202. *Menardum* ad Gregorii M. Sacramentar. pag. 69 sq. *Lucam Tudensem* II, 23. contra Albingenses, vbi Saracenos ad meridiem[8] orare scribit Tom. 25. Bibl. PP. pag. 240. C. Idem II, 12. p. 226. disputat Christum in cruce faciem direxisse versus occidentem. *Ioan. C. Loescherum* fasciculo 2. Obs. select. 6. qui Braminas Iudaeorum obseruat versus Septentrionem respicientes orare. *Io. Bonam* de diuina Psalmodia pag. 439. operum: *Melchioris Zeidleri*, Theologi Regiomontani, dissertationem, ex qua nonnulla profert *Philippus Iacobus Hartmannus*, in libro de gestis Christianorum sub Apostolis p. 417. *Iacobum Billium* ad epistol. 66. Nazianzeni. *Seldenum* lib. 3. de Synedriis c. 16. *Cotelerium*[9] Tomo 1. Patrum Apostolicorum p. 264. ad Constitut. Apostol. II, 57. et ad Chrysostomum in Danielem p. 223. *Petauium* pag. 317 seq. dogmatum theologicorum de opificio sex dierum, *Io. Dallaeum* de Pseudepigraphis Apostolicis p. 154. *Steph. le Moyne* ad Ier. XXVIII, 6. p. 43.

[6] Etiam apud Hebraeos additas fuisse sacrificiis preces contra Ionam Schlichtingium probat Petrus Zornius T. 1. Opusc. sacror. p. 320.

[7] Sic Christiani suspendendi versus orientem suspendi praeoptabant. Vide Moschi pratum cap. 1[illegible].

[8] Hebraei contra ad occasum orarunt. Vide Allatium p. 107 et 125. de consensu vtriusque ecclesiae. Ethnici vero Graeci et Romani ad orientem. Vide Vitruuium IV, 5 et 8.

[9] Idem Cotelerius pag. 261. etiam templorum prospectum ad Orientem fuisse notat, vt precantes ad Paradisum, in oriente plantatum, omissam patriam, conuersos vultus haberent.

6. pag. 43 sq. *Casparum Caluoer*, ritualis Ecclesiastici Tomo 2. pag. 546 seq. *Henricum Mullerum* semicenturia secunda, quaestione 21. *Frider. Spanhemium* T. 2. Opp. pag. 918 sqq. *Ioan. Hornbeckium* Miscellan. sacror. pag. 606. Angli Anonymum libellum sub hoc indice editum: *Alkibla, a Disquisition upon Worshipping towards the East: with a free and impartial Examination of the reasons assigned for it by the ancient Fathers. London* 1728. Quem libellum quum sub examen vocaret *Ioannes Andrews* in libello etiam Anglice edito: *The Kebla, or a Defence of Eastward adoration*, Londini 1728. auctor anonymus alteram libelli sui partem edidit 1729. cui vindicias contra Ioannem Andrews adiunxit, ad quas respondit Andrewsius edita secunda libelli sui parte 1731. Ab Apostolis ipsis hunc morem repetit *Iustinus*, quaestione 118. ad orthodoxos, et *Germanus* Patriarcha Constantinopol. in theoria Ecclesiastica et Mystagogica § 8. *De eleuatione manuum inter precandum*, de qua idem Hildebrandus agit cap. 9. videatur *Io. Philoponus* ad Hexaemeron pag. 43. *Philippus Bonarota* pag. 112. obseruation. ad fragmenta quaedam vasorum antiquorum, et singularis dissertatio de hoc argumento ab Rev. D. *Adamo Rechenbergio* Lipsiae Anno 1688. edita et recusa in eiusdem exercitationibus in N. T. p. 145 sqq. *De apertione capitis in sacris*, Caluoerus Tomo secundo ritualis ecclesiastici pag. 555 seq. *Godofred. Buchnerus* in dissertatione de ritu caput retegendi antiquis receptissimo, Witteb. 1688. et *Christoph. Henric. Zeibichius* in dissertat. de moralitate ritus caput aperiendi in sacris. Witteb. 1704. De ritu *capitis in sacris operiendi* apud Iudaeos et varias gentes exposuerunt *Ioan. Guil. Bergerus* erudita dissertatione, Wittebergae 1703. edita; *Henric. Rudigerus Mallincrott* in commentatione Lipsiae 1735. euulgata; et *Ioan. Godofred. Lakemacherus* Obseruationum philologicarum parte 3. pag. 209 sqq. De inclinatione corporis vel apertione capitis ad appellatum nomen Iesu Frideric. Spanhemius Tom. 2. Opp. pag. 916 seq. De Oratoriorum ecclesiae cum Synagogis conuenientia, adi *Campegium Vitringam* lib. 1. Synagogae parte 3. cap. 1 sq.

Quod *certis precum formulis* vsi veteres fuerint Christiani, illaeque rite adhibeantur, contra Anabaptistas, aliosque ostendit *Hartmannus* p. 412. libri laudati, *Ieremias Taylor*, in Apologia publicae et statae formulae precum atque Liturgiae, Anglice edita: *Ioan. Durellus* in historia rituum Ecclesiae Anglicanae cap. 10. pag. 78. *Frid. Spanhemius* fil. Tom. 2. Opp. pag. 929 seq. et 1283 seq. *Mericus Casaubonus* in defensione orationis Dominiciae itidem Anglice edita. B. *Matthias Zimmermannus* in analectis pag. 496 seq. Rev. *Henr. Lud. Benthemius* de statu Ecclesiae Anglicanae pag. 369 seq. et D. *Ioan. Franciscus Buddeus* in Theologia Morali p. 458. Videri etiam possunt et cum his contendi atque examinari quae de non statis in veteri Ecclesia liturgiis disputat singulari libro

Anglice atque inde gallice vulgato *Dav. Clarkson*, qui recenſetur Tom. 16. Bibliothecae vniuerſalis pag. 138 ſeq. confutatus a *Combero* de quo mox infra mentio a nobis fiet. Certas precum formulas aeuo apoſtolico vſitatas fuiſſe negat quoque V. C. *Ioannus Georgius Walchius* H. E. N. T. pag. 718. not. * Formulas precum in Eccleſia publico vſu receptarum exhibent libri Liturgici, Euchologia, Breuiaria etc. De *Collectis* Eccleſiaſticis Claudius Eſpencaeus pag. 1024 ſq. Operum. De generibus precum quas memorat Paullus Apoſtolus 1 Timoth. II, 1. vide praeter interpretes, *Origenem* libro de oratione p. 46 ſq. *Ioan. Marckium* Exercitatione textuali XLII. *Rich. Simonem* ſupplemento ad Leonem Mutinenſem p. 57. *Ioan. Lomeierum* lib. 1. genialium dierum et *Iacobum Gutherium* lib. 4. de iure veteri Pontificio c. 14 ſeq. Tomo 5. theſauri Graeuiani. Preces a veteribus Chriſtianis factas etiam pro Principibus Magiſtratibusque Ethnicis et haereticis, probat *Ioan. Fileſacus* lib. 2. Electorum p. 399 ſeq. Ante preces ad puritatem animorum commendandam lauari mos fuit, de quo meminit Chryſoſtomus Homilia ſexta in Epiſtolam ad Epheſios et ſexta in poſterior. ad Timotheum. De vſu orationis Dominicae apud veteres Chriſtianos eruditam diſſertationem edidit *Io. Georg. Walchius*. Ienae 1729. De formula *Dominus Vobiſcum* vide *Ioan. Frider. Mayeri* diſſertationem Gryphisw. 1700. De formula *ſurſum corda*, *Bartholom. Botſacci* diſſertationes duas. Hafniae 1696 et 1698. et *Adami Rechenbergii* vnam. Lipſ. 1704. De reliquis precum formulis *Ioan. Andr. Schmidii* diſſertationem Helmſtadii 1699. editam, et recuſ. 1726. et *Franc. Fabricii* diſſertationes duas. Lugduni Batav. 1732. De *Doxologia* veterum Chriſtianorum *Adami Rechenbergii* diſſertationem Lipſiae. 1684. *Ioan. Balthaſ. Bernholdi* de doxologia eccleſiaſtica, Gloria Patri, Altd. 1727. et *Ioan. Henr. a Seelen* Miſcellan. T. 1. p. 244.

De ſtationibus veterum Chriſtianorum et genuflexione inter orandum agit *Ioan. Hornbeckius* pag. 606 ſeq. Miſcellaneorum ſacrorum, *Heribertus Rosweidus* ad Vitas Patrum p. 792 ſq. *Theoph. Raynaudus* in Chriſtiano ſacro acathiſto, T. 6. Opp. D. *Ioachimus Hildebrandus* in rituali orantium c. 6 ſq. *Onufrius* libro de ſtationibus Vrbis Romae, ad calcem libri de vitis Pontificum. *Franciſcus Panigarola*, Epiſcopus Chryſopolitanus, in libro de ſtationum veteri inſtituto a Xiſto V. P. M. reuocato. Romae 1687, 4. *Frider. Spanhemius* T. 2. Opp. p. 926 ſqq. *Ioan. Ern. Chladenius* in commentario de ſtationibus veterum Chriſtianorum, ad illuſtrandum maxime Tertullianum comparato, Lipſ. 1744, 4to. et *du Guetus* auctor libri eruditi Gallice editi *de l'Ancienne Coutume de prier debout*; qui recenſetur in Actis erudit. Anni 1701. p. 131 ſq. Ex iisdem diſces veteres Chriſtianos orantes genua non flexiſſe die Dominico, nec a Paſchate vsque ad Pentecoſten. Confer Pſeudo-Cyrilli Theoriam Eccleſ. et Myſtago-

ſtagogicam pag. 327 ſq. edit. Thom. Milles, et diſſertationem de indebita in precibus feſtiuo, Dominico paſchalique tempore genuflexione, euulgatam Rothomagi 1681, 8. Adde *Aug. Nathan. Hübneri* diſſertat. de genuflexione. Halae 1711, 4. De proſtratione in terram inter precandum, vide laudata Hoornbeckii Miſcellanea p. 611 ſq. De ſubſultu precantium in Eccleſia primitiua, Rev. D. *Chriſtoph. Sonntagii* diſſertatio prodiit Altdorfii Anno 1708. ad locum Clementis Alex. VII. Strom. p. 722. Plura de geſtibus precantium collegit B. *Balthaſar. Bebelius* Antiquitat. Eccleſ. Saec. 4. Tomo 2. p. 731, 866 ſeq. *Gisb. Voetius* Tom. 5. ſelectarum diſſertationum p. 550 ſeq. *Conradus Rittershuſius* lib. 5. ſacrarum Lectionum c. 10 ſq. *Deſiderius Heraldus* Pariſienſis libro 2 digreſſion. 2. et ſeq. ad Tertullianum, B. *Quenſtadius* antiquitatum eccleſiaſticarum cap. 4. ſectione 4. *Godfredus* denique *Arnoldus* in primitiuo Chriſtianiſmo, Germanice edito, libro ſecundo, et *Hermannus Witſius* ad Orationem Dominicam Exercitatione 4 quae eſt de geſtibus Orantium, et *Ioan. Caſp. Suicerus* obſeruation. ſacrar. cap. 6. De precibus pro defunctis confer *Ioan. Damaſceni* ſermonem, *Benedictinos* monachos ad Ambroſium, T. 2. pag. 1193 ſq. *Petauium* ad Epiphanium p. 367 ſqq. *Natalem Alexandrum* Hiſtor. Eccleſiaſt. ſaec. 4. diſſ. 45. propoſ. 2. *Allatium* aduerſus Hottingerum p. 109 ſq. 131 ſqq. et de purgatorio pag. 42 ſqq. 913 ſqq. *Ioan. Fechtium* de miſſa p. 110 et 115 ſqq. et diſſertationes de hoc argumento *Ioan. Tobiae Maioris*. Ienae 1649. *Ioan. Andr. Quenſtedii*. Witteb. 1683. et *Martini Geieri*, Lipſiae 1688. De precibus nocturnis, orantiumque vigiliis diſſerunt *Ioan. Bona* de Diuina Pſalmodia c. 4. p. 423 ſqq. et *Iac. Andreas Cruſius* in libro de nocte et nocturnis officiis tam ſacris quam profanis. Bremae 1660, 12. c. 10. pag. 10 ſeq. cap. 22. pag. 417 ſqq. et c. 23. p. 434 ſqq.

XI. Agemus h. l. tribus verbis etiam de precibus Iudaeorum veterum, Ethnicorumque. Battologias vtriſque conſuetas damnat atque reprehendit Salomon Eccleſiaſtae V. 1. et Seruator noſter Matth. VI, 6. ad quem locum praeter Interpretes et Suicerum in βαττολογεῖν conferendi *Balthaſar Stolbergius* in diſſertatione de Battologia precum gentibus profanis vſitata. Witteb. 1679. *Ioan. Schalterus* in diſſertatione de eodem argumento, recuſa in Ikenii theſauro p. 183. *Ioannes* item *Rhodius*, *Ioan. Woiverius*, et *Ioan. Dav. Michaelis* in diſſertationibus de eodem argumento. Hafniae 1721 et 1739. et Gottingae 1753. *Frid. Chriſti. Neubour* Bibl. Brem. T. 2. p. 612 ſqq. et *Ioannes Georgius Schelhornius* T. 7. eiusd. Biblioth. pag. 63 ſqq. Conſulendi etiam *Salmaſius* de foenore trapezitico p. 796. *Samuelis Basnage* Annales ad A. C. 31. num. 35. *Salomo Deylingius* in eruditis obſeruationibus ſacris parte 3. p. 208 ſeq. Neque vero huic vitio tantum obnoxii Ethnici, vt putat *Grotius* ad dictum Matthaei

locum, ſed Iudaei quoque, vt patet ex formulis precum apud *Seldenum* lib. 3. de Synedriis cap. 12. *Hottingerum* in faſciculo diſſertationum p. 316. *Wagenſeilium* von hebräiſch deutſcher Red- und Schreib-Art p. 94 ſq. et *Georgium Leopoldum Ponatum* de vetuſta orantium Iudaeorum battologia. Helmſt. 1709, 8. De Iudaeorum precibus conſules tractatum Berachot, Tom. I. edit. Surenhuſii ſtatim ſub init. et *Io. Saubertum* de ritu precandi veterum Hebraeorum Helmſt. 1663. et in palaeſtra diſſ. p. 89 ſeq. *Campegium Vitringam* lib. 3. de Synagoga c. 13-19. *Io. Druſium*, libro de 3. ſectis Iudaeorum p. 99 ſq. *Lightfootum* T. I. operum p. 720. *Quenſtadium* p. 205 ſq. Antiquitatum Biblicarum. *Franciſcum Burmannum* parte 2. exercitat. Biblicar. p. 45 ſq. *Iacob. Rhenferdum* de decem otioſis Synagogae p. 41 ſqq. et diſſertationes de hoc argumento *Dav. Clodii*. Giſſae 1674. *Nic. Polemanni*. Witteb. 1665. et *Io. Ioach. Schroederi*. Marpurgi 1717. De ritibus precantium in eccleſia Patriarchali diſſertationem euulgauit *Franc. Wokenius*. Lipſiae 1726. De Hebraeorum precibus littoralibus legitur commentatio *Petri Zornii*, Miſcellaneor. Lipſienſ. nouor. Vol. 3. pag. 193 ſqq. De ritibus et formulis precum Phariſaei et Publicani *Ioan. Godofred. Lakemacherus* diſſertationem edidit Helmſtadii 1730. Formulae precum complures in libris Iudaeorum ritualibus et apud Buxtorfium c. 10. Synagogae Iud. videantur, in Dieterici Schwabe, ex Iudaei Paderbornienſis, jüdiſchem Deck-Mantel parte 2. Paderb. 1615, 4. Recentiorum Iudaeorum formulas precum habes in libro *Machſor*. Exſtat quoque ordo precum totius anni tum Iudaeis in Lithuania, Bohemia, Morauia, tum Iudaeis Hiſpanienſibus obſeruandus. Ceterum formulas precum publicarum feminis Iudaeis ſollemnium ex Hebraeo latine verſas ſub titulo: Gebethbuch der heutigen Jüdinnen, edidit Philippus Helfrich Willemer, praemiſſa praefatione Ioan. Iac. Rambachii de formularum illarum vſu. Suidnicii 1734, 8.

De officiis Iudaeorum anteculanis diatribam edidit *Hermannus van der Hardt*, Profeſſor Helmſtadienſis. 1706, 8.

De certis per diem horis precationi deſtinatis apud Iudaeos et inde apud veteres Chriſtianos, tertia, ſexta et nona, adeundi interpretes ad Daniel. c. VI, v. 10. Actor. III, 1. *Samuel Petitus* lib. 1. cap. 15. Var. Lectionum, *Valeſius* ad Euſebium p. 35. *Montfauconus* ad Philonem de vita contemplativa, Gallice a ſe verſum pag. 231 ſq. *Georg. Caſſandri* opera p. 181 ſq. *Io. Fellus* ad epiſtolam Clementis Romani pag. 85. edit. Oxonienſis. *Ioan. Owenus* in Theologumenis p. 420. Atque a Iudaeis arceſſendam horarum Canonicarum originem, res videtur ſimillima vero, licet traditionem illam adeo firmam eſſe negent *Martinus Geierus* ad Pſ. CXIX, 164. et *Ioan. Pearſonius* praelectionibus ad Acta Apoſtolorum p. 39 ſq. Confer de illarum horarum ritu praeter laudatos a Lipenio

in

in Bibl. Theologica, *Clementem Alex.* VII. Strom. pag. 722. *Origenem* lib. de Oratione p. 38 ſq. *Cyprianum* de oratione, et ibi Goulartium, atque Io. Fellum p. 154. *Petri Damiani* opuſcula. 10. *Samuelem Basnage* in Annalibus ad A. C. 34. Tom. 1. p. 436 ſeq. *Hermannum Witſium* Exerc. 5. ad Orationem Dominicam, quae eſt de ſtatis precum horis: D. *Adami Rechenbergii* diſſertationem de horis canonicis, habitam Lipſiae Anno 1677. et recuſam in eius Exercitationibus ad Nov. Teſt. et Hiſt. Eccleſiaſticam, Lipſ. 1707, 8. pag. 827 ſq. *Ioan. Franciſcum Buddeum* in Theol. morali p. 442 ſq. *Adami Tribechouii* Exercitatt. ad Baronium pag. 72 ſq. *Gisbertum Voetium* Tomo 3. diſp. ſelectarum p. 1056. *Andreae Riueti* Catholicum Orthodox. quaeſt. 35. T. 3. Opp. *Wolfgangum Gundlingium* ad Euſtratii Ioannidis delineationem eccleſiae Graecae p. 15. Graecorum Horologium de libris Eccleſiaſticis et Horologopulum, de quo Allatius: *Chriſtoph. Angelum* de Eccleſiae Graecae ritibus p. 38. *Cotelerium* ad Chryſoſtomum in Danielem p. 223. et ad Conſtitutiones Apoſtol. VIII, 34. vbi videndus etiam *Franciſcus Turrianus*: *Alardum Gazaeum* ad Caſſiani III, 4. de inſtitutis Coenobiorum, *Guil. Durandum* in rationario lib. 5. cap. 1. Horas breuiarii Romani; *Baronium* ad A. C. 34. n. 163 et 251. et ad A. 51. n. 69. *Bellarminum* de bonis Operibus lib. 1. cap. 11. *Ioannem Bonam* de diuina Pſalmodia c. 4 ſq. *Hug. Menardum* ad Sacramentarium Gregorii Magni p. 273 ſeq. vbi Bedae Horologium: *Nic. Rayaeum* diſſ. praeliminari ad Tomum ſecundum Actorum Sanctorum Iunii p. 66. *Macrorum* Hierolexicon in *curſus* et *Horae*, Anonymi Benedictini de horis Canonicis tractatum excuſum Venetiis 1567, 8. *Ioan. Steph. Durantum* de ritibus Eccleſiae catholicae lib. 3. *Oliuerium Bonartium* de horis canonicis, Duaci 1634, 8vo. et cum libris tribus de miſſae ſacrificio. Antwerp. 1653, 4. *Iodoc. Coccium* VIII, 9. theſauri catholici. *Martinum Becanum* Opp. p. 501 ſqq. *Franciſcum Macchiettam* de Diuino officio Venetiis 1739, 4to. Neque adeo improbantur horae precum canonicae a ſanis Proteſtantibus quatenus ſunt ſtatae et ordinariae, ſed quatenus mercenariae et meritoriae, ac prout opere illo operato multi ſuperſtitioſe defunguntur. Confer B. *Martinum Geierum* ad Danielis VI, 10. Solent et Turcae quinquies per diem ſtatis temporibus orare, vt praeter alios notat *Ioan. Hoornbeckius* in ſumma controuerſiarum religionis p. 151.

De Iudaeorum Phylacteriis, ſiue ligaturis et nodulis memorialibus praeceptorum Diuinorum, vt illa etiam hoc loco attingamus, vide praeter *Grotium*, *Rich. Simonem* aliosque interpretes ad Matth. XXIII, 2. *Georgii Elieſeris Edzardi* notas ad Codicem Talmudicum Berachot c. 1. p. 209 ſq. *Wagenſeilium* ad Sota p. 397, 416. *Guil. Surenhuſii* Mishnam T. 1. p. 9 ſq. et T. 5. pag. 75 ſq. *Sam. Petitum* c. 20. Variarum Lect. *Aloyſii Nouarini* ſchediaſmata ſacroprofana

lib.

lib. 5. cap. 26, 27, 28. *Wilhelmum Wottonum* in libro anglice edito: *Miscellaneous Discourses relating to the Traditions and Usages of the Scribes and Pharisees in our blessed Saviour Iesus Christ's time.* Londini 1718, 8. *Ioannem Spencerum* in dissertatione de natura et origine phylacteriorum, inserta nouae libri eiusdem de legibus Hebraeorum ritualibus editioni p. 1201 sqq. et quos laudat Celeberrimus Io. Christo. Wolfius in Curis philologico-criticis ad Matth. XXIII, 5. quibus adde dissertationes singulares de hoc argumento *Eberh. Rud. Rothii.* Ienae 1674. binas *Mich. Beckii.* ibid. 1674 et 1675. *Ioan. Andr. Danzii.* ibidem 1682. *Gustaui Peringeri.* Vpsal. 1690. *I. C. Goropii*, Lipsiae 1708. et *Nicolai Liungby.* Hafniae 1705. Ceterum phylacteria omni mandato diuino destituta, et tempore demum Maccabaeorum orta esse censet *Anton. Iul. van der Hardt* in Programmate de praecipuis in antiquitate iudaica momentis, et ordine disciplinarum eo pertinentium. Helmstadii 1744. De ritibus *Mesusae*, siue scheda membranacea postibus affigenda, in qua verba *audi Israel, Iehouah Deus noster Iehouah vnus est:* consule *Theodori Dassouii* dissertationem Witteb. 1674. euulgatam.

De eo quod Iudaei inter precandum se ad templum Hierosolymitanum 2Paralip. VI, 38. et in hoc ad Sanctuarium adeoque versus occidentem conuerterent (quod diserte prohibuit Mahommedes, teste Abulpharaio) praeter interpretes ad iam dictum locum Danielis et ad Ezech. VIII, 15. videndus *Ioan. Seldenus* lib. 3. de Synedriis p. 427. et *Theophilus Amelius* T. 2 ad loca V.T. p. 775 sqq. Extat et *Ioan. Ehrenfridi Pfeifferi* (Augusti filii) dissertatiuncula de dignitate occidentalis plagae in re sacra Hebraeorum. Witteb. 1697. De Therapeutis vero quos Philo versus orientem orasse testatur, et quos inde Christianos fuisse colligit Clariss. Montfauconus in notis ad Gallicam libri Philonis versionem pag. 198 sq. et in Epistolis Gallice editis Paris. 1712, 12. de Therapeutis Philonis p. 231 sq. vide quae obseruat vir doctus in responsione ad Montfauconum p. 117 seq. 375 seq. Certe Iosephus quoque II, 12. de bello Iudaico auctor est Essaeos *πατρίους τινὰς εἰς ἥλιον εὐχὰς φθέγξασθαι ὥσπερ ἱκετεύοντας ἀνατεῖλαι.*

De precibus Mohammedanorum, quas quinquies quotidie faciunt, videndi sunt *Abulfeda* pag. 38 seq. vitae Mahomedis. *Ioan. Franc. Gemellus Carrerius* itinerarii T. 1. p. 233 seq. *Hottingerus* Tomo septimo Hist. Eccles. siue parte 3. saec. 16. pag. 470–519. *Albertus Bobouius* siue *Bobovsky*, Polonus, inter Turcas dictus *Ali-Beigh*, in liturgia Turcica (post itinerarium R. Peritzol ab Clariss. Hydeo cum notis edita) sub initium. *Ioan. Seldenus* ad origines Eutychii Alexandrinas. *Chardinus* Tom. 7. itinerarii pag. 245–329. et *Hadrianus Relandus* pag. 86 sq. edit. secundae de religione Mohammedica, vbi etiam exhibentur icones,

icones, quibus precantium geſtus exponuntur. Idem pag. 127. docet falſum eſſe, quod inter precandum auſtralem plagam reſpiciant. *Henningii Henningi*, Huſani Muhamedanus precans, Sleſwici 1666, 8vo editus complectitur libellum precationum ex MS. Arabico Gottorpienſi vulgatum, cum editoris verſione et notis. Formula ſollemnis quam Sacerdos erectis ad coelum manibus et facie verſa ad populum orat tacitus in coetibus ſacris, haec eſt: *O Deus! accepta a nobis preces noſtras, recitationes noſtras, ieiunia noſtra, ſtationes noſtras, inclinationes noſtras, proſtrationes noſtras, ſeſſiones noſtras, glorificationes noſtras, laudationes noſtras, orationes noſtras et exclamationes noſtras, ſupplicationes noſtras et eleemoſynas noſtras, neque reiicias eas in facies noſtras. Rectifica et corrige opera noſtra, et remitte nobis peccata noſtra o Domine noſter, et Imperatori noſtro et Proregibus* (Conſiliariis) *noſtris et gubernatoribus* (iudicibus) *noſtris et praedicatoribus* (Doctoribus) *noſtris, Antiſtitibus* (Parochis) *noſtris, Doctis noſtris et probis piisque noſtris, Parentibus noſtris, Magiſtris noſtris, Benefactoribus noſtris et iis quibus aliquid debemus, et iis qui ſe noſtris bonis precibus commendarunt, et fidelibus vtriusque ſexus, ſiue ſint viui ſiue mortui: per miſericordiam Tuam o miſericordiſſime miſericordium. Abſit o Domine, Domine potentiarum, ab eo quod Tibi attribuunt* (imputant) *et pax ſit ſuper Miſſos* (Prophetas) *et laus Deo, Domino Creaturarum.* De Perſis non omittendum quod notat Ioannes Chardinus deſcriptione Perſiae Tom. 4. p. 102. *Ils croyent que les priers de tous les hommes ſont bonnes et efficaces, et les acceptent et meme ils recherchent dans leurs maladies et en d'autres beſoins la devotion des gens de differente Religion, choſe que j'ai vu pratiquer mille fois.* Eadem fuit ſententia Nauarchi cum quo Ionas Propheta vehebatur. Vide Ionae I, 5. 6. De Battologia Muhamedanorum Hottingerus, praefat. ad Tomum 7. Hiſtoriae Eccleſiaſticae.

XII. De ſingulari ſapientum apud omnes moratas Gentes circa preces ſtudio, vt Brachmanum apud Indos, Magorum apud Perſas, Theologorum apud Graecos agit Proclus lib. 2. ad Timaeum Platonis p. 64. praeclare oſtendens precum ſcopum eſſe coniunctionem cum Deo. Idem p. 65 ſq. varia eorundem genera commemorat. Precum formulas a Diis ipſis monſtratas ſiue (vt Iuuenalis VI. 391.) dictatas, [10] longe putabant eſſe valentiores aliis quibuscunque, vt obſeruat Thomas Galeus p. 198 ſeq. ad Iamblichum de myſteriis Aegyptiorum. Huc facit Proclus apud Marianum pag. 73. orans *τὸν ἀρχαιότερον τρόπον*, et mox exauditus. Quamplurimas eiusmodi conceptas ac ſollemnes precum formulas collegit Barnabas Briſſonius lib. 1. formularum. Magorum conceptas precationes memorat Ammianus Marcellinus XXIII, 6.

Hiſce

[10] O *πλεῖστοι τῶν ὕμνων ὑφ' αὐτῶν τῶν Θεῶν ἐδόθησαν.* Iulianus. fol, 302. Diſceret vnde preces, vatem niſi Muſa dediſſet. *Horatius lib. 2. Ep. 1. v. 133.*

Hisce adde *Saubertum* c. 10 et 13. de Sacrificiis, et *Iac. Gutherium* IV, 14 seq. de iure veteri Pontificio. *Matthaeum Brouerium de Niedek* libro de populorum veterum ac recentium adorationibus, quo etiam varii ritus precantium illustrantur, Amstelod. 1713, 8. *Io. Sartorium* de Hypocrisi Gentilium circa Deorum cultum cap. 7 sq. *Ioan. Andr. Bosium* de adoratione veterum. Lipsiae 1646. *Ioan Schlemmium* de adoratione religiosa et ciuili gentilium. Ienae 1664, 4. *Ioan. A. Bellmannum* in dissert. de salutationibus deorum gentilium. Vpsal. 1706, 8. *Petrum Schyllbergium* in dissertat. de inuocatione Numinis apud gentiles. Vpsal 1724, 8. et *Nicol. Lagerloef* in dissert. de ritibus precandi veterum. Londini Gothorum 1740, 4. Hinc *Sacerdos* vel *Monitor* praeibat preces, ac de scripto quidem, ne quid verborum praeteriretur aut praeposterum diceretur, rursusque alius *custos* erat qui attenderet, alius qui faueri linguis iuberet, tibicen alius qui interim caneret, ne quid aliud exaudiretur. Vide *Plinium* XXVIII, 2. vbi multa religiosi huius ritus persequitur, et ex recentioribus *Alexandrum Alexandrinum* II, 14. et IV, 17. genialium dierum. Recte tamen Plinius alter in Panegyrico affirmat, Deos non tam accuratis adorantium precibus (h. e. conceptis precum formulis) quam innocentia et sanctitate laetari, gratioremque existimari, qui delubris eorum puram castamque mentem, quam qui meditatum carmen attulerit. Confer *Plutarchum* in Numa pag. 22. edit. Aldinae. *Porphyrium* apud *Augustinum* lib. 19. de ciuitate Dei cap. 23. Solitae etiam in precibus quandoque addi minae, de quo ridiculo et impio more, confer *Kircherum* Tom. 2. Oedipi, parte 2. pag. 453. et *Io. Clericum* in indice ad Stanleii historiam philosophicam, voce *Hebraei*. Etiam quando preces exauditae non essent, vel magna ingruisset calamitas, lapidata sunt templa, abiectae imagines,[11] lares proiecti. Vide Barnesium ad Anacreontem pag. 38. Pitiscum ad Suetonium Tom. 1. p. 767. et Baelii resp. ad quaestiones Prouinciales Tom. 1. p. 428 seq. Aduersus Baelium, qui negauit[12] ethnicos existimasse virtutem a Diis expetendam esse, et tantum spem,[13] salutem, opes, victoriam, externa bona esse petenda, sufficit haec precatio Simplicii philosophi sub extremum commentarii in Epictetum: ἱκετεύω σοὶ Δέσποτα, ὁ πατὴρ καὶ ἡγεμὼν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου etc. *Supplico tibi, Domine, Pater et Dux orationis nostrae, vt nostrae nobilitatis recordemur, qua Tu nos ornasti, et vt nobis praesto sis qui per nos mouemur, vt et a corporis contagio brutorumque affe-*

[11] De diris in Deos vide Mabillonii iter Italicum pag. 79. S. Gregorius Nazianzenus inuection. 1. in Iulianum p. 98. Λινδίοις εὐσεβὲς καταρᾶσθαι τῷ Βουθοίνᾳ, καὶ τοῦτο εἶναι θεοῦ τιμὴν, τὰς εἰς αὐτὸν λοιδορίας.

[12] Continuation des pensées sur la Comete p. 246.

[13] Ioan. Walker ad Ciceron. III, 24. de natura Deorum.

affectuum repurgemur, eosque superemus et regamus, et sicut decet pro instrumentis iis vtamur. Deinde vt adiumento nobis sis ad accuratam rationis nostrae correctionem, et coniunctionem cum iis quae vere sunt, per lucem veritatis. Et tertio loco seruatorem supplex oro, ab oculis animorum nostrorum caliginem prorsus abstergat, vt, quod apud Homerum est Nouimus bene quis Deus aut mortalis habendus. Adde Marc. Antoninum IX, 40. et ad eum Gatakeri notas. Aliis multis ac disertis praestantissimorum scriptorum testimoniis idem probatum videbis à *Ioan. Iac. Lenfantio* in Bibliotheca Germania Gallice edita T. 1. pag. 189 sqq. et a *Ioan. Laur. Moshemio* ibid. T. 3. p. 131 sqq. *Gottlieb Stollio* in dissert. de virtute precibus impetranda ex ethnicorum quorundam sententia aduersus Cottam, Arnaldum et Baelium. Ienae 1710, 4. et *Ioan. Christi. Claussio* in dissertat. de precibus ex natura cognitis. Lips. 1712. Orationis mentalis apud veteres ethnicos commendationem notauit *Fortunatus Licetus* ad gemmas annulares p. 181. De supplicationibus, precibus et diris apud Graecos consulendus *Potterus* lib. 2. Archaeol. Gr. capite 5. De precibus ad et post mensam, *Guil. Stuckius* II. 36. p. 246 seq. Antiquitatt: Conuiual. et III, 24. p. 388 seq. et *Iac. Gretserus* de benedictionibus lib. 1. cap. 13. De supplicationibus publicis Romanorum *Iac. Gutherius* lib. 1. de iure Pontificio c. vlt. T. V. Graev. *Carol. Sigonius* de antiquo iure prouinc. lib. 2. cap. 7. *Petrus Taffinus* de anno saecul. c. 15. et *Sam. Pitiscus* ad Sueton. p. 47. De more Matronarum Rom. crinibus passis verrendi aras et templa, *Sigonius* ad Liuii III, 7. et XXVI, 9. atque *Heinsius* et *Drakenborchius* ad Silii Italici VI, 560. De χειραρσία orantium siue sublatis inter precandum manibus, ritu communi generis humani, vide *Io. Priceum, Claudium Espenceum* aliosque interpretes ad 1 Timoth. II, 8. *Barthium* III, 2. Aduersar. *Hoornbeckii* Miscellanea pag. 297 sq. *Conr. Sam. Schurtzfleischii* dissertat. de chirotonia. Witteb. 1686. et inter eiusdem dissertationes historicopoliticas Tom. 2. N. 9. et D. *Adami Rechenbergii* Exercitationes ad Nouum Test. et Hist. Ecclesiasticam p. 145 sq. qui p. 161 sq. agit de more manus et digitos inter orandum complicandi, cuius mentio etiam apud Plutarchum in Lucullo p. 505. De Lectisternio *Liuius* V, 13. atque idem *Gutherius* III, 9. *Ioan. Tristanus* in Historia Imperatorum ex numis illustrata T. 2. p. 403 seq. *Ezech. Spanhemius* de vsu et praestantia numismatum, T. 2. p. 193. *Ioan. Dav. Ellrod* de puluinaribus sacris veterum Romanorum, Altorfii 1726, 4. et *Christ. Erdm. Schumann* de lectisterniis Romanorum in S. codice frustra quaesitis. Lipsiae 1739. De precibus ethnicorum pro defunctis *Henric. Morinus* in historia acad. Inscriptionum T. 2. pag. 119 sq. Ceterum ipsum illud de precibus Romanorum argumentum eleganter persequutus est V. C. *Ioan. Ern.*

Immanu. Walchius in annotationibus ad Cellarii compendium antiquitat. Romanar. p. 153 sqq. vbi simul varia precum genera recenset.

XIII. Precibus additi Hymni, quibus Deus celebratur. Hymnorum sacrorum exempla egregia apud Hebraeos praebet diuinus liber Psalmorum. De quo Rabbini in Baua Bathra cap. 1. *Dauid scripsit librum Psalmorum* (quem accepit) *per manus decem senum.: Per manus primi hominis, per manus Melchisedechi, per manus Abrahami, per manus Mosis, per manus Hemanis, per manus Ieduthuni, per manus Asaphi et per manus trium filiorum Corah.* Praeterea notus est locus, ex Mechilta in XV. Exodi et Targum siue Chaldaeo Paraphraste in Canticum canticorum, de IX. hymnis in sacra Scriptura V. T. praeter librum Psalmorum memoratis. *Primam*, inquit, *cantilenam canebant Israelitae in Aegypto, quod Esaias XXX, 29. abscondite significauit : secundam canebant iidem transmisso mari rubro Exod. XXV. Tertiam ad Puteum Num. XXI. Quartam condidit Moses, paullo ante suum excessum Deuteron. XXX. Quintam Iosua X, 12. Sextam cantabant Debora et Barack Iudic. c. V. Septimam Dauid, quum eum ab omnibus hostibus, atque etiam Saule liberasset Dominus, 2 Sam. XXII. Octauam Salomo, dedicata aede sacra, Psal. CXXVII. Nonam vniuersus cantorum ordo, quum eum Iosaphat recens instituisset 2. Paralip. XX. Decimam cantabunt Beati in altera vita, eritque haec qualis illa Isaiae XLII, 10. vel illa Ps. XCVIII, 20. Discite, redemit Dominus seruum suum Iacob.* Hisce adde ex libris Apocryphis hymnum Iudith, trium puerorum etc. Psalmos XVIII. Salomoni tributos atque Graece et Latine editos ad calcem Aduersariorum sacrorum Ioan. Ludouici de la Cerda, et in Codice Pseudepigrapho Vet. Testamenti. De recentium Iudaeorum Hymnis Io. Christophorus Wolfius in Bibl. Hebraea Vol. 1. p. 181, 208 seq. 325 etc.

Formulas hymnorum Ethnicorum seruatas habemus sat multas sub nominibus *Orphei, Homeri*, et quas *Callimachus* ac *Proclus* composuerunt: vt praetereamus fragmenta hymnorum *Oleni, Pamphoi* aliorumque apud Pausaniam, Stobaeum et Laertium. Οἱ πλεῖστοι τῶν ὕμνων, inquit Iulianus Imperator in fragmento prolixo Epistolae p. 302. ὑφ' αὐτῶν τῶν θεῶν ἱκετευθέντων ἐδόθησαν. Et Pausanias recentiores hymnos elegantiores esse confessus, antiquioribus quo simpliciores fuerunt eo plus inesse ait auctoritatis et religionis. De hymnorum variis generibus nominibusque videndus *Proclus* in χρηστομαθείᾳ siue Photii ex illo electis Cod. 239. Bibliothecae, et ad calcem Syntaxeos Apollonii: *Ezech. Spanhemius* in limine notarum ad Callimachum, vbi etiam de eo quod ad tibiam cantarentur, et inter sacra, libationesque et choreas: praeterea de Hymnodis eorumque agonibus. *Ioan. Baptista Sochaeus* (Souchay) memor. acad Inscript. Tomo 18. p. 1 sqq. *Ioan. Matth. Gesnerus* de hymnis veterum maxime Graecorum, Gottingae 1742. et *Siegfried Caeso Aeminga* de hymnis festiuis

festiuis antiquitate claris. Gryphisw. 1749. De acclamatione, qua Apollo inuocabatur, et hymno: Io Paean, vide *Brouerium* c 2. de adoratione; *Dikinsonium* Delph, Phoenic. c. 6. *Barthium* Aduersar, lib. 3. cap. 1. et *Spanhemium* in Iuliani Orat. 1. pag. 233. qui etiam Marti ante pugnam Paeana cantatum fuisse obseruat. De hymno in honorem Cereris decantari solito, qui Ἰουλος ἄισμα dicebatur, conferatur *Frider. Strunzii* dissertatio. Witteb. 1721. De hymno, ὀυπιγγος ἄισμα, qui Dianae proprius erat, *Paulli Iacob. Eccardi* dissertatio, ibidem eod. De vlulatu in sacris Mineruae *Strunzii* laudati dissertatio. Witteb 1719. De Ματρῴαις, hymnis in Cererem, *Harduinus* pag. 446. de nummis vrbium. De indigamentis siue indicitamentis, τελεταῖς, initiis, assamentis videndus Iosephus Scaliger ad Hymnos Orphei et Vossius in Etymologico.

De Christianorum hymnis mentionem facit *Plinius* in epistola celebri ad Traianum lib. 10, 97. Antiquissimum exemplum hymni eiusmodi est ille quem habemus *Clementis Alexandrini* ad calcem Paedagogi, de quo dixi lib. 5. Bibliothecae Graecae p. 104 et 196. vbi et habes hymnos a *Thom. Smitho* editos in Diatriba de hymnis Graecorum, quae exstat Tom. 1. miscellaneorum Londin. 1686, 1710, 8vo, et quae de hymnis in Christi honorem compositis *Caius* Presbyter apud Eusebium libro V. cap. 28. Ode Polyonymos, cuius meminit *Lucianus*, siue quisquis auctor in Philopatride, nihil aliud est quam doxologia, de qua vide *Suicerum* in ἁγιασμὸς et τρισάγιον. *Cangium* in glossario vtroque. *Menardum* ad Sacramentarium Gregorii M. pag. 10 seq. *Ioan. Guil. Ianum* pag. 42 et 50. ad sermonem Eusebii Alexand. de die dominica. *Petrum Allixium* in dissert. de τρισαγίου origine, quam nomine suo primis tantum litteris indicatu edidit Rothomagi 1674. 8. *Tillemontium* T. 14. p. 713 sqq. *Sigism. Iac. Baumgarten* in historia Trisagii. Halae 1744. De Antiphona ab Ignatio post visionem angelicam Ecclesiae Antiochenae tradita vide *Valesium* ad Socratis VI, 8. p. 78. *Theophilum Raynaudum* Tom. 7. operum p. 457 seq. *Ioan. Bonam* de diuina psalmodia cap. 16. § 10. pag. 513 seq. *Suicerum* in ἀντίφωνος, *Pagium* ad A. C. 400 n. 14. 15. De Litaniis *Alciatus* IX, 11. parergon. *Nic. Serrarii* λιτανευτικῶν libri duo, inter eius opuscula T. 3. excusi, *Gisbertus Voetius* Part. 3. disput. select. p. 1049 sq. *Georgius Gregorius Francisci*, in diss. de litaniis edita Lipsiae 1693. *Ioseph. Binghamus* Origin. ecclesiastic. lib. 14. c. 1. sect. 10 sqq. et *Christian. Albertus Ermelius* in libro Germanice edito: Erbauliche Litaney betrachtung. Lubenae 1727, 4. Varias Litaniarum veterum formulas videre licet in veteribus Officiis, Sacramentariis et Liturgiis, e quibus nonnullas vulgarunt *Galdastus* T. 2. rerum Alemannicarum p. 36. *Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M p. 156 254, 345 sq. *Edmundus Martene* de antiqua Ecclesia disciplina in diuinis officiis p. 541 et 629. et lib. 1. de ritibus an-

 tiquis

tiquis Ecclesiae, parte 1. p. 175, 363, 551. et parte 2. p. 134, 144, 161, 178, 211. *Ioan. Morinus* de Ecclesiae ordinationibus p. 300. et in appendice operis de sacramento Poenitentiae pag. 165 sq. *Iodocus Metzlerus* in hymnis Patrum monasterii S. Galli T. 27. Bibl. Patrum Lugdun. pag. 510, 512 et 513. *Alcuinus* in officiis per ferias pag. 193, 280 et 782. Operum, aliique Clariss. Nicolao Petro Sibbern lib. de libris Ecclesiasticis Latinorum laudati, apud quem p. 73. pro *Gassendus* legendum Cassander p. 117. Operum. De formula κύριε ἐλέησον, quae exstat etiam apud Arrianum in Epicteteis lib. 2. c. 7. vide *Io. Steph. Durantum* lib. 2. de ritibus Ecclesiae Catholicae cap. 13. De hymno *Te Deum Laudamus*, qui ad S. Ambrosium et Augustinum vulgo refertur, et in Epistola Abbonis Floriacensis tribuitur S. Hilario, vt in praef. ad Hilarium notant Benedictini: adeundus *Matthaeus Lorroquanus* lib. 2. Aduersariorum sacrorum c. 31. *Hugo Menardus* ad Gregorii M. sacramentarium p. 399. *Ioan. Filesacus* lib. 2. electorum p. 213. *Bona* de diuina psalmodia c. 16. § 12. p. 518. *Wilh. Ernestus Tenzelius* in diss. de hoc hymno, habita Wittebergae 1686. et recusa in parte 1. dissert. selectarum. Adde eundem in dialogis menstruis Anni 1692. pag. 869. *Eustathium a Sancto Vbaldo* in disquisit. de hymni Te Deum laudamus auctoribus. (Vid. Tom. 3. supplem. Act. Erud. p. 163 et 52. et A. 1691. p. 129.) et *Placcii τοῦ μακαρίτου* theatrum Anonymorum p. 403 sq. Scriptores de Δοξολογία veterum Christianorum, quam perinde vt Symbolum ex formula confessionis baptizandorum natam esse contendit Ioan. Gregorius, Anglus, in obseruationibus sacris, laudati iam sunt a nobis pag. 508. Hymnos et preces Latinae Ecclesiae veteris collegit *Georg. Cassander*, quae vna cum eiusdem in hymnos notis, tum seorsim Colon. 1556. tum inter eius opera Paris. 1616. fol. excusa leguntur. Videndi praeterea inprimis *Io. Bona* Cardinalis in opere erudito de diuina Psalmodia excuso tum separatim, tum inter Bonae opera Antwerp. 1694. fol. *Ioan. Hoornbeckius* lib. 1. miscell. Sacror. cap. 11. *Ioan. Filesacus* lib. 2. electorum p. 195 seq. *Radulphus*, Decanus Tungrensis, de canonum obseruatione proposit. XII et XIII. T. 26. Bibl. Patrum p. 229 sqq. *Walafridus Strabo* lib. de rebus ecclesiasticis, c. 25. T. 15. Bibl. Patr. p. 194 seq. *Benedictus Pictetus* in dissertatione Gallice edita de hymnis et canticis, quorum vsus fuit in ecclesia vetere christiana. Geneuae 1706, 12mo. *Thomae Comberi*, Angli, historia de primitiuo et generali vsu Liturgiarum in Ecclesia Christiana contra Dauid Clarksonium, qui liber recensetur in actis Eruditor. Anni 1691. p. 123. et a Ioanne Clerico Biblioth. vniuersal. T. 17. p. 138 seq. *Ieremiae Taylorii* Apologie for authorized and sed forms of Liturgie. *Matthaei Zimmermanni* analecta, pag. 466 seq. *Philippus Iacobus Hartmannus* de gestis Christianorum sub Apostolis p. 412 sqq. *Frideric. Spanhemius* Tomo secundo

Operum

Operum p. 1283 ſqq. *Ioan. Durellus* in Apologia rituum eccleſiae anglicanae. *Mericus Caſaubonus* in apologia orationis Dominicae. *Guilielmi Surenhuſii* diſſertatio de oratione Dominica Hebraica. *Georgii Wallini* diſſertatio praeſide Laurentio Molino habita de certis precandi formulis earumque in eccleſiis vſu legitimo. Vpſaliae 1710, 8. *Ioan. Georgii Walchii* diſſert. de hymnis eccleſiae apoſtolicae. Ienae 1737. *Balthaſar Bebelius* T. 2. Saec. 4. Antiq. Eccleſ. p. 463 ſq. 746 ſq. ad 762. *Io. Henr. Vrſinus* VI, 18. Analect. ſacr. *Nicolaus le Nourry* in apparatu ad Bibliothecam Patrum pag. 413. *Conr. Samuelis Schurzfleiſchii* de hymnis veteris Eccleſiae, Witteb. 1685. *Ioſephus Maria Carus* in disquiſitione antiquis libris miſſarum Romanae Eccleſiae praemiſſa, qui et reſponſionalia et antiphonaria Eccleſiae Romanae edidit. *Ioan. Mabillonius* de curſu Gallicano: vt omittam Graecorum troparia, triodium, octoechum, κεκραγάρια etc. De quibus vti et de Melodiis Eccleſiae Graecae, de quibus *Leonis Allatii* liber intercidit, vide quae notaui ad eiusdem Allatii de libris Eccleſiaſticis Graecorum. Pſalmi ἰδιωτικοὶ in Eccleſia cani prohibentur Canone Laodiceno 59. Confer Hiſtoriam Concilii Conſtantienſis Tom. 3. p. 386 ſeq. Valeſium ad Sozom. VIII, 8. Benedictinorum praef. ad S. Hilarium § 20 ſq. vbi de hymnis Arrianorum, et quos illis Catholici oppoſuerunt: *Erneſti Salom. Cypriani* diſſ. de propagatione haereſium per cantilenas, recuſam Londini 1720, 8. et *Ioan. Andreae Schmidii* ſaepe nobis laudati, de propagatione religionis per carmina, Helmſtadii 1710. Contra Petro-Bruſianos autem, cantionum ſacrarum vſum reiicientes diſputat Petrus Cluniacenſis Tom. 22. Bibliothecae Patrum edit. Lugd. p. 1079 ſq. Vide ſis etiam de illarum vſu Auguſtinum lib. I. Confeſſ. cap. 33. et M. Antonium de Dominis VIII, 12. 33. De Pſalmorum, Hymnorum atque Odarum ſacrarum diſcrimine confer *Ioan. Zachar. Hilligeri* diſſertationem. Witteb. 1720. De hymnis martyrum in primitiua eccleſia *Io. Georgii Oſtii* diſſertationem, Ienae 1700. Hymnodia SS. Patrum, quae in Romana eccleſia per annum decantari ſolet, commentariis explicata prodiit Venetiis 1646, fol. *Iodoci Clichtouei* elucidarium eccleſiaſticum in veteres hymnos, cantica, antiphonas, reſponſoria et benedictiones euulgatum eſt Pariſiis 1548, 8. Miſcellanea hymnorum edidit I. B. Bonifacius Dantiſci 1699, 4. De prudentia in cantionibus eccleſiaſticis adhibenda conſule *Georgii Wallini* diſſertationem ſub praeſidio Gottl. Wernsdorfii habitam Witteb. 1723 recuſam Vol. I. diſſertationum Wernsdorfii iunctim editarum Witteb. 1736 p. 471 ſqq. De recentiorum cantionum Germanicarum, quarum in noſtris Eccleſiis vſus eſt, auctoribus videnda quae ſingulari ſtudio collegerunt expoſueruntque Rev. Viri D. *Georgius Goetzius*, Superintendens Ienenſis, in den Lieder-Betrachtungen; D. *Ioan. Benedict. Carpzouius*, Lipſienſis Theologus, in den Lieder-Predigten,

ten, D. *Georg. Henricus Goezius*, Antistes Lubecensis, in der Lieder-Predigt, Lieder-Betrachtung ꝛc. *Ioannes* praecipue *Christophorus Olearius*, Ecclesiastes et Bibliothecarius Arnstadiensis, in Bibliotheca hymnopoeorum siue Lieder-Bibliothec, et evangelischen Lieder Schatz, et ad Homilias Hymnodicas Martini Crusii, atque in Hymnologia passionali: et Ratisbonensis Ecclesiae praesul *Georgius Serpilius* in der Lieder-Concordanz, cum praefatione D. *Ioan. Frider. Mayeri*, 1696, 4. in den zufälligen Gedanken zu *I. C. Olearii* Lieder-Bibliothec, Fortsetzung derselbigen, et in Prüfung des hohensteinischen Gesang-Buchs ꝛc. *Gottfriedus Ludouici* Rector meritissimus Schleusing. de hymnis et hymnopoeis Hennebergicis, cum *Io. Auenarii* ad eum Epistola. Idem *Auenarius* in der Hennebergischen Liederhistorie. *Ioan. Martinus Schamelius* in partibus tribus vindiciarum cantionum ecclesiae Euangelicae, Lipsiae 1712, 8 seq. et in dem Lieder-Commentario, Lips. 1724 et 1725. *Thomas Schmidius* in den merkwürdigen Geschichten, so sich über das lutherische Gesangbuch zugetragen haben. Altenburgi 1707, 8. *Georgii Sculteti* Hymnopoeia Silesiorum, Vitemb. 1711, 8. *Ioan. Caspar Wetzelius* in hymnopoegraphia, siue Lebensbeschreibung der berühmtesten Lieder-Dichter, cuius quatuor prodiere partes Hernstadii 1721 sqq. *Christianus Marbachius* in der evangelischen Singeschule. Breslauiae et Lipsiae 1726, 8. *Io. Iac. Gottschaldt* in den Liederremarquen, quarum partes sex euulgatae sunt Lipsiae 1737. sqq. 8.

XIV. De Benedictionis more apud Iudaeos adeundi Interpretes ad Num. VI, 22 sq. et Deut. XI, 29. *Hackspanius* in notis philologicis ad Leuit. XXIV, 16. *Wagenseilius* ad Sota pag. 672 sq. et 1131 sq. *Ioan. Lundius* in den jüdischen Heiligthümern, pag. 653 sqq. *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. II. cap. 5. *Campeg. Vitringa* lib. 3. synagogae cap. 21. Et dissertationes *Ioan Gerhardi*, Ienae 1620. *Ioan. Henr. Haeneri*, Ienae 1671. recus. Tom. 2. Thesauri theologicophilologici Mentheniani, pag 936 sqq. *Franc. Woergeri*, Helmstad. 1686. *Sebastiani Schmidii*, Argentor. 1687. *Ioan. Henr. Maii*, Gissae 1697. *Dan. Lundii*, Vpsal. 1709, 8. *Adolphi Groot*, Lipsiae 1721. *Franc. Fabricii*, Lugd. Batav. 1727. *Ioan. Conr. Hottingeri* recusa in Thesauro nouo disputationum Theologicophilologicarum, Tom. I. pag. 393. *Ioan. Frey*, Ienae 1739. De benedictione, qualis hodie obtinet, vide *Sebastian. Iacob. Iungendres* in specimine de theologia mythica, Norimb. 1728, 4. pag. 89 sq. De Iudaeorum traditione excoecari fabulantium eum, qui benedicentis sacerdotis manum intueatur, vide *Ioan. Gothofred. Lakemacherum* parte 8. obseruationum philologic. p. 232 sqq. Alioquin ברכות siue benedictiones Iudaeis appellantur preces quaecunque, vnde et liber Talmudicus, qui ita inscribitur, tractat de precibus.

De ritibus et formulis benedictionum apud Christianos fuse commentati sunt *Gabriel Alessandri* de candelarum aliarumque rerum sensu carentium benedictionibus, quae ecclesiastico more fieri consueuerunt. Mediolani 1588. *Iodocus Coccius* Tom. 2. thesauri catholici, c. 8 sqq. pag. 528 sqq. *Iac. Gretserus* S. I. libris duobus de benedictionibus, quibus et tertium de maledictionibus adiunxit. Ingolstad. 1615, 4. et S. B. in libro gallice edito, qui inscribitur: *Tradition de l'Eglise sur les Benedictions.* Tolosae 1679, 8. Videndus etiam *Bellarminus* III, 7. de cultu sanctorum, *Andreas Saussaeus* parte 2. panopliae Sacerdotalis lib. 2. qui est de munere Sacerdotali benedicendi. *Nouarinus* schediasm. sacr. lib. 5. cap. 11 sq. *Io. Seldenus* ad Eutychium pag. 37 seq. *Nic. Rayaeus* diss. praeliminar. ad Tomum 2. Actorum Sanct. Iunii pag. 63 seq. vbi digitos a Graecis benedicentibus aliter componi quam a Latinis obseruat, et disserit de more cereùm bisulcum vel trisulcum manu inter benedicendum gestandi, quod δικηρίῳ et τρικηρίῳ σφραγίζειν Graeci appellant, de quo Cangius in κηρός p. 646. quemadmodum de more per tres digitos benedicendi ad SS. Trinitatis mysterium significandum videndae Obseruationes selectae Hallenses Tom. 4. Obs. 4. et de more benedicendi digitis in Crucis formam compositis, atque ita vt primas litteras verborum Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ referant; vide notas ad Ioannis Curopalatae paginam 809. Benedictionum formulae quaedam veteres occurrunt apud Goldastum T. 2. rerum Alemannicarum pag. 138 sq. Vt Benedictionale Gregorii Magni, ab Hugone Menardo Paris. 1642. et Lambecio II. de Bibl. Vindob. pag. 300–317. editum omittamus. De benedictione magna et parua confer Cotelerium ad Constitution. Apostolic. III, 10. Benedictionum formulae veteres leguntur apud Goldastum T. 2. rerum Alemannicarum p. 138 sq. Ioan. Bonam lib. 2. c. 16. rerum liturgic. et Ioan. Wolfium T. 2. rerum memorabilium pag. 117. De *crucis* frequenti apud veteres in se signando *vsu* vide D. *Martinum Eisengrein* von den Zeichen des heiligen Kreutzes, daß es ein recht christlicher, uralter, apostolischer und in Gottes Wort gegründeter Gebrauch, auch nütz und gut sey. Ingolstadii 1572, 4. *Ioan. Bonam* de diuina Psalmodia, c. 16. §5. pag. 502 seq. *Bellarminum* II, 29. de beatitudine sanctorum. *Stanislaum Hosium* Operum pag. 13. *Isaacum* Armeniae Catholicum Inuectiua prima in Armenios pag. 354 sq. et 368. Tomi secùndi auctarii noui Combefisii. *Cangium* in Glossario, voce, *signum Christi. Conrad. Rittershusium* ad Corippum, p. 91 sq. *Iosephum Binghamum* Origin. ecclesiastic. XI, 9. *Guil. Lindamum* IV, 97. p. 465 sqq. Panopliae Euangelicae. *Ioan. Phil. Pfeifferum* in diatriba inserta diario theologico, unschuldige Nachrichten, A. 1723, pag. 880 sqq. *Christi. Wilduogelium* in dissertatione de venerabili signo crucis, Ienae 1690. Adde Casauboniana pag. 109 et 306. vbi plures scriptores laudantur. De *agnis*

Dei, siue numis ex cera alba, feria V. infra octauam paschae septennio quouis conficiendis benedictisque et imaginem agni Dei referentibus, qui Dominica in Albis a Pontifice distribuuntur, vide *Vincentii Bonardi* librum italice editum sub hoc titulo: *Dell' origine, antichita e virtu dell' agnus Dei di cera benedetta.* Romae 1584, 4. 1621, 8. 1700, 8. *Iacob. Sirmondum* ad Ennodium, pag. 73. *Cangii* Glossarium Latinum, T. 1. p. 73. *Latini Latinii* Epistolarum T. 2. 138 sqq. *Theophilum Raynaudum* in libro Gratianopoli 1642, 8. edito, qui inscribitur: *Christianus Christi et matris Ecclesiae per baptismum filius, cerei agni a Christi vicario consecrati symbolicâ imagine expressus,* qui exstat Operum eius Tomo decimo, c. 8, et c. 13. *Ioan. Molanum* de sacris picturis cap. 65. et oratione 1. quae est de agnis Dei. *Iac. Gretserum* lib. 2. de benedictionibus cap. 34 sqq. et in mysta Salmuriensi, cap. 60. *Andream Victorellium* ad Ciacconii vitas Pontificum in Vrbano V. *Iosephum* Vicecomitem lib. 5. de antiquis baptismi ritibus cap. 51. *Onuphrium Panuinium* de baptismate paschali, origine et ritu consecrandi agnos Dei, Romae 1560, 4. et 1630, 8. *Antonium Baldassari* de agnis Dei, Venetiis 1714, 8. *Antonium de S. Maria* meditationum sup. regul. critices (Reflexions sur les Regles de la Critique) T. 3. diss. 2. *Mabillonii* Museum Italicum T. 2. p. 376 et 377. vbi Vrbani V. versus de materia et virtutibus agnorum Dei exhibentur. Sixti V. Breue exstat Tom. 17. Diarii eruditorum Italiae pag. 435. Hisce adde ex iis, qui e Pontificiorum castris discessere, *Gisbertum Voetium* T. 3. dissertat. selectar. pag. 934 sqq. *Franc. Hottomanni* brutum fulmen pag. 65. *Christiani Wasewitzii* turturem Ioanneum, pag. 351. *Casp. Caluoerium* P. 2. ritual. ecclesiastici p. 357 et 711. et *Eliam Ehingerum* in Histor. Ecclesiast. saeculi 15. pag. 533. Quantae vires in Ecclesia Romana benedictis illis rebus adscribantur ostendit *Franc. Gomarus* Operum T. 2 p. 154. et *Augustinus Castanus* de maxime supernaturali agni Dei virtute, Venetiis 1669, 4. De eo, quod iustum est circa agnos Dei singularem dissertationem Ioan. Iac. Laemmermannus euulgauit Helmstadii 1724.

Dirarum exempla in sacris scriptoribus exstant Deut. XXVIII, 15. sqq. Ps. LXIX, 23 sqq. CIX, 7. sqq. Iobi II. et Ieremiae XX. Dirae in monte Ebal a Leuitis imprecandae leguntur Deut. XXVII, 13. sqq. Iosuae VIII, 34. De sacerdotum diris *Io. Clericus* ad Num. XXII, 6. vbi de Balako Bileami diras in populum Israeliticum poscente. *Petrus Daniel Huetius* Alnetan. quaestion. p. 227 seq. et *Ioan. Petrus Millerus* in dissertatione de deuotionibus veterum in bellis, Lips. 1730. De ritu diris deuouendi suspectam adulterii, propinata illa aqua amara ποτῶ ἐλέγχου, vide interpretes ad Num. V, 18. *Eduardum Bernhardum* ad Iosephi III, 11. Antiquit. *Seldenum* Vxor. Hebr. III, 13 seq. *Wagenseilium* ad Sotam et *Andreae Acoluthi* commentarium de aquis amaris

Lips.

Lipſ. 1682, 4. Exſtat et *Martini Iacobi Owmanni*, Anglo Cimbri, diſſ. de diris ſanguinum in lapidatum deriuatis, et *Ioachimi Feſtingii*, Aboenſis, diſſertatio praeſide Dauide Lundio, Aboae 1688. habita de Anathematiſmis Hebraeorum. Formula dirarum, in excommunicatum apud Iudaeos vſitata, legitur in *Ioan. Frid. Mayeri* muſeo miniſtri eccleſiae, Vol. 2. p. 490. et in Relationibus innoxiis A. 1720. p. 425. De imprecationibus parentum in liberos videatur *Fragierii* diſſertatio, quae exſtat T. 3. Hiſtoriae Academiae Inſcriptionum, p. 31 ſqq. De diris et imprecationibus in manifeſte impios non reprehendendis epiſtola *Samuel. Pomarii* ad Chriſtianum Kortholt, auctorem ſcripti, Warnung wider den Kirchenfluch, inſerta eſt Vol. 4. Bibl. Lubecenſ. p. 565 ſqq.

De diris Iudaeorum recentis aetatis et maledictis in Chriſtianos, multa Eiſenmengerus in detecto Iudaiſmo, et iam olim S. Hieronymus ad V, 18 Eſaiae: *Ter*, inquit, *per ſingulos dies in omnibus Synagogis ſub nomine Nazaraeorum anathematizant Iudaei nomen Chriſtianum.* Sic ab Ethnicis procuratoribus Romanis Chriſtiani iubebantur *maledicere Chriſto*, vt conſtat ex Plinii X, 97. Epiſt. Ex Latinis Poetis, ſi quis formulas dirarum cognoſcere velit, adeat *Valerii Catonis* diras a Chriſtoph. Arnoldo illuſtratas, et *Ovidii* Ibin, quo poemate pleno maledictis inimicum ſuum vltus eſt, ad exemplum Callimachi, cuius Ibis intercidit, et *Ciceronis* lib. 1. Tuſculanar. Diſputationum, c. 44. vbi dirae ex Ennii Thyeſte recenſentur. Gretſeri librum de maledictionibus paullo ante memorauimus, vbi inter alia de anathematis in haereticos. Formula eius horrenda legitur apud *Boxhornium* in hiſtoria belgica, pag. 111 ſqq. Vide etiam *Eraſmum* ad adagium, *ſi quid mali in Pyrrhamo.* *Lambinum* in Horatii III. Oden 27. *Paſſeratium* et *Broukhuſium* ad Propertii III, 6. 20. *Hoſtibus eueniat lenta puella meis.* *Briſſonium* lib. 1. de formulis populi Romani. *Philippum Camerarium* Horarum ſubceſiuarum Cent. I. c. 35. *Balthaſ. Bonifacium* Hiſtoriae ludicrae IX, 22. *Ioan. Chokierium* facis hiſtoricae centur. 2. c. 24. et *Antonium van Dalen* lib. de Oraculis p. 673 ſq. edit. in 4. et libro de Ariſtea p. 193 ſeq. vbi etiam de ritu deuotionis, praeeunte execrationis carmen Sacerdote, qui non modo apud Graecos et Romanos ſed alias Gentes obtinuit, atque non tantum ad ſingulos homines ſed et integras Vrbes ac Regiones fuit applicatus, vt vel ex Balaci et Bileami hiſtoria patet. Numeror. XXII, 16. De diris in Deos ad vota non reſpondentes diximus ſupra § 12. De diris in eos, qui libris aliquid addunt vel detrahunt, vide Biblioth. Graec. lib. 5. cap. 1. pag. 75 ſeqq. *Michael. Lilienthalium* Selector. litterar. p. 1. *G. H. Pippingium* de imprecationibus libris adſcriptis, Lipſ. 1721. Dirae Teiorum in hoſtes, ad tibiam recitatae, (Plinius 28, 2.) illuſtratae ſunt ab *Edmundo Chishull* pag. 97 ſqq. antiquit. Aſiaticarum. Diras in diplomatibus et decretis publicis vide apud *Mabillo-*

nium II, 8. et 9 de re diplomatica. De diris et execrationibus, quibus piae fundationes sunt munitae, exstat Epistola T. Isaei. 4.

XV. Quoniam in Sacris, Musicae tam vocalis quam instrumentalis vsus pridem inualuit, etiam de hoc aliquid dicendum. Historiam Musicae Gallica lingua succincte et erudite exposuit *Bonnetus*, Parisiis 1715, 12. cuius historiae supplementum cum historia saltationum editum est Parisiis 1723, 12. Adde *Bourdeloti* historiam Musices, gallica lingua editam Hagae Comitum et Francofurti ad Moenum 1743. quatuor voluminibus in forma octopartita. *Ioan. Angeli Bontempi* historiam Musices, Italice editam 1695, fol. *N. Haymii* historiam Musices, Anglice duobus voluminibus in forma quadripartita euulgatam Londini 1728. et *Io. Christ. Harenbergii* commentationem de re musica vetustissima, quae exstat Vol. 9. Miscellan. Lips. Nov. p. 218 sqq. De Musica Hebraeorum veterum, *Iac. Gaffarelli* librum memorat Leo Allatius p. 40. apum vrbanarum: sed ille nunquam quod sciam lucem aspexit. Itaque de hoc argumento praeter *Thomam Pagetium* in limine expositionis Psalmorum, et alios diuini huius Hymnarii, librorumque Samuelis, Regum et Chronicon interpretes et Antiquitatum Iudaicarum scriptores generales, *Mariumque Mersennum* in Genesin p. 1699 sq. *Kircherum* lib. 2. Musurgiae p. 47 seq. *Ioan. Lightfootum* in descriptione Ministerii Templi cap. 7. sect. 2. de Cantoribus et Musica Templi T. 1. Opp. et *Henricum Horchium* de igne sacro et Musica sacro igni victimas absumente accinente, Herborn. 1691, 4. Videndus inprimis *Salomon van Till*, in libro Belgice edito Dordraci 1692, 4. et Germanice Lips. 1706, 4. Dicht- Sing- und Spiel-Kunst, so der alten als besonderst der neuen Hebräer, de quo opere adi Acta Eruditorum A. 1693. pag. 69 sq. *Arthurus Bedford* in libro anglice edito: *the Temple Musick, or an essay concerning the Method of singing the Psalms of Dauid in the Temple before the Babylonish Captivity.* Londini 1712, 8. *Ioan. Henr. Bocrisius* in obseruatione de Musica, praeexercitamento Hebraeorum, quo ad sapientiam diuiniorem se praeparabant, quae legitur T. 4. Miscellaneor. Lipsiens. obs. 75. p. 56 sqq. *Henr. Scharbau* de ministerio Musices sacrae, Parte 2. obseruat. sacrar. pag. 219 sqq. Auctor libri de excellentia Musicae antiquae Hebraicae et instrumentis musicis, Monachii 1718, 8. *Dan. Lundii* dissertatio de Musica Hebraeorum antiqua, Vpsal. 1707, 8. *Imm. Beniam. Kempii* commentatio de sacris musices praefectis apud veteres Hebraeos, Dresdae 1737, 4. De instrumentis Musicis Hebraeorum vide *Thomam Gatakerum* aduersar. sacr. lib. 1. c. 10. *Franc. Hare* in Prolegomenis ad Psalmorum librum in versiculos metrice diuisum. *Bartoloccium* Bibl. Rabbin. T. 2. p. 125. *Augustin. Calmetum* T. 1. Dissertationum Biblicarum versionis Latinae p. 410 sqq. *Bernhardum Lamium* de templo pag. 1216 sqq. *Christiani Weidlingii* dissertationem

nem de instrumentis Musicis Hebraeorum, Lipsiae 1686. et *Michael. Henr. Reinhardi* dissertat. de ὀργανοφυλακίῳ musico codicis Hebraei, Witteberg. 1699. Vsi sunt Hebraei instrumentis vel *tactilibus*, qualis fuit psalterium citharaque Dauidica, de qua exstat singularis dissertatio *Ioan. Gabr. Drechsleri*, Lips. 1670. quam Georg. Serpilius Vitis scriptorum sacrorum Germanice editis parte 9. p. 34 sq. integram inseruit: vel *inflatilibus* vt buccina, tubis et tibiis, de quarum forma et vsu praecipue in inauguratione Regum apud Hebraeos vide Scacchum III. Myrothec. cap 55 sq. p. 1091 sq. Vitringam lib. 1. Synagogae cap. 10. Buxtorfii Lexicon Rabbin. p. 2504 seq. et Augustini Calmet dissertationem laudatam de Musica et instrumentis Musicis Hebraeorum. De buccina singularem quoque exercitationem Lipsiae edidit *Christianus de Zoega*, A. 1692. Vel denique *pulsatilibus*, vt tympanis, de quibus B. D. *Aug. Pfeifferi* dubia vexata S. Scripturae ad Ps. IV, 1. et *Wagenseilius* p. 964 ad Sota. In titulis Psalmorum, vbi nomen aliquod cum למנצח construitur, illo instrumentum Musicum denotari, ne quidem Psalmo 22, 45 et 56 exceptis, (quos B. Sontagius ab hac regula eximendos putat) docet *Theodorus Hasaeus* Bibl. Bremens. fasc. 1. p. 66 sq. אילת השחר, Ps. 22. tibiam, ibid. p. 34. יונת אלם רחקים Ps. 56. ignotum instrumentum significari ibid. p. 68. haud dubitans. Vocabulo ששנים, Psalmo XLV. obuio, cymbala denotari putat *Frider. Adolph. Lampius* Dodecade exercitationum in Psalmum LXV. pag. 24. Ceterum veteris musicae rationem veram non minus quam poeseos Hebraicae Iudaeis ipsis iam ignotam esse tam verum est, quam et dolendum. Conf. *Thomam Gatakerum* loco supra citato, *Ioan. Wulferum* ad tractatum Talmudicum Shekalim, pag. 123. et *Paullum Christian. Hilscherum* ad Psalm. CLI. pag. 29 sqq. vbi Psalterium et χόρον Dauidis tibias vtri insertas fuisse putat. Musicam Hebraeorum veterum nec accuratam valde nec arte aut suauitate commendabilem fuisse censent Ioannes Matthesonius, et Ioan. Clericus T. 9. Bibl. vniuersalis: longe aliud autem visum est Augustino Calmet dissertatione ante laudata. De tubis et cornu arietino differit *Cherubinus a S. Iosepho* T. 2. apparatus Biblici pag. 263 seq. De tubis argenteis earumque vsu in sacris Hebraeorum fuse *Conr. Ikenius* in dissertatione de tubis Hebraeorum argenteis, Bremae 1745 et *Ioannes a'Outrein* in dissertationibus de clangore Euangelii, 1714. 8. p. 79 sq. 213 sq. qui etiam de *Magrepha* differit p. 155 seq. post *Io. Braunium* quem vide in selectis sacris lib. 2. c. 9. p. 291 sq. et *Kircherum* Musurgiae lib. 2. p. 52 et 54. Adde *Petr. Zornium* T. 1. Opusc. sacr. p. 160.

XVI. De *Musica* veterum Aegyptiorum, Graecorum, Romanorumque haud memini quenquam plenum et absolutum aliquod opus edidisse, quanquam ad argumentum hoc faciunt Athanasius Kircherus lib. 7. Musurgiae Rom. 1650

et Amst. 1662, fol. *Ioan. Baptista Donus* in libro de praestantia Musicae veteris, qui cum onomastico selectorum vocabulorum ad Musicam pertinentium digesto in titulos XVI, prodiit Florentiae 1647, 4. nuper vero recusus adiectusque est eiusdem *Donii* Lyrae Barberinae, siue Amphichordio, in quo libro vetus citharodia, lyraeque praesertim ac citharae forma, vsus, partes, species, appellationes illustrantur, quod opus nunc primum editum est cura Antonii Francisci Gorii, Florentiae 1736, fol. *Guil. Alardi* libellus de Musica Graecorum, Schleusing. 1636, 12. et quae sparsim ad Musicos veteres Graecos, Amstelodami 1652, 4. editos, Marcus Meibomius et Ioannes Wallisius: *Vincentius Galilaeus* de noua et antiqua Musica, *Guil. Stuckius* Antiqu. conuiual. III, 20. *Ericii Puteani* Musathena et Iter Nonianum: *Ioan. Andreae Angelini Bontempi* Perusini Historia Musica, de qua Acta Eruditor. 1696. p. 241. *Michaelis Praetorii* syntagma musicum ex veteribus et recentioribus in 4 Tomos distributum, Guelpherbyti 1614, 4. *Georgii Vallerii* dissertatio de antiqua et medii aeui musica, Vpsaliae 1706, 8. et Dissertatio viri e Societate Iesu de Musica Graecorum et Latinorum, quae legitur in Bibliotheca Gallica A. 1726. mense Maio pag. 111 sqq. De Nicasii inedita dissertatione de Musica veterum et Ouvrardi Historia Musicae veteris ac recentis inedita vide Nouellas Reip litterariae A. 1703. Octobr. pag. 370 sq. De Musica in sacris adhibita et in sacrificiis, Matthaeus Brouerius de Niedeck c. 26. libri de Veterum adorationibus.

XVII. De instrumentis Musicis veterum adeundus Ezech. Spanhemius ad Callimachum p. 466 sq. Otto Sperlingius in dissertatione ad numum Furiae Sabinae Tranquillinae, Amstelod. 1687, 8. Montefalconius Tom. 3. Supplem. lib. 8. p. 185 sqq. Sponius Miscellan. eruditae antiquitatis sect. 1. artic. 6. et dissertatione octaua selectar. dissertationum rei antiquariae. Philippus Bonanni in libro Italice edito: *Gabinetto armonico pieno d' Istromenti sonori indicati e spiegati*, Rom. 1722, 4. ac Franciscus Blanchinus in dissertatione de tribus generibus instrumentorum Musicae veterum organicae, Romae 1742, 4. in quo libello triplex genus instrumentorum Musicae veteris, inflatile, pulsatile, tensile accurate eruditeque describitur. Aliquam multa eorum et varias *lyrae* figuras exhibent et explicant Marius Mersennus libris postremis harmonicorum Paris. 1648, fol. et Blanchinus atque Montefalconius libris citatis. De lyrae plectro vide V. C. Iac. Perizonium ad Aeliani III, 32. De *sistris* exstat Anonymi Epistola ad Io. Clericum Tom. 16. Bibl. selectae pag. 167. Hieron. Bossii libellus Mediolani 1612, 12. recusus T. 2. thesauri Sallengeriani, et Benedicti Bacchini de sistris eorumque figuris, Traiecti 1696, 4. et in thesauro Graeuiano T. 6. ex Latina Iacobi Tollii versione, qui ex Italico transtulit Adde quae praeter Stephanium pag. 86 sq. ad Saxonem Grammat. Angelus Causeus Tomo quinto eiusdem thesauri

thesauri Roman. p. 318. Bonannus Musei Kircheriani pag. 179. et Scriptores a Petro Zornio T. 1. Opusculor. sacror. p. 157. excitati. De *tubis* et earum vsu in bello Matth. Zimmermannus pag. 518 sq. Analectorum. Dougthaeus Analector. sacror. excursu 57. Lipsius de militia Rom. II, 12. IV, 10. V, 9. vbi simul de differentia tubarum, buccinarum, cornuum, lituorum; de qua etiam disserit Ikenius dissert. de tubis argenteis Hebraeorum, pag. 92 sq. De vsu tubarum et lituorum in *sacris* idem Lipsius IV, 10. et Saubertus de Sacrificiis pag. 341. in *oraculis*, Dale de Oraculis p. 195, 459. in *conuiuiis* Lipsius l. c. in *athleticis*, Lydius Agonistic. cap. 23. in *funeribus* Gutherius de iure manium lib. 1. c. 22. et Meursius de funeribus c. 18. De *cornuum* vsu praecipue in sacris, multa erudite congessit Trogillus Arnkiel, Antistes Apenradensis, in libro Germanice edito de cornu aureo quod prope Tunderam Holsatiae vrbem Anno 1639 repertum fuit, Kiloniae 1683, 4. et Adamus Henricus Lackmannus, in schediasmate Germanico: Unvorgreifliche Gedanken bey Gelegenheit des 1734, unweit Tundern im Herzogthume Schleswig, abermals ausgegrabenen Hornes. Hamburgi 1736, 4. Adde Wormium in responsione ad F. Licetum, quae accessit Thomae Bartholini schediasmati de armillis veterum. Amstelod. 1676, 12. De *cymbalis* veterum, crepitaculis, scabillorumque crepitu vide Menagii Origines Gall. in *castagnettes* et *cascaveaux*: Rhodium ad Scribonium Largum p. 98. Pignorium de seruis p. 166. Bonanni p. 124 sqq 129, 130, 131. Martinum de Roa parte 2. singular. Scripturae pag. 600, 605 sq. Scaligerum, Weitziumque ad Copam, et libros tres Friderici Adolphi Lampii vulgatos in Belgio Anno 1703, 12. cuius etiam videndae Exercitationes ad Psalmum XLV. Bremae 1715, 4. in quibus insignes quaedam de Veterum musica instrumentisque musicis obseruationes. Eiusdem dissertatio de cymbalis veterum sub Matthiae Boot praesidio prodierat Bremae 1700, 4. Adde Petrum Zornium Opusc. Sacr. T. 1. p. 148 sqq. et Richardi Ellisii commentarium de cymbalis, quem se ait ante inspectos Clarissimi Lampii libros composuisse, ediditque ad calcem Fortuitorum, siue obseruationum philologicarum ad loca N. T. Roterodami 1727, 8. Corybantium cymbala conspiciuntur in numo apud Seguinum p. 186. et apud Gronouium pag 201. ad Minucium. De *cymbalis* et *crotalis* conferantur viri docti ad Ciceronis Orat. in Pisonem cap. 9. De *scabillo* Alb. Rubenius de re vestiaria II, 16. De *tintinnabulis* consulantur Bonanni p. 178. musei Kircheriani, Fabrettus pag. 429. Inscript. veter. Ioan. Baptista Pacichellus in lucubratione de tintinnabulo Nolano: et Hieronymus Magius de tintinnabulis, notis Franc Sweertii illustratus. Amstelod. 1664, 12. De *tympanis* veterum confer Petrum Zornium T 1. Opusc. sacr. pag. 113 sqq. Sponium Miscell. eruditae antiquitatis p. 23. Chr. Gottlieb Schwarzium Miscellan.

Ian. politior. humanitatis pag. 86 et 114 ſqq. Ioan. Iarckium ad Eliam Schedium pag. 598. Bonanni pag. 111 ſqq. 163, 164. et Wagenſeilium ad Sotam pag. 964. Indi loco tubarum vſi ſunt flagellis quibus aerem verberabant, ac tympanis vt refert Suidas in *σάλπιγξ*, qui ſambucas ab Ibyco inuentas docet in *σαμβύκαι*. Locus Euſtathii ad Iliad. Σ. v. 1138. de ſex *tibiarum* generibus illuſtratur a Gisberto Cupero in Harpocrate p. 141 ſeq. De tibiis paribus et imparibus dextris et ſiniſtris conſulendi viri docti ad Terentium ac Phaedrum, et Dacerius ad Feſtum in *impares*. Plura de tibiis veterum Aldus Manutius in quaeſitis per epiſtolas, Venetiis 1570. et in Lampade Gruteri Tom. 4. p. 251 ſeq. et Tom. 6. Theſ. Graeuiani: Caſp. Bartholinus de tibiis veterum et earum antiquo vſu libris 3. Romae 1677, 8. et Amſt. 1679, 12. Ioan. Meurſii filii collectanea de tibiis veterum, Sorae 1641, 8. et Tom. 8. Antiquit. Graecarum Iac. Gronouii: Benedictus Auerranus diſſertatione 59 – 63. in Anthologiam T. 1. Opp. p. 148 ſqq. Fortunatus Licetus pag. 261 ſqq. gemmarum annularium, et Baudelot de Dairval in hiſtoria Ptolemaei Auletae, edita Gallice Pariſiis 1698, 12. De tibiarum vſu in praeliis apud Lacedaemonios agit Bened. Auerranius diſſert. 57. ad Thucydidem. De earum vſu in funere Io. Iarkius p. 681. ad Eliam Schedium; et Ioan. Zach. Hilligerus in diſſ. de tibicinibus in funere adhibitis, Witteb. 1717. De fiſtula et eius a tibia diſcrimine vide Laurentium Tom. 8. theſauri Graeuiani pag. 1466. et Bulengerum de theatro lib. 2. cap. 23. De *organis* [14] muſicis hydraulicis, (aliis *ὕδραυλις* vel hydraulum [15]) et pneumaticis videndi Ioan. Gregorius, Anglus, in diſſert. de more canendi ſymbolum Nicaenum, p. 49. Sigebertus Hauercampus in diſſert. de Numis Contorniatis pag. 70 ſeq. 127 ſeq. et 150 ac 155. Pedruſius Tom. 5. p. 72 ſeq. Ioan. Triſtanus T. 1. p. 218 ſeq. Ioſeph. Binghamus Origin. Eccleſ. lib. 8. c. 7. § 14. Iſaacus Voſſius de viribus Rhythmi p. 99 ſeq. ex Vitruuio et Herone. Alexander Adimari in commentario ad Pindarum Italica metaphraſi donatum p. 551. Auguſtus Buchnerus ad Venantii Fortunati carmen de reſurrectione p. 26. Suicerus in theſauro, et Cangius in Gloſſario Latino. Gottfr. Ephraim

[14] Organorum mentio fit in Hiſtoria Miſcella XXIII, 12. et apud Suetonium in vita Neronis c. 41. adde Rabanum Maurum XVIII, 4. de vniuerſo, Tom. I. pag. 230. Iuliani Epigramma lib. I. Anthol. c. 86. Tertullianum c. 8. de baptiſmo. Claudianum de Mallii conſulatu v. 315. Caſaubonum et Salmaſium ad Lampridii Heliogabalum c. 32. et Gorallum ad Seueri Aetnam v. 292 ſeq. A Vitaliano Pontifice, qui ab A. C. 657 – 671. ſedit, inuenta eſſe organa notat Leander Albertus in Latio. Albericus monachus trium fontium ad A. C. 840. de Ludouico Pio Imp. *Gregorium presbyterum, qui ſe promittebat more Graecorum facturum organum, ſummo ſuſceperat gaudio.* In Galliam miſſa primum organa a Conſtantino Imp. A. C. 757. obſeruat le Cointe T. V. p. 559.

[15] Plinius H. N. IX, 8. *Delphinus mulcetur ſymphoniae cantu, et praecipue hydrauli ſono.*

Ephraim Müller im Sendschreiben an einen hohen Gönner von Orgeln, ihrem Ursprunge und Gebrauche in der alten und neuen Kirche Gottes, Dresd. 1748, 8. et Christi. Wilh. Iustus Chrysander in schediasmate Germanico: Historische Nachricht von Kirchenorgeln. Rintelii 1755. 8. De vsu instrumentorum Musicorum et Organorum in Ecclesia Christiana, *Henrici Dodwelli* liber prodiit Londini 1700. 8. Anglice, *a treatise concerning the lawfulness of Instrumental-Music in holy offices; to which is prefixed a preface in vindication of Mr.* Newtes *sermon, concerning the lawfulness and use of Organs in the Christian Church, from the exceptions of* Anonymus *letter to a friend in the Country, concerning, the use of Instrumental-Music in the worship of God*, secunda editio locupletior. Exstat et *Georgii Motzens* Augustani vertheidigte Kirchen-Musik, wider Christian Gerbers cap. 81. der unerkannten Sünden der Welt. A. 1703, 8. His adde D. Balthasaris Meisneri τοῦ μακαρίτου Collegium adiaphoristicum, diss. 11. § 72 sq. Ioan. Filesaci electa lib. 2. pag. 213 sq. et *Henrici Munck*, Naruensis, diss. de vsu organorum in templis. Aboae 1697, 8. De Musica recentium Graecorum singulari epistola ad Angelicum Aprosium Ventimilium fuse disseruisse se testatur Allatius de consensu pag. 1045. De *campanis* idem Cangius in *campana*, *cloca*, *glogga*, *signum*, *squilla*, tum in κώδωνες, ξύλον, σημαντήριον, κροῦσμα, Adrianus Iunius lib. 3. Animaduers. cap. 11. Hieron. Magius libello de tintinnabulis, Francisci Swertii notis nonnullis illustrato, et IV, 14. Miscell. (vbi etiam de superstitione daemonas campanarum pulsu fugare se posse sperantium) Angelus Rocha de campanis, Rom. 1620. Pompeius Sarnelli in antiqua Basilicographia c. 50. Iodocus Cocius T. 2. thesauri catholici lib. 3. c. 6. p. 267 sqq. Francisc. Bernardinus Ferrarius lib. 1. de ritu sacrarum concionum p. 7 seq. (quo in loco alias praeterea enumerat rationes ad sacra celebranda accessuros conuocandi) Paullus Vergerius. Arnoldus Stockflet de campanarum vsu. Altorfii 1665, 12. Ioan. Christian. Reimannus in dissert. de campanis. Isnaci 1679, 4. Nicol. Eggers in dissert. de origine et nomine campanarum. Ienae 1684. Haraldus Wallerius in diss. de campanis et praecipuis earum vsibus. Holmiae 1694, 8. Paullus Christian. Hilscherus in dissert. de campanis templorum. Ireneus Montanus in libello germanico: Historische Nachricht von Glocken, Chemnitii 1726, 8. Chr. Wilh. Iustus Chrysander in schediasmate itidem germanico, historische Nachricht von Kirchenglocken. Rintelii 1755, 8. et qui prae ceteris diligenter in hoc argumento versatus est *Ioan. Baptista Thiers* tractatu Gallico de campanis Paris. 1702 et 1719, 12. Vide etiam B. D. Mayeri Museum ministri Ecclesiae parte 2. pag. 700 sq. et Marium Mersennum [16] de in-

[16] Mersenni Harmonicorum libri prodiere Paris. 1636 et 1648, fol. Campanae inscriptio in

inſtrumentis Harmonicis p. 145 ſq. qui recentius inuentum campanas plures ad harmonicum concentum edendum coniungendi (Glockenſpiel Germani vocant) exponit p. 160. adde Bonannium p. 143. De ſuperſtitioſis campanarum pulſibus ad arcenda fulmina, Caſparis Hombergi libellus prodiit Francof. 1577, 8. cui iungatur Ioan. Georg. Medelii diſſ. Witteb. 1703. qui phyſice illam rem diſcuſſit. Ceterum morem campanas pulſandi tempore tonitruum diſſuadet Loberanus du Feſc, S. I. in diſſert. de Tonitru. Vide Diarium eruditorum (Iuornal des Savans) 1728. p. 374. Benedictio et Baptiſmus campanarum de quo infra dicetur, Saec. 10. in vſu eſſe coepit, licet iam Carolus M. vetuerit clocas baptizari. Campanarum loco quae a ſaeculo 7. in Occidente frequentiſſimae, Graeci adhibent *σημαντήριον χαλκοῦν*,[17] quo pulſant, ſiue lignum aliquod oblongum duarum decempedarum magnitudine. Vide Goarum ad Euchołog. p. 560. et ad Cedreni paginam 637. Allatium de templis Graecorum p. 128. Cangii gloſſar. Graec. et Erdmannum Rudolphum Fiſcherum in diatriba de *Θεοδρόμοις* c. 3. vbi quoque de aliis rationibus Chriſtianos ad ſacros coetus conuocandi, olim vſitatis: adde Tournefortii iter gallice editum T. 1. p. 49. vbi *σημαντήριον* Calogerorum ex arbore dependens. Simile eſt *σημαντήριον* Iudaeorum (Schulklopfer) de quo Wulferus in theriaca p. 127. Ceterum plures de veterum Muſica laudati ſunt III, 10. Bibl. gr. De antiquitate et vſu campanarum apud gentiles diſſerit Paciaudus in epiſtola ad Capecium, quae legitur in libello italice edito Neapoli 1751, 4. *Diſſertatione di Giuſeppe di Capua Capece intorno alle due Campane della Chieſa Parrochiale di S. Giovanni de Nobili Vomini di Capua.* Campanae maximae Sinenſium, in vrbe Peking pondus eſt centum ac viginti librarum millia; Erfurtenſis, quae per Europam maxima habetur, tantum 25400. Vide Athanaſii Kircheri Chinam illuſtratam pag. 300. et Cornelii Hazart Kirchengeſchichte T. 1. p. 445 ſq. Vtraque harum maiorem habet Moſcouia, librarum ſcilicet 240000. vide Talanders itinera II. p. 89. Perſae ad Pyrea conuocantur in India quidem pulſu paruae campanae, ſed inter Muhammedanos ſignum ab iis, vti et Armenis et Chriſtianis, datur pulſu aſſeris magni. Nam Muhammedani non permittunt campanarum vſum in eccleſiis, vtpote quae ſunt Chriſtianorum inſtitutum. vid. Thom. Hyde de rel. Perſar. p. 343 ſeq. Diagrammatum Muſicorum (vulgo *tabulatur*) inuentor Stratonicus Citharoedus. Vide Caſaubonum VIII, 12. ad Athenaeum. Diagram-

in gloſſ. ad extrauagant. comm. de officio cuſtod. Antonii Weckens Dresden, pag. 217, 218, 267 ſq.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum,
Defunctos ploro, peſtem fugo, feſta decoro.

Aliae eiusmodi inſcriptiones leguntur in Io. Geo. Bertrami Lüneb. Kirchenhiſtorie. p. 722 ſqq.

[17] Balſamon in iure Graecorum. T. 1. p. 477. qui campanam p. 478. deriuat a campo.

grammata musica, quae apud Iudaeos in Hispania, Germania et Italia in vsu sunt, exhibentur a Petro Guarino in tomo secundo Grammaticae hebraicae et chaldaicae, Parisiis 1730, 4. euulgatae. De notis Musicis veterum Graecorum Ioannes Seldenus ad Epochas marmoreas p. 171 seq. Mersennus in Genesin p. 1527, 1694. M. Meibomius ad Alypium, Gaudentium, Aristidem etc. atque in praef. ad Antiquos Musicos. De notis Musicis Graecae et Latinae Ecclesiae vide quae Bibl. Graec. III, 10. § 10. De notis *vt*, *re*, *mi*, *fa*, *sol*, *la*, a Guidone Aretino repertis Sigebertus ad A. C. 1028. Gerh. Io. Vossius de IV. art. popular. p. 39, 40. Is. Vossius de viribus rythmi pag. 91. Acta Eruditor. A. 1695. pag. 223. vbi distichon:

Corde Deum et fidibus gemituque alto benedicam
*Vt re mi fa*ciat *sol*uere *la*bra sibi.

Abraham Bucholcerus in Indice Chronolog.

Cur adhibes tristi numeros cantumque labori?
*Vt re*leuet *mi*serum *fa*tum *sol*itosque *la*bores.

XVIII. De *Concionibus* Christianorum veterum pauca quaedam dicturis attingendae etiam conciones Iudaeorum, quarum insignis mentio exstat in libro *Philonis* Iudaei de septenario, vbi testatur per singula oppida Iudaeorum fuisse quaedam *διδασκαλεῖα* in quibus sabbathis Iudaei conuenirent, deinde superiorem locum ascenderet vir grauis, qui praesentes instrueret, et ad virtutem adhortaretur. Vide etiam *Campegii Vitringae* Synagogam lib. 1. parte 2. c. 2. vbi iam a temporibus Mosis illum morem repeti obseruat, et lib. 3. c. 12. et eiusdem archisynagogum cap. 11 seq. et *Iacobi Altingii* Heptadem VII. diss. 2. Tom. 5. Opp. p. 198. vbi illustrat ritum Concionum post reditum Iudaeorum e Babylonia Nehem. VIII. De Iudaeorum lectionibus sacris *Sam. Basnage* ad A. C. 30. n. 63. *Cherubinus a S. Ioscpho* T. 1. apparatus Biblici p. 69. *Grotius* et alii ad Luc. IV, 16. 20. Tabulam festorum et lectionum sacrarum exhibet R. *Ori ben Simeon*, in Calendario Palaestinorum, quod Iacob. Christmannus latine vertit, p. 107 sqq. De Mosis et ceterorum sacrorum librorum lectione in Synagogis per sabbata *ἐκ γενεῶν ἀρχαίων* fieri solita, vide Interpretes ad Actor. XV, 21. et *Ioan. Marckii* exercitationes textuales ad N. T. exercitatione XVI. Haphtararum explicationem dedit *Ioan. Reinhardus* in singulari dissertatione Witteb. 1674, 4. Ceterum Elias in Thisbi, voce פטר notat, Prophetarum lectionem demum coepisse temporibus Antiochi Epiphanis, quum lectio legis seuere esset prohibita. Vide Ludov. de Dieu ad Actor. XIII, 15. et Petri Zornii historiam Bibliorum ex Hebraeorum diebus festis et ieiuniis illustratam. pag. 96. nota 33. De recentium Iudaeorum Draschoth siue concionibus *Buxtorfius* in synagoga Iudaica p. 331. *Ioan. Henr. Maius* p. 325. catalogi MSS.

Vffenbachianorum, *Chr. Schoettgenius* T. 1. Horar. hebraic. p. 99 sqq. et *Wagenseilius* p. 245 seq. telorum igneorum Satanae, vbi et exempla quaedam earundem tibi occurrent. Breuem historiam concionum apud veteres Hebraeos et inde apud Christianos texit *Christoph. Matth. Pfaffius* capite primo diatribae de recta Theologiae homileticae conformatione. Tubingae 1731, 4. Apud Muhamedanos quoque post sollemnes preces diebus Mercurii et Veneris sequitur *Waatz*, siue Concio, quam habet Concionator illis dictus *Waitz*, seu *Nasi batg ii*, id est Monitor, suasor, Consilii dator. Vide Thomae Hydei notas ad Liturgiam Muhamedanorum, itineri Abrahami Peritsol subiectam, p. 7.

XIX. Primorum Christianorum coetus et conciones a posteriorum temporum vsu quodammodo diuersas fuisse, constat ex 1 Cor. XIV. ad quod praeter interpretes confer *Altingium* loco laudato p. 201, 202. Non minimam partem cultus vt apud Iudaeos ita apud Christianos quoque constituebat lectio sacrarum litterarum, de qua vide laudati Vitringae Synagogam lib. 3. c. 7-11. *Ioan. Bonam* II, 6 seq. rerum liturgicarum, et de diuina psalmodia c. 16. § 14. p. 519 sqq. *Radulphum*, Decanum Tungrensem, de canonum obseruantia T. 26. Bibl. Patrum p. 297 sqq. *Heineccium* parte 3. p. 182 seq. delineationis ecclesiae graecae. *W. E. Tentzelii* diss. de ritu lectionum sacrarum, *Ioan. Andream Schmidium* diss. de lectionariis vtriusque Ecclesiae, et *Thom. Milles* ad Cyrillum Hierosol. pag. 4 et 15. *Allatium* p. 49 et 52. de libris Eccles. Graecorum. Propheticam lectionem interdum Epistolis et Euangeliis praemissam notat *Menardus* p. 368. ad Gregorii Sacramentar. Sacrum Officium lingua vulgo nota celebratum a primis Christianis et per plura deinceps saecula, quemadmodum etiam sacras litteras lectas in vulgaribus linguis, docent *Edmundus Martene* lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 274 sq. *Phil. Mornaeus* lib. 2. de Eucharistia cap. 6 et 7. et *Iacobus Vsserius* in Historia dogmatica de Scripturis et Sacris vernaculis, post auctoris mortem edita Lond. 1689, 4. cum luculentis *Henrici Warthoni* accessionibus. Neque recentis aetatis abusus excusare possunt, quae vt Vsseriano operi detrahat affert Rich. Simon Tom. 1. Bibl. selectae Gallice editae cap. 18. Lectiones ecclesiasticae diligenter notantur in veteri Calendario Romano, quod Ioan. Fronto cum notis edidit Parisiis 1652, 8. et cum eius epistolis et dissertationibus ecclesiasticis recudendum dedi Hamb. 1720, 8. Illud in codice MS. S. Genouefae inscribitur: *Incipit capitulare Euangeliorum de anni circulo.* Lectiones quasdam in illo codice, atque adeo a Frontone omissas Baluzius ad Capitularia, T. 2. p. 1156-1160. edidit ex codice Colbertino Regiisque. Romae et Constantinopoli olim Euangelium Graece et Latine recitatum est propter praesentes, qui vtramque linguam intelligerent. vide Edm. Martene 1. de ritibus ecclesiae p. 277 et 372. et iter litterar. Benedictinor. T. 2.

parte 2.

parte 2. p. 139. Paſſionem Chriſti lectam tantum ſecundum Matthaeum, Reſurrectionem ſecundum Matthaeum primum, deinde etiam ſecundum Marcum, Lucam, Ioannem obſeruat Auguſtinus ſerm. 232. cap. 1. 234. c. 1. 239. c. 1. et 243. c. 1. T. 5. edit. Benedictinorum. De vſu pericoparum Euangelicarum et Epiſtolicarum, quas Eccleſia diebus Dominicis, feſtisque meditandas Chriſtianis proponit, eiusque origine et antiquitate erudite diſputat Rev. D. *Ioan. Diecmannus* praefatione ad B. D. Henrici Mulleri et Ioachimi Lutkemanni Homilias in Euangelia et Epiſtolas iunctim vulgatas Germanice A. 1705. Praefatio illa recuſa eſt in laudati Diecmanni opuſculis Germanice iunctim Stadae, 1709, 4. excuſis, parte 2. p. 128 ſeq. *Iuſtus Weſſelus Rumpaeus* commentatione ad libros N. T. in genere, p. 177 ſqq. coll. p. 141. *Ioan. Georg. Pritius* Introduct. in lectionem N. T. c. 31. pag. 410 ſqq. edit. Hofmannianae. *Caſp. Caluoerius* Ritual. eccleſiaſt. P. 1. pag. 691. *Caſp. Loeſcherus* in diſſertatione de pericopis Euangelicis et Epiſtolicis Sondershuſae edita 1668. et recuſa Witteb. 1725. *Ioan. Henr. Thamerus* in ſchediaſmate de origine et dignitate pericoparum, quae Euangelia et Epiſtolae vulgo vocantur, Ienae 1716, 4. et in Epiſtola ad amicum, Altenb. 1718. euulgata, quae adiuncta deinde eſt Ioan. Martini Schamelii vindiciis euangelicis. Lipſiae 1724, 8. *Ioan. Bened. Carpzov* Nepos in diſſert. de non temere abrogandis pericopis Euangeliorum et Epiſtolarum, Helmſtadii 1755. euulgata, auctiusque recuſa. Lipſ. 1758. *Gottfriedus Büchnerus* in ſchediaſmate Germanico ſermone edito: Ob das immerwährende Predigen über die evangeliſche und epiſtoliſche Texte in der evangeliſch-lutheriſchen Kirche abzuſchaffen, und was dagegen einzuführen ſey? Ienae 1756, 4. Incommode ſaepe diuulſas eſſe lectiones Epiſtolicas, contra ſcopum ſacri ſcriptoris in medio ſermone vel incipientes vel deſinentes probat Caſpar Herm. Sandhagen in praefat. ad Seb. Schmidii breuem interpretationem Eccleſiaſtae Salomonis et Epiſtolarum Apoſtolicarum Germanice editam Luneb. 1688, 12. De homiliario Paulli Diaconi, quod deinde emendauit Alcuinus, vide Mabillonii Analecta p. 18. Ioan. Henr. a Seelen ſelector. litterar. p. 252 ſqq. et Ioan. Dauid Koelerum in diſſertat. de bibliotheca Caroli M. Altorfii 1727. § 6. De alio veterrimo Homiliario idem Mabillonius libro de liturgia Gallicana. Libros Biblicos vniuerſos per anni circulum in Eccleſiaſtico officio ex veteri vſu non perlegi, queritur Claudius Eſpencaeus lib. 1. digreſſionum in epiſt. 1. ad Timotheum c. 11. p. 153 ſq. Operum. Iacobus Dornkrellius ab Eberherz in ſchediaſmate germanice edito: des göttlichen Wortes Kirchenmangel, oder gründlicher Beweis, daß und wie die Formal-Ablesung heiliger Schrift in unſern Kirchen wieder einzuführen ſey. Ploenae 1688, 4. Adamus Borellus in ſcripto, cui titulus *ad legem et teſtimonium*, de quo confer Relationes innoxias

 A. 1701.

A. 1701. pag. 189. et Spenerus in consiliis theologicis Germanicis Parte 3. pag. 746 sqq.

XX. De veterum Christianorum concionibus diligentissime egit *Bernardinus Ferrarius* tribus libris, qui post editionem Mediolanensem A. 1621. et Lugdunensem Anni 1664. Paris. 1664. recusi sunt Vltraiecti 1692, 8. curante Io. Georgio Graeuio, cuius editio recusa est Venetiis 1731, 8. Copiosa ex eodem libro excerpta occurrunt in Zimmermanni Analectis pag. 477 sqq. Egregia itidem *Ioachimi Hildebrandi* exercitatio de veterum Concionibus prodiit Helmst. 1661, 4. De eodem argumento agit etiam *Ioan. Hoornbeckius* libro 1. Miscellaneorum sacrorum cap. 9. *Philippus Natolus* in sacris ritibus a celebrante in sacris functionibus et a concionatoribus in sermocinando peragendis. Panormi 1641, 8. *Frideric. Borromaeus* libr. 3. de concionante Episcopo, Mediolani 1632, fol. et libr. 5. de sacris sui temporis oratoribus. ib. eod. *Petrus Roquius* in pastore euangelico, gallice edito, Basileae 1723, 4. parte prima, vbi historia et censura concionum iudaicarum et christianarum. Binghamus Orig. ecclesiast. lib. 14. c. 4. Mich. Gottl. Hanschius **in der Abbildung der Predigten im ersten Christenthum.** Francof. 1725, 8. Imaginem veteris suggesti siue ambonis exhibet Carolus du Fresne in Constantinopoli Christiana lib. 3. pag. 69. vbi de ambonis gradibus: habet enim nomen a Graeco *ἀναβαίνειν*, non ab ambiendo, vide Valesium ad Sozom. IX, 2. quanquam plerumque pro gradibus altaris (non in ambone) sedentes concionari solitos veteres obseruat idem Valesius ad Socratis VI, 5. et Sirmondus ad Sidonium p. 252. vbi et de eo quod stans plerumque auscultauerit populus, licet in infirmiorum gratiam sedilia etiam subiecta testetur Augustinus cap. 13. de catechiz. rudibus. De cathedris Episcoporum et Presbyterorum consulendus Sam. Basnage ad Baron. T. 1. pag. 535 sq. Menardus pag. 85, 94. ad Sacramentarium Gregorii M. Ioan. Andr. Schmidii disquisitio de cathedris doctorum veterum. Ienae 1687. Christ. Sahmii dissertatio de cathedris Apostolorum, Regiom. 1701. et Chr. Weidlingii disp. de ambonibus vet. Ecclesiae. Lipsiae 1687. Pulpitum lectoris videsis expressum icone in Montfauconi diario Italico p. 134. Huiusmodi pulpitum portatile vocari suspicor *tripodium* in antiquo rituali apud Edmundum Martene lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 372. Tres ambones in vno templo Romano S. Clementis, omnium totius Vrbis antiquissimo, duos in cancellis dextris, vnum scilicet pro Epistola legenda versus altare; alterum pro legendis Prophetis versus populum: tertium in sinistris paullo altiorem et exornatiorem pro Euangelio exstare refert idem pag. 368. Plerarumque homiliarum, quae auctoribus priscis Ecclesiae doctoribus hodie exstant, elenchum dedit Caelestinus a Monte Marsanno in claue Dauidica Lugdun. 1659, fol.

Quam

Quam plurimas itidem iunctim et multas primus edidit Franciscus Combefis [18] in Bibliotheca Homiletica, Parisiis 1662, fol. octo voluminibus vt Laurentii Cumdii et Gerardi Mesani Bibliothecam Homiliarum, et Homilarium Paulli Diaconi siue Alcuini excusum Spirae 1482. Basil 1493. Lugdun. 1520. Paris. 1537. Colon. 1557 fol. Expositiones in Epistolas Dominicales et Festiuales Haymonis, Smaragdi, Radulphi Ardentis, Homiliasque variorum a Laurent. Surio collectas vulgatasque Colon. 1596, fol. omittamus. Concionandi munus Episcopis primum maxime fuit proprium, licet interiecto tempore in Oriente hoc primum, tum etiam in Occidente Presbyteris concederetur. Vide Sirmondi Opera T. I. p. 333. et Frid. Borromei librum supra laudatum de Concionante Episcopo. In concilio Lateranensi, quod sub Benedicto XIII. habitum est Romae A. 1725 et 1726. tit. 1. c. 3. Episcoporum munus praecipuum esse traditur Verbi Dei praedicatio, quod suo praecepto induxit, exemploque firmauit aeternus animarum Pastor. Interdum ante Episcopum etiam verba faciebat Presbyter. (vide Thom. Milles pag. 8. ad Cyrillum Hierosol.) Diaconus quoque, de quo confer sis Sam. Basnagium ad A. C. 35. n. 12. D. Io. Ben. Carpzouii filii diss. p. 901. et Casp. Zieglerum de Diaconis p. 100 sq. Quin imo Laici. Vide Eusebii Hist. Eccles. VI, 19. p. 222. edit. Valesii. Etiam Episcopos ab aliis sibi Conciones componi fecisse notat Sirmondus ad Ennodium pag. 75. Certe concionandi officium neglectum, vehementer eis vitio datum fuisse docet laudatus Ferrarius lib. 2. cap. 1. et seq. Conferatur Cotelerius Tomo 1. ad Patres Apostolicos p. 263. Andreas Saussaeus in panopliae sacerdotalis parte 2. c. 4. Paschasius Quesnellus ad Leonem M. p. 895 et 883. b. Iac. Goettenius libro 1. obseruationum cap. 1. Idem Quesnellus ante Leonem I. etiam Sixtum III. et Liberium Pontificem concionatos ad populum esse (contra Sozomenum [19] libro 7. c. 19.) ostendit dissertatione 2. ad Leonem M. p. 257 sq. Conciones plerasque dictas ex memoria, quasdam etiam de scripto recitatas, obseruatum Ferrario lib. 2. cap. 15. Ex auditoribus quidam per notarios siue ὀξυγράφους, vt Socrates VI, 4. de Chrysostomo agens meminit, conciones excipiebant, qua ratione multae Origenis, Chrysostomi, Augustini et aliorum conciones sunt conseruatae. Vide Hildebrandi exercitationem de concionibus veterum cap. 3. § 8. D. Ioan. Ben. Carpzouium in praefatione ad Concionum Funebrium Tomum 5. Petri Aurelii Opera p. 408. et Georg. Henrici Goetzii eclogam theologicam de concionibus calamo exceptis. Lubecae 1716, 4. Porro autem Socratem VII, 2. οὐ μὴν non videtur negare sed potius affir-

[18] Vide supra pag. 466.

[19] Sozomenus illo loco scribit, Romae nec Episcopum nec alium quenquam in Ecclesia sermonem habuisse ad populum. Valesium Sozomeno suffragantem refellit etiam Ruinartus in Actis selectis Martyrum p. 163. edit. Paris.

affirmare, Attici nempe Episcopi Constantinopolitani sermones licet extemporales tamen fuisse eiusmodi, vt assidue frequentarentur et scripto exciperentur. De auditorum innumerabili copia dicentes quandoque vrgente confer Cotelerium parte 3. monumentorum Ecclesiae Graecae p. 562 sq. Ferrarium lib. 2. c. 19. De more et iure inter concionandum Biblia sacra euoluendi vide *G. G. Zeltneri* dissertationem Altorfii 1728. editam. De more surgendi standique in ecclesia, quum Diuina verba recitantur, differit *Ioan. Sigism. Suschkius* in trifolio Biblico tertio p. 197 sqq. Magd. 1732, 8. Germanice euulgato. De concionibus inauguralibus, quod ex illis de fide, doctrina et moribus cuiusque Episcopi coniectura fieret, vide H. Valesium ad Socratis VII, 29. Ceterum theatrales facetias et histrionicam ac scurrilem dicacitatem exulare omnino a suggestu sacro debere, omnes consentiunt. Conf. Benedictinorum notas ad l. 1. Ambrosii de officiis c. 23. T. 2. p. 28. et Mabillonium ad haec Bernardi lib. 2. de considerat. c. 13. *inter saeculares nugae, nugae sunt; in ore sacerdotis blasphemiae.* Stantes concionari solebant stantibus auditoribus vt docent Ferrarius lib. 2. cap. 17. Hildebr. c. 3. § 13. Cotelerius Tomo 1. ad Patres Apostolicos p. 266 sq. Iacobus Sirmondus ad carmen 16. Sidonii Apolloniaris, et D. Balthasar Bebelius Antiquit. Ecclef. Saec. 4. T. 2. p. 729 sq. Sedentes tamen interdum etiam in ambone verba fecisse certum est, vt de Chrysostomo refert Nicephorus lib. 13. hist. ecclesiast. cap. 4. Graeci recentiores non lingua vulgari sed antiqua Graeca concionantur, teste Martino Crusio in Turco-Graecia p. 205. quem vide sis etiam de Concionibus Turcarum, p. 211. Tournefortius autem in Itinerario suo A. 1717. edito p. 45. edit. Amstelod. scribit, concionum sacrarum vsum in ecclesia Graeca propemodum abolitum, et si qui aliquando, quod raro contingat, verba sacra ad populum faciant, admodum misere illo officio defungi.

XXI. Non praetereundum quod pulchre obseruat illustris Vir *Samuel Puffendorfius* [20] in introductione ad Historiam, libro lectu dignissimo, et quod paucis libris Linguae nostrae accidit, ex Germanico idiomate in Latinum, Belgicum, Gallicum, Anglicum, Suecicum et Russicum translato, parte 1. cap. 12. § 2. apud Ethnicos veteres Graecos et Romanos aliosque nullas fuisse [21] eiusmodi Sacras conciones siue publicos coetus, in quibus populus de religione sua insti-

[20] Pridem hoc Ethnicis exprobrauit S. Augustinus lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 6. Quae contra disputata video a Petro Zornio T. 2. Opuscul. Sacr. p. 227 sqq. ita comparata sunt, vt, nescio an aliis, mihi certe non satisfaciant. Confer delectum argumentor. pro veritate R. C. p. 468.

[21] Tenuia illarum vestigia colligere sibi visus est Ioan. Fronto in differt. de cultu sanctorum, p. 357 sq. (inter differtat. et epistolas eius ecclesiasticas p. 371 sqq.)

inſtitueretur, et de virtute ac pietate colenda admoneretur: ſed maximam partem cultus Deorum conſtitiſſe ſacrificiis, caerimoniisque et dierum feſtorum ſollemnitate, quae tamen ludis potius et luxu quam diuinarum rerum contemplatione et pietatis exercitatione, obibatur. Ita vt ex eiusmodi religione Ethnica neque per vitam erudiri homo in cognitione Numinis, neque inflammari ad pietatem: neque in morte ſolatium ac ſpem de meliore vita concipere poſſet. Quo magis agnoſcenda eſt noſtra Chriſtianorum felicitas, qui loco cultus eiusmodi indigni, ſuperſtitioſi et ἀλόγου non modo ſanam et rectam rationem Dei colendi ac celebrandi, Numine ipſo monſtrante habemus, ſed etiam ex ore Miniſtrorum Verbi quotidie haurimus ſaluberrimas doctrinas, e quibus fides in Deum accenditur aliturque, ſpes et fiducia corroboratur, et charitas in Deum hominesque commendatur et inculcatur. Quod ſi rationem etiam veterum coetuum Chriſtianorum ex teſte aliquo fide digno cognoſcere cupimus, *Iuſtinum Martyrem* adibimus, qui in Apologia prima pag. 98. perſpicue eos deſcribit, atque inter alia refert poſt lectionem ſcriptorum Propheticorum Apoſtolicorumque, lectore quieſcente *τὸν προεςῶτα* ſiue *Antiſtitem διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν. καὶ πρόκλησιν τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖσθαι ſermone populum ſolitum inſtruere, et ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortari.* Hinc conſurrexiſſe omnes ad preces et hymnos, ac ſacram Euchariſtiam celebratam a praeſentibus quibusque. Confer ſi placet quae ad illum locum a B. *Kortholto* aliisque viris doctis annotata ſunt, tum S. Nazianzenum inuectiua I. in Iulianum p. 103. vbi ridet Apoſtatam Conciones eiusmodi inſtituere apud ſuos cupientem, rogatque numquid auditoribus ſuis duxerit explicandam Heſiodi Theogoniam, an Orphei, an Homeri fabulas de Diis.

XXII. Verba pro Concione facientibus applaudebat ſubinde populus et acclamabat, ſi quid elegantius vel grauius dictum fuiſſet: de quo populi applauſu agunt *Iſiodorus Peluſiota* IV. Epiſtola 130. et *Franciſcus Bernardinus Ferrarius*[22] lib. 2. de concionibus cap. 23 ſq. et in ſingulari opere de veterum acclamationibus et plauſu libro 5. cap. 1–12. Quod opus in libros 7. diſtinctum Mediolani 1627, 4. primum prodiit, et in Tomo 6. theſauri Antiquitatt. Roman. Graeuiani recuſum eſt. De iisdem acclamationibus Eccleſiaſticis conſules

[22] De hoc Ferrario, qui bibliothecae praefectus, obiit Mediol. A. 1669. 30 Ian. aet. 92. adeundus Philippus Picinellus in Athenaeo eruditorum Mediolanenſium Italice edito p. 200 ſeq. vbi inedita eius memorantur, *de annulis, de artificioſa manuum loquela, Gymnaſtica ſacra, de funere ſacro, obſcuriorum in antiquitate Eccleſiaſtica vocum illuſtratio, ſyntagmata Eccleſiaſtica, de multiplicis luminis inſtrumento et vſu apud Veteres, de pedum tegumento et ornamento.* Icon eius et encomium obuium eſt in elogiis Academiae incognitorum pag. 161.

ſules *Iacobum Goettenium* lib. I. obſeruat. cap. 10. *Lud. Creſollium* in theatro rhetorum, Tomo 10. antiquitatt. Graecarum Gronouii pag. 145 ſq. *Conradum Rittershuſium* lib. 3. ſacrarum Lectionum cap. 22. *Suicerum* in theſauro, voce *κρότος*. *Fronton. Ducaeum* in notis ad Chryſoſtomum Tom. I. pag. 7 ſeq. *Hildebrandum* de Concionibus Vett. cap. 3. et *Henr. Gottl. Richterum* de veteri orationibus ſacris applaudendi more. Lipſiae 1744. Ad hunc morem ſpectat etiam ritus oraria concutiendi, de quo *Iſ. Caſaubonus* ad Vopiſcum in Aureliano, cap. 48. *Henricus Valeſius* ad Euſebium p. 281. *Ioan. Harduinus* ad Themiſtium pag. 500. tum mos contundendi pectus, de quo *Sirmondus* Tom. I. Opp. fol. 339. E. ſq. Hi applauſus et acclamationes quum ſaepe modum excederent, ſaepe loco importuno et minime conueniente excitarentur, ab antiquis Eccleſiae Doctoribus primum vehementer reprehenſi, deinde paullatim abrogati ſunt, licet ad S. Bernhardi vsque tempora perduraſſe eidem Ferrario obſeruatum. Vide Gerh. Ioan. Voſſium libro de imitatione p. 807 ſq. editionis Crenianae Tom. I. methodorum quas de ſtudiis inſtituendis edidit. Veriſſimum etiam eſt auditores ſi probe moueantur et cor eorum compungatur a dicente, ipſos tacituros potius et de emendatione ſui ſerio cogitaturos, quam plauſu et acclamatione, obſtrepere dicenti auſuros; quemadmodum *Renatus Rapinus* in diſſ. Gallica de eloquentia eccleſiaſtica recte obſeruat eos qui in concione vehementiſſime et potentiſſime commoti ſunt, non multa verba de dicente facere, neque illum ambitioſe vicino ſuo laudare, ſed tacitos egredi. Quo ſpectat *Muſonii* Philoſophi dictum apud Gellium lib. 5. cap. I. *Quisquis ille eſt qui audit, niſi ille eſt plane deperditus, inter ipſam Philoſophi orationem et perhorreſcat neceſſe eſt, et prodeat tacitus, poeniteat et gaudeat et admiretur.* Admiratio autem quae maxima eſt, *non parit verba ſed ſilentium.* Vnde et Cicero in oratione pro Deiotaro animaduertit *plauſum obſtupeſcentibus auditoribus ipſa admiratione compreſſum.* Auctor vero ingenioſus qui Dialogos mortuorum A. 1712. Gallice edidit, Demoſthenem inducit Ciceroni dicentem: *vous faiſiez dire*, qu'il parle bien! *et moi, je faiſois dire*, allons, marchons contre Philippe. *On vous louoit: on étoit trop hors de ſoi pour me louer.*

XXIII. Occaſione harum acclamationum Eccleſiaſticarum lubet etiam paucis alia plauſuum et acclamationum genera perſtringere, de quibus praeter *Ferrarium* agit *Ioannes Chokierius* lib. 2. Facis hiſtoricae cap. 11. *Ioſeph. Laurentius* lib. 2. Polymathiae cap. 12. *Ioan. Schlemmius* in diſſertatione de acclamationibus veterum, Ienae 1665. quibus addenda Abbatis *Simonii* diſſertatio inſerta memoriis litterariis Treuultinis A. 1705. p. 1227 ſq. De acclamationibus et plauſibus theatralibus agit *Iuſtus Lipſius* lib. 2. electorum cap. 10. et *Ferrarius* lib. 7. cap. 20. atque libro 2. integro, in cuius capite 5. preſſionem

et conuerſionem pollicis perperam refert ad plauſus theatrales, quum ad amphitheatrales potius pertineat, notante *Graeuio* in praefatione ad Tomum 6. theſauri antiquitatum, vbi docet *ad digitum pugnare* apud Martialem in ſpectaculis, epigrammate 29. exponendum ea lege pugnare, vt qui ſuccumbit digito ſublato victum ſe eſſe fateatur. De acclamatione in ludis equeſtribus *Iulius Caeſar Bulengerus* de circo cap. 47. Tom. 9. theſauri Graeuiani pag. 691 ſqq. De iisdem locum inſignem habes apud *S. Caeſarium* quaeſt. 1. pag. 6 ſq. edit. Ehingeri. De acclamationibus plebis, principi applaudentis, Felix Oſius pag. 569 ſqq. ad Albertinum Muſſatum Tom. 6. theſauri Italiae parte ſecunda. De Scholaſticis acclamationibus et plauſibus, quae in ſcholis, in auditoriis, in foro datae ſunt vel cauſſarum Patronis dicentibus coram iudice, vel declamantibus ad auditores Sophiſtis, aut eruditis ſcripta ſua recitantibus agit *Ferrarius* lib. 3. *Voſſius* in libro de imitatione, *Lipſius* lib. 2. ad Belgas epiſt. 48. *Ioannes Schefferus* in lib. de ſtilo pag. 115. et pag. 98 ſq. vbi de recitationibus: *Lud. Creſollius* in theatro Rhetorum lib. 3. c. 20. *Laelius Biſciola* Mutinenſis Tomo 2. Lectionum ſubceſiuarum lib. 15. cap. 20. *Iac. du Portus* ad Theophraſti characteres p. 215 ſq. *Bernardus Petrus Carl* in diſſ. edita Roſtoch. 1696.

De acclamationibus et applauſu in electionibus inaugurationibusque Imperatorum et Regum videndi *Io. Chriſtoph. Becmannus* de laudibus regalib. c. 3. *Fortunatus Scacchus* III. eleochryſm. c. 52 ſq. p. 1078 ſq. et c. 36. pag. 972 ſq. et *Io. Franc. Buddeus* de eo quod decet circa ſollemnia principum § 28. Formulas acclamationum collegit *Barnabas Briſſonius* l. 2. de formulis, vbi etiam de acclamationibus ſenatoriis p. 173 ſqq. de quibus *Ferrarius* diſputat per totum libr. 4. De militaribus acclamationibus agit idem Ferrarius lib. 6. c. 3. vsque ad 11. Briſſonius lib. 4. p. 328. Ceterum militum plauſus, ſcuta genibus illidentium, proſperitatis indicium plenum: contra quum haſtis clypei feriebantur, irae documentum fuit et doloris, vt notat Ammianus XV, 8. pag. 94. haſtis vibrantes irati XXI, 13. pag. 286. ſublatis altius ſcutis nihil periculoſum fore clamitabant. XXIII, 5. pag. 365. Plauſus et acclamationes Imperatoribus factas a Traiano vsque in acta publica relatas obſeruat *Iſaacus Caſaubonus* in notis ad Vulcatium Gallicanum: quemadmodum acclamationes factae Epiſcopis relatae ſunt in acta Synodica. Confer *Suiceri* theſaurum in voce Κρότος. De acclamationibus in electione aut ordinatione Epiſcopi cui a populo acclamatum ἄξιος, vt colligitur e *Philoſtorgii* IX, 10. agit *Ferrarius* lib. 7. cap. 3. et *Iacobus Goetten* lib. 1. obſeruationum cap. 10. vbi ſingillatim de acclamationibus in electione Pontificis. De acclamationibus in electione Imperatoris *Ferrarius* lib. 7. c. 4. et 6. tum 5. quoque, vbi de formula ſacris litteris celebrata, *viuat Rex:* et

cap. 9 sq. vbi de votis pro longiore vita et annis felicibus. De ecclesiasticis acclamationibus totus liber 5. Ferrarii est, et speciatim de acclamationibus in Conciliis cap. 13 sq. Senatui quoque in Synodis feliciter acclamatum obseruat c. 16. Confer et *Philippum Bertherium* lib. 1. πιθανῶν cap. 6. *Allatium* aduersus Creyghtonum pag. 727. *Cangii* Glossar. in πολυχρόνιον et πολυχρονίζειν. *Suiceri* thesaurum in ἄξιος, in κρότος, et σάβος. De acclamationibus in ludis saecularibus adeundus *Petrus Taffinus*, Tom. 8. Antiquitatt. Roman. p. 517. in ludis Apollinaribus; *Cicero* Philippica I. cap. 15. De acclamationibus in triumphis vide sis *Onuphrium*, *Ioannem Nicolai* aliosque qui de triumpho scripserunt, et quae notant viri docti ad Suetonium et Hist. Augustae scriptores. De acclamationibus nuptialibus Ferrarium lib. 6. cap. 12 sq. et *Vossii* Etymologicon voce *Hymen*. Sternutantibus acclamatum ζεῦ σῶσον, vel *salue, Deus te adiuuet.* Confer Harduinum ad Plinii XXVIII, 2. p. 563. Petronium Burmanni p. 465. Niedeckium de adorationibus pag. 26. qui tamen praeter rem tradit, Tiberium primum Romanis auctorem fuisse ut sternutantes salutarentur. Martinum Schoockium libro de sternutatione. Amstelod. 1664, 12. Famianum Stradam lib. 3. prolus. 4. p. 315 sqq. Io. Georg. Meuschenii disquisition. de ritu salutandi sternutantes. Kilon. 1704. Ern. Frid. Wernsdorfii epistolam de ritu sternutantibus bene precandi. Lipsiae 1741. Ioan. Rud. Rhanii dissertat. de more sternutantibus salutem apprecandi eiusque origine, Tiguri 1742. et in Satura dissertat. theologicohistoricophilolog. P. 2. pag. 312 sqq. Liber Sad-der Porta VII. haec de more sternutantibus bene precandi praecipit: *Oportet pro quouis sternutante recitare semel vnum Abúnavar et vnum Áskûn vúhû* — — *vt per haec duo verba expellas morbos, quos diabolus in corpore humano locum habens affert. Scito enim, quod sit in corpore ignis quidam — — (i. e. natura) Quando iste ignis ex mandato Domini-Altoris bellum gerit cum diabolo, eum bellando ex corpore expellit, et hac ratione fugato diabolo, ex sternutatione corpus sanum euadit.*

XXIV. Ex Sacramentis Veteris Test. prima memoranda *Circumcisio*, praecepta a Deo [23] Genes. XVII, 10 sq. Leuit. XII, 3. de cuius ritibus videndi Talmudici in tractatu de Sabbato cap. 19. Tom. 2. edit. Surenhus. p. 62 seq. Maimonides in Iad chasaka P. 1. lib. 2. tr. 6. qui liber cum latina versione Seb. Schmidii Argentor. 1661, 4. et cum versione ac notis Christiani Waltheri disputantium ritu prodiit Regiom. 1705. et auctor libri de quo Catalogus MSS. Vffenbachianorum pag. 333 seq. e Christianis V. C. Hermannus ab Hardt in prodromo iuris Iudaeorum Canonici de Circumcisione Helmst. 1700, 8. ne Bux-

[23] Theodotus apud Eusebium IX, 22. praeparat. euangel. de Abrahamo: αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κέλετ' ἄνερα παντὶ σὺν οἴκῳ σάρχ' ἀποσυλῆσαι πόσθης ἄπο etc.

Buxtorfium Synagogae Iudaicae c. 4. Io. Lundium, similesque veluti notiores memoremus. Caussas institutae a Deo circumcisionis siue sollemnium secandae carnis (vt loquamur cum S. Hilario 1. de Trinit.) reddere conatur Philo libello de circumcisione, cui adde Iustinum quaest. 102. ad Orthodoxos, Photium Epist. 248. D. Sebastian. Schmidii fasciculum diss. pag. 213 sq. Suiceri obseruationes sacras pag. 57 sq. Petrum Redanum ad lib. 1. Maccabaeorum p. 207 seq. et Simonis Episcopii institutiones Theologicas Tomo 1. Opp. p 45. Certe, vt ait Zachaeus Christianus in collatione cum Apollonio Philosopho lib. 1. c. 18. *non quod praeputium iustitiae praeiudicaret aut fidei, vel aliquid superfluum in homine Deus creasset, quod postea iuberet abscindi: sed vt inter alias gentes signaculo corporis electi viui* (Abrahami) *soboles nasceretur.* T. 1. Spicileg. Dacherii p. 7. adde Pelagium in Epistol. ad Romanos II, 26. Ab Ismaelitis circumcisionem didicisse Aegyptios notat Anastasius Sinaita quaest. 28. ab Iosepho, Iacobi filio, Hieronymus ad Ierem. IX, 25. ex traditione Hebraeorum: quod vero propius est quam quod Aegyptiorum imitatione circumcisos Hebraeos fuisse, Herodoto II, 104 et 36. Celso, Iuliano testibus laudatis disputant Marshamus, Spencerus et qui horum insistunt sententiae, cui vide quae opponuntur a Ramiresio c. 4. Pentecontarchi, Natali Alexandro aetate 3. Vet. Test. diss. 6. Leydeckero de Rep. Hebraeorum II, 4. Antonio Bynaeo, et D. Sebast. Schmidio in diss. et tractatu de Circumcisione, Salom. Deylingio II, 6. Obseruat. sacrarum, Rich. Montacutio parte 1. Originum Eccles. Witsio in Aegyptiacis, Ioan. Baptista Sollerio, S. I. de institutis Coptorum, sub extrem. (ante Tomum 5. Act. Sanctor. Iunii.) B. Zacharia Grapio in diss. edita Rostochii A. 1697. an Circumcisio ab Aegyptiis ad Abrahamum fuerit deriuata, D. Paullo Antonio in differt. de circumcisione Gentilium. Lipsiae 1682. Augustino Calmeto in dissertatione tertia earum, quas commentario in Genesin adiunxit, et T. 1. dissertation. Biblicar. p. 17. interpretat. latinae. Mich. Ghislerio ad Ier. IX, 25 sq. Christfriedo Waechtero in Epistola inserta A. E. 1692. p. 124. Beniam. Andr. Atkisono p. 60 sq. libri anglice editi: *Christianity not older than the first Gospelpromise*; Auctore libri itidem Anglico sermone compositi: *Reuelation examined with Candour* Tom. 2. diss. 5. pag. 152 sqq. Wilh. Goereo in historia Mosaica belgice euulgata, P. 1. c. 7. p. 240. Patrik Delany in examine reuelationis P. 2. pag. 195 sqq. interpretationis germanicae ab H. C. Lemkero compositae. Io. Reinh. Rusio in Progr. de circumcisione a gentibus ad Iudaeos non deriuata; et Sigism. Iac. Baumgartenio in dissertat. de regno posterorum Abrahami in Aegypto, Halae 1744. § 23. vt reliquos omittamus, quos larga manu exhibet C. M. Pfaffius dissertat praelimar. Spencero praefixae p. 4. Ac Salomonis demum temporibus circumcisionem apud Aegyptios vsu

venire coepisse suspicatur Steph. Morinus, quem vide pag. 79. diss. de cognatione Lacedaemoniorum et Hebraeorum. Vide et Clementis recognitiones lib. 1. c. 33. et de Ismaelitarum circumcisione Philocaliam Origenis c. 23. p. 77. Apud Aegyptios seriorem circumcisionis vsum ex Ios. V, 9. et Ier. IX, 25. colligunt viri docti. Philo de circumcisione, Vol. 2. p. 210. edit. Mangeianae: *γελᾶται ἡ τῶν γεννητικῶν*, (ita recte Benzelius, pro *γεννητῶν*) *περιτομὴ πρᾶγμα σπουδαζόμενον οὐ μετρίως καὶ παρ' ἑτέροις ἔθνεσι, καὶ μάλιστα τῷ Αἰγυπτιακῷ ὃ καὶ πολυανθρωπότατον καὶ πολυσοφώτατον εἶναι δοκεῖ.* Certe signum ac sigillum foederis cum Deo circumcisio apud solos fuit Hebraeos. De circumcisione siue incisione potius praeputii apud Indos vsitata in duodecennibus fieri solita pueris vide Franciscum Valentinum in descriptione Indiae veteris et recentis T. 3. p. 13. quod splendidum opus prodiit Belgice octo voluminibus in folio Dordraci et Amstelod. 1726. De circumcisione Nigritarum confer Labatum Tom. 2. p. 272 sqq. 280 sqq. de circumcisione etiam femellarum eund. ibid. p. 287 et T. 4. p. 355.

De cultris saxeis ad circumcisionem adhiberi solitis consules interpretes ad Exod. IV, 25. Ios. V, 2. *Ramiresium* loco laudato, *Matthiae Zimmermanni* Analecta p. 412 sq. Noua litteraria maris Balthici A. 1698. p. 29. *Christianum Wasewitzium* in turture Ioanneo p. 136 sq. *Nicol. Serrarium* ad Iosuam Tom. 1. p. 429 sq. *Herm. Bernh. Gedaei* Dissert. de instrumento circumcisionis a Zippora et Iosua adhibito. Lips. 1698. rec. in Hasaei et Ikenii thesauro nouo theologico-philolog. T. 1. p. 263. *Ioan. Georg. Abichtii* dissert. de cultris saxeis in circumcisione adhibitis. Lips. 1712. rec. ibid. p. 497. *Ioan. Iac. Quandtii* dissertat. de cultris circumcisoriis et secespitis Hebraeorum, Regiom. 1713. et Acta Sanctorum Ianuarii Tom. 1. p. 1083. vbi culter quo Christus circumcisus est adhuc superesse traditur. Ibidem agitur etiam de eiusdem praeputio adhuc vt aiunt Romae asseruato in aede S. Ioannis Lateranensis, licet a resurgente resumtum scribat Anastasius Sinaita quaest. 145. De eodem confer Tomum primum Act. Sanctorum Ianuarii p. 3 sq. *Salianum* ad A. 4053 n. 5 sq. *Toletum* in cap. 2. Lucae, et B. *Ittigii* selecta capita Historiae Eccles. Saeculi I. pag. 343.

De iis qui recutiti quum essent, cutem praeputii (quod semel resciſſum, crescere iterum negat Hippocrates VI, 10. Aphorism.) ex odio Iudaismi, deinde cutem illam spastere iterum adducebant; modo, quem excogitauit Paullus Aegineta lib. VI. c. 53. et Celsus VII, 25. et a Symmacho factum testatur Epiphanius Tom. 2. pag. 172. vide interpretes ad 1 Maccab. I, 17. et 1 Cor. VII, 18. *Io. Rhodium* lib. de acia p. 97 sq. *Thom. Bartholinum* de morbis Biblicis c. 26. *Rich. Montacutium* Tom. 1. Orig. Eccles. p. 79 sq. *Andream Masium* ad Ios. V, 2.

p. 82

p. 82 sq. *Stephanum le Moyne* notis ad Varia sacra p. 761 sq. *Tanaquillum Fabrum* lib. 2. Epistola 26. *Buxtorfium* Lexico Talmudico in משך, *Sixtinum Amamam* prolegomenis ad Drusii fragmenta Veterum Interpretum. *G. W. Wedelium* Exercitat. medicophilologic. Centur. I. Dec. V. N. 1. *Nic. Serarium* ad Iosuam Tom. 1. p. 429 seq. *Iobum Ludolfum* in commentar. ad historiam aethiopicam pag. 270 seq. *Salmasium* ad Solinum p. 1050. b. edit. Parisiensis. *Ierem. Lossii* disputat. de Epispasmo iudaico. Witteb. 1665. recusam in I. C. Schlaegeri dissertationum rariorum fasciculo nouo. Helmstad. 1743. 4. p. 89 sqq. *Gabrielis Groddeckii* disputat. de Iudaeis praeputium attrahentibus, Lipsiae 1699. quam Christi. Schoettgenius T. 1. Horar. hebraic. et talmudic. p. 1159 sqq. et Hasaeus atque Ikenius T. 2. thesauri noui theologicophilologic. p. 793 sqq. recudendam curarunt, et, quos excitauit auctores Petrus Zornius in historia fisci iudaici p. 280 sqq.

Ab Imperatoribus Romanis prohibiti Iudaei, alienae nationis homines circumcidere ac proselytos facere. Vide Guil. Spencerum ad Origenem contra Celsum p. 35. et legem Constantini in appendice Codicis Theodosiani Sirmondiana p. 11. Nihilominus apud plurimas gentes mos circumcidendorum genitalium receptus, licet ob diuersas et physicas potius quam religiosas vel foederales rationes, de qua re conferendi Menardus et Cotelerius ad Epistolam S. Barnabae p. 27. Tob. Pfannerus in Theologia Gentilium cap. 14. p. 345 sq. D. Paulli Antonii diss. de Circumcisione Gentilium, Lips. 1682. et Iac. Geusius in victimis humanis Tom. 1. c. 22. pag. 376 seq. Etiam in insula Madagascar, atque apud gentes quasdam Americanas circumcidendi ritum obtinere constat ex recentiorum relationibus et Theoph. Spizelii τοῦ μακαρίτου eleuatione relationis Montezinianae p. 82 sq.

Apud Iudaeos *etsi mulieres non circumcidebantur, tamen certum est aliis eas caerimoniis Deo veluti dicari solitas, quum nomina eis imponerentur*, inquit Andreas Masius ad Iosuam p. 116. Atque de initiatione puellarum apud Iudaeos vide si placet quae notauit Wagenseilius in telis igneis Satanae p. 200 sq. Apud alias gentes vero, (vti apud Muhamedanos quoque, de quibus Hadr. Relandus p. 58 sq. Albertus Bobouius ad calcem itinerarii Abrahami Peritzol pag. 22 sq. qui negat Circumcisionem ab illis ita necessariam haberi, vt ob caussas quasdam omitti non possit, praecipue si quis aetate prouectior ad eos accesserit. Gabriel Sionita lib. de nonnullis orientalium vrbibus c. 15. et Geruasius in descriptione Historica regni Macassarensis, edita Gallice A. 1688. p. 179.) mulieres etiam circumcidi mos, de quo testes Strabo XVI. p. 554. XVII. p. 642. S. Ambrosius lib. 2. de Abrahamo cap. 11. n. 78. Confer Thomae Bartholini anatomen p. 293. qui in *antiquitatibus puerperii* fusius ea de re dixisse se testatur. De

Aegyptiis Christianis idem notat Wanslebius in Historia Ecclesiae Alexandrinae, de Habessinis Ludolfus III, 1. Hist. Aethiop. testatus Africae tantum et partim Asiae femellas tali procidentia laborare in qua circumcisioni locus sit. Confer Petrum Kolbium in descriptione capitis bonae spei p. 425. vbi de more Hottentottorum non praeputium quidem, sed alterum sibi testiculum exscindi patientium. Idem de conuenientia rituum et morum, quibus Iudaei et quibus Hottentotti vtuntur, videndus p. 352, 413, 415, 416, 425, 429, 431, 433, 449, 457 sq. 554.

Legem de circumcisione reprehenderunt Marcion et Manichaeus, sed Circumcisionem cum baptismo coniunxerunt olim ex Christianis Iudaizantes et haeretici quidam de quibus Rittershusius ad Isidori Pelus. 1 Epist. 125. et Cotelerius notis ad Patres Apostolicos T. 1. pag. 603. Habessini vero et Copti, quos etiam ἀπὸ τοῦ κόπτεσθαι nomen accepisse non dubitant viri doctissimi, circumcisionem non probant ideo vt legi Mosaicae satisfaciant, sed ex more ciuili illius gentis, (vti aures Indi perforant,) atque vt Christi exemplum imitentur, qui circumcidi se passus est. Confer Io. Bapt. Sollerium appendice ad historiam Patriarcharum Alexandrinor. ante T. 5. Actor. Sanctor. Iunii p. 153 sq. atque antiquissimum hunc Aethiopibus morem fuisse testatur Herodotus II, 104. Praeputium a Christo in resurrectione resumtum statuit Anastasius Sinaita, quaest. 145. et Dionysius Barsalibus Syrus apud Assemannum Tom. 2. Bibl. orientalis pag. 167 sq. Circumcisionis nulla in Alcorano mentio, et tamen illa vtuntur Muhamedani quoque, licet non octaua die vt praeter Iudaeos Sabaei, notante Bocharto in Phaleg. pag. 150. sed septimo demum, octauo vel etiam tertiodecimo anno a natiuitate ad exemplum Ismaelis Abrahami filii. Confer Lud. Maraccium in prodromo confutationis Alcorani parte 4. fol. 39. Hadr. Relandum de religione Muhamedica p. 59. Thom. Smithum Epist. 1. de moribus Turcarum p. 24. Copti filias baptizant die post natiuitatem octogesimo, filios quadragesimo, deinde aliquo tempore intericcto vtrosque circumcidunt, vide Voyage de Gemelli Carreri T. 1. p. 56 sq.

Circumcisionem apud Iudaeos semper fere peractam fuisse per Laicos, disputat Rich. Montacutius Tom. 1. Originum Eccles. p. 81. et a quouis eius rei perito administrari potuisse consentiunt Hebraei, notante Grotio de iure potestatum sacrarum circa sacra pag. 18. quem vide etiam ad Luc. I, 59. et interpretes ad Exod. IV, 24. 25. et 1 Maccab. I, 63. et 2. VI. 10. Ioan. Frischmuthi diss. de circumcisione Ziporae, Ien. 1668, 4. et Clariss. Georgii Elieseris Edzardi notas ad Auoda Sara c. 2. p. 299 - 305. licet Ziporam non per se sed per alios circumcidisse filium suum argutetur Riuetus ad Genesin p. 443. et ad Exodum pag. 131. Sacerdotes certe nusquam, nisi Hierosolymis, erant; potuit

potuit tamen aliis oppidis vicisque id fieri a Leuitis per omnes tribus Iſraeliticas diſpoſitis eo conſilio, vt populum vsquequaque legem Dei et iudicia edocerent. Nam et *Paſcha* quoque mactabant non Sacerdotes modo ſed et Leuitae, 2 Chron. XXX, 3. qui ſi non ſufficerent, etiam a quolibet patrefamilias potuiſſe id fieri obſeruat B. D. Seb. Schmidius libro de Paſchate p. 187. licet vt idem p. 191. monet in aliis ſacrificiis mactatio alicui e populo haud permiſſa fuiſſe videatur. Confer p. 201, 305 ſq. vbi mulieris in agni paſchalis mactatione partes fuiſſe, nullo exemplo probari poſſe affirmat. Alios ſcriptores de ritibus agni coenaeque paſchalis laudauimus capite ſuperiore p. 430 ſqq. vbi de feſto Paſchatos: quibus addendi etiam qui ſacram coenam Chriſti Euchariſticam ex ritibus Iudaicis illuſtrant, atque mox infra a nobis referentur.

XXV. Inter Sacramenta Noui Teſtamenti primum eſt *Baptiſmus*, de cuius ritibus in veteri Eccleſia vſitatis praeter veteres, Cyrillum Hieroſol. in Catecheſibus vtrisque, Seuerum Alex. de ritibus Baptiſmi, Nicolaum Cabaſilam libro 2. de vita in Chriſto conſulendi libri 5. *Ioſephi Vicecomitis*, Ambroſiani [24] Collegii Doctoris Mediol. 1615, 4. et Pariſ. 1618, 8. ex quo pleraque deſumſit Caſalius quae in libro de ritibus Chriſtianorum habet de hoc argumento. Doctiſſimum et multiiugae lectionis Scriptorem hunc Vicecomitem vocat *Gerh. Ioan. Voſſius*, [25] cuius praeclarae itidem de baptiſmo diſſertationes exſtant, ſeorſim plus ſimplici vice editae, et denique operibus Voſſii iunctim vulgatis Tomo 6. inſertae. Videndus etiam *Io. Dallaeus* libro primo de cultibus religioſis Latinorum. *Iacobus Billius* in obſeruationibus ſacris, *Edmundus Martene* libro de ritibus eccleſiaſticis primo. *William Wall* in erudita Hiſtoria paedobaptiſmi Anglice edita libro 2. c. 9. D. *Balthaſar Bebelius* Saec. 6. T. 2. p. 763-791. D. *Io. Muſaei* diſſ. de ritibus primitiuae Eccleſiae baptiſmalibus, Ienae 1674. *Ioan. Hoornbeckius* in Miſcellaneis ſacris pag. 462 ſq. *Frid. Vlr. Calixtus* in diſput. de baptiſmo et antiquis circa eum ritibus 1650. habita, cuius § 25. profitetur ſe ex annotationibus et aduerſariis Parentis ſui *Georgii Calixti* profeciſſe. *Gebhardus Theod. Meierus* de tribus nouorum Eccleſiae naſcentis Chriſtianorum initiamentis. Helmſtadii 1690. *Ioſeph. Binghamus* Origin. Eccleſiaſtic. lib. 11. et in hiſtoria ſcholaſtica baptiſmi laicorum, quam latine redditam cum tribus aliis eiusdem auctoris edidit Ioan. Henr. Griſchouius. Halae 1738,

[24] Hinc perperam Ambroſius dicitur Voetio Tom. 3. diſſ. ſelect. p. 935.

[25] Voſſius in Epiſtola ad Guilelmum Laudum, Epiſcopum tunc Londinenſem, data A. C. 1628. prid. Nat. Dom *Plane confido, me neutiquam poſt Ioſephum Vicecomitem operam luſurum, ita multa bona obſeruaui, ei indicta. Et vbi concurrimus, breui rem complectar, quia eius operam excutere de manibus non eſt animus. Pleraque etiam digeram melius et auctoribus aliis firmabo.*

1738, 4. *Franciscus Ridderus* in libro belgice edito: *Historische Doop, Avendmael en Discipline*, Amstelod. 1672, 8. et in apologia contra Hadriani de Herder historiam apologeticam. Roterod. 1673. itidem Belgice. *Iosephus de Sancta Maria* in libro hispanice Seuiliae 1673, 4. euulgato: *Sacros ritos y cerimonias baptismales.* *Iodocus Cocius* T. 2. lib. 5. thesauri catholici. *Ioan. Montanus* in historia baptismi. Tremoniae 1646, 4. germanice. *Ioach. Hildebrandi* rituale baptismi, recusum Helmst. 1736, 4. *Ioan. Andr. Quenstedius* de baptismalibus ritibus antiquis, in eiusdem Antiquitatib. biblicoecclesiasticis P. 1. p. 313. *Gustaui Christo. Hosemanni* dissertatio de baptismo, Apostolorum hoc de mysterio sententiam euoluens, eiusdemque ad ipsorum vsque excessum historiam perstringens. Kiliae 1732. *Casparis* quoque *Barthii* liber 150. aduersariorum, totus est de veteribus ritibus et dignitate baptismi, sed hactenus ineditus. Tractatum de baptismo promisit *Antonius van Dale* lib. de origine idololatriae pag. 554. isque ipse est qui libro aduersus Aristeam de LXX. Interpretibus Amstelod. 1705, 4. edito subiicitur, *de Historia baptismorum Hebraicorum et Christianorum.*

De Iudaeorum baptismis et lotionibus variis immunditiei illegalis caussa frequentatis adiri praeterea possunt interpretes Leuitici et *Leydeckerus* XII, 9. de Rep. Hebr. De lotione manuum *Pocockius* c. 9. Miscell. *Buxtorfius* diss. 7. Philologico-Theol. D. *Theod. Dassouii* differt. de lustrationibus Iudaeorum Witteb. 1692. *Iac. Ounamus* de lotione manuum Iudaeis vsitata, Hamb. 1706, 8. *Ioan. Behmii* dissertatio de lotione in obeundis sacris. Regiom. 1715. *Conrad. Ikenii* dissertatio de aspersionibus Hebraeorum. Bremae 1725. *Andreae Froelundii* Exercitationes V. de χειρονιποδονιψία sacerdotum Hebraeorum. Hafniae 1695. *Henr. Iac. van Bashuysen* de omnibus lauacris et lotionibus Hebraeorum eorumque mysterio. De lustrationibus et purificationibus Iudaeorum *Ioan. Henr. Maius* T. 1. selectar. Exercitat. pag. 479 sqq. et de purificatione a peccatis ad Ies. I, 16 sqq. et Ps. LI, 9. ibid. p. 510 sqq. De aqua lustrali Mosaica, typo Christi, vide Interpretes ad Num. XIX. et *Ioan. Marckii* Exercit. 3. differt. philologicoexegetic. ad loca V. T. De balneis domesticis ad lotionem ritualem recte instituendam responsa Rabbinorum collecta sunt a R. *Mose Cohen Porto.* Venetiis 1608, 4. De baptismo initiationis s. Proselytorum quem nullo idoneo testimonio probari posse vsitatum fuisse ante tempora Ioannis Baptistae, persuasum D. *Salomoni Deylingio* parte 3. Obseruationum sacrarum p. 197 sq. *Ioan. Cypriano* in dissertatione de baptismo proselytorum Iudaico Sacramento V. T. Lipsiae 1703. *Gottl. Wernsdorfio* in diss. de baptismi Christianorum origine mere diuina. Witteb. 1710. *Gustauo Georgio Zeltnero* in dissertat. de initiis baptismi initiationis Iudaeorum, Altorfii 1711. et *Christ. Frid. Boernero*

Boernero in dissertat. de Ioanne Baptista. Lipsiae 1729. *Seldenus* lib. 2. de iure naturae c. 4. et lib. 1. de Synedriis cap. 3. et lib. de Successione in bona defunctorum cap. 26. *Iacob Altingius* Heptade VII. diss. 7. Tom. 5. Opp. *Wagenseilius* in Sota p. 1176 sq. *Grotius* Epist. 336. *Ioan. Andreae Danzii* diss. Ien. 1688. et Antiquitas baptismi initiationis Israelitarum vindicata aduersus adscribentes ipsi originem Christianam, Ienae 1710, 4. recusae in Ioan. Georg. Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato. p. 233 sqq. et pag. 287 sqq. *Iacobi Rhenferdi* oratio de antiquitate baptismi, Opp. philolog. p. 942 sqq. *Hermannus Venema* in dissertat. qua inquiritur in veram et genuinam Baptismi, prioris N.F. sacramenti, seu initiationis, vt vocant, sacramenti, originem, quae legitur Miscellan. Duisburgens. T. 2. p. 361 sqq. et in Dissertationibus eius iunctim editis p. 444 sqq. in qua origo Baptismi ab initiatione sacerdotum in V. T. vsitata repetitur. *Hammondus* et *Lightfootus* ad Matth. III. Et qui de Proselytis Iudaeorum fuse egerunt *Lud. Ferrandus*, *Paullus Sleuogtus*, *Leydeckerus* VI, 6 sq. de Rep. Hebr. et B. D. *Mayerus* parte 2. musei ministri Eccles. p. 500 sq. De Ethnicorum ablutionibus, lustrationibus, [26] expiationibus et regenerationibus per aquam vnde Iudaicas repetit Spencerus, agunt *Tobias Pfannerus* in theologia gentili c. 14. *Ioannes* praecipue *Lomeierus* in suo Epimenide et *Io. Owenus* in theologumenis pag. 426. *Ottonis Sperlingii τοῦ μακαρίτου*, de baptismo Ethnicorum liber. Hafniae 1700, 8. *Io. Georg. Keyslerus* antiquit. septentrional. p. 312 sq. et *Andr. Cirinus* libro de vrbe Roma c. 26. vbi de februatione in Lupercalibus. De lustrationibus veterum gentium praecidaneis ante quam ad sacra accederent tres edidit Exercitationes *Ioan. Godofridus Leschnertus*. Witteb. 1708. De lustrationibus vrbium *Rupertus* ad Florum p. 224 sq. Por-

[26] De aqua lustrali Ismael Bullialdus ad Theonem p. 215 sq. Marsilius Columna in Hydragiologia Venet. 1603, 4. Spencerus III, 3. de legibus Hebr. la Cerda ad Virgilii Eclogam VIII. vers. 64. etc. Baronius ad A. C. 46. § 88. et A. 57. § 166. Aquam benedictam Christianorum *benedictionem salis* vocat Hildebertus lib. 1. Epist. 23. pag. 74. et ad castitatem seruandam commendat. De illa Iac. Gretserus lib. 2. de benedictionibus cap. 4. vsque ad 20. Hugo Menardus p. 95 seq. ad Gregorii M. sacramentarium. Tiraquellus de nobilitate p. 484 sq. Hospinianus de templis II, 13. p. 78 sq. D. Ioan. Guil. Baieri diss. de aqua lustrali Pontificiorum. Ien. 1692. Templum intrantes lauasse manus narrat S. Nilus lib. 1. Epist. 24. edit. Allatii. De Valentiniano, qui a Sacerdote aqua lustrali conspersus tinctam chlamydis partem abscidit et pugnum impegit Sacerdoti, vide Sozomenum VI, 6. et Theodoritum III, 16. De viribus, quas aquae benedictae tribuunt Romani, vide Ioannis de Turrecremata librum de efficacia aquae benedictae contra Petrum Anglicum. Romae 1524, 1559, 8. et Marci Antonii Marsilii Hydragiologiam, s. librum de fonte lustrali, s. de aquae benedictae praestantia. Romae 1603, 1605, 4. Apud Moscos sollemnis caerimonia benedicendae aquae festo Epiphanias. vide Memorias regni Imperatricis Catharinae pag. 111 sqq.

eos adhibitos esse in lustrationibus et expiationibus, in primis homicidarum, naufragorum et insepultorum ostendit *Ioan. Philip. Casselius* singulari dissertatione inserta T. 2. symbolar. litterar. Bremensium p. 323 sqq. De Sabaeorum lustrationibus Hottingerus p. 281. Historiae Oriental. De baptismis Muhamedanorum id. p. 164, 176. et in Enneade diss. p. 90 sq.

Vt ad Christianorum Baptismum reuertamur, praeter scriptores sacrorum officiorum rituumque c. 4. laudatos, videndi *Seuerus* Alexandrinus, siue Antiochenus potius de ritibus baptismi, Syriace et Latine [27] editus a *Guidone Fabricio* Boderiano Antwerp. 1572, 4. *Io. Diaconi* epistola apud Mabillonium Tom. 1. musei Italici parte 2. p. 69 sq. Epistola *Alcuini* et alia *Amalarii* Treuirensis de eodem argumento: *Theodulphi* Aurelianensis liber [28] de ratione et ordine rituum baptismi ad Magnum Senonensem, quem e Codice Corbeiensi ante Sirmondum edidit notisque illustrauit *Menardus* ad Gregorii M. librum sacramentorum p. 129 sq. Veteres ordines formulaeque Baptismi quas exhibet Edmundus Martene lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 165 seq. *Magni Senonensis* libellus de Mysterio Baptismi, id. p. 158. et *Anonymi* pag. 161. cum antiqua fidei profitendae formula. *Ordo Baptismi* secundum vsum Aethiopum Tom. 27. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 634. ex editione Mariani Victorii Rom. 1552, 4. cum eius institutionibus linguae aethiopicae. *Caroli M.* epistola encyclica de baptismo eiusque ritibus ad Odilbertum, Mediolanensem Archiepiscopum, et Odilberti responsio apud Mabillonium T. 1. Analectorum p. 75 sqq. edit. nouae. *Leidradi* liber de sacramento baptismi ad Carolum M. apud eundem Mabillon. Tomo 3. Analectorum, p. 78. tum Epistola ad eundem Carolum de ritibus baptismi et abrenunciationibus in eo fieri solitis, pag. 85. *Iessei* siue *Tessei* epistola de expositione rituum Ecclesiae in Baptismo, P. 14. Bibl. Patr. edit. Lugd. p. 6 sqq. *Ioach. Hildebrandi* Rituale baptismi veteris. Helmst. 1699, 4. Ritus baptismales saeculi secundi exposuit *I. G. Walchius* singulari dissertatione Ienae 1749. edita. Caerimoniae nonnullae et formulae a veterum manumissione ad baptismum translatae videntur *C. G. Schwarzio* in dissertatione Altd. 1738. euulgata, et *Edmundo Morillo* III, 3. obseruationum.

Infantum baptismum nemo in Ecclesia in dubium vocasse legitur ante A. C. 1100. vt erudite probauit *Wilhelmus Wall* in libro Anglice edito Lond. 1707, 4. saepiusque deinde recuso: *the History of Infant baptism*, [29] quem ex an-

[27] Latine recusus T. 14. Bibl. Patr. Lugd. p. 278.

[28] Ex Sirmondi editione exstat T. 14. Bibl. Patr. Lugd. p. 9.

[29] Galei responsio ad hunc librum memoratur a Ioan. Clerico Tom. 14. Bibl. veter. et nouae p. 200. et a Schlossero in praefat. ad P. 1. lat. interpr. p. 21.

anglico latine vertit, nonnullisque obseruationibus et vindiciis auxit Io. Lud. Schlosserus: et cuius P. 1. Hamb. 1748, 4. P. 2. ib. 1753. prodiit. In huius introductione post *Lightfootum* et *Campegium Vitringam* II, 6. Obseruation. sacrar. pag. 306 sq. notat a Iudaeis etiam proselytos infantes baptizari solitos. Vide et *Petrum Cluniacensem* contra Petrobrusianos (Anabaptistas suae aetatis) T. 22. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1044. *Edmundum Martene* lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 61. vbi affert inter alia haec Origenis V. in Epist. ad Rom. *Ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit etiam paruulis baptismum dare.* *Georgii Cassandri* opera pag. 668 sq. 1227 sq. *Henrici Hammondi* defensionem baptismi infantum Tomo 2. Opp. *Io. Wallisii* de paedobaptismo Tom. 3. Opp. pag. 440 sqq. *Ioanni Georgii Walchii* historiam paedobaptismi quatuor prior. saeculorum. Ienae 1739. recusam in Eiusdem Miscellaneis sacris pag. 487 seqq. *Iacobi Comitis Acami* Epistolam de Paedobaptismo sollemni in Ecclesia latina et graeca, Romae 1755, 4. et, quae erudite annotauit *Christ. Matth. Pfaffius* pag. 83 sqq. Origin. Ecclesiasticarum, ne infinita alia Theologorum aduersus Anabaptistas volumina iam memoremus. Ministri baptismi ordinarii in veteri Ecclesia fuerunt Episcopi et Presbyteri. vide Suicerum Thes. Eccl. P. 1. p. 630. Hildebrandum lib. cit. p. 49. Barnab. Brissonium ad codicem de Feriis, T. 8. thesauri Gronov. p. 2416. et Binghami histor. baptismi a Laicis administrati P. 1. c. 1. sect. 3 sq. Interdum tamen Diaconis, v. Suicerum et Hildebrandum ll. cc. atque Binghamum lib. cit. sect. 5. immo et Laicis administratio baptismi concessa est. Confer praeter Suicerum et Hildebrandum, ll. cc. Binghamum Orig. Eccles. lib. XIX. c. 3. §4. et histor. baptismi iam citatae sect. 7. 8. 17. Heineccium Delin. ecclesiae graecae veteris et recentioris, P. 2. p. 202, 204, 250. De mulieribus diuersae sunt sententiae. vide Suicerum et Hildebrandum ll. cc. Bingham. histor. baptismi Laicorum sect. 18. et Petrum Pantinum pag. 235. ad Basilium Seleuc. de vita Theclae. Quod baptismus, per mulieres administratus, necessitate ita iubente, legitimus sit singulari dissertatione euicit *Hector Godofr. Masius*, Havniae 1689. quae legitur inter dissertationes Eius iunctim Hamb. 1720. editas p. 149 sqq. Adde *Ioan. Andr. Schmidii* dissertat. de Baptismo per arenam. Helmst. 1697. habitam. Baptizandi adulti imbuebantur prius sacris Christianae religionis dogmatis, vnde nomen *Catechumenorum*, de quibus vide librum singularem *Tobiae Pfanneri*, Frfti 1685, 12. et Vinariae 1688, 12. *Matthaeum Larroquanum* III, 1. aduersariorum sacrorum. *Gabr. Albaspinaeum* libro secundo obseruationum Ecclesiastiae. *Ioan. Morinum* in Operibus postumis, Paris. 1703, 4. euulgatis. *Ioan. Bonam* lib. 1. rerum liturgicar. cap. 16. vbi de missa Catechumenorum.

Binghamum Orig. Eccl. lib. X. c. 1 et 2. *Carol. le Cointe* Annal. Ecclesiastic. Francor. T. 2. p. 131 sq. et p. 143 sqq. vbi de baptismo Clodouei. Ceterum tres fuere Catechumenorum gradus, *audientium*, *adspirantium*, et *electorum*. Vide Ephemerides eruditas (*Iourn. des Savans*) 1726. mense Nouembri pag. 391 sq. Ex catechumenorum genere perfectius fuit, *genuflectentium*, imperfectius *audientium*. Vide ius Graecoromanum Freheri T. 1. pag. 53. De Catechumenorum scrutinio ante baptismum, Edmundus Martene lib. 1. de antiquis ritibus Baptismi p. 78 sq. qui varios Ordines veteres siue formulas eiusmodi scrutinii affert p. 87 sq. quemadmodum et Ordines faciendi Catechumenum p. 37 sq. et de Officio Catechistae differit p. 26 sq. et de Catechumenis ac Competentibus pag. 29 sq. Baptismi conferendi sollemne maxime in veteri Ecclesia tempus Paschatos festum et Pentecostes, et quandoque festum Epiphaniae: Confer Launoii et Ioan. Nicolai, Ord. Praedicator. dissertationes de veteri vsu baptismi, Paris. 1670. Adultorum baptismum praecedebat *confessio peccatorum*, vt praeter alios docet *Thom. Milles* p. 18. ad Cyrillum Hierosol. Idem de Catechumenorum ieiuniis agit p. 38 et 43. Sed et p. 45. de dogmatibus Ecclesiasticis, quae baptizandis exponebantur, et p. 75. de *symboli* traditione, quo veluti auctorabantur ad sacram militiam, atque sacris Christianis initiabantur, quemadmodum etiam Gentium Mystae accipiebant certa signa, symbola et *συνθήματα* profanae suae religionis, de quo videndus auctor Historiae Symboli Apostolici, editae Anglice Lond. 1701, 1703, 8. atque inde Lipsiae Latine. *Gerh. Ioan. Vossius* de tribus symbolis, Amstelod. 1642, 4. et Tomo VI. Operum, et *Iac. Vsserius* de Romanae Ecclesiae symbolo Apostolico vetere. Oxon. 1660, 4. Consulendi etiam Ioannes Morinus de expiatione Catechumenorum: et Io. Filesaci Lux Baptismi et Candor.

De *exorcismi* ritu et antiquitate speciatim consules opera *Georgii Cassandri* pag. 749 sq. *Elmenhorstium* in notis ad Gennadii dogmata ecclesiastica cap. 31. *Tobiam Pfannerum* de donis miraculosis Ecclesiae p. 155 sq. *Thom. Milles* ad Cyrillum Hierosol. p. 7. *B. Bebelium* Saec. IV. Tom. 2. p. 775 sq. *Menardum* ad sacramentarium Gregorii Magni pag. 132 sq. *Vossii* Historiam Pelagianam pag. 156 sq. *Edmundum Martene* lib. 1. de ritibus p. 183. *Seuerum* de ritibus baptismi p. 45–59. *Goari* Euchologium pag. 335, 337. e quo disces etiam in Graeca Ecclesia ritum hunc obtinere, quemadmodum de Russica, Graecae Ecclesiae filia, hoc testatur *Adamus Olearius* in itinere suo pag. 282. *Ioan. Stephan. Durantum* de ritibus ecclesiae catholicae lib. 1. c. 19. § 22. p. 72. *Ioannis Melchioris Krastii* pleniorem Exorcismi historiam, germanice Hamburgi 1750, 8. euulgatam, et dissertationes *Petri Musaei*, Kilon. 1671. *Gottlieb Stollii*, Ienae

1735.

1735. *Magni Beronii,* Vpsal. 1740. *Ioan. Christoph. Wernsdorfii,* Vitemb. 1749. Videbis etiam, vbi lubebit, quae de exsufflatione et insputatione Daemonis *Rosweidus* ad Vitas Patrum p. 785. et de exorcismis Iudaeorum Christianorumque collegit *Antonius van Dale* de diuinationibus idololatricis V. T. c. 7. pag. 545 sq. 553. De formula: *Abrenuncio Satanae et omnibus operibus ac pompis eius,* quam erecto corpore, protensa manu, facie ad occidentem versa dixisse docet *Cyrillus* Hierosol. I, 2. Catech. Mystag. adi *Matthiam Zimmermannum* in libro: Fiunt non nascuntur Christiani § 81. et in analectis p. 528 sq. *Iosephum Vicecomitem* de antiquis baptismi ritibus libr. 2. c. 16 sqq. *Ioan. Steph. Durantum* l. c. lib. 1. c. 19. p. 76. *Ioan. Hoornbekium* Miscell. Sacr. lib. 1. cap. 7. p. 502. *Ioseph. Binghamum* lib. XI. c. 7. *Barnab. Brisson.* in commentario ad L. de spectaculis et feriis, T. VIII. thesauri Gronov. pag. 2398. *Gerhard. Vossium* ad Ephraem. Syrum p. 195 sq. et *Theophil. Raynaudum* in Heteroclitis spiritualibus, p. 158 sqq. Quomodo et quando hic ritus in Ecclesia Graeca adhibeatur docet *Heineccius* delineat. Ecclesiae Graec. veteris et recentior. P. 3. p. 308 sqq. Postquam Satanae abrenunciassent, *Symbolum* recitarunt baptizandi vultu ad orientem conuerso. Vide eundem Cyrillum p. 283. et Ioan. Pearsonium ad Symbolum pag. 21. De baptismo Clinicorum siue Catechumenorum quos morbus occupabat, siue aliorum qui ne post baptismum in peccata grauiora prolaberentur illud libenter ad mortem imminentem differebant, videndus *Marquardus Gudius* in diss. sub I. Andrea Bosio habita Ienae 1657. de Clinicis siue Grabatariis Vet. Ecclesiae, Eiusdem Introductioni in notitiam scriptorum ecclesiasticorum a Io. Georg. Walchio addita p. 568. et *Ioach. Hildebrandus* in arte bene moriendi c. 3. *Suicerus* in obseruationibus sacris pag. 68 sq. *Petrus Lambecius* notis ad vitam S. Anscharii, et *Edmundus Martene* lib. 1. de ritibus Eccles. p. 149 sq. De Baptizandis sub conditione, si de Baptismo iam impertito non certo constet, id. p. 152.

Immersionem in aquam, latissime per plura saecula receptam, (vide *Edm. Martene* libro laudato p. 128 sq. vbi in omnibus libris priscis ritualibus immersionem praecipi obseruat) Apostolicae traditionis esse contendunt *Northonus Knatchbull* ad 1 Petr. III, 20. *Gabriel Towerson* libro Anglico de baptismo, de quo Act. Erud. 1688, p. 244. *Carolus Maria de Veiel* ad Act. Ap. II. p. 47 sq. et VIII. p. 180. *Salmasius* apparat. de primatu Papae p. 192. *Henric. Pontanus* in dissertationibus de ritu mersionis in sacro baptismate. Traiecti 1705, 4. *Iosephus Vicecomes* de ritibus veter. ecclesiae circa baptismum lib. 4. c. 7. *Gerh. Ioan. Vossius* disp. 1. de baptismo, T. VI. Opp. p. 256. *Ioan. Gill* in libro anglico: *The ancient mode of baptizing by Immersion maintened against the Author of the Manner of baptizing by Water,* Lond. 1726, 8. et in defensione contra Mau-

Mauricium. Anglice. ib. 1727. *Gustauus Georg. Zeltnerus* in differt. de merfione in baptifmo apoftolica larga perfufione inftauranda. Altd. 1720. *Schlichtingius* ad Ioan. I, 26. aliique. Contra *Io. Lightfootus* immerfionem pro illicita et mera ἐθελοθρησκεία habuit, quoniam verbum מבילה vbi de facris baptifmis in V. T. et de actu transeunte accipitur, femper (vt notat ille) fignificet adfperfionem. Vide Io. Lightfooti vitam operibus illius praemiffam ::: 2. Sane adfperfionem in baptifmo etiam antiquiffimi in Ecclefia vfus fuiffe praeter alios obferuatum *Beueregio* ad Synodicum M. p. 30. et *Iofepho Binghamo* Orig. Eccleſ. lib. 11. c. 11. et verbum βαπτίζειν vtrumque denotat, mergere et abluere. Confer *Hammondum* ad Marc. VII, 4. *Erafmum Schmidium* ad Matth. III, 6. *Matthiae Mauritii* Gill fairly anfwer'd, and baptizing with Water defended. Lond. 1727. *Iohn Coyan's* fome iufte and neceffary Remarks upon Iohn Gill's defence. 1727. *Voffium* de baptifmo p. 37 fq. *Forbefii inftructiones* p. 502. feq. et *Pocockii* Mifcellanea p. 402. De baptifmo per immerfionem fimul in aquam et fuperfufionem aquae collato vide *Ioan. Mabillonium* Tomo 1. mufei Ital. p. 73, 81. et *Ioan. Ciampinum* in explicatione duorum farcophagorum, baptifmi ritum indicantium, Romae 1697, 4. quae recenfetur in Actis Er. A. 1698. p. 46. atque integra inferta eft Mufeo Mineruae Venetae (Galeria di Minerua) Tom. 2. p. 77. Immerfio totius corporis vel capitis tantum, aut etiam adfperfio in veteri Ecclefia vel fimplex erat ad demonftrandam Dei, Ecclefiae, fidei, baptifmi vnitatem: confer *Voffium* de baptifmo p. 44 fq. et *Vicecomitem* IV, 8. vel triplex ad fidem SS. Trinitatis et Chrifti poft triduum e fepulchro prodeuntis teftandam, quem morem Apoftolicum fuiffe non dubitat, et hodieque obferuari optat *Beueregius* II, 6. codicis Canonum Vindicati, ad triplex Dei beneficium ob oculos ponendum, Patris nos adoptantis, Filii fanguine fuo nos abluentis, et Spiritus S. fidem in baptifmo obfignantis. Vide et *Thomam Milles* ad Cyrillum Hierofol. pag. 286. qui de candidis baptizatorum ftolis agit pag. 34.

De *patrinis* Tertulliano iam memoratis (c. 18. de Baptifmo) eorumque officio et origine (quam ex Ef. VIII, 2. male repetunt Tremellius et Iunius, alii ab Hagino Papa) videndi *Auguftinus* ferm. 163. de tempore, *Ionas Aurelianenfis* de inftitutione Laicali lib. 1. c. 6. Tomo 1. fpicilegii Dacheriani p. 19. *Beueregius* ad Canon. 3. Nicaenum arabicum p. 213. *Elmenhorftius* ad Dogmata ecclefiaftica Gennadii p. 143 et 200. *Suicerus* in προσάγω, *Menardus* ad facramentarium Gregorii M. pag. 107. *Guilelmus Saldenus* in Otiis diuinis III, 7. *Matthias Zimmermannus* in analectis p. 392 feq. *Edm. Martene* lib. 1. de ritibus ecclefiae p. 153. *Iofeph. Binghamus* Orig. lib. XI. c. 8. *Baluzius* ad Capitularia

Tom. 2.

Tom. 2. pag. 1178. *Ioan. Georg. Simon* de patrinis. Ienae 1678. A. *Schuler* de susceptoribus. Witteb. 1688. *Sam. Schelwigius* de patrinis matrinisque. Gedani 1689, 4. rec. 1722. *Guil. Wilckius* de fideiussoribus in Ecclesia veteri. Witteb. 1704. *Isaac. Iundt* de susceptor. baptismalium origine, Argent. 1755. et prae ceteris vir Amplissimus *Gerhardus van Mastricht* in schediasmate de susceptoribus infantum ex baptismo, eorum origine, vsu et abusu, Duisburgi 1670, 8. recuso Francof. 1727, 4. et Vir Consultissimus *Gottlob Aug. Ienichen* in prolusione de Patrinis, eorumque origine, numero et sexu: sec. vice cum commentatione de S. Pancratio, vrbis et ecclesiae primariae Giessensis numine tutelari excusa Lipsiae 1758, 4. Iudaei circumcidendis infantibus vnum tantum adhibent sponsorem: vide Buxtorf. Synagog. Iudaic. p. 92 et 95 et 101. prohibitumque pluribus liberis vnum susceptorem rogare. Sic et Graeci Christiani vnum tantum patrinum aduocant, vt patet tum ex aliis tum ex confessione Metrophanis Critopuli p. 87. Antiquis temporibus fide iubebant ad sacrum baptisma pro liberis suis parentes ipsi, vt notauit *Baluzius* ad homiliam XII. Caesarii Arelatensis. De eo quod masculi masculos, feminae feminas susciperent vid. Cotelerius Tomo 1. patrum Apostol. pag. 288. In Latina Ecclesia iam a decimo vsque saeculo existimatum est per patrini officium coniugia impediri, postquam patrinorum connubium interdixit Theodorus II. Papa: Conf. *Theoph. Raynaudum* Tomo 9. operum p. 167 seq. agentem de spirituali paternitate susceptorum: Hinc duo tantum concessi diuersi sexus patrini, ne multitudine eorum matrimonia impedirentur. Hinc parentes quoque patrinorum fungi munere desierunt, siquidem et Papa Deus dedit rescripserat ad Gordianum Hispalensem, cohabitare deinde illos amplius non posse. De S. Petro, cui cognomen *compater*, vide Acta Sanctor. ad diem XV. Iunii T. 2. p. 1090. Sanctorum imagines, patrinorum munere vt fungerentur aduocatas notauit *A. Pagi* in Critica Baroniana ad A. C. 825. n. 25. De patrinis etiam varia collegit B. D. *Mayerus* in museo ministri ecclesiae part. 3. p. 108 seq. in qua vt part. 2. p. 1 seq. agit et de Baptisteriis, de quibus vide praeterea sis *Saussaeum* de Mysticis Galliae scriptoribus p. 176 sq. vbi S. Lino illorum inuentionem tribuit: *Pompeium Sarnelli* in antiqua Basilicographia c. 49. *Edm. Martene* lib. 1. de ritibus Eccles. p. 7 sq. *Ioseph. Binghamum* Or. Eccl. lib. 8. c. 7. *Io. Henr. Wedderkampii* librum de baptisteriis, excusum Helmst. 1703, 8. *Thomam Milles* ad Cyrillum Hierosol. p. 278. *Ioach. Hildebrandi* Rituale Baptismi. p. 34. *Suiceri* Thes. Eccles. T. 1. p. 659. et T. 2. p. 139. *Heineccii* delineat. ecclesiae graecae. P. 3. p. 97. De calice baptismali quo recens baptizatis lac et mel, vel in Occidentis Ecclesiis vinum et lac, vt ex Hieronymo ad Esaiae LV. obseruat Rosweidus ad vitam Pachomii p. 107. porrigebatur, vide *Ioan. Sartorii* meletemata

mata Hist. Ecclesiasticae diss. 7. pag. 49 sq. *B. Bebelium* Saec. IV. Antiquitatt. Eccles. p. 788. et quae viri docti ad Epistolam S. Barnabae cap. 6. *Chr. Henr. Zeibichium* de infantatione, per concordiam lactis et mellis, baptismali. Witteb. 1736. *Edm. Martene* lib. 1. de ritibus p. 146 seq. qui p. 142 seq. etiam de sacra Coena Neophytis data, atque pag. 137 seq. de albis baptizatorum, cereisque et osculo. De *alba veste* baptizatorum consulantur *G. Meierus* de initiat. veter. § 68. *I. C. Suicerus* obseruat. sacr. pag. 81. *C. Caluoerius* Ritual. ecclesiast. P. 1. L. 1. S. 2. cap. 21. *Sal. Deylingius* obseruat. sacr. Part. 3. *Binghamus* Orig. ecclesiast. L. 12. c. 4. *Heineccius* delineat. ecclesiae graecae P. 3. p. 287. *Godofr. Wegneri* dissertatio de veste alba baptizatorum, Regiom. 1700. rec. 1734. et *Ioan. Schmidii* dissert. de vsu vestium albarum. Lips. 1704. De *cereis* baptismalibus eruditum libellum edidit *Ioan. Faesius*. Helmstadii 1712, 4. De *osculo* vide *Binghamum* l. c. § 5. et *Martini Kempii* opus de osculis, dissert. 8. § 9 sqq. De *crucis* signo Centuriatores Magdeb. Cent. III. et *Binghamum* L. XI. c. 9. sect. 4. et l. XII. c. 3. De manuum impositione *Binghamum* L. XII. c. 1. sect. 1. cap. 2. sect. 3. c. 3. sect. 5 sq. De *donis baptismalibus* conferantur *Georg. Radouii, Ioan. Georg. Krausii,* et *Ioan. Frid. Ioachimi* dissertationes. Rostochii 1671. Witteb. 1728. et Halae 1736. euulgatae. De *procrastinatione* baptismi apud veteres eiusque caussis consulatur *S. I. Baumgartenii* dissertatio, Halae 1747. edita.

Quanquam Ioannis baptismum τέλειον siue perfectum fuisse negabant olim Nouatiani, et nonnulli etiam ex Patribus Ecclesiae illud tantum extitisse aiunt βάπτισμα Isagogicum μετανοίας, non υἱοθεσίας, confer Montacutium Tomo 1. Originum Eccles. p. 386 sq. et Thomam Milles ad Cyrillum Hierosol. p. 287. tamen Eulogius apud Photium Cod. 280. pag. 878 sq. recte illud docet perfectum ac diuinum fuisse, de quo plura Theologi, vnum baptisma Ioannis et Christi aduersus Socini scholam grauissimis argumentis asserentes. Ac Ioannem Baptistam Dei iussu Ioan. I, 33. Baptismum circumcisionis loco primum coepisse introducere, probe obseruat Buxtorfius praef. ad Synagogam Iudaicam, et auctor libri Gallice editi, *les amenitez de la Critique*, Tomo 2. Parisiis 1718, 12. licet Schickardus c. 5. de iure Regio Hebraeorum p. 329. affirmet Iudaeos ad differentiam Samaritanorum circumcisioni baptismum addidisse. Sed illum proselytorum baptismum posterius longe receptum fuisse a Iudaeis, disputat Io. Owenus pag. 426. Theologumenon: certe ante Ioannem extitisse nullo testimonio certo constat.

Imminente mortis periculo apud veteres Christianos nemini Catechumeno nec catechumenatus desertori, ac ne gentili quidem baptismum quouis modo petenti denegatum, probat Io. Morinus lib. 10. de poenitentia cap. 8.

Mortuos

Mortuos [30] etiam baptizabant Marcionitae teste Philastrio haeresi 49. quod ab Ecclesia semper reiectum fuit, atque prohibitum, vt Can. 18 et 20. Codicis Africani, (confer *Edm. Martene* lib. 1. de ritibus Ecclesiae, pag. 151.) neque probatus Cerinthianorum, si talis vllus Apostolorum aeuo fuit, mos vicarii [31] pro mortuis baptismi, ad quem respici ab Apostolo 1 Cor. XV, 29. scribit Epiphanius haeresi 28. Tomo 1. p. 114. quum Paullus nihil aliud illo loco videatur intelligere per τὸ βαπτίζεσθαι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν quam quod Rom. VI, 3. dixit baptizari in mortem Christi; εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν, vt recte vidit olim, auctor Commentarii in Paulli Epist. qui inter Hieronymi opera editur, ac nuper in peculiari ad hunc locum diatriba Lipsiae 1704. edita praestantissimus Vir D. *Godfridus Olearius*. Paullo aliter Cosmas Indopleustes VIII. pag. 280. βαπτιζόμεθα μυστικώτερον ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων νεκρῶν σωμάτων καταδύνοντες ἐν τῷ ἁγίῳ ὕδατι καὶ ἀναδύνοντες ἀπεντεῦθεν, μιμούμενοι θάνατον καὶ ἀνάστασιν. Isidorus Pelus. lib. 1. Epist. 221. βαπτιζόμεθα ὑπὲρ τῶν νεκρῶν φύσει σωμάτων εἰς ἀφθαρσίαν αὐτὰ μετασκευασθῆναι πιστεύοντες. Similiter Tertullianus V, 10. contra Marcion. Chrysostomus et Theophylactus in 1 Cor. etc.

Ineptum et antiquioribus Christianis inauditum morem baptizandi campanas iam supra pag. 530. attigimus, nunc tantum addere liceat quod *compatres* etiam illi baptismo aduocati, atque vt in Imp. Maximiliani grauamine 51. nationis Germanicae habetur in Tomo 1. rerum expetendarum et fugiendarum p. 365.

[30] Nectarius Patriarcha Hierosol. confutatione Imperii Papae in Ecclesiam p. 397. narrat ante annos non ita multos Ostrobae siue Lechiae, Sarmatiae ciuitate, Basilii cuiusdam, dignitate Cnesii filiam Mariam per Iesuitam quempiam ab Ecclesiae graecae communione ad Papismum amplectendum persuasam, quum de parentum suorum salute sollicita ex ipso responsum tulisset eos, quoniam extra Romanam Ecclesiam diem obiissent, haud dubie aeternis ignibus addictos esse, hinc tactam commiseratione perpetuis fletibus et moerore propemodum confectam fuisse, donec Iesuita, ne despondeto, inquit, animum, est enim modus vt ipsi aeque ac tu salutem consequantur. Quippe mater Catholica Romana Ecclesia multos habet modos salutis, illis etiam concedendos animabus quae in inferno puniuntur. His auditis illa gemebunda ac prae gaudio lacrymas fundens, ne illum modum mihi explicare recuses, inquit. Ille ait praesentem esse salutem si effodiantur illorum ossa, et a Catholico sacerdote baptizentur, sic illi statim fient Catholici. Effodiunt itaque mortuorum tumulos, adstante et vidente filia, educunt ossa, et Iesuita aquae benedicit, eamque ossibus superinfundit, nomen baptizatis mutat, repositisque in tumulos iterum reliquiis, abeatis, inquit, in paradisum, ecce Catholici facti estis.

[31] Vicarii baptismi morem Marcionitis etiam tribuit Chrysostomus in 1 Cor. 15. et ex eo Theophylactus atque Harmenopulus praecipue pag. 564. de sectis. Adde Grotium ad 1 Cor. XV, 22. W. Wall Historiam paedobaptismi p. 239 sq. et Antonium van Daalen diss. de Antiquitatibus p. 137. Ast vero Marcionitas baptismum vicarium adhibuisse, non supra omnem dubitationem positum esse ostendit S. V. Walchius H. E. N. T. p. 855.

pag. 365. *innumeri praecipue* vero, quoniam munera lustrica afferre necesse, *fortuna pollentes, qui baptizationis tempore funem quo campana ligata est tangunt, ac suffraganeo praeeunte omnes pariter respondent ac campanae nomen ingeminant, vesteque noua eam induunt.* Confer *G. H. Goezii* diatriben de baptismo campanarum. Lubec. 1712. Exemplum eiusmodi litterarum quibus Senatus Tenstadiensis A. 1516. ad campanae baptismum, vt patrinorum partes obeat, inuitatur, habes in Ioan. Christoph. Olearii Syntagmate 1. rerum Thuringicarum p. 364 sq. et quoniam perbreues sunt, hoc etiam loco pace vt confido lectoris a me apponentur:

Denen Ehrsamen, Weisen, Bürgermeistern zu Tenstett, unsern besonders günstigen Förderern. Unsere freundliche Dienste zuvor, Ehrsame, Weise Herren. Wir sind willens, wills Gott, unsere Glocken auf den Sonntag Exaltationis S. Crucis nächstkommende, nach Ordnung der heiligen christlichen Kirchen, zu weihen und taufen zu lassen; ist unsere gütliche Bitte, wollet auf vermeldte Zeit um Gottes Willen bey uns, samt andern unsern guten Freunden, erscheinen, und Groß-Pate mit seyn. Wollet das Lohn von dem Allmächtigen Gott, und dem Patrono S. Sixto und der heiligen Jungfrauen S. Julianen nehmen. So wollen wirs willig gerne verdienen. Datum Sonntag nach Egidii, Anno 1516.

Curt und Clauß Vitzthum von Eckstett, samt den Altar-Leuten.

Cum sacro baptismo infantum vel Catechumenorum in veteri ecclesia coniunctum erat *chrisma* siue vnctio totius corporis recens baptizatorum, velut athletarum Christi, facta oleo ἐπορκιςῷ, vt *Cyrillus* Hierosol. auctor est Catechesi Mystagog. 2 p. 285. ad exemplum Christi Spiritu S. post baptismum vncti, id. pag. 289. De illo more videri possunt *Nicolaus Cabasilas* libro 3. de vita in Christo, *Grotius* Epist. 357, 350, 318. *B. Bebelius* Saec. 4. Tomo 2. p. 783 sq. *Salmasius* in apparatu ad primatum Papae pag. 84. vbi peculiarem suum de Chrismate tractatum memorat, sed numquam editum, *Cotelerius* ad Patres Apostolicos Tomo 1. p. 287 sq. *Edm. Martene* lib. 1. de Ecclesiae ritibus p. 120 sq. *Elmenhorstius* p. 144. ad Gennadium de dogmatibus Ecclesiasticis. *Petrus Arndius* lib. 2. concordiae de VII. sacramentis, *Turrianus* II, 17 et 18. pro epistolis Pontificum, pag. 239 sqq. et ad Constitut. Apostol. III, 16. et VII, 23. 28. Per huiusmodi confirmationem siue per hoc Chrisma etiam baptismi ab haereticis quibusdam [32] vt Nouatianis, Arianis, Macedonianis, Apol-

[32] Alios Haereticos rebaptizabant, illos praecipue, qui circa baptismum ipsum aliquid mutarent: ne dicam fuisse qui cum Agrippino et Cypriano baptismum haereticorum quorumcunque valere inficiarentur, quod Stephano Episcopo Rom. et plerisque aliis merito haud

Apollinariſtis et Teſſarescaedecatitis dati vim ſuſcitari plerique exiſtimabant; Quorundam vt Meletianorum, Neſtorianorum, Eutychianorum et Donatiſtarum ne Chriſmatio quidem a Catholicis iterabatur, ſed ſola manus impoſitione et ieiunio renouabatur. Vide *Theodori Studitae* Epiſtolas T. V. Operum Sirmondi p. 324. *Quesnellum* ad Leonem M. p. 795 ſq. et 910. b. et *Ioannem Morinum* lib. 9. de poenitentia cap. 11. in quibusdam Eccleſiis totum confirmationis ſacramentum non chriſmate, ſed ſola manuum impoſitione celebratum eſt. Confer *Grotii* Epiſt. 329. Duplicis etiam chriſmatis vſus in veteri Eccleſia, vnius, antequam in aquam deſcenderent baptizandi, vide *Menardum* p. 73 ſq. ad Gregorii Sacramentarium: alterius ſtatim poſt baptiſmum. Confer *Thom. Milles* ad Cyrill. pag. 289. et *Iosephi Binghami* Orig. eccleſiaſt. XI, 9. priore totum corpus, tanquam athletarum aduerſus daemonem pugnaturorum: poſteriore frons, aures, nares et pectus (*Cyrill.* p. 290.) inungebantur. Chriſmate huiusmodi hodieque vtuntur praeter Romanam eccleſiam Chriſtiani Graeci et alii plerique Orientales. Confirmationis quaedam ſpecies per manuum impoſitionem et benedictionem etiamnum in vſu eſt apud Anglos, atque in quibusdam eccleſiis etiam noſtris Lutheranis, vt Pomeranicis, Luneburgenſibus, Holſaticis, aliisque. Confer *Iulii Schmidt* gründlichen Bericht von dem erbaulichen ritu der Firmung, ſamt angehängten Cerimonien, ſo bey der Firmung in unſern evangeliſchen Kirchen üblich. Hanouerae 1661, 8. *Trogilli Arnkiel* chriſtliche Confirmation der Catechumenen. Sleſuici 1694, 4. quo libro ritum illum in Holſatia reducendum ſuaſit, et Principi ſuo perſuaſit, cuius in calce libri de ea re mandatum typis expreſſum exſtat. Is ritus vt reducatur etiam optat *Iuſtus Henningus Boehmerus* diſſertat. praeliminari Tom. 3. Iuris Eccleſiaſtici p. 83 ſq. *Chriſtoph. Matthaeus Pfaffius* in diſſertat. de confirmatione Catechumenorum in Eccleſiis Aug. Confeſſionis vſitata, itemque de confirmatione Anglicana. Tubingae 1723, 4. Adde Nachricht von der im Herzogthum Würtemberg eingeführten Confirmation. Stuttgardiae 1722, 4. Ceterum confirmationem eſſe ſacramentum proprie dictum N. T. hoc eſt ritum externum a Chriſto praeceptum, ſub conditione promiſſionis impetrandae (alioqui enim ſacramentum de quacunque re et actione ſacra dici nemo ignorat) inficiantur Proteſtantes. Videatur; *Hugo Grotius* Epiſtola 329. *Marcus Antonius de Dominis* lib. 5. de republ. eccleſiaſtica c. 5. § 7 ſeq. B. *Samuel Benedictus Carpzouius* in Antimaſenio p. 992 ſeq. *Benedictus Pictetus* in Theologia Chriſtiana XV, 35. T. 2. p. 686 ſq. *Ioan. Dallaeus* libris tribus de confirmatione, qui cum libris de ex-

 trema

haud placuit. Vide quae Viri docti ad Cyprianum, et contra Donatiſtas Auguſtinus: ad Facundi librum X. Sirmondus, Baluzius ad Vincentium Lerinenſem, Beueregius ad Canonem 47. Apoſtol. et Launoius parte 8. Epiſtola 15.

trema vnctione prodiere Geneuae 1659, 4. et libro secundo apologetico contra Hammondum de cultibus Latinorum religiosis, Geneuae 1671, 4. qui quum improbare etiam ritum illum videatur, chrismationemque [33] et manus impositionem a baptismi caerimoniis diuersam in veteri Ecclesia obtinuisse neget, atque chrismationem affirmet saeculo duodecimo demum apud Latinos auulsam, impugnatus est non modo a Pontificiis, vt *Ioanne Samboeuvio*, siue *de Sainte Boeuve* in libro de Sacramentis confirmationis et vnctionis extremae, Paris. 1686. 4. de quo Elias du Pin Tom. 18. Bibl. scriptor. Ecclesiastic. p.200. sed etiam inter ipsos Protestantes praecipue ab Anglis vt *Ieremia Tayloro* in Tractatu de confirmatione, et *Henr. Hammondo* lib. de confirmatione, qui Oxoniae editus est 1661, 8. et Tomo 4. Operum Hammondi pag. 851. cum praefat. Humfredi Sarisburiensis. Londini 1674, 1684, fol. recusus. De confirmatione praeterea videndi interpretes Epistolae ad Hebraeos cap. VI. v. 2. *Guilielm. Beyerus* de sacramento confirmationis. Antwerp. 1650,8. *Ioseph. Maria Suaresius* in corollariis de agnis Dei p. 125 sqq. qui etiam de sponsoribus confirmationis a patrinis baptismi distinctis agit pag. 131. *Edmundus Martene* de ritibus sacris Ecclesiasticis lib. 1. p. 232 sqq. qui varios ordines siue formulas veteres confirmationis refert p. 249 sqq. *Stanislaus Hosius* Operum p. 89 seq. *Rosweidus* ad Paullinum p. 858. *Menardus* ad Gregorii sacramentarium p. 143 seq. *Iosephus Vicecomes* in obseruationum Ecclesiasticar. volumine [34] secundo, in quo veteres Confirmationis caerimoniae demonstrantur. Mediolani 1618, 4. *Petrus Arcudius* in concordia vtriusque Ecclesiae circa septem sacramentorum administrationem. *Lucas Holstenius* in dissertatione duplici de forma et ministro sacramenti Confirmationis apud Graecos. Romae 1666, 8. *Io. Morinus* in Operibus postumis. Parisiis 1703, 4. vbi et Holstenii dissertatio est recusa. *Paschalis Rapinus*, tomo secundo operis editi Paris. 1671, 4. cui titulus: *Le Christianisme fervant dans la primitive Eglise et languissant dans celle de nos dernieres Siecles* p. 383-588. vbi de confirmatione tractat. *Iosephus Augustinus Orsi* in dissertat. de Chrismate confirmatorio. Mediolani 1733, 4. *Michael Amatus* in dissert. de Opobalsami (Peruuiani) specie ad sacrum chrisma conficiendum requisita. Neapoli 1722, 4. *Iosephus Binghamus* Origin. Ecclesiastic. libro 12. *Dauid Blondellus* de Presbyteris et Episcopis p. 209 sqq. *Philippus Iacobus Hartmannus* in commentario de rebus christianorum sub Apostolis c. 17. p. 436 seq. *Danhauerus* Hodomor. spiritus Papaei Tom. 2. p. 449 sqq.

Gebh.

33 Confer M. V. de la Crose responsionem ad Euseb. Renaudotum in diario Gallico, *Europe savante* 1719. mense Augusto p. 268 sqq.

34 Primum est de ritibus baptismi, A. 1615. tertium et quartum de ritibus et apparatu Missae, A. 1620.

Gebh. Theodor. Meierus de tribus nouellorum nascentis Ecclesiae initiamentis baptismo, catechesi et manuum impositione. Helmstad. 1690, 4. *Godofr. Wegnerus* de confirmatione Catechumenorum in veteri Ecclesia. Regiom. 1692, 4. *Christoph. Timoth. Seidelius* in dissertatione, qua ostenditur, Pontificios in ritu confirmationis a praxi Ecclesiae Apostolicae plane aberrare. Helmstadii 1733, 4. Ceterum circa formam quoque Chrismatis variatum, quum in Ecclesia Romana in fronte vel vertice tantum aut in pectore vngant, Graeci vero, atque Syri etiam teste Seuero Alexandrino, vngant totum corpus. Graeci statim, vti Aethiopes [35] quoque iungunt chrisma baptismo: Latini vngunt post septimum a baptismo annum. Latini per Episcopum, Graeci per presbyterum etiam, confer *Bellarminum* libro de confirmatione c. 12 et 13. *Matthaeum Larroquanum* III, 7. Aduersarior. sacr. *Allatium* de Synodo Photiana pag. 523 sq. Ordo Confirmationis secundum vsum Aethiopum exstat Tomo 27. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 643. Officium sacri vnguenti in Graeca Ecclesia et de materia Chrismatis vide in Goari *Euchologio* p. 628. vsque 646. De formula confirmationis deprecatoria *Deus te vngat in vitam aeternam*, vide notas Benedictinorum ad S. Ambrosium Tom. 2. p. 360. Apud Fulbertum Carnotensem Epist. 1. haec exstat formula: *Deus, qui te regenerauit ex aqua et spiritu, ipse te linit chrismate salutis.* T. 18. Bibl. Patr. p. 4. Nota etiam sunt eruditis quae de confirmatione non iteranda, et per Episcopum vel presbyterum administranda, acriter disputata sunt inter Sirmondum Tom. 4. Opp. et Petrum Aurelium siue qui sub illo latet nomine Ioannem Vergerium de Haurance, Abbatem Sancyranum, Paris. 1646, fol. occasione Canonis Arausicani, de quo adeundus etiam Grotius Epistola saepius iam laudata 329. Combefisius ad Amphilochium p. 295. *Edm. Martene* lib. 1. de ritibus pag. 243. Catechumenis antequam ad sacram coenam admitterentur, datum *sal* velut in symbolum futurae communionis, de quo ritu vide Steph. Morini diss. 3. p. 109.

De ritu quo pedes pauperum lauare mos in Coena Domini, vide Francisci Orlendi librum de quo Acta Eruditorum T. 5. supplementi p. 176. et Doctoris mei Thomae Ittigii τοῦ μακαρίτου diss. de pedilauio Christi imitando, Lips. 1699. Iac. Gretseri podoniptrum siue librum de more lauandi pedes peregrinorum et hospitum, cum eius Horte Crucis editum Ingolstad. 1610. Interpretes ad Ioan. XIII, 14. et 1 Timoth. V, 10. Claudii Espencaei Opera p. 931 sq. Cotelerii monumenta Ecclesiae Graecae p. 161. *Pompeii Sarnelli* epistolam ecclesiasticam XIII. vbi quaerit, quare tredecim non duodecim lauentur. *Hieron. Drexelium* T. 2. Operum p. 458 sq.

De

[35] Vide Rich. Simonem T. 1. Bibl. selectae p. 313.

De Agapis veterum Christianorum praeter interpretes Epistolae Iudae Apostoli versu 12. *Pompeius Sarnelli* Basilicographiae cap. 40. *Suicerus* in thesauro Eccles. *Albaspinaeus* Obseruatt. Eccles. lib. 1. cap. 18. et *Iustus Henningus Boehmer* in dissertationibus iuris Ecclesiastici antiqui ad Plinii Epistol. 97. libri 10. dissertatione 4. *Ioan. Fronto* in Epistola de Philotesiis veterum: *Fesselius* lib. 1. Aduersar. c. 13. *Iustellus* ad Canonem XI. Concilii Laodiceni, *Beueregius* ad Can. 74. Trullan. *Nicol. Comnenus* p. 137 seq. praenot. mystagog. *Ioan. Hoornbekius* miscell. sacr. lib. 1. c. 20 et 21. *Hermannus Witsius* Meletem. Leidensium pag. 490 sqq. *Ioan. Franc. Buddeus* in comment. de Ecclesia Apostolica pag. 833 seq. *Casp. Zieglerus* ad Lancelotum p. 1037. edit. Christi. Thomasii. *Cotelerius* ad Const. Apost. II, 28. *Anton. van Dale* in historia baptismorum subiecta Aristeae de LXX. Interpretibus pag. 447, 449, 451 seq. *Matthias Zimmermannus* in libro, fiunt, non nascuntur Christiani p. 16–22. *Ludov. Anton. Muratorius* Differt. secunda adiecta Anecdotis Graecis. Patauii 1709. 4. editis. *Dougthaeus* in Analectis sacris N. T. ad Iudae v. 12. *Martinus Lydius* in coena Dominica litteratorum p. 109 ff. *I. S. Menochius* in Trattenimenti eruditi P. 1. p. 163 sq. quibus addantur dissertationes de hoc argumento *Balthasar. Stolbergii* adiecta eiusd. tractatui de soloecismis et barbarismis N. F. graecae dictioni falso tributis, pag. 280. et recusa in Menthenii thesauro diss. theol. philol. in N. T. pag. 800. *Paulli Resenii*, duae. Havniae 1600. *Ioan. Hilperti*. ibid. 1656. *Io. Oldekoppii*. Helmst. 1636. *Phil. Ioannis Tilemanni, dicti Schenck*, adiuncta eiusdem commentario in epistol. Iudae. Marp. 1693, 8. *C. S. Schurzfleischii* Witteb. 1690. et in controuersiis antiq. eccles. subiunctis compendio antiquitatum ecclesiasticar. cum S. V. Walchii praefatione edito. *Ioan. Nicol. Quistorpii* Rostoch. 1711. *Ioan. Gothofr. Haenschelii*. Lips. 1729. *Ioan. Gothofr. Moerlini*. ib. 1730. et *Gottlieb Schlegelii*. ib. 1756.

XXVI. De Sacrae Coenae siue Eucharistiae ritibus agunt vetera monumenta, quae collecta sunt a Georg. Cassandro in Liturgicis, quibus subiunctus et Ordo Romanus de officio missae. Liturgiae sub Iacobi et aliorum Apostolorum, ipsius etiam Christi et Mariae nomine iactatae: Liturgiae Basilii M. et Ioan. Chrysostomi saepius Graece et Latine editae, de quibus dixi ad Allatium de libris Ecclesiasticis Graecorum: et scripta aliorum Patrum de ritu Missae, Graecorumque recentiorum Latine vulgata a Claudio de Sainctes, Antwerp. 1562, 8. Variae liturgiae veteres insertae Tomo 1. et Tomo 27. siue vltimo Bibliothecae Patrum editionis postremae Lugdunensis, in his Liturgia Nestoriana a Meneseso interpolata, de qua Rich. Simon Tom. 1. Bibl. selectae p. 289. Liturgica a Iac. Pamelio collecta. Colon. 1571, 4. 2 Tomis. Scripto-

res de diuinis officiis [36] a Melchiore Hittorpio editi Colon. 1568, fol. et per G. Ferrarium Rom. 1591. Parif. 1610, fol. *Cornelius Schultingius* in Bibliotheca Ecclefiaftica. Colon. 1599. Liber facramentorum Gregorii Papae, cum notis Hugonis Menardi Parif. 1647, 4. et in noua Operum Gregorii editione, quam Monachis Benedictinis debemus, Parif. 1705, fol. T. 3. Eiusdem Gregorii miffam Graece verfam effe a Georg. Codino et Emanuele Chryfolora teftatur Leo Allatius de Georgiis p. 362 fq. Codices facramentorum 900. annis vetuftiores Ecclefiae Romanae et Gallicanae editi a Iofepho Maria Thomafio fiue Caro. Rom. 1680, 4. De liturgia antiqua Hifpanica, Gothica, Ifidoriana, Mozarabica, Toletana, Mixta differit Ioan. Pinius, S. I. in praefatione T. 6. Actor. Sanctor. M. Iulii praemiffa: quae differtatio deinde inferta eft Vol. 3. Thefauri Antiquitatum Ecclefiafticar. p. 465 fqq. et feorfim excufa ftudio eiusdem Pinii. Romae 1740, fol. Codicem liturgicum ecclefiae vniuerfae edidit Iofephus Aloifius Affemannus, cuius liber I et II. prodiit Romae 1749, 4. III. ibid. 1750. libri IV. Part. 1 et 2. ibid. 1751. P. 3 et 4. ibid. 1754. Varii ordines Miffae celebrandae, editi ab *Edmundo Martene* lib. 1. de antiquis Ecclefiae ritibus pag. 454 feq. qui de precibus etiam Canoni Miffae additis videndus p. 411 feq. 343 feq. Expofitio Miffae edita ad calcem Ordinis Romani T. 13. Bibl. Patr. Lugd. ex edit. Hittorpii p. 746-750. diuerfa eft ab ea, quam ante 900 annos fcriptam vulgauit *Edm. Martene* lib. 1. de antiquis Ecclefiae ritibus pag. 434-454. Caroli M. libellus ad Alcuinum de Sacrificio Miffae et ratione rituum Ecclefiae a Wolfgango Lazio cum aliis eiusdem argumenti opufculis editus Antw. 1560, 8. Ioan. Bona in libris 2. rerum liturgicarum, quibus fubiecit Miffam latinam veterem, quam vulgauerut Matthias Flacius Argentinae 1557, 8. de qua vide etiam *Struuii* Bibl. antiquam A. 1706. p. 273 fq. et *Edmundum Martene* lib. 1. de antiquis Ecclefiae ritibus p. 481 fq. Io. Mabillonii de Liturgia Gallicana libri 3. et Tomus fecundus mufei Italici, Commentarius praeuius

[36] Sunt illi: Ordo Romanus, Ifidorus Hifp. Alcuinus, Amalarius, Rabanus Maurus, Walafridus Strabo, Berno, Micrologus, Iuo, Hildeberti Cenomanenfis (quod fub Mauricii Senonenfis nomine edidi) de ritibus Miffae carmen, Radulphus de Riuo, et Miffae expofitio breuis ex antiquis libris, quam habes etiam T. 13. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 746-750. diuerfam ab ea quam ante 900. annos fcriptam vulgauit Edm. Martene lib. 1. de antiquis ritibus pag. 434-454. Liturgiarum Orientalium corpus quod edere voluit Rich. Simon quem vide T. 2. Bibl. felectae p. 173. cum orbe erudito communicauit Eufebius Renaudot. Parif. 1716. duobis tomis in forma quadripartita. De variis Liturgiis confulendus Ioannes Bona libro rerum Liturgicarum primo, et Edmundus Martene lib. 1. de ritibus p. 266 fqq. De Graecis notaui nonnulla ad Allatium de libris Ecclefiafticis Graecorum. De Latinis differit Nic. Petr. Sibbern in libro de libris latinorum ecclefiafticis et liturgicis. Witteb. 1706, 8.

praeuius ad Ordinem Romanum etc. Liber Gallicus Parif. 1697, 8. a Grancolafio Doctore Sorbonico editus et 1715. recufus fub titulo: Veteres Liturgiae f. ratio miffam celebrandi per fingula faecula, in Ecclefiis Orientis pariter et Occidentis. Lazari Andreae Bocquilloti tractatus hiftoricus de Liturgia Sacra Gallice editus Parifiis 1701. Seuerus Alexandrinus (fiue Antiochenus potius) de ritibus facrae Synaxeos apud *Syros* Chriftianos receptis Antwerp. 1577, 4. Syriace et Latine. Romae A. 1592. prodiit Syriace fine verfione *Miffale chaldaicum ad vfum Ecclefiae Maronitarum*, in quo XIV. Liturgiae (Iacobitarum) fed valde interpolatae. Eufebius Renaudotus omifit ex illis *Liturgiam Ioannis Patriarchae cognomento Barfchouchan*. v. praefat. Tom. 2. p. 22. ceteras et longe plures e MS. verfas Latine T. 2. exhibet. Miffae Armenorum ordo Armenice et Latine. Romae 1642, 4. (*Matthaei Riuato*) Liturgia fiue canon generalis Aethiopum, (qui paucis exceptis eft Liturgia S. Bafilii. vid. Renaudot. T. 1. pag. 172.) legitur ad calcem N.T. aethiopice editi Romae 1548. Latine Romae 1549. Liturgia *Coptica* apud Kircherum pag. 37 fq. Prodromi Copti: Diofcori Liturgia a Iobo Ludolfo *Aethiopice* et Latine edita in calce Lexici Aethiopici. De ritu Miffae in magna Kairo, Hottingerus Tomo 5. Hift. Ecclef. p. 53 fq. De variis Liturgiis conferatur *Honoratus de S. Maria* T. 3. Reflexionum criticarum differt. 3. De liturgiis Orientalibus duas edidit differtationes *Io. Guil. Ianus*. Witteb. 1724, 4. De liturgia graeca a Grabio ad normam veter. liturg. compofita confer. *C. M. Pfaffius*. His addendi fcriptores de officiis Ecclefiafticis Ifidorus Hifpalenfis, Alcuinus, Beda fiue quisquis auctor fcripti de Officiis (quod Tomo 7. Operum Bedae legitur, quodque pro vix dignis illo Doctore collectaneis habet Quesnellus p. 551. ad Leonem M. Florus, Diaconus Lugdunenfis, (faeculo IX. clarus) de actione miffarum T. 15. Bibl. Patr. p 62 fq. Hugo de S. Victore aliique fupra c. 4. § 3. a nobis laudati et in Hittorpiana aliisque iam a nobis memoratis collectionibus fere obuii: E recentioribus *Cl. Villette* in libro, cui titulus: les raifons de l'office et ceremonies qui fe font en l'Eglife Catholique Apoftolique Romaine, Parif. 1611, 4. et Rothomagi 1638, 8. Alius nefcio quo auctore: traité de la Meffe et de l'Office Divin, où l'on trouve une explication litteraire des anciennes pratiques et des ceremonies de l'Eglife, appuyée fur l'autorité des Peres et des Conciles. *Carolus Guietus* Iefuita Gallus in *Ordine generalis et perpetuo diuini Officii recitandi*. fol. *Claudii de Vert* differtation fur les mots de Meffe et de Communion avec quelques digreffions fur les Agapes, les Eulogies, le pain benit, l'ablution etc. Parif. 1694, 8. *Barthol. Corfetti* praxis SS. rituum ac caerimoniarum in miffis follemnibus. Venetiis 1654, 8. *Valentis Quarefimae*, Siculi, difcorfi de' fignificati delle vefti, atti, gefti e altre ceremonie della Meffa, Neapol. 1572, 8vo.

1576, 12. Mantuae 1578, 12. *Aemerici Hennequindi* interpretatio rerum, verborum et caerimoniarum in Missa. Paris. 1678, 8. *Augustinus de Herrera*, Hispanus, S. I. de origine et progressu in Ecclesia catholica rituum et caerimoniarum, quae in sancto missae sacrificio adhibentur. Hispali 1642, 4. *Idem* de origine et progressu officii diuini eiusque obseruationum catholicarum. ib. 1644, 4. *Gramolasii*, Doctoris Sorbonici, traité de la Messe ou l'on trouve une explication litterale des Cerimonies. Paris. 1713, 12. *Petri le Brun* explication litterale historique et dogmatique des prieres et des ceremonies de la Messe Paris. 1716, 8. quatuor voluminibus. *Gouldii* traité du S. sacrifice de la Messe avec l'explication des cerimonies. Paris. 1724, 12. *Dominici Georgii* de liturgia Romani Pontificis in sollemni celebratione missarum libri duo. Rom. 1731, 4. *Benedicti XIV.* P. R. exercitationes liturgicae de diuino officio. Rom. 1754, 4. Io. Voisinius quoque opus Liturgicum 2. vel. 3. tomis in folio molitus est teste Rich. Simonio II, 34. Epist. select. p. 225. sed lucem quod sciamus haud vidit. De origine liturgiae eucharisticae vniuersa accurate differit S. V. *Ioan. Aug. Ernesti* in Antimuratorio p. 16. ostendens pag. 19. tum, quum ardor pristinus paullatim refrixisset, in tantaque multitudine eorum, qui sacra facerent, propagata longe lateque religione christiana multi reperirentur, quorum nimis tenuis *δύναμις* esset, denique nonnulli antistitum eloquentiae gloriam nimis appeterent, formularum scriptarum et certarum consuetudinem natam esse. Quibus auctoribus singulae partes in Missa receptae sint, notat breuiter Honorius Augustodunensis in Gemma Animae l. 1. c. 86–90. Tom. 20. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1058 sq. Historiam missae italico sermone edidit *Franciscus Argelati*, Venetiis 1745, 8.

De coenae Dominicae, qualis a Christo ipso post coenam paschalem instituta fuit, ritibus et forma agunt *Iosephus Scaliger* libro 6. de emendatione temporum p. 572 sq. *Paullus Fagius* ad Targum Onkelos Deuteron. VIII. *Io. Buxtorfius* in diss. de coenae dominicae primae ritibus et forma, quae extat inter eius dissertationes Philologico-Theologicas, vbi et Vindiciae huius diatribes aduersus Ludouicum Capellum subiiciuntur. *Huetius* p. 276 sq. Alnetanarum quaestionum, *Iacobus Lydius* in sacra coena litteratorum, Tomo 10. fasciculorum Crenii. *Rudolphus Cudworth* in vera sententia siue recto iudicio de coena Domini, libello erudito Anglice edito, fol. *Io. Owenus* p. 427 sq. Theologumenon. *Richardus Simon* in collatione caerimoniarum Iudaicarum cum Ecclesiasticis, quam Leonis Mutinensis libro de ritibus Hebraeorum is subiunxit, et ex Gallico Latine vertit Io. Valentinus Grosgebauerus. *Christoph. Matth. Pfaffius* in diss. de oblatione Eucharistiae in primitiua ecclesia vsitata, quam subiunxit fragmentis S. Irenaei editis Hagae 1715, 8. *Martin. Chladenius* in diss. de verbis

bis S coenae ex formula Iudaica non explicandis. Witteb. 1711. et *Sal. Deylingius* de Euchariſtiae origine ex ritu Iudaeorum paſchali non repetenda. Lipſ. 1734, 4. Quomodo Chriſtus benedixerit et an duobus vſus calicibus: et de ritu manibus ſumendi agit *Michael Amatus*, presbyter Neapolitanus, diſſ. hiſtorico-dogmatica tertia et quarta. Neapoli 1728, 4. Ritus ac ſententiam veteris Eccleſiae circa ſacram Euchariſtiam perſequuntur: e noſtratibus *Henricus Rixnerus* de inſtitutis ac ritibus veterum Chriſtianorum circa S. Euchariſtiam, et de communione Laica, [37] peregrina ac praeſanctificatorum Helmſt. 1670, 1673, 4. D. *Dorſcheus* ad diatypoſin Concilii Nicaeni de S. Coena, et in Myſaria Miſſae: D. *Io. Fechtius* in elaborato opere de origine et ſuperſtitione Miſſarum in honorem Sanctorum celebratarum Lipſ. 1707, 4. *Ioach. Hildebrandus* in rituali Euchariſtiae veter. Eccleſiae. Helmſt. 1712, 4. et in arte bene moriendi cap. 5. vbi de Euchariſtia infantibus et morti vicinis data, *B. Bebelius* Saec. 4. Tom. 2. p. 791-821. et *Ioan. Andr. Quenſtedt* in diſſert. de ſacrae Euchariſtiae ritibus antiquis. Witteb. 1680. E Reformatis ſcriptoribus *Iſaacus Caſaubonus* aduerſus Baronium Exerc. XVI. *Philippus Mornaeus* et *Edmundus Albertinus* in libris de Euchariſtia, *Dauid Blondellus* de Euchariſtia Vet. Eccleſiae, Sarrauii cura A. 1640.

[37] De communione Laica et peregrina Pompeius Sarnelli antiquae Baſilicographiae c. 30. ſq. et Lindebrogius ad Codicem Legum antiquarum p. 1380. Communionem peregrinam de tranſpoſitione Clerici in peregrinum ac deteriorem locum (Poenitentz Pfarre hodie vulgo appellant) explicat Philippus Tilemannus Schenck, Profeſſor Marpurgenſis, in diſſ. de communione peregrina eiusque apologia aduerſus Ioannis Faës τοῦ μακαρίτου obelum peregrinitati peregrinae communionis fixum, Marpurg. 1695, 8. Iacobus Bornius, V. C. autem in commentat. de communione peregrina veteri Clericorum cenſura, Lipſ. 1742, 4. edita, communionem peregrinam cenſet eſſe poenae genus, Clericis, qui qua in re deliquerant, ab Epiſcopo, tanquam eorum iudice, impoſitae, ita vt a munere fuerint remoti, et in ſtatum clericorum peregrinorum, in eccleſia viuentium, detruſi. Cum quo ex parte conſentiunt Gabriel Albaſpinaeus lib. 1. obſerv. c. 3. Philippus Priorius in diſſertat. de litteris canonicis, aliique plures laudati S. V. I. G. Walchio in diſſ. de translationibus miniſtror. in vet. Eccleſia Ien. 1745. edita, quibus cognitio peregrina ſignificat eam conditionem, qua illi propter certa delicta ab omnibus functionibus ſacris eſſent prohibiti, in ordine autem ipſo manerent eaque acciperent, quae ad vitam ſuſtentandam requirerentur: iure tamen plenae portionis eſſent excluſi, donec per rectam poenitentiam officium poſſent recuperare. Schenckii ſententiae propius accedit M. Anton. Dominicus in diſſ. de communione peregrina et abolitione poenitentiae canonicae. De communione laica diſſerunt Frider. Mendoza p. 1357 ſq. ad Concil. Illiberitan. T. 1. Labbei, Dallaeus lib. 5. cap. 23. de cultibus Laicorum religioſis, aliique plures excitati ab eodem Walchio diſſert. laud. § 6 et 7. Ipſi Walchio communio laica fuit illud poenae genus, quo clericus ob grauiora delicta ordine ſacro ita priuatus eſt, vt nunc omni officio, poteſtate atque auctoritate, etiam nomine clerici careret: non aliam, niſi laicorum propriam, prae ſe haberet conditionem atque omni ſpe deſtitutus eſſet, munus ſacrum capeſſendi.

1640. editus, *Dallaeus* lib. 3–9. de cultibus religiosis Latinorum, *Claudius Salmasius* in libro de transsubstantiatione et in libro altero s. epistola ad Iulium Pacium de Hugonis Grotii voto pro pace, quos vtrosque sub laruato Simplicii Verini nomine vulgauit. *Matthaeus Larroquanus* in Historia Eucharistiae, Gallice edita Amst. 1671, 8. quae secunda editio melior est et castigatior, nomenque auctoris praefixum habens quod in priore desideratur. E Romanae Ecclesiae doctoribus denique *Iosephus Vicecomes* de antiquis Missae ritibus et apparatu, 2 Vol. Mediolan. 1620 et 1626, 4. *Theophilus Raynaudus* Tomo 6. Opp. qui inter alia missam pro defunctis veteri Ecclesiae ignotam, et mortuos nihil iuuare disputat: *Edmundus Martene* de ritibus Eccles. lib. 1. *Gabriel Albaspinaeus* in Obseruationibus Ecclesiasticis libro 1. et in scripto Gallico *de l'ancienne Police de l'Eglise sur l'administration de l'Eucharistie. Fronto Ducaeus* contra Mornaeum, *Perronius* a Michaele Fauchero oppugnatus. *Iac. Bolducus*, Capucinus, de initio et progressu Eucharistiae siue sacrificii panis Eucharistici per totum orbem, Lugd. 1640, 4. Inter veteres ipsos videndi maxime Iustinus Martyr Apolog. 1. p. 98. ac Cyrillus Hierosol. Catechesi mystagog. IV et V. Circa sententiam et ritus recentiorum Ecclesiarum orientalium, Graecae praecipue, consulenda sunt scripta, quae in vtramque partem edita sunt ab annis circiter quadraginta a Pontificiis, *Antonio Arnaldo, Nicolio, Allatio, Nihusio, Petro Arcudio* eiusque aduersario *Io. Baptista Catumsyrto, Richardo Simone, Eusebio Renaudoto,* aliisque: et a Protestantibus *Ioan. Claudio* (qui opus de perpetuitate fidei Ecclesiae Catholicae circa Eucharistiam Gallica qua scriptum est lingua erudite oppugnauit) a *Ioan. Henr. Hottingero, Elia Veilio, Thoma Smitho, Ioan. Aymonio* etc. vt omittam Cortesium Branam Maracaeum de Graecae et Latinae Missae consensu, editum Neapoli 1603, 8.

Christum ipsum de Eucharistia participasse, ac de pane et vino post benedictionem comedisse ac bibisse, contendit *Philippus Ioannes Schenck* in oblatione siue communione eiusque Apologia contra Ioannem Faës τὸν μακαρίτην, Pastorem Stadensis Ecclesiae, suadens vehementer, vt sacerdotes consecrantes etiam ipsi [38] communicent, neque a participatione Eucharistiae quam aliis impertiunt abstineant. Marpurg. 1695, 8. Pro contraria sententia videndus laudatus Faës in Christo incoenato, Brem. 1693, 8. De eo, vtrum sibi ipsi possit exhibere S. Coenam sacerdos vide Relationes innoxias A. 1720. pag. 904 sqq.

Ius consecrandi Laicis etiam tribuit Rigaltius in libello rarius obuio de quo Rich. Simon T. 1. Epist. select. 3. Grotius in dissertatione sine nomine edita de coenae administratione vbi Pastores non sunt, et Iustus Henningus

[38] Sic Romae olim receptum vsu notat Edm. Martene lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 419.

Boehmerus diss. 9. ad Plinii Epistolam et Tertulliani loca. Pro contraria sententia consulenda Gabrielis Albaspinaei obseruatio ad locum Tertulliani de exhortatione castitatis c. 7. Dionysii Petauii dissertatio de potestate consecrandi et sacrificandi Sacerdotibus a Deo concessa, Io. Harduini Opera selecta p. 297 sq. et H. Dodwelli Exercitatio de iure Laicorum sacerdotali, Lond. 1685, 8. Historiam huius controuersiae accurate recenset Eruditissimus *Ioan. Georg. Walchius* in dissert. de sacra Coena a laicis administranda, Ienae 1747. vbi is simul suam hac de quaestione sententiam expromit, eo redeuntem, posse in necessitatis § 26 rite determinatae casu, laicum panem ac vinum consecrare atque alteri porrigere, in primis vbi hoc occulte atque hac ratione fiat, vt nulla metuenda sit offensio.

Hugonis Grotii dissertationem an semper communicandum per symbola, examini subiecit Ioan. Cloppenburgius, quod et inter selectas eius dissertationes, et cum iam dicta Dodwelli diatriba, cui Grotii etiam ac Petauii iam dictae exercitationes iunctae sunt, prodiit.

Missas non priuatas modo sed quoque sollemnes plures eadem die ab vno sacerdote celebrari solitas probat Edmundus Martene lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 283. et Io. Bapt. Thiers in tomo priore libri postumi de superstitione, de quo Elias du Pin T. 18. p. 283 sq. Idem Thiersius in opere *de l'exposition du S. Sacrament* siue de sollemni ritu quo S. Eucharistia oculis fidelium exponitur, quod post priorem editionem Anni 1673, duobus libris auctius lucem vidit Paris. 1677, 12 inter alia aduersus frequentiam Missarum disputat, quam oppugnat etiam auctor Epistolae quae inscribitur: Lettre sur l'ancienne discipline de l'Eglise touchant la celebration de la Messe, Paris. 1708, 12. ne dicam quae aduersus frequentiam Communicandi scripsit Antonius Arnaldus libro celebratissimo *de la frequente Communion.* De Matthaei de Cracouia libro rituum expediat et deceat sacerdotes continuare Missas, vel Laicos frequenter communicare, edito Memmingae A. 1491. vide Eduardi Brown praefationem ad fasciculum rerum expetendarum ac fugiendarum, p. 31. De *missa sicca* exstat dissertatio *Ioan. Andr. Schmidii* quae prima est in Eiusdem Triga dissertationum historico theologicar. Ienae 1692, 8. editarum. Contra *missarum solitariarum* vsum disputat *Dallaeus* IV, 5 – vlt. de religiosis cultibus Latinorum, quas nono demum saeculo inualuisse cap. 18. obseruat.

De Eucharistiae asseruatione et ad absentes transmissione multa Claudius Espencaeus opere postumo de adoratione Eucharistiae libro 2. vbi etiam de communione moribundorum, de Eucharistia data pueris, mortuisque et de reliquiarum Eucharistiae exustione. Ad ea quae aduersus S. Eucharistiae adorationem scripsit Io. Dallaeus libris de obiecto cultus religiosi, respondere conatus

tus est Iacobus Boileau, libro de adoratione Eucharistiae, Gallice edito Parif. 1685. quemadmodum et idem et Bossuetus in libro de communione sub vtraque specie, incassum enisi sunt refellere quae tum alii tum praecipue Georgius Calixtus libro de communione sub vtraque in medium attulerat. Videndus etiam libellus Hermanni Hamelmanni, Francof. 1557, 8. editus hoc titulo: *Cum Scriptura S. consensus XI. Conciliorum, aliquot Historiarum, et quorundam Hymnorum Ecclesiae, atque omnium fere Patrum qui ante Thomam Aquinatem vixerunt, in perpetuo vtriusque speciei Eucharistiae cunctis ex aequo fidelibus porrigendae vsu contextus ad Georgium Episcopum Mindensem.* *Communionem sub vna specie* institutioni Christi et vsui veteris Ecclesiae aduersam esse fatetur Concilium Constantiense, Tom. 8. Conc. Harduini pag. 381. et Tridentinum Tom. 10. pag. 120. Eam ad saeculum vsque XII. ignoratam esse non dubitat *Ioan. Bona* II, 18. Liturg. et *Ioan. Mabillonius* commentario praeuio ad ordin. Roman. (T. 2. Musei Italic.) pag. 61 sqq. Pluribus id ostendit, praeter *Georg. Calixtum* modo citatum, *Hector Gottfr. Masius* in dissertat. de communione aegrotorum sub vna contra Bossuetum, Hafniae 1688. et inter dissertationes eius iunctim editas Hamb. 1720, 4. pag. 222 sqq. Aduersus adorationem S. Eucharistiae accurate disputat *Ioan. Wilh. von der Lith* in libro germanico: Gründlicher Beweis, daß das Niederknien vor den Hostien in der Messe, den Gewohnheiten und Satzungen der alten christlichen Kirche zuwider. Suobaci 1721, 8. De Eucharistia moribundorum et mortuorum differunt *Ioan. Andr. Schmidius* in Decade dissertation. historicotheolog. diss. 1. et *Ioan. Andr. Gleichius* in dissert. Witteb. 1690. De Eucharistia infantum Ioan. Frid. Mayer. Lipf. 1673. Corn. Dieter. Kochius. Helmst. 1724. Chr. Eberh. Weismannus in dissert. de praepostera Eucharistiae infantum in Ecclesiam reductione. Tub. 1744. Petrus Zornius in historia Eucharistiae infantum. Berolini 1736, 8. De Eulogiis vt alios iam omittamus Pompeius Sarnelli in Basilicographia c. 39. De oblatis quibus in nostra etiam Ecclesia vtimur, forma numorum repraesentantium Dominici corporis pretium, exstant singulares dissertationes praestantium Doctorum Ioan. Musaei, Christiani Kortholti, Andreae Kunadi, Ioan. Andreae Schmidii, Herm. Chr. Engelcken et Ioan. Sam. Straussii. Vide etiam Edmundum Martene lib. 1. de ritibus pag. 318 sq. 382 sq. Casparis Caluoerii rituale Ecclesiasticum T. 1. p. 595. De vasis sacris, in S. Coena administranda adhibitis commentatus est *Sebast. Paulli* in dissertatione de patena argentea Forocorneliensi, olim, vt fertur, S. Petri Chrysologi. Neapoli 1745 et 1749, 8. De calicibus eucharisticis veterum Christianorum *Ioan. Dougthaeus* libro singulari cum mantissa Faesii euulgato Bremae 1694, 8. De fatis calicis Eucharistici *Ioan. Andr. Schmidius* in dissertat. Helmstad. 1708 edita. Historiam sistu-

lae

lae Eucharisticae euulgauit *Ioan. Vogtius* Bremae 1740, 4. De intinctione panis in vinum *Dallaeus* III, 27. de cultibus religiosis, et *Christo. Sontagius* in dissert. Altorfii 1695. habita. De cereis ad S. Eucharistiam adhibitis *Ioan. Sartorius* Meletem. historicoecclesiastic. N. 3. De more vinum aqua diluendi *Io. Dan. Kluge.* Tremoniae 1736. De sicera in vsu S. Coenae non adhibenda *Ioan. Rud. Kieslingius.* Lipsiae 1745.

Latinam Ecclesiam ad octauum saeculum vsque indifferenter azymis et pane fermentato vsam esse in Eucharistia, contra Baronium probant Bona lib. 1. liturg. c. 23. et Sirmondus disquisit. de azymo T. 4. Opp. Vide etiam monitionem Bonae liturgicis praemissam, Franciscum Mariam Florentinium disquisitione de antiquo vsu fermentati panis et azymi, a filio edita: Allatium contra Creyghtonum pag. 475 sq. 567 seq. Edmundum Martene lib. 1. de ritibus p. 308 seq. Vossii theses Theol. p. 262 sq. Franciscum Burmannum parte 2. Exerc. pag. 315 sq. Tentzelii diss. select. Tom. 2. p. 330. Launoii dissertationem pro Sirmondi sententia, post auctoris obitum oblatam memorant Ephemerides Parisienses A. 1697. pag. 20.

Sirmondi sententiam impugnant Ioan. Ciampinus in coniecturis de perpetuo azymorum vsu, Franciscus a S. Augustino Macedo in tractatu de quo Leti, Italiae regnantis Tom. 3. pag. 200 sq. Mabillonius praefat. ad Tom. 3. Annal. Benedictin. et in diss. de pane Eucharistico azymo ac fermentato, Paris. 1674, 8. Christianus Lupus etc. Idem tamen Mabillonius Tom. 1. musei Italici p. 134. non diffitetur fermentum per Ecclesias missum fuisse nihil aliud quam Eucharistiam consecratam, non tantum Eulogias vt volebat Baronius. Idem cum Mabillonio fatetur etiam Schelstratenus, c. 7. de disciplina arcani contra Tentzelium: sed improbabili coniectura ait fermentum dictam, non quod ex fermentato pane esset, sed quod veluti fermentum vnionis esset massae ac corpori Christianorum.

Deinceps azymo solo Latini vtuntur, Graecis fermentatum solum constanter tenentibus. Confer Allatium contra Hottingerum p. 122 seq. et de Synodo Phot. p. 526. qui tamen Graecos a Pontifice Rom. permitti fermento vti obseruat, adeoque tanquam rem indifferentem haberi p. 6. et 21. libri de aetate in collatione ordinum apud Graecos. Azymis vsi etiam Ebionei,[39] Apollinaristae[40] et Iacobitae[41] atque etiamnum Armenii[42] atque Maronitae: vti

39 S. Epiphanius haeresi 15. B. D. Ittigius de haeresiarchis p. 65 sq.

40 Metrophanes Critopulus Confess. p. 94.

41 Damascenus T. 1. pag. 647. sed hodie Iacobitae fermentato vtuntur, teste Naireno, Rich. Simone, aliisque.

42 Faustus Naironus in Euoplia fidei Catholicae.

vti fermentato Nestoriani, Habessini, Russi. Azymitae ad traditionem Apostoli Petri prouocant, vide Cotelerium III. monument. p. 665. et Christum Eucharistiam quum institueret azymo vsum probant Scaliger de emendatione temporum p. 567. et Buxtorfius diss. Philologico-Theol. p. 296 seq. Pro fermentati [43] vsu videndus Meletius inter Opera Io. Damasceni T. 1. edit. Michaelis le Quieu pag. 647 sq. et Maximus Peloponnesius Hiero-monachus in diss. de Eucharistia contra Latinos, cum versione Ienkini Thomasii edita inter huius dissertationes, Altdorf. 1712, 8. pag. 385 sq. Pro vsu azymi, auctor tractatus contra Graecos in auctario Steuartii pag. 569 seq. Barlaamus T. 26. Bibl. Patrum Lugd. p. 6 sq. Gennadius ib. p. 573 sq. Michael Nau in Ecclesiae Rom. Graecaeque effigie, dialogo IX. pag. 166 sq. Allatius de purgatorio p. 689 sq. et de consensu utriusque Ecclesiae p. 1163 sq. Fermentato pane vtuntur Orientales exceptis Armenis. vid. Eusebius Renaudotus Tom. 1. Liturg. pag. 190. Syri etiam sal et oleum admiscent. pag. 191. Syros autem vsque ad octauum saeculum azymis vsos esse ostendit Assemannus Tom. 1. Bibl. Orient. p. 489. Ceterum integram controuersiae huius historiam accurate recensuit S. V. *Ioan. Gottfried. Hermannus* in Historia concertationum de pane azymo et fermentato in coena Domini. Lipsiae 1737, 8.

XXVII. De poenitentia Ethnicorum *Andreae Luscinii*, Nylandri, dissertatio lucem vidit Aboae 1705, 8. cui adde *Christiani Falsteri* amoenitat. philolog. T. 2. pag. 100 sqq. et *Ioan. Munsterum* de poenitentia Ethnicorum. *Maimonidis* tractatum de natura et ratione poenitentiae apud Hebraeos post Anonymum et Ioan. Hilpertum vertit et notis illustrauit Io. Clauering. Oxonii 1705, 4. Idem argumentum ex Christianis persequuti sunt *Henr. Opitius* in dissertatione, quae doctrinam de poenitentia ex Iudaeorum mente exhibet. Kilonii 1682. *Andr. Boberg* duabus dissertationibus de ritibus poenitentium apud Hebraeos. Vpsal. 1739 et 1740. *Seb. Schmidius* in consideratione doctrinae de poenitentia apud Iudaeos, quae est dissertatio decima inter tredecim theologicas iunctim editas Argentorati 1682, 4. et *Ioan. Dauid Steuckartus* in historia poenitentiae V. T. quae exstat parte 2 et 4. tentaminum eius sacrorum. Witteb. 1724, 8. editorum. Poenitentiae publicae, cui in veteri Ecclesia grauiora peccata, idololatria maxime, [44] adulterium et homicidium subiiciebatur: gradus, processus, ritus, relaxationem aliaque ad eandem vel nascentem et confirmatam, vel degenerantem atque exspirantem spectantia praeter alios omnes fuse

[43] Fermentum recentioribus Graecis *προζύμι*. Vide Cangium in hac voce,
[44] Ex Actor. XV, 20. vide Possinum ad S. Nili Epist. 2. p. 367.

fuse atque erudite persequutus est *Ioan. Morinus* Blesensis,[45] Congregat. Oratorii presbyter libris X. in opere erudito et laborioso de sacramento poenitentiae, post primam editionem Paris. 1650. iam bis excuso Brux. 1685. et Venet. 1702. fol. in quo etiam plures veteres poenitentiales libelli tum Orientalis tum Occidentalis Ecclesiae exhibentur, nec minus traditur quid Iudaei de poenitentia, confessione et excommunicatione statuerint. His addendae veteres formulae siue Ordines ad dandam Poenitentiam et peccata confitentibus absolutionem, in Edmundi Martene lib. 1. parte 2. de antiquis ritibus Ecclesiae p. 41 sq. Confessio Sacerdotis Missam facturi, part. 1. p. 534. Videndae etiam Ioan. Morini Exercitationes Ecclesiasticae, in quibus potissimum agitur de poenitentia et poenis Clericorum. De quibus adibis etiam Valesium ad Socratem p. 88. et obseruationes Ecclesiasticas Gabrielis Albaspinaei. De Graecis poenitentialibus libris a Ioan. Morino publicatis vide, quae disputata sunt Vol. 10. Bibl. Graecae p. 164 et 165. et de Latinis Vol. 11. pag. 74 sqq. Publicis tantum, neque illis omnibus, neutiquam vero priuatis criminibus poenitentia publica imposita fuit, vt contra Morinum fuse probat Iacobus Petitus ad poenitentiale Theodori Cantuariensis pag. 61 sqq. Initio videtur *moechis*, *homicidis* et *idololatris* nulla prorsus concessa fuisse publica poenitentia, quanquam a Deo poenitentes in gratiam recipi posse, et, modo vera ac seria poenitentia ducantur, recipi neutiquam negabant. *Moechos* primus admisit ad publicam poenitentiam Papa Zephyrinus, Montani discipulis vehementer contra obnitentibus, inque his Tertulliano cap. 5. de pudicitia, et Catholicis quibusdam in Africa Episcopis. *Idololatris* s. in Idololatriam *lapsis* poenitentia dari coepta est a Cypriano, tum mox Romae a Clero Romano, dum sedes vacaret, et a Cornelio exinde Papa. His acriter obstitere Nouatiani, pacem idololatris ab Ecclesia dari aut eos ad poenitentiam publicam admitti posse negantes. In Concilio I. Arelatensi, Apostatis qui communionem ante non petierint, eam in fine vitae negandam esse decernitur canone 23. *Homicidis* poenitentia concessa est canone 21 et 22. Ancyrano. De *Libellaticis* vide Binghami Origin. Eccles. L. XVI. cap. 4. Tobiam Pfannerum Observ. ecclesiast. pag. 1. obs. 2. pag. 147. Matthaeum Larroquanum aduersar. sacr. lib. 3. cap. 2. pag. 423. Christo. Matth. Pfaffium orig. iuris ecclesiast. p. 130. ac Seb. Niemanni et Conr. Dan. Frickii differtt. Ien. 1669. et Lips. 1694. De *Sacrificatis* confer Tob. Pfannerum l. c. Christi. Kortholtum de persequutionibus ecclesiae primaeuae p. 381. et Ioseph. Binghamum l. c. De *Traditoribus* Tob. Pfannerum lib. cit. p. 1. obs. 3. p. 226. et *Alb.*

[45] Rich. Simon Bibl. choisie T. 2. c. 10. p. 151 sq. Du Pin T. 17. p. 229 sqq. Leonis Allatii Epistolam ad Morinum de poenitentia recentium Graecorum edidit Baluzius T. 1. Misc. p. 457.

Alb. Frickii diſſertationes duas Lipſ. 1737 et 1738. editas. De libellis pacis, qui lapſis dabantur, conſule F. B. Ferrarium de epiſtol. Eccleſiaſt. p. 191. et I. A. Spieſii diſſ. Altorfii 1745. euulgatam. Canon 13. Nicaenus nemini in exitu vitae viaticum petenti negandum eſſe conſtituit, aliter quam decretum fuerat in Canonibus Concilii Eliberini quod A. C. 303. celebratum eſſe contendit illuſtriſſimus Aguirre Tomo 2. Concil. Hiſpaniae p. 8. Conſtat tamen et hoc, graues peccatores, ſi poſt exhibitum viaticum iterum reconualuiſſent, non inter fideles ſtatim computatos, ſed inter poenitentes denuo reiectos atque ad *ϛυγνὸν*[46] *βῆμα* ſiue *μετανοίας χῶραν* detruſos iterum fuiſſe. Ante Montanum et Nouatianum rigidiores poenitentiae doctores. vide Cotelerium ad Conſtitut. Apoſtolic. II, 14. T. 1. Patr. Apoſtolicor. pag. 222. Nunquam vero poenitentia publica eidem homini ſuper peccato repetito bis conceſſa, de quo idem Aguirre T. 2. pag. 358 ſqq. et de poenis relapſorum p. 377 ſqq. et de lapſis in peccatum carnis poſt baptiſmum, ne ordinentur, aut ne adminiſtrent ordines iam ſuſceptos pag. 589 ſqq. et Clerici quicunque in publicam poenitentiam incidiſſent, per totam vitam a clero exulare iuſſi ſunt, non ſane ob poenitentiam, ſed ob atrox crimen confeſſum publicumque, cuius cauſſa poenitentiae obnoxii fuerant. Vide Nicol. Comnenum pag. 209. praenot. myſtagogicarum. Nec iuuenibus data poenitentia ſed adultis tantum, neque coniugatis niſi ex conſenſu partium, adde Baluz. ad homiliam 2. Caeſarii Arelatenſis Tom. 27. Bibl. Patrum pag. 341. Ita et feminae ad poenitentiam admiſſae, vt idem ad homiliam 1. p. 340. docet. De poenitentia relapſo in haereſin impoſita vide Martene I. Anecdotor. p. 1045. De poenitentia votiua Salmaſium pag. 526. de coma. Varii porro poenitentiae gradus[47] erant iam ante Concilium Ancyranum A. C. 314. celebratum vſu recepti, per quos, in crimina prolapſi ſi ſeriae

[46] Vide de hac voce Caſaubonum in Caſaubonianis p. 148.

[47] Cum his gradibus poenitentiae conferunt nonnulli gradus initiationis in Myſteriis Gentium de quibus Olympiodorus: *ἐν τοῖς ἱεροῖς ἡγοῦντο μὲν αἱ πάνδημοι καθάρσεις, εἶτα ἐπὶ ταύταις αἱ ἀποῤῥητότεραι, μετὰ ταύτας, συϛάσεις, καὶ ἐπὶ ταύταις μυήσεις, ἐν τέλει ἐποπτείαι.* De illis Myſteriis Gentium videndi Io. Fileſacus lib. 2. electorum p. 113 ſq. Io. Meurſius libro de Eleuſinae Cereris ſacro, Lugd. Batav. 1609, 4. et Tomo 7. theſauri Gronouiani: Bullialdus ad Theonem p. 217 ſq. Petauius ad Themiſtium pag. 413. edit. Harduini. Pricaeus et alii ad Apuleium lib. XI. Mileſ. Caſaubonus et Salmaſius ad Spartiani Hadrianum c. 13. Ioan. Phil. Pfeifferus Graec. Antiq. p. 99 ſqq. Petrus Halloix T. 1. pag. 696 ſqq. de vitis Patrum Oriental. Ioan. Salenius in diſſert. de Orgiis Bacchi. Holm. 1696, 8. Henning. Forelius de myſteriis Eleuſiniis. Vpſal. 1707, 8. Petrus Zornius Opuſc. Sacr. T. 1. p. 244 ſqq. 289 et 297. Ioan. Ern. Floerkius in libro de crimine coniurationis ſpirituum cap. ſexto, quod eſt de magia caerimoniali et Theurgia. Ienae 1721, 4. et Guilielmus Warburtonus Vol. 1. Diuinae Moſis miſſionis p. 131-252. edit. anni 1742. qui in myſteriis vnitatem Dei et praemia ac poenas futurae vitae reuelata fuiſſe cenſet.

emendationis fidem fecissent, paullatim cum Ecclesia iterum reconciliabantur. Illi gradus sunt, [48] fletus, auditio, substratio, consistentia. Quum scilicet peccator peccata sua coram sacerdote confessus, seriumque super illa dolorem testatus fuisset, in *fletu* siue primo gradu poenitentiae extra Ecclesiae tectum sub dio (confer Christoph. Sonntagii Exercitationem de *hiemantibus* s. *Χειμαζομένοις* Altdorf. 1705. et Ioan. Andr. Cnoblachii dissert. de eod. argumento. Witteb. 1708.) versantes, barba vel tonsa vel incompta, lugubri habitu, cilicio induti ac cinere consperfi (vide Thom. Milles ad Cyrillum Hierosol. pag. 27.) ante fores Ecclesiae stabant flentes, et a fidelibus pacem exorabant. (Baluz. ad homiliam 1. Caesarii Arelat.) Hoc quum per statum tempus fecissent, ad *ἀκρόασιν* siue *auditionem* admittebantur, qui secundus poenitentiae gradus fuit, quo inter Catechumenos, in aditu templi s. exteriore parte erat illis orandum atque commorandum. Ad hunc gradum pertinent, quae Theodoretus Epistola 77. T. 3. p. 947. disserit. Tertius gradus *ὑπόπτωσις substratio* erat, quum postea liceret ipsis templum ipsum ingredi, sed ita vt retro ambonem sese prosternerent et deinde cum Catechumenis iterum egrederentur. Hoc quum per aliquot annos, menses vel quodcunque tempus definitum fuisset, frequentassent, tunc ad quartum poenitentiae gradum *σύστασιν consistentiam* admittebantur, qua integrum erat illis inter fideles stare et orare, nondum vero ad *μέθεξιν* sacrae Synaxeos accedere. Quod demum licebat, quum per poenitentiam absolutam Ecclesiae plene reconciliati inter fideles iterum computarentur. Hanc veteris Ecclesiae disciplinam circa poenitentiam illustrant praeter *Ioannem Morinum* in iam laudato praeclaro opere de sacramento poenitentiae, *Ioannem Lensaeum* in libro de ecclesiastica satisfactione poenitentis contra Benedictum Aretium, Louanii 1585, 8. et *Hug. Grotium* in discussione Apologetici Riuetiani, T. 3. Opp. p. 735 sqq. *Iac. Sirmondus* in historia poenitentiae Paris. 1651, 8. T. 3, opusculorum atque inter Opera iunctim edita Paris. 1696, fol. Tomo IV. et ad calcem dissertationum IV. *Ioan. Bartholdi Niemeieri* Theologi Helmst. de disciplina Ecclesiastica, Helmst. 1702, 4. Auctor libri Anglice editi (Presbyter Anglicanus Nathanael Marshal. v. Guil. Whistonum in vita Sam. Clarkii p. 78.) the penitential Discipline of the Church. Lond. 1714, 8. *M. Anton. Dominicus* in dissert. de communione peregrina et abolitione poenitentiae canonicae edita 1645. *Ioannes d'Artis* de canonica Ecclesiae disciplina circa sacramenta atque adeo poenitentiam. Parisiis 1625, 8. et in Operibus a Douiatio iunctim editis Parisiis 1656, fol. *Gabriel Albaspinaeus*, Aurelianensis Episcopus, in

[48] Vide Nicol. Comnenum pag. 230. praenot. mystagog. Iac. Goarum ad Euchologium p. 22. Matthaei Blastonis syntagma T. 2. Beuerig. p. 177. Basilica T. VII. p. 651 et 691. Ius Graecoromanum T. 1. p. 53 et 56.

in libro 1. Gallice editi operis *de l'ancienne police de l'Eglise sur l'administration de l'Eucharistie* [49] et in obseruationibus Ecclesiasticis, quae Paris. 1623. et curante Gebh. Theodoro Meiero Helmstad. 1672, 4. prodierunt, et in epitomen etiam redactae notisque illustratae sunt a Ioan. Georgio Kettenbeilio. ibid. 1657, 4. *Ioan. Filesacus* in Syntagmate de poenitentia, Parisiis 1633, 8. *Pompeius Sarnelli* in antiqua Basilicographia cap. 18 sq. *Ioan. Bona* lib. 1. rerum liturgic. c. 17. *Marianus Victorius* Reatinus idem cuius eruditae in Hieronymum notae exstant, Historia de sacramento Confessionis et de antiquis poenitentiis. Rom. 1621, 8. *Dionysius Petauius* ad haeresin 59. Epiphanii et in appendice ad Epiphanianas animaduersiones opposita Maturini Simonii dispunctionibus de poenitentiae ritu in veteri Ecclesia editis Paris. 1624. et in diatriba de poenitentia et reconciliatione, veteris Ecclesiae moribus recepta, in notis ad Synesium pag. 60 sq. et libris VIII. de poenitentia publica et praeparatione ad Communionem, Gallice Paris. 1644, 4. et e Gallico Latine in Amstelodamensi editione dogmatum eius Theologicorum Tom. 4. A. 1700. *Ioannes Forbesius* libro XII. instructionum historico-theologicarum, *Suicerus* in *μετάνοια, ἀκρoάoμαι, ὑποπίπτωσις, πρόσκλαυσις* etc. ac capite 1. obseruationum sacrarum. *Lindebrogius* ad Codicem Legum antiquar. p. 1392. *Matthaeus Larroquanus* libro Aduersariorum sacrorum tertio: *Ioan. Hoornbeckius* cap. 16. Miscellaneorum sacrorum, *Ioan. Iacobus Hottingerus* in biga dissertationum de poenitentia primitiuae et Romanae Ecclesiae, Tiguri 1706, 4. D. *Aegidii Strauchii* exercitatio de priscis poenitentium ritibus, *Io. Henichius* de poenitentia lapsorum, Rintelii 1659, 4. *Iacobus Goetten* libro 1. Obseruationum c. 8. B. *Antonii Reiseri* kurze Anweisung, wie es in der Kirchen Gottes mit der öffentlichen Buß- und Sünden-Bekenntniß gehalten. Francof. 1677, 12. *Balthasar Bebelius* Antiquit. Eccles. saeculi IV. Tom. 2. pag. 823 sq. *Emanuel Schelstratenus* in dissert. ad canon. II. concilii Antiocheni, c. 9. *Petrus de Marca* in dissertat. gallica de sacramento poenitentiae et inter postumas a Paullo Faget editas Paris. et Amstelod. 1669, 12. *Carol. Witasse* de sacramento poenitentiae, Paris. 1717. *Ioan. Mabillonius* praefat. ad Acta Benedictin. saec. III. p. 60 sq. *Christoph. Beyerus* in dissert. de magno veteris Ecclesiae circa poenitentes rigore. Lipsiae 1725. De cinerum aspersione, promissione capillorum, eliminatione ex Ecclesia etc. et aliis poenitentiae testandae, ritibus vide Menardum p. 221 sq. ad Gregorii M. librum sacramentorum. Salmasii Commentarius, quem de hoc argumento promittit p. 124. libri de Coma, non vidit lucem. De poenitentia Ecclesiastica in Ecclesiis Lutheranorum adeundi *Ioan. Frider. Knorrius* in dissert. de hoc argumento, Ienae 1700. euulgata: Curieuses Bücher-Cabinet LIII. p. 427. *Christianus Thomasius* ad Lancellottum p. 685. *I. H. Boehme-*

[49] Du Pin T. 17. pag. 139. et 141.

Boehmerus in iure Ecclesiastico, et *Christo. Matth. Pfaffius* in originibus iuris Ecclesiastici. De confessione sacramentali libros IV. *Ioannis Dallaei*, Genev. 1661, 4. editos, oppugnandos sibi sumsit *Natalis Alexander* in diss. polemica aduersus Dallaeum Paris. 1678, 8. *Iacobus Boileau* in Historia Confessionis auricularis, Paris. 1683. et *Dionysius Sammarthanus*, Monachus Benedictinus, in libro Gallico, *traité de la Confession*, ibid. 1685, 8. Ante Dallaeum de illo argumento scripserat *Ioan. Filesacus* in variis Opusculis, diatriba quarta. Paris. 1614, 8. Natali Alexandro respondit Ioan. Guil. Ianus in animaduersionibus ad historiam confessionis auricularis. Witteb. 1716, 4. Iacobitas Confessionis vsum admittere negauit Gabriel Sionita, appendice ad Geographiam Nubiensem c. 14. sed eum refellit Abraham Ecchellensis ad Catalogum Hebed Iesu, vbi nec a Coptis reiici contendit. Rariores tamen in Ecclesia Orientali esse Confessiones quam in Latina, et in hac ante Concilium Tridentinum rariores fuisse fatetur Rich. Simon T. 2. Bibl. selectae p. 303. Confessionum formulas veteres vide apud Menardum ad sacramentarium Gregorii M. p. 224 sq. Io. Georgium Eccardum post Catechesin veterem Theotiscam p. 93 sq. tum apud iam laudatos Morinum, Edm. Martene, etc.

XXVIII. Vnctionem extremam non desunt [50] qui videre sibi videntur in Epistola Catholica Iacobi Apostoli V, 14. vbi tamen agitur potius de vnctione Medicinali, neutiquam contemnenda et multis commendata artis salutaris doctoribus, atque Iudaeis pridem vsitata. Conf. B. Kortholti disp. anti-Baronianam VI. Ioannis Marckii exercitat. textualem 45. Sam. Basnage ad A. C. 58. T. 1. Annal. pag. 691 sq. I. C. Danhauerum T. 2. Hodomoriae Papaeae pag. 464 sqq. Thom. Bartholinum de morbis biblicis N. XXVII. Salom. Deylingium P. 3. obseruat. sacr. pag. 481. et Conr. Ikenii dissertat. de vnctione aegrotorum precibus iuncta et mutua offensionum confessione. Bremae 1749. Ita etiam sanctum oleum Graecorum, et Abyssinorum *Kandit* longe differt a Latinorum extrema vnctione, [51] vt ex Metrophanis Critopuli confessione ostendit *Chr. Sontagius* in differt. de Euchelaeo. Altorf. 1690. et fatetur *Ioan. Launoius*, cuius exstat liber de Sacramento vnctionis infirmorum Paris. 1643, 8. in quo Graecorum ritus attingit p. 346, 380, 404, 458, 544 etc. Vide etiam Grotium Epist. 353. Leonem Allatium de variis Graecorum opinationibus

p. 118

[50] Stanislaus Hosius p. 163. Opp. Nic. Serrarius T. 2. Opusculor. Corn. Hazart in doctrina S. Iacobi Apostoli de extrema vnctione aegrotorum, 1661, 8. Belgice.

[51] Extremae vnctionis nomen vix auditum ante extrema Saeculi XII. notante Mabillonio, post sacram Communionem A. C. 850. administrata a Prudentio Episcopo Tricassino, idque vnicum exemplum sibi occurrisse idem Mabillonius testatur. Vide et memorias litterarias Treuoltinas A. 1710. p. 392.

pag. 118 seq. Rich. Simonis Bibl. selectam T. 1. p. 314. et Heineccii delineationem ecclesiae Graecae, P. 2. p. 199. Praeterea consulendi Seldenus libro 2. de Synedriis p. 222 sq. Stephanus Lemonius in notis ad Varia sacra p. 1049 sq. Hardtmannus de gestis Christianorum sub Apostolis p. 224 sq. Euchologium Iac. Goari notis illustratum pag. 728. Ioan. Andreae Schmidii dissertatio de curatione morborum per oleum sanctum Ienae 1695. Georgius Cassander pag. 288 sq. operum, et Ioach. Hildebrandus in arte moriendi cap. vlt. Combefisius ad Manuelem Calecam pag. 294. Ioan. Mabillonius in Actis ordinis Benedictin. praefat. ad saec. I. p. 47. Franc. Salmon in libro gallico, *traité de l'Etude des Conciles*, p. 78. Bartholdi Krakewitzii examen libri primi et secundi controuersiae quintae generalis a Rob. Bellarmino pertractatae de sacramento extremae vnctionis. Witteb. et Rostoch. 1606, 8. Iacob. Hailbronnerus de extrema vnctione, scripto germanico oppugnatus a Iacobo Kellero. Monachii 1618, 4. Ioan. Ernest. Frantzenius lib. 1. de funeribus veterum Christianorum, cap. 9. Michael Amatus in dissert. historicodogmaticomorali de opobalsami specie ad sacrum chrisma conficiendum requisita. Neapoli 1722, 12. Ioannes praecipue Dallaeus de vnctione extrema Genev. 1659, 4. contra quem scripsit Samboeuuius, (de sainte beuve) Paris. 1686. Formulas varias siue Ordines visitandi et vngendi infirmos vide apud Edmundum Martene lib. 1. P. 2. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 116 sq. Apud laudatum Mabillonium Tom. 2. musei Italici p. 113. in veteri ordine vngendi infirmum haec legitur precationis formula: *vt famulum tuum ab aegritudine liberatum et sanitati donatum dextra tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, Ecclesiae tuae sanctisque tuis altaribus cum omni desiderata prosperitate restituas.* Licite posse iterari extremam vnctionem in qualibet graui et periculosa infirmitate, affirmant statuta ecclesiae Leodiensis p. 844. T. 4. thesauri anecdotorum Martenii.

De sacramento quod vocant *Ordinis* et de sacramento *Matrimonii* infra c. XII. et XXI. dicendi locus dabitur, adeoque in praesenti satis nobis erit paucos adhuc laudasse scriptores, qui de Orientalium et Latinae Ecclesiae consensu et dissensu circa ritus VII. Sacramentorum vniuerse egerunt, *Petrum Arcudium* in Concordia Ecclesiae Occidentalis et Orientalis [52] in septem sacramentorum admini-

[52] Septem sacramenta siue μυςήρια numerant etiam Graeci, vt Manuel Calecas de principiis fidei Catholicae Tom. 2. auctarii nouissimi Combefisiani p. 255 seq. Inter Latinos primus Hugo a S. Victore. Inde alii vt Ioan. Gerson ea complectuntur hoc versu: *abluo, firmo, cibo, piget, vngit et ordinat vxor.* Septem Sacramenta V. T. Ioanni Biermanno in opere de typis, quod Latine, Belgice et Germanice lucem vidit, et Moses ac Christus inscribitur sunt haec: *iris, circumcisio, transitus per mare rubrum cum paschate, columna ignis et nubis, manna, aqua ex rupe, serpens aeneus.*

administratione, Paris. 1619, 1626, fol. eiusque aduersarium *Ioan. Baptistam Catumsirtum* [53] de vera vtriusque Ecclesiae Sacramentorum Concordia, Venet. 1632, 1633, 4. *Leonem Allatium* de Synodo Photiana p. 493 sq. qui obseruat ante Simeonem Thessalonicensem et Matthaeum Blastarem sacramentorum septem mentionem fieri in Synodo Cypria sub Germano Amathuntis Episcopo A. C. 1260. *Rich. Simonem* ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 267 seq. *Ioan. Forbesium* libro 9. Instructionum Historico-Theol. cap. 3 sq. qui Hugonem de S. Victore primum [54] circa A. C. 1130. septem sacramenta numerasse monet: *Benedictum Pictetum* in Theologia Christiana edita Gallice Tom. 2. lib. 15. pag. 691 sq. Disputationum et controuersiarum decisarum circa VII. Ecclesiae Romanae sacramenta Tomos 2. Lugd. 1614, 4 sine typographi nomine vulgatos sub nomine *Io. Maldonati*, nec illius nec vllius ex Societate esse notatum in Bibliotheca Iesuitica Sotwelli pag. 476. *Ioannis d'Artis* Canonica Ecclesia disciplina circa VII. Sacramenta lucem vidit Paris. 1656, fol.

XXIX. De processionibus sacris et ciuilibus Hebraeorum consulantur *Aloysius Nouarinus* Electorum sacrorum libro secundo, qui inscribitur *circuitus sacer*, vbi fuse differit de ritu Hebraeorum aliarumque gentium in sacrificiis et aliis sacris circumeundi altaria; et Exercitatio *Ioan. Caspar. Kregelii,* Sangerhusani, de hoc argumento, quae prodiit Lipsiae 1712. quibus addendus D. *Io. Franciscus Buddeus* in diatriba duplici de ritibus Ecclesiae Latinae Iudaicis, parerg. Theolog. p. 73 sq. et *Iac. Frider. Reimmannus* in historia theologiae Iudaeorum germanice edita, p. 368. De sacris Gentilium processionibus ac pompis exstant praeclarae ad Callimachum *Ezechielis Spanhemii* obseruationes p. 721 sq. D. *Paulli Antonii* dissertatio, Lipsiae 1684. quibus iungi possunt *Ioan. Filesacus* in dissertatione de caerimoniis § 11. p. 181. Lib. 2. Selectorum, et Casaubonus in notis ad Aelii Lampridii Commodum. De processionibus in Ecclesia Romana vsitatis confer *Nicolai Serarii* sacros Peripateticos siue libros duos de sacris Ecclesiae Catholicae processionibus Colon. 1607, 8. atque inter opuscula iunctim Mogunt. 1611, fol. excusa Tomo 3. *Iacobi Gretseri* libros totidem de Ecclesiae Romanae processionibus siue supplicationibus, Ingolstad. 1606, 4. et Germanice, eiusdem Gretseri et interpretis *Conradi Vetteri* Procesion-Buch, oder Erklärungen von den heiligen Betfahrten, Creutzgängen und Procesionen. In-

[53] Confer Rich. Simonis T. 3. Biblioth. Criticae pag. 223 sq. et Habertum ad Ecclesiae Graecae ἀρχιερατικὸν p. 357 sq.

[54] Antiquiores scriptores, si Emanuelem Schelstratenum audimus, ex religiosa arcani Disciplina nominare ista in scriptis suis noluerunt: quod lepidum commentum refellit Wilh. Ernestus Tentzelius diss. select. Tom. 2. p. 272 sq. Confer D. Gerh. Titium c. 11. de phrasibus veterum Ecclesiae Patrum p. 119 sq. et Christiani Dreieri controuersias cum Pontificiis diss. XXXII. p. 969 seq.

Ingolstad. 1612, 12. et *Nicolai Sanderi* auctariolum ad Serarium Gretserumque de ritu Catholicarum processionum, Ipris 1640, 8. *Theophilum Raynaudum* in heteroclitis spiritualibus p. 323 sqq. *Iodocum Coccium* Tom. 2. thesauri catholici lib. 3. c. 7. pag. 271 sqq. *Iacobum Eveillon* de processionibus Ecclesiasticis, Paris. 1641, 8. *Ioannem Faes* libro de cereis baptismalibus pag. 250 seq. vbi sigillatim de processionibus Neophytorum, et *Ioan. Adolphi Hartmanni* dissertat. de ambarualibus Pontificiorum. Marpurgi 1740, 4. Neque omittenda *Christiani Lupi* dissertatio de sacris processionibus quae nona est inter iunctim editas post auctoris fata Bruxellis A. 1690. Adde *Eliae du Pin* Bibliothecam Ecclesiasticorum scriptorum Tomo 18. pag. 135 sq. et *Processionale* Ambrosianum aliaque Lipenio in Bibl. Theolog. memorata, atque *Euchologium* Iacobi Goari p. 770. et *Gisbertum Voetium* Tomo 3. disp. select. pag. 960 seq. De variis processionum generibus *Menardus* ad sacramentarium Gregorii M. p. 177 seq. et *Mr. Vatar* des processions de l'Eglise, de leurs Antiquitez, utilitez, et des manieres d'y bien assister. Paris. 1705, 8. Recentiores ritus Ecclesiae R. in processionibus sacris recepti exponuntur in Rituali Romano p. 305 sqq.

XXX. De peregrinationibus religiosis Hierosolymam temporibus non sequioribus modo, vt ex Glabri Radulphi IV, 6. Antonius Pagi ad A. C. 1035. num. 5. sed iam olim susceptis Epistola celebris *Gregorii Nysseni* Graece et Latine vulgata est a *Petro Molinaeo*, qui notas et libellum proprium [55] de hoc argumento subiunxit, qua peregrinationes eiusmodi parum facere ad veram pietatem notauit. Hanov. 1607, 8. Eadem Nysseni Epistola Gallice vulgata a *Rob. Stephano* iuniore: sed et cum Molinaei editione conferendae Variae lectiones quas e MS. Caesareo publicauit *Lambecius* libro 5. pag. 81 sq. *Ioannes* quoque *Henricus Heideggerus* suae de peregrinationibus religiosis diatribae Nysseni Epistolam et pro ea Apologiam subiunxit, Tiguri 1670, 8. Vide et *Isaaci Casauboni* notas ad eiusdem Nysseni Epistolam alteram ad Eustathium p. 60, 89 et 90. et *Ioan. Vpmarckii* diss. de peregrinationibus religiosis. Vpsal. 1704. De caussis petitae Hierosolymae disserit Petrus Wesselingius in praefatione ad Itinerarium vetus Hierosolymit. p. 540 sqq. Hodie sacra loca Hierosolymis inuisenti sumtus thalerorum septuaginta faciendi sunt, vt disces ex Io. Franc. Gemelli Carreri itinere T. 1. p. 181. De Peregrinationibus votiuis ac religiosis ad sepulcra Martyrum quae *opus sacramentale* dicuntur *Lucae Tudensi* II, 2. contra Albingenses, Tomo 25. Biblioth. Patrum pag. 215. agunt *Bellarminus* III, 8. de beatitudine et cultu Sanctorum, *Stanislaus Hosius* Tom. 1. Operum p. 348 seq. *Fronto Ducaeus* ad Chrysostomum Tomo 1. pag. 6. *Baluzius* ad

[55] Molinaei liber recusus est in theca secunda Bibliothecae librorum rariorum Burc. Gotth. Struuii. Ienae 1719, 4.

ad homiliam 3. Caesarii Arelatensis, *Theophilus Raynaudus* in heteroclitis spiritualibus p. 339 sqq. et *B. Bebelius* noster Antiquit. Ecclesf. Saec. IV. p. 1094. et parte 2. p. 845. Peregrinationes religiosas Romam susceptas memorant *Lupus Ferrariensis* Epist. CVI. aliique apud *Goldastum* notis ad Eginhardum de Vita Caroli M. p. 176 sq. inutiles pronunciare non dubitauit *Claudius Taurinensis*, in quem acerrime eo nomine inuehitur Ionas Aurelianensis libro 3. aduersus eum scripto p. 1240. (inter Orthodoxographa.) Praeter Romam, Compostellam, Treuirim, Aquisgranum, longe plura loca religiose adiri solita refert Rev. *Iacobus a Mellen* in diatriba de sacris itineribus Lubecensium. Lub. 1610, 4. Confer quae pro eiusmodi peregrinationibus sacris disputant *Bellarminus* loco memorato, *Iodocus Coccius* libro quinto thesauri catholici T. 1. p. 584 sqq. *Iacobus Gretserus* libris IV. de religiosis peregrinationibus, Ingolstad. 1606, 4. *Ludouicus Maraccius* in prodromo refutat. Alcorani Tomo IV. fol. 37. vbi Meccanis Muhamedanorum peregrinationibus suas opponit: *Ioan. Stalenus* (idem qui Papissam monstrosam et meram fabulam edidit) in vindiciis religiose peregrinantium, Colon. 1643, 8. *Caspar Loartes* de sacris peregrinationibus, reliquiis et diuitiis Colon. 1619, 4. Contra easdem praeter Molinaeum et Heideggerum iam laudatos, *Matthias Berneggerus* in Idolo Lauretano p. 131 sq. *Gisb. Voetius* Tomo 3. diss. select. vbi de peregrinationibus Compostellanis, p. 987 sq. Rev. D. *Michael Foertschius*, Theologus Ienensis, in diss. de peregrinationibus Iudaico Ethnico Pontificiis, Ien. 1705. et *Georgius Henr. Goetzius* in diatribe de peregrinationibus religiosis et de peregrinationibus orientalis eruditionis caussa susceptis. Lubecae 1706, 4. De peregrinatione religiosa Meccana a Muhamedanis suscipi solita *Albertus Bobouius* ad calcem itineris Abrahami Peritsol cum notis Thomae Hyde, p. 11 sq. et diligentissime *Ioan. Chardinus* T. VII. itineris in Persiam p. 364 sqq. Vide etiam quae Arabice MSS. seruat Bibl. Leidensis f. 431. de religiosa peregrinatione Muhamedanorum Hierosolymitana, Bethlehemitica et Hebronitica; et Isaac. Barrow Tom. IV. Opp. pag. 183 sqq. Exstat quoque in Bibliotheca Medicea liber MSS. Turcice pro commendandis peregrinationibus religiosis Meccam, Medinam, Hierosolymam et Hebronem. Vide Ioan. Georg. Schelhornii amoenitates litterarias T. 3. p. 215 sq. De Mahometis festo peregrinationis vide Abulfedam p. 120 et 128. adde Gagnerii notas p. 129 sqq. et Assemanni Bibl. Oriental. Tom. 3. p. 2. pag. DCLXXXVI. sq. De peregrinationibus Persarum Babyloniam ad Ali tumulum visendum, et Masihedum ad sepulcrum Imami Persae disserit *Engelbertus Kaempferus* amoenitatum exotericarum pag. 154 sqq. et de Iaponensium peregrinationibus religiosis idem Kaempferus lib. 3. Iaponiae cap. 4. De Germanorum peregrinationibus (Wallfahrten quasi Waldfahrten) ad lucos religiosos *Keyslerus* pag. 69. antiquitat. septentrionalium.

XXXI.

XXXI. De ieiuniis Iudaeorum Codex Talmudicus תענית cum verſione et notis *Danielis Lundii* [56] Sueci prodiit Traiecti ad Rhen. 1694, 8. et Tom. 2. Mishnae in edit. Surenhuſiana p. 355 ſq. R. Chananiae liber, de quo Wolfius Vol. 1. pag. 385. Bibl. Hebr. Abrah. Leuitae, de quo Acta Eruditor. Tom. 9. ſupplem. pag. 144 ſq. Megillath Taanith, de quo Wolfius Vol. 2. pag. 1325. Bibl. Hebr. Eundem librum latine verſum notisque inſtructum tractatui ſuo de feſtis Hebraeorum adiecit Ioannes Meyerus. R. Moſis Maimonidis tractatus de Ieiuniis Hebraeorum cum interpretatione Latina D. *Io. Benedicti Carpzouii* filii editus Lipſiae 1662, 4. R. Chananiae מגלת תענית R. Ioſephi Caro דינים מתעניות ſiue Conſtitutiones de ieiuniis, R. Menaſſeh ben Iſrael de los cinco aiunos del ano, a ſaber et de *Tebet* et de *Eſter*, et de *Tamuz*, et de *Ab*, et de *Guedalia*. Amſtelod. 5440. (1650.) 12. E Chriſtianis B. *Quenſtadius* in antiquitatibus Biblicis, pag. 864 ſq. *Cherubinus a S. Ioſepho* T. 2. apparatus Biblici pag. 401 ſqq. *Calmetus* in Dictionario, voce *Ieune*, et ſingularibus diſſertationibus *Henr. Opitius*. Kil. 1680. *Guſtauus Peringerus*. Holmiae 1684, 8. et *David Lundius*. Aboae 1696, 8. De ieiuniis ſabbaticis *Paullus Theodorus Carponius*. Roſtoch. 1741. De ieiunio, nihil vnquam in lege Moſaica expreſſe praeſcriptum eſſe obſeruat *Iſaac. Barrow* Tom. 4. Opp. qui de vſibus ac fructibus ieiunii conſulendus pag. 40 ſqq. A Iudaeis morem illum ieiunandi ad Chriſtianos deueniſſe probat Georgius Hooperus eruditus auctor libri anglice editi ſub titulo: a Diſcourſe concerning Lent. Londini 1696, 8. De ieiunio, quod ieiunaſſe dicitur Noah quum per XL. dies pluuia diluuii in terram decideret, vide *Ioan. Gregorium* Anglum cap. 6. Obſeruationum ſacrarum, Tomo 9. Critic. ſacr. De Moſe, Elia, Daniele et Chriſto, per totidem dies ieiunantibus dixi in Codice Apocrypho Noui Teſt. p. 69. et Moſi quidem duplex quidam ieiunium tribuunt apud Suidam in *μῶυ*: Chriſtum autem ieiunio ſuo penſaſſe quadraginta dies quos in Paradiſo lapſurus exegerit Adamus, legas in Caeſarii quaeſt. 60. Ceterum quandoquidem Pythagoras quoque a Laertio, Themiſtio et aliis per quadraginta dies ieiunaſſe legitur, hinc patet apud Porphyrium in Philoſophi illius vita p. 39. verba *σπάνει τῶν ἀναγκαίων τεσσαράκοντα ἡμέρας διαμείναντα* non eſſe intelligenda cum Holſtenio de inopia amicorum, ſed rerum neceſſariarum et victus, quo per tantum temporis ſpatium Philoſophus abſtinuerit, vti de Simeone Stylite per quadraginta dies ieiunium ferente traditur a Theodorito in religioſa Hiſtoria, atque de Ioachimo Mariae Parente in Pſeudo Iacobi Euangelio cap. 1. *καὶ ἐνήστευσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα.*

[56] Acta Eruditor. T. 3. ſupplem. p. 19.

Apud veteres Christianos ieiunandi multiplex mos ac diuersus, de quo vniuerse, videndi *Alphonsus Ciacconius* de ieiuniis et varia eorum apud antiquos obseruantia Rom. 1599, 4. et *Ioan. Filesacus* de Quadragesima, Paris. 1614, 8. quem e Ciacconio profecisse arguit Theophilus Raynaudus Tom. 11. Opp. pag. 480. *Rigaltius* ad Tertullianum de ieiunio. Baronius ad A. C. 57. *Valesius* ad Eusebii V, 24. p. 106 sq. *Petauius* ad Epiphan. pag. 356 sq. *Allatius* de Synodo Photiana p. 529 sq. *Cangius* in vtroque glossario, *Gabriel Albaspinaeus* in Ecclesiasticis Obseruationibus et *Theoph. Raynaudus* Tom. 10. Opp. *Ludouicus Thomasinus* in tractatibus Historico dogmaticis Gallice editis de ieiuniis Ecclesiae, de quibus Elias du Pin Tomo 18. Bibl. scriptorum Eccles. pag. 192. *Hecqueti* traité des dispenses du Careme Paris. 1709, 12. *Pompeius Sarnelli* Epistola ecclesiastica XXXII. *Ioannes Nicolai*, Ord. Praedicator. Paris. de ieiunii Christiani et Christianae vero ac legitimo ritu iuxta veterem ecclesiae vniuersalis vsum. Paris. 1667, 12. *Nicolai Andry* le regime de Careme. Paris. 1710, 12. Cas de conscience sur le Careme decidé par Messieurs les Docteurs en Theologie de la Faculté de Paris 1721, 12. E Reformatis *Hornbeckius* Miscell. sacr. p. 606 sq. *Guil. Saldenus* in Otiis Theol. IV, 3. *Suicerus* in νηϛεία, *Benedictus Pictetus* Tomo 2. Theologiae Christianae pag. 195 sq. *Binghamus* Orig. Eccl. lib. 21. atque inprimis *Ioannes Dallaeus* libris 4. de ieiuniis et Quadragesima, Dauentriae 1654, 8. cuius nonnulla oppugnanda sumsit Guil. Beueregius in codice Canonum vindicato. E nostratibus *B. Bebelius* Antiquitat. Eccles. saeculo IV. parte 2. pag. 738 sq. *Tobias Pfannerus* libro 2. Obseruatt. Eccles. c. 6 et 7. de stationibus et ieiuniis Christianorum, B. *Thom. Ittigius* de haeresiarchis Saeculi I. et II. p. 227 sq. *Ioach. Hildebrandus* in praelectione academica de ieiunio, recusa Helmstadii 1719, 4. *Io. Georg. Walchius* in dissert. de ieiunio quadragesimali. Ienae 1727. *Io. Ioach. Homberg* de veterum Christianorum quadragesima Helmst. 1677, 4. vbi sigillatim de ieiunio ante Pascha, quod ceteris sollemnius fuisse constat, praecipue ieiunium hebdomadis sanctae de quo Cotelerius ad Constitut. Apostol. V, 13. Tomo 1. Patrum Apost. p. 316. De Quadragesima Natalis Domini videndus idem Cotelerius, Tomo 2. monument. Ecclesiae Graecae p. 687. et 3. p. 646. vbi et de Quadragesima siue ieiunio Apostolorum, de quo Nicolaus etiam Rayaeus diss. praeliminar. ad Tomum 2. Act. Sanctorum Iunii p. 76. De quadragesima ascensionis et Pentecostes Philastrius haeresi 145. Sauaro ad Sidonium p. 373. Dallaeus de ieiuniis p. 737. Coteler. ad Patres Apost. T. 1. p. 326. et Goari Euchologium p. 207. De ieiunio quinquagesimae, sexagesimae et septuagesimae Alcuinus Opp. p. 1142 sq. 1147 sq. vbi Caroli M. Epistola pag. 1465 sqq. et pag. 1656 sqq. De ieiuniis quatuor temporum dialogus Bernonis, Abbatis Augiensis, legitur

in

in thesauro anecdotorum Bernhardi Pez. Tom. 4. parte 2. pag. 53. De iisdem Mabillonius T. 2. musei Italici pag. 93. *Tribus temporibus ieiunatum* in Occidente, ante paschatos festum, post pentecosten, et ante natiuitatem Christi, Bacchiarius a Muratorio editus Tom. 2. Anecdotor. p. 25. adde p. 265 sqq. De ieiuniis festi SS. Apostolorum, Natalis Christi, obdormitionis Deiparae et transfigurationis Seruatoris vide Ius Graecoromanum Tom. 1. pag. 388. Ieiunium *rogationum* siue *Litaniarum* pro fertilitate, de quo Concilium Gerundense in Hispania A. 517. T. 4. Labbei pag. 1568. can. 2. non perinde antiquum, vt ieiunia quatuor temporum siue quadragesimae, pentecostes, mensis septimi et aduentus. vide Iosephi Tauernerii ad Tricaltium Belmontium epistolam insertam Ephemeridibus litterariis Parisiensibus anni 1716. 11. p. 224. Semiieiunium siue statio quartae et sextae feriae, de quo Cotelerius T. 2. monumentor. p. 689. quothebdomadis frequentata soluebatur hora diei nona, siue post tertiam nostram pomeridianam: Ieiunium quadragesimale sub cuiuslibet diei vesperam soluebatur Xerophagia, de qua Nicol. Comnenus p. 218. praenotion. mystagogic. et Ioan. Rud. Kieslingius singulari dissertatione Lipsiae 1746. edita. Si vsque ad galli cantum et alterius diei exortum, vel etiam per longius tempus, ab omni cibo abstinerent, vocabatur ὑπέρθεσις siue *superpositio:* de qua Cangius in Glossario, et Valesius ad Euagrium p. 65. Pro ieiunio quartae feriae, in variis Ecclesiis Occidentis ieiunatum die sabbati, vt hodieque fit in Ecclesia Romana. De quo ieiunio, quod orientalis ecclesia, S. Ignatium sequuta, respuit videndus Ferdinandus Mendoza ad concilium Illiberitanum pag. 1181 sqq. T. 1. Labbei. Paschasius Quesnellus differt. 5. ad Leonem M. p. 283 sqq. Albaspinaeus Lib. 1. obs. 13. Ramiresius ad Luitprandum p. 407 et 409. vbi mentio concilii Toletani contra Egilonem, episcopum Illiberitanum, nolentem diebus sabbati a carnium esu abstinere; et Eric. Sim. Henr. a Seelen dissertat. de ieiuniis sabbaticis Rostochii 1742. De differentia inter ieiunia et stationes consulatur S. V. Ioan. Georg. Walchius Histor. Ecclesiast. N. T. pag. 750. vbi scriptores, qui hoc argumentum pertractarunt, recensentur, quibus addatur Ioan. Martini Chladenii commentarius de stationibus veterum Christianorum Lipsiae 1744, 4. editus. De Romanae ecclesiae recentis vsu consulenda Zachariae Pasqualigi, canonici regularis Theatini, praxis ieiunii ecclesiastici et naturalis, euulgata Genuae 1655, fol. Contra ieiunium quadragesimale Papaeum duas euulgauit dissertationes Ioan. Dan. Klug. Tremoniae 1732. De ieiuniis ecclesiae Graecae vide Allatium de consensu eccl. graec. et latinae p. 1045 sq. et in dissert. de Dominicis et hebdomadibus Graecorum. Heineccii Abbildung der griechischen Kirche, parte 3. p. 390 sqq. Elsneri Beschreibung der griechischen Christen, p. 70 sq. et Eiusdem Fortsetzung der Beschreibung, p. 241.

De Armeniorum Christianorum Artziburio siue ieiuniis vide Cangii Glossar. in ἀρτεζηβουριον et Io. Iacobi Schroederi thesaurum linguae Armenae p. 335 sq. Ieiunium virginum apud Orientales, Syros et Chaldaeos, tribus post festum Epiphaniae diebus celebratur: vide Assemannum Bibl. Orient. T. 2. p. 425 sq. De aliis Syrorum ieiuniis disputat idem p. 403 sq. ex Gregorii Abulpharaii ethica. De ieiuniis Muhamedanorum confer Hadr. Relandum de relig. Muhamed. p. 85 sq. De abstinentia a ceteris cibis dicemus infra cap. XX.

XXXII. Quum Apostolus 1 Cor. IX, 27. profiteatur corpus se suum ὑπωπιάζειν [57] et δουλαγωγεῖν, h. e. aspero victu et austero obtundere, domare ac veluti sugillare, ne luxurietur, hinc iam pridem praeter ieiunia quae respici ab Apostolo antiqui Graecae et Latinae Ecclesiae doctores consentiunt, etiam aliae duriores disciplinae iam olim excogitatae sunt atque in Ecclesiis quibusdam obtinuerunt, vide Ludov. Cresollii anthologiam sacram p. 235 sqq. interque alias a saeculo praesertim vndecimo flagellationes spontaneae, pro quibus post *Edmundum Augerium* S. I. Henrici III. Galliae Regis a sacris Confessionibus, in Metanoeologia Paris. 1584, 4. et *Bellarminum* lib. 4. de poenitentia c. 6. *Ieremias Drexelius* in trismegisto christiano; *Iacobus Kellerus* in papatu catholico; *Alphonsus Salmero*, *Cornelius a Lapide* et alii in 1 Cor. IX, 27. *Ludouicus a Ponte* in Canticum libro 5. et acerrime in primis atque copiosissime depugnauit *Iacobus Gretserus* [58] S. I. in libris III. de voluntaria flagellorum cruce seu disciplinarum vsu, Ingolstad. 1606, 4. Latine et non diu post Germanice per *Conradum Vetter*. 1612, 8. tum in praecone Mastigophilo et spicilegio pro tribus libellis de disciplinis, et libello de Cruce spiritali Colon. 1607. in praedicante vapulante et disciplinato siue libris 3. contra Iesuiticam flagellationem Iac. Hailbrunneri, Ingolst. 1607, 4. in virgidemia Volciana siue Apologia pro disciplinis, contra Melchiorem Volcium, Ecclesiasten Augustanum, ibid. 1608, 4. (sub initium Miscellan. Theologicor.) et in Agonistico spiritali in gratiam eiusdem Heilbrunneri Neoburgici, et Georgii Zeaemanni Lauingnani, ibid. 1609, 4. in Athletica spiritali legitima et illegitima, libris 2. ibid. 1612, 4. in praedicante Heautontimorumeno siue septima de disciplinis scriptione A. 1613. et rationibus cur Quint Euangelici praedicantes a disciplinis, ciliciis, adeo-

[57] Vocabulum desumtum a pyctis, de quo Petrus Faber III, 14. Agonistic. Suicerus T. 2. thesauri et Grotius ac Lambertus Bos ad locum 1 Cor. IX. Petrus Zornius Biblioth. antiquarioexeget. p. 903. I. C. Schwarzius in Lexico Gr. N. F. pag. 1368 Suidas in ὑπωπιάζω, et ἀσκὸς ἐν πάχνῃ. Hoeschelius ad vitam S. Antonii scriptam ab Athanasio p. 128, 129. Hesychius illustris de Menedemo Philosopho: ἐν δὲ ταῖς ζητήσεσιν ὧδε μάχιμος ἦν, ὡς ὑπώπια φέρων ἀπῄει.

[58] Conf. Ludov. Ell. du Pin T. 17. Bibl. ecclesiast. p. 76.

adeoque ab omni carnis maceratione abstineant, 1615, 4. et in apologia pro Loiola. *Raphaelis de Pornasio*, Ianuensis, Ord. Praedicat. circa A. C. 1465. tractatum notabilem de flagellis Christianorum ad fratres Orientales memorat Iac. Echardus Tom. 1. pag. 833. Atque saeculo XIII. quidem et XIV. tantum fuit multorum flagellandi se publice desiderium, aut tantus, si malis, sacer furor, vt flagellantium secta Conciliorum scitis et Pontificum decretis comprimi vix potuerit, vt testantur Io. Gersonis, Petri Cerebrosi, Ioannis de Indagine [59] Hermanni a Schildis aliorumque scripta flagellantibus opposita, Acta Concilii Constantiensis collecta et illustrata a Clariss. Viro Hermanno ab Hardt Tom. 3. p. 92 sq. Clementis VI. constitutio contra flagellantes Tomo 3. Conciliorum Binii parte 2. pag. 820. Gobelinus Persona in Meibomii scriptoribus rerum Germanicarum T. 1. p. 285. 316 seq. Neque ex Reformatis tantum flagellationes illas tanquam parum vtilem aut decoram disciplinam reprehenderunt *Gisb. Voetius* in diatriba de pseudomortificationibus Papatus Tomo 3. diss. select. *Rudolph. Hospinianus* opere de Monachis pag. 271 sq. *Sam. Maresius* in libro Gallice vulgato de processione anniuersaria flagellantium, *de la procession anniversaire des battus ou flagellans sous la conduite des Dominicains*, 1634, 8. atque ex nostris D. *Iacobus Heilbrunnerus* in Papismo acatholico artic. IV. c. 3. et in flagellatione Iesuitica, Lauingae ad Danubium, in Ducatu Neoburgensi, 1607, 4. atque Heilbrunneri gener, D. *Georgius Zeaemannus* in Iesuita vapulante ibid. 1608, 4. eiusque defensione, siue Gretsero triumphato, 1610, 4. et Athleta laruato et stramentitio 1612, 4. quae opuscula quatuor iunctim prodiere sub tituto Carnificinae Esauiticae. Witteb. 1613, 8. *Melchior Volcius* in duabus Concionibus editis Germanice de flagellatione quae die magno parasceues in Ecclesia Romana frequentatur, Tubing. 1607, 4. D. *Io. Conr. Dannhauerus* diss. de hypopiasmo Paullino, Argentor. 1650. qui de secta flagellantium quaedam singularia affert § 22. ex Chronico Argentoratensi Koenigshofenii, quod tum ineditum, ab eo tempore cum eruditis notis suis vulgauit vir praestantissimus Ioannes Schilterus: videatur etiam *Henric. Stero* in Chronico ad A. C. 1260. T. 4. Canisii f. 195. D. *Ioan. Frid. Mayerus* in diss. de flagellatione spontanea, Gryphiswald. 1705. D. *Guil. Baierus* de flagellationibus Pontificiis, Ien. 1688. *Elias Ehingerus* in historia Ecclesiastica Saeculi XV. p. 379 seq. *Nic. Wolschendorfius* in diss. de secta flagellantium. Lips. 1636. et V. C. *Christianus Schoettgenius* singulari de secta [60] flagellantium Commentatione. ibid.

[59] Ioannis de Indagine et Hermanni a Schildis scripta intercidisse notat Elias du Pin T. 19. p. 72.

[60] Georg. Fabricius lib. 2. rerum Misnensium p. 51. ad A. C. 1349. *Insolitus populus flagellat se seminudus.* Isti plagipatidae aut plagiferi pileos gestabant rubra insignitos cruce,

ibid. 1711, 8. Sed etiam ex ipsis Romanae Ecclesiae asseclis illustris *Seruinus* in Oratione quam habuit ad Senatum Parisiensem contra flagellantes, Auarici Biturigum A. 1601. Mabillonius praef. ad Saeculum VI. Benedictin. et *Iacobus Boileau* siue *Beuilaqua* Doctor Sorbonicus in Historia Flagellantium, de recto et peruerso flagrorum vsu apud Christianos, sine auctoris nomine edita Latine Paris. 1700, 12. et mox Gallice etiam versa et in Belgio recusa, licet tum interpres tum auctor ipse acriter perstringantur in Memoriis Triuultinis A. 1700. supplemento post A. 1703. p. 27 sq. edit. Amst. et A. 1704. T. I. p. 292. et in *Ioannis Baptistae Thiers* Censura Historiae flagellantium, vulgata Gallice, Paris. 1702, 12. De calcarium vsu in flagellationibus vide Ioannem Nicolai libro de calcaribus cap. 10. atque alia de flagellationum more et antiquitate apud Mabillonium praef. ad Saec. VI. Actor. Sanctor. Ordinis Benedicti, Cangii glossar. in disciplina, Macrorum Hierolex. in quadragena et dorsum redimere, Theoph. Raynaudum Tomo 6. Operum p. 389, 390 etc. De Iudaeorum flagellatione spontanea post peractas preces et peccatorum confessionem vide Buxtorfii Synagogam Iudaic. cap. 25. p. 251. et Gretseri virgidemiam pag. 208. De Lacedaemoniorum διαμαστιγώσει Meursius in Misc. Laconicis et Ezech. Spanhemius ad Callimachum p. 249. et Boilauius in Hist. flagellantium p. 70. qui etiam de flagellationibus Aegyptiorum aliorumque in sacris Isidis, Magnae Deae, Deae Syriae et Scythicae Dianae, et de Arcadibus flagellantibus se in honorem Panis, nec minus de ariolis et Lupercis flagellantibus se aliosque de quibus vide sis etiam Lemonium notis ad varia sacra pag. 356, 361. et de flagratoribus siue flagrionibus quos Festus ait fuisse Romae genus hominum qui mercede flagris caedebantur, quales etiam in Ecclesia Romana haud deesse multorum testimonia fidem faciunt, qui patiantur se pretio accepto in aliorum vicem flagris concidi. De Superiano Sophista se ipsum flagris caedente si negligentiorem se obseruasset, meminit Suidas: de Philosophis quibusdam Cynicis Lucianus. De singulari flagellationis fructu in variis morbis et affectibus corporis extant Henrici Meibomii Epistola de vsu flagrorum in re Venerea, Christiani Francisci Paullini flagellum salutis, oder curieuse Erzehlung, wie mit

ce, incedebant tota fere facie velata, scapulis et tergo, quibus plagas accipiebant, nudati. Flagra erant ferro acuminata aut catenis rigentia. Quum in se vim exercerent, ad terram prostrati canebant lingua vernacula, et alios alliciebant, quidam simulata sanctimoniae specie. Ex eorum numero Constantinus quidam, qui se filium Dei affirmabat, seque moriturum et resurrecturum dicebat, ante gradus templi Mariani, in focum incensum in hac vrbe viuens coniicitur. Confer iconem veterem in Tomo secundo itinerarii litterarii gallice editi a duobus Benedictinis pag. 105. vbi memoratur Aegidii de Muits, Abbatis S. Martini Tornacensis, historia flagellantium manuscripta.

mit Schlägen allerhand schwere Krankheiten curiret werden. Francof. 1698, 8. et G. G. Richteri dissertatio de medicina plagosa. Gottingae 1746, 4.

XXXIII. De poenis et satisfactionibus humanis libri 7. *Ioannis Dallaei* prodierunt Amstelod. 1649, 4. De satisfactionibus ex mente Iudaeorum videndus Hottingerus Tomo 7. Hist. Eccles. pag. 357. De confessione peccatorum ante sacram Synaxin, Philippus Iac. Hardtmannus libro de gestis Christianorum sub Apostolis pag. 424 sq. De confessionis auricularis siue secretae vsu et praxi apud Christianas gentes, liber *Ioan. Filesaci* exstat inter eius opuscula Paris. 1621, 8. excusa, de Graecis [61] sigillatim Allatius in Hottingero suo cap. 14. et libro de Synodo Photiniana pag. 500 et 643 sq. vbi Abrahami Ecchellensis Epistola de similis confessionis vsu apud Syros. *Dallaeo* qui eius receptae in Ecclesia origines ad Innocentium III. retulit lib. 2. de confessione cap. 17. opposuit se praeter *Natalem Alexandrum* p. 578. memoratum *Iacobus Boileau* in Historia Confessionis auricularis Paris. A. 1683. sed is neutiquam satisfecit scriptori libri Anglice editi Lond. 1684, 4. cui titulus: *a discourse concerning auricular confession, as it is prescribed by the Concil of Trent, and practised in the Church of Rome.* Natalem Alexandrum etiam oppugnauit *Ioan. Guil. Ianus* in animaduersionibus ad historiam confessionis auricularis. Witteb. 1716. Ceterum vti de Confessionis ita absolutionis quoque formulis et ritibus in veteri Ecclesia diligentissime egit opere de poenitentia Ioan. Morinus, cuius tractatum de expiatione Catechumenorum suppressum esse testatur Rich. Simon Tom. 1. Epistolarum selectarum pag. 9. Idem Morinus formulas absoluendi vetustiores plerasque fuisse deprecatorias (vt *Remittat tibi Deus, absoluat te Deus,* ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ σοι δι' ἐμοῦ,) obseruat VIII, 8. seq. donec indicatiuae *absoluo te, remitto tibi, absoluimus vos vice Petri* etc. obtinuerunt post A. C. 1100. Confer Menardum ad Gregorii sacramentarium pag. 233. (vbi etiam refertur absolutionis formula Cruci super sepulcro inscripta *Deus te dignetur absoluere*) et Goarus ad Euchologium pag. 676, 680. De sigillo Confessionis post *Lanfrancum, Dominicum a Soto, Malderum* et *Onufrium* scripsit *Lengletus de Fresnoy* Paris. 1708, 1715, 12. Graecis etiam probari notauit Io. Filesacus in variis Opusculis p. 121, 196. De absolutione mortuorum excommunicatorum vide Ioan. Andr. Schmidii dissertationem Helmstadii 1709.

Indul-

[61] Venetiis A. 1622, 12. prodiit libellus paginarum 157. hoc titulo: ἐγχειρίδιον μεθοδικὸν, ὠφέλιμον κατὰ πολλὰ καὶ ἀναγκαῖον περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς μετανοίας καὶ ἐξετάσεως τὸ συνειδήσεως ἐκείνων ὁποῦ ἐπιθυμοῦσι νὰ ἐξομολογηθοῦν ὀρθὰ καὶ πιστά, συντεθὲν μὲν παρὰ Νικηφόρου ἱερομονάχου τοῦ Πασχαλέως ἀκροατοῦ τοῦ πανιερωτάτου καὶ σοφωτάτου Μητροπολίτου Φιλαδελφίας Κυρίου Θεοφάνους τοῦ Ξενανίου.

Indulgentias in Romana Ecclesia tantum a poenis Ecclesiasticis absoluere disputant Caietanus, Alexander ab Ales, Maldonatus, Bossuetus aliique: quemadmodum eiusmodi relaxationes poenarum Canonicarum in veteri Ecclesia datas esse constat, de quibus Albertus Veielius, Eliae, Theologi Vlmensis meritissimi filius in diss. de indulgentiis Tubing. 1699. edita, capite III. Ioan. Bartholdus Niemeierus dissert. quatuor de disciplina ecclesiastica. Helmst. 1702. Ios. Placaeus in disputat. Salmuriens. II, 71 seqq. Gisb. Voetius disputat. select. II, 286 sqq. Ioseph. Binghamus Orig. Ecclesiast. l. 16–19. Ern. Aug. Bertling im Unterricht vom päpstlichen Jubel-Jahr und vom Ablaß. Helmstadii 1749, 4. adde Lud. Antonii Muratorii dissertationem de redemtione peccatorum et de indulgentiarum origine; quae legitur Tomo V. antiquitatum Italicarum medii aeui. Sed si quis praxin expendat Rom. Ecclesiae tot testatam scriptoribus, et quae de thesauro Ecclesiae ex Sanctorum satisfactionibus [62] iactant consideret, legatque formulas indulgentiarum [63] a Sixto IV. A. 1400. et aliis Pontificibus, nedum a Tetzelio et aliis indulgentiarum institoribus impertitas, aliud illos voluisse hominibus persuadere libenter fatebitur. Mirabitur etiam quod Allatius pag. 223. contra Hottingerum, negat in Ecclesia Romana indulgentias solitas pretio redimi, quum praeter [64] *taxas Camerae, Cancellariae* et *Poenitentiariae Apostolicae* toties Romae, Venetiis, Parisiis typis editas, Papae Honorii III, notum sit dictum ad S. Franciscum simile illi apud Nazianzenum 2. in Iulian. p. 108. *ἄνευ χαλκοῦ Φοῖβον μὴ μαντεύεσθαι, non esse consuetudinis Apostolicae sedis, indulgentiam gratis facere.* Notum etiam illud Nicolai de Clemangis p. 30. Opp. *Ibi nemo gratus gratis, nulli datur absque datis Gratiani gratia.* Erasmi, *non licet fieri Christianum, nisi numeres*, illustratum ab Hottingero T. V. H. E. pag. 850 sqq. Taxa notariorum et officialium vrbis legitur apud Cherubinum in compendio Bullarii T. III. p. 262 sqq. et 284 sqq. Constitutiones cancellariae apostolicae apud eundem T. IV. pag. 26. Taxae

[62] Vide plures formulas indulgentiarum editas a Guil. Burneto in collectione documentorum ad Hist. Reformationis Angliae pag. 89. Godofr. Hechtio in vita Tetzelii et in Relationibus innoxiis A. 1705. p. 497 et 825. A. 1706. p. 299. A. 1709. p. 201. A. 1711. p. 935. A. 1712. p. 783. 923. 1079. A. 1713. p. 547, 896. et 1045. A. 1714. pag. 22, 375, 723, 909, 1047, 1051. A. 1715. p. 569. A. 1716. p. 187. A. 1717. p. 5, 527, 915.

[63] Vide M. Antonium de Dominis lib. V. de Rep. Ecclef. cap. 8. et quae Giornale di Roma A. 1675. p. 11. ex Petri Mariae Passerini de Sextula tractatu de indulgentiis exhibet.

[64] Vide Espencaei Opera p. 479. Baelii Lexicon in *Pinet*, atque notas ad Baelii Epistolas Gallice editas p. 773 sq. Memorias litterarias Treuoltinas A. 1702. mense Iunio edit. Amst. p. 484. et praefationem ad taxam Cancellariae Apostolicae, recusam Syluae Ducis apud Stephanum du Mont A. 1706, 8. in qua p. 64. *Et nota diligenter, quod huiusmodi gratiae et dispensationes non conceduntur pauperibus, quia non sunt, ideo non possunt consolari.*

Taxae cancellariae apostolicae in tractatu tractatuum siue Oceano iuris duce et auspice Gregorio XIII. Venetiis 1584, fol. edito; tomo XV. parte I. et in Georgii Caelestini historia comitiorum Augustanorum T. 3. p. 127 sqq. Indulgentias peccatorum venialium et criminalium vide in Bibliotheca Praemonstratens. p. 318. De cetero iustam a Dominicanis caussam datam B. Luthero vt in indulgentias inueheretur, non diffitetur Erasmus XII, 10. Epist. vt alios iam Hottingero Tomo 7. Histor. Eccles. p. 543 sqq. B. D. Ioan. Friderico Mayero in diatriba de Pontificiis processum Leonis X. aduersus Lutherum improbantibus et Frid. Wilh. Kraftio in disput. de Luthero contra indulgentiarum nundinationes haud quaquam per inuidiam disputante. Goettingae 1749. edita laudatos omittamus.

CAPVT XII.

De diuinationibus, Vatibus, miraculis, Magia, iuramentis et votis, scriptores.

De diuinatione vniuerse. 1. *De centum circiter diuinationum generibus quae ordine Alphabeti recensentur.* 2. *Prophetae veri falsique.* 3. *Miracula vera et falsa.* 4. *Φαρμακεία, amuleta, fascinationes et alia Magica.* 5. *De iurisiurandi religione.* 6. *De iuramentis Hebraeorum.* 7. *Graecorum.* 8. *Romanorum.* 9. *Christianorum, vbi etiam de iis qui ab omni iuramento ducerent sibi abstinendum esse.* 10. *De iuramentis Muhamedanorum et aliarum gentium.* 11. *De votis Hebraeorum et Gentium, vbi etiam de vere sacro Romanorum* 12. *De votis Christianorum.* 13.

I.

Ad religionem spectant etiam diuinationes, quanquam certum est multas passim illis intercessisse fraudes ac superstitiones grauissimas, et apud Graecos ac praecipue Romanos frequentissimum illorum vsum fuisse ad moderandam rempublicam, et animos Ciuium Militumque spe ac metu prout ferret res vel requireret, implendos. Varia genera diuinationum superstitiosarum perstringuntur a *Cicerone* libris duobus de hoc argumento, *Ammiano Marcellino* XXI, 1. *Petro Blaesensi* Epistola 65. in fragmento de praestigiis fortunae Tom. 24. Bibl. Patrum pag. 1267. edit. Lugdun. *Ioanne Sarisberiensi* lib. 1. Policratici c. XI. sqq. et lib. II. toto, et *Rabano Mauro* de magicis arti-

bus Tom. VI. Opp. pag. 168. Idem argumentum ex recentioribus persequuti sunt *Cardanus* cap. 68 sq. de rerum varietate, *Casparus Peucerus* Frfti 1593,8. 1607, 8. *Georgius Raguscius.* Parisiis 1623, 8. *Ioan. Antonius Venerius.* Venetiis 1624, 4. *Iulius Caesar Bulengerus,*[1] *Io. Iac. Boissardus* tractatu postumo de diuinatione et magicis praestigiis. Oppenheim. fol. et Germanice Frfti 1654,4. et *Iosephus Maria Maraviglia,*[2] in Pseudomantia veterum et recentiorum explosa, Venet. 1662, fol. *Ioan. Franc. Picus* libris IX. de rerum praenotione ad Albertum Picum, pag. 241 sqq. *Georg. Valla* expetendorum ac fugiendorum XXX, 1. vbi de μαντικῇ *Nicol. Leonicus Thomaeus* in Tryphonio siue dialogo de diuinatione. Venetiis 1524, 4. *Christophorus a Castro*, S. I. libris quatuor praemissis commentario in XII. Prophetas minores, Lugd. 1615, fol. *Edm. Neuhusius* lib. III. de fatidica sacra et profana, *Anonymus* in libro gallice edito, *Remarques ou reflexions critiques, morales et historiques sur les plus belles et les plus agreables pensées.* Parisiis 1690. et Amstelodami 1692, 12. in quo libro inde a pag. 80. vsque ad pag. 118. varia diuinationum genera recensentur, quemuc nos in recensendis diuinationum generibus per litteram A. designabimus. *Franc. Rousius* Archaeol. Attic. l. 2. c. 6. et lib. 7. parte 2. *Eberh. Feithius* Antiq. Homer. l. 1. c. 16. *Adr. Iunii* collectanea de diuinatione memorantur in eius vita quae Epistolis praemittitur. Laudare etiam de hoc argumento licet *Ioan. Conradum Dietericum* in Antiquitatibus Biblicis V. T. p. 653 seq. *Hieron. Zanchium* de diuinatione tam artificiosa quam artis experte, cum *Thomae Ernsti* de astrologia diuinatrice. Hanov. 1610, 8. et ad calcem tomi VIII. Operum: *Gyraldum* Syntagm. 17. de Diis, et *Struuium* syntagmate antiquitatum Romanarum c. 6. *Iac. Geusium* de victimis humanis Tom. 1. cap. 20 sq. *Martinum Delrionem* disquisit. Mag. Lib. IV. cap. 2. *Antonium van Dale* in libris de origine idololatriae et de oraculis, *Ioannem Potterum* lib. 2. Archaeolog. c. 7 sq. Tomo 12. Thesauri Gronov. *Henrici Gautierii* Bibliotheque des Philosophes. T. 3. p. 453 sqq. *De Lancre* Tractatum de diuinatione Gallice editum. *Magni Gabrielis Blockii* librum contra diuinationes. Lincopiae 1708, 4. Suecica lingua, et ex Suecico Germanice editum a Dieterico von Stade, Stadae 1711, 8. Delineationem Musei Scriptorum de Diuinatione, maioris operis prodromum, dedit *Petrus Fridericus Arpe.* Hanouerae 1711, 8. De ἐπῳδαῖς siue incantationibus differit Ioach. Camerarius Epistolis posterioribus p. 510 sq.

II. Lubet iam breuiter ordine Alphabeti recensere praecipua genera diuinationum superstitiosarum, quo magis de stoliditate et imbecillitate ingenii humani

[1] Inter Varia Bulengeri Opuscula Tomo I. Lugd. 1621, fol.

[2] De aliis Marauigliae scriptis differit Picinellus in athenaeo eruditorum Mediolanensium pag. 367.

humani futura siue sperantis siue metuentis, coniectura fieri possit, et simul pateat illarum quoque disciplinarum diuinatricium vanitas,[3] quae hodie etiam multis ideo adhuc arrident, quod praedictiones earundem comprobat quandoque euentus, quum nullum horum quae iam memorabimus licet putidissimorum futura diuinandi generum sit, in quo idem non similiter saepius accidisse fuerit creditum, siue falso et per fraudem hominum et aliorum stuporem, siue vere etiam; quando nempe forte fortuna, vel vsu vitae humanae, aut iusto Dei, hominum stultitiam punientis iudicio ita euenit vti praedictum fuerat.

Aeromantia ex aere et phaenomenis quae in aere eueniunt. Vide Nicephorum ad Synesium p. 410. Bulengerum lib. 3. de diuinatione c. 12. p. 211. Potterum p. 338. Archaeol. et Gyraldum syntagm. 17. de Diis.

Aegomantia s. diuinatio per capram. Bulenger. lib. 3. c. 22. p. 215. Clemens Protreptico p. 9. *αἶγες ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι καὶ κόρακες.*

Alectryomantia, s. diuinatio per gallos gallinaceos de qua Zonaras T. 3. p. 28. Annal. Plinius H. N. lib. 10. c. 21. et singulari libro de hoc argumento Io. Praetorius, Francof. 1681, 4. tum Kircherus T. 2. Oedipi Parte II. p. 472 sq. Vossius de Philosophia p. 176. Bulengerus Lib. 3. c. 40. Potterus p. 339. Archaeol. et Theodorus Thummius de impietate sagarum p. 63.

Aleuromantia siue *Alphitomantia* et *Crithomantia* diuinatio per farinam Aelian. VIII, 5. animal. Bulenger. lib. 3. c. 36. Gale p. 238. ad Iamblichum, Cyrillus VI. in Iulianum p. 198.

Aliironiae, mulieres Cimbrorum necromanticae ac fatidicae. Vide Ioan. Georg. Keysleri antiquitates septentrionales p. 371 sqq. et Ioan. Iarkium ad Eliam Schedium de Diis Germanorum p. 645.

Amniomantia, diuinatio per amnium s. membranam tertiam embryonis Bulenger Lib. 3. c. 30.

[3] Ennius apud Ciceronem lib. 1. de diuinatione c. 58.

Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos coniectores, non interpretes somnium.
Non enim sunt ii aut scientia, aut arte diuini, etc.

Confer Sophoclem in Antigone v. 1170. sq. et Oedipo Tyranno v. 395 sq. et 719. Euripidem in Iphigenia in Aulide v. 520. sq. et 959. sq. ac Helena v. 750. Mosis lege vetita genera *μαντικῆς* vniuerse, *θυτάι, καθάρθαι, οἰωνοσκόποι, τερασκόποι, ἐπάδοντες, κληδόσιν ἐπαγέχοντες.* vide Philonem lib. 1. de Monarchia Vol. 2. p. 221. edit. Mangeianae. L. 30. D. de poenis: *Si quis aliquid fecerit, quo leues hominum animi superstitione Numinis terrerentur, D. Marcus eiusmodi homines in insulam relegari scripsit.* Adde Cornelii Bynkershoek obs. iuris Rom. lib. 6. c. 5.

Anagramma diuinationis argumentum. A. p. 83 sq.
Verſailles, ville ſeras.

Ex *anſerino ſterno* Thomas Bartholinus centur. V. hiſtor. Med. c. 67.

Anthropomantia ex viſceribus humanis vel extis puerorum aut virginum, vel grauidarum feminarum. Vide Euſebium VIII, 14. Hiſt. Eccleſ. p. 311. Porphyr. lib. 2. de abſtinendo ab animantibus pag. 91. Nazianzenum inuectiua 1. in Iulianum p. 91. Grabium p. 34. ad Apologiam primam Iuſtini. Apollonium apologia ad Domitianum VIII, 7. pag. 345 ſq. 349 ſq. 351. Bulenger. lib. 3. c. 4. Baelium in Voce *Antinous*, et quae mox infra in *Aruſpicina*.

Ex *Apibus*. Dausqueius p. 380 ſeq. ad Silium Italicum.

Ex *colore aquae*. Paullus Maria Pauciaudius in commentatione de puteo ſacro agri Bononienſis, Romae 1757, 4. euualgata.

Arithmomantia Bulengerus III, 21. Ioan. Praetorius libro **von Diebsdaumen**, ſub fin. Kircherus in Arithmologia.

Artomantia e panibus. De quo Io. Praetorius **in Brodteufel**.

Ex *Arundinibus* M. Paullus Venetus lib. 1. c. 53.

Aruſpicina[4] δι' ἐμπύρων Dio I. de regno p. 13. C. ἱεροσκοπία Diodorus Siculus pag. 221. excerpt. Peireſc. θυτικὴ ex viſceribus hoſtiarum[5] conſultis, de qua prolixe Bulengerus Tomo I. p. 313 ſq. Vide et Agrippam de vanitate ſcientiarum c. 38. Alexandrum ab Alex. V, 25. genial. dierum ibique Tiraquell. Nec omittendum quod Diodorus Siculus lib. V. fol. 213. barbarum genus aruſpicinae refert vſitatum veteribus Gallis, ex hominis caeſi conuulſione et fluxu ſanguinis. Confer Porphyrium II, 51. περὶ ἀποχῆς. Geuſii victimas humanas T. 1. p. 320 ſq. 331 ſq. et quae de Cimbrorum phyſiculatoribus Stephanius p. 42. ad Saxonem Gramm. et de diuinatione ex extis humanis id. pag 81. Extorum fibras a daemonibus moueri et animari perſuaſum antiquis Chriſtianis. Vide quae viri docti ad Minucium Felicem c. 27. Aruſpicinae periti ab Aeliano celebrantur VIII, 5. de animalibus, Silani, Megiſtanae, Aclidae. Ἡπατοσκόπους vocat Artemidorus II, 74. Onirocritic. Ἡπατοσκοπήσασθαι verſio Graeca Ezech. XXI, 21. De haruſpicum diſſenſu inter ſe vide ſis Galenum Tomo 5. edit. Graecae Baſil. p. 41. De aruſpicina Toſcana confer Bindum Simonem Paruzzium in collectione diſſertationum academiae

[4] Nomen generale eſt tres ſpecies complectens: *fulgurum, extorum et oſtentorum interpretationem.* Vide Ciceronem lib. 1. de diuinat. c. 18. et lib. 2. c. 11. et 22.

[5] *Phyſiculari exta* dixere Apuleius, Marcianus Capella (ad quem v. Grotius pag. 5.) et Robertus Monachus. Vide Barthium pag. 96. in Ioan. Petri Ludewigii codice diplomatico T. 3. Aſtrologiae apoteleſmaticae reſpondere extiſpicinam ſibi perſuaſit Onoſander pag. 47. edit. Rigaltii. Quum ſeptem ſint viſcera, cor, iecur, ſplen, ſtomachus, pulmo, duo renes, auſpicum erat ex hepate ſolo futura ſpeculari. Vide Nicephorum p. 359. ad Syneſium.

miae Cortonensis P. 1. p. 43 sqq. Romulum auspiciis, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse Romanae ciuitatis ait L. Cotta apud Ciceronem lib. 3. de N. D. c. 2. De aruspicinae tabernaculo vitio capto idem lib. 2. de N. D. c. 4. In Elide familiae Iamidarum et Cluditarum aruspicinae nobilitate celebres fuere teste eodem Cicerone lib. 1. de diuinatione c. 41.

Astragalomantia, vnde ἀςραγαλομάντεις memorat Artemidorus loco laudato, diuinatores ex talis calculisque.

Aspidomantia, per clypeum. Bulenger. III, 38.

Astrologia Apotelesmatica, siue Genethliaca, a qua dicti γενεσινλόγοι, ἀςεροσκόποι *stellarem coniectantes*, vt est apud Tertullianum de pallio c. vltimo, etc. De illa complures scriptores memoraui lib. III. Bibliothecae Graecae capite 20.

Auguria et *auspicia*, quae duo volaticam (vt loquitur Tertull. c. 5. de pallio) spectantia ita differunt quemadmodum notat Seruius in I. Aeneid. vers. 398. vt augurium dicatur, quod petitur et certis auibus ostenditur, auspicium vero qualibet aui demonstratur et non petitur. ὀνεροπολεῖν τὰ πετεινά, in Sibyllinis lib. 1. p 85. Aues ex quarum vel volatu vel voce [6] (siue vt Prudentius lib. posteriori contra Symmachum v. 890. linguis) πτήσεσι καὶ κλαγγαῖς, Matthaeus Blastares p. 112. syntagmat. inuolatu, cantu, tripudiis solistimis, et soniuiis siue κλαγγαῖς, Cic. VI. Ep. 6. auspicia petebantur recenset Festus in *alites* et *oscines*. Magisque constaret si ad nos peruenisset Theonis Aegyptii περὶ σημείων καὶ σκοπῆς ὀρνέων καὶ τῆς τῶν κοράκων φωνῆς laudatum Suidae opus. Quod in sacrificiis dicebatur litare, in auspiciis impetrire, quod nihil aliud est quam impetrare. Vultures proprie erant οἰωνοὶ vt notat Tzetzes Chiliad. XIII. hist. 474 vbi genera quaedam auguriorum recenset. Vide et Suidam in ὄρνις, et μετοιωνίσασθαι. Illam οἰωνιςικὴν a Phrygibus repertam testatur Nazianzenus 1. in Iulian. pag. 100. Sed et ex aliis avibus, accipitre, noctuis, columbis, cygnis, gallis et hirundinibus auspicia petebantur: tum et aliis ex animantibus vt notauit Potterus p. 320. Archaeol. Auspiciis celebres Tiresias, Polydamas, Polyidus, Theoclimenus Aeliano laudati VIII, 5. animal. Hetrusci praecipue, vnde Hetrusca disciplina pro augurali scientia et auspicina. Vide Ammianum XXI, 1. Allatium ad Antiquitates Hetruscas p. 10 sq. De Auguriis praeter alios videndi Augustinus Niphus libris 2 de auguriis, Io. Baptista Bellus de partibus Templi auguralis, qui ambo exstant Tomo V. Antiquit. Graeuii: Potterus II, 15 Archaeol. Struuius cap. 6. Syntagm. Antiquit. Roman. Andreas Christianus Eschenbach in diss. de auguriis veterum pag. 551 sq. Ioan. Douiatius notis ad Liuium in vsum sereniss. Delphini Tomo 1. p. 48. Isaacus Vos-

[6] Burmannus p. 56. ad Valerium Flaccum.

Vossius ad Catullum p. 105. Perizonius p. 126 sq. ad Aelianum, Bulengerus de diuinatione p. 333 seq. Paullus Manutius in quaesitis per Epistolam Tomo 4. Lampadis Gruterianae p. 213 sq. Georg. Casp. Kirchmaierus de auguribus Romanorum. Witteb. 1669. Dithmarus Bullichius de Romanor. auguriis. Hafniae 1696. Henric. Morinus in dissertatione de auguribus inserta Tom. 2. memor. Academiae inscriptionum, p. 371 sqq. Ioan. Hermanson in dissert. de collegio augur. apud Romanos. Vpsal. 1730, 8. Ioan. W. Kaalund in diss. de diuinandi arte apud Romanos. Hafniae 1733. Ioan. Iac. Mascouius de iure auspicii apud Romanos. Lips. 1721. Ioan. Dan. Schoepflinus de auspiciis Romanor. in commentationibus eiusdem historicocriticis pag. 145. sqq. Faustus Longianus in libello italice edito: *Trattato degli Auguri e delle Superstitione degli Antichi*. Amstelodami 1641, 12. Ezech. Spanhemius in notis ad Callimachum p. 628 sq. vbi etiam de eo num Abraham inuentor auguriorum fuerit, vt iampridem innuit Iulianus confutatus a Cyrillo lib. 10. pag. 358 sq. Sane auguria Iudaeis non minus prohibita quam a Cicerone et aliis sanioribus Ethnicis explosa fuerunt. Confer Coqueum ad Augustini IV, 30. de Ciuitate Dei, et Hannibalis dictum apud Plutarchum de exilio fol. 606. c. Aues et animalia reliqua *μαντικά*, e quibus auspicia sumsere Aegyptii et aliae gentes, a Mose impuras esse pronunciatas notat Origenes IV. in Celsum p. 225. Varia recentioris huiusmodi superstitionis genera vide si placet apud Cangium Glossario Latino in *Venta*. De sex auspiciorum generibus differit Hotomannus VI, 11. Obseruationum. Dextra quae, quae sinistra, et vtra auspicata, Mezeriac. ad Ouidii Metamorph. I. pag. 171 sqq. Vtrum sinistra auspicia laeta semper fuerint apud Romanos disquiritur Vol. secundo der Arbeiten einer vereinigten Gesellschaft in der Oberlausitz pag. 14 sqq. Augurii insignia in numo conspiciuntur apud Ioan. Carol. Schottum in explicatione apotheoseos Homericae p. 57. De augurio salutis conferantur commentationes Petri Zornii. Ploenae 1720. et Io. Henr. Messerschmidii. Ienae 1756. Augurium puellare Iuliae Augustae ex ouo, quod ipsa cum nutrice per vices in sinu fouit, donec prodiret pullus memorat Plinius H. N. X, 55. Ὀιονιςῶν ἐνδόξων libros et obseruationes memorat Galenus loco laudato. De auspicio ex acuminibus signorum militarium terra euulsorum videndus Geuartius lib. 1. Elector. c. 2. et ex eo Matthias Zimmermannus p. 631 sq. Analect.

Axinomantia per securim. Plinius XXXVI. c. 19. Bulengerus lib. 3. c. 27. Potterus p. 339. Archaeol.

Per *barram* quod instrumentum ligneum apud Aegyptios. Vide Kircherum Tomo 3. Oedipi p. 358.

Belo-

Belomantia ex telis vel bacillis proiectis. Delrio disquisit. Magic. p. 621. Albertus Schultens V. C. in obseruationibus Arabicis ad Vet. Test. et interpretes ad 1 Sam. XX, 20. et Ezech. XXI, 21. infra in Rhabdomantia. Est et aliud genus sortilegii, quo vtuntur Arabes, per tria tela, quorum vni inscriptum est, *iube me Domine*; alteri *prohibe me Domine*; tertio inscriptum est nihil. Ex his sacco inclusis vnum extrahit, qui opus aliquod aggrediendum sit nec ne, dubitat. Si tertium cui nihil inscriptum est extraxerit, sortem iterata vice experiri cogitur. Vide Herbeloti Bibl. Oriental. in voce Acdah p. 42. et Pocockii specim. Arabic. p. 327.

Botanomantia ex herbis. Potterus p. 339. Bulenger. lib. 3. c. 24.

Ex *Bouis mugitu*. Dausquius ad Silium Italicum p. 208.

Βρεφομαντεία, δι' ἀνατομῆς βρεφῶν, qua vsus Maxentius. Zonar. Tom. 3. pag. 1. Theophanes. p. 10.

Βρεχομαντεία ex pluuia, quam bonum omen habent Turci exeuntes e laribus suis. A. p. 92.

Diuinatio e *ruptura bilis*, igni superposita. Schol. Euripidis Phoeniss. V. 1261. seq. Ibidem de diuinatione e *cauda victimae*, quomodo ad ignem inflecteretur.

Caffemantia ludicra. La Bagatelle. T. 3. p. 181.

Diuus Augustus laeuum sibi prodidit *calceum* praepostere inductum, quo die seditione militari propemodum afflictus est. Plinius H. N. l. 2. c. 7. adde Sueton. in Augusto c. 92.

Campana spontaneo pulsu futura praesagiens Vililiae in regno Aragoniae. Relat. innoxiae A. 1721. p. 734 sq. Io. Fr. Mayerus Musei T. 1. p. 658 sq.

Diuinatio e *canum occursu* vel *latratu*. Tzetzes Chil. XIII. vers. 213.

Capnomantia ex fumo. Bulengerus lib. 3. cap. 23. Potterus fol. 313. Archaeol. Crinitus XXIII, 3. Alexander ab Alexandro IV, 17.

Caragi sortilegi a characteribus magicis dicuntur. De his praeter Cangium in Glossario, Baluzius ad homil. 12. Caesarii Arelat. Tom. 8. Bibl. Patrum p. 342.

Castronomantia verba quaedam intra dentes mussitando super vitro aqua repleto, cum cereo accenso. A. p. 95.

Catoptromantia per specula Magica. Bulengerus lib. 3. cap. 7. Rosweidus ad Vitam S. Hilarionis pag. 66. seq. Casp. Schottus Physic. curios. lib. 4. p. 636. sq.

Chiromantia, חכמת היד, de qua Io. Conr. Dietericus in Antiquitatt. Biblicis V. T. p. 309 sq. ad Iobi XXXVII, 7. Franciscus Vallesius de sacra Philosophia cap. 32. p. 211 sq. Cardanus de rerum Varietate cap. 79. Tomo 3.

Opp. pag. 285. ſq. Iuuenalis VI, 583. *frontemque manumque praebebit vati.* Suidas in *οἰωνιστική*. Erycius Puteanus Centur. 2. Epiſt. 16. Georg. Paſchius in inuentis nouantiquis p. 604. editionis primae, Bulenger. lib. 3. c. 29. p. 216 ſq. Cornelius Agrippa de vanitate ſcientiarum c. 35. Henricus Klauſing diſſ. de pſeudo-Mathematis § 19–21. Dan. Guil. Mollerus de characteromantia. Altorfii 1693. Gottl. Frid. Ienichen de Geneſimantia. Lipſ. 1699 *χειροσκόπους* vocat Artemidorus II, 74. Suidas in *ἕλενος*, quem *χειροσκοπικὸν οἰώνισμα* ſcripſiſſe refert.

Cephalonomantia ex capite aſini toſto. Potterus p. 339. Archaeol.

Cephalomantia ex capite ſ. cranio mortui: vide Ioan. Praetorii alectryomantiam cap 5. Theophanes pag 45. memorat poſt Iuliani mortem inuenta *κράνια πολλὰ ἀνθρώπων, δι' ὧν ὁ παραβάτης τὰ μαντεῖα τοῦ κατὰ Περσῶν πολέμου ποιούμενος* etc.

Κηρομαντεία per ceram in aquas infuſam. Potterus p. 340. Praetorius in Alectryomantia p. 5. ſq.

Χοιρομαντεία, diuinatio per porcos, cuius exemplum narrat Procopius lib. 1. c. 9. de bello Gothico, p. 163. ſq. edit. Grotii.

Cledoniſtica per tinnitum aurium, Plin. et vetus Epigramma:

Garrula quid totis reſonas mihi noctibus auris?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.

Nec minus ſaliſſationem ſuperciliorum, oculi vel alterius membrorum, et per ſternutationem etc. Vide Bulengerum Tom. 1. p. 369 ſq. Nicetae theſaurum Tom. 25. Bibliothecae Patrum p. 147. infra in *παλμὸς* et *ſternutatio*.

Clidomantia quando claui inſcribitur nomen furis. Vide Praetorium p. 6. vel clauis imponitur primo capiti Euangelii Ioannis. A. p. 96.

Infauſta ex *cometis* praeſagia plus ex ſuperſtitione ducere quam ex veritate probat Ioan. Georg. Graeuius Oratione IV. Petrus Baelius in Penſées ſur la Comete. Ioan. Spencerus diſſertatione de prodigiis Anglice Londini 1665, 8. edita. Balthaſar Bekker in libro belgico ſermone compoſito: *Onderſoek van de Beteekeninge der Cometen.* Leouardiae 1683, 8. Sic coniunctiones planetarum nihil diui portendere probat Ioan. Chriſto. Sturmius in A. E. 1683. pag. 169. Neque ſtellis influxum et in fata hominum et regionum, et in corpora terreſtria tribuendum eſſe oſtendunt Ioan. Henr. Stuſſius commentationibus ſex de orbe luſibus ingenii aſtrologicis faſcinato. Gothae 1745. et ſeqq. et auctor diſſertationis italice editae Patauii 1757, 4. *Dell' Influſſo degli Aſtri ne corpi terreſtri.*

Coſci-

Coscinomantia per cribrum. Theocritus III, 31. Lucianus T. I. p. 753. Artemidor. II, 74. Aelian. VIII, 5. animal. Bulenger. l. 3. c 31. Io. Praetorii Coscinomentia, oder Bericht vom Sieblaufe, Curiae Variscorum, A. 1677, 4. et in Alectryomantia p. 6. sq.

Craniomantia, diuinatio per suturas cranii. *Plusieurs entre les Brames du Royaume de Carnate croyent, que tous les hommes ont leur destin écrit chacun sur leur teste: et quand on leur demande ou cela est écrit, ils répondent que les sutures du crane sont les caracteres de cette écriture mysterieuse.* Memoires de Treuoux, A. 1706. p 464.

Crithomantia, per hordeum. Vide Cangii glossar. in κριθαρίζειν, supra Aleuromantia.

Crystallomantia. Potterus p. 338. Archaeol. Cardanus de rerum varietate c. 93. Tom. 3. p. 325.

Cyathomantia. Vide Naudaeum c. 15. Apologiae pro Magis, Geusii victimas humanas Tom. 1. p. 353. Supplementorum Tomum ad Obseruationes selectas Hallenses Obseruatione IV. Mich. Christiani Tierof diss. de sacris Iudaeorum vinculis, Ien. 1657. et interpretes ad Genes. XLIV, 5. qui locus tamen nihil aliud significat, quam ex poculo illo ablato [7] Iosephum augurari de malo peregre aduentantium animo. Ritus sortitionis in eligendo Imperatore per calices. Nicetas Choniata lib. XX. c. 6. p. 645.

Cyclomantia, B. Dilherr. Tom. I. disp. Ienens. p. 154.

Dactylomantia s. per annulos. Ammian. Marcellin. XXIX, I. p. 553. Bulengerus lib. 3. c 35. Potterus p. 338. Archaeol.

Daemonomantia per responsa daemonum. Sixti IV. bulla contra Carmelitas quosdam defendentes non esse haereticum, daemonum exspectare responsa, exstat apud Bzouium ad A. C. 1473. n. 20 p. 83.

Daphnomantia per lauri ramum in ignem coniectum qualem ille strepitum ediderit. Bulengerus lib. 3. c. 19. Cerda ad Virgilii Eclog. VIII, 28. Potterus ad Lycophron. p. 112.

De *Engastrimythis*, siue ventriloquis, memoratis Hippocrati libro quinto Epidem. T. I. p. 787. quales veteri aetate Eurycles, Python, recenti Fanningus, Ludouicus Brabantius aliique solo naturae et artis atque exercitationis adminiculo citra daemonis opem fecere vide quae disputantur ab interpretibus ad I Sam XXVIII, 7.[8] Edmundo Dickinsono in Delphis Phoenicizantibus c. 9. Bulengero lib. 3. c. 6. de diuinatione: a Leone Allatio et D. Casp. Loeschero in

[7] Ita Herm. ab Hardt praefat. ad differt. de IV. monarchiis Babyloniae. Helmst. 1708, 8.
[8] Nouissimam de spectro Endoraeo controuersiam recenset S. R. Krafftius Bibl. Theolog. P. 104. p. 333 sqq.

in singularibus de Engastrimytho diatribis: a Kirchero Tom. I. Oedipi p. 244. et 382. Io. Brodaeo lib. 9. Var. Lectionum c. 19. Antonio van Dale de idololatricis diuinationibus Iudaeorum cap. 10. Stephano le Moyne in notis ad Varia sacra p. 993 sqq. Io. Carolo Schottio in explicatione erudita et ingeniosa Apotheoseos Homericae p. 102 sq. Vignolio Maruillio Tomo 2. Miscell. Historico litterar. pag. 318. Dauide Millio in dissertat. de אוב et אובות, ad quale diuinandi genus referri debeant; recusa in eiusdem dissertationibus selectis, pag. 395 sqq. et Ioan. Gerh. Meiero in dissert. qua ostenditur, Pythonissas ἐγγαστριμύθους in tripodis pelui non ex ventre vaticinatas esse. Helmstad. 1727.

Ex felis vel canis transcursu, qui inauspicati habebantur, Casaubonus p. 341 sq. ad Theoprasti characteres.

Fulminum obseruatio quam ab Hetruscis Romani accepere. Vide Diodorum Sic. V. fol. 219. et Plinium H. N. lib. 2. c. 52. sqq. De hac Beda Tom. I. p. 387 sq. Aldus Manutius V. de quaesitis per Epistolam Tom. 4. Lampadis artium Gruterianae p. 254 sq. Io. Pierii Valeriani declamatio Rom. 1517, 8. et Tom. 5. Antiquitat. Rom. Bulengerus libro V. de terrae motu et fulminibus, Tom. I. Opusculor. Lugduni excus. et in eodem Antiquitatum tomo. Berneggerus p. 119. Miscell. Andr. Olaus Rhyzelius in brontologia sacra et historica Holmiae 1721, 4. Petrus Ahlwardt in Brontotheologia, germanice edita Gryphiswaldiae 1745, 8. Valesius ad Ammianum XXIII, 5. vbi etiam de Caecinae libro quem de Hetrusca fulminum disciplina scripserat, teste Cicerone et Plinio. Explodit eam Lucretius VI, 86. seq. Lex Constantini M. pro hoc haruspicinae genere data A. C. 321. in Codice Theodosiano Tom. 6. pag. 257.

Garosmantia A. p. 99. lege *Gastromantia* ex vase aqua pleno, cuius meditullium vocabatur γάστρη. Potterus pag. 337 sq. Archaeol. Alciphron Epistola vlt.

Geomantia, (*Gemantian* vocat Rolandinus Grammaticus, qui circa A. C. 1263. vixit, in Chronico Marchiae Taruisinae lib. X. cap. vndecimo) Bulengerus lib. 3. c. 10. Cornelius Agrippa de vanitate scientiar. c. 36. Rob. Flud de Fluctibus, H. de Pisis (qui notante Sorberio in Sorberianis p. 161. e Catano et Gerardo Cremonensi profecit) et Alfakinus, in fasciculo Geomantico comprehensi. D. Ioan. Andreas Schmidius diss. de Geomantia. Ienae 1695. Henr. Klausingius dissert. de Pseudo-Mathematis, Witteb. 1705. § 22 sq. Begerus Thesaur. Brandenburg. Tom. I. p. 85. Kircherus Tom. 2. Oedipi part. 2. p. 493 sq. Georgius Paschius in inuentis nouantiquis pag. 598 sq. Zanatae Philosophi Persae Geomantia Msct. Graecis versibus Politicis per Arsenium Monachum, memo-

memoratur Lambecio VII. pag. 260. qui etiam pag. 254 ſeq. de methodo Geomantica praedicendi futura quam nugiuenduli quidam tribuerunt Noae Patriarchae.

Goetia. Agrippa cap. 45. de vanitate ſcientiarum. Goetiam a Magia et Pharmacia ita differre notat Nonnus hiſt. 67. ad Naz. vt Magia bonorum daemonum ad bonum, Goetia malorum ad malum aliquod procurandum inuocationem doceat, pharmacia conſiſtat in veneficio aliquo vel amatorio poculo. Eadem habet Suidas in γοητεία, et Nicephorus ad Syneſium de inſomniis pag. 363.

Ex *gruum* volatu diuinatio, de qua Iacobus Gaffarellus in curioſitatibus inauditis p. 250 ſeq.

Γυρομάντεις. Artemidoro lib. 2. c. 74. memorati.

Halomantia ex ſale. A. p. 80.

Ἡπατοσκοπεία. Supra, Aruſpicina. Confer Pitiſci Lexicon antiquitatum Romanarum voce *iecur*.

Per *herbam* telephilum vel aliam, prout illa brachio inflicta vel contuſa ſonum edidiſſet. Theocritus III, 28 ſq. Potterus p. 338 ſq. Archaeol.

Hippomantia auguria ex equorum hinnitu, fremitu, ſudore, curſu etc. Hiſtor. miſc. XVII, 22. Berneggerus quaeſt. 50. ad Tacitum. Felleri Trimeſtr. p. 643. Praetorius in Alectryomantia p. 9. Triſtanus T. I. p. 413. Keyslerus antiquit. ſeptentrion. p. 323, 325 ſq. Nicol. Kederus de numo Othini aureo p. 16 ſq. Elias Schedius Iarkii. p. 657, 658.

Hydromantia. Bulengerus lib. 3. cap. 9. pag. 200 ſqq. Caſaubonus p. 154 ſq. ad Apuleii Apologiam, Strabo lib. XVI. pag. 762. Nicephorus pag. 410. ad Syneſium. Kircheri ars magnetica pag. 273 ſqq. Pricaeus pag. 110. Potterus p. 313. Archaeol. Graec. et p. 337. Praetorius loco laudato. Iſidorus Hiſpal. lib. 8. Originum cap. 9. vbi et de aliis generibus magiae et diuinationis. Περὶ ἐνυδρουμαντικῆς Damoſtratus apud Suid. Photius p. 565. A. p. 100. vbi octo genera hydromantiae ex Delancro.

Ichthyomantia ſiue per Piſces. Potterus pag. 313. Archaeol. Bulengerus lib. 3. cap. 20.

Per *Iedua* ſiue agnum Zoophyton. R. Moſes ben Samſon apud Bulengerum III, 33. p. 221. Delrio disquiſit. Magic. p. 613.

Ἱερομαντεία ſiue ἱεροσκοπεία. Vide Potterum II, 14. Archaeol. et ſupra in *Aruſpicina*.

Per *Imagines* diuinatio, quam qui exercebant Imaginarii vocantur a Ioanne Sariſberienſe lib. I. Policratici c. 12.

Isiacorum coniectorum meminit Ennius apud Ciceronem lib. I. de diuinatione capite vltimo.

Lampadomantia, Lychnomantia. Vide Bulenger. III, 32. et Delrionis disquisitt. Magicas p. 615. vbi et de aliis diuinationum superstitiosarum generibus. Sueton. in Tiberio c. 19. et ibi Pitiscum. De sorte per cereos nominibus Apostolorum inscriptos, Berneggerus in Miscellaneis diss. p. 203 sq.

Per *Lauri* ramum, supra in Daphnomantia. Vide et Casaubonum ad Theophrasti Character. p. 339 sq. Zenobii prouerbia V, 34.

Lecanomantia per peluim Pseudocallisthenes, cuius locus exhibetur Bibl. Gr. T. 14. p. 148 et 149. Strabo lib. XVI. p. 762. Simeon Magister Annal. p. 403. Suidas in Θεόφιλος βασιλεὺς ῥωμαίων. Leo Grammaticus in Leone Armeno p. 446 et 453. Bulengerus lib. 3. cap. 5. pag. 199. Tzetz. Chil. II. hist. 44. Potterus p. 337. Archaeol. Nicetas in thesauro Tom. 25. Bibl. PP. p. 147. E. Simeon Magister in Annalibus p. 403.

Ex *Leonibus* mactatis. Eusebius VIII, 14. Hist. Eccles. p. 311.

Libanomantia ex thure, qua primus vsus Pythagoras Philosophus. Holstenius ad vitam Pythagorae scriptam a Porphyrio pag. 75. Schol. Homeri Iliad. ώ. 221. Potterus p. 313. Archaeol. D. Godfrid. Olear. ad Philostratum p. 40. Bulengerus lib. 3. c. 28. p. 216.

Lithomantia per lapidem sideritem. Potterus p. 338. Archaeol. Bulengerus lib. 3. cap. 18 Tho. Gale ad Iamblichum p. 239.

Ex *maculis* corporis, diuinatio. Vide Melampodis libellum περὶ ἐλαιῶν. Lud. Septalium libro de naeuis, Dordraci 1650, 8. qui laudat etiam Abenragel scriptorem Arabem huius argumenti.

Diuinatio per *mammas* mulierum contrectatas *et talos*, qua Basilacium quendam vsum futura praesagiisse refert Nicetas Choniates in Isaacio Angelo lib. 3. c. 8.

Margaritomantia. A. p. 102.

Ex *mensis*. Pet. Zornius Opusc. T. 1. pag. 146. ex Tertulliani Apologet. cap. 31.

Ex *Meteoris* variis et *Cometis* vide Bulengerum lib. 3. c. 11. p. 206 seq. et Petri Baelii de Cometis cogitata Gallice edita, paullo ante citata.

Metoposcopia Suetonius in Tito c. 2. Cornel Agrippa cap. 34. Klausingius de pseudo Mathematis § 24. et supra, vbi de chiromantis siue χειροσκόποις.

Mortis praesagia. Thom. Bartholinus Centur. 3. hist. 58. Ioan. Frider. Mayerus de praesagiis mortis. Witteb. 1687.

Molybdo-

Molybdomantia, ex plumbi liquefacti diuersis motibus. Potterus p. 339. Archaeol.

De *moribundorum* diuinatione Petrus Petitus p. 57 sq. ad Aretaeum, et Erdm. Neumeister in der Gewißheit der Seligkeit.

Μορφοσκόπους memorat Artemidorus II, 74.

Auspicia e *muribus*. Casaubon. pag. 348. ad Theophrasti characteres. Aelian. lib. 1. var. cap. 11. et de animalibus VI, 41. Melampodem περὶ μυῶν laudat Artemidorus III, 28.

E *mustelis* διὰ γαλῶν. Origenes IV. in Celsum p. 226.

Necromantia, νεκρομάντεις, Tacito Annal. II, 28. *infernas vmbras carminibus elicientes*. Buxtorfius in נגירא Lex. Talmud. p. 1295. Marius Mersennus in Genesin p. 585 sqq. Guil. Malmesburiensis lib. 2. p. 66, 67. vbi de Gerberto. Marshami Canon chronicus p. 343 et 344. Stephanius pag. 46 sq. ad Saxonem Grammaticum, Agrippa cap. 45. de van itate scientiarum. Vallesius p. 218 sq. Philos. Sacrae: Bulengerus lib. 3. c. 3. Potteri Archaeol. pag. 336. Pythonissas proprie necromantiam professas esse, non Engastrimythos fuisse disputat Gilbertus Gaulminus pag. 275. ad vitam Mosis. Vide etiam quae de ψυχαγωγοῖς Ioach. Kühnius ad Pausaniam p. 252 sq. Necromantiam a Numa inuentam scribit Honorius Augustodunus lib. 3. de imagine mundi pag. 991. Necromantae ab aliis dicti *vmbrarii*, vide Lindenbrogii Glossarium ad leges antiquas. Νεκυομάντεις Strabo XVI. p. 762. ψυχοπομπία (a qua ψυχοπομποὶ Synesio memorati) ψυχαγωγιά et νεκυομαντεία idem denotant. Vide Nicephorum Gregoram ad Synesium de insomniis p. 410, 411 et 412. et Grabii notas ad Iustini Apol. 2. pag. 34. Necromantiam a Numa Pompilio inuentam scribit Honorius Augustodunensis libro 3. de imagine Mundi p 991. Necromantae ab aliis dicti *Vmbrarii*, ab euocandis vmbris. Vide Lindebrogii Glossarium ad Leges antiquas.

Ex *Nubibus* diuinatio ab Anthusa muliere inuenta. Vide Photium in excerptis e Damascio p. 554. Iustinum quaest. 31. ad orthodoxos. Cangii Glossar. in περιστεριῶται, et νεφοδιῶκται et Gaffarelli curiositates inauditas.

Oculinomantia, das Auge ausschlagen. A. p. 105.

Oecoscopia s. diuinatio ex aedificiis, et iis quae in illis accidissent vel conspicienda se praebuissent. Nonnus [9] histor. 61. in Nazianzenum memorans οἰκοσκο-

[9] Nonni locum, quia alia etiam genera μαντικῆς commemorat, adscribam: *Diuinatrix scientia partim* ὀρνεοσκοπητικὴ *est, quam Phryges inuenerunt, partim* οἰκοσκοπητικὴ, *partim* ἐνόδιος, *partim* χειροσκόπος, *partim* παλμική. Ὀρνεοσκοπητικὴ *est, quum volante hac vel illa aue ante vel retro, dextrorsum vel sinistrorsum, quid hoc significet dicimus. Quam diuinationis par-*

οἰκοσκοπικὸν quod ſcripſerat Xenocrates. Vide Caſauboni Lectiones Theocriticas cap. 5. ἐνοικομαντειῶν mentio in S. Baſilii formula exorciſmi.

Oenomantia ſ. diuinatio ex vino libato. Bulengerus lib. 3. c. 35. Delrio disquiſit. Mag. pag. 611. Potterus f. 313. Archaeol. Virgilius IV. Aeneid. v. 453-455.

Vidit, thuricremis quum dona imponeret aris,
Horrendum dictu, latices nigreſcere ſacros;
Fuſaque in obſcoenum ſe vertere vina cruorem.

Οἰονιστικὴ prius dicta, deinde οἰωνιστική. Ariſtides Tom. 3. p. 25, 66. Vide ſupra vbi de Auſpicibus et Auguribus. Suidam in οἰωνιστική, vbi ſcriptores etiam laudantur, Telegonus, Polles etc.

Ololigemantia ex vlulatu canum. A. p. 105 ſq.

De *Ominibus* variis adi Bulenger. cum Tom. 5. theſauri Antiquit. Rom. p. 441 ſq. Briſſonium in formulis pag. 91 ſq. Perizon. ad Aelianum pag. 126. Anton. Gunth. Heshuſium in diſſ. Lipſiae edita de ominibus 1672. Potterum II, 17. Archaeol. Buſaeum ad Epiſt. 65. Petri Blaeſenſis p. 1326 ſq. T. 24. Bibl. Patrum. Gerhardum Kempherum ad Calpurnium pag. 333 ſeq. Laurentium Beyerlink in theatro vitae humanae T. 5. voce Omen. p. 73 ſq. Petitum Obſ. miſcell. p. 192. Ioannis Alberici (Iohn Aubrey) Miſcellanies[10] upon the following ſubiects: 1) *Day fatality.* 2) *Local fatality.* 3) *Oſtenta.* 4) *Omen.* 5) *Dreams.* 6) *Apparitions.* 7) *Voices.* 8) *Impulſes.* 9) *Knockings.* 10) *Blows inviſible.* 11) *Propheſies.* 12) *Marvels.* 13) *Magick.* 14) *Transportation in the Air.* 15) *Viſions in a Beril or Glaß.* 16) *Converſe with Angels and Spirits.* 17) *Corpscandles in Wales.* 18) *Oracles.* 19) *Extaſie.* 20) *Glances of Love and Envy.* 21) *Secondſighted Perſons.* 22) *The Diſcovery of two Murders by an Apparition.* Londini 1721, 8. Omen proprie ex auibus

partem Telegonus *inueniſſe dicitur.* Οἰκοσκοπητική, *quum quis ea quae in domo contingunt enarrat, quidque hoc portendat, exponit. Verbi cauſſa quando in tecto felis aut ſerpens aut mus apparuit, aut exhauſtum eſt oleum, aut cinis aut aliud quiddam, de quo genere opus edidit* Xenocrates. Ἐνόδιος *autem, quum ea quae in via occurrunt enarrantur, vt ſi quiſpiam occurrerit hoc geſtans, hoc tibi accidet, ſi autem ille, hoc tibi eueniet, de quo genere* Polles *pertractauit.* Χειροσκόπος *vero, quum ex manuum extenſione ac rugis dicimus rem hanc illam manere, vel quod ipſius nuptiae ambiuntur, vel quod liberos procreabit, vel huiusmodi aliquid, de quo volumen ſcripſit* Helenus. Παλμικὴ *denique quum ex corporis palpitatione aliquid cognoſcitur, vt ſi palpitet oculus dexter, hoc indicat, aut ſi humerus, aut reliqua pars corporis. De quo genere opus elucubrauit* Poſidonius. Alia genera complura commemorat Ioſephus auctor Hypomneſtici; vide Galeum ad Iamblichum de myſteriis Aegyptiorum p. 215. et Hypomneſticum cap. 144.

[10] Bibliotheque Angloiſe T. 9. p. 193, 198. Acta Eruditor. 1722. p. 550. Bibliotheca Bremenſis T. 7. p. 368.

auibus sumi notauit Salmasius p. 44. ad Solin. Apud Simplicium in Epictetum p. 129. σύμβολός τις a Wolfio vertitur *omen*. Confer Suidam in ξύμβολον. De ominibus imperii admittendi Berneggerus p. 63 sq. Misc. Alia Imperii consequendi memorantur passim a Suetonio et Hist. Augustae scriptoribus. De abominatione siue ritu despuendi vel deprecandi omen vide Casaubonum p. 343 sq. ad Theophrasti Characteres. De ominibus populor. aquilonar. consule Bartholini antiquit. Dan. p. 680. κληδόνες siue omina a sortibus differunt; sortiri enim potest, quicunque vult et quotiescunque; omina inopinato obiiciuntur. Vide Scaligerum ad libr. secund. distichorum Catonis.

Περὶ ὠμοπλατοσκοπίας de diuinatione *ex ossibus humerariis*, libellum Michaelis Pselli manuscriptum in Bibliotheca Caesarea memorat Lambecius VII, pag. 224.

Omphalomantia obstetricum ex infantum vmbilicis. Bulengerus lib. 3. c. 14. p. 212. Io. Langius II, 10. Epist. Medicinal. et Caspar Reyes in campo Elysio quaest. 52.

Onychomantia ex vnguibus. Bulengerus lib. 3. cap. 8. Potterus pag. 338. Archaeol. Ioan. d'Espagne lib. V. error. popular. pag. 847. sq. διὰ τῶν ὀνύχων ἀκούειν. Lucianus Philopatride T. 2 p. 765.

Onomatomantia Bulengerus lib. 3. c 21. et quae de faustis atque infaustis nominibus a variis disputantur. Vide Isidorum Hisp VII, 6. Originum, Io. Brodaei Miscellanea VII, 5. Marci Velseri opera p. 380. Lipsium ad Taciti IV. Histor. p. 526. Ioan. Molleri Homonymoscopiam p. 117 seq. Georgii Richteri axiomata Oeconomica num. 4. D. Ioan. Schmidii, Professoris Lipsiensis et Dan. Guil. Molleri, Prof. Altdorfini, diatribas de nominum quam vocant fatalitate, et Ioan. Henr. Stussii Progr. de omine in nomine. Gothae 1735.

Oomantia s. diuinatio ex ouis. Bulengerus lib. 3. c. 15. et 37. Briosii Epist. p. 205. Lomeierus de lustrationibus c. 21.

De *Oraculis* scriptores laudati sunt in Bibl. Graeca lib 1. cap. 17. quibus addantur: Christiani Bunsouii dissertatio de oraculis. Frfti ad Viadr. 1668, 4. Olai Borrichii dissertatio de oraculis antiquorum, quae legitur in Eiusdem dissertationibus academicis Hafniae 1715, 8. euulgatis, T. 1. pag. 440 sqq. Petri Scheibleri de oraculis. Witteb. 1679. Ioan. Christoph. Landgrauii exercit. duae de oraculis Gentilium. Ienae 1688. Petri Ekermanni de principio et fonte oraculorum. Vpsal. 1741, 4. De tripodum figura et cortinae siue operculi, in quam ascendens eique insidens Pythias vaticinabatur, siue potius ψῆφον μαντικὴν in φιάλῃ tripodis sub cortina ex adyto in μεσόμφαλον phialae, siue γάστρης tripodis (vnde ἐγγαστρίμυθος) editum excipiebat videndus I. C. Schottus in explicatione apotheoseos Homericae p. 67 sqq. Ezech. Spanhemius ad Calli-

machum p. 383 sqq. Iac. Sponius Misc. pag. 118 sqq. et Peirescii dissertatio in continuatione memoriar. litterar. et historic. T. X. parte 2. Tripodum imagines exhibentur in Begeri thesauro Brandenburgico T. III. pag. 381. Graeuii thesauro A. R. T. V. p. 317. et Philippi Bonanni museo Kircheriano classe I. pag. 4 sqq.

Ordalii genera varia, quibus innocentiam diuinare vel probare mos, vt transitione per rogum [11] accensum, vel per vomeres ignitos, (vid. Lindebrogium p. 1495 seq. ad Codicem Legum Antiquarum; Zwingerum Vol. 5. theatri vitae humanae p. 1359 seq. Lambecium in Originibus Hamburgensibus ad A. 1257.) inductione chirothecarum ignitarum, gestatione ferri candentis, missione manus in ahenum feruentis aquae, quod examen caldariae vocabant, (Lindebrog. p. 1354, 1356, 1413, 1417 sq.) proiectione in flumen, adstando ad crucem, duello etc. de quibus Cangius Glossario in *Aqua, Ferrum, Campiones, Crux, Ordalium* etc. Agobardi liber de diuinis sententiis contra damnabilem opinionem putantium Diuini iudicii veritatem igne vel aquis vel conflictu armorum fieri. Tomo 14. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 301 sq. Allatius ad Acropolitam pag. 251. P. Brunus in Hist. Critica rituum superstitiosorum, Gallice edita Paris. 1702, 12. H. Bangertus ad Helmoldi I, 84. pag. 189 sq. Burcard. Gotth. Struuius in historia iuris cap. 9. et auctores excitati tum in Hydrotheologia p. 305–309. tum in Lipenii Bibliotheca iuridica edit. nouissimae Anni 1757. vocibus: *per aquam frigidam probatio; purgatio per aquam frigidam; crucis iudicium.* Benedictio ferri et aquae ad iudicium faciendum legitur in Goldasti Tom. 2. rerum Alemannicarum p. 139. Ordo probandi homines de crimine suspectos per ignitos vomeres, candens ferrum, aquam feruentem vel frigidam recensetur in Bernhardi Pezii thesauro anecdotorum Tom. 2. parte 2. pag. 635 sqq. De ritu probationis per aquam frigidam videndus quoque Mabillonius T. 1. Analector. p. 47 sqq. et Carolus le Cointe T. 8. annal. Francor. p. 85 sqq. per aquam calidam idem ibidem p. 95 sqq. per panem Bibliotheca vniuersalis T. 5. pag. 355. et Baluzius T. 2. Capitular. p. 654 sq. per S. Eucharistiam Ioan. Andr. Schmidius singulari de hoc argumento dissertatione Helmstadii 1718. edita. De modo probandi innocentiam per duella Ioan. Seldenus in libello anglice edito 1610. et recuso Londini 1712, 4. insertoque Tom. 3. Operum eiusdem. Iac. Basnagius in dissertatione de duello, gallice primum edita 1720. et recusa deinde Basileae 1740, 12. Et scriptores, qui plenis calathis afferuntur in Lipenii bibliotheca iuridica edit. recentissimae, voce Duellum. De ritibus Duelli apud Graecos vide Possinum T. 1. pag. 438. ad Pachymerem;

[11] Catholicus qui cum Ariano, hoc recusante, e rogo disputans illaesus mansit, memoratur a Theodoro Lectore lib. 2. Hist. p. 566.

merem; apud Anglos Seldenum in libello paullo ante laudato; apud Germanos Chriſtiani Godofredi Hoffmanni diatribam Frfti ad Viadrum 1730. editam; apud Septentrionales nationes Petrum Salanum pag. 117 ſqq. ad Egilli Aſmundique Hiſtoriam Gothice editam; Loccenium Antiquitatum Suecogothicarum lib. 2. c. 45. et Simonis Ioannis Tolpii diſſertationem de monomachia Hyperboreorum. Aboae 1703, 8. Plura dabunt Ioan. Baptiſta Thiers in libro A. 1679. Gallice edito de ſuperſtitionibus, et auctor diſſertationum inſertarum Memoriis litterariis Treuoltinis A. 1711. pag. 1407. et 1025. ſeq. *Diſſertations ſur les epreuves ſuperſtitieuſes, appellez jugement de Dieu*, Chriſtianus Ebelingius de prouocatione ad iudicium Dei, ſiue de probationibus quae olim fiebant per iuramentum, per duellum, per ferrum candens, per aquam feruentem et frigidam, per ſymbolum Crucis, per ſortem, per cruentationem cadauerum occiſorum, et per citationem ad tribunal Dei, Lemgouiae 1711, 4.

Oſcines aues diuinatoriae; vide Feſtum.

De *Oſtentis* Cardanus de rerum varietate cap. 69 ſq. Tom. 3. Opp. p. 237 ſeq. vt Iulium Obſequentem, Lycoſthenem aliosque iam omittamus. Bulengerus de prodigiis Tom. 5. Graev. p. 457 ſq. Ioannes Spencerus libro Anglice edito de prodigiis. Londini 1665, 8. Antonius Anſelmus et Nicol. Freretus in diſſertationibus, quae leguntur in Memoriis academiae inſcriptionum T. V. p. 59 ſqq. edit. Amſtelod. et Olaus Celſius in diſſ. de prodigiis. Vpſal. 1704, 8.

Paedomantia. Herodotus II, 119. Elmenhorſt. ad Gennadium pag. 195. et 210 ſq. Bonifacius lib. 8. hiſt. ludicrae c. 21. Supra in *Aruſpicina*, et *βρεφομαντεία.* De hac etiam accipiendus Trithemius, licet Podomantiam malit vir doctus in Gundlingianis parte 36. p. 34.

Ex *palmae* foliis, vide Kaempferi antiquitates exoticas p. 755.

Diuinatio per Παλμὸν ſiue *ſaliſſationem* membrorum, de qua laudaui plures ſcriptores l. 1. Bibl. Graecae cap. 15. vbi de Melampode, quibus addatur Pachomius iunior ſermone, quem Val. Ern. Loeſcherus edidit in appendice ſtromatei diſſertationum pag. 148. et Nicephorus ad Syneſium de inſomniis pag. 359.

Parthenomantia ad integritatem, caſtitatemque et virginitatem diuinandam. Bulengerus III, 34. p. 221. Ioan. Beuerouicius quaeſt. Epiſtolic. p. 31 ſq. 48 ſq. ad locum Deut. XXII, 17. Philo Iudaeus de legibus ſpecialibus p. 606 ſq. ad Numeror. V, 12. Wagenſeilius ad Sota et in telis igneis Satanae p. 399 ſq. Andreas Acoluthus de aquis amaris, Gabriel Grodeckius de probationibus caſtitatis, Antonius Bynaeus de Natali Chriſti p. 24 ſq. Petauius XIV, 5. de incarnatione, Seldenus in vxore Hebraica pag. 230 ſq. Gilb. Gaulminus ad Euſtathium de amoribus Iſmenii et Iſmenes p. 37 et 43. Fortunatus Fidelis de relatio-

lationibus Medicorum III, 1. p. 337 ſq. Steph. Rodericus Caſtrenſis de natura muliebri p. 97 ſq. Ioan. Baptiſta Sitonus in Miſcellaneis iatroſophicis p. 290 ſq. I. Seuerinus Pinaeus et Melchior Sebizius de integritatis et corruptionis virginum notis, Caſpar Reyes in campo Elyſio quaeſt. 39. et 38. vbi etiam de notis virginitatis in maribus. A. p. 114.

Peratoſcopia ex inſpectione rerum extraordinariarum, quae in aere apparent. A. p. 114.

Πηγομαντεία, per aquam fontanam. Potteri Archaeol. pag. 337. Alia de diuinatione ex fontibus vide ſis in Memoriis litterariis Triuultinis A. 1710. menſe Iulio p. 1280 ſeq. vbi laudatur diſſertatio Iuſti Friderici Hammerikii de hoc argumento, adde Keysleri antiquit. ſeptentrion. p. 376. Eckhardum T. 1. rerum Francic. T. 1. p. 420. A. p. 113.

Phyllomantia ſ. diuinatio ex foliis arborum, vide Euſtathium ad I. Iliados p. 36. Ex ſtrepitu folii papaueris Apoſtolius XV, 20. prouerb. Facit huc quod de Abrahamo Kabſi ex motu foliorum, etiam vbi ventus non ſpiraret, et arboribus ſindone tectis diuinante, garriunt Iudaei. v. I. C. Wolfii B. H. Vol. I. pag. 99.

Phyllorodomantia, ex foliis roſarum eorumque ſonitu. A. p. 114.

Phyſiognomia, de qua ex veteribus Ariſtoteles, Polemo, Adamantius: et recentiores Ioan. Baptiſta Porta aliique infiniti. Confer Franciſcum Valleſium p. 213. Philoſ. ſacrae, Cornelium Agrippam de vanitate ſcientiarum cap. 33. et Georg. Paſchium in inuentis nouantiquis p. 601 ſq. Origenes lib. I. contra Celſum p. 26. memorat Phyſiognomones Zopyrum, Loxum, Polemonem.

Per *picum*, auem, vnde Saturni filio Pico auguriorum inuentio tribuitur. Seruius in 7 Aeneid.

Diuinatio per *piſces*. Aelian. VIII, 5. animal. ſupra in *Ichthyomantia*.

Pluuiae ὑετομάντις cornix. Euphorion apud Muretum variar. lection. XVI, 18.

Podoſcopia ſiue *Podomantia* ex plantis pedum, de qua Ioannes de Artis auctor libri A. 1619. Pariſiis editi de pedis admirandis. Vide Morhofium T. 2. Polyhiſtor. lib. 3. c. 1. n. 4. p. 454. edit. Lubec. 1714. et Thomae Bartholini centur. 3. epiſtol. medic. 76. p. 321.

Per *Porcos* diuinatio apud Procopium lib. I. de bello Gothico c. 9. Confer Ioan. Phil. Caſſelii commentationem de fauſto Romanorum omine ex ſue Albana. Magdeburgi 1749.

Ex *Poculis* diuinatio vide Suidam in Κοτταβίζειν et ſupra, *Cyathomantia*.

Διὰ πλυνῶν καὶ λεκανίδων φενακομάντεις, e pelui aquis plena Nicetas Choniates lib. X. p. 368. Cardanus Tomo 3. Operum p. 320.

Ψαμ-

Ψαμμομαντεία per arenam. Cangius Gloſſar. Graec. appendice p. 212.

Pſephomantia vide Bulengerum lib. 3. c. 38.

Pſychomantiae mentio apud Ciceronem lib. 1. de diuinatione, c. vlt.

Pullomantia, e pullis paſcentibus Graev. ad Flori II, 2. *Soliſtimum tripudium* Cellar. p. 96. ad Minuc. *pullarii* Cic. X, 12. ad famil.

Pyromantia ex igne, et flamma victimae. Rupertus ad Florum p. 112. Dausqueius ad Silium Italicum p. 378 ſq. vbi de pilis militum ardentibus. Bulengerus lib. 3. c. 10. Schol. Euripidis Phoeniſſ. v. 1621. et V. C. Ludov. Caſpar Valckenaer pag. 426. commentarii in Euripidis Phoeniſſam Franequerae 1755, 4. euulgati. Suetonius in Tiberio cap. 54. Dan. Heinſius ad Sil. V. 180. Ioan. Tolandus Opp. poſtum. T. 1. p. 79 ſqq. Plinius H. N. lib. 7. cap. 56. *Aruſpicium Delphus, igniſpicia Amphiaraus, auſpicia auium Tireſias Thebanus inuenit.* De Hirpinis impure per ignem ambulantibus Solinus cap. 8. Supra in *Ordalium*.

Quadratum magicum diuinatorium, de quo Auguſtini Vagetii τοῦ μακαρίτου diſſertatio Wittebergae A. 1695. edita.

Rhabdomantia, Xylomantia (mit der Wunſchel-Ruthe) vide interpretes ad Ezechielis XXI, 21. et Hoſeae IV, 12. Bulenger. lib. 3. cap. 26. Lindenbrog. ad Amm. Marcellinum p. 78. et gloſſario ad Codicem Legum antiquar. in *Teni.* Gale pag. 238 ſq. ad Iamblichum de Myſteriis Aegyptiorum. Mich. Libetanzii diatribam de Magia baculorum, Lipſ. 1661. et Godlieb Gerhardi diſſertationem de Rhabdomantia. Lipſ. 1700. P. Brunium Oratorii presbyterum in hiſtoria Critica rituum ſuperſtitioſorum Gallice edita. *Hiſt. Critique des pratiques ſuperſtitieuſes qui ont ſeduit les peuples, et embaraſſé les Sçavans.* Pariſ. 1702, 12. Ioan. Godfridi Zeidleri librum de virgula diuinatoria Mercuriali vulgatum Germanice Halae 1700, in 8. cum praefatione D. Chriſtiani Thomaſii, oppoſitum Vaillemontii libro gallice edito Amſtelodami 1693. et 1696, 12. ſub titulo: *La phyſique occulte, ou traité de la baguette divinatoire*, inſerto deinde Vaillemontii muſeo T. 3. pag. 113 ſqq. adde Henr. Chriſtian. Henninium ad Iac. Tollii epiſtolas itinerarias pag. 217 ſqq. Eliam Schedium Ioan. Iarkii p. 652 ſq. Kircheri artem magneticam p. 500 ſqq. Theophili Albani entlarvtes Idolum der Wünſchel-Ruthe. Dresdae 1704, 8. cuius continuatio prodiit ibid. 1706, 8. Ioan. Andr. Fiſcheri progr. de virgula diuinatoria. Erfurti 1719. Io. d'Eſpagne libr. V. errorum popularium p. 850, 851. et Io. Rudolphi Salchlini idolomaniam et rhabdomantiam antichriſtianam, ſiue, diſſertationem hiſtoricotheologicam ad Hoſeae IV, 12. Bernae 1715.

Rhapſodomantia ſiue diuinatio ex rhapſodia aliqua poetae. Vide Caſaubonum ad Spartianum p. 19. et quae infra de ſortibus Homericis et Virgilianis.

Sideromantia per ferrum candens. Potterus p. 339. Archaeol. et ſupra in *Ordalium.*

Diuinatio ex *Somniis* quam ab Abrahamo et Ioſepho quidam repetunt, vide Suidam in Abraham, et Iuſtinum lib. 36. hiſtoriarum. Alii a Telmiſſenſibus vt Nazianzenus I. in Iulianum p. 100. Huius diuinationis tria genera, χρηματισμὸν, ὅραμα et ὄνειρον diſtincta vide apud Potterum II, 13. Archaeol. de quibus plura ad Chalcidium. Ceterum regulas vaniſſimae artis onirocriticae, diuina et naturalia ſomnia nullo certo indicio diſtinguentis, tradiderunt ex veteribus [12] Aſtrampſychus, Artemidorus, Achmet, etc. Videndus etiam Syneſius de inſomniis, Scholiis Nicephori Gregorae illuſtratus; Macrobius in ſomnium Scipionis. Ioan. Sarisberienſis II, 15 ſqq. policratici. E recentioribus Cardanus, Coelius Rhodiginus XIV, 43. Baluzius ad Cyprianum p. 173 ſq. et 268. et ad vitas Pontificum Auenionenſium p. 1223. Alexandri ab Alexandro diſſertationes quatuor de rebus admirandis. Romae 4. Moſis Amyraldi diſcourſe of Divine dreams ex Gallico Anglice verſus a Lowdio. Londini. 8. Iudicium medicum ex inſomniis ferre docuit ſingulari libello Hippocrates. Oniromantias Iudaeorum ſpecimen apud Buxtorfium pag. 2095. Lexici Talmudici.

De *Sortibus* (publicis et priuatis ſiue κλήροις μαντευομένων Schol. Euripidis ad Hippolytum v. 1057.) quales fuere Sortes Antiatinae, Aporianae, Lyciae, Deliae, Caeritum, Falerinae, Praeneſtinae etc. Bulenger. Tom. 5. Graev. p. 361 ſq. Sirmondus p. 233. ad Sidonium. De ſortibus Antiatinae fortunae vide Philippum a Turre parte I. cap. I. ad monumenta veteris Antii. De ſortibus Praeneſtinae fortunae Ioſephum Mariam Suareſium lib. I. c. 14. Praeneſtis antiquae, T. VIII. theſauri Italiae, parte 4. et Fabrettum p. 664. veter. inſcription. Tum ſortes Homericae, Virgilianae ex locis forte ſe offerentibus Homeri vel Virgilii, ad quarum exemplum inter Chriſtianos etiam ſortes Biblicae [13] frequentatae. Videndi Caſaubonus ad Spartiani Hadrianum cap. 2. Lampridius in Alex. Seuero cap. 14. Antonius van Dale libro de oraculis, et origi-

[12] Plures laudaui in Bibl. Graeca lib. IV. cap. 13.

[13] Meminit earum ex Auguſtino Agobardus libro de imaginibus T. 14. Bibl. Patrum p. 293. adde p. 931. D. Georgii Serpilii Leben bibliſcher Scribenten VIII. pag. 325 ſqq. Ioan. Dav. Klugium in eclogis ad epiſtolas anniuerſarias. Ioan. Deutſchmanni diſſ. de ſortibus biblicis, Ienae 1698. et Ioan. Frid. Cottae diſſ. de ſortibus ſanctorum, Tub. 1758. editam. Similiter Muhamedanos ſortibus vti Alcoranicis, notatum in vita Timuri, quae ex Perſico verſa Gallice lucem vidit Delphis 1723, 12. lib. I. c. 24. T. I. p. 289. adde Dav. Millium Diſſ. ſelect. p. 53. edit. repetitae Lugd. Bat. 1743, 4.

origine idololatriae: Bulengerus singulari libro Tom. 1. opusculorum p. 299 sq. Gutherius IV, 11 sq. de iure Pontificio: Io. Morinus de sacris ordinationibus f. 234. P. Brunius in Hist. Critica rituum superstitiosor. p. 368 sq. Ioan. Clericus libro gallice edito de Lotteriis (quem I. C. Seitsius germanice vertit) cap. 9. Cangii Glossarium voce *sortes sanctorum*. D. Io. Georgius Neumannus in programmatibus Academicis p. 100 sq. Berneggerus in miscellaneis p. 187 sq. Christianus Gottlieb Schwartz de sortibus Poeticis, Altdorf. 1712. Memoriae litterariae Treuoltinae A. 1711. p. 1435. Obseruationes Hallenses T. 4. obseruatione 13. Tiraquellus de iure primogeniturae p. 152 sq. I. C. Dietericus in antiquitatibus Biblicis V. T. p. 379 sq. Henricus Benzelius de sortibus veterum, Tomo 1. Dissertationum eius, Francof. et Lipsiae 1745, 4. iunctim in forma quadripartita editorum p. 39 sqq. Ioan. Eenberg diss. de sortilegiis. Vpsal. 1705, 8. Wilh. Christi. Iust. Chrysander oratione de sortibus. Halae 1740, 4. Mich. Christo. Hanouii dissertatio de electione per sortem. Gedani 1743. germanice versa a Georg. Christiano Trausoldo. Hamb. 1751, 8. Io. Dieter. Wincklerus in Gedanken über die Spuren göttlicher Providenz im Lose bey Besetzung wichtiger Ehren-Aemter. Hildesiae 1750, 4. Frider. Aug. Iunius in commentatione de sorte, remedio subsidiarias caussas dubias dirimendi. Lips. 1746, 4. De sortitionibus Hebraeorum Io. Clericus ad Leuitici XVI, 8. et Numeror. XXV, 15. Stephanus le Moyne ad Varia sacra p. 586, 590. Martinus Mauritius, Wolbaco-Marchicus, in libro de sortitione veterum, maxime Hebraeorum, Basil. 1692, 8. De sortibus Christianorum differitur in thesauro gemmar. antiquar. astriferarum Florentiae 1751. tribus voluminibus in folio edito, Vol. tertio, occasione gemmae astriferae veterum Christianorum. De sortitionibus veterum ac recentiorum Opus promissum Georgii Andreae Vinholdi, Rectoris Scholae Zwickauiensis, nondum lucem vidit quod sciamus. De ritu sortitionis in eligendo Imperatore per calices Nicetas Choriata XX, 6. p. 645. Sortiri prouincias atque inter se parare munera solebant Romae quotannis magistratus. Vide Festum in voce *parare*, et Io. Frid. Gronouium lib. 1. obs. c. 4.

Spondanomantia ex cineribus sacrificiorum. A. p. 116.

Sternomantia per daemones in corporibus obsessorum. A. p. ead.

Speculatoria s. per speculum diuinatio. Agrippa p. 38. de vanitate scientiarum et Geusii victimae humanae Tom. 1. pag. 355. Apuleius in Apologia. Ioan. Sarisberiensis II, 27. policratici. Supra in *Catoptromantia*.

Diuinatio ex *sternutatione*. Vide Busaeum ad Epistol. 65. Petri Blesensis T. 24. Bibl. Patrum pag. 1327. Scaligeri lection. Ausonian. lib. 1. cap. 16. Meursii spicileg. Theocritic. p. 45. Origenem IV. in Celsum p. 226. Plutarchum

chum in Themistocle T. 1. pag. 262. Isaac. Vossium ad Catullum pag. 105. Alexandrum ab Alexandro lib. 2. Genial. dierum cap. 26. Plutarchum de Genio Socratis f. 581. et 582. Apostolium XIII, 94. Prouerb. Iac. Mosanti Briosii epistolas p. 198 sqq. et 208. Eschenbachii dissertat. academ. pag. 569. Bartholini antiquit. danicas p. 677. Morini dissertationem de eo, quod sternutantibus fausta exoptantur, Tomo quinto memor. Acad. inscription. p. 429 sqq. Conferantur scriptores qui supra p. 544. a nobis sunt laudati. Vide et quos laudant viri docti ad Petronium c. 98. Dixere quoque sternutationem strepitum qui editur ab lumine, atque exinde faustum omen cepere. Notus locus Ouidii in Epistola Heronis ad Leandrum, vers. 151.

Interea lumen, posito nam scribimus illo,
Sternuit, et vobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes,
Crasque erimus plures, inquit, et ipsa bibit.

Stoichiomantia. A. p. 116.

Sycomantia ex folio fici. Bulengerus lib. 3. cap. 25.

Diuinatio per *talpam*, cuius corde vorato futura praesentire se posse existimabant Magiae mystae. Vide Plinium XXX, 3. et Kuranidum scriptorem pag. 104.

Diuinatio de morbi euentu coniiciendo ex illo *tempore* quo quis decubuit. Vide Hermetis iathromathematica, et quae de illis dixi lib. 1. Bibl. Graecae cap. 9. vbi etiam de Hippocrati et Galeno tributis scriptis eiusdem argumenti. Petosiridis Epistola de qua Lambecius lib. 6. parte 2. pag. 94 sq. 104 sq.

Thephromantia, per cineres. Potterus p. 339. Archaeol.

Teratoscopia diuinatio ex portentis, de quibus Iulius Obsequens, Conr. Lycosthenes et Ioach. Camerarius in libris de prodigiis. Cornel. Gemma in Cosmocriticis, Beyrlingius denique in theatro, voce *prodigium.*

Ex *terrae motu.* Vide Hermetis siue Orphei versus de hoc argumento qui exstant ad calcem Anthologiae Epigrammatum Graecorum, et Bulengerum de terrae motu et fulminibus, Tom. 5. Antiquit. Rom.

Θρίαι, diuinatorii calculi, *μαντικοὶ ψῆφοι.* Hesych. Etymol. et Suidas in *Θρίαι.*

Tripudium solistimum, augurium e pullis pascentibus. Supra in *pullomantia*, Angelus Causseus T. 5. thesauri Rom. antiqu. p. 323. Begerus et Graev. ad Flori II, 2. Plutarchus in Gracchis p. 831. C. Gruteri inscript. p. DCCLVII, 6. Similis *coracomantia* de qua Strabo lib. IV. p. 303. edit. Almeloueen. ex Artemidoro, et Tolandus T. 2. Opp. postumor. p. 137 sqq.

Tympanomantia Lapponum. Vide Olai Wormii Museum p. 385 et 386. vbi icon tympani Lapponici; Ioan. Scheferum in Lapponia.

Tyromantia, per caseum, cuius meminit Hesychius, nisi legendum pyromantia. Sed Aelianus quoque VIII, 5. animal. memorat *μαντεύοντας τυρίτκοις*, et Artemidorus II, 74. Onirocritic. *τυρομάντεων* meminit, licet et ibi ignium vates reddiderit Cornarius.

Vroscopia, siue ex vrinis diuinatio. Thomas Bartholinus Cent. IV. histor. Medic. 79.

De Arabum diuinationibus disserit Abraham Ecchellensis in Historia Arabum quam Chronico Orientali subiunxit p. 261 sq. interque infinita ariolandi genera ipsis haec praecipua esse notat p. 265. *Alsaneho* augurium ab auibus, *Albareho* a quadrupedibus, *Altatioro* ex volatu, *Alzagiaro* auspicium, *Alhaiafato* ariolationem, *Alkaiafato* diuinationem e vestigiis, *Alpharafato* ex vultu et corpore quam Graeci *φυσιογνωμίαν* vocant, et *Arrambo*, ex arena seu puluere Geomantiam. De mulieribus fatidicis veterum Celtarum gentiumque septentrionalium, speciatim de Druidibus feminis, Volis, Genis, Alrunis, Velleda, Aurinia, Ganna, Iettha etc. eruditam dissertationem antiquitatibus suis septentrionalibus adiunxit Ioan. Georg. Keyslerus pag. 369 sqq. De Alrunis Germanorum singularis est Godofr. Chr. Rothii sententia in comment. de imagunculis Germanorum magicis, quas Alrunas vocant, Helmstadii 1737, 4. edita. Censet enim vir doctus Alrunas a Germanis amuletorum instar adhibitas fuisse. Sed respondit Rothio Ioan. Sam. Schmidius in commentatione de Alrunis Germanorum, Halae 1739, 8. euulgata, ostendens, Alrunas fuisse feminas sagas, oracula reddentes, multarumque praetendentes rerum scientiam; imagines autem alrunicas fuisse eas icunculas sacras, quarum ope sagae istae arcana diuinarint, fata praedixerint, et vel fausta vel infausta a se inferri posse confisi sint.

III. Vt gentibus Vates sui, Sibyllae, Oracula atque Diuini, ita populo Iudaico sui fuere Prophetae, atque eundem Deum per vtrosque futura hominibus significasse, audacter affirmant quidam e veteribus vt Iustinus quaest. 2. ad Orthodoxos, Bileami exemplo pugnans. Confer Rich. Simonis partem 3. Epistolarum selectarum, Epistola 9. Sed vt veri Prophetae a solo Deo mitti possunt, et quandoque per eosdem monitae etiam haud dubie ipso dispensante sunt gentes, sic fallacias et fraudes vatum oraculorumque Ethnicorum nemo sanus Deo tribuerit. Similiter parum credibile est Deum misisse Prophetas suos tantum per *συγκατάβασιν* quandam, ac ne Iudaei Aegyptiorum scilicet diuinos ac falsa consulerent oracula, vt persuasum Spencero III, 2. de legibus Hebr. § 3. et Henr. Dodwello Epist. 2. de studiis Theologicis, qui ideo ad sa-

cros Prophetas intelligendos commendat ſcripta Ethnicorum facientium ad Onirocriticem et oraculorum interpretationem. Sed aequum eſt exiſtimare, Deum ex beneuolentia in genus humanum prius excitaſſe veros Prophetas et bonum ſeminaſſe ſemen, quam falſorum diuinorum propullularent Zizania. Itaque et primi mortalium et Patriarchae, Prophetarum titulo appellantur. De variis rationibus quibus Deus Prophetas edocuit, vt per ſomnium, viſum, admonitionem ſiue vocem, (בת קול) ſpectaculum et reuelationem quam Spiritum S. vocant Hebraei, videndi Maimonides de fundamentis legis cap. 7. et in More Nevochim II, 36 ſq. Abarbanel prolegom. in Danielem, Chalcidius pag. 351 ſeq. Eugubinus et alii ad Numer. XII, 8. Pricaeus ad Actor. IX, 2. Henr. Witſius in Miſcell. Theol. lib. 1. Molinaeus de vate lib. 1. Sam. Gerh. a Melle diſſert. de commercio Dei et hominum. Witteb. 1712. Ioan. Henr. Hänerus diſſertationibus binis de Bathkol. Ienae 1673. Ioan. Andr. Danzius in diſſert. de filia vocis nefanda Diuinae aemula. Ienae 1716. Ioan. Gottlob. Carpzouius in introductione ad libros V. T. P. 3. c. 1. § 6 et 7. pag. 14. ſeq. et in notis ad Goodwinum pag. 522 ſqq. et Nicolaus Gurtlerus Baſileenſis, Theologus Dordracenus in ſyſtemate Theol. Propheticae Amſt. 1702, 4. lib. 1. c. 2. qui etiam capite 3. diſſerit de notis quibus veri Prophetae a falſis diſcernuntur, de quibus conſulendus praeter laudatum Witſium lib. 1. Miſcell. c. 15. Cotelerius ad Hermae Paſtoris mandatum 10. Tom. 1. Patrum Apoſtol. p. 97, 99. Ioan. Gerſonis libellus de probatione ſpirituum, inter eius opera, et Tom. 3. Concilii Conſtantienſis p. 28 ſq. Elias du Pin prolegom. Bibl. T. 1. p. 38 ſq. Io. Gottlob. Carpzouius in introd. ad libros V. T. P. 3. c. 1. § 20. et 21. p. 52 ſqq. Dan. Griebneri diſſert. de characteribus Pſeudoprophetarum. Lipſ. 1678.

Hebraei numerant Prophetas XLVIII. vide Bartoloccii Bibl. Rabbinicam Tomo 3. p. 456. A Chriſtianis ſcriptoribus Prophetae LXX. Prophetites X. obſeruantur, vt notauit Cotelerius ad lib. 4. Conſtitut. Apoſtol. cap. 6. p. 295. illuſtrans ſchedion Epiphanii de totidem Prophetis quod e MS. Regio ibi protulit. De praerogatiuis miraculorum et Prophetiarum Moſis prae reliquis Prophetis, Maimonides ad Codicem Sanhedrin Tom. 4. edit. Surenhuſ. p. 264. et in More Neuochim II, 35. et Ern. Frider. Neubauer in diſſertat. de Moſis prae reliquo Prophetarum choro praerogatiuis ſingularibus. Giſſae 1734. De dono Prophetico inter primos Chriſtianos, Herm. Witſius lib. 1. Miſcell. c. 24. Gurtlerus ſyſtem. Theol. Propheticae pag. 428. Henr. Dodwellus diſſ. 2. ad Irenaeum, B. Bebelius ſaecul. IV. Tomo 2. p. 961 ſq. Tob. Pfannerus de donis miraculoſis Eccleſiae c. 6. et Gottfridus Arnoldus in opere de primorum Chriſtianorum vita et moribus Germanice edito II. pag. 156 ſeq. et Ioan. Laur. Mos-

Moshemius in differt. de illis, qui Prophetae vocantur in Nouo Foedere. Helmstadii 1732. auctius recusa in Vol. secundo dissertat. eius ad H. E. pertinentium. Altonauiae 1743, 8. p. 127 sqq.

Omittimus alia quae de Propheris veris falsisque disputant praeter laudatos Witsium et Gurtlerum, Petrus Molinaeus in Vate, seu de praecognitione futurorum et de bonis malisque Prophetis, libris 4. Lugd. Batav. 1640, 8. Dauid Knibbe in Historia Prophetarum, libris itidem IV. Belgice et A. 1709, 4. Bernae Germanica etiam lingua editis: Antonius Borremansius dialogo de Poetis et Prophetis, Amst. 1678, 8. Petrus Petitus libris 3. de Sibylla, Mericus Casaubonus de Enthusiasmo cap. 2. quod est de Enthusiasmo diuinatorio: Thom. Galeus ad Iamblichum de Mysteriis Aegyptior, sect. 3. Io. Spencerus discourse concerning vulgar Prophecies. Lond. 1665, 8. Henricus Howard defensative against the poison of supposed Prophecies. Lond. 1620. Christophorus Wittichius Oratione inaugurali de Oraculorum Diuinorum veritate et Gentilium falsitate, Lugd. Batav. 1682, 4. ad calcem exercitationum Theologicarum. Smithus discourse of Prophecy, et quos laudat Ioan. Christo. Wolfius Bibl. Hebr. Vol. 2. pag. 139 sqq. et Vol. 4 pag. 37 sqq. quibus addantur dissertationes Io. Georg. Bindrim. Rostoch. 1677. Dauid. Clodii. Gissae 1685. et Ioan Conr. Kesleri. Bremae 1704. De Prophetissis vide praeter Witsium laudatum Ioan. Andr. Schmidii differtat. de puluillis et peplis Prophetissarum, recusam in thesauro nouo disputationum philologic. Tom. 1. p. 972 sqq. De vestitu prophetarum consule Ottonis Nathan. Nicolai commentationem Magdeburg. 1746, 4. euulgatam.

IV. Mosis Miracula Iudaei numerant LXXVI. ceterorum Prophetarum LXXIV, quae videri possunt apud Menasse ben Israel in Conciliatore ad Deut. XXXIV, 10. quanquam Abarbanel et alii non plura quam LXXV. miracula in vniuersis Veteris Testam. libris relata esse opinantur. De miraculis Mosaicis a Mose omissis videndus Ioan. Eusebius Nierembergius lib. 6. de Origine S. Scripturae cap. 31, 32. Eliae miracula septem, Elisae quatuordecim computat Anastasius Sinaita siue Nicaenus quaest. 47. In Pirke Aboth Tom. 4. Mishnae Surenhusianae p. 467. legas decem haec miracula in templo Hierosolymitano obseruata esse: *Nunquam abortiuit mulier ab odore carnis quae in sanctuario immolabatur. Neque foetuit vnquam caro illa sanctificata. Non conspecta fuit musca in domo mactationis. Non accidit casus nocturnus Sacerdoti magno in die expiationis. Non extinxerunt pluuiae ignem qui erat in strue lignorum. Non vicit ventus columnam fumi. Non repertum est vllum vitium in Gomer et in duobus panibus, et in panibus facierum. Stabant coartati et adorabant dilatati. Non*

laesit vnquam aliquem serpens et scorpio in Hierusalem. Nec dixit homo socio suo, angustior est mihi locus quam vt possim pernoctare Hierosolymis.

Messiam miracula facere debuisse impudenter negant recentes Iudaei plerique, contra Prophetarum atque veterum Hebraeorum et Abarbanelis aliorumque diserta testimonia, vt ostenderunt Grotius ad Matth. XII, 23. Huetius demonstrat. Euangel. proposit. IX. pag. 825 seq. Vitringa lib. 2. obseruatt. sacr. cap. vlt. Georgius Eliefer Edzardi ad Auoda Sara caput 2. p. 316. Matur. Vessierius la Crose in dialogis eruditis Gallice editis p. 81 sq. Christ. Schoettgenius in Horis hebraicis T. 2. p. 172, 375, 540, 601. et in libro Jesus, der wahre Meßias. p. 124, 534. et 757. Christi vero miracula quae plura [14] Euangelistae referunt, quam a Mose et Prophetis edita nouimus, (atque duobus exceptis [15] benefica omnia) contra Ethnicorum, Iudaeorum et Atheorum Deistarumque obiectiones asserunt Guilielmus Ader de aegrotis Euangelicis Tom. 9 Critic. sacr. Iac. Batelerius in vindiciis miraculorum, Amst. 1674, 12. Io. Clericus libro Gallice edito de incredulitate p. 254 seq. Franciscus Bragge obseruationibus practicis in Christi miracula, vulgatis Anglice Lond. 1702, 8. Isaacus Iaquelotus libro de Messia, itidem Gallica edito lingua part. 1. cap. 5. Henricus Witsius in meletematis Leidensibus differt. 5. Episcopius Institutt. Theol. p. 427 sq. Nehemias Grew in opere erudito Anglico quod Cosmologiam sacram inscripsit, lib. 5. cap. 3. Marius Mersennus in sex prima capita Geneseos pag. 537 sq. nostrisque temporibus doctissimi illi viri, qui Thomae Woolstoni, [16] optimi Seruatoris miracula praefracte negantis, petulantiam seuere coercuerunt, quorum nomina scriptaque recensentur in luce salutari euangelii p. 180 sqq. et ab Henrico Christiano Lemker in commentatione de fatis et scriptis Thomae Woolstoni liteque ab eodem mota, Germanice edita Lipsiae 1740, 8. cap. tertio p. 141 sqq. Paulli Zacchiae libros 4. Physicae considerationis de miraculis S. Scripturae memorat Allatius in Apibus vrbanis p. 214 sed illos nunquam vidimus.

De miraculis discipulorum Christi et dono miraculorum in primis Ecclesiae saeculis adeundi interpretes ad Marci XVI. et Actorum librum, Steph. le Moyne notis ad Varia sacra pag. 1043 sqq. Guil. Spencerus ad Origenem contra

[14] Vide Simonis Episcopii Institutiones Theol. p. 182 sq. Io. Pearsonium ad Symbolum Apostol. p. 154. et Isaacum Iaquelotum de Messia p. 30

[15] Non benefica sunt daemonum in porcos immissio Matth. VIII. et ficus arefacta Matth. XXI. Vide Cosmam Indopleustem lib. III. p. 165.

[16] Impios Woolstoni libellos, in quibus miracula Christi oppugnauit, concinne accurateque recensuit desideratissimus Baumgartenius in den Nachrichten von einer hallischen Bibliothek. Vol. 1. p. 179 sqq.

contra Celſum p. 6. B. Bebelius Antiquit. Eccleſ. Saec. 4. Tom. 2. p. 958 ſeq. Tobias Pfannerus in diatriba de chariſmatibus ſiue donis miraculoſis antiquae Eccleſiae, Francof. 1680, 12. Dodwellus diſſ. 2. ad Irenaeum et Gotfridus Arnoldus in opere edito Germanice de primorum Chriſtianorum vita et moribus libro 7. Haud omnino fide digna eſſe, quae de miraculis poſt Apoſtolorum tempora in eccleſia perpetratis narrantur, euincere ſtuduit Conyers Middleton, Anglus, A. 1750. die 22 Iulii denatus, tum in introductione [17] ad opus vberius: *An introductory Diſcourſe to a larger Work, concerning the miraculous powers, which are ſuppoſed to have ſubſiſted in the Chriſtian Church, Londini* 1747. *in* 4. euulgata; tum in ipſo opere vberiore, [18] Londini 1749, 4. ſub hoc indice in lucem emiſſo: *A free Inquiry into the miraculous Powers, which are ſuppoſed to have ſubſiſted in the Chriſtian Church, from the earlieſt Ages through ſeveral ſucceſſive Centuries. By which it is ſhewn, that we have no ſufficient reaſon to believe, upon the Authority of the primitive Fathers, that any ſuch Powers were continued to the Church, after the Days of the Apoſtles.* Haec igitur Middletoni ſententia quum nec omnibus ſeſe probaret, nec probare poſſet, Anglorum in primis Theologis nimium fere Patrum eccleſiae auctoritati tribuentibus, variis illa ſcriptis, quibus iſta Middletoni ſententia oppugnata eſt, occaſionem dedit. Quae omnia enarrare quoniam nec inſtituti noſtri eſt, nec limites, intra quos conatus noſtri coercendi ſunt, permittunt, ſufficit nobis lectores ablegare ad praefationem, quam Celeberrimus Windhemius interpretationi germanicae libri Middletoniani, quae cum ſubiuncto examine prodiit Hanouerae 1751, 4. praemiſit: et ad Hiſtoriae eccleſiaſticae Ienae ſumtibus Hartungii euulgatae Tom. 3. pag. 1491. edit. in 4. editionis autem in duodecimo continuat. tertiae partem tertiam p. 1927. vbi controuerſia iſta diligenter enarratur. Ceterum vel peruerſo quodam purioris doctrinae defendendae ſtudio, vel praeiudicatae opinionis feruore abreptum fuiſſe Middletonum, vt vel apertiſſima et fide digniſſimorum virorum teſtimoniis comprobata miracula in dubium vocaret, quiuis rem aequa iudicii lance ponderans haud difficulter perſpiciet. Neque enim ſaeculo tertio plane iam deſiit miraculorum perpetrandorum munus. *Quamuis enim*, vt verbis vtamur S. V. Ioan. Georg. Walchii H. E. N. T. p. 1027. *in illis, quae de miraculis aeui huius a ſcriptoribus relata habemus, multa vel falſa, vel dubia ac ſuſpecta ſint; non ſolida tamen cauſſa adeſt, omnia reiiciendi, aut adfirmandi aetate hac plane nulla miracula facta eſſe.* — — — *Id enim ſi quis contenderet, aduerſus tot veterum ſcriptorum teſtimonia temere*

[17] Kraftii Bibliotheca theologica P. XIX. p. 797 ſqq.

[18] Kraftii Bibliotheca theologica. Part. XLI. pag. 43 ſqq. Iournal Britannique. Tome II. pag. 5 ſqq.

ageret. Saeculo autem quarto ex inconſideratae pietatis vel illiberalis quaeſtus ſtudio multa ficta ſunt miracula; id quod oſtendit idem Walchius lib. cit. pag. 1654.

V. Verorum miraculorum loco ſubinde ab imperitis habiti vel ab impoſtoribus iactati rariores effectus naturae et artis, adhibitae callidae fraudes, multa etiam conficta prorſus et ementita. Quod adeo non debet fraudi eſſe Veritati Religionis, verisque miraculis, vt haec toto teſtata orbe terrarum, aduerſariis etiam et hoſtibus aſſenſum ſaepe extorſerint, falſa inter eos ipſos a quibus ſunt iactata non inuenerint fidem, et neque modum et rationem neque finem aut effectum Deo dignum habere reperiantur.

De veneficiis variis et *Φαρμακείαις* veterum earumque ritibus et damnata ſuperſtitione videndus Cerda et alii viri docti ad Eclogam VIII. Virgilii, et Theocriti Idyllion 2. ſiue Pharmaceutriam, Medeam Senecae et Horatii Epod. V. Lucanum VI, 508 ſq. Lucianum in *Νεκυομαντεία*, Apuleii Apologiam, Ouididium XIV. Metamorphoſ. 58, 278, 295, 300. Propertium III, 4, 26. et Potterus II, 18. Archaeol. p. 340 ſq. et IV, 10. vbi de philtris. Adde Mich. Piccarti orat. de magia veteri et recenti, oration. eius academic. Lipſ. 1614, 8. editar. p. 213 ſqq. Frid. Gotth. Freytagii diſſ. de incantationibus magicis. Lipſ. 1710. Sam. Wesleii diſſ. de magia veter. diſſ. eius in librum Iobi. Lond. 1736, fol. editarum p. 348 ſqq. Frid. Menzii diſſ. de plantis, quas ad rem magicam facere crediderunt veteres. Lipſ. 1705. Petri Nicolai Bonamii diſſ de Magiae ad theologiam gentilem ratione, quae exſtat in hiſtor. acad. Pariſ. inſcription. T. 4 p. 34 ſqq ed. Amſtelod. Eliae Blancardi diſſ. de exorciſmis magicis, quae exhibetur T. VI. eiusd. hiſtoriae. p. 74 ſqq. Scriptores recentiores de Magia recenſentur in Eberh. Dav. Hauberi Bibliotheca magica, quae tribus voluminibus in 8. excuſa eſt Lemgouiae 1738 ſeqq.

De Iudaeorum operationibus Magicis et Amuletis Io. Wulferus in Theriaca Iudaica p. 21, 23, 57 ſq. 74 ſq. Ioan. Gothofredus Lakemacherus obſeruation. philologic. P. II. p. 126 ſqq. Georg. Car. Petri diſſertationes VI. de ſtudio magico Iudaeorum. Witteb. 1727 ſqq. Guſtav. Peringeri Lilienblad diſſertatio de amuletis Hebraeorum. Vpſaliae 1685. et Sigism. Iac. Baumgarten conſiliorum theologicorum collectione prima pag. 93 ſqq De Orientalium Magis חרשים חברים et כמרים vide Dav. Millii diſſertationes ſelectas p. 411 ſqq. edit. Lugdun. 1743, 4. De ligaturis et phylacteriis Magicis, Elmenhorſtius ad Gennadium de dogmatibus Eccleſiaſticis pag. 195 ſq. et Cangii Gloſſar. in *Φυλακτήριον* et *Φυλακτὸν*. Ramireſius cap. 31. pentecontarchi. Videnda etiam quae de faſcinatione Plutarchus V. 7. ſympoſ. et Leonhardus Vairius Beneuentanus et Io. Lazarus Gutierius ſcriptis de faſcino, et de amuletis. Aug. Nath.

Nath. Hübnerus in hiſtoria amuletorum. Halae 1710, 4. Iulius Reichetus ſingulari diſſ. et Iacobus Wolf in ſcrutinio amuletorum, nec minus Io. Chriſtianus Fromannus in libro erudito de faſcinatione, Norimb. 1675, 4. De amuletis veterum Germanorum videatur Eckhardus Tom. I. rerum Francic. p. 417 et 439. et Keyslerus antiquitat. ſeptentrional. p. 491 ſqq. De amuletis Baſilidianorum Kircherus Tom. 2. Oedipi part. 2. p. 459 ſq. Io. Macarius de gemmis Baſilidianis, Io. Chifletius in Abraxa Proteo, Godfr. Wendelinus in Epiſtola ad Chifletium et B. Thom. Ittigius in diſſ. de haereſiarchis Saeculi II. c. 2. licet Magica illa fuiſſe omnia haud conſtet. De amuletis et periaptis, apotropaeis, faſcinis, phylacteriis plura dabit Theophil. Raynaudus in Chriſtiano Chriſti patris et matris eccleſiae filio. cap. 9. p. 439 ſqq. De μασχαλισμῷ ſiue more nares obtruncatorum vel manus aut pedis extremitatem de collo ſuſpendendi, Lud. Kuſterus ad Suidam in ἐμασχαλίσθη, et μασχαλισθῆναι.

De Talismanibus ſiue telesmatis, στοιχείοις, imaginibus auerruncis Aſtrologica et Magica arte compoſitis videndus Ioſephus Scaliger in Epiſtolis p. 311, 410, 485, 487. Kircherus Tom. 1. Oedipi pag. 254 ſq. et Tom. 2. parte 1. p. 379, 383, 390, 395 ſq. et parte 2. p. 445 ſeq. 484 ſeq. Gaffarellus in curioſitatibus inauditis et in notis ad eum Gregorius Michaelis, nec minus C. Sorellus libro Gallico quem de Talismanibus aduerſus Gaffarellum compoſuit: Chriſtoph. Adamus Rupertus ad Florum pag. 77 ſq. vbi etiam de Palladio et p. 79. de aliis pignoribus regnorum fatalibus. Natalis Alex. aetate IV. Vet. Teſt. diſſ. 6. quo aduerſus Marshamum probat ſerpentem aeneum, quem ſtatuit Moſes neutiquam telesma eiusmodi Magicum fuiſſe: Ioannes Gregorius obſeruationibus ſacris cap. 7. et 8. qui ſerpentem Moſis ſaltem occaſionem dediſſe Talismanibus conficiendis et excitandis diſputat: Petrus Iurieu Hiſtoria Critica dogmatum Iudaicor. Gallice ſcripta p. 451 ſq. vbi de Teraphim quorum mentio Geneſ. XXXI, 19. Zachar. X, 2. Reineſius in Variis Lect. p. 637 ſq. Salmaſius ad Vopiſcum Tom. 2. p. 456 ſq. Carolus Patinus introduct. ad Hiſtor. numiſmatum cap. 14. Seldenus ſyntagm. 1. de Diis Syris, Hugo Grotius explicatione Decalogi p. 28 ſq. 36. Mottanus le Vayer Tom. 2. f. 550 ſq. P. Brunius in hiſtoria rituum ſuperſtitioſorum Gallice vulgata pag. 334 ſeq. Auguſtus Buchnerus Tom. 2. Orat. 1. de ſtatuis Magicis. Antonius van Dale de diuinationibus Idololatricis Iudaeorum p. 670. vbi diſſerit aduerſus Io. Spencerum: D. Valent. Erneſtus Loeſcherus Exerc. de Talismanibus, Witteb. 1697. Frid. Gotth. Freytag diſſ. de ſtatuis τετελεσμένοις veterum. Lipſ. 1715. Pinardus in Memoriis Treuoltinis A. 1707. p. 1246 ſqq. Spiridion Poupart in iisdem Memoriis A. 1718. p. 456. Valent. Ern. Eugenius Cohauſen in epiſtola de Taliſmane Treuerico adiecta T. 2. litter. amoebaearum I. H. Nunninghii et

I. H.

I. H. Cohausen. Petrus Frider. Arpe libro singulari de prodigiosis naturae et artis operibus Talismanes et Amuleta dictis. Hamb. 1717, 8. Talismanis aenei aduersus serpentes Parisiis reperti mentio apud Gregorium Turonensem VIII, 23. Alterius aduersus scorpiones meminit Golius pag. 127. ad Alfraganum. Contra Crocodilos Paullus Lucas in itinere suo Tomo 1. p. 52, 62. et Wanslebius in relatione de Aegypto pag. 82, 379. Tale fuit ἄγαλμα τετελεσμένον quod Alaricum traiicere in Siciliam prohibuisse tradit Olympiodorus apud Photium Cod. 80. p. 106. et 109. memorantur statuae argenteae τετελεσμέναι εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν. De Apollonii Tyanensis Magicis telesmatis contra serpentes, scorpios et culices, Mich. Glycas p. 239. Annal.

De sigillis magicis conficiendis Cardanus cap. LXXXIX. de rerum varietate, Tomo 3. Opp. atque vt plura summatim complectar, de omni genere Magiae Martinus Delrio in disquisitionibus Magicis saepius recusis, et Iulius Caesar Bulengerus lib. de licita et vetita Magia Tom. 1. Opusculor. et de Magia Hieroglyphica Aegyptiorum Kircherus Tom. 2. Oedipi parte 2. p. 437 sq. et de Magia Hebraeorum, Arabum etc. p. 471 sq.

VI. De sancta *iuris iurandi* religione, vt de hac etiam nonnihil adiungamus, prae ceteris consulendus Ioan. Baptista Hansenius, Harlemensis, Prof. Tolosanus, in capite singulari ex electis eius, siue Commentario de iure iurando veterum, qui Tolosae primum 1614, 4. excusus et deinde Tom. V. thesauri Antiquitatum Graeuiani insertus est. In eodem Tomo pag. 869 seq. legitur Steph. Trellierii diss. de iure iurando. Videndi praeterea Alexander ab Alex. II. 10. genialium dierum et ibi Tiraquellus: Io. Filesacus lib. 2. electorum p. 72–118. Ioan. Henricus Meibomius in Comment. ad iusiurandum Hippocratis c. 2. sq. et c. 22. vbi etiam de periurii crimine. Iacobus Ebertus in Historia iuramentorum, Francof. ad Viadrum 1588, 8. Christiani Ludouici dissert. de praecipuis iuris iurandi formulis, Hebraeis, Graecis et Latinis, Lips. 1692. Ioannes Nicolai in diatriba de iuramentis Hebraeorum, Graecorum, Romanorum, aliorumque populorum Francof. 1700, 12. Andr. Cattenburgius in specimine sapientiae Mosaicae pag. 173. Kochius observ. miscellan. II. pag. 901. Crenius observ. philolog. 1. pag. 126. Ierem. Setserus libris V. de iuramentis. Francof. ad Oderam 1608, 4.

VII. De Hebraeorum siue Iudaeorum iuramentis videatur Codex Talmudicus שבועות Tom. 4. edit. Surenhus. pag. 292. Maimonidis liber Latine redditus a Io. Frid. Miegio, Theologo Palatino: et Iusto Christophoro Dithmaro, Hasso, qui notas etiam addidit Lugd. Batav. 1706, 4. cum praef. Iacobi Perizonii qua inter alia agitur de more iurandi tacto femore. Ioan. Henricus Otto in Lexico Rabbinicophilologico: Seldenus lib. 2. de Synedriis cap. 11.

Sam. Petitus cap. 16. Var. Lectionum, Tom. 9. Critic. sacr. Iacobus Lydius in Syntagmate postumo de iuramento, qui libro de re militari veterum Hebraeorum subiicitur Dordraci 1698, 4. Ioan. Gottlob Carpzouius ad Goodwinum pag. 652 sqq. et dissertationes Ioan. Tob. Maioris. Ienae 1641. Gustav. Geo. Zeltneri. Ienae 1693. Ioan. Rodolphi. Bernae 1706. Ioan. Ludov. Frey. Basil. 1712. Christo. Gotthelff Stemleri. Lips. 1736. De ritu iurandi, manu *sub femore* posita, agunt etiam Daniel Fesselius lib. 1. Aduersar. sacr. cap. 4. et interpretes ad Genes. XXIV, 2. Non absurde autem nuper V. C. Hermannus ab Hardt singulari diatriba ad hunc locum edita vocabulum ירך non de femore sed *de carpo dextrae manus* intelligendum esse monuit. De iure iurando *per coelum, per terram*, et *Hierosolyma*, et *per caput suum* consulendi Doughteius in Analectis ad Nouum Test. Grotius et alii interpretes ad Matth. V, 34. Georgius Eliefer Edzardi V. C. ad Auoda Sara c. 2. p. 286 sq. Cotelerius ad Patres Apostolicos Tomo 1. pag. 311. De iure iurando per libros sacros Legis, Guil. Conradus Vorstius in bilibra Veritatis p. 229. De iuramento *per Anchialum*, [19] cuius meminit Martialis L. XI. Epigramm. 95. vide sis Isaacum Vossium ad Pomponium Melam, p. 48. Stephanum le Moyne in notis ad Varia sacra p. 901 sq. Ioan. Seldenum in prolegomenis ad Vxorem Hebraicam, Io. Croium in specimine Coniecturarum ad quaedam Origenis loca p. 44. Georg. Sigismundum Greenium in singulari diss. de hoc iuramento edita Witteb. 1697. et Ioan. Gottl. Bosseckium in commentatione de Ancario. Lipsiae 1740. Ancarium enim pro Anchialum cum Vossio ad Pompon. Melam p. 62. legendum putat vir doctissimus, hunc loco Martialis sensum tribuens: *Iudaee, qui mihi puerum meum vitiasti, iuras, sed quare non in iuramento Deum, quem tu, cum tota tua gente veneraris, auritum scilicet illud animal inuocas, quod te in primis colere inde apparet, quum in actionibus tuis, in primis in libidine, ita asino sis similis.* Adde Bibliothecam Berolinensem Germanice editam Vol. III. pag. 88 et 91. De Iudaeorum frequentibus periuriis, quae ipsi inter caussas praesentis exilii sui referunt, vide Ioan. Andreae Eisenmengeri entdecktes Judenthum Tom. 2. p. 501 sq. laudatum Edzardum ad Auoda Sara c. 1. pag. 279 sq. et c. 2. p. 370. et Ioan. Iacobum Schudt in den jüdischen Merkwürdigkeiten Part. 4. contin. 2. p. 245. et in Iudaeo Christicida p. 169 sq. vbi etiam de ratione qua iusiurandum proponendum vt Iudaeus eo se obligari credat, quam in sententiam plura disputat p. 438 sq. e Wagenseilii denunciatione Christiana de conuiciis quibus Iudaei Seruatorem nostrum proscindunt, edita Germanice Altorfii 1703, fol. et Christo. Dav. Bernhardi unpartheyische Beurtheilung des Eidschwurs eines Juden gegen einen Christen. Tubingae 1728, 8. De Iudaeorum formula orationis

[19] חי אלא Grot. ad Matth. V, 34.

tionis *col nidre* qua in vigiliis diei expiationis petunt se absolui ab omnibus votis et iuramentis quorum eos poeniteat: et quod hoc ipso licita neutiquam fiant eorum periuria, vide Wagenseilii Bericht vom Gebet *Alenu* p. 18 sq. et ad Sota p. 734 sq. Io. Wulferi theriacam Iudaicam pag. 181. et Stephanum le Moyne notis ad Varia sacra p. 672. De hodiernorum Iudaeorum iuramentis et circa illa iuribus differunt Casp. Zieglerus de iuribus Iudaeorum. Witteb. 1684. c. 5. Iac. Aug. Franckensteinius in differt. de iuribus singularibus circa Iudaeos maxime in Germania. Lipf. 1722. Dan. Guil. Mollerus in differt. de iuramentorum iudaicor. fide et moralitate. Altd. 1698. C. D. Haltermannus in diff. de formulis iuramentorum iudaicorum. Rostoch. 1701. et Christi. Wildvogelius in diff. de iuramentis Iudaeorum. Jenae 1720.

VIII. De ritu iurandi tactis sacris, tacta lauro etc. Seldenus pag. 41. ad Marmora Ox. De formulis iurandi apud *Graecos*, Suidas in *ναὶ, λίθος, ναὶ σίσθα*, Ioan. Potterus Archaeologiae Graecae lib. 2. c. 6. Io. Gothofr. Lakemacherus Antiquit. Graecor. sacrar. pag. 450. Casp. Geuartius III, 2. elector. Maussacus ad Harpocrationem p. 243. edit. Blancardi: Io. Meursius in mantissa ad librum de luxu Romanorum c. 13. vbi etiam de iureiurando Deorum per Stygem (de quo Schol. ad Iliad τ'. 127. ό. 37.) Ezech. Spanhemius de Vesta ac Prytanibus Graecorum Tom. 5. thesauri Graeuiani pag. 672. vbi de iureiurando *per Vestam, ignem, aquam, tellurem, coelum* et *Solem*. Apud Theocritum IV, 17. *οὐ δᾶν*, Scholiastes exponit *μὰ τὴν γῆν*. De fontibus *ὁρκίοις*, per quos iurarunt Tyanenses et Indi, vide D. Godfr. Olearium ad Philostratum pag. 7. et 103. De certatorum iureiurando in Olympicis ludis ad aram Iouis *ὁρκίου* Harduinus notis ad Themistium p. 503. Abarum formula iurandi legitur apud Menandrum in Excerptis de legationibus. Adde Gaulminum ad Theodori Prodromum p. 499. Omittimus quae de Philosophorum iuramentis vt Pythagoricorum *per tetractyn*, Socratis *per gallum*, Zenonis *per capparim* apud Laertium et alios leguntur. De more adigendi ad ius iurandum Fuluius Vrsinus p. 203 sq. ad Caesarem post fragmenta Historicorum. De more plurium cum reo coniurantium Fronto ad Iuonis Epistolas fol. 185 sq.

IX. De iuramento *per vitam, salutem, genium, fortunam* Principis consulendi Io. Clericus ad Genes. XLII, 15. Brissonius VIII. de formulis pag. 707. Seldenus pag. 43 sq. ad marmora Oxoniensia, H. Lindenbrogius ad Censorini p. 18 sq. et quae viri docti ad Curtium VI, 11. 18. Tertulliani Apologet. c. 28. et 32. et Minutii Felicis illud c. 29. *est eis tutius per Iouis genium peierare quam Principis.* Vegetius II, 5. *iurant per Deum et per Maiestatem Imperatoris, quae*

secundum

ſecundum Deum generi humano diligenda eſt et colenda. Confer Sozomenum VII, 9. et Cangium ad Zonaram pag. 28. et ad Cinnamum p. 483. adde diſſertationes de iureiurando per genium Principis Io. Georg. Roeſeri. Witteb. 1686. Dan. Frider. Iani. Lipſ. 1708. Io. Hermanſſon. Vpſal. 1722, 8. Erhardi Reuſchii, Helmſt. 1735. Bernh. Ludov. Mollenbecii, quae inſerta eſt ſyntagmati ſecundo diſſertat. philolog. Roterod. 1699, 8. euulgato; et Euerhard. Ottonis de periurio per genium Principis; quae quinta eſt P. 1. Diſſertationum eius iunctim editarum Trai. ad Rhen. 1723, 4. In veteri diplomate quod edidit V.C. Iuſtus Fontanini ad calcem librorum de antiquitatibus Hortae Coloniae: *per S. ſedis Apoſtolicae et Domini noſtri Alexandri Papae ſalutem.* In capitularibus tamen Caroli Magni III, 42. *vetitum ne quis iuret per vitam Regis et filiorum eius.* De Eudoxia iurante per Theodoſii coniugis ſui *σωτηρίαν* vide Chronicon Paſchale p. 316. De iurandi vel peierandi formulis, quibus olim adſueuere ſummi Principes Ioan. Burch. Menckenius Diſſert. litterariar. p. 181 ſqq. De more iurandi per vota ſua, ſiue id quod maxime quisque exoptat, Valeſius ad Sozomeni VII, 19. De iureiurando per omnes Deos et Deas idem Seldenus pag. 42. *Iouem lapidem iurare* Δία λίθον Polyb. III, 25. apud priſcos Romanos fuit iurare per Iouem fulgura lapidea torquentem, vt Athanaſius Germonius lib. 1. de ſacrorum immunitatibus c. 20. pag. 44. vel per fictile ſimulacrum Iouis, vt notauit Iuſtus Rycquius lib. de Capitolio pag. 229. vide etiam Paullum Manutium ad lib. 1. Epiſtolar. Ciceronis ad diuerſos Epiſt. 7. et D. Georg. Wolfg. Wedelii Exerc. Medicophilolog. Centur. 2. diſſ. 10. De iureiurando *per Herculem et Medium Fidium* Ioan. Nicol. Funccius in diſſertatione de veterum Romanorum per filium Dei iurandi conſuetudine, quae legitur Tom. 3. Symbolarum litterariarum Bremenſium pag. 639 ſqq. De iuramento per capillos et caput Nouella Iuſtiniani 77. per teſtes equi exſectos Pauſanias p. 262. per gladios Keyslerus p. 164. antiquitat. ſeptentr. *De iureiurando iudicum* Petrus Faber Commentario de Magiſtratibus Rom. atque Ericius Puteanus Mediol. 1606, 8. et Tomo 5. theſauri Graeuiani. Alia de *Romanorum* iurandi formulis videbis, vbi lubebit, apud Barnabam Briſſonium operis praeclari de formulis libro 8. Dan. Heinſium ad lib. 1. Silii Italici. Thomam Dempſterum libro de iuramento, Mich. Piccartum Decade quarta, Obſeruatione 2. Maſſieum diſſ. de veterum Graecorum et Rom. iuramentis, de qua in Ephemeridibus Pariſ. 1710. Octobr. pag. 432 ſeq. Ioan. Henelium cap. 15. Otiorum Vratislauienſium, et Theodor. Regner. de Baſſen in libro de iureiurando veterum, in primis Romanorum. Trai. ad Rhenum 1728, 8. De *ſacramento militari* Stewechius ad Vegetium II, 5. p. 97 ſq. et Lipſius de militia Romana lib. 1. c. 6. et lib. 5. c. 15. vbi de eo quod milites iurarent ſe furto

nihil ablaturos esse, et ad Taciti II. Annalium p. 88 sq. vbi de iureiurando *per signa militaria.* Morem iurandi Imperatori, gladio ceruici admoto, sub execrationibus diris, tangit Ammianus XXI, 5.

X. E primis Christianis multi omnino sibi religioni duxerunt iurare, atque ab omni iureiurando diligenter abstinuerunt, qua de re vide Io. Barbeyracum in ethica Patrum (la morale des Peres) III, 6. V, 24. VI, 22. XI, 12. XV, 2. et Grotium ad Matth. V, 34. et Iacobi V, 12. locisque ab eo allatis adde haec in Clementinis a Cotelerio editis pag. 603. *μὴ ὀρκίσαι, ἐπεὶ μὴ ἔξεστιν.* Athanasius doctrina ad Antiochum: *ὅρκον δὲ δικαίως ἢ ἀδίκως ἔκφευγε.* T. 3. p. 253. Chrysostomus in omnibus fere ad populum Antiochenum Homiliis, in primis XIX. p. 397. et XV. p. 159. edit. nouissimae, et Catechesi ad illuminandos T. 2. p. 232 sq. Basilius in Psal. XIV. et de legendis Graecorum libris p. 96. edit. Grotii, Nilus lib. 1. Epist. 3. et lib. 2. Epist. 212 Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 155. Posidius de vita Augustini cap. 25. vbi pro verbis *ne ad modicum quidem*, Benedictini legunt *ne ad mensam quidem.* Photius Epist. 1. pag. 34. *προπετὴς ὅρκος, πρόχειρος ἐπιορκία. Ἄλλως τε καὶ τὸ ὀμνύειν ὅλως ἤθους ἐκ εὖ βεβηκότος οὐδὲ φρονήματος εὐγενοῦς. Temere iurare facile peierare est. Certe nec mores bene constitutos, nec animum generosum decet iurare.* Addit Photius pudori fore viro graui et honesto, si iniurato fides non habeatur, vt Catoni olim et Xenocrati, de quo Menagius p. 169. ad Laertium. Ausonius de parente suo Iulio Ausonio:

Iurare et falsum dicere par habuit.

Nicolaus Cabasilas Oratione contra foeneratores pag. 308. *Illi* (Hebraei) *iurare etiam lege iubebantur, quod nunc hypocritarum, et improborum, et huius farinae hominum est.* Plures recensentur in Ioannis Ernesti Immanuelis Walchii commentatione, qua antiquorum Christianorum Doctorum de iure iurando sententiae recensentur et diiudicantur. Ienae 1744, 4. vbi pag. 4. not. b) ii quoque e profana antiquitate enarrantur, qui a iuris iurandi vsu plane abstinendum esse censuerunt. Adde Caroli Gottlob a Burgsdorf commentationem de iuramentis et primorum Christianorum de illis doctrina. Halae 1732, 4. et Anonymi Angli compleat History of publick and solenn State-oaths. Londini 1724, 8.

Est tamen hoc reprehensum in Pelagianis, quum et ipsi statuerent nefas esse iurare Christiano homini, vt postea docuere Waldenses, Anabaptistae, Mennonistae, Socini schola, atque illi quos Quakeros vulgo appellant. Vide

Vossii

Voſſii Hiſt. Pelagianam lib. 5. parte 2. pag. 512 ſq. B. Antonii Reiſeri Anti-Barclaium pag. 352 ſq. et Hadrianum Cattenburgium pag. 670 ſqq. ſpicilegii. In hoc quidem conueniunt omnes, non modo abſtinendum ab omni periurio, ſed etiam non iurandum temere leuemque ob cauſſam, adeoque ab illis abſtinendum, quantum poteſt fieri ſaluo officio et charitate quam debemus aliis et nobismet ipſis, et quae poteſt a nobis requirere, vt dicta noſtra iureiurando (quo omnis controuerſia praeſcinditur Hebr. VI, 16.) confirmemus, vti facere non dubitauit Apoſtolus Rom. I, 9. IX, 1. et 2 Cor. I, 23. XI, 11, 31. Galat. I, 20. Phil. I, 8. et 1 Theſſal. II, 5. cuius exemplum multi ſunt e Chriſtianis etiam antiquiſſimis ſequuti, vt apud Grotium et Voſſium videre licet et in Bebelii Antiquitat. Eccleſ. Saeculo 4. Tom. 2. pag. 872 ſeq. Sed inprimis conſulendus Lud. Thomaſſini liber de Veritate et mendacio iuramentis et periuriis A. 1690. editus, in quo de veterum Chriſtianorum ſententia, vſu et formulis iuramentorum fuſe diſſeritur. Ludov. Ellies du Pin Tom. 18. Bibl. ſcriptorum Eccleſiaſtic. p. 194 ſq. Apud eundem Thomaſſinum, Grotium, Seldenum II. de Synedriis Hebr. c. 11. p. 298 ſq et Huetium Alnetan. quaeſt. III, 5. habes plura dicta Iudaeorum et Ethnicorum iuris iurandi vſum coercentium. Vide quoque Chriſtiani Falſteri amoenitates philologicas, Tom. 1. pag. 229. Et Phryges a iureiurando abſtinuiſſe notauit Stobaeus ſerm. 42, 470. De Banianibus Indis idem legas in Io. Ouingtoni itinere pag. 231. et de Algiretanis in Ottonis Dapperi Africa pag. 247. De Slauis, Helmoldus cap. 84. *Iurationes difficillime admittuntur. Nam iurare apud Slauos quaſi peierare eſt, ob inuicem Deorum iram.* Herculem εὐλαβῆ πρὸς ὅρκον ſemel tantum per omnem vitam iuraſſe notat Plutarchus in quaeſtionibus Romanis pag. 241. edit. Ald. Pythagoras apud Laertium VIII, 22. μηδὲ ὀμνύναι θεούς, ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν. Epictetus cap. 44. Enchiridii: ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν. Εἰ δὲ μή, ἐκ τῶν ἐνόντων, quae a Paraphraſte Chriſtiano omiſſa miror, Chriſtiano calamo certe haud indigna. Nonnullos religione iuriſiurandi εὐλαβείᾳ τοῦ ὀμνύειν tantum dixiſſe μὰ τὸν, nomine eius per quem iurandum eſſet omiſſa, notauit e Scholiaſte Pindari Menagius ad Laertium p. 218. De periuriorum deteſtatione et poenis Balthaſar Bonifacius VIII, 18. Hiſt. ludicrae et 20. Freinshemius ad Flori III, 11. 6. Tob. Pfannerus in Theologia Gentili pag. 314 ſq. Grotius II, 13. de iure Belli et Pacis, Pufendorſius IV, 2. de iure Nat. et Gentium. Tobias Eckhardus in commentatione, quae inſcribitur: Deus ſacrilegii vindex. Quedlinb. 1710, 8. et Henr. Meibomius in commentario ad ius iurandum Hippocratis pag. 211. De ſtili Ethniciſmo circa iurandi aduerbia *mehercule meſtaçor* etc. Chriſtianis fugiendo,

digna lectu Iacobi Thomasii Exercitatio Lipf. 1665. et Petri Ekermanni de eodem argumento Exercitatio. Vpfaliae 1743, 4. De refecrandi ritu fiue foluendi fe iurisiurandi religione aut execrationem leuandi vide Valefium ad Ammiani libr. XXIV, 6. p. 410.

XI. De iuramento *per feftucam*, fiue virgam indicium poteftatis, Zimmermannus pag. 515 fq. Analect. *per regium folium* iurare apud Scythas mos, *τὰς βασιληΐας ἱστίας* Herodot. IV, 68. Auarum morem *iurandi ftricto gladio* tangit Menander in excerptis pag. 106. edit. Hefchelii. De iuramento *per panem et falem* vide Ifmaelem Bullialdum in notis ad Ducam pag. 244. Cotelerium ad Patres Apoftolicos Tom. I. pag. 604. et Stephanum Morinum in octo diff. pag. 111 fq. De veterum *Germanorum* iuramentis Chriftianorumque per fequiora tempora vide Lindenbrogii, Speelmanni et Cangii gloffaria, et Burc. Gotthelf Struuii hiftor. iuris cap. 9. § 10. De *Gallorum*, Vertotum, in Ephemeridibus litterar. Eruditor. Parifienfibus 1710. Octobr. pag. 440 fqq. De iuramentis *Anglo Saxonum* Georgium Hickefium in diff. Epiftolari quae extat Tom. I. thefauri eius feptentrionalis fol. 112 feq. De iuramento nobilium *per fidem fui corporis* agit Tiraquellus Lib. de nobilitate pag. 554. *Per pedes Dei*, *per guttur Dei*, *per fanctos Franciae*, Barthius notis ad Guil. Britonem pag. 56 fq. 737. De iuramento per Dei genetricem et fanctos non praeftando differt. fingularem euulgauit Chr. Henr. Zeibichius. Witteb. 1739. De more imagines fanctorum extra vrbem portandi, et nudipedem flexisque genibus et cum cereo ardente in manu per illas iurandi, vide Ioan. Sebaft. Mulleri Annales domus Saxonicae, Germanice editos ad A. 1529. Formula *μὰ τῶν ποδῶν σοῦ per veftigia tua*, in Concilio Chalcedonenfi frequens. *Per corpus et fanguinem Chrifti*, Cornelius Epifcopus Rom. apud Eufebium Hift. Ecclef. VI, 43. pag. 245. Victor Vitenfis lib. 5. cap. 5. *Per Crucem* Gretferus lib. I. de cruce cap. 71. *Per Apoftolum Petrum*, Conftantinus Porphyrogeneta de adminiftrando Imperio pag. 98. *Tactis facris Euangeliis*, Valefius ad Sozom. VI, 30. Meurfius ad Palladii Laufiacam pag. 183 fq. et Ioan. Frid. Iuglerus in differt. de ritu tangendi Euangelia in iuramento. Luneb. 1748, 4. edita. *Tactis facris reliquiis*, Cangius pag. 402. ad Alexiadem. Alia Lindebrogius pag. 1420. ad Codicem Legum antiquarum. De facramentalibus vide Eberh. Rud. Rothii differt. de antiquiffimo probandi ritu per facramentales f. coniuratores. Vlmae 1689. et Ioan. Frid. Weidleri differtationem de Sacramentalibus, Witteb. 1738. Formulae iurisiurandi violati, in bello aduerfus foedifragos praelatae in vexillo exemplum vide apud Cangium in Zonaram pag. 68.

De

De iuramentis ſcripto factis Nazianzenus Epiſt. 219. quam illuſtrat Valeſius ad Sozom. pag. 145 ſeq. De Eccleſiaſticorum iuramentis, et cur non iurent tactis Euangeliis vide Gundlingiana Parte quarta, et Iugleri V. C. laudatam diſſertationem. Henrici IV. conſtitutionem, qua iuramentum a nullo clerico vel monacho praeſtandum eſt, habes apud Lunigium Tom. 1. ſpicilegii Eccleſiaſt. pag. 149. Similis conſtitutio Iuſtiniani deprehenditur Nouella CXXIII,7. Et Synodus Triburienſis canon. 21. ſacerdotes a neceſſitate iurandi abſoluit. Clementis VI. Bulla, qua Ioanni Regi et Ioannae Reginae Franciae et ſucceſſoribus illorum in perpetuum indulget, vt confeſſor religioſus vel ſaecularis, quem eligendum ſibi duxerint, vota et iuramenta, quae commode ſeruare non poſſint, commutare valeat in alia opera pietatis, exſtat apud Dacherium Tom. 4. ſpicilegii pag. 275. Adde Acta Eruditor. Tom. 6. ſupplement. pag. 293.

De *Muhamedanorum* iurandi formulis per tres ordines Angelorum, per regionem Meccanam, per Solem, Lunam (noctem) et eum qui creauit maſculum et feminam, per auroram, noctes decem, coniunctionem et ſeparationem, per coelum et noctu venientem, per coelum habens turres, per diem promiſſam, per teſtificantem et teſtificatum, quae omnes in Alcorano occurrunt, vide Lud. Maraccium in prodromo refutationis Alcorani pag. 46 ſeq. De iureiurando Turcici Baſſae Ibrahimi per Moſen, Pſalmos et Euangelium, et alio Solimanni Imperatoris, vide Caroli Andreae memorabilia Saeculi XVII. Tom. 1. pag. 62. 63. De Perſarum iuramentis Ioan. Chardinus in itinere ſuo Gallice edito Tom. 4. pag. 103. editionis in 12.

XII. Quomodo differant vota a iuramentis vide Seldenum de I. Naturae et Gentium pag. 835. et Grotium II, 13. de iure belli et pacis. Sebaſt. Schmidium in faſciculo diſſ. pag. 619. et 627 ſeq. Idem pag. 628. docet vota diſſuaderi a cordatioribus Iudaeis, quod non ſine cauſſa ab illis fieri nemo prudens negabit. De Voto Iephtae et aliis Iudaeorum religioſis ſponſionibus praecipue coelibatus videndi Interpretes ad Librum Iudicum XI, 31. Ioan. Iacobus Schudt, in libro, qui recenſetur in Actis Eruditorum A. 1702. pag. 30 ſeq. Petrus Iurieu in Hiſtoria Critica pag. 376 ſeq. Eduardus Pocockius in miſcellaneis ſacris pag. 415 ſq. et Sebaſt. Schmidius in faſciculo diſſ. pag. 587 ſq. Caſaubonus ad Baronium pag. 108 ſq. vbi ſigillatim de voto coelibatus quod Mariam virginem feciſſe quidam parum certa tradi-

traditione opinantur. Nasiraeorum Vota cum Monasticis contulit singulari dissertatione Rev. D. Theodorus Dassouius. Kil. 1703. Rechabitarum Votum praeter interpretes Ierem. cap. 35. ad examen reuocarunt Hermannus Witsius diss. de Rechabitis, praefixa Mosi et Aaroni Godwini: et D. Samuel Scheluigius in Exercitatione vulgata Gedani 1689. De voto *Corban* interpretes ad Matth. XV, 5. et Marci VII, 11. et Grotius II. de iure belli et pacis cap. 13. § 7. Scaliger. trihaeres. cap. 9. Drusius de tribus selectis Hebr. II, 17. D. Sebast. Schmidius fascic. disp. Theolog. pag. 584 sq. et Georg. Eliesser Edzardi ad Auoda Sara cap. 2. pag. 293. 295 seq. Extant in Talmude singulares Codices hoc ad argumentum spectantes, vt נדרים *de votis*, Tom. 3. Mishnae Surenhusianae pag. 104. et נזיר *de Nasiraeis*, pag. 146. et ערכין *de rerum votarum aestimationibus*. Pleraque etiam de votis Hebraeorum tum consecratoriis siue promissoriis tum obligatoriis siue interdictoriis succincte persequutus est ex *Maimonide* et aliis Hebraeorum Magistris Ioan. Scheluigius diss. de votis Hebraeorum Witteb. 1697. Cui addantur Bernh. Seb. Cremerus in antiquitatibus Mosaicotypicis, Tom. 1. pag. 137 sqq. et Tom. 2. pag 198. et in Nasiraeo, siue commentario litterali et mystico in legem Nasiraeorum Num. VI. et Simsonis historiam Iud. XIII – XVI. Amstelod. 1727, 4. Ioan. Gottlob Carpzouius in annotationibus in Goodwinum, pag. 151 sqq. Melch. Leydeckerus de republica Hebraeorum, lib. 12. pag. 665 seqq. Gotthard Heideggerus in recreationibus sacris, Parte 2. pag. 1. Antonius Cregutus in reuelatore arcanorum, pag. 783 sqq. Petrus Zornius de Naziraeis, ex ordine procerum viris principibus; quae legitur Misc. Lips. nov. Vol. 4. p. 426 sqq. Ioan. d'Outrein in oratione inaugurali de Nasiraeis. Amstelod. 1703. et dissertationes Mich. Christ. Tieroff de sacris Iudaeorum vinculis. Ienae 1657. Io. Clodii de iure Nasiraeatus. Witteb. 1672. Georgii Frid. Meinhardi duae de Nasiraeis, Ienae 1676. et 1677. et vna de Paulli Nasiraeatu. Witteb. 1680. Gustaui Peringeri de Nasiraeis. Vpsal. 1683. Theodor. Dassouii de votis monasticis et Nasiareorum. Kilon. 1703. C. R. Aagardi de ritu Nasiraeatus. Hafniae 1708. Andr. Conr. Werneri Progr. de votis veterum Israelitarum ex antiquitate iudaica. Stadae 1734.

De votis Graecorum, Romanorumque variis Alexander ab Alexandro lib. 3. dier. genialium cap. 22. et ibi Tiraquellus, Ianus Rutgersius Var. lect. lib. 5. cap. 5. Christoph. Schutz dissertationibus de votis veterum Lips. 1665. Iacobus praecipue Philippus Thomasinus lib. de votis, donariis, anathematis et tabellis votiuis: Vtini 1639, 4. Patav. 1654, 4. et Tomo 12.

thesauri

thesauri Graeuiani. In quo pag. 963. occurrit etiam manus duplicis votiuae delineatio, cum explicatione Angeli Caussei de la Chausse ex eius Museo Romano, Rom. 1690, fol. quod recensetur in Actis Eruditor. Tomo 2. supplementi pag. 33. et auctius atque splendidius recusum est Romae 1747 duabus partibus in folio. Eandem alteram veterem iconem manus Cecropii votiuae illustrauit laudatus Thomasinus, cuius explicatio subiecta legitur Mensae Isiacae Laur. Pignorii, atque hinc inserta Tomo 10. thesauri Gronouiani pag. 657. et Tom. 1. thesauri Sallengeriani. De peregrinationibus votiuis exstat Simonis Taddelii dissertatio, Argentor. 1685, 4. edita. De ludis votiuis vide Ezech. Spanhemium Tom. 2. de vsu et praestantia numismat. pag. 140 sqq. Gestus vota facientium fuit vt illa nuncuparent manibus leuiter pandatis, vt auctor est Quintilianus XI, 3. et videre licet etiam in numo apud Rubenium Tab. XXXVIII, 5. De votis decennalibus Imperatorum et Caesarum, quorum obseruatio non exiguum Chronologis vsum praebet, erudite egit Henricus Noris in auctario ad diss. de duobus numis Diocletiani et Licinii, Patav. 1676, fol. De iisdem videre etiam iuuabit Antonii Pagi dissertationem hypaticam et primum Annalium Tomum passim, Caroli item du Fresne dissertationem de inferioris aeui numismatibus ad calcem glossarii mediae Latinitatis; et Ioan. Georg. Waltheri commentat. de quinquennalibus et decennalibus Imperator. Romanorum. Witteb. 1748, 4. De more multos annos peroptandi Imperatoribus in fine concionum, in conciliis et epistolis synodicis vide Franciscum Scorsum pag. 456 sq. ad Theophanem Cerameum. Varia votorum genera formulasque, praecipue apud Romanos, erudite persequitur Brissonius in opere de formulis lib. 1. pag. 95 sq. Videndus etiam Iac. Gutherius IV, 13. de iure Pontificio Tom. 5. thesauri Graev. vbi inter alia disserit de *Vere sacro* siue voto quo Diis immolanda vouebantur pecora quaecunque illo anno a Calendis Martiis ad Calendas Maias nascerentur, de quo etiam egit Magnus Beronius singulari dissertatione, Vpsaliae 1734, 8 euulgata.

XIII. De votis quae Sanctis nuncupantur vide Bellarminum III, 9. de cultu Sanctorum, et Clarissimi Viri Ludov. Antonii Muratorii diss. 18. ad carmina Paullini pag. 190 seq. De votis aliis in Ecclesia Romana, praesertim Monasticis, simplicibus ac sollemnibus, M. Antonium de Dominis lib. 2. de Rep. Ecclesiastica cap. 12. et quae contra eorundem abusus B. Lutherus T. 2. Vitemb. Latin. pag. 270 seq. Fridericus Balduinus, Vitemb. 1626. D. Ioan. Georgius Dorschaeus in indice Iniquitatis Moguntinorum Iesuitarum in materia de votis Monasticis, Argentor. 1650, 4. aduersus Melchiorem Corneum;

D. Sebaſt. Schmidius in faſciculo diſſ. pag. 605 ſq. Chriſtianus Dreierus in controuerſiis cum Pontificiis diſſ. 25. ſeq. Andreas Riuetus Tom. 1. Opp. pag. 1097 ſq. Henricus Morus in operibus Theologicis pag. 496 ſeq. 500 et 554. ſqq. Chriſto. Sontagius de votorum monaſticorum vanitate, Altd. 1693. et Io. Sal. Semlerus in diſſertatione de regeneratione monaſtica. Halae 1754,4. Voto ſollemni caſtitatis neminem abſolui poſſe a Pontifice diſputat Pompeius Sarnelli epiſtola eccleſiaſtica XXXIV.

De quarto perſeuerantiae voto, quod praeter triplex illud continentiae, obedientiae et paupertatis facere ſolent Benedictini, memorant tum alii tum Dandinus Alteſerra in Aſceticis. Nota quoque ſunt, quae de Ieſuitarum quarto voto miſſionis ad infideles, a multis ſunt tradita. Eſt et votum quartum Carmelitiſſarum Monialium quod auctore Berullo ſuſcipiunt, vt ſe totas mancipent S. Mariae. Vide Rich. Simonis Bibl. Criticam Tom. 1. pag. 303 ſq. De tribus votis ordinum equeſtrium religioſorum vide Io. Chriſtophori Beckmanni notitiam dignitatum illuſtr. pag. 1445. 1488 ſq.



IOANNIS ALBERTI FABRICII

BIBLIOGRAPHIAE ANTIQVARIAE

VOLVMEN SECVNDVM.

CAPVT XIII.

Scriptores de Sacerdotibus, Ordinibusque ſacris, Monachis, et Beneficiis Eccleſiaſticis.

Diſtinctio inter Clericos et Laicos. 1. *Sacerdotes iidem et Reges, et de Pontificatu maximo Chriſtianorum Imperatorum.* 2. *Epiſcopatus Principum circa externa Eccleſiae, et Pontificum arrogatum ius in Principes.* 3. *De Sacerdotibus Veterum Hebraeorum.* 4. 5. *De Sacerdotibus Aegyptiorum, Graecorum, aliarumque gentium.* 6. *Sacerdotes feminae.* 7. *De Sacerdotibus Romanorum.* 8. 9. *De ſacris Ordinibus Eccleſiae Chriſtianae naſcenti propriis.* 10. 11. *De ordinibus communibus cum ſuccedenti aetate.* 12. 13. 14. *De ordinibus ſacris deinceps demum ſuperinductis.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. *De vocatione Miniſtrorum Eccleſiae.* 21. *Ordinatione ſiue Conſecratione.* 22. *De beneficiis Eccleſiaſticis et Parochiis.* 23. *De Monachis eorumque Ordinibus et inſtitutis.* 24. 25.

I.

De diſtinctione Sacerdotalis et Leuitici ordinis a Laicis ſiue *βιωτικοῖς* et *ἰδιώταις* [1] apud Hebraeos agit Fortunatus Scacchus III. Myrothec. cap. 1 ſeq. De proſelytis vtriusque generis, iuſtitiae et domicilii vide *Buxtorfii* Lexicon Talmudicum pag. 407 ſqq. *Ioan. Gottl. Carpzouii* annotationes ad Goodwinum p. 31 ſqq. et praeter ſcriptores ab eodem in libro laudato pag. 51. et ſequenti excitatos *Henr. Benzelium* Syntagm. diſſertat. academic. Tom. 2. p. 137 ſqq. *Andr. Georg. Wachneri* diſſert. de proſelytis, Gottingae 1743. *Ioan. Andr. Mich. Nagelii* diſſert. de proſelytis tractis. Altd. 1751. Eandem inter ſacerdotes et Laicos diſtinctionem ab Hebraeis accepere Chriſtiani, itaque iam Apoſtolorum aetate Clemens Romanus Epiſtola ad Corinthios Laicorum meminit c. 40. *τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσί. Καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ Λευίταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται, ὁ δὲ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασι δέδεται,* qui locus addendus iis quos ex Ignatio, Clemente, Iuſtino, Irenaeo, Tertulli-

[1] *Ἰδιῶται* Actor. IV, 13. et 1 Cor. XIV, 16. 23. 24. in B. Lutheri verſione redduntur Layen.

tulliano, Hieronymo aliisque profert Chriſtianus Gottlieb Kochius in ephemeridibus Patrum A. 1708. p. 23. Suicerus in λαϊκὸς, κληρικὸς et κοινολαΐτης, et Petrus de Marca diſſ. de diſcrimine Clericorum et Laicorum ex iure diuino, ad calcem Operis de Concordia Sacerdotii et Imperii. Iuſtum vero Henningum Boehmerum illam diſtinctionem iuris eſſe diuini negantem (diſſ. 6. et 9. ſq. ad Epiſtolam Plinii de Chriſtianis et loca quaedam Tertulliani) refellunt auctores Memoriarum Treuoltinarum A. 1712. pag. 1800. Omittimus quod conſtat apud Aegyptios Sacerdotibus ſolis fas fuiſſe ſacra facere, vt apud Perſas Magis, apud Gallos Druidibus, Bonziis hodie apud Indos. Quanquam vero laxa et Myſtica ſignificatione omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes; confer Caſauboniana pag. 112. et interpretes ad Exod. XIX, 6. Eſ. LXI, 6. 1 Petr. II, 5. Apocal. I, 6. et V, 10. non tamen inde ſequitur nullum eſſe diſcrimen inter illos quos Spiritus S. peculiariter vocauit ad paſcendam Eccleſiam Dei, Actor. XX. 28. et quos non vocauit, quibusque hunc honorem arrogare ſibi non licet, Hebr. V, 4. Quamuis etiam Clericorum dignitatem ſuper Laicos nimium extollere non dubitarunt multi in Eccleſia Romana: vide D. Chriſtiani Thomaſii obſeruationes ad Lancellotum Tom. 1. pag. 25. et Petri Friderici Arpii Laicum veritatis vindicem pag. 7. ſeq. Laicorum tamen appellationi per ſe nihil ignominiae adhaerere, vti nec Clericorum nomini arrogantiae quicquam ineſſe oſtendit Stephanus Andreas Mizlerus diſſ. de Clericis et Laicis, Witteb. 1697. § 38. Laici in Eccleſia alii fideles erant ſiue per baptiſmum iam initiati, alii Catechumeni. Adde Thom. Milles ad Cyrillum Hieroſol. pag. 17. Ioſephum Binghamum Origin. eccleſiaſtic. lib. 1. cap. 3. 4 5. et Ioan. Laur. Moshemii diſſert. de diſtinctione inter clericos et laicos, Helmſt. 1725. editam. Λαϊκὸς ἱερεὺς recentioribus ſaeculis dictus, qui non eſt Monachus: vti Hieromonachus, Monachus qui idem eſt Presbyter. Viciſſim Monachus ἀνιερὸς, qui non eſt ſacerdos, nec ſacra faciendi ſiue Miſſam celebrandi habet poteſtatem. Ad locum Tertulliani exhortat. de caſtitate c. 7. *Sacerdos es tibi ſolus, et vbi tres, Eccleſia eſt, licet laici:* celebris eſt *Hugonis Grotii* diſſertatio de Coenae adminiſtratione, vbi Paſtores non ſunt, et *Dionyſii Petauii* de communione ſine ſymbolis Grotio oppoſita, et de poteſtate conſecrandi et ſacrificandi ſacerdotibus a Deo conceſſa deque communione vſurpanda, *Ioan. Cloppenburgii* cenſura diſſertationis ſemper communicandum per ſymbola, et *Henr. Dodwelli* diſſertatio de iure Laicorum ſacerdotali, excuſa Londini 1685, 8. Hiſce iungatur *Nicolai Rigaltii*, cum Grotio facientis, libellus raro obuius, ad illum Tertulliani locum, de quo confer Richardi Simonii lib. 1. Epiſtol. ſelect. 3. p. 11. licebit etiam conferre *Ioan. Harduini* Opera ſelecta pag. 297. ſqq. 300. ſqq. *Dupinium* Tom. 17. pag. 214. ſqq. *Gabriel. Albaſpinaeum* libro ſecundo operis Gallice

Gallice editi *de l'ancienne poliee de l'Eglise sur l'administration de l'Eucharistie;* de quo Dupinius T. 17. p. 143, 144. Trium statuum in Ecclesia distinctionem, *Ecclesiastici*, *Politici et Oeconomici* reiecit Dippelius, vide Relationes innoxias A. 1701. p. 275. Tuentur vero Val. Ern. Loescherus in iisdem Relationibus innoxiis A. 1704. pag. 629 sqq. et Gottl. Wernsdorfius in dissertatione de iure magistratus ciuilis circa vocationem ministrorum Ecclesiae. Witteb. 1717.

II. Sacerdotes apud Iudaeos, eosdem etiam Reges [a] a Mose vsque, eiusque filio Arua semper fuisse affirmat Trogi Epitomator Iustinus XXXVI, 2. quod facile refellitur a Ioan. Iacobo Schudt in Historia Iudaica pag. 181 sq. Et probe notauit Philo libro de humanitate sub initium Vol. 2. p. 384. edit. Mangeianae Mosen noluisse vel sibi ipsi arrogare sacerdotium cum imperio, vel transmittere in liberos, ὅτι ἀμήχανον τοὺς αὐτοὺς δύνασθαι ἄμφω ἐπιτροπεύειν, ἱερωσύνης τε καὶ βασιλείας. Quemadmodum B. Glassius in Christologia Dauidica p. 149. confutat quae Eniedinus ad Psalmum CX. scripsit, vt probaret Dauidem Regem simul quoque fuisse Sacerdotem, quod persuasum quoque Petro Cunaeo p. 97. Epist. ad Grotium. De Dauidis eiusque filiorum pontificatu consuli quoque possunt Saubertus de personis sacris Hebraeorum. Meyerus ad Seder Olam pag. 529 et 727. atque Serpilius Part. IX. Personal. p. 268. Quin tamen Imperium et Pontificatus iuncta quandoque et ante legem, Grotius in Hebr. V, 6. et apud Hebraeos fuerint, atque ממלכת כהנים, regnum sacerdotum, Exod. XIX, 6. temporibus Maccabaeorum obtinuerit, du-

[a] Nomen כהן quod rectorem et praepositum significat, Optimatibus et Sacerdotibus est commune, de quo vide sis Grotium de potestate summarum potestatum circa sacra cap 9. et ad Exod. III, 2. 2 Sam. VIII, 18. et Ioan. Cameronis Opera p. 222. Ceterum Nazianzenus qui Orat. VI. p. 137. Mosen non modo sacerdotem sed etiam *ἱερέα ἱερέων sacerdotem sacerdotum* fuisse contendit, perinde vt *ἄρχοντα ἀρχόντων principum principem*, parum proprie est loquutus. Quemadmodum itidem proprie acceptum veritati non congruit, quod Philoni lib. 3. de vita Mosis et Nazianzeno Orat. VI. p. 137. atque Augustino Q. 68. in Exodum et 23. in Leuit. Moses dicitur Rex et Pontifex. Recentiores, a quibus Mosis Pontificatus vel assertus vel impugnatus fuit, vide magno numero allegatos in Crenii Thesaur. Philolog. Vol. 2. p. 75. Petri Zornii Opusc. sacr. T. 2. p. 232. et Serpilii Personal. Mosis p. 32. sqq. Inprimis Barthold. Nihusium refutauit oratione inaugurali Ioan. Frischmuthus Ienae 1649. et 1673, 4. excusa. Samuelem vero non fuisse sacerdotem aut Pontificem ostendit Ioan. Chr. Ortlob in diss. de Samuele iudice et propheta, non pontifice aut sacerdote, Lips. 1714, 4. euulgata, et recusa Tom. I. thesauri noui Theologicophilologici p 587 sqq. Adde Saubertum de personis sacris Hebraeorum, p. 675. et Serpilium in Personal. pag. 40. Et plerumque verum esse comperitur quod ait Synesius Epistola 57. πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνῃ συνάπτειν, τὸ κλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα. A vocabulo כהן Olaus Rudbeckius filius deriuat Gothicum *Kung*, Danicum *Kong*, Anglorum *King*, Germanorum *Koenig*, Chinensium *Chuon*, Tartarorum *Chau*, Persarum *Gan*. Vide eius Specimen vsus linguae Gothicae p. 13.

dubitari nequit. Confer Ioan. Seldenum lib. I. de ſucceſſione in Pontificatum c. 13. p. 180 ſq. qui de poteſtate forenſi Pontificis maximi agit etiam libro 2. de Synedriis c. 10. et per totum illud opus paſſim. Grotium ad 1 Macc. X, 38. XIII, 42. XIV, 41 ſqq. Eduardum Bernhardum ad Ioſephum T. I. pag. 168. edit. Amſtelod. et Nicol. Comnenum p. 233. praenot. myſtagogicarum. Et de Ioanne quidem Maccabaeo diſerte Ioſephus lib. I. de bello Iudaico cap. 3. p. 712. *τρία γοῦν τὰ κρατιστεύοντα μόνος εἶχε, τήν τε ἀρχὴν τοῦ ἔθνους καὶ ἀρχιερωσύνην καὶ προφητείαν.* De Ariſtobulo autem et Hyrcano fratribus, quos vicit Pompeius, Dio lib. 36. p. 121. edit. Reimar. *καὶ ἐτύγχανον ὑπὲρ τῆς τοῦ σφετέρου Θεοῦ ἱερωσύνης (οὕτω γὰρ τὴν βασιλείαν σφῶν ὠνόμαζον) αὐτοί τε διαφερόμενοι, καὶ τὰς πόλεις στασιάζοντες.* Sed et apud Gentes conſtat paſſim Reges eosdem ſimul functos ſacerdotio, Sacerdotesque eosdem ſimul fuiſſe Reges. Confer Homerum Iliad. III, 292. et VII, 315. Syneſium epiſtola 57. p. 198. Dionyſ. Petauuium in notis p. 36. vbi ſigillatim de Aegyptiis, de quibus Plato in Politico p. 183. edit. Lugd et Marshamus pag. 538. Canonis Chronici. De Sicyoniis Syncellus p. 97. De Gothorum Comoſico, Rege et Pontifice, Iornandes cap. 11. Chinenſium Imperator idem Pontifex maximus: *Memoriae Treuoltinae* A. 1730. p. 233. ex Tomo 19. des Lettres edifiantes ep. 57. p. 198. Abyſſinis ab aliquot ſaeculis fuere reges iidem ſummi ſacerdotes, Presbyteri Ioannes; *Journal des Savans* A. 1727. p. 416. Et Iaponenſium olim Imperatores ſacri ſiue Pontifices, et Reges haereditarii ab A. 660. ante Chriſtum natum, donec ſaecularis Princeps a ſacrorum praeſide disiunctus eſt A. 1195. Vide Kaempferi Iaponiam Tom. I. libro 2. p. 129 ſq. et appendicem ad Tom. 2. pag. 63 ſq. Journal litteraire Tom. 16. pag. 167. et Bibliotheque Angloiſe Tom. 15. pag. 48. 49. 75 et 76. Conſule etiam Grotium de iure ſummar. poteſtatum circa ſacra c. 9. Caſaubonum ad Strabonis lib. 14. p. 233. edition. Morellianae et ad Suetonii Auguſt. cap. 31. Ezech. Spanhemium de vſu numiſmatum Tom. 2. p. 416 ſq. vbi etiam de Aſiarchis et aliis praeſidibus et ſtrategis, qui ſimul *ἀρχιερεῖς*, de quibus etiam Harduinus in numis vrbium illuſtratis pag. 423 ſq. Ioan. Georg. Keyslerum in antiquitatibus ſilectis ſeptentrionalibus et Celtices p. 24. vbi obſeruat, tam magnam Druidum fuiſſe auctoritatem, vt Reges tantum eſſent velut miniſtri exequendis eorum decretis, vt eſt apud Dionem Chryſoſtomum diſſertat. 49. (Etiam apud Slauos rex modicae fuit aeſtimationis in comparatione Flaminis, teſte Helmoldo II, 12.) Nicolaum Petitpied tractatu Gallice edito de iuribus et praerogatiuis Eccleſiaſticorum in adminiſtratione Iuſtitiae ſaecularis, Pariſ. 1705, 4. (de quo libro Ephemerides Pariſienſes litterariae illius Anni p. 1093 ſq.) et Ludouicum Borghelium in Hiſtoria Critica Melchiſedechi Regis et Sacerdotis cap. 10.

Bellar-

Bellarminum lib. 5. de Pontifice Romano cap. 9. ſed et B. Gerhardum noſtrum Loco Theolog. de Miniſterio Verbi, § 318. Praecipue apud Romanos hoc ſemper obſeruatum fuiſſe videtur, vt iidem ſacris praeeſſent et auſpiciis auguriisque, apud quos ſumma erat in republica auctoritas: vide Ciceronem orat. pro domo ſua ad Pontifices, cap. 1. hinc deinceps Imperatores quoque Romani iidem Pontifices maximi; nam vt Dio LIII. p. 712. *ex eo, quod omnibus ſacerdotiis inaugurati ſunt*, ἐκ τοῦ ἐν πάσαις ταῖς ἱερωσύναις ἱερῶσθαι, *Imperatores, et quod alios in pleraque illa collegia adſciſcunt, ſemperque vnus eorum vbi duo vel tres ſimul imperant maximum Pontificatum gerit, hinc fit, vt omnium ſacrorum et religionum Domini fiant.* Hoc dignitatis nomen per longum tempus etiam Chriſtiani Caeſares gerere non recuſarunt. Quam in rem confer Io. Andreae Boſii diſſertationes de Pontificatu maximo Imperatorum Chriſtianorum Ien. 1656, 4. quae recuſae ſunt Tom. 5. Antiquitatt. Romanarum a Graeuio collectarum. In his contra Ioannem Pacidium ſiue qui ſub hoc nomine latebat Iacobum Gothofredum (qui in Epiſtola ad Riuetum de interdicta Chriſtianorum cum gentilibus communione deque pontificatu maximo num Chriſtiani Imperatores eum aliquando geſſerint, negauerat hoc ab illis factum eſſe, vti negant etiam Antonius Pagi ad A. C. 312. § 17. ſqq. et Tillemontius T. 4. Hiſt. Imperat. pag. 580 ſq.) copioſe oſtendit, et argumentis non inficiandis demonſtrat titulum Pontificis maximi vtique geſſiſſe Imperatores etiam Chriſtianos, quanquam ſacra ethnica abominarentur, falſumque eſſe quod nonnulli tradunt, in Epiſcopi Romani gratiam hoc ſe nomine abſtinuiſſe Gratianum. Vide ſis etiam quae de Pontificatu maximo Imperatorum diſſerit Ezech. Spanhemius in praeclaro opere de vſu numiſmatum T. 2. p. 413 ſqq. et Antonius van Dale diſſ. 2. ad Antiquitates ex marmoribus illuſtrandas, qui tamen Iuſtinum Imperat. male Pontificatum maximum geſſiſſe colligit e veteri inſcriptione, in quo PONT. MAX. exponendum *Ponticus Maximus*. Vide Chriſti. Sigism. Liebii Gotham numariam, p. 263. Duos Pontifices maximos Imperatores eodem tempore videntur ſuadere numi Commodi ſuperſtite M. Aurelio cuſi, vide tamen quae notauit praeclarus Tillemontius Tom. 3. Hiſt. Imperatorum nota XI. ad vitam Septimi Seueri. De liberis Auguſtorum cooptatis in Sacerdotum collegia, Pontificum, Augurum, conferatur Ezech. Spanhemius Tom. 2. de vſu numiſmatum pag. 365. et 422. etiam ſupra numerum, idem p. 368. Σεβαστοφάντης, *Auguſto ſacerdos*, occurrit apud Reineſium pag. 375. ſyntagm. Inſcriptionum. *Theophanes*, Archiepiſcopus Pleſcouienſis, diſquiſitionem, quibus de cauſſis et quo ſenſu Imperatores Romani tam Ethnici quam Chriſtiani appellati fuerint Pontifices ſiue Archierei gentilis religionis? et num Chriſtianae religionis ſummi Imperantes dici poſſint Epiſcopi et Archierei, et

quo sensu, edidit Petropoli 1721, 4. *Ioannis de Polemar*, Archidiaconi Barcinonensis, oratio A. 1433. in concilio Basileensi habita pro ciuili dominio clericorum aduersus Petrum Rayne, Anglum, exstat cum Actis illius Concilii T. 8. Harduini p. 1909 sqq.

III. De eo quod Constantinus M. apud Eusebium in eius vita lib. I. c. 44. et lib. 4. cap. 24. affirmauit se in externis [3] rebus Ecclesiae Episcopum esse, consulenda praeter Ioan. Morini Ecclesiam per Constantinum M. liberatam, scripta contraria Nicolai Vedelii, post Vtenbogardum iura Principum asserentis, et Iacobi Reuii de Episcopatu Constantini M. Amstel. 1642, 12. Iac. Triglandi dissertatio de Episcopatu contra Vedelium, Amstelod. 1642, 4. Guilielmi Apollonii liber de iure maiestatis circa sacra. Medioburgi Zelandor. 1642, 8. Anonymi Grallae, siue vere puerilis cothurnus sapientiae, quo se iactat Guilielmus Apollonius, etc. Franequerae 1646, 8. Qui liber cum aliis eiusdem argumenti insertus est collectioni, sub hoc indice editae: *Tractatus varii pro iure maiestatis circa sacra, contra Guilielmum Apollonium et Iodocum Larenum, aliosque eiusdem iuris oppugnatores.* Eleutheropoli 1675, 8. Addatur B. Gerhardus loco Theol. de Magistratu § 177. Quo sensu Leo I. Papa Imperatori et Regibus etiam sacerdotalem palmam tribuat, disquirit Paschasius Quesnellius in notis ad Leonem M. pag. 190 sq. edit. in 4. Praetereo quod Graeci

[3] Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τῶν εἴσω τᾶ Ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ θεοῦ καθεστάμενος Ἐπίσκοπος ἂν εἴην. Allatius pag. 230. sqq. de Consensu vtriusque Ecclesiae verba τῶν ἐκτὸς intelligit de rebus Ciuilibus, Petrus de Marca II, 10. de Concordia sacerdotii et Imperii p. 91. de Gentilibus adhuc extra Ecclesiam constitutis. Vtrique contra Constantini mentem et Eusebii, qui eodem loco capitibus praecedentibus et proxime sequentibus leges ac constitutiones Imperatoris Ecclesiasticas diserte memorat, qualibus referti etiam omnes Annales, plena omnia monumenta. Hinc Socrates praefat. lib. V. Histor. eccles. ait, ex quo Imperatores coeperint esse Christiani τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα ἤρτητο ἐξ αὐτῶν, *ex illis pependerunt res ecclesiae*, et concilia maxima, αἱ μέγισται σύνοδοι ipsorum nutu conuocata τῇ αὐτῶν γνώμῃ γεγόνασί τε καὶ γονίνται. Quare in concilio Moguntino A. C. 813. Imperatores dicti *Rectores Ecclesiae, Rectores verae religionis.* Confer Lancelloti Andreae torturam Torti, p. 363. Ioan. Rainoldum in colloquio cum Hardto, sub extremo. Ioan. Dallaeum contra Adamum et Cottibium parte 2. p. 79. Nec tantum Graecorum Imperatorum de rebus ecclesiasticis exstant leges a Photio et aliis monocanonum scriptoribus annotatae, quas illis vitio vertit Nicol. Comnenus p. 236. praenot. mystagogic. sed alii etiam Imperatores, Reges etiam Christianismi et principes quamplurima similia constituerunt teste toto orbe terrarum Confer Ioan. Georg. Reinhardi meditationes de iure Principum Germaniae, cum primis Saxoniae, circa sacra ante tempora Reformationis exercita. Halae Saxon. 1717, 4. William Prynn's historical and chronological Vindication of the Kings supreme Ecclesiastical Iurisdiction. Londini 1665. Voll. 2. 8. et Henrici Stebbingii Essay concerning civil Government considered as it stands related to Religion, wherein the Magistrates right to support and encourage true Religion by human Laws is asserted. Londini 1724, 8.

Graeci Imperatores in multis Ecclesiasticam sibi arrogarunt potestatem, de quo vide sis notas ad Ioannem Curopalatam, sub init. et quod Rex Francorum Ioanni Gersoni dicitur *Rex Sacerdotalis* seu *Pontificalis*, quod sacerdotum instar sacro inunctus sit oleo, vnde longo post se interuallo ceteros Christiani Orbis Reges omnes relinquere scribit, Gallus ipse, Ioannes Filesacius lib. 2. electorum pag. 254. Et quod Carolus V. Imperator Pontificis maximi Romani dignitatem ambiit. Vide Baelii Lexicon Tom. 1. p. 897. nota Y et Maximiliani I. feruntur litterae ad Lichtensteinium, quibus in locum Iulii II. Papae Pontifex Max. creari serio desiderauit,[4] aliaeque ad filiam suam [5] Margaritam Austriacam, datae 18 Sept. 1511. quibus optat fieri Coadiutor Pontificis adhuc superstitis. Confer W. Christ. Kriegsmanni dissert. de attrito per Papas imperio et Pontificatu per Caesares capessendo, et Sam. Stryckii dissert. quod quilibet Princeps in territorio suo sit Papa. Rariora exempla sunt quod Vladislaus Poloniae Rex, Doctoris simul et Pastoris munere functus, Iacobus Nisibensis Episcopus idemque strategus ac πολιοῦχος, Georgius Princeps Anhaltinus idem ordinatus Pastor et editis quoque homiliis sacris clarus. Quae vero Magistratus politici etiam circa sacra, circa vocationem, depositionem et punitionem Clericorum, (vti Salomon Rex exauctorauit Abiatharem Pontificem maximum 1 Reg. II, 26. Antiochus Epiphanes Iasonem 2 Maccab. IV, 33.) atque adeo in Ecclesiasticis vniuerse quod externa et adiaphora spectat, sit autoritas, ex sententia veterum Christianorum disputauit Marcus Antonius de Dominis VI, 5 seq. de Rep. Eccles. et Grotius in libro de iure summarum potestatum circa sacra. Cui in Germania Francof. 1690, 4. recuso subiectus est Dauidis Blondelli libellus de iure plebis in regimine Ecclesiastico, et alterius nescio cuius opusculum de officio Magistratus Christiani. Videndus etiam Gilbertus Burnetus in Historia iuris Principum circa beneficia Ecclesiastica, Anglice edita Lond. 1682, 8. Fridericus Spanhemius Tom. 2. Opp. p. 1240 sq. Et quae de Imperatorum Rom. Monarchia atque circa res Ecclesiasticas iuribus collegit χαλκέντερος Goldastus, opponenda tantisper Eugenii Lombardi Regali Pontificis Sacerdotio A. 1684, 4. Ioan. Thomae Rocaberti[6] Bibliothecae maximae Pontificiae, 21 tomis in fol. editae Rom. 1699. et Bernhardi Pozzoli Rationali Romani Pontificis, Romae 1717, fol. 2 Voll. edito,

[4] Confer Reichshandlungen, p. 96. Epistola eiusd. Imperatoris ad Iac. Fuggerum legitur in Goldasti Reichshändeln T. 1. p. 428.

[5] Io. Masson Hist. Critique de la Rep. des lettres T. 4. pag. 327 sq. Val. Ern. Loescheri Reformations-Acta T. 1. p. 96. et Ern. Sal. Cypriani dissertatio de Maximiliano I. Pontificatum affectante, Cob. 1710. rec. Ien. 1716.

[6] Vide Acta Eruditor. A. 1708. p. 385.

donec alius vir eruditus iura Principum collectione ampliore selectorum in hoc genere scriptorum asseruerit. In quibus locus etiam debetur Archi-Episcopo Paris. Petro de Marca in praeclaro opere de concordia Sacerdotii et Imperii edito Paris. 1663. et cum Obseruationibus Ecclesiasticis D. Iusti Henningi Boehmeri ICti Hallensis Lips. 1708, fol. licet is praecipue de iuribus Regum Galliae circa sacra sit sollicitus, quemadmodum et Carolus Molinaeus in Monarchia Francorum p. 101 sq. et Matthaeus Larroquanus libro postumo Gallice edito de Regaliae iure, Roterodam. 1685, 12. De Pontificis Romani arrogata auctoritate et potestate in Principes [7] eiusque origine videndi Samuel Pufendorfius introductione in Historiam Tom. 1. cap. vlt. et in libro de habitu religionis ad vitam ciuilem: Franciscus Hottomannus in libro cui titulus Brutum fulmen Papae Sixti V. aduersus Henricum Nauarrae Regem, p. 87 sq. 94 seq. 96 seq. etc. Daniel Chamierius Tom. 2. Panstratiae lib. 15. et lib. 16. c. 20 sq. Theodosius Gibellinus siue qui sub illo nomine latet Matthaeus Goebelius, Consul Budissinus, in libro Germanice edito cui titulus: Caesareopapia Romana, Guil. Barclaius de Potestate Papae in Principes Christianos, Franeker. 1649, 4. Marcus Antonius de Dominis de Rep. Eccles. lib. 6. cap. 8. et 9. et 10. et 11. Elias du Pin diss. 7. de disciplina Eccles. Natalis Alex. in Historia Eccles. tum alibi passim, tum Tom. 8. edit. in fol. pag. 443. vbi contra Francisci d'Enghien Auctoritatem sedis Apostolicae in Reges disputat. Ioan. Christoph. Becmannus notitia dignitatum illustr. p. 15 sq. Christianus Dreierus diss. 15. et 16. controuers. cum Pontificiis, Hermannus Conringius et Io. Hoornbeckius in examine bullae Innocentii X. contra pacem Osnabrugensem, et Ioan. Petrus Ludouicus ICtus Hallensis in tractatu sine nomine edito [8] qui inscribitur: Päpstlicher Unfug wider die Krone Preussen, welchen Clemens der XI. in einem den 16 April A. 1701 ausgestreueten irrigen Breui zur Verkleinerung aller gekrönten Häupter begangen. Coloniae Brandenburgicae 1703, 4. Videndus etiam liber editus Leodii 1645. forma minore, cui titulus *Ius Belgarum circa Bullarum Pontificiarum receptionem*, de quo Rich. Simon Tom. 1. Bibl. selectae p. 290 sq.

IV. De Sacerdotibus et sacro ordine apud Hebraeos diligenter prae ceteris agit ex Iudaeis R. Abrah. Rophe in Schilte Gibborim c. 38. p. 33. et Maimonides in Iad Chasakah lib. 8. tr. 2. c. 5. et tr. 3. c. 6. Ex Christianis vero

[7] Apud Meroenses veterem Aethiopum populum summa potestas teste Strabone XVII. pag. 822. fuit penes Sacerdotes, tantaque auctoritas vt nonnunquam misso nuntio mortem Regi imperarent, et ei alium sufficerent. Postmodo Rex quidam consuetudinem hanc aboleuit etc.

[8] Hic auctior etiam Latine lucem vidit, sub titulo: *Naeniae Pontificis* etc.

vero *Io. Lightfootus* Tom. 1. operum, in libro de ministerio templi: *Io. Saubertus* in commentario de Sacerdotibus et sacris Hebraeorum personis, inserto eiusdem Operibus postumis, et subiuncto eiusdem libro de sacrificiis veterum, Lugd. Batav. 1699, 8. cura Thomae Crenii edito. *Ioan. Lundius* in opere Germanice edito de rebus sacris Iudaeorum: *Ioan. Andreas Quenstadius* antiquitatt. biblicar. cap. 1. *Ionas Krumbholtz*, Pastor Nosocomii Dresdensis, in sacerdotio Hebraico, Dresdae 1707, 8. *Ioan. Seldenus* de successione in pontificatum Hebraeorum, Operum Vol. 2. pag. 74 sqq. *Bernh. Lamius* de Templo lib. 7. c. 5. p. 1220 sqq. *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. 10. cap. 3. p. 587 sqq. *Ioan. Braunius* select. Sacr. lib. 3. p. 306 sqq. et singularibus dissertationibus *Gustav. Peringerus*. Vpsal. 1691, 8. *Petrus Pihlmannus*. Aboae 1703, 4. De *vitiis* sacerdotum consulantur praeter iam laudatum Abrahamum Rophe, loco citato, *Scheuchzerus* in Physica sacra ad Leuit. XXI. p. 496. *Dauid Richter* in dissertatione de physiognomia sacerdotis. Ienae 1715, 4. *Ioan. Rud. Kieslingii* liber de legibus Mosaicis circa sacerdotes vitio corporis laborantes in ecclesia Christiana emendatis. Lipsiae 1755, 8. *Abel Adam. Hottingerus* de sacerdotum Aaroniticorum integritate. Francof. 1735, 8. Ante legem Mosaicam Sacerdotes passim fuere patres familias et filii primogeniti, post Legem hoc ad posteros Aaronis et tribum Leuiticam restrictum fuit, quemadmodum etiam apud gentes quasdam Sacerdotium haereditarium fuisse obseruat H. Dodwellus de iure Laicorum circa sacra pag. 219 sq. Ezechiel Spanhemius p. 567 sq. ad Callimachum, et Rigaltius p. 9. ad haec Onosandri c. 1. *ου κατὰ γένη κρίνονται ὥσπερ τοὺς ἱερέας*, quibus adde quod *Ἀρχιερέως* dignitas apud Aegyptios haereditaria erat, vt docet Herodotus lib. 2. cap. 37. et apud Rhodios sacerdotium teste Diodoro Siculo V. p. 227. d. Fuit et apud Hebraeos Princeps reliquorum *summus Sacerdos*, qui in Pentateucho fere simpliciter Sacerdos dicitur, de quo *Abraham Rophe* in Schilte Gibborim, c. 39. *Io. Braunius* selector. sacror. lib. 3. pag. 311. *Ioan. Leusdenius* in Philologo Hebraeo mixto, p. 176 sqq. *Ioan. Gottlob Carpzouius* ad Goodwini Mosen et Aaronem pag. 64 sqq. *Ern. Christ. Boldichius* in dissertat. de Pontifice Maximo Hebraeorum, Ienae. *Ioan. Buxtorfius* in dissertat. de eodem argumento, Basil. 1685, 4. *Theodor. Dassouius* in dissert. quae inscribitur Dissidium Pontificis R. et Hebraei. Kilon. 1703. *Adolphus Lebrecht Dietericus* in dissert. de sanctitate summi Iudaeorum Pontificis. Lipsiae 1743. Pontifices maximos sub Imperatoribus Romanis fuisse annuos (non *διὰ βίου*) existimat Harduinus de numis vrbium pag. 481. Sacerdotium Aaronis cum sacerdotio Christi confert Hermannus Witsius Tom. 1. Misc. sacr. lib. 2. diss. 2. pag. 452 sqq. Cur Deus O. M. qui Leuitis olim veniam aetatis et missionem velut indulsit, nihil tale sacerdotibus

aut Pontificibus summis concessisse legatur, disquirit S. V. Ioan. Gottl. Carpzouius in epistola votiua ad Erdmannum Neumeisterum, quum is memoriam exacti in ministerio ecclesiastico dimidii saeculi celebraret. Lubec. 1747. Pontifex M. si quid delinqueret, in parui momenti caussis suberat foro triumuirali viginti trium virorum, in maioribus Synedrio M. Vide Seldenum III, 8. de Synedrio, et Natalem Alexandr. saeculo 4. p. 609. edit. in folio. Post Pontificem Maximum apud Hebraeos erant reliqui *Sacerdotes*, tum *Leuitae* stricte dicti, quos tres ordines inuicem distinguit Clemens 1 Epist. ad Corinthios §40. atque non absurdum videtur viris doctis,[9] ansam eos dedisse distinguendis in Christiana Ecclesia ordinibus Episcoporum, Presbyterorum et Diaconorum. Sacerdotes in octo classes a Mose, in viginti quatuor a Rege Dauide. 1 Chron. XXIV, 1. Nehem. XI, 10. XII, 1. 2. fuerunt distributi. Vide Iacobi Capelli Opera postuma p. 654. Apud Iudaeos hinc *Nethinaei*, de quibus consuli possunt *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum lib. 10. c. 5. p. 545 sq. *I. G. Carpzouius* ad Goodwinum pag. 110 sq et dissertationes *Ioan. Milneri*, Cantabrigiae 1690, 4. *Dan. Pfeffingeri*, Argentor. 1702. *Andr. Murray*, Hamb. 1718, 8. *Ioan. Ioach. Schroederi*, Marpurgi 1719. *Ioan. Dav. Baieri*, Altorfii 1745. *Georgii Andr. Willii*, ibid. 1757. *Scribae* item, quos a legis peritis non differre contra Ioan. Cameronem probat Ioan. Vorstius lib. 1. de Hebraismis N. T. pag. 48. Quanquam aliis diuersa arridet sententia, quos recenset Ioan. Christo. Wolfius in Curis Vol. 1. pag. 32. et 661. Ceterum praeter eos, qui a Wolfio laudati sunt, de hoc argumento conferantur *Daniel Fesselius* libro et capite primo aduersarior. sacror. *Casp. Barthius* lib. 50. aduersarior. c. 1. *Christi. Sigism. Georgii* dissertatio de סופרים Witteb. 1734. *Christiani Hechtii* commentatio de secta scribarum. Franc. 1737. *Theod. Christ. Lilienthalii* commentatio de Νομικοῖς. Halae 1740. Praecipuum Pontificis Maximi ministrum fuisse סגן, praeter alios notat Beueregius ad Synodicum M. p. 196. Confer alios laudatos Clariss. Zellero p. 318 sq. de Vacca rufa, quibus adde Georgii Guilielmi Ouerkampfii diss. de סגן P. M. in summo expiationis die vicario. Gryphisw. 1739. quod vero hic *Sagan* siue στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ perpetuus fuerit eiusdem summi Sacerdotis vicarius, singulari dissertatione negauit Ioannes Nicolai A. 1699, 4. Sagani suberant Catholici de quibus dicemus infra c. 14. § 5. Praeter Saganem siue vicarium P. M. etiam memoratur *sacerdos castrensis* belli caussa vnctus, de quo consuli possunt *Maimonides* in Hilcoth Melachim. c. 5. § 7. *Abraham Rophe* in Schilte Gibborim cap. 41–43. e Christianis *Augustinus Calmetus* in comment. ad Deuteron. XX, 3. *Hieronymi*

van

[9] Beuereg. lib. 2. cap. 11. Codicis Canonum Vindicati. Sed vide, quae contra hanc sententiam disputat I. G. Carpzouius ad Goodwinum p. 65.

van Alphen diſſertatio de ſacerdote caſtrenſi veterum Hebraeorum, ſub praeſidio Dav. Millii habita Vltraiecti 1719, 4. et diſſertationes *Ansgarii Dorſchei.* Havniae 1715. *Ioan. Gottl. Kalinskii.* Lipſiae e. a. *Theod. Ren. Tatii.* Regiom. 1723. *Iuſti Chriſt. Thorſchmidii.* Torgauiae 1737. *Ioan. Gothofredi Lakemacheri* ſententiam, de ficto ſacerdote Iudaeorum caſtrenſi, quam propoſuit parte tertia Obſerv. philologic. pag. 236 ſqq. ſub examen vocarunt *Conr. Ikenius* in diſſert. de oblatione panum pentecoſtalium c. 4. § 3. et in diſſert. de homicida inuoluntario ſect. 1. c. 4. § 5. p. 68 ſqq. atque *Chriſtoph. Kretzſchmar* in commentatione de vncto belli Dresdae 1738. euulgata. Ex Diaconis ſiue Leuitis duo erant *collectores ciſtae*, quorum erat veſperis ſabbati pecuniam pro pauperibus colligere: alii tres *collectores catini*, qui cibos quotidie colligebant et inter pauperes diſtribuebant. Vide Clariſſ. Rhenferdium de decem Otioſis Synagogae p. 147. Melchior. Leydeckerum de Republica Hebraeorum lib. 12. c. 2. Sal. Deylingium obſeruat. ſacr. Part. 3. N. 21. Io. Gottl. Carpzouii diſſ. de eleemoſynis Iudaeorum, Lipſ. 1728. euulgatam, et recuſam ad calcem annotationum ad Goodwinum, pag. 726 ſqq. Dan. Godofr. Werneri diſſertationes tres de eleemoſymis Hebraeorum. Ienae 1724 ſq.

V. De Iudaeorum *Patriarchis* et *Primatibus* agit Petauius pag. 55. ad Epiphan. et ad Epiſt. 25. Iuliani, Toutteus ad Cyrillum Hieroſolymitanum p. 171. Montfauconius ad Chryſoſtomum T. 1. p. 481. Iacob. Gothofredus ad codicem Theodoſianum pag. 213. Tom. 4. Grotius cap. 10. de imperio ſummar. poteſtatum circa ſacra p. 272. Becmannus XVII. 2. 15. dignitatt. illuſtr. Sam. Petitus lib. 2. c. 10. Var. lect. & lib. 3. c. 3. Var. Obſerv. Ioan. Frid. Mayerus in diſſertat. de Patriarchis Hebraorum. Gryphisw. 1706. Petrus Zornius in Hiſtoria fiſci iudaici p. 390 ſqq. et S. R. Chriſtian. Guil. Franc. Walchius in Hiſtoria Patriarcharum Iudaeorum, quorum in libris iuris Romanorum fit mentio, Ienae 1752. 8. qui eorum ſententiae accedit, qui duos fuiſſe Iudaeorum principes ſiue patriarchas affirmant, quorum alter rexerit orientales, alter occidentales Iudaeos. Idem vir doctus principem Iudaeorum, quem *Naſi* appellant, eundem eſſe cenſet ac Patriarcham, a diuis Imperatoribus atque chriſtianis doctoribus ſaepe commemoratum. De *Archontibus*, quos iudices Iudaeorum fuiſſe, in variis vrbibus paſſim conſtitutos, cum Petro Weſſelingio in diatribe de Iudaeorum Archontibus, Traiecti ad Rhenum 1738. 8. edita exiſtimat idem Walchius pag. 67. libri laudati, S. V. Carpzouius autem p. 10. Appar. antiq. S. C. titulum cenſet honoris generalem fuiſſe, primatibus gentis in patria et extra patriam, quocunque dignitatis et officii gradu gauderent, communem, conſuli poſſunt Scipio Maffeius in Antiquitatibus Gall. pag. 6. et p. 42. edit. Veronenſis. G. te Water in diſſ.

de Archonte apud Iudaeos, inserta Misc. Duisburg. T. I. p. 222. De *Ethnarcha* s. *Alabarcha* s. *Arabarcha* conferantur Nic. Fullerus Misc. sacr. lib. 4. c. 16. Campeg. Vitringa de Synagoga vetere lib. II. c. 9. p. 559. Melch. Leideckerus de vario reipubl. Hebraeae statu lib. 9. c. 1. p. 621. Petrus Wesselingius lib. cit. p. 63. et Petrus Zornius lib. cit. p. 396 et 402. *De Aechmalotarchis* vide S. V. Carpzouium ad Goodwinum pag. 9. et Walchium lib. laud. pag. 104 sqq. De *Presbyteris* vrbium *politicis*, a Sacerdotibus et magni Synedrii senatoribus distinctis vide Seldenum lib. 1. de Synedriis cap. 17. Grotium ad Matth. XXVI. 47. et Luc. XIX. vlt. *Synedrio magno* Pontifex Maximus non semper praeerat, vt ostendit Seldenus cap. 11. de anno ciuili Iudaeorum. Sed de magno illo Concilio videbis vbi lubebit scriptores plures infra c. 14. § 2. a nobis laudatos. Iam aduersus eundem Seldenum notare iuuat Pontifices Maximos a Romanis non fuisse exutos Potestate iuris dicundi in rebus ciuilibus (nisi forte in capitalibus delictis) vt ex Iosephi 20. 8. et aliis locis demonstrat Humfredus Hody in libro Anglice A. 1693. 4. edito de causa sedium vacantium post iniustam et non canonicam depositionem p. 35. vbi et de eo quod ἀρχιερέων nomen pluribus commune fuerit praeter Pontificem Max. et expontifices pontificesque exauctoratos. Adde Frid. Spanhemium Dubior. Euangelic. P. II. p. 37. et I. A. Quenstedium Antiq. Biblic. p. 26. De *Archisynagogis*, Capitibus Academiae et Doctoribus non Sacerdotibus, Grotius ad Matth. IX. 18. et in florum sparsione ad Ius Iustinianeum pag. 339. vbi eosdem facit *Archipherecitas* memoratos in Nouella Iustinianea 142. Vide etiam Samuel. Petitum lib. 2. cap. 20. Var. Lectionum. Franciscum Burmannum Parte 2. Exercitationum, Ioan. Morinum Exerc. Biblic. pag. 258 sq. Campegii Vitringae Archisynagogum, Franequerae 1685. 4. Io. Gerh. Meuschenium in oratione de directoribus scholarum apud Hebraeos, insertam eius N. T. ex Talmude illustrato, p. 1184 sqq. et Iac. Rhenferdium libro de *decem otiosis Synagogae* siue de decem hominibus ingenuis puberibusque, qui debebant in Synagoga praesto esse vt quolibet tempore aduenientes inuenirent iustum coetum, ad legitime orandum Deum, ibid. A. 1686. 4. et Ioan. Gothofr. Lakemacheri dissert. ad frontem libri Pirke Avoth, Helmst. 1728. editam. Hermannus von der Hardt in epistola, quae inserta est Christiani Gotthold Wilischii Arcanis Bibliothecae Annaebergensis, Lips. 1730. 8. p. 191 sqq. putat, Rhenferdum magno conatu nihil agere, falsumque esse, quod Bathlanim a mane ad vesperam steterint in synagogis, eos enim statis tantum temporibus precum adfuisse. De *Azanitis* (חזנים) siue ministris Synagogae, qui lectorum, cantorum et aedituorum vice fungebantur, Petauius pag. 58. ad Epiphan. De *quindecim praefectis sanctuarii* vide Misnam

Miſnam Schekalim tomo 2. edit. Surenhuſii p. 191 ſeq. De *tribus quaeſtoribus* ſ. *theſaurariis templi*, totidemque *Emarcalim* ſ. *Camerariis*, et *duobus praefectis* id. pag. 192 ſq. Ad *Didaſcalum* et *Maiores Iudaeorum* Lex Honorii et Theodoſii tom. 6. Cod. Theodoſ. p. 248. De XXIV. *Ephemeriis Sacerdotum* ſ. vicibus hebdomariis per quas ſingulae ſacerdotum familiae officio ſuo fungebantur, quorumque principes videntur dicti ἀρχιερεῖς perinde vt illi ſacerdotes qui ſimul erant aſſeſſores magni Synedrii, conſule praeter interpretes ad 2 Chron. XXXI, 16. Nehem. XIII, 30. et Luc. I, v. 5. Conſtantinum l'Empereur ad Bertramum de Rep. Hebraeorum cap. 18. Ioſephi Scaligeri notas ad fragmenta ſelecta veterum Graecorum ſubiecta libris de emendatione temporum pag. 54 ſq. Lud. Cappelli opera poſtuma pag. 654. Abrahami Sculteti exercitt. Euangelic. lib. 1. cap. 7. et D. Io. Henr. Maii diſſertationem de hoc argumento, recuſam in eius Exercitationibus Philologicis et Exegeticis T. I. p. 659 ſqq. aliamque Paulli Sleuogti, Ien. 1649. editam, nec inter caeteras Sleuogti diſſertationes, Ien. 1656, 4. iunctim vulgatas obuiam. *Pontificum maximorum ſucceſſionem* praeter Voiſinium ad Raymundum Martini, aliosque quamplurimos, diligenter tradit Waltonus in Apparatu ad Scripturam S. Carolus Sigonius lib. 5. de Republ. Hebraeor. c. 2. Ricciolus p. 283. Chronologiae reformatae, et Auguſtinus Calmetus in diſſert. de ſucceſſione Pontificum maximorum, quae exhibetur T. 3. commentarii eius litteral. in S. Biblia, p. 447 ſqq. et in eius diſſertationibus Biblicis T. 1. p. 295. ſqq. verſionis latinae. Ante Aaronem nullum fuiſſe Pontificem Max. probat Chamierus tomo 2. Panſtratiae lib. 9. cap. 9. Neque in Haſmonaeis ſiue Maccabaeis veram Pontificum ſucceſſionem interpellatam, Seldenus de ſucceſſione in Pontificat. p. 226. et l'Empereur ad Bertrami cap. 13. de Rep. Hebr. Neque duos ſimul aut annuos Pontifices fuiſſe Rich. Montacutius Apparat. ad Origg. Eccleſiaſt. p. 222, 235 ſq. Talmudiſtarum inſcitiam circa numerum et ſucceſſionem Pontificum maximorum perſtringit Ioan. Morinus Exerc. Biblic. p. 286. Samaritani in Epiſtola ad Ioſephum Scaligerum affirmant ab Aarone vsque ad ſuam aetatem numerare ſe ſummos ſacerdotes CXXII.

VI. De Sacerdotibus apud gentes varias, quorum alii annui, alii fuerunt perpetui ſiue διὰ βίου, (vide Valeſium p. 193. ad Euſeb.) eorumque generibus nonnulla collegerunt Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 8. p. 318 ſq. Io. Saubertus lib. de ſacrificiis cap. 6 et 7. vbi ſigillatim de Sacerdotibus veterum Germanorum, Gallorumque. Scipio Maffeius pag. 80. Muſei Veronenſis. Claudius Arrhenius in diſſ. de Sacerdotibus Veterum. Vpſal. 1674, 4. Praeclara etiam de ordinibus Sacerdotalibus

apud varias gentes annotauit Huetius lib. 2. Alnetanarum quaeſtionum c. 20. § 6. vti de Graecorum Sacerdotibus Potterus II, 3. Archaeol. tom. vlt. theſauri Gronov. I. G. Lakemacherus Antiq. Graecor. ſacr. parte ſecunda, et Georg. Sigism. Greenius in diſſert. de Theologis Graecorum, Lipſ. 1733. Idem argumentum ſed admodum leuiter attigit Franciſcus Rous Archaeol. Attic. II. 8. vbi etiam de Myſtagogis ſiue Hierophantis ex Meurſii lib. de ſacris Eleuſin. cap. 13. Multi vt Sacerdotes Cereris perpetuo coelibatum ſeruabant. Vide notas ad Lucian. tom. I. p. 93. edit. Amſt. alii vt Megabyzi ſiue Sacerdotes Dianae Epheſiae teſte Strabone galli erant ſiue ſpadones, vt Sacerdotes Deae Syriae quoque, de quibus idem Lucianus. De Pontificibus Graecorum Aſiarchis (Act. XIX, 31.) neocoris, (id. XIX, 31.) Io. Harduinus in Numis antiquis popul. et vrbium illuſtratis, Opp. ſelector. Amſtelod. 1709. fol. editis: de iisdem, vt et Sacerdotibus Stephanophoris, aliisque vti etiam de Fratriis ſacrorum, orgeonibus, thiaſotis et archithiaſotis, fuſe diſſerit Antonius van Dale in Diſſertationibus ad antiquitates e marmoribus antiquis illuſtrandas Amſt. 1702, 4. editis. Idem diſſ. 5. agit etiam de Prytanibus, quod genus Sacerdotii magiſtratui politico fere annexum erat, de quo exſtat etiam eruditus Ezech. Spanhemii liber de Veſta et prytanibus Graecorum tom. 5. Antiq. Graec. et Eliae Blancardi commentatio de Prytanum origine atque munere, T. 4. Hiſtor. Acad. Inſcript. p. 89. quibus adde Eduard. Corſini Faſtorum attic. diſſert. ſextam, in qua etiam de Prytanibus diſputatur. De *Aſiarchis* confer Chr. Schoettgenii obſeruationem, T. 5. Miſc. Lipſ. pag. 178 ſqq. Menon. Nic. Carſtens medit. ſubſeciv. ſpec. 2. de Aſiarchis Paullo quondam amicis, Lub. 1744. et diſſert. Chr. Andr. Siberi, Witteb. 1683. Chriſtoph. Sontagii, Altorf. 1712. et P. A. Boyſen, Halae 1716. De *Paſtophoris* conſulatur illuſtris Cuperus in Harpocrate p. 131. et I. G. Bidermannus Otiorum varii generis p. 180 ſqq. De *Melanophoris* Steph. le Moyne Epiſtola ſingulari ad Cuperum, eidem Harpocrati adiecta. De Sacerdotibus Aegyptiorum Clemens VI. Strom. p. 633 ſq. Iac. Godofredus ad vet. expoſitionem Mundi p. 25. Io. Marshamus in Canone Chronico, H. Witſius in Agyptiacis et Io. Nicolai libro de Synedrio Aegyptiorum. De honore et gradu Sacerdotii apud ethnicos Chr. Falſterus T. I. amoenitat. philolog. p. 189 ſqq.

VII. De *ἀρχιερείαις* et Sacerdotibus feminis variarum Dearum apud Graecos Romanosque conſules Clariſſ. Montfauconum in Palaeographia Graeca p. 160. Caroli Patini commentarium ad vetus monumentum Marcellinae, vbi et de tribus ordinibus Antiſtitum feminarum (vt apud Romanos Veſtalium) *μελλιεραῖς*, *ἱεραῖς*, et *παριεραῖς*, e Plutarcho p. 795. an ſeni gerenda Resp.

Resp. praeter quas erant etiam ἱερατεύουσαι Sacerdotibus feminis miniſtrantes, ἀρήτειραι quae preces fundebant, et Henric. Coreel diſſertat. de ſacerdotibus veterum virginibus, Aboae 1704, 8. Sacerdotis maximae matris Deum magnae Idaeae et Sacerdotis maximae Veſtalis icon apud Sponium p. 150. Miſc. De flaminicis, mulieribusque ſacra curantibus atque in his de virginibus Veſtalibus plura Saubertus lib. de ſacrificiis cap. 8. Iuſtus Lipſius libro de Veſta et Veſtalibus, qui et ſeparatim, atque inter opera Lipſii ſaepius recuſus, in quinto etiam theſauri Graeuiani tomo legitur, et ſcriptores ſupra cap. VIII. p. 338 laudati. Praeter virgines Veſtales quinque, ſextamque Veſtalem maximam, de quibus Onufrius etiam tom. 1. Graev. p. 227, 257 ſq. fuerunt Romae e feminis Sacerdos Cereris, et quindecim flaminicae Diales, totidem virgines ſaliares, et Sacerdotes bonae Deae, aliorumque flaminicae Deorum. Flaminum quoque vxores flaminicas dictas idem Onufrius obſeruat pag. 219. De hiſce, quarum Macrobius Saturnal. I, 16. Tacitus Annal. IV. 16. Gellius N. A. X, 15. Tertullianus exhort. ad caſtitatem c. 13. et inſcriptio apud Gruterum p. 322. N. 2. mentionem faciunt, conferantur Ioan. Conr. Schwarzii diſſert. de flaminibus, Coburgi 1742. pag. 23. et Io. Godofr. Bernholdi diſſert. de flamine Diali eiusque coniuge flaminica, Altorfii 1746. De flamineo, quod eiusmodi flaminicae geſtarunt Solerius, ſiue, qui ſub hoc nomine latet, Theophilus Raynaudus de pileo pag. 140. Apud Perſas ἱέρειαι Ἀρτέμιδος Ἀνείτιδος in Ecbatanis. Plutarch. Artaxerxe p. 1025. Apud Argiuos Phalides ab Adamanta, Sacerdote Euryſthei filia. Syncell. p. 172. Sed apud Aegyptios teſte Herodoto II, 35. vti Hebraeos quoque et Chriſtianos feminae Sacerdotes nullae. Cantricum mentio Nehem. VII, 67. ſed docere in Eccleſia prohibitum feminis 1 Cor. XIV, 34 Ambroſius in Pſalm. I. *Mulieres Apoſtolus in Eccleſia tacere iubet, Pſalmum etiam bene clamant. Hic omni dulcis aetati, hic vtrique aptus eſt ſexui.*

VIII. De Sacerdotibus veterum Romanorum poſt Fabii Pictoris, M. Varronis aliorumque ſcripta deperdita, conſuli poſſunt libelli Pomponii Laeti, Raphaelis Volaterrani et Henrici Bebelii frequentiſſime excuſi, tum ſeorſim tum in Petri Scriuerii republica Romana et ad calcem compendii antiquitatum Romanarum concinnati a Philippo Caroli. Libellus de Sacerdotiis Romanorum qui ſub Lucii Feneſtellae antiquiſſimi ſcriptoris nomine prodiit, auctorem habet recentem ſcriptorem Andream Dominicum Floccum, vt eruditorum conſenſu hodie conſtat. Prae ceteris autem diligenter in hoc argumento de Sacerdotiis Romanorum verſatus eſt Onuphrius Panuinius in prioribus 145. capitibus operis luculenti de ciuitate Romana tom. 1. Graev. qui Ponti-

fices Maximos, quorum memoria extat, ordine Chronologico recensuit lib. 5. Fastorum. Idem Onufrius lib. 2. cap. 12. antiquitatum Veronensium, vbi erudite de sacerdotibus municipalibus et colonicis differit. Guilielmus Choulius in tractatu breui de Sacerdotiis, libro de religione Romanorum annexo. Paullus Merula in tractatu breui de Sacerdotibus Romanorum, qui cum aliis eiusdem scriptis postumis lucem adspexit Lugd. Bat. 1684, 4. Iacobus Gutherius, vir praestantissimus (licet ab H. Norisio in Cenotaphiis Pisanis et a Graeuio praef. ad tom. 5. thesauri subinde castigatus) in libris quatuor de veteri iure pontificio, Parisiis 1612, 4. et in tomo 5. antiquitatt. Romanar. Graeuii. Henric. Horchius in Sacerdotio Romano cum eius sacrificio, Amstel. 1690, 8. Ioseph. Laurentius c. 1. var. sacror. gentil. recus. T. 7. antiquitatt. Graecar. Gronouii p. 133. Ioan. Casimir. Happachius in commentatione de calumnia religiosa et theologia ciuili praesertim veter. Romanorum, Coburgi 1749, 4. M. Antonius Ferratius epistola, quae comparet pag. 88. epistolarum eius Venetiis 1738, 4. editarum. Christian. Ern. Mussigk in dissert. de Sacerdotibus veterum Romanorum, Witteb. 1695, 4. et Gottl. Samuel Treuer in diss. de Sacerdotibus Romanis in genere consideratis, Lipsiae 1703. Praeterimus, quae de Sacerdotiis Romanorum habet Freinshemius ad Flori lib. 1. c. 2. vbi octo ordines a Numa institutos persequitur, tum Rosinus l. 3. et ad eum Demsterus, Wolfg. Lazius lib. 3. de republ. Romana, Struuius cap. 12. aliique qui corpora atque systemata antiquitatum Romanarum composuerunt.

IX. Locus insignis Festi non est praetereundus: *Ordo Sacerdotum aestimatur Deorum maiestate, vt maximus quisque. Maximus videtur* [10] *Rex, deinde Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pontifex Maximus. Itaque in conuiuiis solus Rex supra omnes accubat, sed Dialis supra Martialem et Quirinalem: Martialis supra proximum, omnes dein supra Pontificem. Rex quia potentissimus: Dialis quia vniuersi mundi Sacerdos qui appellatur Dius: Martialis, quod Mars conditoris vrbis parens. Quirinalis, socio Imperii Romani Curibus adscito Quirino. Pontifex maximus quod iudex atque arbiter habetur rerum diuinarum humanarumque.* De Rege sacrorum, cuius vxor Regina sacrorum appellabatur, videndus Alexander ab Alex. III. 27. Onufrius de Civ. Romana tomo 1. Graev. p. 243, 258. Anton. van Dale in diss. de Pontifice maximo, Vicario Pontificis, Rege Sacror. etc. quae exstat in eiusdem

[10] Tamen Regis sacrificuli sacrificium Pontifici subiectum diserte testatur Liuius II. 2. *ne additus nomini honos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret.*

eiusdem dissertationibus ad antiquit. e marmor. illustrand. p. 175 sqq. et Gutherius in lib. 1. de iure Pontificio cap. 31. tom. 5. Graev. qui etiam de Pontificum collegio et officiis ac Pontifice Maximo diligentissime disserit lib. 1. et 2. et prouocationem ab hoc ad populum fuisse obseruat lib. 2. c. 10. seq. De collegio Fratrum arualium aliisque sacris sodalitatibus Pontificum augurumque agit Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 26. et ibi Tiraquellus: tum Gisbertus Cuperus lib. 4. Obs. c. 13. vbi ex Dionis LIII. p. 496. (696 R.) contra Gutherium obseruat quatuor summa Sacerdotum collegia Romae fuisse; *Pontificum*, *Augurum*, *Quindecimuirum* et *Septemuirum Epulonum*, non vero Aruspicum vt viro doctissimo visum fuerat. Pontifices maximos [11] veteris Romae recenset Onufrius lib. 5. fastor. Romanorum p. 94, 330 sq. De Pontificibus idem Alexander lib. 2. c. 8. et diligentius Io. Andreas Bosius Prof. Ienensis in differt. de Pontifice maximo [12] Romae veteris, et Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum aduersus Iacobum Pacidium s. Gothofredum Ien. 1656, 4. et in eodem tomo 5. thesauri Graeuiani. Albertus Mazolenus in animaduersionibus in numismata aerea selectiora maximi moduli e museo Pisano, olim Carrario. Ioseph. Bimardus de la Bastie in dissertat. de Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum; quae legitur T. 18. memoriar. Acad. Inscriptionum p. 550 sqq. Num, quando plures Imperatores simul imperium tenuerunt, omnes; an vnicus solus ex iis pontificatum maximum gesserit accurate disquirit Ioannes Bouhierius in dissertatione de pontificatu maximo Imperatorum Romanorum, edita gallice Diuion. 1742, 4. et in dissertatione de quaestione, vtrum ante tempora Balbini et Puppiani, quando plures Imperatores simul imperium tenuere, vnicus solus pontifex maximus fuerit, quae exhibetur T. 5. histor. Acad. Inscriptionum p. 180. edit. Amstelod. vbi ex inscriptionibus probatur, quod iam sub Tito et Vespasiano consuetudo haec, pluribus simul nomen istud honorificum vindicandi, fuerit. Adde Iac. Elsneri schediasma criticum, quo auctores aliaque antiquitatis monumenta emendantur, vindicantur et exponuntur, Berolini 1744, 4. capite vltimo. De Pontificibus maioribus (quorum caput Pontifex maximus) et de minoribus, (antea dictis scribis Pontificum) H. Noris Cenotaph. Pisan. diss. 1. c. 5. De Augustalibus flaminibus, sodalibusque idem c. 6. Vide et diss. 2. c. 5 et 7. vbi de Pontificum vestibus, aetate. De Seuiris Augustalibus, Sacerdotibus in Augusti honorem institutis, confer praeter Norisium lauda-

 tum,

[11] Comparationem Pontificis M. Romae veteris cum Papa Romano instituit Michael Geddesius; vide A. E. 1716. p. 247.

[12] Sic dicti etiam maximi & maximae Sacerdotes, curiones maximi, maximi augures etc. Vide illustrem Cuperum ad Lactantium de mortibus persequutor. p. 211.

tum, Scipionem Maffeium pag. 114. Musei Veronensis, et P. 1. Veronae illustratae p. 183. ac Bochatum memoriarum historiae Helueticae, memoria vndecima. De duumuiris, decemuiris, quindecemuiris sacris faciundis, a quibus Sibyllina quum opus esset consulebantur, praeter eundem Alexandrum lib. 3. c. 16. atque eos qui de Sibyllinis carminibus scripserunt, videndus Petrus Taffinus cap. 5. de anno seculari Romanorum tom. 8. thesauri Graeuiani pag. 494 sq. De duumuiris Sacerdotalibus T. 8. p. 393 sq. Continuationis memor. litteraturae et historiae. Quindecimuiri insigne tripus cum delphino et coruo in numo Vitellii apud Tristanum T. 1. p. 274. De septemuiris Epulonum Christophorus Cellarius ad Plinii Epistolas p. 86. De gallis Sacerdotibus Cybeles et Archigallo, Rigaltius ad Commodianum Instruct. XVII, 3. Salmasius not. ad Ael. Lamprid. vitam Heliogab. c. 7. p. 806. Onufrius Panuinius de ciuit. R. c. 38. et Andr. Dom. Floccus de potest. R. lib. 1. c. 12. De Saliis Tobias Guthberlethus libro singulari Franeq. 1704, 8. Io. Dan. Ramus in diss. de Ancilibus Romanorum Hafniae 1706, 4. Christ. Lud. Crellius in diss. de saliaribus carminibus, Witteb. 1732, 4. Nic. Reich in dissert. de Saliis, Hafniae 1737, 4. et Gisbertus Cuperus IV, 2. obseru. vbi etiam de ancilibus, quae in sacrario Martis per Salios custodiebantur. Salium in numo Diocletiano exhibet Caroli Patini thesaurus numismatum p. 60. Non Romae solum, sed Albae quoque, post dirutam vrbem Salios fuisse ostendit Maffeius pag. 115. Musei Veronensis; vbi ex loco quodam Spartiani in Caracallo obseruat, fuisse quoque Salios, qui hoc nomine Imperatorum honori essent dicati. Singulis templis Diisque singuli flamines qui sacra facerent, sed plures sodales. De Sodalibus, flamine et saliis ad cultum principum ἀποθεωθέντων constitutis vide Dodwelli praelect. Cambdenian. p. 160 sq. De flamine et flaminica praeter scriptores paullo ante citatos consulatur Oliverius ad marmora Pisaurensia pag. 81. vbi obseruat, dignitatem istam non semper perpetuam, sed temporariam quoque fuisse, atque tum per quinque durasse annos, vnde Flaminum quinquennalium in Inscriptionibus saepius fiat mentio. De ministris sacrorum populi Rom. Onufrius in ciuitate Romana tom. 1. Graev. pag. 251, 259. et Gutherius de iure Pontificio II, 13 sq. tom. 5. Graev. De aedituis Alexander etiam ab Alexandro lib. 5. c. 17. De Tibicinibus eorumque collegio praeter Dempsterum ad Rosinum Casp. Bartholinus libris 3. de tibiis veterum. Neque vero mirum tot et tam diuersos ordines sacris rite colendis apud Romanos constitutos fuisse, quoniam diligentissime illa obseruari summi esse momenti semper existimarunt, ita vt si minutissima etiam aliquis neglexisset, statim tota actio esset vitiosa, summi magistratus exauctorarentur, triumphus negaretur, quod nimirum persuasum

esset

esset Romanis magis ad Reip. salutem facere si Magistratus ac viri principes diuina suspicerent ac religentes essent quam si profligarent hostes, vt notat Plutarchus Marcello f. 300. cui iungendus Valerius Max. lib. 1. vbi et de relig. auspiciis. De vocabulis *creari*, *cooptari*, *capi*, *adlegi* confer Spanhemium de vsu et praestantia numismatum T. 2. p. 367.

X. Sacri ordines *Ecclesiastici* vel nascenti Ecclesiae peculiares sunt, vel cum succedentibus temporibus communes, vel postea demum superinducti. Nascenti Ecclesiae peculiares sunt *Apostoli* proprie sic dicti et *Euangelistae*, quanquam Apostoli nomen proprie de nuntiis epistolas publicas perferentibus consuetum vsurpari; ita enim Procopius p. 253. ad Iesaiam: *μέχρι δὲ νῦν Ἀποστόλους καλοῦσι τοὺς ἐν κύκλῳ παρὰ τῶν Ἀρχόντων περιφέροντας γράμματα*, non tantum Christo ipsi Ebr. III, 1. et Ioanni Baptistae apud Tertull. imponitur, sed et LXX. discipulis Domini, et discipulis Apostolorum, et iis qui diu post Apostolos in Ecclesia docuerunt et Euangelium propagarunt. Vide Valesium ad Euseb. p. 21 sq. et p. 41 sq. M. Antonium de Dominis lib. 2. de Rep. Eccles. c. 2. §44. Blondellum de Episcopis p. 50, 85, et 113. Petauium dogm. Theol. de Hierarchia Eccles. Maturinum Vess. la Crose, in dialogis Gallice editis p. 141 sq. D. Ioachimum Hildebrandum libro de Hierarchia Ecclesiastica Samuel. Basnagium Annal. politico ecclasiastic. T. 1. p. 288 sqq. et Io. Franc. Buddeum eccles. Apostol. p. 640 sq. Quemadmodum Constantinum M. inter Principes Apostolum *ἐν βασιλεῦσι Ἀπόστολον* dictum obseruat Grotius p. 21. de iure summarum potestatum circa sacra; et Papae Romano nomen Apostoli tribuunt Ioan. Venus et Gennadius apud Nicol. Comnenum pag. 346. praenot. mystagogic. Quam ob rem Apostolatum in ecclesia etiam post Apostolos semper durare nec cum eis defecisse audacter contendit Hadrianus Sarauianus. De Apostolis eorumque ministerio et auctoritate videantur Franciscus Burmannus de ministris N. T. extraordinariis differt. 2. vsque ad vndecimam: Casaubonus ad Baronium p. 277 sq. Petauius lib. 1. cap. 5. de Hierarchia Eccles. Nic. Serarius T. 1. Opuscul. Thom. Bilsonus de perpetua Ecclesiae Christi gubernatione, Frid. Spanhemius in quaternario dissertationum historici argumenti, tomo secundo operum recuso, pag. 289 sq. dissert. de Apostolis et Apostolatu. Ioan. Franc. Buddeus de ecclesia apostolica p. 644 sq. De Apostolorum eruditione singularem librum edidit Ioannes Lamius, Florentiae 1739, 8. Apostolorum episcopatum fuisse oecumenicum s. nulli certo loco alligatum ostendit Walo Messalinus s. Claudius Salmasius in libro de Episcopis et Presbyteris p. 198 sq. Episcopos quoslibet orthodoxos dictos fuisse Apostolos et Apostolicos et Ecclesias Apostolicas non tantum Romanam

manam oſtendit Blondellus loco laudato et B. Dorſchaeus part. 2. Vindic. in Exodum p. 125. agnoſcunt etiam Baluzius ad Vincentium Lerinenſem p.368. et Paſchaſius Queſnellus in notis ad Leonem M. pag. 867 et 871. Neque praetereundum quod non modo Ioannes Baptiſta, Prophetae et doctores Apoſtolorum nomine veniunt, vide Sirmondum ad Ennodium p. 76. Sed etiam ἡ Ἀποςόλος ſiue Apoſtola in feminino dicitur S. Thecla, apud Ioan. Erneſt. Grabium tom. 1. ſpicilegii p. 331. et ſimiliter aliae mulieres ſanctae apud Frontonem Ducaeum in notis ad Chryſoſtomum tom. 1. p. 90. De Apoſtolorum proprie dictorum praerogatiuis, vocatione, miniſterio et donis ſingularibus agunt etiam Henr. Dodwellus in diſſ. 1. ad Irenaeum, Guil. Caueus in introductione ad vitas Apoſtolorum et Stephanus Curcellaeus p. 716 ſq Operum. Vtut vero haud plane certum eſt quod a Iudaeis nomen Apoſtolorum mutuati ſint Chriſtiani, quum apud Graecos vetuſtiſſimos quoque paſſim Apoſtoli nomen pro miniſtro vel legato occurrat, vt apud Herodotum lib. 1. cap. 21. vide tamen quae de Apoſtolis Iudaeorum Baronius ad A. C. 32. Caſaubonus ad Baron. p. 274 ſq. Grotius ad Matthaei X, 1. Heinſius ad Lucae VI. Frid. Adolph. Lampius ad Io. XIII, 16. Morinus p. 260. Exerc. Bibl. Sam. Petitus Var. lect. c. 24. (lib. 2. cap. 20.) Seldenus de anno ciuili Hebr. cap. 15. p. 84. Petauius ad Epiphan. haereſi 30. et tom. 3. dogm. Theol. p. 683 et 739. edit. Pariſ. Ioan. Ern. Immanuel Walchius in antiquitatibus Damaſcenis p. 9 ſqq. vbi triplicis generis apoſtolos iudaicos fuiſſe monet, *primum* eorum conſtituiſſe apoſtolos Patriarcharum, de quibus agit D. Ioan. Frid. Mayeri diſſertatio de Apoſtolis Hebraeorum, Gryphisw. 1704. edita, in qua etiam de illorum Patriarchis duobus, vno in Palaeſtina, altero in Babylonia, quorum apoſtoli illi fuere adminiſtri; ad *ſecundum* pertinere apoſtolos ſynedriorum; *tertium* fuiſſe legatos ſynedriorum, qui שליחי צבור fuerunt dicti.

XI. De *LXX diſcipulis* praeter Burmannum parte 2. Exerc. pag. 95 ſq. diligenter agit Dauid Blondellus libro de Epiſcopis p. 99. vsque ad p. 125. qui p. 109. cum Apoſtolis aequo iure atque conditione fuiſſe contendit. Thomas Ittigius ſelectis capitibus hiſtor. eccleſiaſticae ſaeculi primi pag. 476. Guil. Cuperus in commentario de LXXII diſcipulis Chriſti, qui exhibetur in Actis ſanctorum Antwerp. menſis Iulii, T. 4. p. 16 ſq. et Chriſtoph. Aug. Heumannus in diſſert. de LXX Chriſti legatis, Göttingae 1743. edita. Blondelli ſententia per omnia admittenda non videtur, vt perſpicue patet ex electione Matthiae; quae nulla fuiſſet, ſi Matthias et Barnabas, vtpote iam inter LXX diſcipulos conſtituti, non per promotionem ad Apoſtolatum maius aliquod miniſterium fuiſſent adepturi. Pſeudo Dorothei libellum commentitiis LXX. diſcipolorum

nomi-

nominibus refertum, et de iisdem Iambos Nicephori Xanthopuli lubenter praeterimus. Omittimus etiam *Pseudapostolos*, de quibus D. Io. Georgii Neumanni diatriba lucem vidit, Witteb. 1708, 8.

De *Euangelistis*, quos Euangelizatores vocat Tertullianus libro de Corona militis, agit Burmannus part. 2. exercitationum pag. 215 seq. Frider. Spanhemius T. II. Oper. p. 266 sqq. Iacob. Basnagius histor. ecclesiasticae gallice editae T. 1. p. 419. Lud. Ellies du Pin Prolegom. in Biblia T. 2. p. 22 sq. et Dan. Guil. Mollerus in diss. de quatuor Euangelistis, Altorfii 1699. euulgata. De insignibus quatuor Euangelistarum confer dissertationem Iac. Thomasi Lips. 1667. editam, et Iust. Wessel. Rumpaei isagogen ad lectionem N. T. p. 21 sqq. Quanquam vero propria et singulari quadam appellatione IV. tantum sunt Euangelistae, cuius numeri rationes allegoricas ex S. Irenaeo et aliis veteribus attuli in Codice Apocrypho Noui Test. in quo etiam plura Apocrypha recensui Euangelia: tamen Etymologica vsurpatione ita dicti sunt non tantum Apostoli et Apostolici viri qui Euangelium Christi hominibus annunciarunt, sed etiam post illa tempora Euangelii doctores quicunque, quemadmodum Caesarius quaest. 45. quoque Magos qui ad Christi cunas venerunt vocat Ευαγγελιστὰς καὶ πρώτους κήρυκας ἐθνῶν τῆς θεανδρικῆς ἐπιφοιτήσεως. Quamobrem et Episcopus Meldensis Io. Benignus Bossuetus in historia Variationis Ecclesiarum protestantium p. 26 sq. sine magna ratione carpit Lutherum, quod in subscriptione litterarum ad Georgium Saxoniae Ducem, se Euangelistam Wittenbergensem appellauit, quod ex more illius aetatis fecit. Memini me in Bibliotheca Rev. D. Mayeri videre Litteras A. 1520. scriptas ad Lutherum tertio die Nouembris a Sebastiano Hoffmeistero, in quarum subscriptione hic se vocat sacrarum litterarum Doctorem Euangelistam apud Minores Constantiae, vt adeo hac aetate istud nomen vsurpare adeo insolens haud fuerit. De *Prophetis* Novi Testamenti vide eundem Burmannum Parte 2. Exercitat. dissert. 12. et sq. et Io. Laur. Moshemii dissertationem de illis, qui Prophetae vocantur in N. T. Helmstad. 1732. euulgatam, et in eiusdem dissert. ad H. E. pertinent. vol. 2. p. 125 sqq. recusam.

XII. Ordines Ecclesiastici nascenti Ecclesiae et sequentibus saeculis communes fuere hi tres, *Episcopi*, [13] *Presbyteri* et *Diaconi*. Ita non modo in sacris

[13] Σκοπὸς et ἐπίσκοπος pro custode et inspectore apud Aeschylum, Callimachum, Ciceronem VII, 11. ad Atticum, aliosque. Vide Ezech. Spanhemium ad Callimachum p. 158. Pontifex Maximus παρθένων ἱερῶν ἐπίσκοπος. Plutarch. in Numa. ἐπισκοποῦντες τὰ τῆς πόλεως ὤνια. Schol. Aristophanis ad Vespas, 1398. Euerhardus Otto de Aedilibus Coloniarum pag. 237 sq.

ſacris N. T. ſcriptoribus, ſed etiam apud Clementem Rom. Barnabam, Hermetem, Ignatium, et in Clementinis III, 67 et 71. vbi adduntur κατηχηταί. Ac de Epiſcoporum quidem ac Presbyterorum dignitate et iuribus, num eadem vtrorumque fuerit Apoſtolicis temporibus auctoritas, an Epiſcopi Presbyteris, iam ab Apoſtolorum tempore fuerint ſuperiores, acerrime et plurimis ſcriptis a Viris doctis fuit diſputatum. Epiſcoporum ſupra Presbyteros auctoritatem et diuino iure competentes praerogatiuas defenſitant Bellarminus libro de Clericis tom. 2. Controuerſ. et de ordine tom. 3. Dionyſius Petauius in libris de Hierarchia Eccleſiaſtica, Io. Morinus Part. 3. Exerc. 3. de ſacris Ordinationibus, Thom. Bilſonus, Epiſcopus Winthonienſis, de perpetua Eccleſiae Chriſti gubernatione Lond. 1611. 4. Io. Pearſonius in Vindiciis Ignatii part. 2. cap. 13. Beueregius Codice Canonum illuſtrato lib. 2. cap. 11. Henr. Hammondus in diſſertationibus de Epiſcopis et Presbyteris. Londini 1651. 4. et Tomo IV Operum Londini 1674. 1684. editorum, inque vindiciis earundem Anglice ſcriptis, quae T. 2. opp. eius p. 417 ſqq. leguntur, oppoſitis presbyterorum Londinenſium ſcripto, cui titulus: *Ius diuinum miniſterii Euangelici;* nec non in reſponſione ad animaduerſiones anonymi: *an anſwer to the animadverſions on the diſſertations touching Ignatius's Epiſtles and the Epiſcopacy in them aſſerted.* Thomas Bret in libro, cuius index: *the Divine Right of Epiſcopacy and the neceſſity of an Epiſcopal Commiſſion for preaching God's Word and for the valid miniſtration of the Chriſtian Sacraments;* cuius ſecunda editio prodiit Londini 1727, 8. Henricus Dodwellus in variis ſcriptis, Franciſcus Brokesby in Hiſtoria Hierarchiae Eccleſiae primitiuae per tria ſaecula et initium quarti, Lond. 1712, 8. aliique Epiſcopalium partium Angli et ſcriptores Romanae Eccleſiae, et graeci notante Allatio p. 1049. conſenſus. Omittimus recentius de Epiſcoporum neceſſitate dignitateque motas in Anglia controuerſias, in quibus in primis memoratu digna eſt ea, quam excitauit Hoadleius, Epiſcopus tum Bangorienſis, quam breuiter enarrat Georg. Wilh. Alberti in epiſtolis de recentiſſima conditione rei ſacrae et litterariae in Anglia, p. 573 ſqq. E contrario Epiſcopos et Presbyteros diuino iure et Apoſtolico more eiusdem plane eſſe dignitatis et auctoritatis diſputant prae ceteris Dauid Blondellus in libro de Epiſcopis et Presbyteris, Amſtelod. 1646, 4. Claudius Salmaſius in apparatu ad libros de primatu Papae et in diſſertatione Lugd. Bat. 1641, 8. edita de Epiſcopis et Presbyteris ſub nomine Walonis Meſſalini: Io. Dallaeus de ſcriptis Dionyſii et Ignatii lib. 2. c. 26. p. 386 ſqq. Chriſtoph. Matth. Pfaffius p. 52 ſqq. originum iuris eccleſiaſtici: Chriſtianus Dreierus in controuerſiis cum Pontificiis diſſert. 21. D. Io. Franciſcus Buddeus Exercitatione de origine et poteſtate Epiſcoporum, Ienae 1705, 4. et

Pro-

Proteſtantes fere communiter, atque in Anglia Presbyteriani. Vide et Baluzium p. 366 et 367 ſq. ad Lupum Ferrarienſem. Plurimorum Anglorum Epiſcopalium teſtimoniis regimen eccleſiae per Presbyteros probatur in libro: *Entretiens ſur la correſpondance fraternelle de l'Egliſe Anglicane avec les autres Egliſes Reformées.* Nec Caluino Epiſcoporum nomen vel auctoritas diſplicuit, niſi Theologi quidam Anglicani maluiſſent conſilium eius Reginam Eliſabetham clam habere. Vide Biblioth. Angl. T. I. p. 402. 404. 531. De auctoritate Presbyterorum in cauſſis dogmatum diiudicandorum in Eccleſia vide ſcriptum aduerſus conſtitutionem *Vnigenitus* editum, quod inſcribitur: *Apologie des Curez du Dioeceſe de Paris* 1718. 12. In veteri Eccleſia tres fuere Epiſcoporum gradus: *Patriarchae, Catholici,* ſiue *Exarchi,* ac *Primates.* Vide Salmaſium in Euchariſtica ad Sirmondum p. 295 ſqq. 311 et 417 ſqq. et apparatus p. 274. ac Beueregium ad ſynod. Chalcedon. canon. 9. Quum autem longo Eccleſiae vſu Epiſcoporum ordo ac Presbyterorum diſtinctus eſſet, *Aëtiani* [14] in quarto poſt Chriſtum natum ſaeculo qui nec dum ullum eorum diſcrimen (perinde vt hodie Presbyteriani) eſſe volebant, haereticis ideo adſcribuntur apud Epiphanium, Haereſi 75. num. 3. Alia tamen Proteſtantium noſtrorum ratio eſt, qui Epiſcopos et Presbyteros jure diuino quidem et Apoſtolico vſu pares fuiſſe affirmant nullam tamen legem ea de re latam, neque hoc iniunctum Chriſtianis a Chriſto vel Apoſtolis vti etiam de Epiſcopis fatetur in Irenico ſuo Stillingfleetus, et Frider. Spanhemius contra Io. van der Weyen bene demonſtrauit; ſubordinationes tamen Eccleſiaſticas ideo non improbant, vt plerique ipſorum in Eccleſiis ſuis eam amplectantur ipſi, dum ſupra Diaconos et Paſtores habent vel Epiſcopos et Archiepiſcopos vt in Suecia, Daniaque, Pruſſia ac Britannia: vel Praepoſitos, et Inſpectores, Superintendentes ac Superintendentes generales vt in Germania paſſim. Ac Superintendentis quidem vox (licet arrogantior videatur Danaeo et Sibrando Vomelio apud Crenium Tom. 16. animaduerſ. p. 223.) apud Hieron. Epiſt. 8. vt dixi obuia eſt, vti verbum *ſuperintendere* apud Auguſtinum XIX. 19. de C. D. In Saxonia frequentari coepit poſt viſitationem A. 1528. notante Seckendorfio. Confer Caſp. Ziegleri Superintendentem ad normam Conſtitut. Eccleſiaſticarum in Electoratu Saxonico deſcriptum, Dresd. 1688. 4. Ambroſio *Superinſpector* cap. 6. de dign. ſacerdotali. Epiſcopos in primitiua Eccleſia parochiis fere tantummodo, non amplioribus dioeceſibus praefuiſſe diſputat auctor libri Anglice vulgati Lond. 1712. 8. cui titulus: *a clear ac-*

D 2

[14] Salmaſius in Apparatu de Primatu Papae p. 113. Romanam Eccleſiam ipſammet arguit Aëtii veſtigiis inſiſtere in eo, quod in ſeptem ordinibus Epiſcopos ſub Presbyteris comprehendit, atque vnam τάξιν vtrorumque conſtituit.

account of the ancient Episcopacy. Acta Eruditor. tom. 6. supplementi p. 60 seq.

Episcoporum [15] praecipue erat ordinare in Clerum cooptandos, baptizare, confirmare, caussas ecclesiasticas decidere, pauperum curam habere, templa consecrare, disciplinam ecclesiasticam moderari aliaque similia, de quibus idem Blondellus late disserit, et ea interdum Presbyteris quoque concessa fuisse probat; quod sigillatim circa ordinationem [16] (praecipuum quoddam Episcoporum munus haberi solitum) probauit D. Io. Hulsemannus, Theologus Lipsiensis, in diss. de ministro ordinationis, Rev. Io. Guntherus, Ecclesiastes itidem Lipsiensis meritissimus, in Apologia Ministrorum Lutheranorum aduersus Christiani Helwig librum Vratisl. 1697. 12. vulgatum quod Presbyteri destituantur facultate ordinandi Presbyteros, Lipsiae 1698. 4. Germanice edita; Gothofredus Voigtius in exercitatione de presbytero legitimo ordinationis ministro. Rostoch. 1680. et nouissime scriptor Gallus de praeiudiciis falsis et legitimis, Delph. 1701. 12. praeiudicio 2. Vide etiam Rich. Simonem Bibl. selectae tom. 2. p. 12. sq. ex Isaaci Haberti ἀρχιερατικῷ, et p. 18. Edmundum Martene lib. 1. parte 2. de Ecclesiae Christianae ritibus p. 286 seq. Formulae ordinationis legi possunt apud Ioan. Morinum de sacris ordinationibus, et in Isaaci Haberti Αρχιερατικῷ: Rituale ordinationis exstat in symmictis Allatii. Ordinationes haereticorum, licet illicitas, tamen validas esse ostendit Pompeius Sarnelli Epistola 28. Ecclesiastica; contrariam vero sententiam tuetur Peronius T. 3. Opp. (Du Pin. T. 17. p. 31.) De ritu impositionis manuum in ecclesia vetere, ac degenere eius vsu disserit Frider. Spanhemius T. 2. Opp. p. 871 sqq. De varia manuum impositione Nicol. Serarius T. 1. p. 163. ad Iosuam, et S. V. Carol. Gottl. Hofmannus in dissert. de ordinatione Timothei Vitemb. 1754. edita, p. 24 sq. vbi simul contra Pontificios, Graecos et Anglicanos Theologos, Episcopali ecclesiae addictos, ostendit, hunc ritum ad ordinationis indolem absolute non pertinere, validamque, etiam illa omissa, esse eam ac manere. Apud Vopiscum in vita Saturnini memorantur Christi Episcopi, quod non aliud est quam Epi-

[15] Apud Dionysium de Hierarchia ecclesiastica tria recensentur munia Episcopi, ordinum collatio, vnguenti consecratio, et altaris benedictio. In Pontificali Romano sex: *Episcopum oportet iudicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, et baptizare.* Adde Allatium de consensu vtriusque ecclesiae. p. 1276 sq. Sacerdotum nomen proprie vsurpatum de Episcopis notat Iosephus Vicecomes lib. 1. de ritibus missae c. 1.

[16] Apud Iudaeos etiam Presbyter ordinauit Presbyterum, vt notauit Pfaffius p. 44. originum iuris Ecclesiastici. Vide Seldenum de synedriis Hebraeorum lib. 1. c. 14. p. 395 sq. lib. 2. c. 7. p. 681. Morinum de sacris ordinationibus Exerc. VII. c. 4. §. 6 sqq. et Vitringae Archisynagogum p. 426.

Epiſcopi Chriſtiani. Vide Io. Seldenum ad Eutychium p. 146. Epiſcopis neutiquam competere vt arma tractent, aut cum Iulio II. Papa abiectis Petri clauibus gladium Paulli arripiant, probauit Caſpar Zieglerus ὁ μακαρίτης in libro qui inſcribitur: Epiſcopus miles in veteri Eccleſia inuiſus, Fulbertus Carnotenſis in Epiſtola apud Edmundum Martene T. 1. theſauri anecdotorum pag. 130. et Io. Frider. Hebenſtreit in diſſert. de Epiſcopo milite Lipſ. 1720. Ioan. Vergerii de Havranne, Abbatis Sanegrani, (qui ſub Petri Aurelii nomine notior obiit Pariſiis 1643.) liber contrarii argumenti editus eſt Baſileae 1619. *Apologie pour Meſſire Henry de Chaſſeignier de la Roche Pezay, Eveque de Poitiers, contre ceux qui diſent, qu'il n'eſt pas permis aux Eccleſiaſtiques d'avoir recours aux armes en cas de neceſſité.* Vide Recueil des Pieces fugitives T. IV. p. 132-194. Epiſcoporum fuiſſe in coetibus publicis praedicare, iam ſupra, quum de concionibus veterum diceremus, obſeruare nos meminimus. Nunc addimus ex Concil. Tridentino ſeſſ. 24. c. 4. praedicationis munus, quod Epiſcoporum praecipuum eſt. Etiam catechizandi munus eis tribuitur ab Hieronymo Epiſt. ad Pammachium de erroribus Io. Hieroſolymitani. De Epiſcoporum officio circa poenitentes confer Morinum lib. VI. de poenitentia cap. 76 et IX. 33. Epiſcoporum eſſe benedicere notatur in conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 8. cap. 41. Praecipua quoque ipſorum cura fuit vt doctrinae et vitae Cleri obſeruatores eſſent, et exemplo pariter atque doctrina gregi ſuo praeirent, tanquam ſpeculatores a Domino conſtituti ſiue praeſides, praeſidentes, Praepoſiti ac Superintendentes, vt Hieronymo et aliis veteribus appellantur. Confer in Io. Fileſaci opuſculis variis diatribam primam, quae eſt de ſacra Epiſcoporum auctoritate, Pariſ. 1614. 8. De antiquis et maioribus Epiſcoporum cauſſis, condemnationibus, appellationibus videndus Iacobi Boileau liber Lugduni A. 1678 editus contra Cl. Davidis librum de iudiciis Canonicis Epiſcoporum. Solis Epiſcopis competere ius Haereticos abſoluendi et Eccleſiae reconciliandi, ex veteris Eccleſiae vſu probatum fuit libro ſingulari Io. Baptiſta Thiers, de quo Elias du Pin tom. 18. p. 281. Num integrum fuerit Epiſcopo ſucceſſorem ſibi ante obitum deſignare, vide Rob. Ienkeni defenſionem Auguſtini contra Ioannem Phereponum ſiue Clericum (Cantabrig. 1707. 8.) p. 95 ſq. De Epiſcopi throno in Eccleſia, Menardus p. 85. ad Sacramentarium Gregorii M. et Vol. III. theſauri gemmar. antiquar. aſtriferarum. De Epiſcoporum ordinatione, electione idem p. 299 ſq. cui, ſi quis vſum Eccleſiae Rom. recentioris aetatis noſſe velit, iunget Caerimoniale Epiſcoporum. Ritus ordinationis Epiſcopi in metropoli Rotomagenſi exhibetur a Mabillonio p. 228. Analectorum. Vide quoque eius muſeum Italicum T. 2. p. 85 ſqq. officium ordinationis Patriar-

chae Alexandrini exſtat in collectione liturgiarum Orientalium Euſebii Renaudoti T. 1. p. 467 ſqq. qui p. 491 teſtatur, ſe iuſtum de ordinationibus ſecundum diſciplinam Orientalium commentarium paratum habere. Ordinatio Patriarchae Neſtorianorum legi poteſt apud Aſſemannum T. 3. parte 2. Biblioth. Oriental. p. 667 ſq. 678 ſq. Epiſcopi p. 684 ſq. 690 ſq. 702. aliorum Clericorum p. 788 ſqq. Electio p. 643 ſqq. De ritu dandi presbyterium Papae, Cardinalibus et Clericis nonnullarum eccleſiarum vrbis ſingularem diſſertationem Petrus Moretus, Canonicus Baſilicae S. Mariae trans Tiberim euulgauit Romae 1741. 4. Ceterum notandum eſt, Gerardum Nicoſienſem primum A. 1208. ſe appellaſſe *ſedis apoſtolicae gratia Epiſcopum; alios Dei gratia vel miſeratione.* Vide Traité de l'auctorité du Pape T. 2. p. 43. Leidradus Archiepiſc. ad Carolum M. *Diuina diſpenſatione et veſtra miſeratione Lugdunenſis Eccleſiae Epiſcopus.* Vide Mabillonium T. 3. Analector. p. 28. Fulbertus Carnotenſis Epiſtola 4. *Domino ſuo Roberto Regi benigniſſimo Dei et ſui gratia Carnotenſi Epiſcopo.* T. 18. Bibl. Patr. p. 7. De baculo paſtorali ſiue pedo Epiſcopi Cangius Gloſſar. in πατερικὸν, Macri fratres in Hierolexico voce baculus et p. 387. vbi icon Gelaſii I. Papae cum baculo. Meibomius T. 3. rerum Germanicarum: Io. Ciambinus in diſſ. Hiſtorica an Romanus Pontifex baculo paſtorali vtatur, Rom. 1690. 4. Ioan. Andreas Schmidius in diſſertat. de baculo paſtorali. Helmſtad. 1697. et Tobias Eckhardus de pedo Epiſcopali. Goslariae 1734. De annulo paſtorali idem Schmidius diſſertationem edidit Helmſtadii 1705. De iure Epiſcoporum in eccleſias ciuitatum dioeceſeos ſuae videatur Ioan. Frontonis Epiſtola Pariſiis 1659. Du Pin T. 17. p. 277. ſq. Contra abuſum exemptionum Traité de l'Autorité du Pape T. 2. p. 94 ſqq. De abuſu exſpectantiarum, ibid. p. 169 ſq. De depoſitione Epiſcoporum et accuſationibus aduerſus eos non facile admiſſis, agit Petrus de Marca in opere de concordia Sacerdotii et Imperii lib. 6 et 7. Quanquam vero Epiſcopi ex Presbyteris et Diaconis legendi eſſent, tamen non deſunt exempla Epiſcoporum ex Laicis ad illam dignitatem per ſaltum vt loquuntur euectorum, quales ſunt Ambroſius, Nectarius, Taraſius, Nicephorus, Photius aliique apud Leonem Allatium p. 169. libri de aetate et interſtitiis ordinum apud Graecos. His addes Talaſſum de quo Socrates VII. 48. et quae Valerianus Flauingius in vindiciis ad theſin Cleueſianam de Epiſcopatu, de quo libro Elias du Pin tom. XVIII. Bibl. ſcriptorum Eccleſ. pag. 102. De translationibus Epiſcoporum ab vna ſede in aliam Eccleſiam adeundus laudati Ziegleri libellus de Clerico renitente. Ioan. Andr. Schmidii diſſertatio de translationibus Epiſcoporum, Presbyterorum et Diaconorum. Helmſtad. 1702 et Ioan. Georg. Walchii diſſertatio de translationibus miniſtrorum

ſtrorum in veteri' eccleſia. Ienae 1745. De *Epiſcopiſſis* edita eſt Rev. D. I. F. Mayeri diſſertatio, cuius titulus non ita eſt intelligendus, ac ſi regimen Eccleſiaſticum olim commiſſum fuerit etiam feminis, ſed quod inter primos Chriſtianos etiam Epiſcopi non defuerint vxorati. Ἱερίσσας vocat et Epiphanius LXXIX. 4. De *Epiſcopis titularibus*,[17] ſiue titulotenus Epiſcopis atque, vt per ludibrium appellati ſunt, *multa tenentibus*, in Romana Eccleſia vide Michaelem Siricium in abominationibus Papatus p. 44. Hallenſium obſeruationes ſelectas tom. I. p. 63 ſq. Matthiam Flacium in limine confutationis Epiſcopi Sidonii, et Andr. Hieronymi Andreacei tractatum de Epiſcopo titulari ſeu in partibus infidelium. Romae 1733. 4. quibus adde quae de ſimili apud veteres vſu Beueregius ad Synodicum pag. 65. a. pag. 67. b. et quae de Epiſcopis honoris cauſſa ob inſignes virtutes ad nullum certum locum creatis notat Mich. de Quien ad Io. Damaſcenum tom. 2. p. 667. licet olim vix quisquam ordinatus ſit ſine titulo, hoc eſt vt non ad certam Eccleſiam deſtinaretur. Vide Baluzium ad Lupi Ferrarienſis Epiſt. 29. p. 363. De *Chorepiſcopis* ſiue villanis Epiſcopis, (Landbiſchof) epiſcoporum veluti adiunctis atque vt ita dicamus ſuffraganeis, videndi Suicerus in Theſauro, et in Gloſſariis Cangius ac Lindebrogius, imprimis vero Morinus part. 3. Exerc. 4. de ſacris ordinatt. Carolus le Cointe ad A. C. 813. T. VII. p. 273 ſqq. Blondellus lib. de Epiſcopis p. 93 ſqq. qui primam eorum mentionem in concilio Ancyrano can. 13 et in Occidente ſerius receptos obſeruat. Multa etiam de iisdem Chorepiſcopis etſi non admodum inter ſe conſpirantia Petauius ad haereſin 79. Epiph. p. 277 ſq. et tom. 3. dogm. theol. p. 789. 795 ſq. edit. Pariſ. Petrus de Marca II. 13 ſq. de concordia Sacerdotii et Imperii, M. A. de Dominis II. 9. de Rep. Eccleſ. Salmaſius ſub Walonis Meſſalini nomine latens p. 225 ſq. 312 ſq. et apparatu de primatu Papae p. 54 ſq. 94 ſq. Beueregius ad can. 13. Ancyran. p. 175 ſq. Dan. Larroquanus aduerſar. ſacr. p. 55. Pompeius Sarnellus in Epiſtolis Eccleſiaſticis Italice editis Epiſtola 5. et Franciſcus Brokesby in hiſtoria Hierarchiae Eccleſiae primitiuae c. 13. A Chorepiſcopis diſtincti erant *Periodevtae* ſiue Presbyteri ἐπιχώριοι ac *viſitatores*, in concilio Sardicenſi et Chalcedonenſi memorati, regendis per vicos ac pagos parochiis, licet nonnulli confundant. Vide Beuereg. ad can. 57. Laodicen. Caueum

[17] Ex Cypriani Epiſtola 69. Ioannes de Turrecramata ſumſit argumentum inuehendi in *Epiſcopos titulares*, qui neque eccleſiam habent neque plebem de quibus Baluzius III. 19. hiſtoriae Tutelenſis. De iis tollendis actum in concilio Tridentino, vt docet Raynaldus ad A. C. 1547. N. 76. *quod ab illis multa damna et incommoda ſuſtineat Eccleſia, et nullam vel modicam vtilitatem recipiat.* De iis etiam tollendis actum poſtremo eſt ad relationem illuſtriſſimi viri Franciſci Boſſueti, Epiſcopi Lodouenſis, A. 1656 in conuentu eccleſiae Gallicanae. Vide Acta p. 300. 344. *Haec Baluzius p. 268. ad Cyprianum.*

Caueum primitiv. Chriſtianiſm. pag. 224. Menagium amoenitat. iuris c. 35. Iuſtellum ad Codicem Eccleſiae vniuerſae p. 217 ſqq. Combefiſium ad S. Maximum T. 1. p. 680. Ioſephum Simon. Aſſemannum Bibl. Oriental. T. III. P. 2. Georg. Clementis Drauden et Chriſtoph. Matth. Pfaffii obſeruationes de Periodevtis, quae inſertae ſunt Vol. VI. des heßiſchen Hebopfers pag. 722 ſqq. et Guſtaui Georg. Zeltneri diſſertat. de Theologo circuitore, ſeu de Periodevtis veteris eccleſiae reſtituendis. Altorfii 1718. De *Theodromis*, qui diuerſi ſunt a Periodevtis, diatriben Coburgi 1718. 8. edidit Henr. Rudolph. Fiſcher. *Epiſcopi Cardinales*, quibus praeter Epiſcopatum ſuum alius quoque morte Epiſcopi vacuefactus ac vacans ita fuit ſubiectus, vt binarum eſſent Epiſcopi Eccleſiarum. Acta Erud. A. 1713. p. 382. De *Suffraganeis* Andreas Sauſſaeus p. 89 ſq. de Myſticis Galliae ſcriptoribus. Iam *Coepiſcopi* iam *Comprouinciales* ab antiquioribus dicuntur, qui Metropolitano ſubduntur Antiſtites. Launoius inquiſitione in chartam immunitatis p. 39 ſq. De *Epiſcopo viſitatore* quando Eccleſia Antiſtite proprio deſtituitur, vide Franciſci Nicolai diſſ. Rom. 1710. 4. et Ephemerides Pariſ. A. 1710. Nou. p. 591 ſq. et A. 1712. Octobr. p. 468. De Epiſcopis pleraque notatu digna collegit Caſp. Zieglerus in erudito ſuo de Epiſcopis libro. Ad Iacobi Vſſerii concilium de reducendo Epiſcopatu ad formam regiminis Synodici in antiqua Eccleſia recepti, diſputat nonnulla Io. Hoornbeckius lib. 1. miſcell. ſacror. cap. 25. De *cathedra Epiſcopi* Pompeius Sarnelli in antiqua Baſilicographia c. 48. De *iurisdictione eccleſiaſtica* conſulatur Nicolaus Petitpied in libro de iure et praerogatiuis Eccleſiaſticorum in adminiſtratione iuſtitiae ſaecularis. Gallice Pariſ. 1705. 4. S. Bouſſacus Noct. theolog. diſſ. 29. p. 335 ſqq. Ioſephus Binghamus Origin. Eccleſiaſtic. lib. V. c. 2 ſq. Martinus Schraderus de cauſſis fori eccleſiaſtici. Guelpherbyti 1710. 4. Traité hiſtorique et dogmatique des Privileges et Exemtions eccleſiaſtiques. 1715. 4. Antonii Arrighii Oratio de iurisdictione Pontificum, adiecta eiusdem Hiſtoriae iuris Pontificii. Patauii 1731. 4.

XIII. *Presbyteros* dictos *Sacerdotes ſecundos* notat Sirmondus T. 1. Opp. p. 945 ſq. 967. omniaque illis fuiſſe communia cum Epiſcopis fatetur Hieronymus, ſolam excipiens ordinandi poteſtatem, de qua iam ſupra diximus. Quod presbyteri non deſtituti fuerint facultate ordinandi presbyteros contra Chriſtiani Helwichii librum editum Vratislauiae 1697. 12. et Natalem Alexandrum ſaec. IV. diſſ. 44. § 28 ſqq. euicerunt iidem, quos paullo ante p. 656. laudauimus, ſcriptores: quibus addatur Io. Georg. Pertſchii umſtändlicher Beweis, daß die proteſtantiſche Kirche rechtſchaffene Prediger habe. Hildeſiae 1732. 4. Franciſci Rothfiſcheri Ablaß und Jubeliahr, P. II. §. 25-28.

Da-

Daniel Salthenius in diſſertatione ſententiam I. C. Heinzelmanni de Διακόνοις νεοφύτοις examinante. Regiomonti 1739. edita; et J. C. Heinzelmannus in commentatione de Epiſcopis et Diaconis primaeuae eccleſiae Chriſtianae diſſertationi Danielis Salthenii oppoſita. Helmſtadii 1740. euulgata. Apud primos vero Chriſtianos Presbyterorum munus peculiariter etiam fuiſſe Eccleſiae negotia externa curare, neque omnes functos fuiſſe officio docendi ac praedicandi Euangelium, contendit V. C. Iuſtus Henningus Boehmerus obſervationibus ſelectis ad Petrum de Marca p. 23 ſq. provocans ad locum Apoſtoli 1 Timoth. V. 17. Vide ſis etiam Claudii Fonteii ſiue, qui ſub illo nomine latet [18] Iacobi Boileau, diſſertationem A. 1668 editam et Taurini 1678. 8. recuſam de antiquo Presbyterorum iure in regimine Eccleſiae. Presbyteros vero temporarios in veteri Eccleſia nullos fuiſſe probat Hugo Grotius cap. XI. libri de poteſtate ſummarum poteſtatum circa ſacra §. 13. Presbyteri debebant eſſe 30 annorum, vt probat Suicerus πρεσβύτερος et Leo Allatius in libro de aetate in collatione Ordinum apud Graecos p. 37 ſq. Rom. 1638. 8. vbi et de aliis ordinibus qua aetate ad illos admitterentur. Inter Presbyteros praecedebat, qui prius ordinatus eſſet, vt docet Paſchaſius Quesnellus p. 270 ad Leonem M. Plerumque XII. erant Presbyteri in vna Eccleſia ſecundum numerum totidem Apoſtolorum, vnde Marcum duodecim Presbyteros Alexandriae conſtituiſſe narrat Eutychius. Conf. Grotium ad Apocalypſ. V. 5 et 7. et Dodwellum libro Anglice edito de vno Sacerdotio et vno altari c. 12. p. 349 ſq. ſed ſi vſus Eccleſiae plures ferret, plures etiam adſciſcebantur, vti Romae tempore Cypriani et Cornelii Presbyteri fuerunt XLVI et CPolitana Eccleſia Iuſtiniani temporibus habuit Presbyteros LX. De Presbyterorum partibus in miſſa vide Ioſephum Vicecomitem lib. 1. de ritibus miſſae c. 21 ſqq. De *Presbytero poenitentiario* videndi Socrates V. 19. Sozomenus VII. 16. et ibi Valeſius, Nicolaus Comnenus p. 209. praenotion. myſtagogic. Ioan. Haſſelius in Concil. Trident. T. 14. Labbei 1121 ſqq. B. Martinus Chemnitius examine Concilii Trid. part. 2. vbi de confeſſione pag. 348 ſq. Ioan. Forbeſius Inſtruct. Hiſtorico-Theol. p. 666 ſq. Io. Dallaeus de Confeſſione IV. 2. Guil. Caueus Epiſt. ad Caſp. Calvoerium; tomo poſteriori ritualis Eccleſiaſtici a Calvoerio editi ſubiecta, atque in Actis Eruditorum A. 1705. p. 167 repetita. Dionyſ. Petauius diſſ. Eccleſiaſtic. pag. 179 ſq. Latinus Latinius tom. 1. Epiſt. pag. 318. 325 ſq. Emmanuel Schelſtratenus ad Concil. Antiochen. p. 289 et Natalis Alex. Hiſtoriae Eccleſ. tom. 8. p. 176 ſq. edit. in fol. De *Presbyteriſſis* ſiue viduis et matro-

[18] Du Pin. T. 19. p. 66. Vide etiam Memor. Treuoltin. 1710. p. 650.

matronis aetate prouectis quibus negotia quaedam externa pauperesque et aegroti ab Ecclesia curandi committebantur, (πρεσβύτιδας vocat Apostolus Tit. II. 3. nonnulli etiam πρεσβυτερίδας Ferrandus Diaconus *viduas seniores*) vide Grotium ad Phil. IV. 3. Suicerum in πρεσβύτις, Samuelem Basnage Annal. tom. 1. p. 452. Coteler. ad constitut. Apostol. III. 9. Wolfgangum Gundlingium aliosque viros doctos ad Can. XI. Laodicen. vbi Presbyterae siue vt Isidorus Mercator appellat *matricularίae* constitui prohibentur, et Matthias Zimmermannus Superintendens Misenensis libro singulari de Presbyteris et Presbyterissis, Annaeberg. 1681. 4. inprimis a p. 48. vbi Presbyterorum etiam vxores Presbyteras vt episcoporum episcopas, dictas obseruat, et p. 78. vbi de Presbyteriarum abrogatione, et quomodo a diaconissis, quae saepe erant virgines differrent.

XIV. De Diaconis, (qui Episcopi ἀκοὴ, ὀφθαλμὸς, στόμα dicuntur, vide Cotelerium ad Constitut. Apostol. II. 44.) consuli poterunt B. D. Casp. Ziegleri liber de Diaconis et Diaconissis veteris Ecclesiae Witeb. 1678. 4. Morinus part. 3. Exerc. 9. de sacris Ord. et Io. Pearsonii lectiones ad acta Apostolorum p. 53 sq. Sam. Basnage ad A. 35. n. 8 - 13 et Menardus p. 287 seq. ad Gregorii M. Sacramentarium. Campegius Vitringa in Synagoga Vetere lib. 3. c. 21. 22. 23. vbi ministros Synagogarum Iudaicarum confert cum Diaconis Ecclesiae Christianae, quemadmodum praefectos Synagogarum cum Presbyteris et Praepositis Christianis Ioan. Franc. Buddeus Ecclesiae Apostolicae p. 748. Nic. Hieron. Gundlingius in Gundlingianis parte 11. p. 126 sqq. et Ioseph. Binghamus Origin. Ecclesiastic. lib. 2. c. 20. Diaconos septem memorant acta Apostolorum c. 6. Sic Romae VII. Diaconos fuisse testatur Sozomenus lib. VII. 19. adde Edmundum Martene lib. 1. de antiquis Ecclesiae ritibus p. 328 sq. S. Maximum ad Dionysium T. 1. p. 305. Ioseph. Vicecomitem de ritibus missae lib. 1. c. 20. et Dan. Guil. Mollerum de septem primis Diaconis Ecclesiae. Altorfii 1696. Quem numerum Henr. Dodwellus in libro Anglice edito de vno Sacerdote et vno altari c. 12. repetit a VII Angelis Apocalyps. I. 12. Aetas Diaconorum debebat esse annorum 25. vt probat Allatius p. 37 sq. de aetate Ordinum. *Philotoei CPol.* ordo instituendi Diaconum legitur T. 26. Bibl. Patr. Lugd. p. 214. Diaconis etiam absente Episcopo et Presbytero concessa fuit clauium potestas. Vide quae ad locum S. Cypriani Epistola 18 disputat Auctor vitae illius Gallice editae diss. 1. Contra Facidium diaconos presbyteris aequare incipientem Hieronymus Epist. 85. ad Euagrium, et Augustinus Quaest. 101. V. et N. T. De Diaconissis, quae ante annum aetatis 40, vel 60, secundum 1 Timoth. V. 9.

et

et Valentiniani ac Theodosii constitutionem non adsciscebantur, agunt viri docti ad celebrem Epistolam Plinii, tum idem Zieglerus libro de Diaconis cap. vlt. Cangius ad Alexiadem Annae Comnenae p. 416. 421. Pompeius Sarnelli in Basilicographia cap. 17. Beueregius ad Canon. XV. Chalcedonens. Iustellus ad Can. XIX. Nicaenum, Morinus part. 3. Exerc. 10. de sacris Ordinat. Basnage ad A. C. 35. n. 14 sq. qui illis quoque manus impositas num. 17. obseruat contra Baronium: Cotelerius tom. 1. Patrum Apostol. p. 287. Allatius in consensu orientalis et occidentalis Ecclesiae p. 675. Dionysius Petauius ad Epiphanii Expositionem fidei p. 348 sq. Iacob. Gothofredus ad codic. Theodosian. T. 6. p. 60 sq. Ioan. Cabussutius Notit. Ecclesiast. p. 25. Ioseph Binghamus Origin. Ecclesiast. lib. 11. c. 22. Franciscus Maria Florentinius in exercitatione 15 ad Martyrologium Hieronymo tributum p. 979 sqq. Ioan. Pinius in tractatu de Ecclesiae Diaconissis, qui praemissus est Actis Sanctor. Antuerpiensib. mensis Septembris, T. 1. p. 1 sqq. Agnellus Honoratus, Dissert. Lucae 1737, 4. editarum pag. 64 sqq. et Ioan. Philippus Odelem in dissertat. de Diaconissis primitiuae Ecclesiae. Lipsiae 1700. Praecipuum Diaconissarum munus in praeparandis Agapis positum fuisse censet Ioan. Dav. Michaelis in nota 76. paraphrasi 1 Ep. Pauli ad Timoth. p. 57 subiecta. De Diaconissis apud Syros; quarum mentio etiam in Syrorum ordinationibus apud Morinum p. 502. vide Assemannum in dissert. de Monophysitis T. 2. Bibl. Oriental. litt. f. 2. Sororem Augustini, *praepositam ancillarum Dei* vocat Possidius in Augustini vita cap. 76. De virginibus Ecclesiasticis (quae a Monialibus distinctae) vide Valesium ad Sozomeni VIII. 23. Mulieribus nunquam concessum est ministrare in missa. Vide Iosephum Vicecomitem lib. 1. de ritibus missae c. 13. nisi quod canerent alternantibus in Ecclesia choris marium et feminarum. Id. c. 33.

XV. Praeter Episcopos, Presbyteros et Diaconos succedente tempore, atque Religione Christiana latius latiusque propagata et inualescente, longe plures Ordines Ecclesiastici in vsu esse coeperunt, atque in singulis etiam illorum trium plures excogitati gradus atque praerogatiuae titulorum, primis temporibus ignoratae. Henricus Noris diss. de quinta Synodo p. 76. quatuor ordines Episcoporum introductos obseruat, vnum quidem eorum qui vni vrbi vel Parochiae praeessent: Alterum *Metropolitanorum* [19] qui vni prouinciae: ter-

[19] De *Suffraganeis Metropolitanorum* Baluzius p. 421 sq. ad Lupum Ferrariensem. De Metropolitanorum auctoritate conferatur Ioan. Launoius Epistol. p. 743 sq. Iosephi Mottae differt. de Metropolitico iure Venet. 1726 4. et Ioan. Gottfr. Koerner in diss. de Metropolitanorum in ecclesia veteri auctoritate. Lips. 1751.

tertium *Autocephalos Archiepiscopos* siue *primates Exarchos* [20] qui aliquot prouinciis essent praepositi, et denique *Patriarchas* qui plurium dioeceseon praesulatum tenerent. Dum nempe ciuilem prouinciarum distinctionem sequuta est in plerisque hierarchiae etiam Ecclesiasticae ratio, hinc metropoleos Antistes praerogatiuam et jura nactus prae Episcopis, per dioecesin illam cuius metropolitanus erat, sedem obtinentibus. Confer Iac. Vsserii librum de Episcoporum et Metropolitanorum origine, Londini 1687. 8. Launoium parte VIII. epist. 12. Beueregium lib. II. Codicis canonum vindicati cap. 5. Emanuelem a Schelstrate diss. de auctoritate Patriarchali et Metropolitana aduersus Stillingfleetum, Rom. 1687. 4. Marcum Anton. de Dominis lib. 3. de Republica Ecclesiastica c. 2 et 5. Gebh. Theodori Meieri politiam Ecclesiae primitiuae ad politiam ciuilem formatam, Helmst. 1676. Ludov. Ellies du Pin dissert. 1. de antiqua Ecclesiae disciplina, Paris. et Amstelod. 1691. 4. Dominicum Georgium de antiquis Italiae metropolibus. Romae 1722. 4. Georg. Clementem Draudium in commentatione de Metropolitanis ecclesiae veteris, quae legitur Vol. IV. des hessischen H.bopfers p. 675 sqq. Ob similem caussam factum, vt qui in aula Imperatoris vel Regis praeesset sacris, (*archicapellanos* vocauit sequior aetas) praeferretur omnibus regni Episcopis, Archiepiscopis et Metropolitanis, vt notatum Baluzio ad Lupum p. 450. 473. qui pag. 422 docet munus illud quandoque datum obeundum tantummodo ad certum tempus, qui vero illud gereret, eum non modo Ecclesiastica diiudicasse, sed alicubi ciuilibus etiam negotiis in palatio interfuisse. Vide p. 384. Ceterum Ioanni Morino assentiri non dubito, qui libro 1. Ecclesiasticar. exercitationum, exercitatione 15 a Patriarchis ex antiquo Ecclesiae vsu diuersos ponit magnae alicuius et plurimum prouinciarum ἐπαρχίας metropolitas, siue vt H. Noris diss. de Synodo V. p. 76. vocat, *Exarchos primates*, quales in Africa *Senes* dictos obseruat Sirmondus tom. 2. Opp. p. 838. Arabibus et aliis orientalibus *Catholicos*. Beueregius p. 216. ad magnum Synodicum. In primariis deinde dioecesibus Episcopi metropolitani interiecto tempore vel *archimetropolitani* (vide Baluzium ad Lupum Ferrariensem p. 415.) vel vsitatiore vocabulo *Patriarchae* dicti sunt, quorum celeberrimi fuere in Oriente quidem Hierosolymitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Constantinopo-

[20] De *Exarchis* Jo. Morinus p. 250 sq. Operis de sacris Ordinatt. De aliis Ecclesiis quae praeter primarias quinque sedes, Patriarcharum titulo vsae sunt, vide Allatium lib. I. de consensu vtriusque Ecclesiae c. 25. Primus Patriarchae titulum in concilio Antiocheno A. C. 342 tulit Episcopus Antiochenus. A quinto saeculo Patriarcharum dignitas Exarchorum mentionem aboleuit. De Primatibus egit Petrus de Marca in diss. de Primatu Lugdunensi.

nopolitanus et in occidente Romanus. A Theophane primus Patriarcha CPolitanus appellatur Anatolius in coronatione Marciani Imp. p. 89. Primus Patriarcharum Christianorum meminit Socrates lib. V. c. 8. Nam in Vopisci quidem Saturnino c 8 *ipse ille* (lege cum If. Vossio *Hillel*) *Patriarcha*, et apud Marcellum Empiricum c. 23. *Gamalielus Patriarcha* Iudaeorum intelligitur. Quinque Patriarchatus ecclesiae Christianae quinque corporis sensibus respondentes, (Allatius p. 238. de consensu) primum stabiliti in Canone 36. concilii CPolitani in Trullo habiti, A. C. 680. qui adeo Patriarchae, plures etiam sub se dioeceses, plures Metropolitanos et Archiepiscopos habere coeperunt, inde Patriarchae titulus tributus quandoque etiam Archiepiscopis, vt notauit Allatius de consensu p. 436. Per haereses in Oriente factum est, vt in vna eademque dioecesi plures sint Patriarchae, alius *Armenorum*, alius *Iacobitarum*, alius *Maronitarum*, alius *Nestorianorum*, alius *Coptorum*. Allatius III. 8. de consensu p 1001. De Aquileiensi Patriarcha confer H. Noris diss. de V. Synodo c. 10. p. 89 et quae de Patriarcharum ac Primatum origine ac iuribus, Beueregius et alii viri docti ad Canon. VI. Nicaenum et ad Canonem I. Constantinopolitanum: Io. Seldenus ad Eutychii origines Alexandrinas p. 2 sq. Marcus Antonius de Dominis lib. 3. c. 15. Dauid Blondellus in libro *de la primauté en l'Eglise* p. 538 sqq. 560 sq. 567 sqq. qui etiam de Exarchis p. 528. de Primatibus p. 527. de Metropolitanis p. 526. et de Archiepiscopis p. 523. Allatius lib. 1. de consensu c. 8. Sirmondus lib. 2. Propemtici, cuius exactissimae diligentiae nihil superesse, quod addatur, ait Valesius p. 104. ad Euagrium. Io. Guil. Ianus in dissert. de origine Patriarcharum Christianorum. Witteberg. 1718. Patriarcha Vlyssiponensis primus creatus est a Clemente XI. A. 1716. Thomas de Almeida. De ritu creandi Patriarchas apud Graecos Allatius contra Creyghtonum p. 725 sq. De Patriarcha CPolitano Petrus de Marca in dissert. postuma de institutione patriarchatus CPolitani, et Iac. Elsnerus in der neuesten Beschreibung der griechischen Christen cap. III. De dignitatibus et officiis eorum, qui Patriarchae CPolit. assistunt videndus Allatius de consensu p. 1028 sqq. Idem p. 1003 memorat *Zachariam Vartabliet*, Patriarcham CPolitanum nationis Armenae. De ritu creandi Patriarchas apud Graecos Allatius contra Creyghtonum p. 725 sq.

XVI. Neque vero Patriarchis his quinque, nedum vni Romano tota subjecta fuit Ecclesia, sed vt Eduardus Brerewoodus in veteri Ecclesiae gubernatione patriarchali [21] probatum dedit, tempore concilii Nicaeni et post plu-

[21] Subiicitur Iacobi Vsserii opusculis de origine Episcoporum et Metropolitanorum, et de Asia proconsulari, Lond. 1687 et Bremae 1701. 8.

plures mansere Ecclesiae nulli ex Patriarchis subiectae, transmarinae praesertim, vt Africanae, quarum primus fuit Carthaginiensis Episcopus, et Patriarchico iure in VI prouincias Dioeceseos suae vsus. Similiter Britannica Ecclesia nulli externae subdita iurisdictioni, sed primatem suum habuit Episcopum Eboracensem, quod argumentum tractauit etiam Io. Barnesius de Ecclesiae Britannicae libertate et exemptione a Romano patriarchatu, et Eduardus Stillingfleetus [22] in Originibus Britannicis. Quod porro Cardinalis Perronius in Perronianis p. 232. omnes Patriarchas vicarios esse Pontificis affirmat, et hoc iactat se vnum obseruasse merito illi relinquitur tanquam commentum nulla dignum fide, nullo argumento saltim verisimili confirmandum. Licet idem ante eum docuerint Ioannes Torquemada et Petrus Paludanus. Quam vero sententiam igne dignam iudicat Almaynus apud M. Antonium de Dominis II. 5. de republ. Ecclesiastica. Ita, quas Pontifex Romanus iam a tot saeculis sibi arrogat super omnes Ecclesias atque Episcopos praerogatiuas, auctoritatem potestatemque, per prima a Christo nato saecula toti Ecclesiae ignotas fuisse, a multis iam est ostensum non Protestantibus modo, vt Dauide Blondello de primatu in Ecclesia, quod opus Gallice prodiit Geneu 1641. fol. Frider. Spanhemio T. 2. Opp. pag. 439 sqq. qui p. 468. Anonymum Graecum laudat περὶ τῶν πρoτείων τοῦ πάπα, e Bibliotheca Lugdunensi. Isaaco Barrow T. I. Operum. Laurentio Howel in libro, a View of the Pontificate. Londini 1712. 8. et Salomon. Deylingio in dissertationibus duabus de nouitate regiminis Ecclesiastici in ecclesiam vniuersam. Lipsiae 1729 et 1730 editis: sed et ex ipsa etiam Ecclesia Romana, praecipue a Gallis, inter alios ab iis qui Canonem sextum Concilii Nicaeni illustrarunt, et aduersus primatum, siue vt Paullus Venetus apud Claudium Sarrauium [23] non absurde vocauit, *Totatum* (Salmasius *suprematum*) Papae Romani, scripserunt non minus candide quam solide atque erudite. Primatum Pontificis ex solis sacris litteris probari non posse in colloquio Rheinfeldensi A. 1651. candide professus est Valerianus Magnus. Olim electioni Pontificis adfuere et electionis decreto subscripserunt *vniuersus clerus, Optimates et vniuersa militaris praesentia et cuncta generalitas populi Romani.* Vide librum diurnum a Io. Garnerio cum notis editum p. 12, 13, 16, 20, 23, 32, etc. A solis Cardinalibus praeterito Henrici III. Imperatoris, tunc minorennis, consensu, de quo Petrus Damiani Opusc 4. inconsulto reliquo Clero et Pop. Rom. primus Senis A. 1059, Papa electus est Nicolaus II. qui deinde in concilio

[22] Stillingfleeto Emanuel a Schelstrate opposuit dissertationem de auctoritate Patriarchali et Metropolitica, Rom. 1687. 4.

[23] P. 210. Epist. editionis primae.

cilio Mantuano A. 1060 habito facultatem illis dedit eligendi Pontificem. v. Thom. Stapleton II. 13. de magnit Eccl. Rom. Postea ius illud confirmarunt Alexander III. Gregorius X. et Clemens V. Confer Papebrochium in propylaeo ad Acta Sanctor. Maii p.*196. qui etiam exhibet varia Acta Electionis vt Vrbani VI. Ao. 1378. p.*95 sq. Nicolai V. A. 1447. p.*121. 125. Callisti III. A. 1455. p.*127. nec minus historias Conclauium, Clementis V. Iulii II. et sequentium, et historiam interpontificiorum. Actum inaugurationis et coronationis Innocentii X. fusius descripsit et tabulis aeneis exornatum dedit in Roma triumphante Laurentius Banck. Franekerae 1645 et 1656. 12. De electione Pontificis R. consuli possunt Hieronymi Bignonii Traité sommaire de l'Election des Papes. Parisiis 1604. 4. Petri Mariae Passerini tractatus de electione P. R. Romae 1670. fol. Ioan. Frid. Mayerus in commentario de electione Romani Pontificis, qui cum Alzonini, Cardinalis, Aphorismis politicis, recusus est Osnabrug 1691. 4. I. B. Maius de R. P. electione, Caesarumque circa eam iure, cum Muhlii diss. de molitionibus Pontificum adv. Imperat. Reges et Principes. Kil. 1729. et Petrus Businellus de summi Pontificis eligendi forma. Pataui 1758. 8. Caerimoniale electionis P. R. legitur in Cherubini Bullario T. 3. p. 405. Edidit quoque Ioan. Gerhard. Meuschenius Caerimonialia electionis et coronationis P. R. et Caerimoniale Episcoporum, iuxta prima, genuina ac rarissima exemplaria Romana, Veneta et Taurinensia, vna cum curioso ἀνεκδότῳ de creatione Papae Pii II. et Leon. Aretini opusculo de temporibus suis, nec non Augustini Oldoini catalogo auctorum, qui de Romanis Pontificibus scripserunt. Francof. 1732. 4. Pontificis R. titulos et elogia persequuntur Theoph. Raymundus tom. 10. Opp. et Abrahamus Bzouius. Papa [24] ἀντονομαστικῶς pro Romano Pontifice vix reperitur apud antiquiorem scriptorem quam Ennodium et in Actis concilii Toletani A. C. 405. Et Apostolica sedes ἀντονομαστικῶς pro Romana vix ante Augustinum. Vide Sirmondum ad Ennodium p. 18 sq. et Casaubonum in Casaubonianis p. 147. Olim Papa vocabatur quilibet Episcopus, vt notant Launoius Epistol. f. 545 sq. Sauaro ad Sidonium p. 360 sq. Baluzius ad Lupum p. 420. ed. Lips. Bignonius ad formulas Marculfi, p. 418 sq. Neque id vetitum ante Gregorium VII. vide Baronium ad A. C. 1075. Quanquam Graeci παπᾶ cuilibet Sacerdoti et Episcopo, πάπα soli Romano et Alexandrino tribuunt, teste Goaro notis posterioribus ad Cedrenum p. 350. Olim quilibet Episcopus vocabatur nomine ἀρχιερατικῆς ὁσιότητος, de quo Montacutius ad Photium Ep. CXI. *Apostolicus item*, velut Apostolicae doctrinae custos;

[24] De aetate vocis Papae conferri possunt Ioan. Dieckmanni dissertatt. duae Witteb. 1671 euulgatae.

ſtos; de quo titulo, Papis Rom. tributo vide Ioan. Picardum ad Anſelmi Cantuar. III. 65. Epiſt. p. 582. nec minus *Pontifex*, *ſucceſſor et vicarius Petri*, immo *Chriſti vicarius*, quae omnia Epiſcopus R. ſibi ſoli arrogauit. *Sanctitas et beatitudo tua* etiam Diaconi olim compellatio fuit, vide Sirmondum ad Ennodium p. 28. A Carolo M. ad Benedicti II. tempora, antequam confirmarentur ab Imperatore, non dicebantur Epiſcopi, ſed tantum *electi*, nec Papis accenſebantur aut bullae eorum agnoſcebantur, ſi ante confirmationem decedere contigiſſet *Oecumenii* titulus Pelagii II. ad Ioan. CPolitan. A. C. 587. ſi vera eſt epiſtola Conſtantinopol. Patriarchae ad Ioannem XIX. Papam. Pagi ad A. C. 1024. n. 3. *ſerui ſeruorum Dei* [25] titulo Odilbertus, Archiepiſcopus Mediolanenſis, venit apud Mabillonium T. 4. Analector. p. 317. *Vicarii Petri* Baluz. ad Lupum p. 428. De *Vicariis Papae* Bellarminus II. 20. de Rom. Pontifice.

De Cardinalibus [26] praeter ſcriptores Lipenio notatos videndus liber Gallicus de origine Cardinalium, (traité de l'Origine des Cardinaux du St. Siege) excuſus Coloniae 1669 et rec. ib. 1670. Wagenſeilius libro de educatione Principis, Germanice edito p. 177 ſq. Speelmannus in Gloſſario, Rev. Io. Franciſcus Buddeus in libro de origine Cardinalitiae dignitatis, qui recenſetur in Actis Erud. A. 1693. p. 206 ſq. Iacobi Cohelii notitia cardinalatus. Romae 1653. fol. Hieronymus Platus de Cardinalis dignitate et officio, Romae 1602. 4. rec. ibid. 4ta vice 1746. 4. cura Ioan. Andr. Triae. Caroli Bartholomaei Piazzae Hierarchia Cardinalitia Italice edita Romae 1703. fol. Ludov. Anton. Muratorius in diſſertatione de Cardinalium inſtitutione, quae inſerta eſt Tomo V. Eius antiquitatum Italiae medii aeui, p. 152 ſqq. Stanislaus Sentinellus in diſſert. de cardinalitia dignitate, quae habetur T. XXVI. collectionis opuſculorum ſcientificorum et philologicor. p. 395 ſqq. Pridem lon-

[25] Confer Io. Frid. Mayeri diſput. de titulo Pont. Rom. ſerui ſeruorum Witteb. 1685. editam.

[26] Graecis dicuntur καδδηνάριοι, καδδηνάλιοι, καλδηνάριοι, vide Nili διάλεξιν a Salmaſio editam, Cangii gloſſar. Cotelerii monumenta Eccleſiae Graecae p. 674 et Allatium contra Creyghtonum p. 36. Latinis *in cardine conſtituti*, *cardinati*, *incardinati*, *cardinarii*: Lindebrog. p. 1388. ad Codicem Legum antiquarum. Ludov. Donius d'Attichy, in floribus hiſtoriae collegii Cardinalium Pariſ. 1660. fol. 3 Voll. editis origines eorum repetit ab A. 1049. ſub Leone IX. Cardinales antiquioribus ſcriptoribus ſunt certis ſuis eccleſiis, paroeciis, titulis et diaconiis affixi clerici. Vide Blondellum p. 99 ſq. de Iohanna Papiſſa femina. *Cardinare*, *incardinare* eſt clericum certae eccleſiae addicere tanquam conſtitutum in cardine. Vide Baluzium p. 470. ad Gratianum. Oſtium eccleſiae Papa, Chriſti vicarius: Cardinales στροφιγγες, *cardines oſtii*. Pachymeres in Michaele Palaeologo V. 8. p. 245. Pontificis καρδία. Philelfus XXXV. 12. Epiſt.

longe pauciores et XXIV. tantummodo fuere, primus enim numerum LXX. definiuit Sixtus V. A. C. 1588. nomenque habent exinde, quod olim praecipui Presbyteri cuiusque Parochiae Cardinales appellarentur: vide M. Anton. de Dominis L. IV. c. 5. quemadmodum *Protopapam* pro Archipresbytero dictum notauit Morinus f. 223. de facris Ordinatt. Hodie igitur ex instituto Sixti V. Cardinales numero 70 sunt, ex quibus 6 sunt Cardinales [27] Episcopi, Albanus, Tusculanus, Praenestinus, Sabinus, Portuensis et Ostiensis, Presbyteri 50, Cardinales Diaconi 14, qui postremi Cardinalatu relicto saecularem vitam repetere et connubio se iungere possunt. Vide librum Gallicum Tableau de la Cour de Rome p. 229 sq. et Onuphrium Panuinium de Episcopatibus, titulis et diaconiis Cardinalium. Paris. 1609. 4. Exstat et Dominici Veneti, Episcopi Torcellani de Cardinalium legitima creatione liber ad calcem Marci Ant. de Dominis tomo 1. operis de republica ecclesiastica. Pontifex quidem quum Cardinalem creat, hisce verbis vtitur: *Creamus te socium Regibus, superiorem Ducibus et Fratrem nostrum.* Recens vero creatum ceteris sistens Cardinalibus, *Habetis*, inquit, *Fratrem.* Ordo creationis Cardinalium exstat apud Mabillonium T. 2. Musei Italici p. 424 sqq. Cui adde Paridis Crassi de caerimoniis Cardinalium et Episcoporum libros II. Romae 1564. 4. Cardinales licet ordine minores, (etenim vsque ad Clementis III. et Bonifacii VIII. aetatem Episcopis fuerunt minores; v. Nicol. Comneni praenotiones mystagogic. p. 40.) tamen Episcopis propter dignitatem recte anteferri, vt *Exocatacoelos* [28] in Graeca Ecclesia disputat idem Comnenus ibid. p. 376 et 377. Pilei rubri insigne illis concessum [29] sub Innocentio IV. in concilio Lugdun. A. 1245. Purpurae decus a Paullo II. A. C. 1464. Quum Lucas Holstenius Cardinalem Barberinium in oratione publica Eminentissimi titulo celebrasset, ornat eosdem [30] ex instituto Vrbani VIII. ab A. 1630. 10 Iunii *Eminentissimi* titulus, qui olim Praefecti Praetorio fuit notante Salmasio p. 155. de primatu Papae, et Seldeno de titulis honorum II: p. 668. sed et *Eminentia dignitatis* iampridem tributa Episcopis, vt obseruat Baluzius p. 462. ad Lupum

[27] In inscriptionibus litterarum tamen Cardinales Episcopi vel Archiepiscopi, non solent Episcopatuum titulis appellari. Vide Latinum Latinium tom. 1. Epist. p. 203 sq.

[28] Ἐξωκατάκοιλο, fuerunt quinque maiores in ecclesia CPolitana Officiales, magnus Oeconomus, Sacellanus magnus, magnus Schenophylax, Chartophylax magnus, et Sacello praepositus, quibus Georgii Xiphilini tempore etiam Protecdicus accensebatur. Vide Comnenum loco laudato, Goarum p. 291. ad EuchVolog. Cangium in Glossario Graeco p. 409 sq. et Macros in Hierolexico.

[29] Mabillon T. 4. Analector. p. 565.

[30] Vide Clariss. Becmanni notitiam dignitatt. illustrium differt, XVII. cap. 1.

pum Ferrarienſem. Ex decreto Paulli II. A. 1468. promulgato neceſſario debet eſſe ex Cardinalium numero, qui Pontifex R. creandus eſt. Iuramentum Cardinalium Papam electurorum habes in Wolfii memorabil T. 2. p. 999. Cardinales ſex affecti ſupplicio ab Vrbano VI. Vide Iacobi l'Enfant Hiſtor. concilii Piſani T. 1. p. 46. Nouem exempla eorum, qui Cardinalitiae dignitati renuntiarunt affert Gregorius Leti in libro, cui titulus, *Itinerario della Corte di Roma*, atque inde Hubnerus Centuria VI. Bibl. Hamb. Hiſtor. p. 194. De Gabriele Philippuccio, qui purpuram a Clemente XI. oblatam conſtanter renuit vide Clementis XI. Opera T. 1. p. 21. et A. E. 1707. p. 20. De Franciſco Maria Mediceo, qui cardinalitia dignitate ſe abdicauit vide eiusd. Clementis opera T. eod. p. 31 ſqq. Cardinales, qui matrimonium praetulere, recenſentur in den petersburgiſchen Anmerkungen 1729. p. 393 ſqq. De Cardinalibus *doctis* (ab A. C. 540) differit Gabr. Ioſeph. Eggs in Purpura docta. Monachii 1714. fol. 3 Voll. et ſupplemento nouo purpurae doctae. Auguſtae Vindelic. 1729. fol. De *Gallis* conſulatur Petri Frizonii Gallia purpurata. Lutetiae Pariſ. 1638. fol. De *Ciſtercienſibus* Caſp. Iongelini purpura Ciſtercienſis; *Dominicanis* purpura Dominicana; *Franciſcanis* purpura Seraphica; *Mariae cultoribus* Maraccii purpura Mariana. De cardinali impubere occaſione cardinalitiae dignitatis Ludouico Antonio Iacobo, Hiſpaniae Infanti, a Clemente XII. collatae Ioan. Georg. Eſtor duas edidit diatribas Ienae 1737 et 1738. 4. De Cardinali Decano vide librum Tableau de la Cour de Rome pag. 234, et B. D. Mayeri diſſertationem editam Kiloniae; vt Caerimoniale Romanum et hiſtorias conclauium a pluribus vulgatas praetermittamus. De officio et poteſtate Cardinalis Camerarii, diſſertatio Italice edita Didaci Aguirre, ICti et in collegio ſapientiae primarii Romae Doctoris laudatur in memoriis litterariis Treuoltinis A. 1705. p. 1814. Scriptores alios de Cardinalibus diligenter recenſuit Caſpar Sagittarius in introduct. ad hiſt. eccleſ. cap. 31. p. 771 ſq. vti Scriptores de Pontificibus Romanis c. 25 ſq. p. 650 ſq. et ex ipſis qui Romanae Eccleſiae addicti ſunt, Ludouicus Iacobus a S. Carolo in Bibliotheca Pontificia. De officialibus Pontificiis et Congregationibus atque Tribunalibus Curiae Pontificiae Romanae, conſuli poſſunt Cardinalis Ioan. Baptiſtae de Luca relatio curiae Romanae Colon. 1683. 4. et Hunoldi Plettenbergii S. I. notitia congregationum et tribunalium Curiae Romanae. Hildeſii 1693. 8.

XVII. De *Archipresbyteris*, *Archidiaconis*, *Oeconomis* et *Defenſoribus Eccleſiarum* Morinus de Ordinatt. parte 3. Exerc. 16. De *Archidiaconis* ſigillatim Sirmondus tom. 1. Opp. p. 967. Andreas Sauſſaeus de Myſticis Galliae

liae Scriptoribus pag. 108 ſq. Paſchaſius Queſnellus in notis ad Leonem M. pag. 883 et 894. qui Presbyteris praelatos interdum etiam fuiſſe obſeruat p. 887. Buſaeus ad Petrum Bleſenſem F. 24. Bibl. Patr. p. 1364 ſq. Nicol. Comnenus pag. 71. praenot. myſtagogic. Laurent. Dript in ſpeculo archidiaconali. Neuhuſae 1676. Franciſcus Florens in tractatu de officio Archidiaconi ad calcem eius opuſculorum editorum Pariſ. 1679. 4. Pompeius Sarnellus in epiſtolis Eccleſiaſticis p. 186 ſqq. Matthias Larroquanus in aduerſariis ſacris p. 251 ſqq. Ioan. Paullus Kreſſius in libro, germanice edito, **Erläuterung des Archidiaconalweſens, und der geiſtlichen Sendgerichte.** Helmſtadii 1725. 4. Io. Georg. Pertſchius in libro, itidem germanice euulgato, **von dem Urſprung der Archidiaconen, Archidiaconalgerichte, biſchöflichen Officialen und Vicarien, und deren Unterſcheid.** Hildeſiae 1743. 8. Archipresbyteri an inferiores Archidiaconis, vide Baluzium p. 455. 456. ad Anton. Auguſtin. de emendatione Gratiani. Nonnulla arrogata Archidiaconorum iura ad examen reuocat Io. Baptiſta Thiers diſſertatione *de l'Etole*, et altera, *de la depouille des Curés.* De Archidiaconorum in veteri Eccleſia officiis et auctoritate exſtat etiam diatriba Wittebergae pridem vulgata a Rev. D. Georg. Henrico Goezio, Praeſule olim Lubecenſi. De *Subdiaconis* et quatuor minoribus[31] Ordinibus apud Latinos, et vbi ſerius illi obtinuerunt apud Graecos, videndus Morinus libro laudato part. 3. Exerc. 11, 12, 13, 14. Ioan. Bona lib. 1. rerum liturgicarum cap. 25. §. 14 ſqq. pag. 299 ſqq. et Cotelerius ad Patres Apoſtolic. T. 1. p. 238 ſq. ad conſtitut. apoſtol. II. 25. Hypodiaconorum iam meminit Cyprianus Epiſtola VIII. et Cornelius Romanus apud Euſebium L. VI. Hiſt. c. 43. nec hac in parte fides deroganda videtur libro Pontificali Damaſi, qui Subdiaconorum inſtitutionem refert ad Fabianum Pontificem, defunctum A. C. 250. nam in primi et ſecundi ſaeculi ſcriptoribus nullam eorum mentionem occurrere lubens aſſentior Sam. Baſnagio ad A. C. 35. num. 20. De illorum officiis vide praeter Morinum, notas Menardi ad ſacramentarium Gregorii M. p. 280 ſq. et Beueregium ad Canonem X. Antiochen. De poteſtate Diaconorum in adminiſtrando poenitentiae ſacramento videndus auctor vitae S. Cypriani, Gallice Pariſ. 1716. 4. editae, et memoriae Triuoltinae 1718. p. 30 ſqq.

XVIII. *Lectorum* quoque munus ex Iudaica Eccleſia in Chriſtianam deriuatum ſatis antiquum eſſe ex conſtitutionibus Apoſtolicis, Tertulliano, Cypriano

[31] Abbo Floriacenſis in Apologetico p. 397. *Clericorum ordo tribus gradibus ſpecialiter diſtinguitur, Diaconorum, Presbyterorum et Epiſcoporum: nam omnes qui ſunt inferioris gradus, per abuſionem Clerici vocantur.*

priano aliisque monumentis constat. Vide Beueregium loco iam laudato et lib. 2. Codicis Can. vindicati c. 2. §. 4. Menardum pag. 274 sq. Iosephum Binghamum Origin. Ecclesiastic. lib. 3. cap. 5. Henric. Dodwellum Dissert. Cyprianic. VI. §. 12. Ioan. Bonam rerum liturgic. lib. 2. cap. 6. pag. 647. Ioan. Meursium Exercit. critic. p. 2. c. 1. Iosephum Vicecomitem lib. 1. de ritibus Missae c. 27. Wilh. Ernestum Tentzelium dissert. de ritu lectionum sacrarum, et D. Io. Andream Schmidium in dissertationibus de Lectoribus: quanquam distinctum ordinem *Anagnostarum* fuisse in Ecclesia primis statim temporibus, non aeque certum esse videtur, quum Diaconi et Presbyteri, quin Episcopi etiam sacrae Scripturae capita in coetibus Christianorum praelegisse reperiantur. Vide Menardum p. 258. Apud Iudaeos quoque olim Sabbatis lectores septem in Synagogis erant, non stati tamen, sed quoscunque ad hoc munus idoneos *Chasan* euocaret. Vide Franciscum Burmannum parte 2. Exerc. pag. 50. et Iac. Rhenferdum de decem otiosis Synagogae, pag. 258 sq. Postea vero obtinuit vt solus Chasan officio lectoris perfungatur. id. p. 276. Fuerunt et ἑρμηνευταὶ, qui lectiones sacras vel etiam homilias in notam linguam ignarorum gratia interpretarentur, quod et ipsum a Iudaeis Christiani acceperunt. Vide Epiphanium tom. 1. p. 1105. Porro Lectores iidem etiam erant *Psaltae*, vnde *Psaltanagnostae* dicuntur in Nouellis Iustiniani Imp. vt notatum Valesio ad Sozomeni VIII. 24. Lectores sex latini Romae et totidem Graeci; ita etiam Constantinopoli. Alcuinus c. 29. de diuinis officiis pag. 1073.

XIX. Eodem constitutionum Apostolicarum loco [32] vbi Lectorum mentio fit, lib. 2. c. 25. memorantur etiam Cantores et Ostiarii, vbi haec annotat doctissimus Cotelerius: Quo post Apostolos tempore minores Ordines, Diaconatu inferiores coeperint in Ecclesia institui, *adeo obscuritate inuoluitur, vt nulla possit certa coniectura deprehendi atque explicari.* Aperte quidem S. Ignatius, qui initio secundi saeculi scripsit, agnoscit solummodo tres maiores gradus, Episcopatum, Presbyteratum, Diaconatum. *Primus vero, quod sciam*, Lectores *nominat Tertullianus libro de praescriptione haereticorum cap.* 41. Hypodiaconi *autem*, Exorcistae *et* Acoluthi *non comparent ante Cyprianicas Epistolas* 24, 28, 78, 79, 80, 16, 55. *et Epistolam Cornelii Papae ad* *Fa-*

[32] Licet Constitutiones illas Clementis vel Apostolicas minime esse, eruditi consentiant, sub initia tamen quarti saeculi esse Clementi suppositas, colliges ex Eusebii Hist. vbi ait χθὲς καὶ πρῴην, hoc est nuper admodum opera prolixa sub Clementis nomine venditata esse, III. 38. Hist. Neque cum hac sententia pugnant, quae γνησιότητι illius operis opponunt viri doctissimi.

Fabium Antiochenum [33] *in Eusebio lib. VI. cap.* 43. *quae etiam* Ostiarios *adiungit. Sed e media aetate nihil clari affertur. Augetque difficultatem, tum quod credi debeat quasdam Ecclesias hac in disciplina praeiuisse aliis exemplo suo, tum quod in Diaconis soleant clerici minoris loci comprehendi, vt Optatus multo post introductionem Clericorum Diaconis suppositorum, postquam posuisset lib.* 1. *pag.* 39. *lib.* 2. *pag.* 53. *Ecclesiae membra*, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Ministros et Laicos *seu* turbam fidelium, *eodem lib.* 2. *pag.* 59. *subiungit:* Quum sint, sicut supra dixi, quatuor genera capitum in Ecclesia, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum et fidelium, *pro quibus enumerantur quinque ordines Ecclesiae apud Hieronymum in Esaiae caput* 19. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Fideles et Catechumeni. *Itaque dubium remanet, an hic et similes constitutionum loci, a primo earum editore, vel ab earum interpolatore profecti sint. Omisi paruae auctoritatis librum de Romanis Pontificibus. Is in Hygino habet:* Hic Clerum composuit, et distribuit gradus. *Et in Victore:* Hic fecit sequentes [34] Cleros.

De *Cantoribus* qui et κανονικοὶ ψάλται, vide Menardum ad Gregorii sacramentarium p. 61. 62 sq. D. Ioan. Andreae Schmidii diss. de Cantoribus Ecclesiae V. et N. T. Helmst. 1708. Beueregium ad Can. 15. Laodicen. Pompeium Sarnelli Epistola 27. Ecclesiastica, vbi quoque de Primicerio siue praefecto Cantorum, de quo etiam agit Iustus Henning. Boehmerus T. 1. iuris ecclesiastici Protestantium pag. 582 sqq. Iosephum Vicecomitem lib. 1. c. 30. sqq. de ritibus Missae, et Matthiae Blochii dissertat. de Psaltarum siue Cantorum origine in ecclesia. Hauniae 1711.

De *Ostiariis*, θυρωροῖς, custodibus et conseruatoribus aedium sacrarum, Menardus p. 272. Suaresius ad S. Nili opuscula p. 669 sq. Cangius Glossario in *mansionarius*, παραμονάριος. Iosephus Vicecomes lib. 1. de ritibus missae c. 28. Etiam *Sacrarii custodem* Psalmistae iungit Ambrosius lib. 1. de officiis c. 44. vbi vide notas tom. 2. editionis praeclarae, quam Monachis Benedictinis debemus p. 69.

 De

[33] Locus est insignis p. 244. vbi Cornelius testatur Romae tum fuisse πρεσβυτέρους 46. Διακόνους 7. ὑποδιακόνους 7. ἀκολούθους 42. ἐπορκιστὰς καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς 52 Viduas cum aegrotis super 1500. Romanus Martyr sub Diocletiano fuerat in Ecclesia Caesareensi Diaconus et ἐπορκιστής. id. de Martyribus Palaestinae cap. 3. pag. 320. Plurium ordinum Ecclesiasticorum meminit et Pseudo-Ignatius Epistola ad Antiochenos extrema, et Epiphanius expositione fidei c. 21.

[34] Codices quidam legunt *frequentes*, male. Nam *sequentes cleri* sunt Acoluthi.

De *Acoluthis* [35] Menardus p. 279. Caueus in primitiuo Christianismo pag. 235. Cangius glossar. in *Acolytus* et *cerosrarii.* Iosephus Vicecomes lib. 1. de ritibus missae c. 25 sq. Iosephus Binghamus origin. Eccles. lib. 3. cap. 3.

De *Exorcistis* ἐπωρκισταῖς viri docti ad Canonem 24 Laodiceni et 10 Antiocheni Concilii: Menardus p. 277 ad Gregorium, Espencaeus p. 158 sq. Opp. qui etiam de adiuratione Daemonum p. 160 sq. rerumque inanimatarum p. 163. Lindebrogius p. 1396 sq. ad Codicem Legum antiquarum, et Franciscus Baltusius S. I. in responsione secunda ad Historiam Oraculorum Fontenellianam, edita Gallice p. 188. Geuerhartus Elmenhorstius not. ad Minucium Felicem p. 69. Ioan. Bona rerum liturgic. lib. 1. c. 25. p. 519. Ioan. Bapt. Cotelerius ad constitutiones apostolic. lib. 8. c. 26. T. 1. Patrum apostolic. p. 414. Ioan. Casp. Suicerus Thesaur. ecclesiastic. T. 1. p. 1150. Ioseph. Binghamus origin. ecclesiast. lib. 3. c. 4. Vide etiam Sam. Basnagii Annales ad A. C. 54. num. 10 sq. atque Ioan. Felli notas ad Cyprianum p. 4. vbi de eo, quod *Catechetarum* simul munere functi in Ecclesia fuerunt. Eusebius VIII.6. Hist. p. 298. in persequutione Diocletiani ait repletos fuisse carceres Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus et Exorcistis. Multa de exorcismis Iudaeorum et Christianorum Antonius van Dalen diss. de diuinationibus Idololatricis Iudaeorum, digna accuratiore examine.

De *Fossariis* siue *Copiatis* (κοπιῶντες in Pseudo-Ignatii Epistola ad Antiochenos) qui sepulturas curabant defunctorum, vide Epiphanium exposit. Fidei §. 21. Codicem Theodos. lib. XVI. tit. 2. lege 15. Cotelerium T. 2. Patr. apost. p. 112. et auctorem de septem Ordinibus Ecclesiae, inter S. Hieronymi Opera, vbi ita enumerantur: Episcopi, Presbyteri siue Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, Ostiarii, et Fossarii.

De *Apocrisiariis* conferatur Adami Grenzii commentatio Dresdae 1749. 4. edita.

De *Periodevtis* siue visitatoribus et tabellariis ecclesiasticis consuli potest Erdm. Rud. Fischeri diatriba de θεοδρόμοις siue legatis ecclesiasticis edita Coburgi 1717. 8. et Gustav. Georg. Zeltneri dissert. de Theologo circuitore seu de Periodevtis veteris Ecclesiae restituendis, Altorfii 1718.

XX. Hodie *Septem ordines* agnoscit Ecclesia Romana, sed aliter ac Graeca illos computat, sic nempe: Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acoluthos,

[35] Antiquis Graecis ἀκόλουθοι, pueri a pedibus, comiticustodes ministri, pagen, lacay etc. vt notauit Iacobus Duportus ad Theophrasti characteres p. 385. et Lindebrogius glossario ad Codicem Legum antiquarum.

thos, Exorcistas, Lectores et Ostiarios, de quibus omnibus vide Pontificale Romanum, Isidori Origines lib. 7. cap. 12. Stephanum Echiensem de Sacramento Altaris tom. 20. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1872 sq. Honorium in gemma animae lib. 1. c. 174 sq id. p. 1069 sq. M. Antonium de Dominis II. 4. et 9. Rhabanum Maurum VI. 5. de vniuerso T. 1. p. 84. b sq. et Capitularia Regum Francorum apud Baluzium T. 1. pag. 458. Graeci autem Episcoporum loco praetermittunt Acoluthos, atque ordines septem ita numerant: Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Exorcistas et Ostiarios. Vide Metrophanis Critopuli confessionem, pag. 109. Ceterum exorcistas et ostiarios non ordinari ex graecae ecclesiae vsu, sed tantum velut titulos, dignitates et munera haberi notauit Comnenus in praenotionibus mystagogicis pag. 2 sq. Confer Arcadium lib. 6. concordiae. A Syris nouem ordines hierarchiae ecclesiasticae statui, ad exemplum totidem scilicet ordinum Angelicorum, notat Morinus de sacris ordinationibus pag. 498. Ceterum de vniuersa illa, quam hactenus perstrinximus, hierarchiae ecclesiasticae ratione ordinibusque singulis praeter Morinum hunc, aliosque a nobis iam laudatos consuli possunt Stanislaus Hosius p. 165 sq. Opp. Bellarminus libro de clericis tom. 2. controuers. Hadrianus Sarrauia libris de diuersis ministerii gradibus, Lond. 1590. 4. anglice, et 1611. fol. latine. Claudius Espencaeus libro 1. digressionum in epistolam 1. ad Timotheum: Ludouicus Cellotius S. I. libris X. de hierarchia et hierarchis, Rothomag. 1641. fol. et in horis subcesiuis Paris. 1648. 4. siue vindiciae illius operis aduersus Franciscum Hallierium, cuius de hierarchia ecclesiastica libri IV. Paris. 1646. fol. Ioannes Dartis de ordinibus et dignitatibus ecclesiasticis, aduersus Salmasium de primatu Papae, ibid. 1648. 4. praecipue vero Lud. Thomassinus in opere de disciplina ecclesiastica, tribus voluminibus in fol. edito ibid. gallice 1679-1684. vbi fuse et diligenter de singulorum ordinum origine, conditione, iuribus et officiis differit. His addi possunt e reformatis Gisb. Voetius parte 2 politiae ecclesiasticae, Frid. Spanhemius tom. 2. Opp. p 1193 sq. Ioan. Christophorus Becmannus notitia dignitatum illustrium diss. XV. seq. E nostratibus Caspar. Calvoerius tom. II. ritualis eccles. Io. Bartholdus Niemeierus et Adamus Rechenbergius diss. de titulis et gradibus ecclesiasticis: Io. Mich. Heineccius descriptione ecclesiae graecae, germanicae edita, parte III. cap. 1. etc.

XXI. Vt alicui munus sacrum publice obire liceat, requiritur in ecclesia christiana electio, et μήνυμα siue vocatio ab iis, qui ius habent: tum ordinatio et χειροτονία et consecratio, quae fit a sacerdotibus. Nonnunquam debet etiam

etiam accedere confirmatio ſiue ἐπικύρωσις ac βεβαίωσις principis ac poteſtatis ſupremae, ſi hoc ſibi ille reſeruauit. De *electione per ſortem*, a qua ipſum clericorum nomen petitum eſt, vide interpretes ad Actor. I. 26. Thomaſſinum de diſciplina eccleſiaſtica II. 14. Tiraquellum de iure primogenitorum p. 136 ſq. Suicerum in κλῆρος. Notas Benedictinor. ad Ambroſium tom. I. pag. 1273. Stephanum le Moyne notis ad varia ſacra p. 586. Martinum Mauritium libro de ſortitione veterum Hebraeorum, Baſil. 1692. 8. Binghamum origin. eccleſiaſtic. lib. 4. c. 1. et S. I. Baumgartenii diſſert. de miniſtror. eccleſiaſtic. apud veteres Chriſtianos ope ſortitionis deſignatione, Halae 1751. Electio primo facta ab ſolis Apoſtolis per Spiritum S. motis et agitatis: poſt illud tempus clerus vna cum laicis, atque adeo tota eccleſia ad electionem concurrit, vt ex veteris eccleſiae vſu demonſtrauit Blondellus libro de epiſcopis p. 197 et 379-549. Ac populi quidem conſenſum in epiſcoporum electionibus requiri ſolitum, in Oriente quidem vsque ad concilium Nicaenum ſecundum A. C. 787. Can. 3. vel ſaltim ſynodum octauam A. C. 871. Can. 22. in Occidente autem hoc viguiſſe vsque ad extremum ſaeculi duodecimi, notat Petrus de Marca VI. 2. operis de concordia ſacerdotii et imperii, licet canone 13 Laodiceno, et conſtitutione Iuſtiniani imp. diu iam antea vilis plebecula ab hoc negotio excluſa eſſet, quod ſaepe iuris illius occaſione grauiter peccaſſet, id. VIII. 6. Perperam tamen idem illuſtris ſcriptor ius regii vel principalis conſenſus VIII. 2. ex requiſito illo laicorum ſiue populi conſenſu deriuat, quum id potius in monarchia nitatur poteſtate principali et maieſtate qua pollet in regno ſuo, vel principatu, in quo eſt eccleſia illa particularis, cui ſacerdotes praeficiendi ſunt. Itaque rectius Grotius ius patronatus (κτητορικὸν δίκαιον vocant recentiores Graeci) Regio iure niti diſputat, cap. 12. de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra. De more porro et iure electionis pro diuerſis locis et temporibus in eccleſia diuerſo, apud eundem Marcam, Baluziumque in notis et in Iſaaci Haberti ἀρχιερατικῷ p. 435 ſq. (vbi ſigillatim de eccleſia graeca) et apud Morinum ac Thomaſſinum fuſe diſputata videri poſſunt, quibus iungenda Matthiae Flaccii *demonſtratio quod electio praeſulum et epiſcoporum non ad eccleſiaſticos ſolum, ſed et ad laicos, vt vocant, pertineat, quodque hi hoc iure electionis inde vsque a Chriſti temporibus per annos* 1300 *vſi ſunt*, ſubiectus editioni catalogi teſtium veritatis, Francof. 1666. 4. Sibi ſucceſſorem eligere prohibitum vt notat Baluzius ad Lupum Ferrarienſem p. 496. De electione eiusque modis atque iuribus, nec non eligendorum requiſitis conſulatur laudatus Binghamus Orig. Eccl. lib. 4. De aetate legitima ad miniſterium videantur Edmund Martene lib. 1. de antiquis eccleſiae ritibus parte 2. p. 273 ſqq. Nicolaus Comnenus

prae-

praenotion. myſtagog. p. 97 ſq. Andr. Sauſſay parte 2. Panopliae ſacerdotalis lib. IV. cap. 4. p. 705 ſqq. Ioan. Mabillonius ad Bernhardum pag. 667. Bartholomaeus Agricola in libro de aetate ineuntium officia. Neapoli Nemetum 1618. 8. Leo Allatius de aetate et interſtitiis in collatione ordinum etiam apud Graecos ſeruandis. Romae 1638. 8. Ioan. Brunnemannus in iure eccleſiaſtico p. 78. Iuſtus Henning. Boehmerus T. 1. iuris eccleſiaſtici proteſtantium p. 479 ſqq. et Gottlieb Kahlius in comment. de aetate, qua apud Hebraeos et Chriſtianos veteres ſacra auſpicari munera moris erat. Lipſ. 1735. *Ad ſacrum ordinem in Eccleſia* ante annum XXV. Diaconi ne ordinentur, Can. XVI. Cod. eccleſiae Africanae. Presbyter et Epiſcopus XXXV annorum ſint, Iuſtiniani Nouella 123. De Epiſcopo L. annorum vide Cotelerium ad conſtitutiones Apoſtolicas II. 1. *De aetate Cardinalium creandorum* Latinus Latinius T. 2. Epiſtol. p. 202 ſq. *Canonicus* non ante annum XXIV. ad vota et ſeſſionem admittendus. Vide ſtatutum Wirceburgenſe A. 1541. apud Lunigium T. 2. ſpicilegii Eccleſiaſtici p. 1027. Clementis IV. Epiſtola de impuberibus non admittendis exſtat apud Martenium T. 2. Anecdotor. p. 459. Sixti IV. Epiſtola ad Ioannem, Arragonum Regem, qua nepotem eius puerum negat Epiſcopum fieri poſſe occurrit apud Bzouium ad A. C. 1473. N. 16. *De pueris ſacerdotibus* videndus Ezech. Spanhemius T. 2. de vſu et praeſtantia numiſmatum p. 369 ſq. *De Papis et Epiſcopis pueris*, Benedicto IX. decenni, Baronius ad A. C. 1033. Relationes innoxiae A. 1727. p 4 ſqq. Archiepiſcopo Remenſi quinquenni id. Bar. ad A. 925. Ioanne XII. Papa annos nato duodeuiginti id. ad A. 955. Baluzius in Papis Auenionenſibus T. 2. p. 694 ſq. Carol. Drelincurtius in Apologia pro Caluino p. 18. notat, pueros quatuor annorum creatos Epiſcopos et duodecim vel octo annorum Cardinales. Nouantiqua Theologica A. 1702. p. 633 ſq. Hiſtoire des Ouvrages 1690. p. 524. Treſor chronologique et hiſtorique contenant ce, qui s'eſt paſſé de plus remarquable et curieux dans l'etat tant civil qu'eccleſiaſtique depuis l'an de I. C. 1200 jusques à l'an 1647. par le R. P. Don Pierre de S. Romonuld.

XXII. De conſecratione et vnctione Sacerdotum apud Iudaeos videndi Interpretes ad Exod. XXIX. et Leuit. VIII. Fortunatus Schacchus in Myrotheciis ſuis, ſiue libris ſacrorum eleochryſmatum. Daniel Weymarus de vnctione ſacra et inaugurali Hebraeorum. Ienae 1679. Georg. Dauid Ziegra de inauguratione et conſecratione ſacerdotum hebraeorum. Witteb. 1682. Idem diſſertationibus duabus de oleo vnctionis ſacro. Witteb. 1680. Chriſtianus Zoega de vnctione ſacerdotis ſummi. Lipſ. 1689. Nicol. Kleinſchmid de vnctione perſonarum ſub V. T. triplici. Rintelii 1699. Ioan. Marckius

de vnctione ſacerdotum, in Exerc. textualib. p. 14. Ioan. Conr. Claſingius in διασκέψει de vnctione ſacra typico - vmbratili. Lemgov. 1717. Ioan. Mayerus in animaduerſionibus in hanc διάσκεψιν. Harderov. 1718. Frider. Immanuel Schwarzius de vnctione pontificis Hebraeorum per crucem. Witteb. 1755. De manuum impoſitione et ordinatione Rabbinorum, Iudaeis antiquo vſu recepta, Ioan. Morinus in opere praeclaro de ſacramento Ordinationis, Pariſ. 1655 et Bruxell. 1686. fol. parte 3. Exerc. VII. c. 4. p. 141 ſq. Idem in eodem Volumine de ritibus Ordinationis per omnes aetates Eccleſiae Chriſtianae in Oriente et Occidente frequentatis diſputat diligentiſſime, et parte 2. multos rituales libros Latinos, Graecos, Syriacos promit, quibus addendae formulae Ordinationum quas exhibet Edmundus Martene lib. 1. de antiquis Eccleſiae ritibus parte 2. p. 337 ſq. et iungendum laudati Haberti ἀρχιερατικὸν, ad Graecae Eccleſiae mores cognoſcendos, Pariſ. 1643. fol. vt ad Latinae, Pontificale Romanum, atque B. D. Mayeri muſeum Miniſtri Eccleſiae part. 1. p. 140 ſq. Extat et Franciſci Gallierii de ſacris electionibus et ordinationibus opus Pariſ. 1636. fol. Illud non omittendum, quod ſaeculo adhuc XIII. et XIV. non ordinati ſunt niſi ad certam Eccleſiam, vt haud diffitetur Natalis Alexander tom. 7. Hiſt. Eccleſ. p. 222. edit. in fol. et quod bis ordinari prohibitum, de quo Beueregius ad Canonem Apoſtolicum LXVIII. Dies ordinationis Epiſcopi natalis dictus et ſollemniter celebratus eſt. Vide Wilh. Ern. Tentzelii Exercitat. de natalitiis Epiſcoporum, quae obuia eſt parte prima Eiusdem Exercitationum ſelectarum p. 344 ſqq. Ern. Sal. Cypriani Progr. de Natali Epiſcoporum, pag. 66. Eiusdem Programmatum, Coburgi 1708. 8. iunctim editorum, et Ioan. Henrici Stuſſii commentationem ſecundam de Natalitiis eccleſiaſticis, Gothae 1737. euulgatam §. 3. De charactere indelebili ex ordinatione conferatur Chriſto. Matth. Pfaffii diſſertatio, Tubingae 1739 edita. De translatione ab vna eccleſia in aliam vel abdicatione ſacri muneris conſulendi ſunt Ioſeph. Binghamus lib. VI. Orig. eccleſiaſtic. cap. 4. Beueregius ad can. apoſt. 14 et 15. can. Nicen. 15. Chalcedon. 5. 10. 19. Ioan. Andr. Schmidius in commentat. ad canon. XV. concilii Nicaeni de translationibus Epiſcoporum, Presbyterorum et Diaconorum, Helmſtad. 1702. 4. Ioan. Georg. Walchius in diſſert. de translationibus miniſtrorum in veteri Eccleſia, Ienae 1745. Caſparis Ziegleri de Clerico renitente ſiue muneris eccleſiaſtici fuga liber memoriae b. D. Martini Geieri conſecratus lucem vidit Wittebergae 1684. 4. Addatur Ioan. Fechtii diſſertatio de fuga miniſterii eccleſiaſtici. Roſtoch. 1704. 4. et Sig. Iac. Baumgartenii fuga Chriſtianorum et in ſpecie ſacerdotum ad trutinam rationis et reuelationis exacta. Halae 1755. Ad amicum, qui propter moleſtias a Collega

ſuſti-

ſuſtinendas curam paſtoralem abiicere cogitabat grauis exſtat epiſtola Anſelmi Lucenſis T. 1. anecdotorum Martenii pag. 210 ſq. Depoſiti quum interiecto tempore reſtituebantur non reordinati ſunt, ſed redditi gradus per inſtrumenta et veſtimenta. Vide Fulbertum Ep. 25. T. 18. Bibl. Patr. edit. Lugd. pag. 12.

XXIII. De beneficiis et reditibus Eccleſiaſticis, qui initio poſt communionem bonorum [36] de qua Actor. II. 44. fuere ex oblationibus et eleemoſynis fidelium, deinde a Conſtantini M. aetate ex certis fundationibus, legatis atque donationibus ad Eccleſias certas pertinentibus, ex decimis item, atque aliis eiusmodi dotibus ac conſtitutionibus, denique a ſeptimo ſaeculo ex agris fundisque immunibus donatis vel attributis, videndus liber Italice plus ſimplici vice editus atque latine etiam verſus a Carolo Caffa, atque ſub *Paulli Sarpii* Veneti nomine vulgatus, Ienae 1681. 12. *de materiis beneficiariis ſeu beneficiis Eccleſiaſticis:* et Gallice [37] ab Ameloto de la Houſſaie. Pariſ. et Amſtelod. 1692. 12. cum notis, atque anglice 1727. 8. quanquam non eſt Paulli illius, ſcripta Tridentini concilii hiſtoria celeberrimi, ſed amici eius *M. Fulgentii* Brixienſis, monachi Seruitae, Sarpio in multis ſimilis, cuius etiam vitam ſcripſit. Vide Rich. Simonis epiſtolas ſelectas parte 3 Epiſt. 17. p. 115. qui ipſe Simon ſub nomine *Hieronymi a Coſta* librum edidit eiusdem argumenti Gallice, de origine et progreſſu redituum Eccleſiaſticorum, *Hiſtoire de l'origine et du progrés des revenûs Eccleſiaſtiques* 1684. 12. Eius ſumma capita videre licet tum in Actis Eruditorum et nouellis Reipublicae litterariae illius anni, tum in praeclari viri Viri Lud. Seckendorffii hiſtoria Lutheraniſmi lib. 1. pag. 236 ſq. His vtique praeter eiusdem Rich. Simonis lib. 3. Bibl. criticae cap. 32 et 33. et alterius Richardi Abbatis librum des penſions Royales, Pariſiis 1719. 12. editum, quo probat, Regem etiam poſſe Laicis ex beneficiis eccleſiaſticis, quae ipſe conferendi habet poteſtatem, penſiones aſſignare, atque *Theoph. Raynaudum* tomo XII. operum, iungendum vaſtum atque eruditum opus *Ludouici Thomaſſini* [38] in Oratorio Gallicano Presbyteri,

 poſt

[36] Illa bonorum communio apud primos Chriſtianos fuit liberalis potius rerum neceſſariarum communicatio, quam vt nemo quicquam proprii habuerit. Vide Salmaſium libro de vſuris p. 655 ſq. Ioan. Laur. Moshemii diſſ. de vera natura communionis bonorum inter primos Chriſtianos. Helmſtadii 1725. editam, et recuſam Vol. II. Eius diſſert. ad H. E. pertinentium p. 1 ſqq. et Ioan. Mich. Lorentzii diſſ. de communione bonorum in primitiua Eccleſia. Argentor. 1751 euulgatam.

[37] Vide ſummariſche Nachrichten der Thomaſiſchen Bibliothek p. 246 ſq.

[38] Epitome operis Thomaſſiniani a Lorioto edita eſt A. 1702. et alia accuratior ab Anonymo A. 1717. 4. ſub titulo : *Ancienne et nouvelle diſcipline de l'Egliſe touchant les benefices et beneficiers.* Vide Journal des Savans A. 1718. p. 20.

post binas Gallicas editiones ab auctore versum latine, editumque Parisiis 1688. fol. tribus voluminibus, et nouissime gallice Paris. 1726. itidem tribus voluminibus in folio; in quo de beneficiorum Ecclesiasticorum origine, variis generibus, administratione per Episcopos, Oeconomos, Defensores, et multiuario abusu copiose differitur. *Ioseph. Binghamus* lib. V. origin. Ecclesiasticarum. *Martin Schoockius* de bonis vulgo ecclesiasticis dictis. Groning. 1641. 4. *Arnoldus Coruinus a Belderen* de personis et beneficiis ecclesiasticis, Francof. 1708. 4. et *Melchior. Pastoris* tractatus de beneficiis ecclesiasticis, et de bonis ecclesiae acquirendis et conseruandis, qui habentur in operibus eius Tolosae 1712. fol. editis. D. *Casparis Ziegleri τοῦ μακαρίτου* de dote Ecclesiae eiusque iuribus et priuilegiis liber prodiit Witteb. 1676. 4. *De oblationibus* consulendi sunt Pompeius Sarnelli c. 27. antiquae Basilicographiae. Christ. August. Saligius lib. III. de diptychis veterum pag. 36. Gothofred. Christoph. Claudius histor. fratrum sportulantium pag 1. c. 7. Franciscus Berlendus in libro italice sub hoc titulo: *Delle oblationi all' Altare antiche e moderne* Venetiis 1733. 4. euulgato, ibidemque 1737 recuso, et latine verso 1743. Cangius in glossario voce *Saccus.* Salomo Deylingius p. 300 sqq. obseruationum miscellanear. Henr. Linckerus de iuribus templorum cap. 8. Chr. Wilduogelii differt. de oblationibus, quae fiunt per sacculum sonantem, Ienae 1705. Casp. Henr. Hornii obseruationes circa iura eleemosynarum et aliarum collectarum, templorum et betularum pentecostalium. Witteberg. 1716. 4. et Octav. Ferrarius I. 26. de ritu concionum sacratum. De pluralitate beneficiorum, siue licita, siue illicita ex moribus et disciplina Ecclesiae, vide Guilielm. Parisiensem, Ioannem de Lignano, et Claudaei Pacaei librum A. 1650. editum, (de quo du Pin tomo 17. p. 265 sq.) M. Anton. de Dominis lib. 9. cap. 10. Natalem Alexandrum T. 7. H. E. pag. 228. b. sq. et H. Whartoni scriptum editum, Londini 1692. 8. *A Defense of Pluralities, or holding two beneficies with cure of souls, as non practised in the Church of England.* Leges Principum de non donandis vel legandis Ecclesiae bonis immobilibus exhibet Zimmermannus de montibus pietatis p. 706 sq. Pensiones e beneficiorum ecclesiasticorum fructibus delibatae non memorantur ante concilium Chalcedonense. Vide Pagium ad A. C. 451. n. 61. De officio et iurisdictione *Datarii* nec non stilo Datariae consulendus Theodori Amydeni tractatus, editus Paris. 1654. et recusus Colon. 1701. fol. De *defensoribus* ecclesiarum, ciuitatum, senatus et pauperum Pagius ad A. C. 407. De sacrilegio laico siue bonis ecclesiasticis per Laicos vsurpatis *Ioannes Filesacus* in variis opusculis, Paris. 1614. 8. De beneficiis Ecclesiae non in luxum, sed post Clericorum honestam sustentationem in alendos pauperes impendendis,

dendis, *Ioan. Baptiſtae Thiers* aduocatus pauperum de quo libro videndus Elias du Pin tom. 18. pag. 275. De origine et inſtitutione *Paroeciarum* vide Ioannis Frontonis Epiſtolam ad Guronium, Tutelenſem Epiſcopum, Ioann. Fileſacum lib. laudat. diatriba tertia. Ioannem Seldenum hiſtor. decimarum cap. 6. §. 3. p. 80 ſqq. et W. Kenneti, Epiſcopi olim Petroburgenſis, Parochial Antiquities.

XXIV. *Monachos* [39], antequam ſacris Ordinibus initiati, Laicos appellant tum Synodi tum Patres, vt notauit H. Noris ſomnio XXVIII. Franciſci Macedo, M. Antonius de Dominis II. 12. de Rep. Eccleſ. Alteſerra VII. 2. Aſceticon. Franciſcus Hallier libris de hierarchia Eccleſiaſtica, et Ioſephus Vicecomes lib. 1. de ritibus Miſſae cap. 3 ſq. vbi iam ab A. C. 495. Clericis [40] accenſitos remque ſacram peregiſſe probat. Igitur a Geruaſio in vita S. Martini praeter rem ſcriptum eſt eos a Cleri functionibus et Eccleſiaſticis dignitatibus excluſos fuiſſe, quod facile refellit P. Badierius Monachus Benedictinus in libro Gallice edito de ſanctitate ſtatus Monaſtici, Pariſ. A. 1700. Clericis etiam praeferuntur Monachi ab Abbone Floriacenſi in Apologetico p. 397. *Clericorum ordo inter Laicos et Monachos medius, quantum eſt ſuperior inferiore, tantum inferior ſuperiore.* Mox pag. 398. notat ex Monachis Clericos ordinari, et ex Clericis Monachos fieri. Non ab re igitur fuerit de illis etiam hoc loco pauca quaedam ſubiungere. Ac per tria quidem prima a Chriſto nato ſaecula nullos Monachos in Eccleſia Chriſtiana fuiſſe non diffitetur Elias du Pin in Biblioth. Scriptorum Eccleſ. in Append. ad tom. 6. p. 25. Apoſtolorum certe temporibus ne veſtigium quidem fuiſſe Monaſticae vitae affirmat S. Chryſoſtomus Homil. 25. in Epiſt. ad Hebraeos. Quanquam enim Philo Therapeutas tanquam genus quoddam Monachorum videtur deſcribere, tamen ex eo ipſo Philone non de Chriſtianis, ſed de Iudaeis Eſſenis eſſe ſermonem viri docti colligunt: Vide Epiſtolas Gallice Pariſ. 1612. de Therapeutis Philonis editas pag. 150 ſq. 262 ſq. Et quanquam Marcion Haereticus ab Epiphanio in Haereſi Marcionitarum *μονάζων* appellatur, hinc tamen Monachos primo iam ſaeculi ſecundi quadrante in Eccleſia fuiſſe nolim colligere cum Thoma Milleſio in notis ad Cyrillum Hieroſolymitanum

[39] Monachus, qui ſuo more viuit, caelebs. In catena ad Marcum p. 86. Laicis in coniugio viuentibus opponuntur *ἐρημικοὶ* et *οἱ ἐν κοινοβίῳ μελανειμονοῦντες.* Conf. Iac. Gothofredum ad Libanium pro templis p. 45.

[40] Petrus Diaconus IV. 78. chronici Caſinenſis: *A principio naſcentis Eccleſiae duos ordines fuiſſe notiſſimum eſt; vnum qui laboraret in verbo et doctrina, alium qui* orationi vocaret; *vnum qui* actiue, *alium qui* contemplatiue *inſeruiret,* Clericos et Monachos.

num pag. 60. quoniam vocabulo illo tantum ſolitaria vita [41] Marcionis notari potuit. Quarto autem poſt natum Chriſtum ſaeculo iam frequentes Monachi eſſe coeperunt, qui ducti ſanctimonia *Paulli Thebani*, Eremitarum primi, qui circa A. 251. deſertum intrauit anno aetatis vix decimoquinto, tum *S. Antonii*, cuius vitam Athanaſius ſcripſit quique vitam monaſticam amplexus eſt circa A. 270. et de quo conferatur Dieterici Reimboldi diſſertatio de Antonianis ſeu fratribus S. Antonii ſub praeſidio I. E. Kappii, Lipſiae 1737 habita; vel S. Amunis ſiue Ammonis primi conditoris coenobii in monte Nitriae circa A. C. 304. et Pachomii primi, regulae monaſticae et monaſterii Tabennenſis conditoris circa A. C. 325. Horum exemplo vitam ſectati ſunt vel *Anachoretarum* (qui etiam Celliotae, Eremitae, ἐρημικοὶ, Aſcetae, Einſiedeler, ἔγκλειστοι [42], *incluſi*, de quibus Sirmondus ad Godfridi Vindocinenſis IV. 48. Epiſt. tom. 3. Opp. p. 385.) vel *Coenobitarum* ſiue *Synoditarum* et in commune viuentium in aliquo Monaſterio. Ne dicamus de *Sarabaitis* [43] ſiue *Remboth*, qui bini vel trini ſuo arbitratu viuebant, de quibus Hieronymus Epiſt. 22. ad Euſtachium; et Michael le Quien in prolegom. ad Damaſcen. p. VII. Et de *Stylitis* a Simone Stylita, medio ſaeculo V. de quo Allatius lib. de Simeonibus; Frider. Georg. Lautenſack ſingulari diſſertatione, Witteb. 1700 edita, et Vrbanus Godofr. Siberus in commentat. de ſanctis columnaribus, Lipſ. 1714 euulgata. Vide etiam de variis gradibus Aſcetarum, μοναζόντων, Monachorum, Eremitarum Suareſium ad S. Nili opera p. 680 ſq. Ioſephum Binghamum in originibus ſiue antiquitatibus eccleſiaſticis anglice editis, libro ſeptimo, vbi etiam de virginibus et viduis Eccleſiae Chriſtianae, D. Salomonem Deylingium in diſſ. de Aſcetis veterum, ſubiecta parti tertiae obſeruationum ſacrarum p. 441 ſq. Laur. Arrhenii ſpecimen academ. de Eremitis, Vpſaliae 1726. 8. editum. Abbatem Fleury in diſſ. praemiſſa tomo viceſimo Hiſtoriae Eccleſiaſticae gallice editae. Et librum Norimbergae 1725. folio hoc indice editum: *Eremitae primi, Anachoretae, ordinum religioſorum inſtitutores, propagatores, reformatores LXXX aeneis figuris excuſi, elogiis laudati.* Ab illo tempore non tantum numerus mona-

[41] Sic μοναχῶν vocabulo vſus Symmachus Pſalm. LXVIII. 6. δίδωσι μοναχοῖς οἰκεῖν οἰκίαν, vbi ſeptuaginta interpretes: κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ, al. μονοζώους.

[42] De primis illis vitae eremiticae et monaſticae conditoribus accurate diſſerunt Tillemontius T. VII. memoriar. H. E. vbi etiam p. 531 et 532. de Euſebio Vercellenſi, a quo Canonici regulares, et Vir Summe Venerabilis Ioan. Georg. Walchius pag. 1664 ſq. H. E. N. T.

[43] Ex Bonifacii VIII. decreto monachis ac monialibus monaſterio ſine grauiſſima cauſſa egredi vetitum, quod vsque quaque obſeruatum etiamnum obſeruari optat Ioan. Baptiſta Thiers, libro *de la clôture des religieuſes*, A. 1681.

monachorum et monialium auctus est mirum in modum, sed etiam diuersae *regulae*, diuersa instituta ac genera [44] vitae monasticae in Oriente et Occidente excogitata. Vide codicem regularum editum a *Luca Holstenio* Rom. 1661. 4. distributumque in partes tres, quarum priore habes regulas monachorum Orientis, S. Antonii Abbatis, S. Isaiae Abbatis, SS. Patrum Serapionis, Macarii, Paphnutii et alterius Macarii Abbatis Nitriensis (quam ediderat Petrus Rouerius S. I.) S. Pachomii, S. Oriesii, Incerti et S. Basilii: in parte secunda regulas monachorum Occidentis, S. Benedicti Abbatis Casinensis, Incerti, SS. Paulli et Stephani Abbatum, S. Caesarii Arelatensis, S. Aurelii Arelatensis, S. Ferreoli Vcetiensis, S. Columbani Abbatis monasterii Turnatensis, S. Isidori Hispalensis, S. Fructuosi Braccarensis, Regulam Magistri, et Grimlaici regulam solitariorum. Parte tertia regulas virginibus obseruandas S. Augustini, S. Caesarii et Aureliani Arelatensium, S. Donati Vesontini, alterius cuiusdam Patris et S. Leandri Hispalensis, atque B. Aelredi Abbatis Rieuallensis, subiuncta adhortationum ad monachos et virgines appendice. Exstant etiam Hugonis Menardi notae ad concordiam regularum S. Benedicti, Abbatis Anianensis. Paris. 1638. 4. Petrum quoque Rouerium S. I. editioni codicis regularum monasticarum insudasse testatur Sirmondus tom. 4. operum p. 686. S. Hieronymi regulam monachorum e scriptis eius collectam per Lupum de Olivueto habes tomo V. operum S. Hieronymi pag. 343. edit. Ioan. Marcianaei.

XXV. Quum ita pro suo quique genio et captu viuerent et sectatores suos haberent, non mirum plures etiam ordines monachorum et monialium ortos fuisse, quorum numerus auctus praecipue per saeculum XIII et XIV. Illorum singulorum notitiam dare, integrorum voluminum opus, qualia sunt *Philippi Bonanni* S. I. catalogus ordinum religiosorum, italice et latine vulgatus Rom. 1706. 4. et germanice Norimberg. 1711. 8. vel *Hermantii* (diuersi ab eo qui vitas Athanasii, Basilii et aliorum condidit) historia ordinum religiosorum et congregationum regularium et saecularium Ecclesiae, Paris. 1710. 12. quatuor voluminibus, gallice. Paulli Morigii *Istoria de' personaggi illustri religiosi, diuisa in V libri, et Istoria dell' origine di tutte le religioni, che sono stato al mondo in tre libri.* 1569. Syluestri Maurolyci *Mare Oceano di tutte le religioni. Messina* 1613. fol. Petri Crescentii *Trouppes Ro-*

[44] Quadruplex fuit vitae monasticae prorsus singularis species, medio aeuo aut recenter introducta, aut, quum iam antea visitata esset, valde amplificata, quae *religionis quadratae* nomine insigniretur, quam accurate exposuit Christ. Gottl. Ioecherus in commentatione de Religione quadrata, Lipsiae 1741. in lucem emissa.

Romaines, ou milices Ecclesiastiques, et religions militaires et claustrales. 1648. *Hippolyti Helioti* (cuius censura de Hermantii opere memoratur in Ephemeridibus Parisiensibus Anni 1711. mense Martio pag. 335. edition. Amstelodamensis) Historia ordinum religiosorum, quae gallice Parisiis 1714 - 1719. tomis octo in forma quadripartita edita est; et nuper germanice versa prodiit Lips. 1753 sqq. octo itidem tomis in forma quadripartita. *Histoire du Clergé seculier et regulier.* Amstelod. 1716. Voll. 4. in 12. *Gregorii Riuii* (*Georg. Burc. Lauterbachii*) monastica historia Occidentis. Lips. 1737. 8. Quae Berolini 1751. 8. Voll. 7. gallico sermone euulgata est historia monastica satirae potius, quam historiae nomen meretur. Praeterea ordines Monachorum persequitur *Franciscus Modius* in libro de ordinum Ecclesiasticorum origine, progressu et vestitus ratione. Francof. 1585. 4. *Ioannes Creccelius* de origine et fundatione monasteriorum, Francof. 1614. 4. et Michael Geddesius Anglus in tractatibus miscellaneis patria lingua editis tom. III. diss. V. Lond. 1706. 8. Iampridem quoque et gallice Amstel. 1688. 1695 et germanice A. 1692. 8. Augustae Vindelicor. prodiit historia ordinum religiosorum, **kurze und gründliche Historien vom Ursprung der geistlichen Orden, der Mönche und Klosterjungfrauen, nebst beigefügter Vorstellung der Ordenshabite.** A Bonanno ordines monachorum referuntur CXL. et monialium CVIII. His iungendus denique est *B. Lutherus* tom. 3. Opp. edit. Altenburg. p. 381 sq. D. *Ioachimi Hildebrandi* liber de Religiosis eorumque ordinibus, Helmst. 1701. 4. Praeterea de rebus et antiquitatibus monasticis videnda *Daldini Alteserrae* Ascetica siue origines monasticae libris X. tum *Claudius Delleus* in antiquitatibus status monastici et religiosi, editis gallice A. 1699. *Ioan. Creccelius* de origine et fundatione ordinum monasticorum, Francof. 1614. 4. *Matthaei Galeni* origines monasticae, Dillingae 1563. 4. *Prosperi Stellartii* chronologia monastica, Duaci 1627. 4. De studiis monasticis eximius Io. Mabillonii liber e gallico versus latine etiam lucem vidit interprete Vdalrico Staudigleo, Campoduni 1708. 8. quo in opere probat monachos perinde vt viros ecclesiasticos neutiquam dedecentia aut illis indigna esse bonarum litterarum. sacrarum praecipue studia. Quanquam enim Mabillonii sententiam infringere studuerunt Armandus Ioannes Bouthillier, Abbas Trappensis et I. Carrelius; tamen constat per multa saecula litteras alibi fere exulantes, in monasteriis hinc inde inuenisse perfugium, et monasteria passim fuisse scholarum loco in quo adolescentes erudirentur, (vti Hildebertus Cenomanensis p. 285 edit. nouae scholares iungit claustralibus,) quum alios longe lateque studiorum vel odium vel certe ignoratio occupasset. Confer Iacobi Goetten lib. 2. obseruationum cap. 4. Similiter certum est monachos olim labore honesto

nesto [45] vel opificio vitam toleraſſe, neque per otium conſumſiſſe quae alii Chriſtiani ſudore multo comparaſſent. Confer Alteſerram lib. V. Aſceticon. c. 8 ſq. et Gundlingium ad Euſtratii delineationem Eccleſiae Graecae p. 21 ſq. Monachis praeſunt Abbates, ſiue Archimandritae, Monialibus Abbatiſſae. Explicatio hiſtorica caerimoniarum benedictionis Abbatiſſae (quales deſcribuntur in Pontificali Romano) inſerta eſt memoriis litterariis Treuoltinis A. 1708. p. 1531 ſq. auctore Claudio de Vert. id. p. 1336. Sed ad ſingula monaſtica inſtituta deſcendere non eſt noſtri inſtituti, de quibus poſt *Ioannem Caſſianum* aliosque, *Edmundus Martene* in praeclaro opere de antiquis monachorum ritibus, diſtincto in libros V. editoque Lugd. 1690. 4. atque in commentario hiſtorico ad regulam S. Benedicti, eodem anno vulgato Pariſ. in 4. *Ioannes Mabillonius* in praefatione ad Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti, ſaecul. I. p. 7-11. et *Ludov. Anton. Muratorius* antiquit. Ital. medii aeui T. V. p. 361 ſqq. *Canonicorum* in Eccleſiis cathedralibus collegia originem debent ſaeculo VII. regulamque primum accepere tempore Ludouici Pii Imp. vt notauit Baluzius ad Lupum Ferrarienſem p. 372 ſq. Confer M. Antonium de Dominis II. 9. Gabrielis Pennoti hiſtoriam Canonicorum regularium, quos non ab Apoſtolorum tempore, vt ille, ſed ab A. 1039 repetit Antonius Pagi in critica Baroniana, et Raymundi Chaponelli Canonici Regularis S. Auguſtini et Prioris S. Eligii hiſtoriam Canonicorum quae ſine nomine auctoris prodiit gallice Pariſiis 1699. 12. et recenſetur in actis Erud. tom. 3. ſupplementi p. 355. In eo autem quod Chaponellus contendit Clericos et Canonicos ante ſaeculum XII. nihil proprii poſſediſſe, refellitur ab Ludouico Hugone Ord. Praemonſtratenſis monacho in cenſura hiſtoriae Canonicorum, *Critique de l'Hiſtoire des Chanoines*, Luxemburg. 1700. 8. De vita communi Clericorum nihil proprii poſſidentium conferatur *Pompeius Sarnelli* in libro Italice edito Romae 1688. 4. qui inſcribitur, *il Clero ſeculare nel ſuo ſplendore;* in cuius capite 17. is contendit, Clericos imitatos eſſe communionem bonorum, quae fuerit inter Apo-

[45] S. Maximus ad Dionyſium T. I. p. 395. Σημείωσαι ὅτι πολλὰ κολύεται ὁ Μοναχὸς ποιεῖν, ὧν οἱ λαικοὶ τὴν ἐπιτροπὴν καὶ ἐξουσιὰν ἔχουσιν, οἷον ὁ γάμος, καὶ τὸ στρατείας ἢ ἐμπορίας ὁμιλεῖν, καὶ ἑτέροις ἐν οἷς ὁ λαικὸς οὐ κατακρίνεται. *Nota, multa monachis eſſe prohibita quorum facultas et poteſtas laicis eſt, vt nuptias, militiam et commercia frequentare, et ſimilia, quae in laico non damnantur.* Theophilus Raynaudus, S. I. ſub nomine *Renati a Ville* ſcripſit librum, cui titulum fecit *Hipparchum*, dicauitque Vrbano VIII. atque in eo oſtendit, monachum non decere exercere commercia. Idem liber gallice e latino verſus A. 1714. Amſtelodami in forma octopartita prodiit, ſub titulo: *le Moine marchand*, ou Traité contre le commerce des religieux. De negotiatione Clericis interdicta vide Ferd. Mendozam ad concil. Illiberitanum T. I. Labbei p. 1156 ſq. et de vſuris interdictis pag. 1161.

Apostolos; ast monachos imitatores fuisse primorum Christianorum laicorum. Omittimus alia quae videri possunt apud Casparem Thurmannum in Bibliotheca Canonicorum. Halae Magdeburg. 1700. 4. De *ordinibus equestribus* siue cruciatis et religiosis, siue saecularibus atque militaribus videndi scriptores laudati in actis Eruditorum tom. 2. supplementi p. 498 et 502. et a Christiano Gryphio τῷ μακαρίτῃ in limine libri editi germanice anno 1709. 8. kurzer Entwurf der geist- und weltlichen Ritterorden, quibus addendi Hermantius supra memoratus in historia ordinum militarium, Rothomagi anno 1698. 8. et eorundem ordinum descriptio [46] lingua slauonica siue russica, additis (ad Belgicae editionis exemplum [47] quam anno 1697. 8. Amstelodami dedit Adrianus Schoenbeckius) iconibus in aes incisis insignium, vestium et ornamentorum, quibus equites ordinum CXIII vtuntur. Aegidius Andr. de la Roque in libro de origine nominum et cognominum, gallice vulgato Paris. 1681. 12. Petrus Lagerloef in disquisitione de ordinibus equestribus, Holmiae 1696. Philippus Reinhardus Vitriarius de equitibus et ordinibus equestribus Lugd. Batav. 1707. Ioan. Christophorus Beemannus in notitia dignitatum illustrium diss. XIX. sq. Francisci Menenii deliciae equestrium siue militarium ordinum, insertae Gualteri chronico chronicorum ecclesiastico, tomo 2. p. 46 sqq. Honoratus de S. Maria in *dissertations historiques et critiques sur la chevallerie ancienne et moderne.* Paris. 1718. 4. et *Histoire des ordres militaires ou des chevaliers, des milices, seculieres et Regulieres de l'un et de l'autre sexe, qui ont etablies jusqu' à present*, quae ex Iustiniano, Bonanno, Hermantio, Schonebeckio, Helioto, et Honorato de S. Maria congesta, et praemissa Iacobi Basnagii diss. de duellis edita est Amstelod. 1721. 8. quatuor voluminibus. Vincentius Coronelli tomo XIX. Lexici vaegrandis vniuersalis, edi coepti Venetiis lingua italica, vbi sub voce *Cauaglieri* comparet non sine auctario *Bernardi Iustiniani*, Veneti, historia chronologica ordinum equestrium, edita in lucem Venet. 1670. atque auctior 1692. fol. Idem, quem paullo ante laudauimus, *Philippus Bonanni*, S. I. etiam ordinum equestrium centum et quinquaginta imagines atque descriptionem Clementi XI. Pontifici Maximo obtulit, Romae anno 1713.

[46] Acta Erud. Tom. 3. supplem. p. 534. et A. 1714. p. 487.

[47] Titulus Belgicae editionis est: *Historie van alle Ridderlyke en Krygs-Orders, haar Dragten, Wapen, en Zintecken, in t' Koper gesneden door Adrian Schoonebeck.*

CA-

CAPVT XIV.

Scriptores de Republica ac Magiſtratibus Hebraeorum, Graecorum, et Romanorum.

De Republica Hebraeorum. 1. *Synedrio magno.* 2. *Iure Regio.* 3. *Aechmalotarchis etc.* 4. *De Politica Aegyptiorum.* 5. *Graecorum Respublicae.* 6. *Athenienſium et Lacedaemoniorum.* 7. *De Corpore Achaico et Aetolico.* 8. *De Rep. et Magiſtratibus Romanorum.* 9, 10, 11, 12. *Inauguratio, Inſignia, Tituli.* 13. *Ordines in Rep. Nobilitas, Ius Ciuitatis etc.* 14. *Notitia Dignitatum vtriusque Imperii.* 15. *De Rebuspublicis commentitiis.* 16.

I.

Hebraeorum Rempublicam ſingulari quadam regiminis forma, quam *Theocratiam* vocat Ioſephus IV. 8. Antiquit. et lib. 2. contra Apionem, p. 1071 adminiſtratam fuiſſe, tempore Moſis, Ioſuae et Iudicum, licet Moſes Devt. XXXIII. 5. et Iudices Iudic. IX. 6. XVII. 6. XVIII. 1. Reges appellentur, antequam in externae monarchiae formam [1] ſub Saulo mutaretur, oſtendit D. *Adamus Rechenbergius* in diſſ. de ficta Hebraeorum ante Regem Saulum monarchia ciuili, Lipſiae 1687. tom. 1. diſſertat. hiſtorico-politic. p. 336 ſq. contra *Seldenum* II. 2. de Synedr. *Nicolaum Apati* in vita triumphante ciuili. Amſtelod. 1688. 8. et *Adr. Houytinum*, qui ante Saulis tempora monarchiam in republica Iudaica obtinuiſſe ſingulari libello probare conatus eſt, Lugd. Batav. 1685. 12. impugnato etiam a *Sam. Puffendorffio* in appendice ad librum de habitu religionis Chriſtianae. Cum hac Theocratia non niſi temere aliquis contulerit Διοκρατείαν Athenienſium, aut Remp. Panarenſem et vniuerſorum Panchaiae inſulae incolarum, cauſſas maioris momenti ad Sacerdotes referentem, de qua Diodorus Siculus V. pag. 220. 221. vel quod Iulius Caeſar apud Dionem Caſſium recuſat Diadema, mittitque in Capitolium, dictitans quod Iupiter ſolus ſit Romanorum Rex. Ceterum de

[1] Etiam ſub regibus adhuc duraſſe Theocratiam contendit Dartiſius in ſingulari diſſertatione Gallice edita in volumine, quod inſcribitur, *Recueil de trois ecrits importans à la religion.* Hagae 1714. 8. Theocratiae inſignia ſpecialia Deo tributa, thronum, ſedem, currum, ſceptrum, librum, arma, exercitus, etc. illuſtrat Ioan. Chriſto. Becmannus in diſſert. de Anthropopathia actionum humanarum. c. 2. Franc. ad Viadr. 1715. Ioann. Henr. Hottingerus lib. 1. Smegmatis orientalis p. 205. obſeruat in V. T. hiſtoria ſpecies quatuor adminiſtrationis, 1) oeconomicam ante Moſen. 2) theocraticam. 3) monarchicam. 4) ariſtocraticam.

Theocratia Iudaica agentes praeterea consuli possunt Ioan. Wandalinus lib. 3. de iure regio cap. 2 sq. et quae praeter Io. Marshamum pag. 225 sq. Canonis chronici, et Ioannem Spencerum lib. 1. de legibus Hebraeorum 111. 300 sq. Herm. Witsius oratione de Theocratia Israelitarum, quae in eius Miscellaneis et ante Th. Godwini Mosen et Aaronem, latine in Belgio et Bremae recusum exstat. Melchior item Leydeckerus de Rep. Hebr. lib. V. c. 1. Io. Iacobus Schudt prolegomenis ad vitam Iephthae, nec non in compendio historiae Iudaicae ad Iustini XXXVI. 2. Francof. 1700. 8. Auctor dissertationis de Theocratia Israelis [a], editae, vt probet Christum semper Principem gentis Iudaicae peculiariter fuisse ab exitu ex Aegypto vsque ad destructionem templi secundi. Salomo Deylingius in dissertatione de Israele Iehouae Dominio ad Ps. XIV. 2. Lips. 1723. Ioannes Fidalcke in dissertatione de Theocratia Iudaeorum. ibid. 1728. et Henricus Hulsius in dissertatione de Iehouah Deo, rege ac duce militari Israelis, quae prima est in Eius commentario in Israelis prisci praerogatiuas ac bona. Lugd. Batav. 1713. 4. euulgato. Henningi Bernh. Witteri liber editus Hildesiae 1711. 4. qui inscribitur, *Iura Israelitarum in terram Palaestinam*, est plenus paradoxis commentarius in Genesin. Ad eum obseruationes quasdam edidit Ioan. Hermannus ab Elswig. Witteb. 1712. 4. Iudaeorum populum in Aegypto atque Aegyptiorum tyrannide liberatum adeo stupidum et incultum haud fuisse, vti a viris quibusdam doctis arguitur, declarat Edmundus Dickinson in physica veteri et vera c. XIX. et D. Salomo Deylingius oratione de Israelitarum ingenio, ad calcem partis 1. obseruationum sacrarum, Lips. 1708. 4. De adolescentia Reipublicae Israelitarum sub temporibus Iudicum, hisque proximis, exstat D. *Gustaui Georgii Zeltneri* liber editus Norimbergae 1696. 8. ad 1. Regg. VI. et Act. XIII. 20. et *Daniel Guil. Molleri* de XII Iudicibus exercitatio, Altdorfii 1709. Praeterea notissimi sunt de Republica Hebraeorum libri praeclare scripti a Cornelio Bonauentura Bertramo, Carolo Sigonio, Ioanne Stephano Menochio, aliisque. *Bertrami* liber de Republica Hebraeorum, Theodoro Bezae inscriptus, lucem adspexit primum Geneuae 1574. 8. deinde notis illustratus a *Constantino l'Empereur* Lugd. Batav. 1641. ab eoque tempore cum huius viri docti notis recusus inter criticos sacros Anglos, Londini primum deinde Amstelodami, tum Francofurti vulgatos, tomo VIII. Ioannis Nicolai annotationes in laudatum Bertrami libellum nunc primum edidit Sigeb. Hauercampus Lugduni Batav. 1740. 8. *Caroli Sigonii* libri III. de Republica Hebraeorum lucem primo adspexerunt Bononiae 1582. 4. deinde saepius prelis iterum subiecti tum seorsim, tum aliis iuncti scriptis ab eodem Sigonio compositis. Denique cum

[a] Journal literaire, Tom. 3. p. 473. Hagae Comit. A. 1714. 8.

cum notis siue collectaneis *Ioannis Nicolai* Helmst. 1685. 4. iisque longe au-ctioribus Lugd. Batav. 1701. 4. *Ioannis* quoque *Braunii* viri clarissimi notas ineditas in Sigonium memorari video in Actis Eruditorum A. 1702. pag. 64. *Petri Cunaei* libri III. de Republica Hebraeorum Lugd. Batav. 1632. et saepe postea excusi, criticisque Anglis itidem inserti sunt, hinc in Belgicam linguam conuersi, suppletique ac continuati a *H. W. Goerée* Amst. 1685. et in Gallicam 1705. 8. 3 Vol. Nec minus latine iterum editi cum notis *Ioannis Nicolai* Lugd. Batav. 1703. 4. *Ioannis Stephani Menochii* opus de Republica Hebraeorum, omnis generis antiquitates hebraicas simul attingens, prodiit Parisiis 1648. 1651. fol. *Hermanni Conringii* de Republica Hebraeorum dissertatio Helmstadii separatim primum, deinde cum eius libro de Numis hebraicis edita et nouissime a Thoma Crenio inserta fasciculo 2 opusculorum ad historiam et philologiam spectantium. *Ioachimi Ludouici Reimeri* de Republica Hebraeorum libellus perbreuis vulgatus Hafn. 1657. 12. et Altenb. 1671. 12. *Edonis Hilderici*, Frisii, oratio de Politia et Hierarchia populi Iudaici, Altdorfii edita. *Melchioris Leideckeri* Theologi Traiectini libri XII. de Republica Hebraeorum, Vltraiecti 1704. fol. atque de vario Reipubl. Hebraeorum statu libri IX. Amstel. 1710. fol. *Ioannis* quoque *Conradi Danhaueri* Politia hebraea per varias aetates succincte descripta huc spectat, post auctorem iam pridem defunctum a Rev. D. Ioan. Andr. Schmidio vulgata Helmst. 1700. 4. et pridem commendata a Wilhelmo Ernesto Tenzelio in dialogis vernaculis A. 1690. pag. 369. *Sebastiani Castalionis* Respublica Iudaica ex Iosepho excerpta et separatim edita est Helmstadii 1616. 8. et nuper adiecta nouissimae editioni versionis latinae Bibliorum Castalionis Lipsiae 1697. fol. D. *Ioannis Wandalini* de iure regio opus in 3 libros distinctum et Hafniae editum 1663. 1664. 1667. 4. liber tertius praecipue hoc loco non praetereundus, in quo de Republica Hebraeorum qualis praesertim sub regibus fuit, fuse agitur. Videnda etiam *Antonii Probi* dissertatio de monarchia regni Israelis a Thoma Crenio subiuncta elenchis Iudaicis Christophori Heluici, recusis Lugd. Batav. 1702. 8. quibus addes Ioannis Francisci Buddei introductionem in philosophiam Hebraeorum pag. 400 sq. et Ioannem Seldenum lib. 1. de Synedriis capite vltimo. *Georgii Wendii* de Republica Hebraeorum disquisitiones theologico-politicas octo, Gedani 1696 et 1697. 4. quarum *prima* est de regimine Patriarcho, *secunda* de regimine Nimrodico, *tertia* de regimine Hegemonico, *quarta* de regimine Heroico, *quinta* de regimine Monarchico, *sexta* de regimine dubio in Aegypto, *septima* de regimine dubio in captiuitate et post captiuitatem Assyriaco-Babylonicam, et *octaua* de regimine ablato, siue de anarchia Iudaeorum hodierna. Marchionis *de S. Philippo* Monarchia Hebraeo-

braeorum Gallice Hagae Comitum 1727. 12. 2 Voll. excusam. *Ioannis Eenbergii* dissertationem de varia forma regiminis in populo Iudaico. Vpsal. 1708 8. euulgatam et *Henrici Benzelii* dissertationem de forma Reipublicae Iudaicae, in dissertationibus Eius Academicis Vol. 2. pag. 65 sqq. Notitiam suam Reipublicae Hebraeorum, sed adhuc ineditam memorat Philippus Iacobus Hartmannus in libro de rebus gestis Christianorum sub Apostolis pag. 60. Nicolaus quoque Hertius, ICtus praeclarus Giessensis anno 1710 extinctus editioni parauit tractatum de Republica Hebraeorum post Babylonicam, qui fato eius inopino interceptus est.

II. De LXX. Senioribus per Mosem constitutis videndi interpretes ad Exod. XXIV. Grotius ad Matth. V. 22. Bertramus cap. 5. 6. de Republica Hebraica. Constantinus l'Empereur in notis ad cap. XI. Bertrami, vbi Synedrium Ecclesiasticum ex Scribis et Sacerdotibus constans, a Synedrio politico Seniorum populi probe distinguendum monet. Confer interpretes ad Num. XI. 14. Actor. V. 21. Chiliarchis, Centurionibus, Pentecontarchis et Decurionibus, qui a Mose constituti memorantur Exod. XIIX. 25. Devt. I. 15. Iosephus III. 4. Antiqu. addit Myriarchos, Pentecosiarchos, Triacontarchos, Icosiarchos. Sed de vniuerso hoc argumento circa Synedria et praefecturas iuridicas veterum Hebraeorum, extat opus eruditissimum *Ioannis Seldeni*, in III libros distributum quorum primus Londini 1650. secundus ibid. 1653. tertius, (qui per fata auctoris 1654 exstincti imperfectus est relictus,) ibid. 1655 prodiit: deinde vno volumine recusum Amst. 1679. 4. Francof. 1697. 4. Francof. ad Viadr. 1734. 4. cum praefat. Ioan. Gottl. Heineccii. Praeterea videndus *Io. Cocceius* ad titulum thalmudicum Sanhedrin, siue de Synedrio, editum seorsim primum, sub nomine *Ioannis Koch Amst.* 1629. 4. deinde inter opera Coccei iam triplici vice iunctim edita tomo VII. et inter tractatus Mischnicos a Guilielmo Surenhusio illustratos cuius videnda etiam praefatio ad tomum IV. *Rich. Montacutius* in apparatu ad origines Ecclesiasticas p. 236 sq. (Analect. p. 228 sq.) *Petrus de Marca* lib. 2. cap. 5. de concordia Sacerdotii et Imperii. *Ioannes Leusdenius* pag. 317. Philologi hebraeomixti. *Samuel Bucherus* in dissertat. de synedrio magno, pag. 1 sqq. Eiusdem antiquitatum passionalium. Blasius Vgolinus ad Relandi antiqq Hebr. P. II. cap. 7. tomo II. thesauri antiquit. Hebr. pag. 680 sqq. Tum Henricus Benzelius, Andreas Boberg, Ioannes Ernestus Bornitius, Olauus Celsius, Ioannes Iacobus Freislebenius, Ioannes Frischmuthus, Dan. Heinrici, Ioannes Georgius Carthausius, Christianus Ludouici, Ioannes Marckius, Gustauus Peringerus, Isaacus Pihlmannus, Laurentius Quist, Carol. Schulten, et Ioannes Vorstius

in

in dissertationibus de Synedriis Hebraeorum: D. Io. Benedictus Carpzouius in notis ad Schikardi ius regium Hebraeorum p. 9 sq. vbi inter alia eiusdem Schikardi opus de synedriis morte praeuentum dolet, Ioannes quoque Henricus Otto historiae Doctorum Mischnicorum, Oxon. 1673. 12. et Amstelodami 1698. 8. editae adiunxit recensionem Praesidum et Vicepraesidum synedrii M. Controuersiam illam: *Num ab antiquo, ac inde a Mosis et Iudicum temporibus, synedrium magnum obtinuerit*, accurate discussit Eruditiss. Io. Gottl. Carpzouius in annotationibus ad Goodwinum p. 572 sqq. ostendens, Mosen, diuinis auspiciis, concilium eiusmodi LXX. senatorum instituisse: remque ipsam, etsi illa synedrii forma, quam Talmudistae describant, nec ab incunabulis eius obtinuerit, nec per omnium saeculorum tractatum obseruata fuerit, vel ob insignes externi habitus diuersitates, vel ob hiatus nonnullos, e medio tolli et negari non posse. Consessum synedrii in sigmatis, siue hemicycli formam, ita vt Principis locus esset in medio, et collegarum reliquorum a dextra ac sinistra eius, ex Rabbinorum sententia describit Ioan. Saubertus in palaestra dissertationum pag. 287. 288. Valent. Ern. Loescherus XIV. 3. Decimar. Euangelicarum T. 3. p. 133 sqq. vbi icon aere descripta exhibetur ex Herm. Witsii T. 1. Misc. sacr. lib. 2. diss. 3. pag. 519 sqq. Parum digna esse fide quae de continuatione synedrii Mosaici eiusque per omne tempus sub Iudicibus Regibus et sub templo secundo auctoritate traduntur, idque instauratum demum videri temporibus Seleucidarum contendit V. C. *Ioan. Clericus* in dissertatione de LXXII. virorum in Republica populi Hebraei Synedrio, quam commentario in libros V.T. historicos subiunxit: Et pridem in eandem sententiam plura disputauerat in iudiciis Theologorum Hollandiae de hist. critica V. T. Epistola X. eorumque iudiciorum defensione Epist. V. Videri tamen etiam possunt quae aduersus Clericum scripsit Richardus Simon. De Nasi, siue Principe et Directore synedrii magni Hebraeorum conferatur Io. Georg. Meuschenii commentatio, Coburgi 1724 edita, et recusa in Eius Nouo Testamento ex Talmude illustrato p. 1184 sqq. et Christoph. Kretzschmari commentatio Dresdae 1738 euulgata. Quod Iudaei tradunt, assessores Synedrii M. septuaginta linguarum debuisse esse peritos, non proprio, sed metaphorico sensu esse accipiendum ostendit Vir Acutissimus, Collega mihi coniunctissimus, Hermannus Samuel Reimarus in dissertatione de Assessoribus Synedrii M. septuaginta linguarum peritis, Hamburgi 1751 edita, contendens, nihil aliud velle Talmudicos, quam vt Assessores synedrii artem calleant, multiplicem sensum ex singulis sacrorum dictis eruendi. De potestate Synedrii M. tempore Romanorum consulantur scriptores quos laudarunt I. C. Wolfius Vol. 1. Curar. critic. et philolog. in N. T. pag 965. et Petrus

Zor-

Zornius in Hiſtoria fiſci iudaici p. 214 ſqq. Quibus addantur Nathan. Lardner P. 1. lib. 1. c. 2. fidei hiſtoriae euangelicae, p. 49. interpretat. latinae cura eiusdem Wolfii enulgatae Ioan. Phil. Barattierius in diſſertat. de auctoritate Iudaeorum ſigillatim in Iudaea ante captiuitatem Babylonicam, tomo II. interpretationis latinae itinerarii Beniam. Turdulenſis, p. 88 ſqq. Conr. Ikenius in diſſert. de iure vitae et necis tempore mortis Seruatoris apud Iudaeos non amplius ſuperſtite. Bremae 1740. 4. S. I. Baumgarten nota 310. ad T. IV. Hiſtoriae vniuerſalis p. 310. et Chr. Guil. Franc. Walchius in diſſertatione de Felicae Iudaeae Procuratore, Ienae 1747. 4. edita, in qua §. IX. pag. 24. probat, tempore mortis Chriſti ius vitae et necis Iudaeis fuiſſe ademtum. Quam ſententiam quoque tuetur Iac. Doitſma in oratione, qua negatur, Iudaeos tempore paſſionis Dominicae merum habuiſſe imperium. De minoribus iudiciis Iudaeorum annotant nonnulla interpretes eruditi ad Matth. V. 22. Adde Seldenum de Synedriis lib. II. cap. 5. pag. 643 ſqq. Ioannem Lundium in den jüdiſchen Heiligthümern pag. 549 ſq. ed. Wolfii. I. G. Carpzouium ad Goodwinum pag. 564. Seniores populi ſiue Senatores Synedrii M. a Senioribus Vrbium diſtinctos obſeruat praeter Conſtantinum l'Empereur ſupra laudatum Grotius ad Matth. V. p. 83. ad Matth. XXVI. 47. et Lucae XIX. vlt. De *Phylarchis* apud iudaeos videndi interpretes ad librum Numerorum cap. 1. Grotius et Hammondus ad Matth. XIX. 28. De *Principibus familiarum* agit etiam Ioan. Seldenus in libro de ſucceſſione apud Hebraeos in bona defunctorum, qui poſt editionem Londinenſem 1636. fol. prodiit Lugd. Batav. 1636. 8. et Francof. ad Oderam 1673. 4.

III. Quum Iſraelitae aliorum populorum orientalium exemplo Regem a Deo flagitaſſent, Samuel Propheta iubetur iis proponere *Miſchpat hammelech*, ius regis, ſiue vt Scaliger Epiſt. XV. transfert *modum Regis* 1 Sam. IIX. 11 ſq. Vtrum enim eo in loco deſcribatur ius Regis, quale illud voluerit et probauerit Deus O. M. an potius modus agendi, quo inclementius et incircumſcripta poteſtate vti ſolebant Reges plerique Orientis, et qualem adeo imitaturi etiam eſſent Reges Iſraelis, fuſe et magna animorum contentione diſputatur a variis ſcriptoribus. [3] Poſteriorem ſententiam ſcopo Samuelis, vt videtur, congruentiorem amplectuntur Ioſephus, tum Maimonides, Abarbanel et alii Iudaei: e Chriſtianis Clemens Alexandrinus, Cyprianus, Gregorius M. Sulpitius Seuerus, Beda aliique quam plurimi, allegati a Io. Wandalino lib. 2. de iure regio c. 2. Leydeckerus de Republ. Hebraeor. pag. 432. Gisb. Voetius tom. IV. diſſert. ſelect. p. 214. Ioan. Miltonus in defenſione po-

[3] Diuerſas interpretum ſententias exhibet Io. Chriſtoph. Wolfius B. H. Vol. II. p. 225.

populi Anglicani contra Salmaſium, Algernonius Sidneyus de regimine, (qui liber ex Anglico Gallice verſus Hagae Comitum 1702 prodiit) et Monarchomachi communiter. Prior ſententia praeplacet non modo Machiauelliſtis vniuerſis; ſed etiam aliis praeclaris viris et ſcripturae interpretibus. Vide Ioannem Wandalinum lib. 1. de iure regio c. 3 ſq. et ab eo laudatos, quibus addes Sam. Puffendorfium in analectis politicis pag. 68 ſq. D. Carpzouium τὸν μακαρίτην in limine notarum ad *Guil. Schickardum* de iure regio ex ſacris litteris et ſcriptoribus hebraicis illuſtrato, editoque primum Tubing 1621. 4. et cum Carpzouii notis recuſo Lipſ. 1674. 4. Frider. Vlricum Peſtelium in vindiciis iuris regii, Rintelii A. 1725. 4. editis, et *Eberhardi Rudolphi Rothii* bonum principem in Hebraeorum regibus repraeſentatum. Vlmae 1684. In hanc ſententiam multis quoque diſputat Claudius Salmaſius in defenſione regia toties recuſa. Vide et D. Calouii Biblia illuſtrata ad 1 Sam. VIII. Marshami Canonem Chronicum pag. 238 ſq. De regibus Hebaeorum eorumque iuribus, *Maimonidis* librum latine a ſe verſum ſeparatim cum notis edidit Melchior Leydeckerus Roterod. 1699. 8. atque iterum inſeruit lib. 7. de Repub. Hebr. c. 4. p. 232 ſq. et c. 13. p. 485 ſq. Vide ſis etiam Friſchmuthi diſſ. de rege eligendo et deponendo. Ienae 1653. 4. et Petrum Petitum p. 7. diatribae de iure edictis Principum Eccleſiae quaeſito et annis non vindicato, vbi Regem Synedrii iudicio ſubiectum fuiſſe negat, qui refellitur a Benedicto Bacchino p. 117 ſq. de Eccleſiae Hierarchiae origine. Vide tamen quae pro Petiti ſententia Caſaubonus XIII. ad Baronium, Seldenus III. 9. de Synedriis et Salmaſius c. 2. defenſionis regiae attulerunt. Iudicum a regibus differentiam ſuccincte explicare inſtituit Bailletus in Vitis Sanctorum Vet. Teſt. vbi Iudicum vitas expoſiturus negat eos perinde vt reges potuiſſe nouas ferre leges, noua imponere tributa. Nec ſceptrum geſtaſſe nec diadema, neque cinctos fuiſſe ſatellitio cuſtodibusque corporis. Neque vnctione ſacra fuiſſe inauguratos, neque haereditariam dignitatem ad filios transmiſiſſe, neque abſoluto vſos imperio in populum, ſed exercitum duxiſſe et libertatem populi aduerſus hoſtes aſſeruiſſe, iuraque ei dixiſſe. Addatur Abarbanelis diſſ. de iudicum et Regum conuenientia et differentia, quam Buxtorfius diſſertationibus Philologicotheol. p. 450 inſeruit. Primus poſt liberationem a captiuitate Babylonica A. CCCCXXXI. diadema ſibi impoſuit Ariſtobulus, Ioannis Maccabaei filius teſte Ioſepho lib. 1. de bello iudaico cap. 3. Ariſtocratia reſtituta a Gabinio eſt, qui iudicia ſiue ſynodos quinque populo praefecit. Id. lib. 1. c. 6. De fori ſiue iudiciorum ratione in portis, erudita Ioan. Danielis Iacobi diſſertatio lucem vidit Lipſiae A. 1714.

IV. De *Aechmalotarchis*, *Ethnarchisque* Iudaeorum, de *Patriarchis* et *Primatibus*, qui poſt captiuitatem fuere, conſules praeter ſcriptores ſupra p. 643 et 644. laudatos *Samuelem Petitum* lib. 2. var. lectionum c. 10. et lib. 3. var. obſeruationum c. 3. *Iacobum Godofredum* ad codicem Theodoſianum de Iudaeis et Coelicolis, *Grotium* c. 10. de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra pag. 272. *Iacobum Rhenſerdum* diſſert. de Arabarcha vel Ethnarcha Iudaeorum, Franequ. 1702. et in eius operibus philologicis p. 584. *Iacobum Cuiacium* obſeruationum lib. 8. cap. 37. *Simonem Boſium* ad lib. 2. Ep. 17. Cic. ad Attic. *Turnebum* Aduerſar. XXVII. 25. *Henricum Valeſium* ad Euſeb. H. E. L. II. C. 5. *Dionyſium Godofredum* ad L. X. Cod. de Vectigalibus. *Euſebium Renaudotum* in annotationibus ad veterem relationem de itinere in Indiam Chinamque p. 331 ſqq. *Ioan. Tob. Krebſium* obſeruat. in N. T. e Ioſepho p. 315 et 316. *Ioan. Gottl. Heynium* binis diſſertationibus de Ethnarcha Aretae Arabum regis Paullo Apoſtolo inſidiante. Witteb. 1755. et Celeb. *Ioan. Ern. Imm. Walchium* antiquit. Damaſcen. p. 28. Nobiles in republica Hebraea nulli niſi a dignitate officiorum. Vide Franc. Wokenii Bibliothecam p. 425 ſqq. De ciue in republica Hebraeorum exſtat diſſertatio Bernhardi von Sanden. Regiomonti 1689 euulgata.

Iudaeis *Catholici* (קתוליקין) vocantur generales vicarii Pontificis maximi ſub Sagane, vt e Maimonide praeter alios obſeruatum Thomae Reineſio eſt Epiſt. ad Vorſtium pag. 12. Adde Mishnam Surenhuſii tom. 2. pag. 193. Qua ratione etiam Chriſtianis in Aſia et Africa Primates quidam Catholicorum nomine veniunt. Vide W. E. Tentzelii dialogos vernaculos anni 1691. p. 296 ſq. vbi de Catholico Muſulenſi Babylonico, et Cangium in gloſſario, voce *Catholicus*. Sed et generales procuratores ſiue rationales redituum Imperatoris, dictos fuiſſe Catholicos notant Petauius ad Epiſt. 8. Iuliani, et Pearſonius ad ſymbolum Apoſt. p. 610. Sed vt ad Hebraeos redeamus, de *ſcribis politicis* mentio occurrit Actorum XIX. 35. cui loco addes vbi lubebit Marshamum p. 36. Canonis chronici, Druſium ad 1 Maccab. V. 42. Ezech. Spanhemium epiſtola ſecunda ad Andream Morellum, Ioannem Lomeierum parte dierum genialium diſſ. 9. et Antonium van Dale diſſ. V. de antiquitatibus ex marmoribus illuſtratis p. 425.

V. De Aegyptiorum politia agunt Herodotus, Strabo XVII libro, Diodorus Siculus: atque e recentioribus Athanaſius Kircherus Tom. 1. Oedipi Aegyptiaci. Marshamus, Witſius, et in hiſt. vniuerſali Boſſuetus etc. Iucundum etiam Viri Clariſſ. Io. Braunii ſomnium de Delta Aegyptiaco lib. 5. ſelector. ſacror. Exerc. 4 quo Aegyptum cum Belgio, Peluſium cum Amſte-

lodamo

lodamo confert. Tota Aegyptus olim tributa in inferiorem, ſuperiorem et mediam, ſingulae harum iterum in nomos ſiue prouincias decem. Confer Philippum Bertherium, libro 1. πιθανῶν, cap. 4. Regum immanes opes ac potentia, vrbium et incolarum incredibilis plane numerus traditur. Et Theocritus Ptolemaeo Philadelpho adhuc ait ſubeſſe ciuitates 33353. Idyll. XVII. v. 82. Plures quam termille ciuitates ſua etiamnum aetate agnoſcit Diodorus Siculus lib. 1. pag. 27. antea non pauciores duodeuiginti millibus extitiſſe profeſſus. Incolas 3000000, antea 7000000. Thebae Metropolis longitudine fuit octoginta ſtadiorum. Ptolemaeo Auletae, attritis ac defectis iam pridem regni viribus annuatim redibant talenta 12500 teſte apud Strabonem p. 798 Cicerone. De ſynedriis et iudiciis Aegyptiorum exſtat liber Ioannis Nicolai, Lugd. Bat. 1706. 8. Hiſtoriam regum Aegypti poſt Alexandrum M. quemadmodum Syriae [4] quoque, ex numis et aliis veteribus monumentis egregie illuſtrauit V. C. Ioannes Vaillant, Amſt. 1701. fol. Cui addatur Reineri Reineccii hiſtoria Iulia parte 3. pag. 58 ſqq. Primorum et antiquiſſimorum minus exploratae res ſunt, vti ſucceſſio temporum incerta.

VI. Reſpublicas centum et duodeſexaginta deſcripſerat Ariſtoteles, vt eſt apud Laertium et Anonymum Menagii de vita Philoſophi, ſiue vt Graeuius praefat. theſauri antiqu. Roman. tom. 1. neſcio quo e ſcriptore, centum et octoginta: ſiue vt Ammonius denique ſeu Philoponus in Ariſtotelis vita, ducentas et quinquaginta quinque, Graecorum maxime, tum etiam Barbarorum, quo in opere peculiariter dixerat de iis quae Monarchico et quae Democratico atque Ariſtocratico imperio vterentur. In Arabica illius operis verſione quae memoratur ab Herbeloto in Bibl. Orientali, de CXXIV. ciuitatibus mentionem fieri affirmat ſcriptor Arabs Hagi Kalfah. Vulgauerat illas rerump. deſcriptiones atque de illarum conſtitutione cenſuras Ariſtoteles ante libros Politicorum, Ethicorumque, ſiue de ciuili et morali doctrina. Quod illuſtre opus auctori ipſi in extremo Nicomachaeorum laudatum, temporum iniuria ſiue librariorum negligentia intercidiſſe vehementer dolendum eſt, nec deſiderium illud leuatur perpaucis fragmentis quae vndecunque collegit Iſ. Caſaubonus, et recentioribus Ariſtotelis editionibus ſubnexuerunt editores. Nomina rerumpublicarum ab illo celebratarum haec LXXXIV. reperio: *Abydenorum*, *Achiuorum*, *Acarnanum*, *Adramyttenorum*, *Aeginenſium*, *Aetolorum*, *Alydenſium*, *Ambraciotarum*, *Amphipolitanorum*, *Antiſſaeorum*, *Apolloniatarum*, *Arcadum*, *Argiuorum*, *Athenienſium*: *Bottiaeorum*, *Byzantiorum*,

[4] Eius hiſtoria regum Syriae ad fidem numiſmatum accommodata prodiit Pariſ. 1681. 4.

tiorum, *Carum*, *Carthaginiensium*, *Cataneorum*, *Ceorum*, *Chalcidensium in Italia*, *Chalcidensium in Thracia*, *Chiorum*, *Cianensium*, *Clazomeniorum*, *Cnidiorum*, *Colophoniorum*, *Coorum*, *Corcyraeorum*, *Corinthiorum*, *Crotoniatarum*, *Cretensium*, *Cythniorum*, *Cypriorum*, *Cyrenaeorum*, *Deliorum*, *Delphicorum*, *Eleorum*, *Epidamnensium*, *Epirotarum*, *Erythriensium*, *Euboensium*, *Geloorum*, *Gilensium*, *Heracleonitarum*, *Heraeensium*, *Hestiaeensium*, *Himeraeensium*, *Iapygum*, *Istrensium*, *Lacedaemoniorum*, *Larissaeorum*, *Leontinorum*, *Leucadiorum*, *Locrensium*, *Lyciorum*, *Mantinensium*, *Massaliotarum*, *Megarensium*, *Meliensium*, *Methonensium*, *Milesiorum*, *Molossorum*, *Mytilenaeorum*, *Naxiorum*, *Notiensium*, *Opuntiorum*, *Oraeensium*, *Orchomeniorum*, *Pariorum*, *Pelleniorum*, *Phocensium*, *Rheginensium*, *Rhodiorum*, *Samiorum*, *Samothracum*, *Sicyoniorum*, *Sybaritarum*, *Syracusanorum*, *Tarantinorum*, *Tegeatarum*, *Tenediorum*, *Tyrrhenorum*, *Troezeniorum*. Scripserat de rebuspublicis etiam *Critias* de quo Casaubonus ad Athenaeum XI. 3. nec minus *Dicaearchus*, vide quae viri docti ad Ciceronem II. 2 Epist. ad Atticum. Quae de Graecorum politiis ad calcem Nicolai Cragii de republica Lacedaemoniorum, et ad calcem Variar. Aeliani historiarum in antiquis editionibus leguntur sub nomine *Heraclidae* Pontici, non respublicas integras describunt, sed singulos quosdam ritus vel mores rerumpublicarum quarundam adnotant. Eiusdem generis sunt, quae sub *Nicol. Damasceni* nomine de rebuspublicis leguntur, et ex Stobaei sermone 42 sunt excerpta, atque ab Daniele Heinsio subiecta praeclarae editioni Politicorum Aristotelis, et recusa tomo VI. thesauri antiquitatt. Gronouiani. Inter recentiores *Bartholomaeus Keckermannus* in systemate systematum tom. 3. post corpus politicum exhibet exercitationes quatuor 1) de principatu seu monarchia *Persarum* (de qua diligentissime Barnabas Brissonius) 2) de sexaginta rebuspubl. priscis, in qua non quidem iustae harum descriptiones, sed de singulis earundem vnus alterue mos vel lex vna alterue memorata Aristoteli, Heraclidi, Nic. Damasceno, a Keckermanno Politicis animaduersionibus illustrata: 3) de republica *Atheniensi*, et 4) de *Spartana* paullo diligentior tractatio. Post hunc *Vbbo Emmius* tom. 3. Graeciae Veteris, seorsim pluribus vicibus editae et tom. 4. thesauri Gronouiani recusae descripsit respublicas *Atheniensium*, *Lacedaemoniorum*, *Carthaginiensium*, *Cretensium*, *Argiuorum*, *Thebanorum*, *Corinthiorum*, *Syracusanorum*, *Corcyreorum*, *Samiorum*: *Chiorum*, *Rhodiorum*, *Achaeorum*, *Aetolorum*, *Acarnanum*, *Epiri*, *Massiliensium*, et *Locrensium*. De republica *Carthaginiensi* collegit nonnulla in Carthagine sua Christophorus Hendreich, Francof. ad Oderam 1664. 8. Cui addas auctores historiae vniuersalis T. XV. pag. 223. Interpretationis Germanicae. De Atheniensium republica libri IV. *Caroli Sigonii*

gonii cum libro eiusdem de rebus Atheniensium ac Lacedaemoniorum chronologice digesto prodierunt iuncti aliis quibusdam Sigonii scriptis, Hanov. 1611. fol. et recusi sunt in tom. V. antiquitatum Graecarum, vbi etiam occurrit *Guilielm. Postellus* de republica et magistratibus Atheniensium, *Antonii Thysii* de republ. Atheniensi diss. politica, et *Achaia* vetus *Martini Schockii* qua eius situs, antiquitates, respublica, reges, tyranni, leges et bella describuntur. Idem Gronouius tom. 4. recudi fecit *Io. Meursii* de tribubus et pagis Atticae librum cum luculentis *Iac. Sponii* ex eius itinerario supplementis, Meursii regnum Atticum siue de regibus Atheniensibus, et Archontes [5] Athenienses auctoris supplementa quaedam ad hos libros ex eius chirographo in praefatione ad illum tomum a Gronouio exhibentur. In tomo 5. eiusdem thesauri recusi exstant Meursii Pisistratus siue de regno Pisistrati liber auctior, et liber de regno Laconico. Rationes veteris reipubl. Atheniensis insigniter illustrat *Ioan. Vincentius Luchesinius* in notis historicis ad Demosthenis XII orationes de republica ad Athenienses habitas. Romae 1712. 4. Integrum de republica Atheniensium commentarium promisit Vir in hoc studiorum genere versatissimus Ioan. Taylorius lectionum Lysiacar. pag. 507. De fatis reipublicae Atticae duae exstant dissertationes Israelis I. Nesselii et Laur. Arrhenii Vpsal. 1722. editae. In eodem tomo V. thesauri Gronouiani recusi sunt *Nicolai Cragii* Ripensis de republica *Lacedaemoniorum* libri 4. pereruditi post editionem Genev. 1593. 4. et Lugd. Bat. 1670. 8. auctiores atque emendatiores, Ioannisque Meursii libri totidem Miscellaneorum Laconicorum, quibus Cragius passim suppletur vel confirmatur. Ceterum falli eos qui non Cragium sed Cuiacium librorum illorum auctorem faciunt, ostendit Henr. Ernstius in obseruationibus lib. 2. cap. 27. Denique in eodem tomo 5. habes Meursii fortunam Atticam siue tractatum breuem de fatis reip. Atheniensis, ex chirographo auctoris locupletatum. In T. VI. thesauri Gronouiani occurrit *Iosephi Laurentii* disquisitio de rebuspublicis, suffragiis, conciliis, accusationibus et tormentis veterum, ex Polymathia eius excerpta. *Leonh.* vero *Aretini* rerum Graecarum liber ad Angelum Acciaiolum; qui in eodem tom. obuius est, praecipuarum Graeciae ciuitatum casus ruinas et mirificas conuersiones complectitur. Habentur etiam tomo VI. thesauri Gronouiani *Ioachimi Stephani* de iurisdictione veterum Graecorum ex eius libro

 de

[5] Inter Archontes nouem Athenis vnus tantum erat ἐπώνυμος siue cuius nomen eo anno annotabatur in fastis, vt docet praeter alios Philo lib. de Abrahamo pag. 275. Confer veterem inscriptionem in Montfauconi palaeographia pag. 149. et Antonium van Dale antiquitatt. e marmoribus pag. 203 sq. Archontes Eponymos ordine alphabetico exhibuimus supra pag. 284.

de iurisdictione Iudaeorum, Graecorum, Romanorum et Ecclesiasticorum, Francof. 1604. 8. et *Ioachimi Perionii* de magistratibus Graecorum Romanorumque libri 3. editi pridem Paris. 1560. 4. At Persei Stoici (qui apud Athenaeum corrupte Saeus) opus de republica Lacedaemoniorum intercidit, de quo Ioan. Ionsius pag. 11. de scriptoribus hist. philosophicae. Sed post Cragium, Meursium, Keckermannum, et Vbbonem Emmium (ne de veteribus dicam Plutarcho et Xenophonte) de *republica Lacedaemoniorum* videndus etiam *Guilleterius* in Lacedaemone veteri et noua, gallice edita: vti de Athenis harumque fortuna idem Guilleterius Franciscusque Fanellus, vt omittam diatribam quam de republica Laconica, Wittebergae vulgauit Henricus Theophilus Schneiderus, perpaucis constantem foliis. *Wilhelmum Bossardum* de magistratibus [6] *Atheniensium* quem laudat D. Io. Conradus Dietericus in antiquitatibus biblicis V. T. pag. 569. et *Antonii Montecatini* veterum rerumpublicarum antiqua fragmenta, cum eius commentario ad Platonem de republ. et legibus, Ferrariae 1595. fol. edita haud vidi. *Postelli* vero librum eius argumenti etiam cum notulis suis recudi curauit Ioan. Frider. Hekelius, Lips. 1691. 8. De Prytanibus Graecorum agit *Ezech. Spanhemius* in tractatu quem Clariss. Graeuius tomo V. thesauri sui inseruit. *Antonius* item *van Dale* in diss. ad antiquitates ex marmoribus illustrandas editis, vbi etiam de Agonothetis, Principibus Sacrorum, Stephanophoris et similibus. *Eduardus Corsinius* Fastor. Atticor. dissert. 6. in qua de Atheniensium senatu, et ecclesiis, de prytanibus, proedriis ac epistatis illorumque muneribus ac varietate disputat. Et *Elias Blanchardus* in commentatione de origine et muneribus Prytanum et de Prytaneis T. IV. histor. acad. inscript. pag. 89 sq. *Idem* eodem T. IV. laudatae historiae p. 79 sqq. singulari commentatione egit generatim de tribunalibus Athenis constitutis, et pag. 106 sq. de Heliastis, tribunalis quadam apud Athenienses specie. De Delphinio, Atheniensium tribunali, egit Iacob. Henricus Bornius, in commentatione Lipsiae 1735 euulgata. De Atheniensium magistratibus consulatur quoque *Ged. le Cointe* praefat. ad versionem gallicam orationis Demosthenis contra Leptinen, Gottingae et Lugd. Batav. 1756. 8. editam, et *Wilhelmus Possardus*, adiectus Zamosii libro de senatu Romano, Argentorati 1608. 8. p. 425. et insertus Clausingii iuri publico Romanor. T. 3. pag. 313. Apud Daleum paullo ante laudatum, et Ioan. Schilterum opere mox laudando, tum etiam Andream Morellum in specimine rei numariae pag. 27 sq. et Ioan. Valentem in Numismatibus Graecis impera-

[6] De δοκιμασία magistratuum apud Athenienses siue probatione vitae eorum, morumque vide Boeckleri diss. T. 2. pag. 942 sq. ad Lysiae orat. 15 et 30. De officiis diuersorum diuersis Suidas in ἡγεμονία.

peratorum p. 221 sq. plura videri possunt de Κοινῷ siue variis communitatibus vrbium Graeciae, Asiaeque. De communi Ionum Bandurius T. 1. Numismat. pag. 64.

VIII. De corpore foederato *Achaeorum* ex Polybio et aliis agit *Io. Schildius* libro secundo de coalitione populorum ac rerumpublicarum pag. 101 sq. et *Martinus Schoockius* in Achaia vetere tom. 5. thesauri antiquitatum Graecarum, qui c. 24. foedus Achaicum confert cum Belgio foederato. Vti cum eodem corpore formam reipublicae nostrae Romano Germanicae compararunt *Iacobus Godofredus*, *Hermannus Conringius* et alii, praesertim *Io. Ludouicus Praschius* in assertione reipublicae Achaicae, eiusdemque cum germanica comparatione, Ratisbonae 1686. 4. de quo libro vide sis acta Eruditor. Lipsiens. anno 1687. p. 99. De corpore *Aetolorum* idem Schildius, p. 130 sq. cuius libri III. de coalitione populorum ac rerumpubl. prodierunt Hagae Comitis 1661. 4.

IX. De magistratibus vrbis Romae dum in libertate ciuitas fuit, *Iani Guilielmi* libellus post editionem Rostochiensem anni 1557. 8. recusus est plus simplici vice in Petri Scriuerii republica romana. et T. III. thesauri Sallengeriani. *Ioannis Kirchmanni* opus non paucis constans foliis de magistratibus Romanorum adhuc ἀνέκδοτον vidi in Bibl. Gudiana, cuius ἀπόγραφον etiam est apud Cl. amicum et coniunctissimum collegam nostrum Michaelem Richey, gymnasii nostri per 43 annos Professorem praeclare meritum. Alioqui de magistratibus Romanorum praeter *Perionium* supra laudatum noti sunt *Andreas Dominicus Floccus*, cui libellum sub falso *Lucii Fenestellae* nomine saepius editum recte restituit Aegidius Witsius Brugensis Antw. 1561. 8. licet *Iacobo Borragio* illum Robortellus tribuere mallet. Tum *Iulius San Seuerinus*, *Pomponii Laeti* nomine notior, et *Henricus Bebelius* Argent. 1513. 4. qui cum Flocco, Laeto et *Volaterrani* iis quae lib. 29. commentar. Vrbanorum de hoc argumento scripsit, legitur ad calcem antiquitatum Rom. Philippi Caroli: *Andreas Alciatus* de magistratibus ciuilibusque et militaribus officiis, T. IV. operum: *Petrus Faber* ICtus itidem doctissimus, cuius tractatus de magistratibus Romanorum (consulibus maxime) legitur ad calcem lib. 1. Semestrium: et T. III. Thesauri Sallengriani: *Petrus Poisson* de veteribus et nouis magistratibus et dignitatibus pop. Rom. gallice, Paris. 1583. 8. *Claudius Praeuotius* de magistratibus pop. Romani, Lausannae 1579. 8. *Ioan. Pyrrhus*, cuius lib. III. de magistratibus Romanis exstant in Oceano iuris, siue tractatu tractatuum

Ve-

Venet. 1584. fol. tomo I. *Georgius Vauchopius*, Scotus, Rom. 1595. recusus in Petri Scriuerii republ. Romana, et T. III. Thesauri Sallengriani: *Scipio Gentilis* in libro de iure publico populi Romani, Altdorf. 1662. diss. 1. de quo libro vide sis Clariss. Struuii Bibliothecam antiquam tomo 1. pag. 405. *Franciscus Hotomannus* tomo tertio operum et tom. 2. thesauri Graeuiani: *Guerinus Piso* de Romanorum et Venetorum magistratuum inter se comparatione. Patauii 1563. 4. et Lipsiae 1669. 8. *Augusti Campiani* libri duo de officio et potestate magistratuum Romanorum et iurisdictione. Geneuae 1725. 4. *Bernhardi Oricellarii* commentarius de magistratibus Romanorum veterum ex libro Mspto Florentino editus a V. C. Ioan. Ern. Imman. Walchio, Lips. 1752. 4. vt scriptores generales antiquitatum reipublicae Romanae praetereamus, *Onufrium Panuinium* tom. 1. Graeuii, *Wolfgangum Lazium*, aliosque: nec non libellum ex *Iusti Lipsii* scriptis de magistratibus Romanis collectum, qui in Antonii Thysii Roma illustrata, Petri Scriuerii republica Romana, et Clausingii iure publico Rom. plus semel prodiit.

X. *Regum* Albanorum et Aeneadarum Dynastiam et successionem ante Romulum, illustrat Carolus Neapolis ad Ouidii fastos pag. 159. et Theodorus Rycquius de aduentu Aeneae in Italiam pag. 453. A regibus Romanis prouocationi locum fuisse ad populum, Cicero, Liuius lib. 1. cap. 26. et Seneca Epist. 108. dubitare nos non sinunt, licet hoc neget Scipio Gentilis libro iam laudato, diss. 1. §. 3. et Ioan. Henricus Boeclerus de Roma sub VII regibus Romanorum, tom. 2. diss. pag. 494. De senatus auctoritate etiam sub regibus vide quae viri docti disputarunt ad Ciceronis orat. in L. Pisonem cap. 10. T. V. edit. Graeuii p. 643. Ad politicas rationes Romanae sub regibus infantiae intelligendas faciunt quoque inprimis *Nic. Machiauelli* libri 3. dissertationum ad librum primum T. Liuii, Italica primum lingua ab auctore scriptae, et deinde in Latina etiam Gallicaque lingua saepius editae. *Ioannis Schefferi* Regnum Romanum, siue Exercitationes 7. politicae ad Liuii lib. 1. Vpsaliae 1665. 4. *Casparis Facii* Politica Liuiana. Altenburgi 1617. 4. *Marci Zueri Boxhornii* dissertationes XVI. de Imperio Romanorum cum obseruationibus Ioan. Schmidelii editae Ienae 1664. 12. et *Henrici Benedicti Richteri* Res Romana exemplar. Lipsiae 1747. 4. Rationes *Reipublicae Romanae* compendio perspicere licet ex libro saepius recuso, et tironibus inprimis commendando *Petri Iosephi Cantelii*, S. I. Selectas quaestiones de Romana Rep. magistratibus, legibus et iudiciis Romanis illustrauit *M. Antonius Ferratius* libris tribus Epistolarum, vulgatis Patauii 1699. 8.

Con-

Conſpectum pleniorem ſingulorum *Magiſtratuum*[7] Romanorum, maiorum minorumque, ordinariorum et extraordinariorum exhibet Onufrius Panuinius lib. I. de Ciuitate Rom. c. 56. T. I. theſauri Graeuiani, et Hubertus Goltzius in Theſauro rei antiquariae pag. 163 ſqq. vbi magiſtratuum et dignitatum officiorumque publicorum nomina ex numis et inſcriptionibus ordine alphabetico refert. De *Conſulibus* qui ab A. vrbis 244. poſt exactos reges annui centuriatis comitiis creari coepti ſunt bini, et quorum eadem paene poteſtas quae Regum, videndus inprimis Petrus Faber ad calcem libri I. Semeſtrium. Tum Albertus Mazolenus in numiſmata aenea ſelectiora maximi moduli e muſeo Piſano, P. I. animadv. 6. Denique ſingulae diſſertationes Ionae Sundelii. Vpſal. 1658. 8. Chriſti. Frid. Franckenſteinii. Lipſ. 1660. Chriſti. Klengelii. Witteb. 1663. Iac. Arrhenii. Vpſal. 1705. 8. Chriſti. Henr. Hauſotteri. Lipſ. 1748. Singularis eorum praerogatiua, vt quemadmodum Athenis ab Archonte, ita Romae a Conſulibus anni nominarentur: quod factum etiam ſub Imperatoribus eſt vsque ad annum Chriſti 541. (vrbis 1292.) ex quo Imperatorum annis tempora ſignata ſunt, Iuſtiniano ita iubente, ſuaſu vt volunt Triboniani. Atque ex quo conſulatus a Iuſtiniano abrogatus eſt, ſemel nec pluries proceſſiſſe Imperatores notauit Cangius ad Chronicon Paſchale p. 606. Vti vero Athenis Archontes quidam non erant ἐπώνυμοι, ita Romae conſules medio ſuffecti anno in faſtis non nominabantur. Ita primo ſtatim anno poſt eiectum Tarquinium, quinque fuere Conſules, vno abeunte in voluntarium exilium, altero occiſo, tertio morbi vi hauſto, ſed a duobus primis tantum Bruto & Collatino annus nominatur. Non mediocres vero inde in veteri hiſtoria et chronologia conſtituenda tenebrae, dum ſcriptores modo ordinariorum tantum et ἐπωνύμων rationem habeant, modo etiam ſuffectorum. Vide Reineſii Epiſtolas ad Rupertum pag. 48. 445 ſq. Conſules ſuffecti vocantur etiam *ſuffragatores* apud Sponium pag. 115. Miſcell. De conſulibus ſuffectis diſſerit Celeberrimus H. S. Reimarus in litteris ad Eminentiſſimum Card. Quirinum datis, quas is inſeruit Epiſtolae ad Hieronymum Lagomarſinum, Brixiae 1749 editae. Conſules, dictatores, cenſoresque temporum or-

[7] Magiſtratum poteſtas omnis in *Imperando*, quo ſpectat ius vocationis, prehenſionis, animaduerſionis, coercitionis, in prouinciis etiam ius ſecurium, vide Io. Gottl. Heineccii praefat. ad Ezech. Spanhemii orbem Romanum, et Celeberrimum Io. Aug. Erneſti in claui Ciceroniana voce *Imperium*: in *Iure dicundo*, vide Gerhardi Noodtii libellum de jurisdictione, et eundem Erneſti claui Cicer. voce Iurisdictio: in *Referendo*, ἐν τῷ χρηματίσαι, vnde iura primae, ſecundae, tertiae relationis: in *Auſpicando*, Cic. III. de legibus c. 3. 4. Conf. viri Illuſtris Io. Iac. Maſcouii diſſert. de iure auſpiciorum apud Romanos. Lipſ. 1721. cap. 3.

ordine expoſuit *Bartholomaeus Marlianus*. Rom. 1560. fol. Accuratius *Stephanus Vinandus Pighius* in annalibus magiſtratuum et prouinciarum S. P. Q. R. Antwerp. 1615. fol. et varii tom. XI. Graev. nec non *Onufrius Panuinius* in libris V. Faſtorum a Romulo rege vsque ad imp. Carolum V. ſubiecta appendice in qua faſti imperatorum et conſulum ordinariorum, a Caeſare dictatore vsque ad Iuſtinianum Auguſtum, M. Verrii Flaccii Conſularia et Triumphalia fragmenta, atque chronica *Caſſiodori*, *Proſperi*, *Incerti* auctoris et *Marcellini Comitis*, Venet. 1558. fol. et Heidelbergae apud Commelin. 1588. fol. Exſtant et faſti conſulares ac triumphorum actorum a Romulo vsque ad Imp. Tiberium illuſtrati commentario *Caroli Sigonii*, Venet. 1556. fol. et Tom. 1. Operum eius Mediolani 1732. fol. iunctim editorum. Alios faſtos conſulares vsque ad annum vrbis 1107. ex codice MS. Bibl. Caeſareae vulgauit *Henricus Noris* ad calcem libri de anno et Epochis Syro-Macedonum Lipſ. 1696. 4. Eosdem cum Noriſii diſſ. ad illos faſtos et illius epiſtola conſulari, in qua ex antiquis inſcriptionibus et aliis monumentis Onufrius [8] ſubinde caſtigatur, habes etiam in tomo XI. theſauri Graeuiani. Non omittendi etiam faſti Liuiani *Eliae Conſtantini Trewenſchroeder* ab vrbe condita ad annum vrbis 742. Gedani 1675. 4. et quae de conſulum ſucceſſione conſtituenda et ſerie ac nominibus et praenominibus accurate exponendis monuerunt *Antonius Pagi* in diſſ. Hypatica ſiue de conſulibus Caeſareis Lugd. 1682. 4. *Baronius*, idem *Pagi* et *Samuel Baſnage* in annalibus, *Tillemontius* in hiſtoria imperatorum, *Henricus Dodwellus* in chronologia Dionyſii Halicarnaſſei, vt faſtos ab Aegidio Bucherio, et cum chronico Paſchali a Cangio editos, Io. Cuſpinianum aliosque praetereamus. Nam de *Theodori Ianſonii Almelouenii* faſtis conſularibus duplicibus, ſerie temporum et ordine alphabeti digeſtis inſtituto vtiliſſimo, Amſtelod. 1705. 8. iam meminimus ſupra cap. VII. quales dedit etiam *Beniamin Hederichius* Witteberg. 1713. 8. ſed annis vrbis conditae non adſcriptis. *Chriſtoph. Adami Ruperti* faſti conſulares, quorum in Reineſii epiſtolis ad eum ſcriptis p. 663. mentio, non viderunt lucem. Neque praetereundi ſunt *Barthol. Marliani* Annales Conſulum, Dictatorum Cenſorumque Romanorum vsque ad Tiberium Caeſarem Romae 1560. fol. *Huberti Goltzii* Faſti magiſtratuum et triumphorum Romanorum ab V. C. ad Auguſti obitum ex antiquis tam numiſmatum quam marmorum monumentis reſtituti. Item Catalogus Conſulum poſt obitum Auguſti vsque ad Iuſtinianum. Burgis Flandror. 1566. fol. et Antwerp. 1617. fol. *Petri Relandi* Faſti conſulares in Codicem Theodoſianum et Iuſtinianeum, quos poſt Petri obitum vulgauit

[8] Onufrium in praenominibus addendis ſaepius hallucinari, notauit etiam Sirmondus Tom. 1. Opp. pag. 856.

uit frater Hadrianus Relandus. Vltraiecti 1715. 8. De chronologia Consulum Romanorum confer M. *Antonii Ferratii* Epistolas, pag. 229 sqq. De Fastor. Romanorum formula, *post Consulatum* Chr. Gottl. Schwarzii dissertationem Altdorfii 1735 euulgatam. De diptychis eburneis, quibus Consulum nomina aureis inscribebantur litteris, quae cap. XIV. fusius recensibimus, vide praeter scriptores tum laudandos, Prosperum in peroratione libri de promissionibus Dei, Sirmondum ad Sidonii VIII. Epist. 6. et Henricum Noris de Synodo V. cap. 5. p. 23. Fastos eiusmodi *ὑπατάρια* vocat Chronicon Paschale pag. 381. De Consulibus honorariis et Codicillaribus, *καλουμένοις μόνον*, quales sub Imperatoribus fuere ornamentis et praerogatiuis aucti Consularibus, sine munere ac potestate, vide A. Pagi diss. Hypaticam pag. 70 sq. et Chr. Gottl. Schwarzium ad Plinii Panegyr. pag. 261. De potestate et regio Imperio Consulum (quorum ambo ad A. V. 388. Patricii, deinde alter e plebe Liv. VI. 42. Plutarch. Camillo pag. 151.) vide et quae post deperditos Marcelli et Vlpiani de officio Consulis viri docti ad Liuium IV. 2 et 3. Begerus ad Florum p. 87. Alexander ab Alexandro III. 3. Onufrius commentario ad lib. 1. fastor. pag. 57 sq. Petrus Iosephus Cantelius de Rep. Romana p. 248. De *Proconsulibus* confer Ioan. Nic. Funccii dissertat. de proconsulari dignitate in Conr. Ikenii symbolis litterariis Tom. II. pag. 581 sqq. et Christ. Henrici Hausotteri commentationem de eodem argumento Lipsiae 1748 editam.

XI. *Praefectos vrbis* Romae et CPoleos vsque ad A. C. 478. fastis suis Consularibus subiunxit laudatus *Almelouenius*, cum quo conferendus Catalogus, quem ex MSto Bibliothecae Caesareae dedit Ioan. Georg. Eccardus in corpore scriptorum medii aeui T. 1. pag. 17. et Graeuius Tom. XI. thesauri A. R. p. 387. *Felix Contelorius*, Protonotarius Apostolicus, libro de praefecto Vrbis, Romae 1631. 4. recusus T. 1. thesauri Sallengriani p. 518. qui et ipse seriem praefectorum vrbis Romae addidit, eamque vsque ad A. C. 1630. produxit. De officio Praefecti vrbis, praecipue sub Imperatoribus, quales ex Maecenatis consilio apud Dionem LII. pag. 478. constituit Augustus, vide etiam Procopium historiae arcanae cap. 20. Sirmondum T. 1. Opp. p. 866. Guidonem Pancirollum notit. dignit. imperii occidental. cap. 3. Arnoldi Drackenborgii dissertat. de Praefectis vrbi, sub Petri Burmanni praesidio habitam A. 1704. et recusam Vtraiecti 1752. 8. et Ioan. Tobiae Krebsii commentat. de praefecto vrbis Romano. Lipsiae 1747. qui cum Graeuio ad Suetonii Augustum, cap. 37. contra Torrentium et Pancirollum affirmat, Praefectum Augusteum nouum fuisse magistratum, ab altero illo, Reipublicae liberae tem-

poribus creatum, longe diuersum. A Romulo vsque originem huius magistratus deriuat Tacitus Annal. VI. 11. De Praefecti vrbis iurisdictione in suburbicarias regiones[9] intra centesimum milliarium de qua Cassiodorus VI. 4. Var. vide Salmasii Eucharisticam ad Sirmondum cap. 1. Praefectus vrbis iudicabat etiam de Senatorum et aliorum Romanorum caussis, quae in prouinciis mouebantur, Id. p. 23. In vrbe et agro Romano intra vicesimum milliarium habebat potestatem gladii, et merum imperium, extra vrbem intra centesimum milliarium tantum pro iure magistratus poterat iubere iudicare. De *Praefecto classis* et orae maritimae confer Ezech. Spanhemium de vsu et praestantia numismatum T. II. pag. 183 sq. De *Praefecto Praetorio* consulatur Marci Antonii Surgentis Neapolis illustrata, vbi cum Vicerege Neapolitano confertur. Prodiit iste liber primum Neapoli 1597. fol. deinde ibidem 1602. sub hoc titulo: Aureus tractatus, Praefecti praetorio reliquorumque antiquorum magistratuum, cum Vicerege aliisque magistratibus nostri temporis comparationem instituens. Tum insertus est T. IX. Thesauri Italiae parti tertiae. Iac. Perizonii[10] disquisitio de Praetorio, quum alibi, tum maxime in vrbe Roma eiusque praefecto. Lugd. Bat. 1696. 8. Iacobus Gutherius de offic. domus Augustae lib. 2. cap. 1 sq. Iul. Caesar Bulengerus de Imperio Rom. lib. 3. cap. 2. Laeuinus Torrentius et Isaacus Casaubonus notis ad Suetonium T. 2. p. 147 et 276. edit. Burmanni. Ioan. Henr. Boeclerus ad Herodian. lib. 1. cap. 9. p. 374. Petrus Faber Semestrium lib. 1. c. 1-3. Petrus Wesselingius lib. 2. variarum obseruationum capite vndecimo, et Ioan. Dan. Ritteri historia praefecturae praetorianae. Witteb. 1745. 4. Probe autem distinguenda est vocis *Praetorii* significatio, si de re vrbana adhibetur ab ea quando de rebus prouincialibus vsurpatur. Priori enim sensu denotatur et *locus*, *in quo Praetor ius dicit*, et *cohortium praetorianarum corpus*; posteriori *habitatio praesidum Romanorum in prouinciis*. Vide Ioan. Tob. Krebsii libellum de vsu et praestantia Romana historiae in N. T. interpretatione. Lipsiae 1744. 8. p. 14. Prouincias Galliarum non nisi vnum habuisse praefectum Praetorio, qui dictus sit praefectus Praetorio Galliarum, et

[9] Italiae regiones quatuor *suburbicariae* siue suburbanae fuerunt intra vicesimum lapidem, Piceni pars, Tusciae pars, Valeria, Latina; ceterae longinquae *annonariae* a Diocletiano, quae Vicario Italiae parebant, annonamque exercitibus conferebant, Picenum, Tuscia, Campania, Samnium, Lucania Bruttiorum, Apulia, Calabria, Vmbria, Flaminia, Venetia, Istria, Liguria, Aemilia, Alpes Cottiae, Rhetia prima et secunda, Sicilia cum Corsica et Sardinia.

[10] Historia litis inter Vlricum Huberum et Iacob. Perizonium de origine et significatione vocis Praetorii agitatae recensetur in A. E. A. 1691. p. 327.

et quidem ita, vt ſub vno hoc Galliarum nomine tres huius praefecti Praetorio dioeceſes ſimul ſint intellectae, Galliae, Hiſpaniae et Italiae, obſeruat Celeberrimus Ioan. Caſp. Hagenbuchius in epiſtola epigraphica de Diptycho Brixiano p. 67. Idem Vir Doctus p. 107. libri laudati diſſerit de praefectis Praetorio ſub Marco Imperatore, et p. 112. de praefectis Praetorio ſub Antonino Pio.

De τιμηταῖς ſiue *Cenſoribus* populi Romani (quos binos ab A. V. C. 311. primum creatos fuiſſe conſtat) eorumque quinquennali per luſtri ſpatium durante poteſtate videndi Plutarchus in Paullo Aemilio p. 275. Onufrius ad lib. 1. faſtor. p. 87 ſq. Iac. Perizonii diſſertatio Lugd. Batav. 1697. 4. edita, quae recenſetur in Ephemeredibus Pariſienſibus anno 1698. p. 497. Gundlingiana Parte XVI. integra. Carolus Valeſius de la Mare Tom. 1. Hiſtoriae Inſcriptionum pag. 75 ſqq. edit. Amſtelod. M. Antonius Ferratius Epiſtol. pag. 102 ſqq. De iiſdem Cenſoribus agunt Alexander ab Alexandro III. 13. H. Dodwellus p. 627. praelect. Cambden. Georg. Eberlinus et alii ad titulum Pandectarum de origine iuris, Petrus Aerodius in Pandectis rerum iudicatarum, Chriſtianus Thomaſius in diſſert. de cenſura morum cap. 2. Cuiacius XXIV. 7. Obſeruatt. et Ezech. Spanhemius T. II. de vſu et praeſtantia numiſmatum pag. 99 ſqq. Addantur diſſertationes Ioan. Mich. Dilherri, Ienae 1638. et T. 1. Eius diſſertat. academicarum pag. 515 ſqq. Ioan. Chriſtfried Sagittarii. Ienae 1646. et in eius Otio Ienenſi pag. 261. Petri Fontelii. Holmiae 1665. 8. Chriſti. Donati. Witteb. 1670. Laurentii Normanni. Holmiae 1686. 8. Magiſtratus fuit praecipuae auctoritatis, vt notauit Plutarchus in Flaminio p. 379. et in Camillo pag. 129. 135. Marcius Cenſorinus bis ea dignitate functus, inde lex ipſo ſuaſore lata, ne cuiquam illam plus quam ſemel capere liceret. id. Coriolano, ſub init. (pag. 214. A.) Cenſoris perpetui honorem renuit accipere Auguſtus Dione teſte LIII. pag. 521. (730. ed. Reim.) Poſtremi Cenſores e priuatis A. V. C. 732. fuerunt Paullus Aemilius Lepidus et L. Munatius Plancus. Idem ibid. Caeſari minus honorificum fuit nomen Cenſoris, itaque a Senatu pronunciatus τῶν τρόπων ἐπιστάτης, *Praefectus morum.* Dio XLIII. p. 220. (350. R.) adde Spanhemium T. 2. p. 472 ſqq. Idem placuit Pompeio. vide Pitiſcum ad Suetonii Caeſar. c. 76. Subcenſores memorantur, Dioni Caſſio LII. p. 478. (676. R.) Ad quem locum obſeruat Cel. Reimarus a Suetonio in Auguſto cap. 37. ſex eiusmodi cenſores commemorari, triumuiros legendi ſenatus, et triumuiros recognoſcendi turmas equitum. In Coloniis, Cenſorum officium obibant *Quinquennales*, vt obſeruatum Henrico Noris diſſert. 1. Cenotaph. Piſan. cap. 5. De cenſoribus in coloniis videndus etiam eſt Spanhemius T. 2. de vſu numiſ-

matum p. 102. De *Censualibus*, qui fuerunt scribae publici, censuales tabulas conficientes, vide tit. 2. lib. 8. Codic. Theodosiani, et Herm. Conringium de studiis liberalibus vrbis Romae. p. 30 sqq. Praefecti morum apud Carthaginienses memorat Nepos in Hamilcare cap. 3.

Primos siue *Principes Senatus*, qui proprie fuit is, quem Censor Senatum recensens primum legit, vide Plutarchum in Paullo Aemilio pag. 275. et Ernesti clauem Ciceronian. voce Princeps, refert Onufrius Panuinius lib. V. Fastorum pag. 96. ex quo patebit, falli Salmasium, qui de primatu Papae pag. 26. ait, Senatus principes censitos, qui nullum dum magistratum capesserant. Nulli enim senatus principes nisi censorii vel consulares. Augustus censuram gerens, *πρόκριτον τῆς γερουσίας*, appellari se passus est, Dio lib. 53. pag. 496. Similiter Tiberius, v. eundem pag. 607. et Pertinax Imperator, idem pag. 832.

De *Senatu* Romano [11], senatorumque diuerso pro diuersis temporibus numero, conuentibus, potestate, officiis et censu videndus *Paulli Manutii* liber Venet. 1581. 4. Colon. 1582. 8. et *Ioan. Sarii Zamoscii* libri 2. Venet. 1563. 4. Argentor. 1608. 8. Ambos Manutium et Zamoscium habes etiam T. 1. thesauri Graeuiani, et in Clausingii Iure publ. Rom. T. 2. p. 256. et T. 3. p. 1. His addi possunt *M. Antonius Maioragius* de Senatu Rom. Mediolan. 1516. 4. *Georgius Vauchopius* in laudato supra de magistratibus populi Romani opere. Auctor libri in Ephemeridibus Parisiensibus anni 1702. part. 2. pag. 218. et in Diario Londinensi The History of the Works of the Learned 1703. pag. 323. recensiti editique Gallice Paris. 1702. 12. sub titulo *le Senat Romain*, et recusi ibidem 1713. 8. sub titulo: *le Tableau de l'ancien Senat Romain.* Dissertatio de eodem argumento inserta memoriis Triuultinis anni 1703. mense Iunio pag. 425. *Petrus Danetius* in dictionario antiquitatum Graeco Rom. pag. 733 - 736. *Guilielmi Bellenden* Consul, Senator Senatusque R. e Cicerone descripti. Paris. 1612. 8. *M. Antonii Ferratii* Epistolae pag. 71 sqq. *Vertoti* Responsio ad difficultates ab illustri Stanhopio propositas, inserta secundae editioni Historiae reuolutionum in administratione Reipubl. Romanae, et separatim excusa Hagae 1721. 12. *Conyers Middletoni* liber anglice sub hoc titulo: *A Treatise on the Roman Senate*, Lond. 1747. 8. editus, qui germanice versus a Chr. Ern. a Windheim prodiit Gottingae 1748. 8. Italice Venetiis 1747. 8. et Gallice Amst. 1755. 8. *Thomae Chapmanni* liber itidem anglice sub hoc indice: *An Essay on the Roman Senate*, Cantabri-

[11] Velut Regum multitudo in vnum coacta, asylum mundi totius. Valesius ad Ammian. Marcellin. XVI. 11. p. 129. In numis *ἱερὰ σύγκλητος, θεὸς σύγκλητος* apud Fustanum pag. 128 et 97.

tabrigiae 1750. 8. editus. Obſeruations [12] on 1. the Anſwer of M. l'Abbé de Vertot to the late Carl Stanhope's Enquiry concerning the Senate of antient Rome, dated December 1719. 2. a Diſſertation upon the Conſtitution of the Roman Senate by a Gentleman publiſhed in 1743. 3. A treatiſe of the Roman Senate by Conyers Middleton publiſhed in 1747. 4. An Eſſay on the Roman Senate by D. Thomas Chapman publiſhed in 1750. By M. Hooke. Londini 1758. 4. Dionyſium Hookius ſcriptorem eſſe perhibet nulla fide dignum: ius enim creandi ſenatus primitus haud penes populum, ſed penes Reges fuiſſe, quippe qui ſenatum legerint. Quam Hookii ſententiam ſub examen vocauit Anonymus edito hocce libello: A ſhort Review [13] of Mr. Hooke's Obſeruations concerning the Roman Senate, and the Character of Dionyſius of Halicarnaſſus. Londini 1758. 8. De relatione et ſententia in Senatu dicenda conſules Alexandrum ab Alex. IV. 11. Ioan. Frid. Gronouium lib. 1. Obſeruationum cap. 22. et Octauium Ferrarium lib. 1. electorum cap. 10. Aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in ſententias euntibus, plerisque verbo conſentientibus, conditum eſt Senatus conſultum. Vopiſcus Aureliano cap. 20. Confer Laurentium Vallam libro IV. contra Barthol. Facium pag. 710. vbi illuſtrat illud Quintiliani in Declamat. *pedibus manibus iuimus in ſententiam neceſſitatis*, et Chr. Gottl. Schwarzium ad Plinii Panegyricum pag. 376. Numerata ſuffragia, non ponderata, ita vt maior pars in ſententiis valeret. Confer Iuretum ad Symmachi II. Ep. 36. Licuit ſenatoribus egredi relationem Conſulis ſententiam rogantis, et quod viſum eſſet loco ſententiae proferre. Vide Ioan. Frid. Gronouium Obſeruat. I. 22. pag. 173 ſq. De Senatus conſulto per diſceſſionem facto Fuluius Vrſinus pag. 157. ad Caeſarem poſt fragmenta Hiſtoricorum. De SCto tacito Caſaubonus ad Capitolini Gordianos c. 12. et Ern. Martin. Chladenius duabus diſſertationibus Witteb. 1743. editis. De iis quae Senatus in religione decerneret, vel ad Pontifices reiiceret, vide Iac. Gutherium lib. 1. de iure Pontificio cap. 33 ſq. tomo V. theſauri Graeuiani. De cenſu ſenatorio, qui primo fuit octingentorum millium HS. deinde ab Auguſto redactus ad quadringenta millia, tum ad decies millia, denique ad duodecies millia, vide Iac. Perizonii diſſertat. de lege Voconia, et Graeuium ad Suetonium pag. 791. De aetate ſenatoria vide quae Viri docti ad Gellium XIV. 8. Senator ſiue Dominus vrbis magna fuit dignitas medio aeuo. Vide Martenium T. 2. anecdotorum paſſim, et Chriſti. Guil. Franc. Walchii comm. de Senatore Romano medii aeui, Ienae 1753. 4. editam. De Patriciis, conſcriptis, aſcitis ſenatoribus con-

[12] Monthly Review Vol. XIX. pag. 187.
[13] Monthly Review Vol. eod. pag. 310.

consule notas Ioan. Duiatii ad Liuium lib. V. cap. 12. De Patriciis sigillatim Ioan. Iac. Draconis de Patriciorum origine et iure libros III. Basil. 1627. 4. M. Antonii Ferratii Epistolas, pag. 92 sq. Octauiani Gentilii de Patriciorum origine, varietate, praestantia et iuribus libros IV. Romae 1736. 4. De Patriciis medii aeui egit Carolus Frideric. Pudor singulari dissertatione Lipsiae 1758 euulgata. Plures ex equestri ordine lectos notauit etiam Iosephus XIX. 1. p. 652. De ciuibus Romanis iniussu populi agere non poterat Senatus, vt docet Liuius XXVI. 33. vbi Plebiscitum: *Quod Senatus iuratus maxima pars censeat qui assidetis, id volumus censemusque.* Legatis externorum Principum Gentiumque Senatus dari solitus extra vrbem in aedibus Martis vel Bellonae. Vide Dausqueium ad Silium pag 274. De *Consilio Sapientum* quod in variis Italiae vrbibus fuit veluti Senatus quidam inferioribus saeculis, videndus Felix Osius tom. 3. thesauri Antiquitat. Italiae Graeuiani p. 1040 sq.

De *Praetoribus* qui ius dicebant videndi Interpretes Pomponii in titulo Digestorum de Origine iuris. Liuius VII. 1. Alexander ab Alexandro II. 15. Wolfg. Lazius de Republ. Romana libro 2. Gerardus Noodt de imperio et iurisdictione, libro 1. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. p. 103 sqq. Ioannes Richey in vindiciis Praetoris Romani et iuris honorarii [14] quas sub praesidio Gottl. Kortii Lipsiae 1730 defendit. M. Anton. Ferratius p. 105 sqq. Epistolarum. Caroli Gottl. Knorrii dissertatio de vsu practico I. R. de praetore et iudice pedaneo. Halae 1726 edita. De praetore *peregrino* consulatur Ioan. Henrici Mylii dissertatio Lipsiae 1732 euulgata. Franc. Carol. Conradi Parerg. p. 1 sqq. Comes de Guasco Dissertat. historicopoliticolitterar. Tom. 1. diss. 2. De praetore *fiscali* commentat. edidit Carol. Acoluthus Ienae 1758. De *iurisdictione* Praetorum disserunt Car. Sigonius de antiquo iure P. R. I. 20 et II. 5. Ioan. Ern. Imm. Walchius ad Cellarii comp. A. R. p. 192 sq. et Corn. Maur. a Felde in diss. de iis, quae olim in iure apud praetorem peragebantur. Vltrai. 1749 edita. De iurisdictione sub Caesaribus Celeberrimus I. A. Ernesti Excursu II. ad Suetonii Caesares. Cur actiones praetoriae *annales* sint disquisiuit Car. Ferd. Hommelius in commentatione Lips. 1756 in lucem emissa.

De *Tribunis plebis* eorumque annua potestate conferantur Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 3. et ibi Tiraquellus. Henr. Dodwellus Praelection. Camb-

[14] Heineccium quum refutasset Richeius affirmantem Histor. Iur. I. 69 sq. et Antiq. Iur. P. I. pag. 51. Praetores edictis suis leges sub specie aequitatis euertisse, ille in repetita editione Historiae iuris ad §. 70. et in Historia Edictorum pag. 100. Opusc. postumorum, Cortio qui iam in viuis esse desierat et Richeio summa cum iracundia respondit, castigatus a Rittero ad dictam H. I. paragraphum.

Cambden. pag. 417 ſq. p. 573 ſq. p. 680 ſq. Iuſtus Lipſius lib. II. Elector. cap. 13. Ian. Vinc. Grauina de ortu et progreſſu iuris ciuilis lib. 1. cap. 27. Onuphrius Panuinius de ciuitate R. cap. 69. Franc. Hottomannus lib. 1. de magiſtr. Rom. T. II. Theſauri Graev. p. 1888. M. Anton. Ferratius Epiſtol. p. 112 ſqq. et Ioan. Nicol. Franckii diſſertatio de Tribuno plebis. Ien. 1668 edita. Sicut legem de prouocatione ab omnibus Magiſtratibus ad populum tulit Valerius Publicola Conſul, de qua vide notas ad Aurelium Victorem p. 91. edit. Clariſſimi Pitiſci, ita ab omnibus Magiſtratibus (excepto Dictatore) etiam ad tribunos erat prouocatio, quae tamen non longius valebat ab vrbe mille paſſuum, teſte Liuio III. 20. neque tribuno moenibus vrbis egredi aut vna nocte abeſſe licebat. Vide Dionem lib. 49. pag. 284. Appianum lib. 2. Ciuil. p. 447. Ius interceſſionis etiam Sulla iis reliquerat, teſte Caeſare 1, 5 et 7. de bello ciuili, qui tamen poteſtatem eorum circumſcripſit, et omnibus aliis rebus nudauit. Vide viror. doctor. notas ad Vellei. Paterc. II. 30. 4. ſed reſtituit tribunos Pompeius in conſulatu ſuo. Vide Plutarchus pag. 630. Appianus lib. 1. Ciuil. p. 413. et lib. 2. p. 445. et Dio pag. 78. Quamuis vero a Dictatore prouocare non licebat, quam rem maximi momenti notat Plutarchus in Camillo p. 137. tamen idem in Antonio pag. 919. et in Fabio p. 179. docet etiam ſub Dictatore ſacroſanctam perinde vt alio tempore [15] ceteroqui fuiſſe tribunorum poteſtatem. De auctoritate tribunorum aduerſus Pontifices adeundus Gutherius II. 10 ſq. de iure Pontificio tom. V. Graev. vno autem tribuno plebis vetante, reliqui perferre nihil poterant, vt iterum docet Plutarchus in Graccho p. 828. A tribuno fas erat Conſulem, nedum alios in carcerem mitti, vt eodem auctore conſtat p. 831. Appiano lib. 4. Ciuil. p. 598. et Dione p. 52. C. vnde *δημαρχίαν ἀναίρεσιν ὑπατείας* vocat Coriolanus apud ~~eundem~~ p. 221. Fuerunt tribuni duo primum ab A. V. 261. tum quinque, id. p. 216. denique decem. (Liv. III. 30. et Diodor Sicul. XII. pag. 300.) IV Idus Decembris (non Calend. Ianuar. vt alii magiſtratus) dignitatem ingrediebantur teſte Dionyſio Halicarnaſſenſi. Antequam munus ſuum deponerent, alios in proximum annum creare debebant, *ἢ τοῦτο μὴ πράξαντες ζῶντες κατακαυθῆναι*. Diod. Sicul. l. c. Ex eodem Plutarcho p. 829. 831. nouimus XVIII. tribuum (quae in vniuerſum fuere XXXV.) ſuffragiis potuiſſe tribuno abrogari Magiſtratum, quod tamen ante Ti. Gracchum nunquam factum fuit. Porro falli eundem Plutarchum, quando Quaeſt. Rom. p. 283. Tribunos plebis Magiſtratibus accenſendos negauit, quod praetexta et lictoribus non vterentur, neque in ſella curuli ius dice-

[15] Tamen Tribuni plebis in carcerem ducti meminit Dio p. 141. D.

dicerent, docuit Io. Rualdus in obseruationibus ad illum scriptorem p. 128 sq. De iudiciis tribunorum plebis exstat commentatio Iusti Christi. Stussii, Gottingae 1747. euulgata. De Tribunis plebis e Senatu lectis Lipsius II. 13. electorum, Vossius ad Velleii lib. 2. cap. 3. et H. Dodwellus praelect. 12. Cambden. et 19. vbi etiam de tribunatu Caesarum Augustorumque. Vide et A. Pagi criticam Baronianam tom. 1. pag. 104. Consuli quoque merentur de ista Augustorum Caesarumque tribunitia potestate, quam die, quo auspicabantur imperium, suscipiebant, et anniuersario illo die recurrente iterum renouabant Imperatores, Christi. Gottl. Schwarzii dissertatio, Altorfii 1715. Eiusdemque dissertationes de numeranda tribunitia potestate Augustorum Caesarumque Romanorum; ibid. 1721. et de antiqua numeri senarii nota ἐπίσημον dicta. ibid. 1723. in qua duae exhibentur tabulae, in quarum altera numeri tribunitiae potestatis et consulatuum M. Vlpii Traiani Imperatoris, altera T. Aelii Antonini Aug. Pii secundum fastos veteres sunt digesti. Adde Ezech. Spanhemium de vsu numismatum T. 2. pag. 424 sqq. et p. 430 sq. vbi Harduini commentum de duplici Imperatorum tribunitia potestate, in exercitibus et prouinciis, refellit.

De *Quaestoribus vrbanis*, *ταμίαις*, (qui primus Magistratuum gradus obiri legitime poterat anno aetatis XXV.) idem Alexander agit II. 2. et Franckensteinius in dissert. de aerario populi Romani pag. 668 sq. in Syntagmate Graeuiano: Scaliger ad Festum in *Quaestor*, vbi etiam de quaestoribus parricidii, qui capitales res quaerere poterant. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum p. 169 sqq. vbi etiam de Quaestoribus siue Propraetoribus prouincialibus et Proquaestoribus p. 166. Henric. Dodwellus Praelection. Cambden. p. 362. Franc. Hottomannus lib. 1. de magistr. Rom. T. 2. thes. Graev. p. 1884. Claudius Praeuotius de magistr. Rom. p. 1884. M. Anton. Ferratius pag. 112 sqq. Epistol. Erh. Reuschii dissert. de P. R. quaestoribus et potissimum aerariis. Helmst. 1725. Et Lipsius ad Taciti XII. Annalium, vbi etiam de constitutis in eorum locum ab Augusto praetoribus aerarii, de quibus vide ad Alexandrum II. 15. Confer et Procopium Historiae arcanae cap. 20. pag. 59. A. V. C. 716. primum Consules singuli binos Quaestores habuerunt, vt notat Dio XLVIII. pag. 383. A. Nam quod A. V. C. 334 fuerat relatum, vt praeter duos Quaestores vrbanos crearentur duo alii, qui Consulibus ad ministeria belli praesto essent, res illa tunc est omissa, quia tribuni plebis partem ex plebe fieri volebant. vide Liuium IV. 43. De Quaestoribus *candidatis*, qui epistolis principis, in senatu legendis, praeerant confer Guid. Pancirollum in Notitia dignitat. Imperii orientalis c. 73.

De

De *Aedilibus* siue ἀγορανόμοις et ἀστυνόμοις Romanorum, viri docti ad Pomponium de origine iuris et Tiraquellus ad Alexandrum ab Alexandro libro IV. cap. 4. Lipsius ad Senecam de vita beata cap. 7. Casp. Zieglerus de edicto aedilitio pag. 773 sqq. dissertationum selectarum. Ioan. Augusti Olearii diss. de Aedilibus Romanorum, Lipsiae edita A. 1692. et Euerardus Otto libro erudito de Aedilibus Coloniarum et Municipiorum, Francof. 1713. et Vltrai. 1732. 8. quo in libro pleniorem insuper Aedilium qua plebeiorum qua Curulium Historiam promisit, vna cum vberiore tituli Digestorum de edicto Aedilitio explanatione. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. pag. 143 sqq. Io. Christ. Gottl. Heineccii florum sparsio ad edictum aedilitium. Halae 1738. 4. Incendiorum, vt et ludorum atque spectaculorum curam ad aediles spectasse constat ex Dione pag. 513 et 514. Aediles *cereales* a Iulio Caesare instituti fuerunt, teste Dione lib. 43. pag. 239. vt frumento praeessent, iisque cura ponderum et mensurarum, ne qua fraus in iis esset, demandata est.

De *viginti viris* quibus maiores in Senatu honores patebant, triumuiris capitalibus, triumuiris monetalibus, quatuoruiris viarum curandarum, et decemuiris quos iudiciis centumuiralibus praefectos memorat Dio LIV. p.540. vide Io. Massonum in Ouidii vita p. 56 sq. qui vigesimo iam aetatis anno vigintiuiratum datum obseruat.

XII. Inter Magistratus maiores extra ordinem constitutos summus erat *Dictator*, de quo Alexander ab Alexandro lib. 1. c. 6. Ioan. Iensius in ferculo litterario cap. 8. pag. 112 sqq. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum T. 2. pag. 171 sq. Viri docti ad Velleii II. 28. et dissertationes Io. Christfr. Sagittarii, Ienae 1648. rec. in eius Otio Ienensi pag 346. Godofr. Straussii. Witteb. 1667. Ioan. Roeseri. ib. 1668. Io. Olearii Lips. 1669. Christi. Hoffmanni. Ienae 1670. Vlr. Obrechti. Argent. 1677. rec. in eius dissertat. academic. p. 388. Io. Paulli Felwingeri. Altorf. 1678. Ioan. Iac. Mülleri. Ienae 1682. Caussae, ob quas creatus est dictator, annotantur a Goltzio pag. 164 sq. thesauri rei antiquariae: octo Iensius loc. cit. obseruat 1) *rei gerendae*, vnde eum αὐτοκράτορα πολέμων vocat Diodorus Siculus XIX p.713. 2) *comitiorum habendorum*, 3) *quaestionum exercendarum*, 4) *claui figendi*, 5) *feriarum constituendarum*, 6) *explendi senatus*, 7) *feriarum Latinarum*, 8) *ludorum*. Primam, secundam, quartam et octauam iam Nicol. Gruchius lib. 1. de Comitiis cap. 2. obseruauerat. Dictus olim *Magister populi* teste Festo in optima Lex, et Seneca Ep. 108. Et vere Magister non populi modo, sed etiam Senatus, ac sine prouocatione fuit, omnibus interim Magistra-

tibus cessantibus, nisi quod tribunorum tamen potestas sub eo etiam sacrosancta, vt iam ex Plutarcho notaui, et Sacerdotes sacrificiorum caussa ipsum si Roma abesset in vrbem reuocare poterant, vt idem Plutarchus docet in Fabio p. 176. De primo dictatore omnia incerta, vt fatetur Liuius II. 18. ad annum vrbis 253. Inscriptio vetus reperta Aretii: *M. Valerius Volusi F... Maximus Dictator Augur primus* &c. Vide Memorias Treuultinas 1721. p. 540 sqq. Camillus quinquies dictator, et qui quatuor vicibus triumphauit, Consul tamen nunquam fuit. Plutarch. in eius vita f. 129. neque fuit ante Camillum Dictator vllus vltra sex menses id. f. 144. F. Nec Dictatori licebat equo vehi populi iniussu. Liv. XXIII. 14. et Plutarch. Fabio 175. Consulem ipsi sine lictoribus fascibusque oportebat occurrere, et ipse procedebat cum XXIV. fascibus. id. pag. 176. Magistrum equitum ipse dicebat, quem poterat indicta caussa in carcerem mittere et supplicio afficere p. 179. Bis tamen factum vt Dictatoris et Magistri equitum auctoritas aequaretur. Id. Antonio p. 919. Non a populo autem nec Senatu, sed a Consule vel Praetore siue Stratego Dictator dicebatur siue eligebatur. Quod si Consules de dictatore creando dissiderent, plebiscito res definiebatur. Plutarchus Marcello pag. 312. Prodictator creatus bello Punico secundo, absentibus Consulibus, Q. Fabius Maximus. Liuius XXII. 8. De Dictatore municipali obseruationem Casp. Barthii e MScto edidit Christi. Schoettgenius. Dresdae 1738. 4.

De *Decemuiris* Legum ferendarum, qui itidem sine prouocatione erant, sed post biennium abrogati sunt, vide Liuium III. 32. Dionysium Halic. lib. X. sq. Onufrium ad fastos anni vrbis 303. Georg. Goezii dissertat. de Decemuiratu legibusque decemuiralibus Romanorum. Ienae 1670. Io. Nic. Funccii de Decemuirum a Romanis creandorum diuersa ratione, quae legitur pag. 309. Eius dissertat. academic. Lemgouiae 1746. 8. editarum, et Caroli Ludov. Vollharti historiae decemuiratus ἀποσπασμάτια quaedam ex Liuio et Dionysio. Lips. 1736.

Omittimus alios Magistratus sigillatim commemorare, de quibus laudati §. IX. scriptores consuli possunt. De *Praesidibus Prouinciarum* et qui illis adiuncti erant, videndus Onufrius in Imperio Romano et Carolus Sigonius libro secundo de iure prouinciarum, ille primo, hic secundo tomo thesauri Graeuiani: Bergierius lib. IV. de viis Imperii Romani cap. 17. et 28. T. X. Graev. M. Antonius Ferratius Epistol. pag. 126 sq. Wilh. Henr. Brukneri dissert. de Praesidibus prouinciarum apud Romanos. Ienae 1698. et Guilielmi te Water dissert. de consilio Praesidum in Prouinciis, inserta T. 2. Miscell. Duisburgensium p. 51 sqq. De Proconsulum et Praesidum differentia

vi-

videatur Cuiacius XX. obſ. 37. De Procuratore Caeſaris exſtat Gottfr. Maſcouii diſſertatio Altorfii 1724 edita. De Correctoribus Imperii Romani Sigism. Frid. Dreſigii commentatio, Lipſiae 1739 euulgata eſt. De *Duumuiris Coloniarum* Aedilibus, Quaeſtoribus, Decurionibus Henricus Noriſius Cenotoph. Piſan. diſſ. 1. cap. 3. qui etiam de Coloniarum Patronis videndus diſſ. 2. cap. 7. De *Decurionibus* ſigillatim diſſerit Scipio Maffeius P. I. Veronae illuſtratae pag. 169. et Ioannes Lamius in obſeruationibus in antiquam tabulam aheneam Decurionum nomina et deſcriptionem continentem. Florentiae 1745. fol. in quas ſtricturas euulgauit Anonymus in *Lettere critiche ſcritte da un' Accademico Fiorentino à un Accademico Etruſco ſopra l' oſſervazione fatte à una Tavola di Metallo, che ſi conſerva in Firenze nel Muſeo Riccardiano.* Luccae 1745. 4. De ornamentis Decurionalibus diſſeruit Chriſtian. Ludov. Stiglitz in Epiſtola ad Chriſti. Guil. Küſtnerum Lipſiae 1743. 4. aduerſus Pancirollum oſtendens, ad illa quoque ius conuiuia publica municipiorum frequentandi eſſe referendum. Magiſtratus municipales Graecis ſcriptoribus dicuntur ἄρχοντες et ϛρατηγοὶ vt notauit Valeſius ad Ammiani lib. 31. De magiſtratibus colonicis et municipalibus accurate commentatus eſt Onufrius Panuinius II. 12 et 31. Antiquitatum Veronenſium. Fuere illi: *Duumuiri, Duumuiri quinquennales, Decuriones, Patroni, Decuriones quinquennalicii, allecti, duumuiralicii, Quaeſtoricii, Pedani, Praetextati, Quinqueprimi, Vigintiprimi, δεκάπρωτοι, εἰκοσίπρωτοι, τιμοῦχοι, Quinquennales*; vide Abbatis Damadeni expoſitionem tabulae veteris Canuſii repertae, quae exſtat T. IX. theſauri Italiae parte V. Ipſam tabulam exhibet Sponius Miſc. p. 280. Adde Fulv. Vrſinum pag. 195 ſq. ad Caeſarem poſt fragmenta Hiſtoricorum. *Iuridicos conuentus* in vna prouincia Baetica Romani habuere quatuor teſte Plinio III. 1. H. N. in citeriore Hiſpania conuentus ſeptem, III. 3.

XIII. De inauguratione et vnctione Regum Hebraeorum praeter Schickardum in iure Regio fuſe et ex inſtituto agit *Fortunatus Scacchus* in Myrothecio praecipue tertio, *Balthaſar Scheidius* de oleo vnctionis ſacro ex Hebraeorum antiquitatibus, Argentorati 1665. 4. *Simeon de Muis* ex Abarbanele ad Exod. XXX. *Ioan. Buxtorfius*, Nepos, in diſſert. de vnctione regia, p. 41. Diſſertationum varii argumenti. *Dan. Weimarus* in diſſert. de vnctione ſacra et inaugurali Hebraeorum. Ienae 1677. *Ioan. Palmroot* de ſollemni inauguratione Regum Hebraeorum. Vpſal. 1699. *Dan. Lundius* in diſſertat. de vnctione Regum Hebraeorum. Vpſal. 1707. 8. *Ioan. Hagerus* in diſſertat. de vnctione Regum. Witteb. 1716. *Ioan. Conr. Claſingii* Διάσκεψις de vnctione ſacra typicoumbratili. Lemgov. 1718. 4. *Ioan. Meyeri* animaduerſiones

ad illam διάσκεψιν. Harderouici 1718. 4. *Clasingii* vindiciae, quae insertae sunt Relationibus innoxiis 1719. p. 860. *Ioan. Vdalrici Tresenreuteri* dissertatio epistolica de ritibus in regibus Hebraeorum inaugurandis adhiberi solitis; quae exhibetur p. 96. memoriae Tresenreuterianae, a Io. Paullo Roedero Norimb. 1745. 4. editae, et Bibliotheca Bremensis T. 1. pag. 936 sqq. Nec Prophetarum, qua Prophetarum sed Sacerdotum hoc fuisse officium, ex aliarum gentium vsu probat Scacchus c. 49 et 50. Oleumque sacrum cuius effusione operto capite inaugurati sunt, diuersum fuisse ab eo quo consecrati sunt Sacerdotes, id. cap. 47 sq. Prophetas non esse vnctos, licet ex 1 Reg. XIX. 16. id voluerint quidam probare docet *Georg. Christo. Dachselt* in dissert. de vnctione Elisaei et reliquorum Prophetarum, Lipsiae 1708 edita, et praemissa Eius Bibliis Hebraicis accentuatis pag. 53 sqq. Apud Persas perinde vt apud Romanos inaugurationem factam sollemni ritu in templo, idem Scacchus, ibid. cap. 31. De vnctione Regum in genere vide dissert. *Ioan. Ioach. Zentgrauii*, Argentor. 1688. et *Nicol. Hennelii* commentat. de vnctionis ritu in Imperatorum ac Regum inaugurationibus, quae caput XIV. absoluit Otii eius Vratislauiensis. De Christianorum Principum inauguratione et coronatione *Iac. Goar* ad Euchologium pag. 294 sq. *Gretserus* III. 12. ad Codinum, *Menardus* ad Sacramentarium Gregorii M. et *Ioannes Morinus* pag. 243. de sacris Ordinatt. vbi morem vngendi Reges apud Graecos Imperatores serius receptum obseruat. De coronatione Imperatorum Graecorum *Ioan. Cantacuzenus* lib. 1. cap. 41. et ex illo *Codinus* cap. 17. de officiis aulae CPol. De ritu gentium quarundam Principem recens creatum scuto imponendi atque ita sublimem ferendi, *Frid. Lindebrogius* ad Paulli Diaconi Historiam Longobard. et ad Ammiani XX. 4. *Christi. Gottl. Schwarzius* in dissert. de ritu eleuandi Principes inaugurandos et de quibusdam sacris formulis et eleuandi ritibus. Altorfii 1730. et *Io. Ludov. Leuinus Gebhardi* in Programmate de ficto quodam Caesarum eleuandorum scuto. Luneb. 1750. fol. Multa etiam de inaugurationibus Principum, recentioris praesertim aetatis Io. Christoph. Becmannus in notitia dignitatum illustrium diss. V et VI. cui iunge si placet D. Ioannis Francisci Buddei diss. de eo quod decet circa sollemnia Principum, Halae Sax. 1712. 8. subiectam eius commentationi de Concordia Religionis Christianae statusque ciuilis. De variis tradendi ius et possessionem symbolis, et *inuestiturae* modis ritibusque *Cangius* in Glossario. *Le Cointe* T. 4. Annal. pag. 116 sq. *Ioan. Nicolai* in libro de chirothecis c. 14. et *Ioan. Georg. Estor* de inaugurationibus beneficiariis, harum symbolis ac ritibus, itemque de Inuestitura siue litteris inuestiturae. Marp. 1744. et auct. ibid. 1746. 4. De inuestitura per *Birretum* vide *Lud. Mart. Kahlii* dissert. Gottingae 1749. rec.

T.

T. I. Eius Opuſculor. per *gladium* Chriſti. Gottl. Buderum pag. 113. amoenitat. iuris feudalis: per *Sceptrum* Gottl. Sam. Treuerum in diſſert. Gottingae 1741 edita. De *inueſtitura Epiſcoporum per baculum et annulum* vide Seldenum ad Eadmenum pag. 104. ad calcem Anſelmi Cantuarienſis, et diſſertationes Dieter. Herm. Kemmerichii, Ienae 1750. et Otton. Chriſti. de Lohenſchiold. Tubingae e. a. euulgatas.

Quod ad tempus ineundi apud Romanos Magiſtratus attinet, in illo valde pro diuerſis temporibus variatum, vt docet Martinus Lipenius in ſtrenarum Hiſtoria, tomo 12. theſauri Graev. pag. 429. Laurentius Arrhenius in diſſert. de anno petendi magiſtratus apud Romanos. Vpſal. 1728. 8. et Ioan. Hermanſſon in diſſert. de aetate magiſtratuum Romanorum legitima. Vpſal. 1736. Tribuni plebis inibant Magiſtratum die decimo Decembris. H. Dodwellus praelect. Cambden. pag. 428. Quaeſtores Nonis Decembris, id. p. 385. et Ezech. Spanhemius p. 706. de vſu et praeſtantia numiſmatum: Vel etiam die XXII Ianuarii. Dodwellus pag. 387. Tempus quo Regnum et Conſulatus vacabat Romae, a Liuio et aliis vocatur *interregnum*. Graeci vt Plutarchus appellant *μεσοβασιλείαν* et Interregem *μεσοβασιλέα*. Sic Baronius vocat *Interpontificium* tempus quo vacat ſedes Epiſcopi Romani. De ritu ſpargendi ſub auſpicium magiſtratus flores, ſtipem et pecuniam inter populum conſulatur *Cerda* c. 175. aduerſarior. p. 458 ſqq. *Henricus Gunther Thulemarus* in libro de octouiratu cap. 28. *Cangii* Gloſſarium in *ἐπικόμπιον* et *ὑπατείων*. *Conr. Samuelis Schurzfleiſchii* diſſertatio de ritu ſpargendi flores. Witteb. 1691. et *Henrici Theodori Pagenſtecheri* oratio inauguralis de miſſilibus ſpargi ſolitis Calendis Ianuarii a nouis magiſtratibus edita Lingae 1722. 4. Huius ſollemnitatis prodigentiaeque veritatem imitatus eſt Corippus de laudibus Iuſtini IV. 105 ſqq. vide Clariſſ. Saxium ad Diptychon Magni Conſulis pag. 35. De adoratione ſacrae purpurae Philippus Rubenius libro 2. electorum, capite 30.

Inſignia Regum, Principum, Magiſtratuumque etiam paucis attingenda, et *de Coronis* quidem ac *Sceptro* aliisque eiusmodi conſulendus Seldenus in titulis honorum cap. 8. Barnabas Briſſonius III. 14 ſqq. antiquitatum iuris. Andreas Cirinus lib. de vrbe Roma c. 40. T. II. theſauri Sallengriani. Claudius Salmaſius ad Trebellium Pollionem de Tetrico iuniore cap. 25. Coelius Rhodiginus XXI. 16. antiquar. lectionum. Alexander ab Alexandro I. 28. dierum genialium, Io. Michael Heineccius de Sigillis p. 86. Io. Harduinus p. 413. de numis vrbium, vbi etiam de ſceptro eburneo Roman. cum impoſita aquila, Caſp. Barthius lib. XXIII. aduerſar. c. 2. Adrianus Turnebus aduerſar. lib. XXIII. cap. 12. Ioan. Chriſtoph. Becmannus in notitia dignitatum illu-

illuſtrium diſſ. VII et VIII. vbi etiam de ritibus cultus Principum ac venerationis: Ioan. Henr. Boeclerus pag. 187 ſq. tom. 1. diſſertat. Ioan. Georgius Roeſerus diſſ. de ſceptris Principum, Francof. ad Viadrum 1690. Ern. Frider. Cobii diſſertatio de ſceptrorum origine. Witteb. 1722. Frider. Henr. Iacobs de ſceptro. Ienae 1704. Chriſti. Godofr. Hoffmanni de origine et iure ſceptrorum. Frfti ad Viadr. 1724. Ioan. Caſp. Struuii de ſceptro regiminis eminentioris ſymbolo. Helmſtadii 1728. Henrici Theodori Pagenſtecheri diſſertationum trias, Lemgouiae 1739. 4. edita, quarum prima agit de ſceptro maieſtatis inſigni. Ioannis Chriſtophori Strodtmanni diſſert. epiſtolaris de ſceptris veterum. Guelpherbyti 1744. De haſtae vſu pro ſceptro vide Triſtanum I. p. 254. cum ſceptro, Heineccium lib. laud. p. 116 ſq. et Chronicon Gotwicenſe T. 1. pag. 108 ſqq. De ſceptris Regum Francorum, iter ſecund. litterarium duorum monachorum Benedictinorum pag. 36 et 37. De ſceptris Rectoralibus academicis Carol. Arndius T. IX. miſc. Lipſ. pag. 59 ſqq. De *ſolio* ſiue *throno*, Pineda III. 5. de rebus Salomonis, Scacchus Myrothec. III. 64 ſq. pag. 1138 ſq. et Valentinus Chimentellius de honore biſſellii c. 13 et 19. T. 7. theſauri Graeuiani. De *Diademate Regum Hebraeorum* agit Scacchus in Myrothecio tertio c. 38 ſq. *Imperatorum Romanorum* Ezech. Spanhemius de praeſtantia numiſmatum T. 2. p. 385 ſq. Fuit autem diadema faſcia quaedam alba, qua caput vel pileus circumdabatur, interdum pura interdum λιθοκόλλητες ſiue gemmata: vide Ioan. Braunium lib. 2. de veſtibus Hebraeorum, cap. 4. §. 8. Alexandrum ab Alexandro lib. 1. cap. 28. Carol. Paſchalium lib. 9. de coronis cap. 3. Ioan. Pierium Valerianum lib. 41. Hieroglyphicon, cap. 3. Solerium (ſiue qui ſub hoc nomine latet Theophilum Raynaudum) libro de pileo §. 9. Martinum Schmeizel Corona - Tranſiluanum erudita commentatione de coronis tam antiquis quam noſtrae aetatis Ienae 1712. 4. p. 139 ſq. et quae viri docti notant ad Gellium V. 6. Icones varias coronarum ex veteribus ſigillis exhibet I. M. Heineccius p. 208. libri ſaepius laudati. I. A. Rudolphus in Heraldica curioſa pag. 202. et Ioan. Iac. Chifletius pag. 104. Operum hiſtoricorum. De corona Regum veterum Hiberniae vide A. E. 1724. p. 432. De cidari apud Perſas videndus Briſſonius libris de regno Perſarum et Pitiſcus ad Curtium, et, ſi noſtrae aetatis Regum Perſarum coronam luſtrare placet, Engelbertus Kaempferus in amoenitatibus exoticis pag. 37. Praeterimus quae de aliis Coronis [16] et diuerſo coronarum, tum etiam ſertorum vſu collegerunt Anton. Thyleſius libro de Coronis, Guil. Stu-

[16] Glyceram inuentricem corollarum vocat Plinius lib. XXXV. 11. ita enim libros MSS. conſtanter legere teſtatur Harduinus, licet Salmaſius p. 246 malit *vitricem*, *στεφανηπλόκον*, quae corollas vieret. De eadem Glycera coronaria vide eundem Plinium XXI. 2.

Stuckius III. 16. Antiqu. Conuiual. Ioan. Andreae Bosii στεφανοφορία seu de Coronarum gestatione Ienae 1669. 4. et Carolus Paschalius qui prae ceteris hoc argumentum per decem libros illustrandum sumsit Paris. 1610. 4. et Lugd. Batav. 1671. 8. quanquam Ampliss. Cuperus ad apotheosin Homeri p. 218. eum late quidem de hoc argumento sed non accurate scripsisse atque cum iudicio vbique fere legendum esse affirmat, tum Gatakerus pag. 265. Aduersariorum notat πολυμαθέστατον hunc operis coronarii auctorem in vocabula Hebraica inquirere, linguae forsan minus scientem, prorsus neglexisse. Post Paschalium commemorandus venit Ioan. Meursii Fil. liber de Corona; Sorae 1643. 4. et Hafniae 1671. 8. cum Caii Riccii diasceps de coronatione Regia eiusque rituum rationibus. Ludouici Moscardi Museum parte 2. p. 429 sqq. Germanici (Germains) de Caen Traité de l'origine des Couronnes et de leurs especes, qui exhibetur in diario gallico, l'extraordinaire du Mercure galant A. 1682. T. XVIII. p. 235. T. XX. pag. 3. A. 1683. T. XXI. pag. 313. T. XXII. pag. 3. T. XXIII. pag. 276. T. XXIV. pag. 230. Beneton de Perrins in dissertatione de coronis earundemque origine et forma, quae inserta est Sallengrii Continuation des Memoires de Litterature T. X. p. 357 sqq. De *coronis aureis* quae libera Rep. victoribus mittebantur in honorem triumphi, et de auro coronario ab Imperatoribus subinde indulto, vide Henricum Valesium ad Ammiani XXV. 4. et Io. Alb. Fabricium ac H. S. Reimarum ad Dionem Cassium passim. De coronis aureis oblatis a Prouincialibus ob imperii primitias, et in Quinquennalibus, Decennalibus etc. Valesius ad Euseb. p. 276. De *laurea* Bandurius ad Antiquitates CPol. p. 477. et Ioannes Franc. Madrisius de lauro, eiusque vario vsu apud antiquos, in diario Italico, Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici, T. IV. p. 272 sqq. De coronis *militaribus* ciuica, triumphali, obsidionali, murali, castrensi siue vallari, rostrata, siue nauali et exploratoria, quibus donabantur qui bene rem in bello gesserant, omniumque nobilissima graminea, quam Imperatori dabat exercitus seruatus vide Plinium H. N. XXII. 3 sqq. Alexandrum ab Alexandro IV. 18. et ibi Tiraquell. atque Stewechium ad Vegetii lib. 2. Forestum Foresti in libro italice Brixiae 1745. 8. edito, *Trattatto delle gentilizie insegne, volgarmente delle arme degle Famiglie*, vbi quoque de coronis triumphalibus, oualibus et ciuicis Romanorum exponit. Ioachimus Ioannes Maderus Vir doctus et de Antiquitatis studiis insigniter meritus in libro suo de Coronis sacris pariter et profanis, qui Helmstadii prius 1660. in 4. excusus et tomo VIII. antiquit. Romanarum Graeuiani thesauri insertus est, copiose etiam agit de *Coronis nuptiarum*, quae Iudaeis etiam vsitatae vt notum ex Esaiae LXI, 10. tum a Christianis primum quidem propter Ethnicorum

superstitiones reiectae, postea tamen itidem admissae vt notauit Sirmondus ad Sidonii lib. 1. Epist. 5. tomo 1. pag. 852. quod argumentum etiam persequutus est Christoph. Ziegenhals in dissert. de coronis nuptialibus, Annaeb. 1713 edita. De corona *ciuica*, Lambecius II. de Bibl. Vindob. pag. 729. De coronis *conuiualibus* consulatur Iosephi Lanzoni exercitatio de coronis et vnguentis in antiquorum conuiuiis, T. III. thesauri Sallengriani p. 669. Io. Gresii dissertatio de coronis epularibus. Lips. 1670. et Frid. Gotthilf Freytagii dissert. de coronis conuiualibus veterum. ibid. 1712. De *corona Poetarum* [17] primo tributa Albertino Mussato, Mapheus Vegius IV. 1. de educat. liberorum tomo 26. Bibl. PP. p. 658 sq. Frid. Rappoltus [18] singulari diss. Paschalius libro de coronis p. 60 et p. 317-329. D. Henelius in otio Vratislauiensi cap. 13. Scaliger lib. 1. lectionum Ausonian. c. 10. Aegidius Menagius in miscellaneis italice editis p. 294 sqq. Iac. Thomasius in obseruationibus Halensibus tom. 6. obs. 7. et Michael Piccartus oratione XI. quae est de commissionibus et coronatione veterum Poetarum. De *coronis Oratorum* Ioan. Georg. Walchius §. 14. 15. dissert. de veterum Sophistarum, Rhetorum atque Oratorum praemiis.

Diademate vti voluit Caligula teste Suet. cap. 22. at primus vsus est inter Impp. domi Elagabalus, publice Aurelianus. Vide Tillemont. Hist. Imperatorum tomo 3. p. 531 sq. Diademate vsae etiam sunt Reginae, vt ex Cleopatrae numo probat C. A. Rupertus in Oratore historico pag. 793. Eodem etiam vsos supremos militiae duces dubitat Begerus I. thesauri Brandenburgensis p. 288. adde p. 293. De triplici Corona Imperatoris Romani, Germanica, Lombardica atque Romana, prima Aquisgrani argentea ab Archiepiscopo Coloniensi, secunda Modoetiae ferrea, tertia aurea a summo Pontifice, Martene III. 9. de antiquis Ecclesiae ritibus, et T. 2. thesauri anecdotorum p. 488 et 497. exstat Ioachimi Felleri, τοῦ μακαρίτου dissertatio A. 1662. Lipsiae edita. Horatii Blanci dissertatio de tribus coronis Longobardicis ad Paullum Diaconum apud Muratorium T. 1. scriptor. vet. Italiae pag. 460 sq. Ioan. Iac. Mascouii dissertatio de Regali Imperialique Augustorum Germaniae Augustarumque coronatione Lipsiae 1723 euulgata. Christi. Weidlingii Progr. de triplici Imperatoris coronatione, longobardica, romana et germa-

[17] Bene Conradus Celtes in lauream suam, quam ab ipsa Imperatoris manu acceperat:

Si me non pietas, virtus, doctrina coronant,
Ecquid proderit haec nexa corona mihi.

[18] Ex hac sub Rappolti praesidio habita dissertat. Heckelius, Respondens, postea libellum confecit de Poetarum coronis, Cygneae 1672. 12. editum.

manica. De corona *argentea* vide Gundlingiana XX. 3. vbi et de eo, an Henricus VII. corona Imperii Germanici Aquisgrani fuerit coronatus. De ferrea illa corona, aurea quidam, ſed ferreo circello interius et clauis crucis Chriſti ſubtexta, conſulendi ſunt V. C. Ludov. Antonius Muratorius T. 2. Anecdoton Bibliothecae Ambroſianae A. 1698. 4. edito. p. 267 ſqq. Iuſtus Fontaninus in diſſertatione de corona ferrea Longobardorum, Rom. 1717. 4. edita, et cum Muratorii commentario recuſa Lipſiae 1719. 8. Bartholomaeus Zucchius in hiſtoria coronae ferreae Italice edita, et Bzouius ad A. 1431. p. 19. num. 49. De Imperatorum CPolitanorum coronis vide Cangium diſſert. 24. ad Ionuillam. Ordo ad benedicendum Imperatorem quando coronam accipit obuius eſt apud Mabillonium T. 2. Muſei Italici p. 215 ſqq. De coronatione reginae, idem ib. p. 404. regis, pag. 407. Liturgiam coronationis Mediolanenſis, Henrici I. deprehendes apud Muratorium T. 2. Anecdot. pag. 328 ſq. De triplici corona Pontificis Romani B. D. Mayerus libro de electione Pontificis Romani. R. D. Henricus Pippingius in diſſert. de corona illa Lipſiae vulgata et in eius diſſertationibus iuuenilibus recuſa. Vide etiam, ſi placet, Theoph. Raynaudum de corona et mitra triplici Papae, tomo X. Operum, D. Io. Wolfg. Iaegeri Hiſt. Eccleſ. ſaeculi 17. Decade 1. p. 150 ſq. Matthiam Zimmermannum de montibus pietatis pag. 371 ſq. et Iacob. Baſnagium ad Caniſii lectiones antiquas tom. IV. pag. 174. Ceterum Choiſio in hiſtoria Philippi Valeſii et Ioannis Galliae Regum, Gallice edita lib. 1. §. 11. recte obſeruatum eſt, a Ioanne XXII. primum coronam Paparum fuiſſe triplicatam, [19] quum veteres Pontifices mitra Phrygiae fere ſimili vſi fuiſſent, Hormiſda datam ſibi a Clodoveo Galliae R. coronam auream primus geſtaſſet, et Bonifacius octauus eam duplicaſſet, ſaeculare [20] non minus quam Eccleſiaſticum ſiue ſpirituale ius atque imperium ſuum indicaturus. De mitra Pontificis conferatur Cangius in *Camelucicium*, et Angelus Rocca in theſauro antiquitatum ſacrarum T. 1. p. 7 et 8.

De praelatione faſcium, ſecuris, ignis, aliorumque eiusmodi conſulendus Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 27. I. C. Becmannus diſſ. 8. notitiae dignitatt. illuſtrium, et D. Frid. Rappoltus diſſ. de inſignibus principatus

[19] Ad Bonifacium vsque ſimplex, ad Vrbanum V. duplex, inde triplex corona. Vide Franc. Pagi praef. ad vitas Pontificum pag. 18.

[20] Angelus Roccha in Bibliothecae Vaticanae deſcriptione pag. 5. *Quum Pontifex coronatur, capiti eius tiara, quam* regnum mundi vocant, *imponitur, tribus conſtans coronis, tres poteſtates, h. e. imperatoriam, regiam et ſacerdotalem, plenariam ſcilicet et vniuerſalem totius orbis auctoritatem repraeſentantibus.* Innocentius III. *Romanus Pontifex in ſignum imperii vtitur regno* (corona) *et in ſignum pontificii vtitur mitra: ſed mitra ſemper vtitur et vbique, regno vero nec vbique nec ſemper.* Vide Cangium in *Regnum.*

patus ac poteſtatis quo etiam referenda eſt praelatio Crucis, Epiſcopi et Pontifici fieri ſolita. Regibus XXIV. faſces cum ſecuribus praelati, Conſulibus ſingulis in vrbe duodecim, extra vrbem etiam ſecures; Praetoribus ſex; Dictatoribus faſces et ſecures XXIV. Vide Ezech. Spanhemium de vſu numiſmatum diſſert. decima. Non vterque ſed tantum alter conſulum duodecim faſces habebat per menſis vices; vide Benedicti Aueranii diſſert. 22. ad Liuium T. 2. p. 61. Formam faſcium ſellarumque curulium quae vtraque ab Hetruſcis Romani acceperunt teſte Diodoro Siculo V. pag. 219 ex veteribus numis exhibent Moſcardi muſeum, et Graeuius atque Begerus ad Flori lib. 1. c. 5. De faſcibus conſuli poteſt Fabiani Toerneri diſſertatio Vpſal. 1722. 8. edita. De faſcium ſubmiſſione Iac. Sponius rei antiq. ſel. quaeſt. diſſert. 13. I. Lipſius Elect. lib. 1. cap. 23. et Ioan. Matthiae Geſneri diſſertatio de prenſatione, oſculo, faſcium et ſignorum in nauibus ſubmiſſione. Goettingae 1745. edita. De ſella curuli praeter Chimentellum ſupra laudatum Ioannes Schefferus de re vehiculari lib. 2. cap. 16. pag. 199. Ez. Spanhemius de vſu numiſmatum diſſ. 6. p. 584. Iſaac. Caſaubonus ad Suetonium p. 200. et Henr. Noriſius de numo Diocletiani, T. 1. theſauri Sallengriani. De igne Aſiaticis Regibus et Romanis Auguſtis praelato Cotelerius ad Clementina IX. 4. p. 680. Andreae Chriſtiani Eſchenbachii diſſ. pag. 519 ſq. Paullus Voetius ad Herodianum p. 114. 198 ſq. et Chriſtianus Franc. Paullini P. III. der zeitkürzenden erbaulichen Luſt p. 143 ſqq. De taeda Imperatoribus et Patriarchis praegeſtari ſolita, Cangius Gloſſar. in διάμβουλον et Petrus Poſſinus ad Pachymerem T. 1. p. 446 ſq. et T. 2. p. 470 ſqq. Aquila praelata Clearcho. Iuſtin, XVI. 5. Ignis praelatus Regibus Perſarum, Lipſ. excurſu 1. ad Taciti Annales. Varia inſignia illuſtribus officialibus in regno Iaponico praeferri ſolita vide in Kaempferi Iaponia tab. XXX. De ornamentis et honoribus Auguſtarum librum ſingularem edidit Rudolphus a Bunau. Lipſ. 1733. 4. Angeli Roccae commentarius de SS. Chriſti corpore Pontificibus iter facientibus praeferendo Rom. 1599. 4. et Auguſtini Molari Fiuizanenſis Ordinis S. Auguſtini de antiquitate et cauſſis ritus praeferendi S. S. Euchariſtiae Sacramentum ſummo Pontifici extra vrbem proficiſcenti, et de ritu SS. Crucis Rom. Pontifici praeferendae commentarius Romae 1592. 4. et Andreae du Sauſſay de ſacro ritu praeferendi crucem maioribus Praelatis Eccleſiae. Pariſiis 1628. 4. De inſignibus Sacerdotum et Epiſcoporum, mitra, baculo, annulo etc. Chriſtian. Falſterus T. 2. amoenitat. philolog. p. 111 ſqq.

De *Titulis* Honorum Opus Io. Seldeni ex editione tertia Anglica anni 1672. Latine verſum eſt a Simone Ioanne Arnoldi, Antiſtite praefecturae

Son-

Sonnenbergensis, Francof. 1696. 4. Cui iungendum Io. Christophori Becmanni syntagma dignitatum illustrium ciuilium, sacrarum, equestrium, ibid. et eodem anno excusum, Danielis Morhofii dissertat. de diuinitate Principum p. 83 sqq. eius diss. iunctim editarum. D. Adami Rechenbergii diss. de titulorum indole et natura part. 1. diss. historico-polit. pag. 134 sq. Gerh. Feltmannus de titulis honorum, Antonius Matthaeus de nobilitate. Guidonis Pancirolli Trattato dei Titoli dignita, con annotazioni del P. Stanislao Santinelli, qui exstat T. 2. supplem. al Giornale de' Letterati d'Italia p. 344 sqq. Augustini a Leyser dissertatio de titulis honorum. Witemb. 1748. Georg. Casp. Kirchmaieri commentatio titulos aliquot honorum ex antiquitate erutorum exhibens, recusa Ienae 1752. De titulis *viri illustris, spectabilis, clarissimi, magnifici, excellentissimi et amplissimi*, olim aulicis nunc scholasticis, confer Gottfr. Leonh. Baudisii dissertationem, Lipsiae 1706 editam. De titulo *Domini* Ant. Borremansii Vesperas Gorinchemenses cap. 1. et Frider. Caroli Moseri commentarium de titulo Domini moribus aeui et saeculi accomodato. Lips. 1751. De titulo *serenissimi* Christo. Aug. Heumanni Poecile T. 3. p. 484 sqq. De titulo *Nos Dei gratia* Friderici Geisleri dissertationem Lipsiae 1677 euulgatam. Barth. Tilesii comment. de sensu tituli: Nos Dei gratia, Regiomonti 1751 editam, et Anonymi Anmerkung vom Titul: von Gottes Gnaden, quae exhibetur P. 3. der auserlesenen Anmerkungen über wichtige Materien und Schriften, p. 248. De titulo *Excellentissimi* Frid. Carol. Moseri kleine Schriften Vol. secundo, et Ioan. Gottl. Bidermanni Acta scholastica, Vol. 1. p. 409 sqq. et 427 sqq. De ambitu antiquo et hodierno liber Menteti Ketwig, excusus Bremae 1695. 8. De candidatis et de ambitione ac blanditiis candidatorum apud Romanos consulantur Benedictus Aueranius ad Ciceronem diss. XXXVIII. T. 2. Opp. p. 370. Lipsius Elector. L. 1. c. 13. Ferrarius de re vestiaria P. 1. L. 1. c. 21. et L. 3. c. 2. Bosius de Toga cap. 13. Schwarzius ad Plinii Panegyricum pag. 348. et dissertationes Georg. Henrici Goezii. Witteb. 1687. Fabiani Toerneri Vpsal. 1712. et Christi. Frid. Georg. Meisteri. Goettingae 1740.

XIV. Paulli Manutii liber de ciuitate Romana post editionem Romanam 1585. 4. exstat tomo 1. miscellaneorum Gaudentii Roberti, et tomo 1. thesauri Graeuiani, in quo tomo occurrit etiam Onufrii Panuinii opus praeclarum de Ciuitate, Imperio et Republica Romana, ex editione recognita Paris. 1588. 8. nec non Caroli Sigonii libri eruditi de antiquo iure ciuium Romanorum, et prouinciarum. Scipionis Gentilis liber de iure publico populi Romani recusus est in Io. Poleni supplementis T. 1. p. 1125. Vt ab eodem

Manutio prolixius demonſtratum eſt, ſub Romulo [21] primum populus diuiſus fuit in Tribus tres, quarum ſingulae mille peditum et centum equitum erant, diuiſae iterum in Curias 10. quarum ſingulae in decurias diuiſae conſtabant ex 100 peditibus et equitibus 10. His praeerant Tribuni, Curiones et Decuriones. Poſtea quum Sabinis ciuitas data eſſet, eaedem tres tribus, quas Romulus inſtituerat, et Rhamnenſium, Tatientium, et Lucerum nomine appellauerat, ſeruatae ſunt, ſed ita vt ſingulae iam eſſent peditum bis mille, equitum ducentorum. Sub Tullo Hoſtilio 300 equitibus, tribus ac millibus peditum; ſub Tarquinio Priſco equitibus ſexcentis, et ſexies mille pedibus vnaquaeque tribus conſtitit. Sub Seruio Tullio [22] ſex Tribus introductae ſunt, primi et ſecundi Rhamnenſes, primi et ſecundi Tatientes, primi et ſecundi Luceres. Ab eo tempore Tribuum numerus auctus in vndeuiceſimum, ita vt 4 vrbanae eſſent Palatina, Eſquilina, Suburbana et Collina, et 15 ruſticae ſeu eorum, qui agros poſſidebant. Poſt eiectos Reges aliae 16 tribus additae, vt ſimul eſſent 35. Poſt ciuitatem Italicis datam additae tribus octo. Vide Velleium II. 20. et Sigonium III. 1. de antiquo iure Italiae, et quae de tribubus illis diligenter diſſeruerunt Paullus Manutius ad Ciceronis Epiſtol. ad diuerſos lib. VIII. 8. Didacus Couarruuias lib. 4. variarum reſolutionum cap. 1. T. 2. Oper. pag. 313 ſqq. Onufrius Panuinius de ciuitate Romana libro ſecundo, Andreas Schottus ad calcem antiquitatum Roman. Ioannis Roſini, et Boindinus in diſſertatione de tribubus Romanis, cuius pars prima, exſtat T. 2. memor. academ. Inſcriptionum p. 91 ſqq. ſecunda, T. 5. p. 88 ſqq. et tertia, ibid. p. 118 ſqq. Nomina ex priſcis inſcriptionibus ordine alphabetico collegit Goltzius p. 206. theſauri rei antiquariae. Ante pulſos reges totus populus diſtinguebatur in Patricios et Plebeios, ex Patriciis alii erant Senatores (ducenti primum a Romulo lecti, nouis aliis centum, qui minorum gentium appellabantur, a Tarquinio Priſco adſcitis, teſte Aurelio Victore cap. 6.) alii Equites, alii Patricii ſimpliciter ſic dicti. Ad illos ſpectabat, ſacra adminiſtrare, Magiſtratus et iudicia exercere, publicis de rebus deliberare et ſimilia. Plebeiorum erat colere agros, pecus alere, quaeſtuarias artes et opificia exercere, quod poſtremum an ciuium fuerit diſputat Octauius Ferrarius p. 539 ſq. et frequenter memorata in veteribus collegiorum opificum mentio dubitare nos haud ſinit. Confer Ioannis Hermanſſonii diſſertationes binas de ordinibus Romanorum. Vpſal. 1722. 8. et Ioan. Adolphi Falckii Epiſtolam de antiquiſſimis ciuium Romanorum diuiſio-

[21] Vide Rupertum ad Florum p. 117. et Andreae Cirini librum de vrbe Roma c. 41.

[22] Populum a Seruio Tullio in quinque claſſis tributum ſcribunt Tubero apud Gellium X. 28. Arnobius, Chariſius et Feſtus. Vide Meurſium parte 2. exercit. critic. p. 206 ſq.

uiſionibus. Ienae 1750. 4. editam. Poſt pulſos reges, patriciorum ordinis paullatim minus ſemper habita ratio, ita vt Equites, ac Senatores quoque, quin etiam Conſules ex plebe creari poſſent, praeter Senatores vero et equites, omnes eſſent plebeii. Hinc Manilius lib. 5.

Vtque per ingentem populus deſcribitur vrbem
Praecipuum patres retinent, et proximum equeſter
Ordo locum, populumque equiti, populoque ſubire
Vulgus iners videas, etiam ſine nomine turbam.

De *Patriciorum* origine et iure conferantur libri III. Ioannis Iacobi Draconis, editi Baſil. 1627. 4. in quibus aliarum etiam gentium ſimilis diſtinctio confertur cum Romana. Octauiani Gentilii libri 4. de Patriciorum origine, varietate, praeſtantia et iuribus. Romae 1736. 4. et M. Anton. Ferratius Epiſtolar. pag. 92 ſqq. De Patriciis *medii aeui* exſtat diſſertatio Caroli Frid. Pudoris, Lipſ. 1758 edita. De *Graecorum* Patriciis vide Pfeifferum pag. 189. antiq. Graec. et Lakemacheri antiquitates Graec. ſacras pag. 265. Sub Conſtantino M. Conſiliarii Imperatoris Patriciorum nomen acceperunt: v. Schwarzium de vetuſto quodam Diptycho conſulari et eccleſiaſtico, p. 32 ſq. De *Patriciis Germanicis* conſule Ioachimi Meieri diatribam Goetting. 1698. 4. editam. Ioan. Schilterum de ſublimi Patriciatus honore. Ienae 1673. Alb. Chriſti. Giebelii diſputat. de iuribus patriciorum ſingularibus iisque ſupereminentibus. Erford. 1709. et Polycarpi Leyſeri obſeruata diplomaticohiſtorica de origine patriciorum Germaniae. Helmſtadii 1727. De *ordine equeſtri* veterum Romanorum confer diſſertationem Chriſtiani Wilhelmi Eybenii Francofurti 1684. fol. primum editam, et deinde recuſam cum patris Huldrici Eybenii ſcriptis Argentorati 1708. fol. ac in Sallengrii theſauro T. 1. p. 1089. M. Anton. Ferratium p. 77 ſqq. Epiſtolarum. Ioan. Frid. Gronouium III. 25 Obſeruat. Io. Harduinum in numis illuſtratis pag. 428. Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro II. 29. et Chriſti. Gottl. Schwarzii exercitationem de inſignibus ordinis equeſtris veterum Romanorum. Altdorfii 1715 euulgatam. De annua equitum tranſuectione conſuli poſſunt Franc. Mediobarbus in numiſmat. imperii pag. 83. Laurent. Begerus comm. in Florum pag. 66. Ezech. Spanhemius de vſu numiſmatum T. 2. pag. 101. et Ioan. Erh. Kappii diſſertatio Lipſiae 1734 habita. De nobilitate veterum Romanorum videndi idem Tiraquellus opere eximio de Nobilitate, quod operum eius Francofurti 1574. fol. editorum Tomum primum conſtituit. Stanislaus Santinellus in diſſert. de Romanorum veterum nobilitate Venetiis 1717. 8. recuſa in eius diſſertationibus, orationibus, epiſtolis et carminibus, iunctim editis.

Venetiis 1734. 4. p. 1 ſqq. Nic. Hieronymus Gundlingius P. XXX. Gundlingian. pag. 470 ſqq. De iure imaginum Io. Sam. Luppii diſſertatio Wittebergae 1712 edita, et Ioan. Nic. Funccius p. 409. diſſertationum academicarum, et memoriae Treuultinae A. 1708. p. 494. ex diſſert. Abbatis le Roy. Noui homines, ἀφ' ἑαυτῶν ἐν τῶν προγόνων γνώριμοι, nobilitas etiam in plebe. Deſiderius Heraldus IV. 1. animaduerſ. pag. 273. Graecis quinam εὐγενεῖς, γνώριμοι, εὐπατρίδαι vide apud Deſider. Heraldum animaduerſion. in Salmaſium III. 15. pag. 250 ſqq. ἐυ γεγονότες, Horatio *claris patribus orti* IV. Ode 6. v. 31. Edmundus Chiſhull pag. 163. antiquitat. aſiaticarum. De Nobilibus apud Iudaeos videatur Grotius in 1 Corinth. 1. 26. et Campegius Vitringa obſ. ſacr. p. 495. De Nobilitate veterum Germanorum conſule Philippum Knipſchild in libro de Nobilitate ſpeciatim Germanorum. Campoduni 1693. fol. Neueröfnete Bibliothek p. 485 ſqq. Caroli Gottlieb Knorrii diſſ. de differentiis iuris Romani et Germanici in Nobilitate adoptiua. Halae Sax. 1721. Ioan. Georgii Eſtor commentarios de miniſterialibus, in quibus Nobilium hodiernorum verae origines, eorumque ſtatus, iura, differentia a Comitibus, ſelecta de Miniſterialibus regni, eorumque muneribus, ac de Nobilitate Germanorum vera, et differentia eius a Romana euoluuntur. Argentorati 1727. 4. et Auctores, quos citauit Lipenius Bibl. Iurid. Tom. 2. p. 71 ſq. et Struuius Bibl. Iurid. p. 788 edit. Buderianae.

De iure Romano ſeu ciuitatis Romanae, quo aditus patebat ad officia publica vrbis, vel ſine vel cum iure ſuffragii in electione Magiſtratuum: de iure Latii, Quiritium, Italico, ſiue immunitate tributorum tam capitis quam ſoli (Valeſ. ad Sozomeni VII. 2.) Prouinciarum, Coloniae, Municipii, Praefecturae, Foederatae Ciuitatis, et Fori, compendio bene diſſerit Petrus Ioſephus Cantelius S. I. in libello de Republica Romana pag. 208 ſq. H. Dodwellus pag. 194 ſq. praelect. Cambden. Pluribus hoc argumentum perſequuti ſunt, Onuphrius de Imperio Romano, cap. 5 ſq. Alexander ab Alex. IV. 10. et ibi Tiraquellus, Wolfgangus Lazius de Republica Romana, Carolus Sigonius libris duobus de antiquo iure prouinciarum nouiſſime cum eius libris XI. de antiquo iure populi Romani excuſis Halae Saxonum 1715. 8. Nicolaus Bergierius lib. 4. de viis Imperii Romani cap. 7 ſq. Henr. Chriſt. Henninius in notis ad Bergierium latine a ſe redditum p. 742. Illuſtris Vir Ez. Spanhemius in exercitationibus duabus ad Legem Antonini Caracallae, (qua vniuerſis ille Imperio Romano ſubiectis ciuitatem conceſſit teſte Triboniano lege 17. D. de ſtatu hominum) quae tom. 11. antiquitatum Romanarum, primum in lucem editae, ac deinde ſub titulo *Orbis Romani* Londini 1703. 4. et cum praefatione Io. Gottl. Heineccii Halae Saxon. 1728. 4. longe locuple-

pletiores recuſae ſunt. Idem Heineccius Antiquitatum Romanar. iurisprudentiam illuſtrantium ſyntagmate, p. 262 ſqq. et Alb. Dieter. Trekell parte prima ſelectarum antiquitatum Romanarum, ſupra pag. 95. laudatarum, in qua potiſſimum agitur de iure ciuitatis, Quiritium, Latii, Italico, coloniarum atque municipiorum. Vide et Seldenum II. de Synedriis p. 62 ſq. et Tillemontium in Hiſtoria Imperatorum, vita Caracallae, tomo 3. Artic. 8. De *iure Quiritium* ſigillatim vide Io. Frider. Chriſtium Noctium Academic. II. 6. Vonckii obſ. p. 101. Onufrium Panuinium II. 18. antiquit. Veronenſium. Ioan. Henr. Mylii diſſertationem, Lipſiae 1732 editam, recuſamque in eius Opuſculis Lugd. Batav. 1738. 8. editis p. 81 ſqq. et Franc. Car. Conradi diſſertationem de iure Quiritium a ciuitate Romana non diuerſo, Helmſtadii 1742 editam. De *iure Italico* Chriſtiani Gottlieb Schwarzii ſpecimen iurisprudentiae antiquariae de iure Italico. Altdorfii 1720 editum. *Coloniae* a Romana veluti ciuium examinibus conditae quadruplicis generis erant quoad immunitatem, aliis remittebatur tributum capitis, aliis ſolum immune erat (vt Coloniis iuris Italici) aliis vtrumque, aliae denique erant Coloniae ſaluis tributis, quibus neutra remittebantur: Confer Onufrium Panuinium II. 13. antiquit. Veronenſium. Sam. Petitum II. 4. Obſ. et Val. Alberti diſſertat. de coloniis. Lipſiae 1671 habitam. Colonias Romanas LIII. ordine temporis quo deductae ſunt, refert Sigonius ad Liuii XXVII. 9. Plures ordine alphabetico Goltzius p. 236 ſqq. theſauri rei antiquariae. Michael Antonius Baudrand et ex eo Io. Iac. Hofmannus in Lexico, voce Colonia. Prima extra Italiam colonia Carthago condita eſt Gracchanis legibus. Velleius Paterculus II. 15. De Coloniarum ratione poſt Lipſium de magnitudine vrbis Romae, et Sigonium de antiquo iure Italiae erudite M. Velſerus libro IV. rerum Auguſtanarum, et Ioan. Georg. Scherzius in diſſert. de Coloniis. Argentorati 1711. Vide etiam Andream Schottum notis ad Velleium, et ad Frontinum de Coloniis. De reuerentia Coloniarum erga vrbem matrem, Rupertus pag. 98. ad Florum, qui et de vtilitate earum videndus p. 102 ſq. De Patronis Coloniarum agit Petrus Polydorus T. VII. Opuſcul. ſcientificor. pag. 417 ſqq. De coloniis Graecorum in Aſia locus inſignis eſt apud Vitruuium IV. 1. Adde Triſtanum II. p. 204. De eruditione Graecorum per colonias eorum propagata vide Lamberti Boſii orationem inauguralem habitam Franequerae A. 1704. In numis Coloniae plebeiae aratro, militares ſigno militari communiter denotantur. Quae aratrum et ſigna iungunt, indicant primam deductionem e ciuibus, ſupplementum e veteranis militibus fuiſſe, vt notat Raph. Fabrettus ad Columnam Traianam p. 10 ſq. De Coloniis *militaribus* quae militibus veteranis dabantur a Sylla primum, deinde a Caeſare et aliis

 (vn-

(vnde Coloniae *Iulianae*) vide H. Noris Cenotaph. Pisan. dissertat. I. c. 22. *Praefecturae* [23] nullos habebant ipsae Magistratus, sed ius ibi dicebatur a Praefecto Roma misso. Vide Festum in *praefectura*. Talis post expugnationem Capua, de qua Liuius XXVII. 16. *Municipia* suis moribus legibusque viuebant vt notum vel e Gellii XVI. 12. Melior igitur fuit eorum conditio quam coloniarum, vt recte obseruauit Iustus Vicecomes siue Mazzuchellus in coloniae Ticiniae commento exsufflato: vide Giornale d'Italia T. 13. p. 379 sq. et T. 14. p. 141 sqq. 148 sqq. Confer de municipiis Maffeium Veronae illustratae Part. I. pag. 161 sqq. Ioan. Dan. Schoepflinum Alsatiae illustratae T. I. p. 285. Iac. W. Schlicheri dissert. de iure municipum et municipiorum. Lugduni Batav. 1714. et Ioan. Guil. Waldschmidt dissert. de differentiis municipiorum Romanorum et vrbium Germaniae mediatarum. Marb. 1729. Municipia ex numis et inscriptionibus ordine alphabetico refert Goltzius p. 242 sq. thesauri rei numariae. De magistratibus municipalibus vide Guidonis Pancirolli tractatum, Notitiae dignitatum vtriusque imperii adiectum, et recusum T. III. thesauri Graeuiani; Euerh. Ottonis librum de aedilibus coloniarum et municipiorum, editum Francof. 1713. 8. et recusum Lipsiae (Vltraiecti) 1732. 8. De Patronis municipiorum Philippus a Turre P. I. cap. 11. ad monumenta veteris Antii. Quaenam differentia fuerit inter Colonias, municipia sine et cum iure suffragii, ciuitates Latio donatas, libertate, foedere, et stipendiarias exponit Ioan. Harduinus ad Plinium T. I. p. 389. edit. in forma quadripartita, et Onufrius Panuinius II. 9 sqq. antiquit. Veronensium. Vniuersae Hispaniae ius Latii tribuit Vespasianus, Plinius H. N. L. III. c. 3. p. 108. De ritu depalandi atque aratro pomoeria nouae ciuitatis condendae determinandi, Philippus Rubenius in electis, libro et capite primo, et Andreas Cirinus de vrbe Roma cap. I.

Ex prouinciis, quaenam consulares, proconsulares, praesidiales, praetoriae, vide quae notant Lipsius ad Tacitum, Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 27. Wolfg. Lazius in Commentario de Republica Romana, inprimis vero Onufrius et Sigonius in libris quos modo laudauimus. Ductu Pompei M. terminus Romani Imperii Oruros in Mesopotamia, vide Plin. VI. 36. T. I.

XV. De variis Magistratibus officiisque in aula Imperatorum et Prouinciis Imperii quum Orientis tum Occidentis, per Media ac sequiora saecula, adire licet notitiam dignitatum vtriusque Imperii commentario Guidonis Pancirolli illustratam, de cuius editionibus variis dixi in Bibliotheca latina lib.

[23] In numis ἡγεμονία περιπορηνῶν. Vide Harduinum de numis vrbium p. 400.

lib. IV. cap. 5. §. 6. Tum notitiam dignitatum siue administrationum tam ciuilium quam militarium in Partibus Orientis et Occidentis, quam ad illustrationem Codicis Theodosiani confecit Iacobus Godofredus tom. 6. post pag. 312. His addendus idem Godofredus in Commentariis ad eundem Codicem Theodosianum, Valesius ad Ammianum Marcellinum, Reinesius ad inscriptiones veteres, Iac. Gutherius in praeclaro opere tribus libris distincto de officiis domus Augustae publicae ac priuatae Paris. 1628. et Lipsiae in 8. Georg. Codinus de officiis et officialibus Curiae et Ecclesiae Constantinopolit. cum notis Franc. Iunii, Iac. Gretseri et Iac. Goari. Constantinus Porphyrogennetus libris duobus de caerimoniis aulae Byzantinae, cura Ioan. Henrici Leichii et Ioan. Iac. Reiskii Tomis duobus editis Lipsiae 1751 et 54. folio. Ioan. Meursius in glossario, et Cangius in glossario vtroque Mediae Latinitatis et Graecitatis. De differentia inter Proconsules, Legatos, Propraetores et Procuratores, eorumque duplici genere exponit Io. Dan. Schoepflinus T. I. Alsatiae illustratae p. 269 et 270. qui etiam ibid. p. 274 sqq. Caesar. praesid. Alsat. recenset. De Procuratoribus *Ducenariis* Scaliger in Manil. pag. 166. Casaubonus et Salmasius ad Capitolinum in Pertinace, Rigaltius ad Cypriani Epistol. 67. p. 174. et Pearsonius ad Symbolum Apostolicum. Praefectura praetorii *vertex omnium dignitatum.* Ammianus. ἡ πρώτη καὶ κορυφαία τῶν ἀρχῶν. Euagrius III. 39. De *Perfectissimorum* dignitate Pancirollus ad notitiam Imperii c. 3. Gothofredus ad Codic. Theodosian. VI. 37. Fabrettus ad Inscriptiones veteres p. 277 sq. Fontaninus lib. I. de antiquitatibus Hortae Coloniae c. 3. §. 8. 9. De *Comitibus Consistorialibus* tractatum edidit Ioannes Filleau, Parisiis 1638. 8. Historiam Comitum Consistorianorum in Imperio Orientis singulari dissertatione persequutus est Iustus Christ. Thorschmid. Witteb. 1720.

XVI. Claudemus hoc caput breui recensione quum eorum, qui quum humili loco nati vel vltimae sortis homines essent, propter qualemcunque oris similitudinem principis alicuius personam sibi imposuere, et per aliquod tempus hominum credulitati illuserunt, publica calamitate plerumque suoque ludibrio; tum plerarumque Rerumpubl. commentitiarum, quae siue a veteribus siue a Recentioribus excogitatae sunt, et pro ingenio ipsorum ita descriptae, vti optari fortassis quaedam ex parte, aliae ne optari quidem, sperari certe non possunt, et nusquam gentium reperiuntur. Prioris argumenti exempla collegerunt ex antiquioribus *Valer. Maximus* IX. 15. e recentioribus *Gregorius Richterus* axiomat. oecomonic. CCXIII. p. 328-343. *Io. Bapt. Rocolesius* in libro Gallice edito, cui titulus: les impostures insignes, ou histoire des plu-

ſieurs hommes de neant de toutes nations, qui ont vſurpé la qualité des Empereurs; Roys et Princes et de guerres, qu'ils ont cauſées. Pariſ. 1679. et auct. Amſtelod. 1682. 12. et Bruxellis 1728. 8. *Baptiſta Fulgoſus* lib. .9 memorabil. capite vltimo. *Io. Schmidius* in diſſert. de Pſeudoprincipibus. Lipſ. 1695. *Ioannes Vpmarckius* in diatriba de perſonatis Regibus, Vpſal. 1703. 8. vulgata. *Erneſtus Salomo Cyprianus* de Regibus ſubditiis, in eius Programmatibus ſelectis Coburgi 1708. 8. editis p. 96 ſqq. *Martinus Lipenius* in libro inedito, quem de hoc argumento compoſuit et Lubecae aſſeruant haeredes. Idem argumentum tangunt etiam *Adrianus Bailletus* des auteurs deguiſez p. 4. c. 2. *Henricus Stephanus* praefatione ad Apologiam Herodoti gallice ſcriptam. *Ioan. Burch. Menckenius* in diſſertationibus litterariis pag. 192 ſqq. *Ioannes Hildebrandus* in Pſeudo Friderico, ſiue comoedia de impoſtore Fridericum II. Caeſarem ſe ementito molitoque factionem, quam diſſipauit Rudolphus I. Imperator. Tubingae 1598. 8. *Chriſtianus Flottwell* diſputation bus binis de Pſeudoprincipibus. Regiomonti 1706. et *Chriſti. Iunckerus* in programmate, quod praemiſit actui oratorio Iſenaci 1708. folio. de conatibus pſeudoprincipum in Republica ad Velleii lib. 1. c. XI. 1. In illo Programmate Iunckerus differit de impoſtore, qui A. 1502. quum eſſet acupictor (Seydenſticker, ita B. Lutherus T. 8. Altenb. p. 8. licet Cyriacus Spangenberg p. 247. Chronici Hennebergenſis ferat fuiſſe carnificem) venditauit ſe Comitem Hennebergenſem, et ab Erfurtenſibus Academiae Rector honoris cauſſa eſt creatus. De ſuppoſititio partu pro principe venditato Chriſtoph. Gottl. Wenzelius in commentatione de periculo ex partu ſuppoſititio familiis ordinumque dignitatibus metuendo, quae exſtat Tom. 3. miſc. Lipſ. pag. 179. Poſterius argumentum perſequuti ſunt Georgius Paſchius ὁ μακαρίτης diatriba de fictis Rebuspublicis edita Kiloniae 1704. Carolus Arndius in Bibliotheca Heraldica Roſtoch. 1705. 8. p. 400 ſq. et Ioan. Georg. Iochius in diſſert. de politicis idealibus. Notiſſima e Veteribus eſt Reſpublica *Platonis*, cuius Politia decem deſcripta libris etiamnum exſtat, licet quae Zeno Stoicus contra ſcripſerat, et quae Cicero libris 6. de Republica ex Platone magnam partem expreſſerat, iam pridem interciderint. Ad Platonem reſpicit Liuius XXVI. 22. *Non equidem, ſi qua ſit Sapientum Ciuitas, quam docti fingunt magis quam norunt.* Ex recentioribus *Thomae Mori* Vtopia huc pertinet, primum Louanii 1516. 4. edita [24] et deinde ſaepius recuſa, atque etiam in Operibus eius Louanii 1566. fol et Francof. 1689. fol. editis obuia, libris duobus pulcherrimum reipublicae ſtatum exponens, et in germanicum ſermonem verſa Lipſiae

[24] Vide S. I. Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern, Vol. I. p. 548.

psiae 1612. 8. [25] a Guil. Burneto in Anglicum, a Guedeuillio nuper, et pridem a Sam. Sorbierio et ante eum a Ioanne Blondo et Barthol. Anello [26] in gallicum, atque a F. von Hoogſtraten in Belgicum ſermonem [27] verſa, lectuque iucunda [28], etſi vocabulum *Vtopiae* male Graecum videtur Iuoni Villiomaro ſiue Ioſ. Scaligero X. 9. ad locos Rob. Titii et Rich. Simoni III. 14. Epiſt. ſelect. pag. 86. pro quo *Vdepotiam* dixit Guil. Budaeus. Huic ſuccenturiatur alterius Angli *Baconis Verulamii* Noua Atlantis, [29] quae non modo Anglice et Latine ſaepius excuſa eſt, ſed et 1702 Gallice translata, et quum ab Auctore imperfecta relicta eſſet, continuata ab Interprete, additis de academia Regia vtraque Pariſienſi obſeruationibus. Pariſiis 12. *Chriſt. Aug. Heumanni* Vtopia litterata, cuius ſpecimen edidit in Poecile. *Ioſua* quoque *Glanuillius*, pariter Anglus, Baconis exemplo rempublicam finxit, et cum Atlantide Anglice edidit, quam appellauit Antifanaticam. Satis etiam ſuperque nota eſt Ciuitas Solis *Thomae Campanellae*, [30] vt Terram Auſtralem *Mercurii Britannici*, ſiue librum Alberici Gentilis cui titulus Mundus alter et idem, *Ioan. Biſſelii* Icariam 1667. et Vtopiam *Didaci Bernardini*, ſiue, qui ſub illo nomine latet, *Iacobi Bidermanni*: *Caſparis Stiplini* Eudaemonenſium Rempublicam, Melchiorisque Inchoferi ſub *Lucii Cornelii Europaei* nomine editam Monarchiam Solipſorum, Ieſuitas Satyrice perſtringentem: et Rempublicam ſub Monarchia vel Ariſtocratia quadam vniuerſali Chriſtianam, cuius ſummas lineas ducit in memoriis ſuis *Sullius*, noſtraque aetate variis ſcriptis Abbas *de Saint Pierre*, praetereamus. Ingenioſiſſime vero conficta eſt exceptis quibusdam locis in quibus parum Chriſtiane nonnulla tradere et per cuniculos petere ſanctiſſimas de miraculis narrationes videtur *Hiſtoria Seuerambium*, quae

[25] Baumgartenius ibid. p. 556.

[26] Antonii Verdierii Bibliotheca Gallica p. 111 et 653. Clerc Bibliotheque ancienne et moderne T. 7. p. 211.

[27] Mandelyk Uittrekſels 1701. p. 487.

[28] Nomina peregrina quaedam in hoc Mori ſcripto occurrentia illuſtrat G. I. Voſſius Epiſtola 548. ad Sam. Sorbierium.

[29] Definit illa in deſcriptione Collegii Salomonei, ſiue operum ſex dierum, inueſtigandis naturae miraculis atque in vſus humanos promouendis: Cui geminum commentum de ſodalitatibus Fratrum Roſeae Crucis, de quibus Morhoſius lib. 1. Polyhiſtor. cap. 13. Reip. Litterariae feſtiua deſcriptio occurrit in Vignolii Maruillii Miſcellaneis Hiſtoricolitterar. editis Gallice Tom. 2. p. 61 ſq.

[30] Vide unpartheyiſchen Bibliothecarium p. 709 ſq. et Iacobum Echardum T. 2. ſcriptorum ordinis Dominicanorum p. 516.

Gallice, Italice, Anglice, Germanice et Belgice exſtat, atque ita ſcripta eſt ab auctore, ſiue illuſtris Sidneyus ille ſit, ſiue Allaſius, ſiue Veiraſius [31] denique, vt lector incautus facile crediturus ſit veram ſe hiſtoriam legere. Non eſt cum hac lucubratione conferenda, quanquam et ipſa hinc inde ingenium atque acumen Auctoris demonſtrans, Hiſtoria Terrae Auſtralis, Gallice ſcripta a *Iac. Sadero* ſiue qui ſub illo nomine latet, *Gabr. Foignio*, ex Franciſcano, ac Germanice etiam edita Dresdae 1703. 12. ſub titulo neuentdecktes Südland. De quo libro Clariſſ. Baelius in Lexico vbi de Sadero diſſerit, videri poteſt. Tum alius qui exſtat ſub titulo *Idée d'un regne doux et heureux, ou relation du Voyage du Prince de Montberaud dans l'Isle de Naudely* 1703. 12. Qui recenſetur in Nouellis Reipublicae litterariae menſe Sept. anni 1704. pag. 334. et Detleui Cluueri hiſtoriſchen Anmerkungen A. 1706. p. 222 ſq. *Relation du Royaume de Coqueterie* par Mr. Hedelin. Pariſ. 1689. Vide Memoires de Litterature A. 1715. p. 296 ſq. Eiusdem Hedelini *Macaraiſe, ou la Reine des Isles fortunées, hiſtoire allegorique contenant la Philoſophie morale des Stoiques.* 1664. Eaedem memoriae a. e. pag. 303. *Songe de la Reformation d'un Etat par Mr. Cordemoy*, pag. 155 ſqq. eius Operum iunctim Gallice editorum Pariſiis 1704. 4. *La Decouverte de l'Empire* de Cantahar. Pariſ. 1730. 12. Vide Journal des Savans A. 1731. menſe Septembr. p. 68. Reſpublica Babinenſium [32] ſiue ſtultorum, cuius deſcriptionem habes apud *Stanislaum Sarnicium* Annali VIII. de rebus geſtis Polon. et Lithuanor. p. 395. et in Bernardi Connorii Beſchreibung des Königreichs Pohlen pag. 102 ſqq. *Ianii Nicii Erythraei* Eudemiae libri X. primum Lugd. Batav. 1639 editi, deinde Coloniae Vbiorum 1645. et denique ibid. (ſiue potius Ienae) 1740. 8. recuſi, et Naudaeo Epiſtola 93. vehementer probati, et *Iacobi Harringtoni* Oceana, de quo ingenioſo libro Acta Eruditorum A. 1705. pag. 45 ſq. et Nouvelles de la Republique des Lettres A. 1700. Tom. 2. pag. 253. Alteriusque Angli *Noua Hieroſolyma*, Clariſſ. Paſchio pag. 20 memorata. *Ionathanis Swiftii* Dublini anno 1745. anno aetatis ſeptuageſimo octauo denati

[31] Clericus T. XXV. Bibl. ſelectae p. 402. *Mr. Heumann attribue l'Hiſtoire de Sevarambes à un nommé* d'Allais. *Ce livre à été composé originairement en François par un Provençal, nommé* Veiras, *que feu Mr. Locke avoit connu particulierement, et enſuite il à été traduit en diverſes langues. L'auteur avoit mis au titre*, traduit de l'Anglois, *pour de paiſer les lecteurs; fineſſe que Mr. Bayle a imité depuis dans ſon Commentaire Philoſophique*, adde T. XXVI. p. 460. 461.

[32] Vide Chriſtophor. Hartknochium de Republica Polonica lib. 1. cap. 2. pag. 86 ſq. D. Sam. Schelwigii Biblioſophiſtas Gedanenſes p. 78 ſq. et gelehrten Criticum Centur. 3. quaeſt. 23.

nati [33] liber anglice ſub titulo: *Tale of a Tub*, Londini editus, et in gallicum germanicumque ſermonem conuerſus; eiusdem iter in Cacklogalliniam, anglice editum, et in varios ſermones itidem conuerſum; eius *Travels into ſeveral remote Nations*, qui liber ſub ficto Lemuelis Gulliuerii nomine editus, et itidem in varias linguas translatus eſt; denique iter Lulliputtianum, quod etiam in varios ſermones eſt conuerſum. *Bernhardi de Maindeville* fabula apum, quae primum anglice 1706. [34] ligato ſermone prodiit, deinde vero

[33] Vide London's Magazine 1745. p. 564. vbi quoque ſtipendii 12000 librarum, quod in vſum noſocomii, in quo homines mente capti alantur, conuerti voluit, mentio fit. Ipſum, quod condidit, teſtamentum germanice verſum exhibetur in den bremiſchen Beyträgen p. 255 ſqq. Quod ei poſitum eſt epitaphium recenſetur in Gentleman's Magazine A. 1745. p. 663. quod, vt hic repetamus, haud iniucundum fore lectoribus confidimus:

Hic iacet
Democritus ille neotericus,
Rabelaeſius noſter,
Ionathan Swift, S. T. P. eccleſiae huius cathedralis
Nuper Decanus;
Momi, *Muſarum*, *Mineruae*
Alumnus perquam dilectus,
Inſulſis, hypocritis, theomachis
Iuxta exoſus;
Quos tributim ſummo cum lepore
Deriſit, denudauit, debellauit.
Patriae infelicis
Patronus impiger et propugnator.
Primores arripuit populumque interritus,
Vni ſcilicet aequus virtuti.
Hanc fauillam
Si quis ades, non penitus excors viator
Debita ſparges lacryma.

Opera Swiftii iunctim edita ſunt Londini 1751. vndecim voluminibus in 12. Vide Journal Britannique T. V. p. 324.

[34] Baumgartenii Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek Vol. 8. p. 62. et eiusd. Nachrichten von merkwürdigen Büchern Vol. 8. p. 445.

ro 1714 auctior est recusa; cui deinde pars secunda 1729 addita est. Haec gallice versa, adiectis nonnullis aliis Maindeuillii scriptis, quatuor in forma octopartita voluminibus, euulgata est Londini 1740. Non sine plausu excepta est *Iosephi Aurelii de Iannario* Respublica Iureconsultorum, in qua iter nonnullorum iuuenum describitur, in insulam quandam susceptum, in quo Iureconsulti, fato functi, tanquam ciues, optimam condunt rempublicam. Haec prodiit Neapoli 1731. 4. et cum Frider. Ottonis Menckenii ad auctorem epistola recusa est Lipsiae 1733. 8. Hisce ex Germanis nostris addentur confictae eiusmodi Respublicae Platonicae quatuor, quarum prima Latine scripta est a *Magno Daniele Omeisio*, Profess. Altorfino τῷ μακαρίτῃ, sub titulo Insulae fortunatae, de quo libro adeundus V. C. Ioan. Georg. Eckartus in excerptis menstruis Ianuar. 1702. p. 76. Reliqui tres Germanice scripti sunt, atque primus ex illis, inscribitur, nescio quo Auctore, **Ophirischer Staat** [35] de quo idem Eckartus p. 18. secundus, **die allerglückseligste und vollkommenste Regierung**, Auctore Cordesio a Verimund, siue **Treuherz von Wahrmund**, sub quo nomine personato latet *Iacobus Dornkrell ab Eberherz*, edita Harmonia Biblica et aliis scriptis non ignotus, atque anno 1704 defunctus. Tertius inscribitur Constantini von Wahrenberg [36] **glückseligste Insel, oder das Land der Zufriedenheit.** Regiomonti 1723. 8. E Danis notari meretur Ludouicus Holbergius, qui et elegantissimis acuti ingenii foetibus, et illustri in academiam equestrem Soranam [37] liberalitate nominis immortalitatem consequutus est. Is enim sub ficto Nicolai Klimmii nomine edidit iter subterraneum, in quo perfectae reipublicae formam delineauit, adeo auide, vt omnia Viri acutissimi scripta, arreptum, vt in varias conuerteretur linguas.

35 Hic liber recusus est Nordhusae 1723. 12. sub titulo: **Vorschlag zu einer wohleingerichteten Landesregierung.**

36 Sub Wahrenbergii nomine latet Celeberrimus ille, scriptisque theologicis et politicis notissimus, Phil. Bartholdus Sinold, dictus Schütz, cuius vitam recenset Ern. Frid. Neubauerus in Lexico Theologorum Lutheranae Reformataeque religioni addictorum P. II. pag. 1119. vnde disces, libellum hunc sub ascititio illo, quo saepius Schützius est, Ludouici Ernesti a Faramond nomine Franc. 1732. 8. esse recusum.

37 Vide Formeii nouam Bibl. germanicam T. XV. p. 90.

CAPVT XV.

Scriptores de Legibus, Comitiis, Iudiciis, Poenis, Seruisque Hebraeorum, Graecorum, Romanorumque: Et de Sanctionibus et Iudiciis Christianorum Canonicis atque Synodicis.

De septem Praeceptis Noachi. 1. *Legibus Mosaicis.* 2. 3. 4. 5. *Legumlatores Gentium* 6. *Leges Atticae et Laconicae. ibid. Aegyptiorum.* 7. *Romanorum.* 8. *Conuentus et Comitia.* 9. *Iudicia Hebraeorum.* 10. *Graecorum.* 11. *Romanorum.* 12. *Christianorum Concilia et Canones Ecclesiastici.* 13. *Poenae Hebraeorum.* 14. *Excommunicatio Ecclesiastica.* 15. *Poenae Graecorum, Romanorum et aliarum Gentium.* 16. *De Seruis et eorum manumissione.* 17.

I.

De legibus Patriarcharum antemosaicis, tam ante quam post diluuium videatur Richardus Cumberland in appendice Latine addita ad opus postumum Anglice a S. Payne editum de originibus gentium antiquissimis, Londini 1724. 8. Celeberrimus Herm. Samuel Reimarus in dissertatione de legibus Mosaicis ante Mosen. Hamb. 1741. et Conr. Ikenius in dissertationibus binis de institutis et caerimoniis legis Mosaicae ante Mosen. Bremae 1751 editis. De septem praeceptis quae *Noacho* data esse perhibent et a proselytis etiam domicilii obseruari volunt Iudaei, copiose atque erudite egit Ioan. Seldenus in opere de iure naturae et gentium secundum disciplinam Hebraeorum, Lond. 1640. fol. Argent. 1665. 4. quod iustos veluti commentarios in illa exhibet: breuius Melchior Leydeckerus de Rep. Hebraeorum pag. 28. aliique in codice pseudipographo Vet. Testamenti pag. 269 a me allegati.

II. Leges *Mosaicas* exponunt interpretes Pentateuchi, tum Philo Iudaeus in plerisque scriptis; et Eduardus Bernhardus ad Iosephi librum 3 et 4. antiquitatt. Iudaicarum: ne de Talmudicis iam dicam, per traditiones suas legibus Mosaicis dubium plusne lucis an tenebrarum et dubiorum afferentibus. Distinguuntur [1] leges Mosaicae in morales, מצות, προςάγματα siue ἐν-

[1] Ignotam fuisse Philoni, antiquis Iudaeis et Maimonidi hanc distinctionem, obseruat Ericus Benzelius in notitia litteraria sect. 1. parte 3. p. 48 sq.

ἐντολάς, Forenses siue Ciuiles, משפטים, κρίματα, (praecepta Noachidarum) et Caerimoniales seu Leuiticas, δικαιώματα, νόμιμα, (statuta Iudaeis peculiaria [2].) Ad moralium illustrationem faciunt innumeri scriptores morales atque catechetici, quos recensere ab instituto nostro est alienum. Ad forenses leges Mosaicas illustrandas non praetereundi, qui easdem cum legibus aliarum gentium contulerunt, vt fecit auctor collationis legum Mosaicarum et Romanarum, a Petro Pithoeo editus, siue Licinius Rufinus siue iunior aliquis I. C. Christianus, aut si Marquardum Freherum libri I. παρέργων iuris cap. 9. audimus, Iudaeus, qui quum videret laborare sectam suam inuidia, quod disciplina iureque a Romanis diuerso vti nosceretur, amoliri eam studens, demonstrauit non vsque adeo multum legibus Iudaicis et Romanis inter se disconuenire, atque adeo ex patriis suis legibus fluxisse Romanas. Vide si iuuat quae de hac collatione dixi in Bibliotheca Latina lib. IV. cap. 9. vbi etiam plures recentes scriptores eiusdem argumenti laudo, quibus addendus Wilhelmus Zepperus in legum Mosaicarum forensium explicatione. Herbornae 1604. 1614. 8. et cum Ioan. Henrici Schrammii notis. 1714. 4. Laelius Mancinus de triplicis iuris collatione ac consensu. Patauii 1648. fol. Claudius Kloot in synopsi caussarum criminalium, qua collationem iuris Diuini, Suecici et Romani instituit; et Ioan. Franc. Buddeus in legum Solonis cum Mosaicis collatione. Halae 1699. Leges forenses Mosaicas ad decalogi praecepta refert Bened. Pictetus lib. IX. Th. Christi. c. 10. Ceterum legislatores celebres Ethnicorum ac Philosophos leges praeceptaque sua a Mose sumsisse merito negat Augustinus Calmet in diss. praefixa commentario suo in Prouerbia, licet aliud videatur Ehregott Daniel Colbergio in legislatoribus Graecorum et Romanorum Mosaizantibus.

III. Quod ad leges caerimoniales Mosaicas attinet, earum Originem ab Aegyptiis repetunt Angli duo eruditi Io. Spencerus in opere de legibus Hebraeorum ritualibus [3], Cantabrigiae primum 1685. in fol. et deinde 1686. 4. Ha-

[2] Drusius ad Sulpitium Seuerum p. 106. et Herm. Witsius Misc. sacr. T. 2. p. 482 sq. Aliter Geierus ad Psalm. LXXXIX. 32. et Relationes innoxiae 1702. p. 325 et 326.

[3] Noua editio ex Mscpto Spenceri Cantabrigiae prodiit 1727. fol. duobus voluminibus cura Leonhardi Chappeloni, Arabicae linguae Professoris Cantabrigiensis, addito etiam quarto auctoris libro de ritibus et consuetudinibus Hebraeorum repetitis ab vsu ethnicorum nec a Deo praeceptis, et dissertationibus de natura et origine phylacteriorum Iudaicorum, de ratione legis vsuram prohibentis, et tertia ad locum Martialis XI. 95. Quae editio repetita est Tubingae 1732. fol. cum C. M. Pfaffii dissert. praeliminari, in qua scripta Antispenceriana recensentur, quibus adde Ioach. Langii Spencerum ἐλεγχόμενον, in eius opere Germanice edito Halae Saxon. 1732. fol. Mosaisches Licht und Recht.

Hagae Comitis et Lipſiae 1705. in 4. recuſo, et Io. Marſhamus in chronico canone. Lond. 1672. fol. Lipſiae 1676. 4. et Amſt. 1698. 4. Iidem praeter typicum reſpectum ad Chriſtum (ad quem omnia antiqui foederis ſacrificia collineabant teſte ſcriptore ſacro epiſtolae ad Hebraeos) alias plerumque rationes ad Ethnica ſacra Aegyptiorum vitanda vel imitanda pertinentes vrgent, impugnati, ne interpretes Leuitici et aliorum Moſis librorum ſcriptoresque de ſacrificiis et typis ſacris, ſupra laudatos iam memoremus, ab Hermanno Witſio in Aegyptiacis Amſtel. 1683. 1696. 4. Claudio Freſſenio lib. 1. diſquiſitt. Biblicarum cap. 4. ſq. Natali Alexandro in aetate 4. Teſtamenti Veteris, Ioanne van der Weyen in variis ſacris, Ludouico Ferrando in parte 1. obſeruationum de religione Chriſtiana Gallice editarum, a Iac. Triglandio in diſſ. de origine et cauſſis rituum Moſaicorum, Lugd. Bat. 1702. 4. et a Ioanne Friderico Weidlero diſſert. de corruptis legum Hebraearum rationibus apud ipſos Hebraeos (Maimonidem praecipue) deprehenſis Witteb. 1713. Leges caerimoniales ad Decalogi praecepta refert Chriſtoph. Sonntagius in Decade theologica ſiue δείγμασι de moralitate legum caerimonialium et forenſium. Altorfii 1708. 4. Quod lex caerimonialis poſt aduentum Chriſti ceſſare debuerit adeoque a Chriſtianis recte fuerit abrogata, oſtendunt praeter Iuſtinum Martyrem, et alios Veteres Robertus Groſſeteſt, Epiſcopus Lincolnienſis circa A. C. 1240. clarus in libro de ceſſatione legalium, cuius vix tertia pars edita eſt Lond. 1658. 8. Iacobus Altingius in Schilo libro 5. cap. 4. vſque ad 10. Wagenſeilius in Telis igneis Satanae pag. 544 ſq. Philippus a Limborch in collatione cum erudito Iudaeo Iſaaco Orobio Hiſpano, p. 372 ſq. et Iſaacus Iaquelotus in diſſ. de Meſſia, Gallice editis p. 250 ſq.

IV. Leges vniuerſas Moſaicas in quatuordecim claſſes digerit et illuſtrat *Maimonides* in Moreh Neuochim P. 3. cap. 35-39. Alia eas methodo in certas claſſes tituloſque digeſſit et ex toto Pentateucho excerpſit *Theodorus Beza*, cuius liber et ſeorſim et inter opera eius excuſus eſt: tum *Melchior Leydeckerus* de republica Hebraeorum libro V. Iudaei numerare ſolent praecepta legis per Moſen data 613. Ex quibus 248.[4] affirmatiua, imperia ſiue iuſſa, παραινέσεις, reſpondentia numero oſſium membrorum hominis: et 365. negatiua, vetita ſiue νουθετήσεις reſpondentia numero dierum ſolis, vel vt alii, venarum hominis, quod tamen explodit Mottanus Vayerus T. 12. operum p. 258 ſq. Vniuerſa haec praecepta 613. aiunt Dauidem Pſalm 15. redegiſſe ad praecepta vndecim: Eſaiam cap. XXXIII. 15. ad praecepta ſex:

 Mi-

[4] *Quotque hominis ſunt membra, dies quot computat annus*
Tot praecepta dedit - - - - Gilb. Gaulmin.

Micham VI. 8. ad tria: Esaiam iterum LVI. 1. ad duo, Amosum denique V. 6. et Habacucum II. 4. ad vnum. Vide Cartwrigthum in Mellificio Hebraico lib. 1. c. 4. Cocceium ad codicem Maccoth, p. 435. Grotium ad libros de veritate religionis p. 224. et ad Matthaei XXII. 40. et Bibliothec. Lubec. T. 2. p. 199. Praecepta illa 613. illustrauit e Iudaeis R. Dauid Vidal, de quo clarissimus Wolfius T. 1. p. 296. praeclarae suae Bibliothecae Hebraicae. Moses Maimonides in ספר מצות, (Wolfius T. 1. pag. 860.) Moses Chagis (Wolf. T. 3. p. 754.) Salomo ben Eliefer in עבודת הלוי (Wolf. Tom. 4. p. 974.) Moses de Kotzi (Bartoloccius Bibl. Rabb. T. 4. p. 75.) Iehuda Lebh ben Hillel in libro חכמת לב, qui cum versione latina editus est a Carolo Schulten, Holmiae 1711. 4. Hispanica lingua Isaac Athias, Venetiis 1627. 4. et postea Amstelod. 1694. 4. Hebraice et Latine post *Sebast. Munsterum* edidit *Io. Leusdenius* Vltrai. 1686. 4. et ad calcem Philologi Hebraei primae editionis. Latine *Iosua Arndius* in Manuali LL. Mosaicarum, *Ioannes a Lent* in Theologia Iudaica, *Simon Episcopius* lib. 3. institutionum Theologicarum. *Leydeckerus* V. 10. de republica Hebraeorum. *Gilbertus Genebrardus* ad calcem chronici (edit. A. 1600. fol.) p. 84 sq. *Ioan. Pistorius* in scriptoribus Cabbalisticis, Basil. 1587. fol. et *Benedictus Arias Montanus* generationis Adami libro quarto p. 225 sqq. Antwerp. 1593. 4. Anglice Ioannes Owenus in epistolam ad Hebraeos Tom. 1. Exercitatione XX. p. 275 sq. Ex his DCXXII praeceptis ipsi non diffitentur Iudaei negligi a se praecepta CCXCVII. Vide *Ioan. Henr. Maii* synopsin theolog. Iudaicae p. 208. sexaginta praecepta *necessaria* esse fatentur. vide Iosephum de Voisin ad Raymundi Martini pugionem fidei p. 91. De abrogatione legis Mosaicae idem adeundus p. 141 sqq.

V. Non praetereundus etiam Constantini l'Empereur de legibus Hebraeorum forensibus liber, siue commentarius ad tractatum Talmudicum Bava Kama. Lugd. Bat. 1637. 4. et in opere Mischnico Surenhusiano tomo 4. R. Aaron in חנוך, v. Wolfius T. 1. B. H. p. 123. R. Elias Byzantinus, de quo idem ibid. p. 149. R. Eliefer Metensis, Wolf. ibid. p. 179. et R. Eliefer ben Nathan, de quo idem ibid p. 180. Tractatum Talmudicum הוריות *de statutis* Latine vertit Christianus Ludouici, Lipsiae 1696. 1712. 4. Ioan. Henr. Hottingeri ius Hebraeorum siue Nomothesia Mosaica Tiguri 1656. 4. cui addes Nehemiam Grew, Anglum in Cosmologia sacra lib. 4. cap. 8. vbi agit de rationabilitate, respectu et vsu legum Mosaicarum. Commemorandi quoque sunt ii, qui de vna alteraue lege Hebraeorum scripserunt, vt *Ioan. Ioach. Zentgrauius* dissertationibus 4. de legibus Hebraeorum forensibus contra Magiam et idololatriam. Argentor. 1693. *Theodorus Dassouius* de iure finium.

finium. Witteb. 1626. de modis feminandi diuerfa femina. ibid. 1695. de rebus in agris relictis. ibid. 1696. de vidua Hebraea. ibid. 1699. *Ioan. Christoph. Wagenseil* de eo, quod fecundum legem Diuinam e terrae prouentu pauperibus debetur. Altorfii 1700. *Ioan. Andr. Danzius* de iure talionis. Ienae 1700. et de animalibus efu interdictis. ibid. 1688. *Gothofr. Valand* de lege connubii. Frf. ad Viadr. 1682. *Guft. Georg. Zeltner* de genuino coniugiorum prohibitorum fundamento. Alt. 1717. *Ioan. Dav. Michaelis* in der Abhandlung von den Ehegesetzen Mosis, welche die Heyrathen in die nahe Freundschaft versagen. Lipfiae 1755. 4. *Ioan. Car. Beheim* de diuortio Iudaeorum nunquam a Deo praecepto, neque etiam legaliter permiffo. Alt. 1729. *Ioan. Dav. Michaelis* ad leges diuinas de poena homicidii. Goettingae 1747. 4.

VI. Legumlatores gentium celebres longe plurimos referre me memini libro 2. Bibl. Graecae cap. 14. De legibus Atticis agunt *Pandulphus Prateius* in iurisprudentia veteri Draconis et Solonis cum Romano iure legum regiarum ac Decemuiralium (fiue legibus XII. tabularum) diligenter collata Lugd. 1559. 8. de quo libro vide fis obferuationes felectas Hallenfium tomo 1. pag. 83 fq. Egregius quoque eft *Samuelis Petiti* ad leges Atticas commentarius Parif. 1635. fol. (non 1651. vt excufum in Bibl. mea Graeca pag. 526. nec 1653. vt in G. Beyeri fpecimine III. auctorum iuridicorum pag. 48. vbi etiam praeter rem vt opinor traditur hoc opus recufum A. 1642. 4.) editus, et cum animaduerfionibus Iacobi Palmerii, A. M. Saluinii, C. A. Duckeri et Petri Weffelingii recufus T. 3. Iurisprudentiae Romanae et Atticae, Lugduni Batav. 1738 fqq. euulgatae. Ex hoc Potterus lib. 1. cap. 26. Archaeol. Atticae leges Atticas in octo libros diftinctas Graece et Latine defcriptas integras exhibet. Tomo 12 thefauri Gronouiani p. 127 - 194. *Ioan. Meurfii* Solon, fiue liber de Solone eiufque legibus Hafniae 1632. 4. et Themis Attica, feu libri 2. de legibus Atticis Vltraiect. 1685. 4. etfi in his paffim etiam fictae in Rhetorum Graecorum declamationibus leges afferuntur, a quo diligenter fibi et recte cauit Petitus. Recufa funt haec Meurfii fcripta, vna cum eius libro de fenatu Areopagitico Lugd. Bat. 1624. 4. primum vulgato, tom. 5. thefauri Gronouiani. *Iofephi Scaligeri* collectionem legum Atticarum ineditam occurrere in Bibliotheca Academiae Leidenfis teftatur Salmafius p. 272. epiftolarum, et vfum fe eadem teftatur Grotius epift. 357. Eiufdem *Salmafii* obferuationes ad ius Atticum et Romanum aduerfus *Defiderii Heraldi* obferuationes Parifiis 1640 editas, lucem adfpexere Lugd. Batauor. 1645. 8. quibus Heraldus refpondit in feptem libris animaduerfionum ad Salmafium. Parifiis 1650. fol. *Pandulfus* quoque *Prateius* ante nobis commemoratus ad calcem

librorum de iurisprudentia media Lugd. 1561. 8. subiunxit XII. leges Solonis quas in priore commentario praetermiserat. Praeterimus *Valentini Wilhelmi Forsteri* additamenta ad Solonis leges latine versas Witteb. 1616. 8. *Godofredi Schmidii* diss. de Solone legislatore Lips. 1688. 4. *Frieder. Menzii* dissert. de Solonis legibus. Lips. 1701. 4. atque *Christiani Woldenbergii* principia iuris Romani Rostoch. 1688. 4. qui etiam recudi curauit *Philippi Melanchthonis* collationem actionum forensium Atticarum et Romanarum praecipuarum, quae seorsim prodierat Witteb. 1546. 8. *Antonii Thysii* denique collationem legum Atticarum et Romanarum, recusam eodem tomo 5. thesauri Gronouiani. Non mediocriter etiam ius Atticum illustrant Harpocration in Lexico Rhetorum, et Philippus Iacobus Maussacus, atque Henr. Valesius in eruditis ad Harpocrationem obseruationibus, et Vir Graece doctissimus Ioan. Taylor in lectionibus Lysiacis, atque eruditissimis in Demosthenis orationes notis.

Plato Atheniensis ab Arcadibus, Cyrenaeis et Thebanis rogatus, leges ferre illis noluit. Vide Menagium ad Diog. Laërtium p. 148. b. nihil tamen celebrius eius duplici opere de Republica libris X. et de legibus libris XII, itemque Epinomide. Atque a profanis quidem scriptoribus passim laudibus fertur in coelum, ab Eusebio autem et Theodorito et aliis Christianis propter leges improbabiles reprehenditur. Praecipue vitio ipsi datum est quod communionem vxorum haud est detestatus, quo nomine in Socratem Platonemque inuehitur praeter alios Saluianus lib. 7. de prouidentia p. 257. Chrysostomus homil. 1. in Ioannem p. 11. et in acta p. 482. vt alios in praesenti omittam. Qui Platonem excusant, aiunt eum hoc neutiquam censuisse admittendum in γεγοτηκύιαις πόλεσι, quales sunt ipso etiam iudice quae sunt fueruntque vniuersae, sed in ideali sua Republica. Confer Alcinoum c. 33. et scriptores laudatos a me lib. 3. Bibl. Graecae c. 1. *Aristotelis* 1. τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος, siue tribus (vt Laërtius V. 22.) siue duobus libris opus constitit (vt Anonymus a Menagio editus in Aristotelis vita) iam pridem interciderunt, perinde vt *Theophrasti* libri quibus Graecorum barbarorumque leges teste Cicerone descripserat. De legibus Lacedaemoniorum latis a Lycurgo videndus Nicolaus Cragius libro 3. de Republica Lacedaemon. T. 5. Gronov. et quae pridem notaui lib. 2. Bibl. Graecae c. 14. vbi et de legibus Charondae, Zaleuci, Zamolxis et aliorum. De Lycurgi legibus, quas Lacedaemone de puerorum educatione tulit, exstat Abrah. Krigelii dissertatio Lipsiae 1726 edita.

VII.

VII. Legumlatores et leges Aegyptiorum, persequitur Diodorus Siculus lib. I. histor. cui ex recentioribus addendi sunt Kircherus T. I. Oedipi Aegypt. p. 113 sq. Marshamus, Spencerus, Witsius libris supra laudatis, et Ioannes Nicolai tractatu de Synedrio Aegyptiorum, illorumque legibus insignioribus, Lugd. Batavor. 1706. 8. Ioan. quoque Ludouicus Praschius designauit collectionem legum Aegyptiacarum, eamque Argentorati sub Boecleri praesidio in argumentum disputationis publicae proposuit, vnde inter Boeclerianas dissertationes legitur tom. 2. p. 665 sq. Argentor. 1710. 4. De legibus vetustis Noruegicis eruditum tractatum edidit M. I. Paus. Hafniae 1751. 4.

VIII. De legibus Romanorum, Regiis, Decemuiralibus, Tribunitiis, nec non de SCtis, Edictis, atque Imperatorum legibus ac rescriptis scriptores laudaui lib. IV. Bibl. Latinae c. 9. vbi etiam de responsis Prudentum, Iurisconsultis antiquis et omni iuris Romani historia. Pro seueritate legum Decemuiralium siue XII tabularum pulchra Apologia apud Gellium XX. I. relata legitur ex ore Sexti Caecilii. Plebiscita sine auctoritate senatus non habebant vim legis, vt praeter alios notat Plutarchus, Coriolano pag. 227. Iis, qui leges Romanorum Regias etc. illustrarunt, scriptoribus, in Bibliotheca latina commemoratis, iungendi sunt e recentioribus S. H. van Idsinga variorum iur ciuil. liber singularis, quo leges quaedam regiae et decemuirales, tum Pandectar. tum Codicis illustrantur, explicantur. Harlingae 1739. 8. Christi. Henrici Hausotteri Historia legum Romanarum. Lipsiae 1751. 8. Io. Nicol. Funccii leges XII. tabularum suis, quotquot reperiri potuerunt, fragmentis restitutae et obseruationibus criticoantiquariis illustratae, Rintelii 1744. 4. Aloysii lib. Baron. a Locella tria tentamina ad illustrandas leges XII tabularum. Viennae 1754. 4. Io. Ludov. Conradi Commentatio de legibus tabellariis. Lips. 1756. 4. Io. Aug. Ernesti, Theologi atque Philologi Praestantissimi, Index legum, quarum in libris Ciceronis nominatim fit mentio in eius Claui Ciceroniana obuius. M. Antonii Ferratii Epistola de Senatusconsultis, pag. 176. Eius Epistolarum. Ern. Martini Chladenii dissertationes binae de Senatusconsulto[5] tacito. Viteb. 1742 et 1743. Io. Gottl. Heineccii Historia edictorum[6], quae comparet in eius Opusculis postumis a Ioan. Chri-

[5] Dubia contra Chladenii de SCto tacito sententiam mota obuia sunt in Nouis Litterariis Lipsiae anni 1743. p. 63.

[6] *Edicendi* siue *edicta proponendi* facultas, vti ad magistratus auctoritatem pertinet, ita Romae concessa Regibus, Consulibus, Censoribus, Dictatoribus, Praetoribus, Tribunis Ple-

Christi. Heineccio editis Halae 1743. 4. Laur. Andr. Hambergeri disputatio de Edicto perpetuo, quae exstat pag. 251 sqq. eius Opusculorum Francof. et Lips. 1745. 8. euulgatorum. Io. Aug. Bachii Programma de Edicto perpetuo prouinciali. Lips. 1752. 4. Io. van der Wayen de aedilitio edicto. Lugd. Batav. 1720. 4. Io. Christi. Gottl. Heineccii ad edictum aedilitium florum sparsio. Halae 1738. 4. M. Antonii Ferratii Epistola de legibus iudiciariis, p. 1. eius Epistolarum. Leopoldi Antonii Guadagni Lettera delle Leggi Censorie, quae inserta est diario italico: *Novelle della Republ. delle Lettere dell' anno* 1731. Friderici Platneri libellus de legibus sacratis Romanorum. Lips. 1751. 8. Eiusdem dissertatio de legibus Romanorum sumtuariis. ibid. eod. Omittimus, ne vel nimis excrescat commentatio nostra, vel messem in alienam falcem immittere videamur, scriptores, qui de singularibus legibus Romanorum commentati sunt, in Struuii atque Lippenii, accessionibus Ienichii aucta, Bibliotheca Iuris euoluendi. De more leges tabulis inscriptas vel lapidibus insculptas in porticibus Ecclesiarum proponendi, Frid. Lindenbrogius ad Codicem legum antiquarum p. 1426. et Almeloueenius p. 15. amoenitatum theologicophilologicarum.

IX. Conuentus populi, et Comitia relata siue indicta apud Romanos fuere, vt apud Arnobium lib. 2. p. 91 traditur, triplicia *vrbana*, *militaria* et *communia*, hoc est, vel *Curiata*, (ἐκκλησία τῶν κουριῶν, Appianus 3 Ciuil. p. 586.) vel *Centuriata* (λοχῖτις) vel Tributa (φυλέτις, Appianus 3 Ciuil. p. 545. et 4. p. 642.) In *Curiatis*, rem militarem continentibus, suffragia ferebant qui in vrbe habebant domicilium, adeoque adscripti essent vni e triginta curiis quas Romulus instituit, et omnis deinde aetas seruauit. In *Centuriatis*, κατὰ λόχους, auctoritate senatus auspicato conuocatis ad Magistratus maiores creandos in Campo Martio extra vrbem presente exercitu suffragia ferebat populus omnis ciuium, siue in vrbe siue extra vrbem habitantium et in classes descriptorum per classium Centurias a Seruio Tullio [7] institutas: in *tributis* denique κατὰ φυλάς, etiam conuocatis sine sacrificiis [8] et sine Senatus auctoritate idem omnis populus diuisus in tribus XXXV. quibus deinde aliae nouae additae sunt, quum post bellum sociale ciuitas Italicis data

Plebis, Aedilibus, Praefectis Praetorio, Praefectis vrbi, Praefectis aerario, Proconsulibus, Praesidibus, Ducibus bellicis, Pontificibus maximis et Decemuiris Sacrorum, vt probatum dedit Ioan. Gottl. Heineccius in praefatione ad Ezech. Spanhemii Orbem Romanum.

[7] Appianus 1 Ciuilium p. 386.

[8] Dionysius Halycarnessensis lib. IX. p. 598.

data eſſet. Vide Appianum I. Ciuil. p. 610. 641. 645. 646. 654 ſq. Centuriatis comitiis exercitus imperatus ſiue exercitus omnis vrbanus ciuium claſſicorum conuocatus eſt a Cenſore, vel Conſule aut Dictatore, vel Interrege vel etiam Pontifice. Remittebatur exercitus, quum comitia dimittebantur. Vide Io. Frid. Gronouium Obſerv. lib. I. c. I. In tributis plebs plurimum valebat, in centuriatis nobiles. Priuatis, quo liberius poſſent ferre ſententiam, concio et dicendi poteſtas in comitiis dabatur ante magiſtratus, teſte Dione lib. XXXIX. p. 106. (207. R.) De Patrum in comitiis auctoritate vide eundem Gronouium obſeruationum lib. I. c. 25. Centuriam pro tribu ac viciſſim tribum pro Centuria aliquando ponit Liuius, notante Gronouio ad lib. 26, 18. vbi de *confuſo ſuffragio*. Graeci ita diſtinguunt: *οὐ κατὰ λόχους ἀλλὰ κατὰ φυλὰς γίνεσθαι τὴν ψηφοφορίαν*, *ſuffragia ferri non centuriatim ſed tributim*, Plutarch. Coriolano fol. 223. De vniuerſa illa comitiorum ratione praeter *Onufrium* libro de ciuitate Rom. c. 6. 53 et 69. tom. I. theſauri Graeuiani videndus inprimis eruditus vir *Nicolaus Gruchius* [9], cuius libri 3. de comitiis Romanorum omne punctum tulerunt, prodieruntque Pariſ. 1555. fol. Venet. 1559. 8. et vna cum ſcriptis *Caroli Sigonii* Hanov. 1604. fol. ad cuius binas reprehenſiones, et diſputationem de binis Magiſtratuum Romanorum comitiis et lege curiata reſponſiones eiusdem Gruchii, Pariſ. 1565. 1567. 8. ſeorſim editae, et recuſae ſunt vna cum libris de comitiis, tomo I. antiquitatum Romanarum Graeuii. Quemadmodum et *Sigonii* de binis comitiis et lege curiata poſterior cum Gruchio diſputatio A. 1566. recuſa Tom. I. Graeuii p. 731. et emendatior lib. 3. de iure prouinciarum: *Gruchiique* ad poſteriorem Sigonii diſputationem refutatio A. 1567. inſerta T. I. Graeuii p. 634. tum *Sigonii* de lege Curiata Magiſtratuum et Imperatorum et Iure eorum liber ad Gruchium. Venetiis 1569. 4. Conferendae etiam *Latini Latinii* ad Gruchium obſeruationes pag. 30 ſq. Bibliothecae profanae et quae poſt Gruchium ſcripſit *Otto Aicher* libris tribus de comitiis Romanorum, Salisburgi 1687. 12. quibus et quartum de comitiis [10] impe-

[9] Nicolai Gruchii tres libri de Comitiis, vna cum Pſeudo Feneſtella et Pomponio Laeto de magiſtratibus et ſacerdotiis et eiuſdem Laeti de Iurisperitis et legibus, Valerio Probo de notis antiquis ſiue litteris, Iuſti Lipſii diatribis ad antiquitates R. ſpectantibus, de magiſtratibus P. R. de vetere Latinorum ſcriptura, de vet. Romanorum pecunia, nominibus, conuiuiis, de ſupplicio crucis, cenſura et cenſu, nec non de anno eiuſque ratione et intercalatione, et Alexandri Sardi libello de numis recuſi ſunt, ſed parum emendate, in Ioan. Godofr. Clauſingii iure publico Romanorum.

[10] De his Limnaeus IX. I. Schwederus part. I. c. 30. et alii ſcriptores iuris publici, ac ſingularibus ſcriptis Arumaeus, Conringius, Bernh. Bertramus aliique.

imperii Romano Germanici ſubiunxit. Exſtat et *Paulli Manutii* de hoc argumento libellus Bonon. 1585. 4. et tomo 1. theſauri Graeuiani nec non *Paulli Merulae* commentatio de comitiis Romanorum quae Lugd Bat 1675.12. et inter eius poſtuma ſcripta prodiit Lugd. 1684 4. *Bartholomaei Beuerini* de Romanorum comitiis, vna cum eius de ponderibus et menſuris ſyntagmate, Lipſ. 1714. 8. *M. Antonii Ferratii* epiſtola de comitiis, p. 150 ſqq. eius epiſtolarum, et de binis Comitiis, ibid. p. 162 ſqq. *Ioachimi Friderici Schmidii* et *Laur Normanni* diſſertationes de comitiis Romanorum, Stargardiae ſine mentione anni et Vpſaliae 1674 editae, vt omittamus Petrum Nannium Miſc. LIX. cap. vltimo, et Alexandrum ab Alexandro Genialium dierum lib. 4. cap. 3. De comitiis tributis ante centuriata habitis, quibus Canditati Senatus populo commendarentur, multa diſputat Nic. Abrahamus S. I. in commentar. ad orationem Ciceronis pro Milone cap 9 ſed quae nullius pretii eſſe notat Graeuius p. 818. ſuae editionis. De Eccleſiis ſiue Conuentibus publicis Athenienſium Petitus ad leges Atticas pag. 234 ſq. Ioan. Potterus Archaeol. Attic. lib. 1. cap 17. Vbbo Emmius deſcript. Reipubl. Athenienſium pag. 78 ſqq. Car. Sigonius de Republ. Athenienſium II. 4. Franc. Rouſius Attic. antiquitat. lib. 2. cap. 4. et Eduardus Corſinus Faſtor. Attic. diſſert. ſexta, quae agit de Athenienſium ſenatu et eccleſiis, de prytanibus, proedris ac epiſtatis illorumque muneribus ac varietate. De comitiis veterum Germanorum antiquis exſtat commentatio Io. Iac Sorbierii, cuius Vol. I. prodiit Ien. 1745. 4. II. Franc. 1749. 4. De campis Roncaliae conſulatur Chriſti. Gottl. Schwarzii commentatio; cum Chriſtoph. Iac. Waldſtromeri oratione de curiis regiis comitiisque ante ſanctionis Carolinae tempora Noribergae celebratis, Altd. 1723. 4. edita, et Ern. Ant. Heiligeri diſſertatio de campis Roncaliae habitisque ibi curiis ſollemnibus, Gottingae 1751 euulgata, et recuſa Lipſ. 1752.

X. De Hebraeorum iudiciis praeter ea quae ſuperius cap. XIV. §. 2. diximus, conſulendus Philonis liber de iudice, ſeorſim editus cum Conradi Ritterſhuſii orationibus 2. de iudiciis Francof. 1602. Tho Goodwinus in Moſe et Aarone libro 5. Io. Gottl. Carpzouius ad Goodwinum. Ioan. Owmannus in notis ad codicem Iadaiim p. 110 ſqq. Melchior Leydeckerus de Republica Hebraeorum lib. 7. cap. 9. pag. 467 ſqq. Auguſtinus Calmet in diſſertatione de politia, ſiue ratione iuris dicendi apud Hebraeos, quae exſtat T. 1. eius diſſertationum a Manſio latine conuerſarum. Moſes Lowmann in libro anglice edito: *A diſſertation on the Civil Government of the Hebrews.* Londini 1740. 8. cap. X. p. 177. Quare aſſeſſores Synedrii vocentur Crethi et Plethi, diſquirunt Talmudici in Berachot cap. 1. pag. 22. edit. Clariſſimi

Edzar-

Edzardi. Conferri possunt de Crethaeis et Plethaeis Scacchi Myrothecium III. 15 sqq. Ioan. Gothofr. Lakemacherus obseruat. philologic. P. II. Hillerus syntagm. sacr. pag. 190. et dissertationes Ioan. Bened. Carpzouii. Lips. 1671. et in eius disputationibus academicis p. 187 sqq. Henrici Opitii. Kilon. 1672. recusa in Thomae Crenii fasciculo 1. dissertationum historico-critico-philologicarum. Roterod. 1692. 8. Dauid. Lundii, Vpsal. 1690. et Daniel. Lundii. ib. 1707. 8. De more ius dicendi in portis vrbis vel sanctuarii vide I. C. Wichmanshausen in philologematis octo selectioribus. Witeb. 1715. §. 3. Franciscus Moncaeius in luçubrationibus ad Canticum Canticorum. Paris. 1587. 4. pag. 88 sqq. Wilh. Frider. Pistorius amoenitatum historicoiuridicar. dissertat. 2. §. 47 sqq. De portis ciuitatum Iudaeae, iis maxime, quae *Battrabim* Hebraice vocantur, et de fori iudiciorumque in iis exercendorum antiquo more rebusque aliis ad portarum in vniuersum historiam spectantibus S. Hieronymus lib. 2. in Amos. p. 1413. *In porta, iuxta veterem iudaici morem populi fuisse iudicia et saepe legimus et crebro interpretati sumus, vt nec agricola ad caussam veniens frequentia ciuitatis et nouo terreretur aspectu, nec vrbis habitator longe ab orbe properaret et subuectionem quaereret iumentorum.* Porta etiam pro aula adhibetur, vt *Porta Ottomannica.* Eodem sensu שער Hebraeis et Xenophonti θύραι. Vide Henrici Stephani annotationes in Xenophontem, et Lakemacheri obseruationes philologicas, p. 331. Apud Iudaeos in conuocandis litigatoribus ad comparendum coram tribunali cornu adhibitum esse ostendit Castus Innocentius Ansaldus in commentario de forensi Iudaeorum buccina. Brixiae 1745. 4. edito.

XI. De supremo Graeciae tribunali *Amphyctionico* Thermopylis celebrari solito a Pylagoris seu iudicibus nomine ciuitatum Graeciae delegatis et bis per annum conuenientibus, videndus Strabo IX. pag. 420 et e recentibus Seldenus ad Marmora Oxoniensia pag. 122 sq. editionis Prideausii, praeterea Boecleri, Hackiique dissertationes, tum Ioannes Potterus lib. 1. cap. 16. Archaeol. tom. 11. Erasmi Vindingii Hellen p. 301 sq. tomo 11. Gronov. Antonius van Dale in antiquitatibus ex marmoribus illustratis dissertatione sexta. Vbbo Emmius Graeciae veteris T. 3. pag. 338. et Tom. 3. thesauri Gronouiani p. 587. et Carolus Valois de la Mare in dissert. de amphyctionibus, cuius pars prima exstat T. 4. p. 265. pars secunda Tom. VII. pag. 641. Memoriar. Acad. Inscriptionum. De iudicio et senatu Atheniensium *Areopagitico*, qui iam ante Solonem fuit, vt docet Aristoteles lib. 2. Politic. quanquam a Solone primum institutum scribit Cicero lib. 1. de officiis, cap. 22. sed a Cecrope institutus est, vt notat Syncellus pag. 153. et in tenebris ius

dicebat teste Luciano tom. 1. pag. 553. agit Meursius libro singulari, recuso tomo 5. antiquit. Gronov. Seldenus II. 4. de Synedr. pag. 136 sq. Lydiatus ad Marmora Oxon. II. p. 108 sq. Sam. Petitus ad leges Attic. pag. 241 sq. Marshamus canone chron. p. 650 sq. Andreas Dinnerus tractatu de Areopago Norimb. 1622. 4. Io. Schedii dissert. Witeb. 1677. 4. Ioan. Mich. Dilherri, Ien. 1640. 4. Chr. Frid. von Houen. Hafn. 1708. Pfeifferi antiqu. Gr. pag. 271 sq. Potterus lib. 1. Archaeol. cap. 19. a quo etiam alia fora et iudicia Atheniensium, et actiones tam publicae quam priuatae exponuntur. Humphredus Prideaux marmor. Oxon. pag. 348 sqq. Franc. Rousius atticar. antiquit. lib. 3. cap. 3. sect. 2. pag. 114 sqq. Elias Blancardus tomo 4. Histor. Acad. Inscript. pag. 79. et Stephanus de Canaye Memor. Academ. Inscript. Tom. 10. pag. 276. sqq. Decisionum Areopagiticarum siluulam collegit Marquardus Freherus, Francofurti ad Oderam 1672. 4. et tomo 5. thesauri Gronov. Duo autem in Areopago concilia, vnum e quingentis qui annuatim deligebantur, et perpetuum alterum, vide Apostolium VII. 80. Prouerb. De Palladio iudicio idem VII. 42. de Amphyctionibus III. 4. De iudicio Prytanei, siue foro ciuilium caussarum; et de iudicio Heliastico sub dio [11] *Amphyctionico* et *Areopago*, in quibus crimina capitalia et publica cognoscebantur, videndus Ioachimus Stephanus, Pomeranus, I. V. D. de iurisdictione Graecorum Tom. 6. thesauri Gronouiani, quod integrum recudi esset operae pretium, vulgato Francof. 1604. 8. de iudicio Iudaeorum, Graecorum, Romanorum et Ecclesiasticorum. De publicis et priuatis iudiciis atque actionibus apud Athenienses consulendi Rhetores Graeci et quae Viri docti ad Harpocrationem, Ioannes item Potterus Archaeol. Attic. lib. 1. cap. 23. sq. et Franc. Rousius Attic. antiq. lib. 3. cap. 3. sect. 5. De Lacedaemoniis qui nullos patronos caussarum admittebant, Cragius IV. 7 sq. De προστάταις, qui inquilinos et peregrinos apud Athenienses defenderunt, vide Iacobi Elsneri obseruationes sacras p. 66. De *testibus* et *testimoniis* in iudiciis Graecorum consulatur Desid. Heraldus VI. 9. 11, et 16. pag. 436 sq. 458 sqq. 487 sqq. animaduersionum.

XII. De iudiciis Romanorum exstant libri 3. Caroli Sigonii de Romanae iurisprudentiae iudiciis. Bonon. 1574. fol. vna cum aliis ipsius scriptis, et Lugd. 1576. fol. Francof. 1593. fol. Hanov. 1609. fol. atque Halae Saxonum 1716. 8. curante Christiano Thomasio recusi, et T. II. Antiquitatum Romanarum. In eodem tomo occurrunt Sibrandi Tetardi Siccamae libri duo de iudiciis centumuiralibus pridem editi Francof. 1596. 8. Francisci vero Pol-leti

[11] Vide Scholiasten Aristophanis ad Νεφ. v. 860.

-leti Duacensis I. C. historia fori Romani cum auctario Phil. Broidaei Ariensis, eius generi, lucem aspexit Frfti. 1676. 8. et quaecunque ad hoc argumentum spectant non incuriose persequitur, cui addenda sunt, quae obseruauit Barnabas Brissonius lib. 2. antiquit. iuris c. 1 sq. Petrus Aerodius, in libro de publicorum iudiciorum ordine, et in Pandectis rerum iudicatarum, tum Casp. Zieglerus, Wittebergensis quondam Academiae decus, in sua Dicastice et Rabulistica. Carolus Bretus item in ordine perantiquo iudiciorum ciuilium. Paris. 1604. 4. edito et recuso T. 2. thesauri Salengriani. M. Antonius Ferratius p. 4 sqq. Epistolarum, vbi de forma iudiciorum Romanorum agit. Ioan. Rudolphi Iselii breuis Romanorum iudiciorum historia. Basil. 1722. 4. Christoph. Cellarii dissertatio sistens processum I. R. antiquum. Halae 1698 habita, et ibid. 1705. cum augmento recusa, et Fabiani Toerneri dissert. de iudiciis public. vet. Romanorum Vpsal. 1722. 8. Ioan. Georg. Graeuii praelectiones de iudiciorum Romanorum ordine, quas edi optat Ioan. Philippus Sleuogtus in erudita diss. de in ius vocatione antiqua et noua Ienae 1705. 4. nec dum, quod dolendum, viderunt lucem. Iudicia equitibus restituit Pompeius in consulatu suo; Plutarchus in Pompeio p. 630. A. De iudicum Romanor. decuriis dissertationem euulgauit Ioan. Tob. Krebsius Lipsiae 1744. Sententiae in iudiciis ferebantur vel voce vel discessione vel sublata manu. Vide Lipsium ad Senecam de vita beata cap. 2. Iuretum ad Symmach. lib. 2. Epist. 36. De formulis sententias ferendi idem Lipsius ad Senecae cap. 3. Ioan. Gottl. Heineccius in oratione de iurisprudentia veterum Romanorum formularia, ritibusque, quibus negotia ciuilia explicabant sollemnibus, Franeq. 1724. 4. edita, et inserta eius opusculis variis, Halae 1735. 4. euulgatis, p. 431 sqq. et Io. Sal. Brunquellii Progr. de sollemnibus in exequutione sententiarum a Romanis adhibitis. Ienae 1733. Latina lingua sola in iudiciis Romanis adhibita, vt notat Valerius Max. lib. 2. c. 2. §. 2. De iure extraordinario Pancirollus III. 30. Var. lectionum. De iure Vindiciarum apud Romanos exstat dissertatio Georg. Wilh. Ioecheri Lipsiae 1723. edita. De ritu vindiciarum vide Ioan. Frid. Christii Noctes academicas, pag. 171 sqq. De vocabulo *ex iure manu consertum* vide Eundem ibid. pag. 180. et Adriani Deodati Stegeri vindicias manibus consertis sumendas ex lege XII tabularum. Lips. 1737. 4. De *actoribus*, *subscriptoribus*, *delatoribus* videndus Heraldus animaduers. VII. 16. pag. 549 sqq. et Chr. Gottl. Schwarzius ad Plinii Paneg. pag. 127 et 132. de popularibus actionibus, idem Heraldus VII. 26. p. 621 sqq. De *aduocatis*, tabellionibus, pragmaticis, idem VI. 10 et 12. pag. 452 sqq. 463 sqq. et VII. 17. p. 557 sq. et M. Antonius Ferratius Epist. pag. 22 sqq. et 144 sqq. De origine et conditione Procuratorum iure Ro-

mano et Canonico, nec non eorum progressu in forum Romanum conferatur Christi. Godfridi Hofmanni dissertatio Halae 1716 edita. Historiam prouocationum et appellationum apud veteres Romanos exponendam sibi sumsit Christi. Wilh. Küstner, cuius specimen primum prodiit Lips. 1740. Cui iunge Franc. Car. Conradi ius prouocationum ex antiquitate R. erutum. Lips. 1732. 4. De vsu picturarum in iudiciis apud Romanos coniecturae eiusdem Conradi insertae sunt Misc. Lips. nouis Vol. 6. pag. 511 sqq. De conciliis, conuentibus et foris Romanorum in Italia et Prouinciis consulatur Onufrius Panuinius II. 20 sqq. antiquit. Veronensium. De more testes per aures trahendi, Fridericus Lindenbrogius ad codicem legum antiquarum pag. 1360 sq. Ioan. Frid. Christius Noct. Acad. pag. 280 sqq. et Iac. Henr. Born in dissert. de antestatione in ius vocantium apud Romanos. Lips. 1737. Adde Io. Phil. Sleuogtii diss. de in ius vocatione antiqua et noua. Ien. 1705. De comperendinatione consule M. Ant. Ferratii Epistol. pag. 36 sqq. et Ioan. Alb. Spiesii dissert. Lips. 1728. De commentariis actorum veterum in foro litigantium Christi. God. Grabneri dissert. Lips. 1738. De tribunali videndus Chimentellus de honore bisellii. Polletus lib. cit. c. 6. Quod Vitruuius commemorat tribunal ab eo, quo magistratus vterentur, diuersum esse, monet acutissimus Ernesti in claui Ciceroniana, voce *Tribunal.* De sportulis iudicum Polletus lib. 5. cap. 11. et Frider. Aug. Iunius in antiquitatibus sportularum apud Romanos quotidianarum. Lips. 1745. 4. §. 6. pag. 14. De supplicum signis apud veteres Io. Paullus Reinhard. Erlangae 1744. Scriptores de iudiciis veterum Germanorum plenis calathis attulit V. C. Gottlob Aug. Ienichen P. 1. Bibliothecae iuridicae Lipenianae p. 676.

XIII. De primis Christianis iudicia Ethnicorum magistratuum ex consilio Paulli Apostoli fugientibus videantur interpretes ad 1 Cor. 6. Io. Seldenus lib. 2. de Synedriis Ebraeorum cap. 7. Christoph. Wollius de tribunalibus profanarum gentium Christo eiusque legatis merito odiosis. Lips. 1741. 4. et Christiani Weismanni dissertatio de compromissis Christianorum foro gentili praeferendis. Tubingae 1732. Iudices itaque Christianorum erant Episcopi, norma siue regula iudiciorum Ecclesiasticorum sacrae litterae, aequitas naturalis et deinde canones atque concilia. Canonum collectio antiquissima est, quae vulgo sub canonum Apostolicorum nomine fertur, et constitutiones apostolicae, vt vocantur vulgatae sub nomine Clementis Romani, quae nouissime cum notis Cotelerii et Clerici recusae sunt in eiusdem Cotelerii Patribus Apostolicis, Amstelod. 1724. fol. Vol. 1. p. 201 sqq. Alias canonum collectiones editionesque

nesque conciliorum et ſcriptores iuris Graeco Romani ex inſtituto recenſui libro ſexto Bibliothecae Graecae, quibus addenda eſt collectio conciliorum, quae Venetiis 1728. Tomis 21. folio, prodiit, cui acceſſerunt duo tomi apparatuum, ib. 1733. fol. Editionem omnium conciliorum locupletiſſimam ſe parare ſignificauit Antonius Zatta in conſpectu nouiſſimae ac omnium locupletiſſimae ſacrorum conciliorum editionis, quam ſocietatis more aggreditur, euulgato Venetiis 1758. 8. Conſilium edendae collectionis conciliorum Germaniae ſingulari programmate, quod recenſetur in Nouis Litterariis Lipſienſibus 1757. p. 782. aperuit Ioſephus Hartzheim. Concilia de Eccleſiaſticis Synodis recte dici, aduerſus Polletum probat Georgius Henricus Vrſinus obſeruationum philologicarum capite quarto.

XIV. Apud Hebraeos quatuor in vſu fuiſſe ſuppliciorum capitalium [12] genera feruntur, viuicrematio, lapidatio, ſtrangulatio et poena gladii, quam putabant eſſe turpiſſimam. Confer codicem Talmudicum Sanhedrin cap. 7. T. 4. Miſhnae Surenhuſii p. 237 ſqq. Io. Seldenum de iure naturae et gentium p. 857. et lib. 2. de Synedr. cap. 13. D. Carpzouium ad Schickardi ius Regium Hebr. p. 259 ſq. Io. Hoornbeckium in Miſcell. Sacris cap. 15. p. 384 ſq, Matth. Zimmermannum in Analectis p. 405 ſq. Petrum Iurieu in hiſtoria critica p. 389. H. Kippingium Exerc. 1. de Cruce. *Chriſtianum Stockium* in diſſertationibus quinque de poenis capitalibus Hebraeorum. Ienae 1702. *Chriſtoph. Borſtorfii* diſſert. de poenis capit. Hebraeorum. Aboae 1696. 8. *Ioan. Leuſdenii* diſſert. 47. Philologi Hebraeomixti, quae agit de poenis capitalibus Hebraeorum. *Auguſtini Calmet* diſſert. de poenis et ſuppliciis, quorum in ſacris litteris fit mentio, quae exſtat ante commentarium in Deuteronomium, T. 1. p. 387 ſqq. *Io. Friſchmuthi* diſſert. de ſepimento legis, Ienae 1674. cap. 3. *Io. Ern. Bornitii* de poenis capitalibus Hebraeorum ordinariis Witteb. 1643. 4. *Ottonis Chriſtoph. Dieterici Fiſcheri* de ſuppliciis Hebraeorum in Pentade diſſertationum ſtipendii Velthemiani, quae curante Ioan. Andr. Schmidio prodiit Helmſt. 1717 4. *Ioan. Georg. Abichtii* de ſuppliciis reipublicae Iudaicae. Lipſ. 1708. *Chriſti. Bened. Michaelis* de poenis capitalibus in ſacra ſcriptura commemoratis, in primis Hebraeorum. Halae 1730, et auctior. ibid. 1748 et B. D. Mayeri diſſert. ſelectas Kilonienſes p. 245 ſq. vbi ſigillatim agit de lapidatione Stephani et pag. 275 obſeruat lapi-

[12] Non ademtum fuiſſe Iudaeis tempore Chriſti ius omne ſuppliciorum capitalium, docent Otto in Lexico Rabb. p. 634. Salomo Deylingius II. 33. obſ. ſacrarum, et alii quos laudaui ad codicem Apocryphum Noui Teſtamenti pag. 245. Contrariam qui tuentur ſententiam, eos laudauimus ſupra p. 692.

lapidatos poſtquam hoc ſupplicium ſuſtinuiſſent, deinceps fuiſſe etiam ſuſpenſos, non ex collo quidem, ſed ex vtroque brachio, qua de re Rev. quoque Daſſouii diſſ. conſulenda eſt edita Witteb. 1694. de ſuſpendio hominis lapidibus obruti. Conferantur quoque *Menochius* de Republ. Hebraeorum lib. 8. c. 2. qu. 3. et *Sigonius* lib. 6. c. 8. De lapidatione *Heinius* in noua collectione variorum ſcriptorum, faſcic. 1. pag. 102. vbi nonnulla contra receptam a Iudaeis ſententiam monentur. *Io. Gothofr. Schuparti* diſſertatio de ritibus lapidationis Hebraeorum. *Nic. Koeppen* et *Io. Mich. Lorentz* de ſupplicio Achani ad Ioſ. VII. 24-26. Gryphiſw. 1710. et Argentorati 1735. *Ioan. Reinh. Ruſii* de lapidatione Stephani. Ienae 1709. *Frieder. Siegfr. Ringii* de lapidatione Hebraeorum. Francof. 1716. *Friderici Imm. Schwarzii* martyrium Stephani e Pandectis Hebraeorum illuſtratum. Witteb. 1756. *Martini Iacobi Ounami* diſſertat. de diris ſanguinum [13] in lapidatum deriuatis. Kilonii 1705. Supplicium crucis apud Iudaeos in vſu fuiſſe contendunt Baronius et quidam alii, etiam D. Georgius Moebius ὁ μακαρίτης ſingulari diſſertatione et I. G. de Chauſepié in diſſertatione de ſupplicio crucis apud Hebraeos veteres vſitato ſub praeſidio Alb. Schultens Franeq. 1721. habita, et recuſa Tomo 2. Miſc. Duisburgenſium, p. 401 ſqq. ſed negant rectius cum Scaligero Caſaubonus exercit. 16. ad Baronium cap. 77. H. Kipping. Exerc. 2. de cruce aliique. De poena exitii ſeu excidii, codex Talmudicus כריתות T. 5. edit. Surenhuſianae p. 236. Iſaaci Abarbanelis diſſ. in Num. XV. 30. Comm. fol. 230 ſqq. editionis Baſhuyſ. quam latine Buxtorfius ad calcem diſſertationis de ſponſalibus et diuortiis. Baſil. 1652. 4. adiecit. et Ioan. Ad. Scherzeri diſſert. de כרת Iudaeorum. Lipſ. 1657. De flagellatione [14] ſiue fuſtigatione apud Iudaeos agit Campegius Vitringa in Archiſynagogo cap. 16 ſq. Io. Wulferus ad tractatum Talmudicum Shekalim, pag. 120 ſq. Matthias Zimmermannus p. 407 ſq. analect. Chriſtian. Schoettgenius Vol. 1. Horar. hebraicar. p. 714. Ioan. Leuſdenius Philol. Hebraeomixti diſſ. 49. Lightfootus de miniſterio templi c. 1. ſect. 3. I. B. Carpzouius ad Schickardi Ius Regium p. 143 et 155. Petrus Zornius in Muſaeo Bremenſi T. 2. pag. 381. et T. 2. Opuſc. ſacr. p. 312 ſq. Ioan. Hilppertus, et Aegidius Strauchius in diſſert. de ritu flagellandi apud Iudaeos. Helmſt. 1652 et Witteb. 1668. Caſp. Sagittarii

[13] Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν. Vide Interpretes ad Matth. XXVII. 25.

[14] De Cruciariis (apud Romanos) antequam in crucem tollerentur ad columnam flagellatis vide Grotium et alios interpretes ad Matth. XXVII. 19 et 26. Kippingium Exerc. V. de Cruce, Tillemontium Tomo 1. memor. Hiſt. Eccleſ. pag. 64. Pearſonium ad ſymbolum Apoſtoli pag. 359 ſq. edit. Latinae et Gretſerum lib. 1. de cruce cap. 10. et 84.

gittarii diss. de flagellatione Christi. Ienae 1674. Henr. Iac. van Bashuysen in dissert. de flagellatione Paulli. Seruestae 1720. Franc. Vlric. Walterus in dissert. de poena flagellorum et scorpionum. Rintelii 1731. et interpretes ad Deut. XXV. 3. 1 Reg. XII. 11. et 2 Cor. XI. 24. vbi Apostolus testatur se accepisse plagas vndequadraginta, triplici nimirum flagello plagas tredecim, quem numerum hodieque apud Iudaeos obseruari docet exemplum Vrielis Acostae, qui totidem se a Iudaeis plagas propter Apostasiam suam accepisse refert in vita sua, quam Limborchius edidit ad calcem colloquii sui cum erudito Iudaeo p. 350. Ex illis 39 plagis, quas Iosephus IV. 8. antiquitatt. et Talmudici in tractatu Maccoth siue de poenis quem Cocceius illustrauit tomo 7. Opp. et tom. 4. Mishnae Surenhusianae pag. 269 sq. et 288. numero rotundo 40 ex loco Deuteronomii vocant, plagae 13 infliguntur super humerum dextrum, totidem super humerum sinistrum, et totidem infra humeros, vt praeter alios notat Ioan. Morinus de Sacramento poenitentiae pag. 231. De carduis et acutis tribulis ferreis, quibus hostes suos Croesus in appendice Vaticana Cent. 1. prov. 88. et Ammonitas subiecit Dauid adi *Matthiam Frideric. Beckium* ad Targum 1 Chron. XX. 3. p. 209 sq. et interpretes ad 2 Sam. XII. 31. *Ioannes* vero *Andr. Dantzius* putat, Dauidem non tam crudeliter cum iis egisse, sed tantum in ferrifodinis laborare iussisse, atque operis admouisse metallicis. Vide eius dissert. cui titulus: Dauidis in Ammonitas deuictos mitigata crudelitas. Ienae 1710. Danzio assentiuntur B. *Aug. Herm. Franckius* Prael. Hermenevtic. p. 10. *La Grauius* Histoire de la Republique des Lettres T. 13. pag. 362 sqq. et *Ioan. Christ. Nimptschius* in dissert. de Ammonitis a Dauide absque crudelitate sub iugum missis. Lips 1731. Deturbationem de Saxo etiam apud Iudaeos vsitatam notat Iust. Rycquius libro de Capitolio cap. 4. Poenam exilii nisi in alium Iudaeae locum et in asylum lex non statuit, quia in solo populo Iudaico Deus sanctius colebatur, omnibus aliis populis per idololatriam corruptis, vnde, quod scite obseruat Thom. Aquinas, si quis a populo illo vniuerso fuisset exclusus, data fuisset ei occasio idololatriae. De excommunicatione duplici apud Iudaeos, parua (Niddui siue Schammatha) et magna cum exsecratione (Cherem) vide Petrum Iurieu in historia critica p. 392 sq. Buxtorfium in Lexico Talmudico vocibus שמתא et נדוי, חרם, Seldenum de iure Nat. IV. 8. et de Synedriis I. 7. Ioan. Colerum in vita Spinosae pag. 21-56. Herm. Witsium Miscell. Tom. 2. Exercit. 2. §. 8 et 17. Iulium Bartoloccium Bibl. Rabbin. Tom. 3. p. 415. sq et T. 4. p. 447 sq. Ioan. Leusdenium Philol. Hebraeomixti diss. 50. Campeg. Vitringae synagogam veterem lib. 3. pag. 1. cap. 9. p. 727 sqq. sed et Sam. Basnage ad Baron. tomo 2. p. 476 sq. vbi negat ἀνά-

θεμα de excommunicatione esse intelligendum, reiicitque κατάθεμα Iustini qu. 121. ad Orthodox. porro docet excommunicationem apud Iudaeos fuisse exclusionem forensem a iuribus societatis ciuilis, non a templo nec paschate. Adde dissertationes Ioan. Georg. Bindrim de gradibus excommunicationis apud Iudaeos. Ienae 1670. Ioan. Conr. Durrii de anathemate Altorfii 1662. Henr. Opitii de excommunicationis ritu apud Iudaeos. Kilon. 1680. Ioan. Andr. Danzii, Ienae 1683. recuf. in Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato pag. 615 sqq. Gottl. Israelis Musculi. Lipsiae 1703. Ioan. Isaaci Pihlmanni. Aboae e. a. 8. Daniel. Lundii. Vpsal. 1706. De excommunicatione ad sonum tubarum Eisenmengerus in detecto Iudaismo, T. 1. pag. 118 sq. De carnificibus Hebraeorum, qui erant adiuncti iudicum honorati, non raro ex tribu Leui, videatur *Aug. Calmet* ad Deut. I. 15. et ante Commentar. in Deut. T. 1. p. 402. De deuotione et excommunicatione apud Ethnicos Balthasar Bonifacius lib. 9. historiae ludicrae c. 22.

XV. De excommunicatione Ecclesiastica consulantur praeter scriptores de poenitentia Ecclesiastica, supra c. 11. allegatos, *Grotius* ad Luc. VI. 22. *Ludov. Ellies du Pin* de antiqua ecclesiae disciplina, diss. 3. p. 244 sqq. *Iacobus Creillon* in tractatu gallico de Excommunicatione et monitoriis. Andegaui 1651. et Paris. 1672. 4. *Io. Morinus* de vsu censurarum ecclesiasticarum, (*Philibertus Colletus* [15]) in libro gallico sermone conscripto: Traité historique des Excommunications. Diuione 1683. et Paris. 1715. 12. *Nicol. Laurent. Arctander* de Excommunicatione ecclesiastica. Hafn. 1622. 8. *Thomae Erasti* explicatio quaestionis: vtrum excommunicatio a sacramentorum vsu arcens mandato nitatur diuino, an excogitata sit ab hominibus. Pesclauii 1689. 4. *Ioan. Ibannez* de Excommunicatione. Salmant. 1597. fol. *Thomas Brown* ad canonem X. Apostolicum: T. 2. Patrum Apostolicorum Cotelerii. *Zegerus Bernhardus van Espen* libro de censuris ecclesiasticis. 1709. 12. *Ioan. Volkmari Mülleri* Anmerkungen von dem Ursprung des Kirchenbannes, dessen Wachsthum, Mißbrauch und Einschränkungen, quae exstant in Eiusdem Fortsetzung des Staatscabinets Johann Joachim Müllers, collect. 1. p. 249. *Ioan. Georgii Pertschii* Recht des Kirchbannes. Halae 1721. 4. et auctius Guelpherbyti 1738. 4. *Ioan. Fechtii* tractatus de excommunicatione ecclesiastica. Rostochii 1712. 4. Eiusd. kurze Nachricht vom Kirchenbann. ibid. 1713. 8. *Christiani Thomasii* [16] Bedenken über die Frage: wie weit ein Prediger bey seinem

[15] Journal des Savans 1715. II. pag. 243. Memoires de Trevoux. 1715. pag. 552. et 851 sqq. Acta Erud. 1684. pag. 29.

[16] Thomasium impugnarunt Seb. Edzardus in libello: Vertheidigung der christlichen Lehre

nem Landesherrn, welcher zugleich summus Epifcopus ist, sich des Bindeschlüssels bedienen könne. Guelpherb. 1706. 8. quod deinde recudendum curauit T. 4. der juristischen Händel, p. 102 fqq. *Franc. Paulli Sarpii* les Droits des Souverains defendus contre les excommunications et interdicts des Papes. Hagae Comit. 1721. 12. et Amftelod. 1743. 12. *Ioan. Adriani Thierens* et *Guil. Velfens* neceffaria inftitutio de excommunicatione ecclefiaftica. (*Nodige Voorkenniffe der Gemeinte tot de Oeffening des Kerkenbanns.*) Delphis 1731. 4. *Iusti Henningi Boehmeri* diff. de ftatu excommunicatorum ciuili ex mente Proteftantium. Halae 1727. *Alb. Ioachim. Krakewitzii* de excommunicatione ecclefiaftica. Roftoch. 1709. *Andr. Sandeti* de ritu excommunicationis intra et extra Ecclefiam. Aboae 1694. 8. *Io. Guil. Iani* et *Theod. Crügeri* hiftoria cenfurae ecclefiafticae Papalis IV differtationibus Witteb. 1718 pertractata. *Io. Frid. Wernheri* differt. de iure excludendi a S. Coena et abfolutione. Witteb. 1709. et *Io. Frid. de Beulwitz* de excommunicationis in Electorem S. R. I. ecclefiafticum a P. R. decretae effectibus ciuilibus. Halae 1743. 4. Formulas excommunicationis habes apud Mabillonium pag. 162. analector. In omnes haereticos eorumque fautores et fcriptores ftatutorum libertati Ecclefiae contrariorum apud Martenium I. anecdot. p. 996. De regibus excommunicatis vide Du Pinium diff. 3. de antiq. Ecclefiae difcipl. pag. 489 fqq. Exempla quinquaginta Imperatorum, Regum, Principum, Rerumpublicarum a Pontificibus excommunicatorum collegit Gregorius Leti in libro, cui titulus: *Itinerario della Corte di Roma* [17] T. 1. pag. 577. et inde Aug. Tittelius in praefat. ad Ifaac. Barrow von der päbstlichen Gewalt, p. 36 et 37. atque Ioan. Hubnerus Cent VI. Bibl. hiftoricae p. 188 fqq. De cautione in eiufmodi rebus adhibenda vide Journal des Savans 1715. II. pag. 248. Origo eius ab A. C. 787. hortatu Caroli M. vide A. E. 1733. p. 340. Excommunicationis accenfis candelis et pulfatis campanis mentio fit in epiftola Alexandri III. T. 1. collect. nouae pag. 726. Num excommunicatio foluatur, fi Pontifex admittat ad ofculum, vel Rex ad menfam? vide le Cointe T. 2. p. 271 fqq. De excommunicatione apud Graecos Chriftianos, atque infequi folita, vt aiunt, cadauerum incorruptione et τυμπανισμῶ, donec iterum abfoluantur, videantur *Nicol. Comnenus* Praenot. myftag. pag. 253 fqq. *Goarus* ad Euchol. p. 689. *Allatius* de purgatorio pag. 38 fq. *Christoph. Arnholdus* ad

Q 2 Wa-

Lehre vom Bindeschlüssel wider das unchristliche Bedenken Chr. Thomafii. Hamb. 1707. 8. et Io. Ioach. Weidnerus. v. Relationes innoxias 1725. pag. 85 et 246. Defendit Carol. Rud. Ruftius. vide eafd. relat. innoxias 1708. p. 384.

[17] Prior editio prodiit fub titulo: *Li Precipitii della Sede Apoftolica.* Vide Hubnerum l. c. p. 187.

Wagenseilii Sotam pag. 1183. Monatliche Unterredungen 1689. p. 948 sq. et 1693. p. 637. *Paulli Ricauti* Histoire de l'éstat present de l'Eglise Grecque cap. 13. p. 278 sq. *Iacobi Elsneri* neueste Beschreibung der griechischen Christen pag. 80 sq. et pag. 150 continuationis. *Bzouius* ad A. C. 1481. *Ioan. Mich. Heineccii* dissertatio inauguralis sub praesidio Ioan. Andr. Schmidii habita de absolutione mortuorum excommunicatorum siue tympanicorum in Ecclesia Graeca. Helmstadii 1709. et *Ioan. Henr. Stussii* Progr. de excommunicationis Graecorum miris effectibus. Gothae 1733.

XVI. De poenis et suppliciis apud Graecos et alias gentes videndus Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 5 et 20. Albericus Gentilis III. 18. lectionum ad ius ciuile spectantium et II. 9. vbi sigillatim de poena ignis. Lacedaemonios neminem interdiu supplicio afficere solitos, sed tantum de nocte plectere damnatos ad mortem tradit Herodotus IV. 146. De poenis et remunerationibus apud Athenienses agit Potterus lib. 1. c. 25. Archaeol. Attic. apud Lacedaemonios Cragius IV. 9 et 10. Horrenda quaedam supplicia Persarum refert Plutarchus Artaxerxe pag. 1018. 1019 et 1021. confer Brissonium lib. 2. pag. 325 sq. De Persarum σκαφέυσει siue σκαφισμῷ Cangius pag. 9. ad Zonaram. De excoriatione apud illos vsitata, Petrus Pantinus ad librum secundum Basilii Seleuciensis de vita S. Theclae. De arca mucronibus vndique praefixa, cui Regulum resectis palpebris imposuere Carthaginienses, Claudius Dausqueius ad Silium p. 276. De tormentis siue quaestionibus veterum Iosephi Laurentii diatriba recusa est tomo VI. antiquitatum Graecarum, ex eius polymathiae lib. 3. c. 10. videndus quoque Christi. Vlr. Grupen in dissertatione, de tormentis Romanorum et Graecorum, quam praemisit obseruationibus iuris criminalis de applicatione tormentorum. Hanouerae 1754. 4. De vsu tormentorum apud Athenienses Mich. Henr. Gribner opusc. iuris priuati sect. V. pag. 156 sqq. Varia poenarum et tormentorum genera recenset etiam Isidorus Hispalensis lib. 5. Originum c. 27. Synesius Epistola 58. 59. et Aristophanes in Ranis v. 631 sqq. De circumductione in ludibrium ore frenato capistratoque, vel etiam supino, ac retortis ceruicibus Zimmermannus p. 462 sq. analect. ex Io. Frid. Gronouii et Gisb. Cuperi obseruationibus, et Petrus Zornius Misc. Groning. Tom. 2. p. 563 sqq. De culei poena Tho. Crenius part. 11. animaduers. pag. 247 sq. Hieron. Magius Misc. IV. 8. Pitiscus ad Suetonii Augustum c. 33. Goldastus ad Dositheum pag. 874. et 875 edit Schultingii. Christoph. Colerus in Parergis, et Meursius III. 23. exercitat. parte 2. exercit. critic. p. 162. De Cynophoria siue canis portatione ignominiosa, Ioan. Henrici Meibomii ad

Ioan-

Ioannem Marquardum Epiſtola, ex edit. Helmſtad. 1661. 4. ſubiecta Cynographiae Chriſtiani Franciſci Paullini: et recuſa in faſciculo tertio collectionis variorum librorum, quam H. A. Grosſchuſio debemus, p. 467 ſq. atque ſeorſim. Lipſ. 1749. 4. Io. Henelius in Otio Vratislauienſi c. 18. Rittershuſius ad Guntheri Ligurin. V. 194. Ioan. Godofr. Vngerus analect. antiquarioſacr. pag. 281. vbi contra Meibonium diſputat. Conr. Ritterſhuſius ad Guntheri Ligurinum pag. 100 ſq. et Iac. Andr. Cruſius in Opuſculis, Mindae 1668. 4. editis. De ſtigmatiſmo ſacro et profano Theophylus Raynaudus tomo 13. operum. De hominibus ſtigmate et cauterio notatis Potterus Archaeol. Attic. lib. 1. cap. 10. pag. 54 ſq. Ioan. Moebii diſſ. Lipſiae 1687. idem Henelius in Otio Vratislav. cap. 16 ſq. Michael Meiſnerus in ſyntagmate ſuper annotament. philolog. Curiae Variſcorum 1623. 8. p. 39. Ioan. Lomeierus dierum genial. Dec. II. pag. 328 ſqq. Cangii Gloſſarium in γραπτοί. Petrus Zornius in Biblioth. antiquarioexegetic. pag. 485 ſqq. Sal. Deylingius Obſ. ſacr. III. pag. 423. Ioannis Aug. Groebelii obſeruatio de ςιγματισμῶ veterum, T. 10. Miſcellan. Lipſ. pag. 79 ſqq. Cornelii Haſaei diſſertatio Bremae 1704. Io. Gottlob Derlingii de modo inurendi ſtigmata. Halae 1720. et de ſeruis litteratis, ibid. eod. Sigiſm. Frider. Dreſigii de vſu ſtigmatum apud veteres. Lipſ. 1732. et Ern. Frid. Neubaueri de conſcientia cauterio notata. Giſſ. 1745. De ſtigmatibus militum Grotius ad Galat. VI. 14. et Apoc. XIII. 16. et Iac. Lydius ſyntagmate ſacro de re militari Hebraeorum. De ſtigmatibus ſeruorum Rameſius ad Martial. II. 29. Lipſius Elector. II. 15. Gottfr. Bernh. Caſſeburgius in diſſert. de ſtigmatibus ſeruorum. Regiom. 1730. Ioſeph. Laurentius p. 22. Polymathiae. Caſp. Barthius aduerſar. XLIII. 25. Scaliger ad Auſonium pag 41. Sam. Frider. Bucher de ſeruis litteratis p. 114 ſqq. Parerg. Zittauienſium, aliique a Zornio libro paullo ante laudato pag. 461. excitati. De ſtigmatibus idololatricis videatur Spencerus II. 14. de legibus Hebraeorum. De lata fuga ſiue exilio, poena homicidii antiquiſſimis temporibus, vide Euripidem in Oreſte v. 511. 512. 513. Scholiaſten Euripidis ad Hippolitum p. 219. Plutarchum quaeſtion. graec. pag. 284. c. Diodorum Siculum V. p. 228. c. Lucianum T. 2. p. 44. Lactantium II. 9. Grotium et Clericum ad Geneſ. IV. 12. Grotium ad Matth. V. 40. et de iure belli et pacis lib. 1. cap. 2. §. 5. Feihtii antiquitates Homericas II. 8. Henr. Valeſium ad Excerpta Peireſciana p. 66 ſq. Andream Alciatum II. 2. Parerg. iuris. Matth. Berneggerum quaeſt. 123. ad Tacitum de moribus Germanorum. Deſiderium Heraldum IV. 5. animaduerſion. in Salmaſium. Meurſium III 28. animaduerſ miſcellan. p. 190 ſqq. parte 2. exercit. criticar. et Nicolaum Antonium lib. 2. de iure exulum cap. 4 et 14. vbi ſigillatim

de [18] Oftracifmo, cuius Auctor Athenis Thefeus. Vide Meurfium in Thefeo cap. 29. et in Pififtrato cap. 7. Adr. Iunium lib. 5. cap. 18. animaduerf. Iac. Thomafii diff. de Oftracifmo habitam Lipfiae 1659. inque obferv. Hallenf. IX. 3. recufam, Perizonium p. 741. ad Aelian. Sam. Petitum ad leges Atticas p. 366 fq. Ioan. Potterum archaeol. graec. lib. 1. c. 35. Emmium defcript. reipubl. Athenienf. pag. 57 fqq. Geinozii differt. de Oftracifmo in memoriis academiae infcriptionum T. 18. p. 225 fqq. Chriftoph. Neandri orationem de Oftracifmo, p. 216 fqq. eius orationum poftumar Francofurti 1663. 8. euulgatarum, et differtationes Chrift. Schulzii. Witeb. 1660. Chrift. Funccii. Altenb. 1666. Phil. Mülleri. Ienae 1666. Samuel Skunkii. Vpfal. 1671. 8. Georg. Thegen. Regiom. 1666. Ioan. Iac. Battierii. Bafil. 1699. Ioannis Eenbergii. Vpfal. 1709. 8. De στήλη, illo poenae genere, quum columnae maiufculis characteribus infcribebatur facinorofi crimen, quem impune occidere vnicuique licitum erat, vide Ioan. Tob. Krebfii commentationem de Stelitis Athenienfium. Lipfiae 1744. 4. De furti poena Atticas leges illuftrat Defiderius Heraldus p. 313 fqq. animaduerf. in Salmafium. De cicuta Athenienfium poena publica conferatur Sig. Frid. Drefigii difputatio Lipf. 1734. et Reuerendi Ioan. Iacob. Bofii difputatio prior de potionibus mortiferis, ibid. 1736. fect. 2. §. 2 fqq. De lapidatione Perizonius ad Aeliani Var. Hiftor. V. 19. Neque omittendum, quod vti bonos floribus, ita lapidibus petitos malos poetas notat Cafaubonus p. 431. ad Athenaeum.

De poenis Romanorum Francifcus Henricus Salomon in commentatione de iudiciis et poenis Romanorum, recufa T. 3. thefauri Sallengriani p. 625. et Iulius Paullus lib. 5. Sententiarum titulo 17. De exemtione ciuium a certis poenis per legem Porciam, agit Scipio Gentilis differt. quarta de iure publico populi Rom. *Sed et iudicatos retro in partes fecari a creditoribus leges erant: confenfu tamen publico credulitas poftea erafa eft.* Tertull. c. 4. apologet. De tunica molefta apud Romanos aliquo tempore vfitata videndi interpretes ad Iuuenal. Satyr. IV. 155. et VIII. 235. Lipf. ad Tacit. XV. Annalium, Voffius lib. 4. c. 92. de idololatria. H. Kippingius pag. 162 fq. de Cruce, Stephanus

[18] Oftracifmus erat honeftum potentiorum exilium Athenis per decem annos. Plutarchus in Nicia pag. 530. Quare quum Hyperbolus, homo nequiffimus, ea poenae dignitate cenferetur, qua fortiffimum quemque ciuem olim cenfuiffent Athenienfes, defiit et abfumta eft in hoc poenae errore poenae quoque natura. vide Ioannem Taylorium lection. Lyfiacar. pag. 694. Similis apud Syracufanos Petalifmus, de quo Diodor. Siculus T. 2. pag. 65. Hefychius in πεταλισμός, et Andr. Riuinus in differt. de Petalifmo, recufa in Iulii Car. Schlaegeri fafciculo nouo differt. rarior. de antiquitatibus facris et profanis. Helmft. 1744. 4. p. 107 fqq. De Thebanorum more haud diffimili Plutarch. de genio Socratis p. 578.

phanus le Moyne in notis ad varia ſacra p. 1041 ſq. Iſaacus Voſſius ad Catullum p. 41 ſq. et Gatakerus in aduerſariis p. 452. De decollatione, defoſſione viui in ſcrobem et nece per iniectam cratem, Octav. Ferrarius lib. 2. elector. cap. 7. Bourdelotius ad Heliodorum pag. 26. et Ioan. Schmidius in diſſert. de viuiſepultura. Lipſ. 1693. vbi cap. 6. de Veſtalium Romanarum, ſi pudicitiam violaſſent, inhumatione. De crurifragio ſeruorum, et de καταποντισμῷ agunt viri docti ad Suetonii Auguſtum cap. 67. Chriſtian. Graefius in diſſert. de καταποντισμῷ, num fuerit ſupplicium iudaicum. Lipſ. 1662. Conr. Sam. Schurzfleiſch in diſſert. de καταποντισμῷ. Witteb. 1700. Chriſt. Stockius in diſſert. de καταποντισμῷ. Ienae 1704. Gregor. Laur. Welleius in diſſert. de ſupplicio ſubmerſionis apud antiquos. Hafniae 1701. et Ioannes Frider. Schererus in diſſert. de καταποντισμῷ. Argent. 1753. De membrorum praeciſione, Petrus Faber III. Semeſtr. 19. pag. 284 ſqq. Manus praeciſae, ſi quis monetam vel menſuras falſaſſet, vide Cangium ad Alexiadem pag. 384 ſq. De rotae poena Adr. Iunius III. 12. animaduerſionum. De crucis ſupplicio (quo in ſeruos praecipue animaduertebant Romani, ſed et aliae gentes quamplurimae vſae ſunt, ita vt apud Indos quoque illud receptum doceat Mauſſacus ad Plutarchum de Fluminibus pag. 70. et apud Perſas H. Kippingius p. 161 ſq. a quibus poſt mortem demum in crucem actos obſeruat, perinde vt ab Aegyptiis, Chaldaeis, etc.) Videndi I. Lipſius lib. 3. de cruce. Amſtelod. 1670. 12. et cum Gregorii Calixti appendice de vera forma crucis et Gregorii Caſſandri epiſtola. Brunſw. 1641. 8. atque in eius operibus Antw. 1637. fol. editis T. 3. pag. 637 ſqq. Idem in tractatu de crucis ſupplicio apud Romanos vſitato, qui comparet ad calcem antiquitatum Romanarum Kippingii, pag. 624. edit. Lugdunenſis 1713. 8. et in Clauſingii iure publico Romanor. T. 1. p. 607. Frid. ab Helbach epiſtola ad Lipſium p. 662 ſq. inter editas a Burmanno. Henric. Kippingius de cruce et cruciariis. Brem. 1671. 12. Iac. Boſius in libris 6. de cruce triumphante et glorioſa italice Romae 1610. fol. et latine Antw. 1617. fol. Ioſ Scaliger. ad Euſeb. p. 117 ſq. Salmaſius tribus ad Tho. Bartholinum Epiſtolis de cruce, vna cum huius libro de latere Chriſti aperto, Lugd. Bat. 1646. 12. Iacobus Gretſerus libris quinque de ſancta cruce, Ingolſt. 1607. 4. tribus Vol. atque vnico Volumine Pariſ. 1616. fol. Thomae Bartholini de cruce Chriſti Hypomnemata quatuor. Amſtelod. 1670. 12. et Lugd. Batav. 1695. 12. et diſſertationes Ioan. Schmidelii. Ienae 1658. Ioan. Iac. Freisleben. ibid. 1662. Georg. Moebii. Lipſiae 1689. Caroli Henrici Langii. Lubec. 1728. Idem Lipſius et Gretſerus lib. 1. c. 60. obſeruat a Conſtantino imperatore hoc ſupplicium in honorem Chriſti fuiſſe abrogatum. De quatuor clauis crucis Dominicae

minicae videatur liber Cornelii Curtii. Antwerp. 1670. 12. Paullus Aringhus Tom. 2. Romae subterraneae p. 165 et 195. Petrus Martyr Frosciantes in libro italice edito de clauis crucis Dominicae, et nominatim eo, qui Spoleti asseruatur. Romae 1644. 8. Claui Dominici a Constantino M. impositi columnae porphyreticae. Cangius pag. 29. ad Zonaram. De titulo S. crucis egerunt Honoratus Nicquetus libris duobus, Paris. 1648. 8. et Antw. 1670. 12. editis. Ludouicus Cresollus in mystagogo II. 24. p. 351 sqq. Matth. Hillerus syntagm. Hermeneut. pag. 332. Buxtorfius pag. 258 Catalect. Ioan. Henr. a Seelen meditat. exegetic. I. pag. 379. Ioan. Georg. Altmannus in oratione de illustri inscriptione crucis Christi eiusque mysterio, quae inserta est T. IV. Tempe Heluetic. p. 662 sqq. Ioan. Wesselius in dissertationibus sacris, N. 4. et singularibus dissertationibus Iac. Reichmannus. Witteb. 1655. Io. Iac. Freisleben. Ienae 1664. Io. Dan. Hanckius. ib. 1672. Sam. Reyherus. Kilon. 1694. Gottfr. Mich Felter. Lips. 1725. De triplici capitis diminutione apud Romanos, Boethius 2. in Topica Cic. p. 781. De amputatione nasi, labiorum etc. Felix Osius in Graeuii thesauro antiquitatum Italiae tom. 3. pag. 1120. De poena plumbalis caedendi reos, Baronius ad Martyrolog. Romanum 6 Iunii. De supplicio quo afficiendi equis distrahebantur, Rupertus p. 96. ad Florum. Liv. lib. 1. cap. 20. narrans de Tullo Hostilio perfidum Metium Suffetium illo supplicio afficiente, *primum,* inquit, *vltimumque illud supplicium exempli parum memoris legum humanarum fuit. In aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse poenas.* De equuleo videndus Synesius Epistol. 44. p. 185. Octauius Ferrarius lib. I. Elector. Carol. Sigonius de iudiciis III. 17. Ioan. Ward in translationibus philosophicis Londinensibus ex veteri anaglypho, Vol. XXXVI. pag. 232 sqq. et in earum Epitome (Abridgment) Tom. 5. pag. 10 sqq. Cerda p. 25. aduersar. sacr. et liber eruditus Hieronymi Magii, Anglariensis, qui cum notis Godofr. Iungermanni editus est Amstelod. 1664. 12. et insertus T. 2. thesauri Sallengriani, pag. 1201 sqq. In eodem volumine habentur excerpta ex libro praeclaro Antonii Gallonii [19], de SS. Martyrum cruciatibus cap. 3. qui Italico primum idiomate lucem adspexit Romae 1591. 4. deinde latine recusus 1594. 4. Colon. 1602. 8. Paris. 1659. et Amstel. 1667. 12. De variis SS Martyrum tormentis et cruciatibus quae in actis illorum passim memorantur, praeter Gallonium videndus Cerda pag 256 sqq. aduersar. sacr. c. CXXVIII. B. Bebelius Sec. IV. T. 2. pag. 1041 sq. Caspar Sagittarius de mar-

[19] Graecorum vocabulorum accuratiorem notitiam in Gallonio desiderat Vrbanus Godfrid Siberius in vita Spyridionis p. 76. ex illius defectu notans plurimorum suppliciorum rationes non recte esse ab eo detectas.

martyrum cruciatibus. Lipſ. 1696. 4. Ioan. Georg. Dorſcheus in ſatura de ſuppliciis et tormentis, quibus gentiles et alii ſanctis quondam Dei hominibus mortem intulerunt, inſerta eiuſdem ſeptenario admirandorum I.C. p. 277. Chriſtiani Kortholti de perſequutionibus eccleſiae primitiuae ſub Imperatoribus ethnicis liber editus Kilonii 1689. 4. Bonifacii Simonethae opus de chriſtianae fidei et Romanorum Pontificum perſequutionibus, quod primum editum eſt Mediolani 1492. deinde recuſum Baſil. 1509. fol. Thomae Hurtardi digreſſio de aliquibus inſtrumentis, quibus tyranni martyres torquebant; quae exhibetur in eiuſdem Reſolutionibus de vero catholico martyris fidei, Colon. Agrippin. 1655. fol. pag. 136 ſqq. Godofr. Arnoldi hiſtoria Chriſtianorum ad metalla damnatorum, adiecta eiuſdem commentationi de Fratrum et Sororum appellatione inter Chriſtianos vſitata. Francof. 1696. 8. et diſſertationes Io. Meiſneri. Witteb. 1670. Io. Andr. Quenſtadii. ibid. 1676. et Io. Georg. Walchii de beſtiariis inter antiquiores Chriſtianos. Ienae 1746. Sacrae Chriſti martyrum imagines, vna cum inſtrumentis, quibus iidem olim torquebantur, a celeberrimo pictore Nicolao Circiniano aeri inciſae prodierunt Romae 1750. 4. De compede, fidiculis et vngulis agit idem Ferrarius lib. 1. elector. c. 6. vbi notat cataſtam, quam cum equuleo Sigonius confundit, nihil aliud fuiſſe quam pegma ferale. De cataſta ſigillatim Baronius ad Martyrologium 28 Iulii, vbi diſſerit de Cyphoniſmo. Fuit autem κύφων, cataſta, cui collo inſerti rei flagris caedebantur, vide Ezech. Spanhemium ad Ariſtophanis Plutum v. 470. ποδοκάκη, neruus, Gaulminus ad Euſtathium pag. 45. Adde I. W. Gollingii diſſertat. de Cataſta ſeruorum. Altorfii 1730. Varia genera tormentorum enumerat Syneſius Epiſt. 58. p. 201. Nazianzenus 1. in Iulian. p. 89. etc. De nexu et addictione, oppignoratione et venditione debitorum qui ſoluendo non eſſent, multa Salmaſius lib. de modo vſurarum cap. 17. 18. 19. qui etiam de neruo, compedibus, columbari, cuſpo, cippo, numella etc. pag. 812 ſq. Idem docet diſſectionem corporis debitoris licet permiſſam lege, tamen vſu receptam nunquam fuiſſe p. 809. 820. 826. Cum Salmaſio conferendus Deſid. Heraldus animaduerſ. in Salmaſium IV. p. 285 ſqq. Iuſtus Rycquius libro de anno iubilaeo cap. 5. vbi Perſarum, Graecorum Romanorumque ſeueritatem aduerſus obaeratos confert cum legum Moſaicarum humanitate. Io. Frid. Iugleri dubia de ſectione debitorum apud Romanos. Lipſ. 1741. Io. Frid. Schereri diſſert. de Διχοτομία veterum. Arg. 1757. qui quidem verbum *ſecare* proprie accipiendum eſſe vrgent. Sed ab hiſce diſſentiunt Iul. Carol. Schlaegerus in diſſert. de debitore obaerato ſecundum ius hebraeum et atticum creditori in ſeruitutem adiudicando. Helmſtadii 1741. et Ioannes Taylorius in commentario ad legem decemuiralem de inope debi-

tore in partes diſſecando. Cantabrigiae 1742. 4. diſſectionem non de ipſo debitoris corpore, ſed de bonis eius aut de pretio, quo venditus eſſet, inter creditores diuidendo accipiendam eſſe oſtendentes. Quomodo exul a relegato apud Romanos differret, docet Ouidius lib. 5. triſtium elegia XI. Nimirum exuli opes et ius ciuitatis adimebantur, relegatus patriis tantum iuſſus abeſſe focis, vt idem Poeta canit. Confer Alex. ab Alexandro III. 20 et 23. vbi de publicatione bonorum. De deportatione in inſulas per quam etiam ius ciuitatis amittebatur, vide Ioannem Gryphiandrum in tractatu de inſulis edito Francofurti 1623. 4. cap. 16. pag. 197 ſqq. De poenis et ignominiis militaribus apud Graecos Potterus Archaeol. Graec. pag. 504 et 534. Apud Romanos Lipſius lib. 5. de militia Romana cap. 18. Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 13. Franciſcus Robertellus tomo 10. theſauri Graeuiani p. 1482 ſq. praecipue vero V. C. Gerardus Sichtermannus in erudita diſſertatione philologica et iuridica de poenis militaribus Romanorum, Amſterd. 1708. 8. Vide etiam Matthiae Zimmermanni florilegium in voce *Vitis*. Neque vero fas erat milites ſupplicio afficere antequam illis demeretur Zona militaris, vt praeter alios docet Caeſarius quaeſt. 78. pag. 214. De excoecandi poena vide Cangii gloſſarium et Caroli de Aquino lexicon militare in voce *abacinare*. Morem canendi claſſicum antequam capitis ſententia diceretur, obſeruauit Lipſius ad Taciti annal. II. 22. et Stewechius ad Vegetium I. 23. II. 22. De more traducendi reos cum voce praeconis, κηρύκων προαγόντων vt loquitur Zonaras XIII. 15. vide Cuiacium VII. 6. Obſeruatt. Dionyſ. Gothofredum ad lib. 13. §. 6. D. de iureiurando. Dan. Heckium de titulo crucis. Ienae 1667. et Barnab. Briſſonium de formulis et ſollemnibus P. R. verbis lib. 5. De Decimatione et vſu ſortitionis, ut metus ad omnes, poena ad paucos perueniret, adi Plutarchum Antonio p. 934. Ciceronem pro Cluentio tom. 3. editionis Graeuianae p. 208. Tacitum annal. XIV. 44. Coelium Rhodiginum lect. antiquar. X. 5. De ſuſpenſione de manu et pede vnco perforatis Nicol. Fontana in epiſtola ad Nihuſium ad calcem Thomae Bartholini de cruce pag. 283 ſqq. De praecipatione de monte Tarpeio et robore Tulliano vide Bombardinum lib. 1. de carcere cap. 4. Rycquium de Capitolio cap. 45. et Sigiſm. Frider. Dreſigii commentationem de praecipatione poena Romanorum publica, Lipſ. 1737. in qua contra Rycquium oſtendit, praecipationem non ſeruorum, ſed liberorum hominum fuiſſe poenam. Supplicia extra ciuitatem ſumebantur, ne ſacrae et diuinae imagines illorum conſpectu polluerentur, vt notat Gisbertus Cuperus VI. 19. obſeruat. Valeſius ad Ammianum XXVIII. 4. p. 527. Lipſius ad Tacitum p. 98. et Interpretes ad Hebr. XIII. 12. Carcerem Romae primus aedificauit An-

Ancus Martius teste Liuio et Aurel. Victore, Tullianum a Seruio Tullio vocatum, quippe qui partem subterraneam eidem adiecit. Celebres ita Siculorum Latomiae, Plutarchus Nicia f. 541. 542. Cicero Verrina V. 27. Pontanus p. 387 sq. ad Eusebii Chronicon. Vincent. Mirabella antiquae Syracusae p. 66 sq. T. 11. thesauri Siciliae. Philippus Cluuerius antiquae Siciliae lib. 1. c 12. p. 149 sq. κεάδας Lacedaemoniorum Basilius Epist. 379. pro quo male Δεκάδα legitur ap. Plutarchum pag. 803. F. in Agide. Messeniorum thesaurus subterraneus. Plutarch. Philopoemene p. 367. Carthaginiensium ἀγκών, Procop. lib. 1. de bello Vandalico c. 20. Atheniensium barathrum, et ἀναγκαῖον, ἀνάκαιον, Suidas, Bourdelotius pag. 23. ad Heliodorum. Persarum φρούριον λήθης, *carcer obliuionis*, in quem coniectorum nulla amplius debebat mentio fieri, Procopius lib. 1. de bello Persico c. 5. et Theophylactus Simocatta lib. 3. cap. 5. qui scribit recte appellari posse *δυσμενείας τέμενος*, *maleuolentiae fanum.* Constantinopolitani palatii φρουρὰ ἐλεφαντίνη, cuius meminit Io. Cinnamus lib. 6. pag. 173. alia χαλκή, de qua Bandurius ad antiquitates Constantinopolitanas pag. 472. Confer quae de ergastulis Lipsius II. 15. electorum, Antonius Bombardinus de carceribus veterum, Patav. 1713. 8. et Prosper Stellartius lib. 1. de coronis et tonsuris cap. 14. Geolarii, commentarienses, fuerunt custodes carcerum, quibus damnatorum cura erat commissa. Vide Coel. Rhodiginum lection. antiq. XVII. 10. et Baluzium ad Cypriani epistol. 83. Ergastula ab Hadriano fuerunt sublata. Spartianus c. 18. De carceribus monachorum confer Ioan. Mabillonii Reflexions sur les Prisons des Ordres religieux. T. 2. Opuscul. postumorum, et Baluzium ad Capitularia T. 2. p. 1088. De poenis libertorum ingratorum apud Romanos singularem dissertationem Lipf. 1738. edidit Iac. Henr. Bornius. De poenis seruorum vide Plutarchum Coriolano f. 225. Nicol. Calliachii dissertationem T. 3. nouor. supplementor. thesauri A. R. et Graec. a Io. Poleno euulgatorum. Laurent. Pignorium libro de seruis, Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro III. 20. etc. De poenis Coquorum, Petauium ad orationes Themistii pag. 512. De poenis et castigationibus discipulorum et adolescentum in scholis eundem Petav. p. 511. et Ludov. Cresollium in theatro Rhetorum lib. 5. cap. 6. et sq. tom. 10. Gronov. De poena conatus et voluntatis Ioan. Henrici Pottii liber lucem vidit Francof. 1698. 4. cui iungendus Desiderius Heraldus lib. 5. animaduersion. in Salmasium cap. 2 sqq. pag. 337 sqq. Cuiacius observ. XV. 25. De poena in mortuos videatur Io. Schmidii diss. Lipf. 1677. De poena in bruta animantia Io. Frid. Mayeri dissertatio Witteb. 1686. et Iani Dousae Echo, Hagae Comit. 1603. 4. p. 55. De poena in res inanimatas Godofr. Hahnii dissertatio Lipf. 1685.

Prae ceteris vniuerſum hoc argumentum de poenis et variis earum apud varias gentes generibus apprime illuſtrauit Iacobus Doeplerus, Conſiliarius Schwarzburgicus in opere bipartito edito Germanice Sonderhuſae A. 1693 et 1697. 4. quod inſcripſit *theatrum poenarum, ſupplicicrum et exequutionum Criminalium*, Schauplaß der Leibes- und Lebensſtrafen. Idem parte 1. cap. 1. prolixe etiam agit de iudiciis variis praeſertim Germaniae, de quibus etiam notus Iuſti Georgii Schottelii liber de ſingularibus et antiquis in Germania iuribus et obſeruatis, Francofurti 1671. 8. et Ioan. Wernerus Gericken in Schottelio illuſtrato. Lipſ. 1718. 8. De Germanorum poenis et multis pecuniariis conferendum Chriſtophori Lehmanni Chronicon Spirenſe II. 28 ſq. De poenis apud veteres Pruſſos Erläutertes Preuſſen Tom. 2. pag. 141 ſqq. Suppliciorum plerorumque et tormentorum icones aere deſcriptas exhibet liber memoratus in [20] Muſeo Mineruae Venetae tom. 1. pag. 150. *Il teatro della crudelta pratticata nelli piu ſeveri tormenti del Mondo, che dalla crociſiſſione di Gieſu Chriſto ſino al giorno preſente ſi videro. Aperto in cento e quatro figure intagliate in rame, e delineate dell inventione di Giovanni Luychen, Olandeſe.*

XVII. De ſeruis apud Iudaeos praeter Interpretes ad Exodi XXI. 1-11. Leuitici XXV. 39. et Deut. XV. 12-18. e Maimonide et aliis agit Iac. Altingius diſſ. ſexta philologica, Heptade VII. tomo 5. Opp. pag. 222 ſq. vbi de perfoſſione aurium, et 237 ſq. vbi de ſeruorum proſelytiſmo et libertinis. Ioan. Georgius Abicht exercitatione de ſeruorum Hebraeorum acquiſitione et ſeruitiis Lipſ. 1704. Bernh. Sebaſt. Cremerus in tetrade Exercitationum propheticotypicarum, Amſtelod. 1723. 4. quarum prima eſt commentarius litteralis et myſticus de ſeruis. Ioan. Ens ſub Tac. Hai. van den Honert et Franc. Fabricio diſſertationibus VI. de iure ſeruorum et ancillarum Moſaico. Lugd. Batav. 1720. 4. Ioan. Henr. Heideggerus in exercitatione de oeconomia Patriarcharum, quae prima eſt in Hiſtoria ſacra Patriarcharum T. 1. vbi multa de ſeruis. Ioannis Caſimiri Miegii conſtitutiones ſerui hebraei ex ſcriptura et Rabbinorum monumentis collectae, nec non cum ceterarum gentium conſuetudinibus hinc inde collatae. Herbornae Naſſouior. 1735. 8. Leonhardi Hoffmanni ancilla hebraea. Ienae 1712. Ioan. Palmroot diſſertatio de ſeruis Hebraeorum. Vpſal. 1700. 8. Ioan. Chriſtianus Kirchmeierus in diſſert. de perpetua Hebraeorum ex aurium perfoſſione ſeruitute ad ſponſorem noſtrum I. C. non referenda. Marburgi 1725. et in eius exercitationum academicar. ſylloge. p. 338 ſqq. Vide et Surenhuſii opus Miſhnicum T. 3. pag.

[20] Galleria di Minerva.

pag. 360. 362. Wulferum ad Shekalim p. 24. Mishnam Sota III. 8. et ad eum locum Wagenseil. nota 5. p. 226 et B. Quenstadii antiquitates ecclesiasticas pag. 915. D. Emanuelis de Alzeuedo Soares dissertatio historicoiuridica de potestate Iudaeorum in mancipia sub Romanorum imperio latine scripta legitur in commentariis academiae Regiae Vlyssipponensis Lusitanice editis 1721. fol. De seruis Atheniensium diligenter disserit Ioan. Potterus lib. 1. Archaeol. Attic. cap. 9. tom. 12. Gronov. De Lacedaemoniorum seruis Cragius lib. 1. cap. 11. Meursius II. 6. Misc. Lacon. tomo 5. Gronov. et Benedictus Aueranius diss. 20 et 21. ad Thucydidem. De Helotibus Lacedaemoniorum Iulius Carolus Schlaegerus singulari dissertatione Helmstadii 1730 habita. De seruis publicis ac priuatis Cretensium idem Meursius in Creta lib. 3. cap. 14. De seruis Romanorum Philippus Ludouicus Hannekenius diss. 2. de cura domestica Romanorum Giessae 1669. 4. et Fabianus Toernerus in dissertat. de seruo Romano. Vpsal. 1727. 8. aliique mox memorandi. Nam vt de ministris atque apparitoribus Magistratuum et Sacerdotum apud Romanos, nonnihil prius addamus, ministri *Magistratuum* erant *Scribae*, de quibus Liv. X. 46. A. Gellius VI. 9. Nepos vit. Eumen. c. 1. Cicero Orat. Verrin. III. 79. et Ernesti in claui Ciceron. voce Scriba; *Accensi*, de quibus Salmas. de militia Rom. c. 14. 15. Onufrius Panuinius de ciuitate Rom. cap. 66. Sigonius de antiquo iure ciuit. Rom. lib. 2. cap. 15. Lipsius Elector. I. 23. et Philippus a Turre parte 1. monumentor. veteris Antii cap. 3. et Fabrettus inscript. c. 6. p. 433. *Praecones*, vide Brissonium de formulis lib. 1. 5 et 6. Iac. Gutherium de iure manium I. 18. et interpretes Iulii Pollucis lib. 4. segm. 91. *Lictores*, confer Thom. Reinesium ad inscript. p. 43. *Viatores*, de quibus Amplissimus Cuperus in Harpocrate p. 176 sq. Schwarzius ad Plinii Panegyricum p. 379. Burmannus ad Petronii cap. 97. et Sertorius Vrsatus in monumentis Patauinis, p. 232. *Ianitores*, *Statores* de quibus Guilelmius cap. 30. de Magistrat. Rom. *Carnifices*, *Diribitores*, *Rogatores*, *Custodes*, *Nomenclatores*, *Excubitores*, *Stipatores*, *Calatores*, *Diuisores et Apparitores Bruttiani*, de quibus vide Onuphrii Panuinii de ciuitate Romana cap. 56 et 66. Sigonium de antiquo iure ciuium Romanorum cap. 15 et 9. vbi de Scribis. Lipsium lib. 1. Electorum cap. 22 sq. vbi sigillatim de Lictoribus multa, de quibus etiam Vossius Etymologico, Alexander ab Alexandro lib. 1. c. 27. et Reinesius in Epist. ad Hofmannum p. 554 sq. Ianus Guilelmius de Magistratibus Romanorum cap. 29 sq. et P. Faber lib. 2. semestrium pag. 326 sq. Wolfg. Lazius 2. de Republica Rom. pag. 291 sq. et Bulengerus de imperio Rom. III. 36. Andr. Christiani Eschenbachii diss. de Scribis veterum Romanorum Ien. 1687. et T. 2. syntagm. diss. A. 1700. 8.

atque in Eſchenbachii diſſ. academicis V. Norimb. 1705. 8. Miniſtri *Sacerdotum* populi Romani Camilli et Camillae, Flaminii et Flaminiae, Aeditimi ſiue Aeditui: ſcribae publici Pontificum; a commentariis XV virum ſacris faciundis, adiutores Haruſpicum, Calatores Sacerdotiorum (confer Begeri ſpicileg. p. 107.) Tibicines, qui ſacris publicis praeſto erant, Tubicines, Pullarii, Popae, Victimarii, Lictor Flaminius, Flaminis dialis, Praecia ſiue Praeclamitator, Lictores ſex virginum Veſtalium, Praefica, Deſignator, et Veſpa ſiue Veſpillo. Vide Onuphrium de ciuitate Rom. c. 42 et 45. Ceterum de omni ſeruorum apud Romanos praeſertim genere eorumque officiis egregius exſtat liber Laurentii Pignorii de ſeruis, pulcherrimarum rerum plenus nec ſimplici vice editus vt Auguſtae Vindelicor. 1613. 4. Patav. 1656 et 1693. 4. in qua poſtrema editione acceſſit liber eiuſdem Pignorii ſymbolicarum epiſtolarum excuſus pridem Patav. 1629. 8. In editione libri de ſeruis Amſtelodamenſi 1672. 12. ſubiicitur Titus Popma de operis ſeruorum ex edit. Antwerp. 1606. 8. Tum Ludouici Antonii Muratorii diſſertatio de ſeruis, quae inſerta eſt tomo tertio commentariorum ſocietatis columbariae Florentinae, in qua Pignorius, qui ſeruorum et libertorum officia non ſatis accurate diſtinxit, refellitur. Oſtendit vero Muratorius, ſeruis viliora, libertis honoratiora demandata fuiſſe miniſteria: vt praetereamus, quae de ſeruis ex veterum lectione notata ſunt a Alexandro ab Alex. III. 25. Salmaſio de modo vſurarum cap. 19. pag. 870 ſq. Gualtero Donaldſono in oeconomica ſua, et Ioſepho Laurentio lib. 1. Polymathiae diſſert. 9 ſq. Exſtat etiam in Bibl. Ioannea huius vrbis Hamburgenſi apparatus non contemnendus de hoc argumento magna cum induſtria collectus a Frid. Lindenbrogio, haud indignus fortaſſe qui digeratur et in lucem edatur. Serui alii erant mercenarii, Homero Odyſſ. 4, 644. θῆτες. Alii mancipiorum in numero, ſiue bello capti ſiue emti aere, ſiue nati in familia ſiue peregrini, qui ſe ad tempus in ſeruitutem dabant, vt ciues Romani poſſent fieri poſt manumiſſionem. Vide Burmannum p. 282. ad Petronium. Seruorum conditionem non adeo duram ac deteſtandam fuiſſe, vt vulgo perhibetur, probare contendit Georgius D'Arnaud duabus diſſertationibus de iure ſeruorum, et de his, qui pretii participandi cauſſa ſeſe venundari patiuntur. Leouardiae 1744. 4. De nundinatione ſeruorum apud veteres liber ſingularis hiſtoricoiuridicus Io. Frider. Iugleri editus eſt Lipſiae 1741. 8. Seruis recens emtis apud Athenienſes dabantur bellaria, vide Ezech. Spanhemium ad Ariſtoph. Plutum v. 768. 795. De ianitoribus veterum ſiue de miniſtris ad fores vt appellat Lampridius in Alexandro Seuero, conſules Caſp. Sagittarium lib. de ianuis veterum cap. 16. De Oſtiariis Imperatorum conſule Pignorium p. 214. et Franc. Bianchinum

in

in libro Italice edito: Camera ed Inſcrizione ſepulcrali de' Liberti, Servi et Vfficiali della Caſa di Auguſto. Romae 1727. fol. pag. 22. De Oſtiariorum Palatii et Eccleſiae officiis quae non inter vilia aut abiecta reiicienda ſed magnis dignitatibus adſcribenda ſunt, vide Cangii gloſſarium et Begeri ſpicilegium antiquitatis p. 80. Apud eundem Begerum p. 83. memoratur Tiberii Caeſaris Pediſequus primianus pag. 103. atrienſes, arcellarii, et arcarii ſerui pag. 112. 113. De more pedes venalium mancipiorum creta notandi vide Dalechampium ad Plin. 35. 17. vnde perſpicuum eſt cap. 18. non legendum cum codice Pintiani *ocreatis pedibus*, ſed *cretatis*. De ſeruis ad menſam miniſtrantibus Stuckius antiquit. Conuiual. II. 20 ſq. p. 202 ſq. III. 3. p. 286. de inuitantibus idem II. 3. de ſeruorum victu ac diaeta. Idem I. 22. De aquariis eorumque variis generibus Bianchinus lib. cit. pag. 20. et Pignorius p. 180. De iure vitae et necis apud Graecos negato dominis in ſeruos, apud Romanos conceſſo, Deſiderius Heraldus p. 287 ſq. animaduerſionum in Salmaſium. De dominorum in ſeruos et Parentum in libros poteſtate conſtitutionibus Principum coercita Grotius pag. 15 ſq. florum ſparſionis, et Petrus Faber III. 16. pag. 220 ſqq. ſemeſtrium. *Dotales* ſerui et *recepticii* vocantur qui in mariti poteſtate non erant, ſed vxori peculiares, quippe excepti cum pecunia quam illa pro libitu tractabat, nec dati doti. Vide quae ad Gellium XVII. 6. et Plauti Aſinariam Act. 1. ſcen. 1. verſ. 72. Manumiſſionis Seruorum non vnus ritus fuit: manumittebantur enim vel 1) ad plenam libertatem atque ita, vt ciues R. fierent, *vindicta*, ſiue virga Praetoris alapaeque inflictione [21] et actione in circulum: vel *cenſu* aut denique *teſtamento*, videatur Boethius I. ad Topica Ciceronis p. 271. [22] vel 2) ita, vt impetrarent libertatem non iuſtam, fierentque Latini iuris non Quiritium, per *epiſtolam* [23], vel *inter amicos* et *conuiuii adhibitione*. Vide quae ad Senecam de vita beata c. 24. Ita manumiſſi quidam non plene ſed conditione operarum vel cenſus annui. Vide Cangium in *capitales*. Libertos ſiue manumiſſos ingratos fas erat a Dominis ſuis iterum addici in ſeruitutem, vnde S. Ambroſius cap. 3. de Iacobo et vita beata tomo I. p. 488. *Ita libertatem accepiſti, vt meminiſſe manumiſſoris tui debeas, vt patrono tuo noueris legitimum obſequium deferendum, ne ab ingrato reuocetur libertas:* Adde Gothofredum ad Cod. Theodoſ. II. 22. IV. 11. et Iac. Henr. Bornii diſſert. de poenis ingratorum libertorum apud Romanos. Lipſ. 1738. Ceterum de manumiſſione eiuſque generibus ac ritibus confer Interpretes ad Tacitum lib. 13. annal. cap. 27. Briſſonium lib.

[21] Vide Libanium Tom. 2. pag. 250.

[22] Confer Briſſonium lib. 7. de formulis pag. 639 et 665.

[23] Vide Gaulminum pag. 41. ad Euſtathium.

lib. 1. antiquitatum iuris cap. 11. Wilhelmum a Loon, libris 4. de manumissione seruorum apud Romanos, Vltrai. 1685. 12. Cotelerium tomo 1. Patrum Apostolicorum p. 105. Phaedrum P. Burmanni p. 111 sq. Mich. Piccartum oratione XII. Thom. Crenium tom. 1. animaduersionum historico philologicarum, p. 84 sq. Aug. Politianum Misc. c. 34. Nicol. Henelium p. 442. Otii Vratislauiensis. Carol. Sigonium de antiquo iure civ. Rom. lib. 1. cap. 6. et Ioan. Gottl. Heineccium syntagm. antiq. Rom. iurisprud. illustrant. lib. 1. tit. 4. De formulis manumissionis vide Petrum Franciscum Chifletium in quatuor opusculis p. 230 sq. et Brissonium de formulis lib. 8. Adde Edmundum Martene, apud quem T. 1. thesauri anecdotorum p. 765 et 914. occurrunt formulae manumissionis, quemadmodum pag. 764. formula seruitutis. De pileo, libertatis P. R. olim indice et restitutae vindice, confer Iani Gerhardi Milzouii IV. dissertationes. Hafniae 1655. Ioan. Burchardi Menckenii dissertationes litterarias p. 211 sqq. et Gundlingium in den kleinen deutschen Schriften. Halae 1737. 8. p. 465 sqq. Manumissionis iconem veterem illustratam habes in Ioan. Frider. Christii noctibus academicis, p. 99 sqq. De eo, quod licuit seruo pecunia se ex seruitute sua redimere, Frid. Lindebrogius ad codicem legum antiquarum pag. 1464. De manumissione per denarii excussionem id. p. 1387. Martene T. 1. thesauri anecdot. p. 104. et Muratorius in Dissertazioni sopra le Antichita Italiane, T. 1. p. 165. et de manumissione in ecclesia idem Lindebrogius p. 1432. Ad locum Tertull. lib. 5. cap. 4. contra Marcion. *alienos enim seruos nec Galba manumisit* vide Latinium tomo 1. epist. pag. 298. Sub initium Consulatus sollemne seruos manumittere, vt notat Sirmondus pag. 193. ad Sidonium, qui pag. 72 sq. ad Ennodium etiam videndus de manumissione in Ecclesia apud Episcopum facta, et de more frangendi tabulas seruitutis tomo 1. oper. pag. 334 sq. Manumissionis formula, sine qua nemo ex familia propria ad sacros ordines promouere valebat, legitur apud Muratorium T. 2. anecdotor. p. 187. cum Muratorii obseruationibus. Optimi ordinis caussa decuriatos fuisse libertos, indeque illis, qui his decuriis praeessent, Decurionum nomen inditum esse post Gutherium ostendit Celeberrimus Gorius in monumento, siue columbario libertorum et seruorum Liuiae Augustae et Caesarum p. 87 sqq. et Bianchinus p. 21. De ἰσονομίᾳ κρονικῇ et more, quo certis diebus festis quotannis domini seruis ministrarunt praeter Plutarchum in Numa adeundus Martinus Delrio in comment. ad Senecam Tragicum p. 25. Alexander ab Alexandro lib. 2. cap. 22. dierum genial. tom. 1. edit. cum notis variorum pag. 462 sq. Non nisi seruos Romae, initio medicinam exercuisse, negat contra Robortellum argumentis non inficiandis Casaubonus ad Suetonii Caesar. cap. 4.

Dre-

Drelincurtius in apologia medica (vbi et de eo quod non ſexcentis annis Roma exſulauerint) et Sponius miſc. pag. 144 ſq. Vide Iulii Caroli Schlaegeri hiſtoriam litis de medicorum apud veteres Romanos degentium conditione. Helmſtadii 1740. 4. De medicis Graecorum eorumque honoribus, et quod liberi, non autem ſeruilis conditionis fuerint, deque mulieribus medicis Graec. confer C. M. Schmidbauerum de re medica veterum Graecorum. Altdorfii 1746. De feminis ex arte medica claris exſtat diſſertatio Polycarpi Friderici Schacheri. Lipſ. 1748 edita. De ſeruis terrae, ὁμοδούλοις τῶ ἀγρῶ, Valeſius ad Sozom. IX. 17. De maſnadis aliisque ſeruis apud Longobardos V. C. Iuſtus Fontanini in libro edito Italice Venet. 1698. 4. qui recenſetur in actis eruditorum tomo 3 ſupplementi pag. 282 et germanice verſus a Ioan. Georg. Eſtore inſertus eſt P. 2. eius auserleſener kleiner Schriften, p. 294 ſqq. et L. A. Muratorius T. 1. antiq. Italiae p. 156. De ſeruis veterum Germanor. Phil. Cluuerius lib. 1. antiquae Germaniae cap. 15. pag. 98 ſq. Varia eorum genera refert Lindebrogius ad codicem legum antiquarum pag. 1477. *Scale*, ſeruus, id. p. 1348. De ſeruis apud Germanos medii aeui nonnulla praeclara monet diſſertatio Ioan. Nicolai Hertii τῦ μακαρίτυ de hominibus propriis [24], quae recenſetur in obſeruationibus Hallenſibus tomo 4. p. 195 ſq. et inſerta eſt eius opuſcul. Vol. 1. T. 2. N. 4. Vide et Cangii gloſſarium in *barſcalcus*. Ioannis Herm. Stamm libros tres de ſeruitute perſonali, quorum primus perſequitur veteris et recentis aeui iura circa *ſeruos*, ſecundus de *famulis* tractat, tertius de *hominibus propriis*. Frfti 1625. 8. Ioan. Frid. Huſani librum de hominibus propriis. Hamb. 1590. 8. I. G. Eſtor in ſpecimine iuris germanici de hominibus propriis Germaniae, in Weſtphalia praeſertim ſuperſtitibus, quod exſtat P. V. eius auserleſener kleiner Schriften p. 114 ſqq. Hermanni Ad Meinders diſſertationes binas de origine, natura et conditione hominum propriorum et emphyteuticorum, nec non de manumiſſionibus et redemtionibus hominum propriorum, quae ſubiunctae ſunt eius diſſertationi de iurisdictione colonaria. Lemgouiae 1713. 4. Chriſtiani Thomaſii diſſert. de hominibus propriis et liberis Germanorum. Halae 1701. Iuſti Henningi Boehmeri diſſert. de iure et ſtatu hominum propriorum, a ſeruis Germaniae, non Romanis, deriuando, Halae 1716 recuſam in eius Exercit. ad Pandectas T.

[24] De his etiam fuſe in C. H. S. theatro ſeruitutum, edito germanice Norimbergae A. 1709. 4. Ceterum falli Ioannem Bodinum, qui lib. 1. de republica capite 5. ſcripſit omnem ſeruitutem inter Chriſtianos ſublatam fuiſſe A. C. 1215. docet Chriſtianus Thomaſius ad inſtitutiones, p. 14. Iura ſeruitutis in res publicas Chriſtianas reduci optat Ioan. Petrus Ludewig de iure clientelari Germanorum. Halae 1717. 4. p. 148 ſq.

T. I. p. 736. Idem Boehmerus lib. 4. tit. 9. iuris ecclesiastici Protestantium T. 4. pag. 77 sqq. agit de coniugio seruorum, quorum alii *Casati* siue glebae addicti, alii ministeriales *Gasindi* dicebantur. Consulenda quoque sunt, quae de seruis Germanorum medii aeui in medium attulerunt Ioan. Guil. de Goebel cap. I. libri de iure et iudicio rusticorum in foro germanico. Helmstadii 1743. 4. editi, et Henr. Christi. Senckenberg semestrium libro vnico, fasciculo sexto. Praecipue vero commendandus est Ioachimus Potgiesserus, Tremoniensis, in libris tribus de conditione seruorum apud Germanos tam veteri quam noua, qui primum prodiere Coloniae 1707. 8. deinde multis accessionibus aucti atque ita immutati, vt nouum plane opus videri possit, recusi sunt Lemgouiae 1736. 4. De seruorum coniugiis, Ioach. Vadiani ad Ioan. Zwickium epistola, ad calcem scriptorum rerum Alemannicarum Goldasti, tomo 3. De manumissione seruorum apud Germanos, praeter eundem Potgieserum libro tertio, videndus Christianus Thomasius notis ad institutiones pag. 19. et Goldastus ad paraeneticos veteres pag. 433 sq. qui pag. 437. singularem hac de re tractatum promittit. Formulas manumissionis apud Anglo-Saxones vide in Hickesii dissertat. epistolar. pag. 14. 23. In Africa fuit *δέλων πόλις* in qua vnicus ingenuus Dianae sacerdos. Vide Schottum ad proverbia p. 296. De festo seruorum Hesych. in *σακαία*.

CAPVT XVI.

Scriptores de reditibus, censu, decimis, primitiis, vectigalibus, aerario, salariis, immunitate, testamentis, nundinis, auctionibus, numis, vsura, abaco, mensuris ac ponderibus.

De aerario et reditibus regum Israelis. I. *De decimis ac primitiis apud Iudaeos et alias gentes.* 2. *De reditibus et vectigalibus Graecorum, Persarum etc.* 3. *De Romanorum vectigalibus, aerario, censu, et rationariis Imperatorum.* 4. *De immunitate, largitionibus, salariis.* 5. *De testamentis.* 6. *De nundinis auctionibus, tabulis nouis etc.* 7. *De commerciis et nauigatione veterum.* 8. *De numis veterum.* 9. *Hebraeorum et aliorum Orientalium.* 10. *Graecorum.* 11. *Romanorum.* 12. *Germanorum, Gallorum etc.* 13. *Historiae numismaticae.* 14. *Siglae in numis et antiquis inscriptionibus.* 15. *De abaco.* 16. *Vsuris.* 17. *Mensuris et ponderibus.* 18.

I. De

I.

De aerario et reditibus regum Iſraelis magnum eſt apud Iudaicos et Chriſtianos ſcriptores ſilentium, praeter pauca illa, quae notauit Villalpandus ad Ezechielem tom. 2. parte 2. pag. 509 ſq. qui reditus regis Salomonis annuos computat 57876 talenta Attica (adde pag. 553.) eaque confert cum reditibus regum Aſſyriorum, Perſarum, Graecorum, Romanorum: Bertramus cap. 15. de republica Hebraeorum pag. 271 ſq. editionis Conſtantini l'Empereur et Schickardus de iure regio pag. 211 ſq. et 275 ſq. editionis Carpzov. et 269. vbi de Decimis [1] regi tribuendis. Vide etiam ſis interpretes ad IV. Regum XVIII. 15. et XX. 13. 17. De ſacro aerario per annuam ſicli, menſe Adar offerendi, ſolutionem augeri et conſeruari ſolito, adi Talmudicos in tractatu Seckalim quem illuſtrauit Ioan. Saubertus, Altdorfii 1680. 4. Seldenum lib. 4. de iure nat. et gentium cap. 5. et lib. 3. de Synedriis cap. 10. et Ioan. Heinr. Parreidt diſſert. de auro iudaico. Lipſ. 1743.

II. Sacerdotes alebantur ex ſacrificiis, decimis, primitiisque. Ac de *decimis* quidem frugum, fructuum, pecorum et armentorum videbis interpretes ad Num. XVIII. 21. Tob. I. 6. De decimis ſecundis ad Deut. XIV. 24. Tob. I. 7. et Eduardum Bernhardum pag. 287. ad Ioſephum, Miſhnam Surenhuſianam tom. 2. pag. 108. De decimis tertiis denique interpretes Deut. XIV. 28. XXVI. 12. Tob. I. 8. Spectant ad hoc argumentum codices Talmudici דמאי *de re dubia* tomo 1. edit. Surenhuſ. pag. 76. מעשרות [2] pag. 245. מעשר שני pag. 263. et ערלה pag. 306. de arborum praeputiis. Moſis Maimonidis Jad chaſakah lib. 7. tr. 3 et 6. Guil. Guiſius ad Berachot VII. 1. Ioſephi Scaligeri diſſert. de Decimis inter eius opuſcula, D. Auguſtus Varenius in ſuo trifolio, Sixtinus Amama ad calcem Antibarbari Biblici et poſt Druſium in loca Ioſuae, Iudicum et Samuelis. D. Carpzov. ad

[1] Apud alias etiam gentes morem illum Decimarum ciuilium principibus pendendarum receptum fuiſſe docent Plutarchus in quaeſtionibus romanis vbi de decimis Herculi datis pag. 238. Iulius Pollux pag. 6. Suidas in Μόξος, et e recentibus Seldenus ad marmora Oxon. pag. 45. Huetius Alnetanis quaeſt. pag. 323. Bulengerus de vectigalibus cap. 8. tomo 8. Graeuian. pag. 846 ſq. et Paganinus Gaudentius de ſaeculi Iuſtinianei moribus p. 30. 32. Ac ſub initium huius ſaeculi regi Chriſtianiſſimo Decimas huiuſmodi loco omnium aliorum tributorum exigere ſuaſit, cui tot munitiſſima caſtella debet Francia, Sebaſtianus de Vauban in libro *projet d'une dixme Royale* anno 1707. 12.

[2] Vterque codex etiam latine verſus a Ioanne Vlmanno exſtat in eius centuria prima deliciarum ruralium in loca difficiliora V. T. pag. 127 ſqq. Argentorati 1705. 8.

Schickardi ius regium Hebr. pag. 270 ſq. Ioan. Seldenus opere [3] anglice edito de Decimis, Lond. 1618. 4. et in eius operibus Vol. 3. pag. 1060 ſqq. cuius tria primora capita latine a ſe verſa Ioan. Clericus V. C. ſubiunxit commentario ſuo iam bis edito in Pentateuchum. Franc. Gomarus T. 1. Opp. p. 643. Dauid Clericus Quaeſt. ſacr. pag. 2 ſqq. Io. Spencerus III. 10. de legibus Hebraeorum. Samuel Baſnagius annal. politico-eccleſiaſtic. Tom. 2. p. 504 ſqq. Salomo Deylingius obſerv. ſacr. P. 3. p. 209 ſqq. et 271 ſqq. Ioannes Prideaux oper. theolog. p. 360 ſqq. Paullus Fagius in Onkeloſi Paraphraſin Devt. XIV. Bernh. Seb. Cremerus Antiquitatum Moſaicotypicarum Tom. 1. p. 115 ſqq. Petrus Zornius ad Hecataei Abderitae Eclogas p. 17. Georg. Ludov. Oederus in centuria coniecturarum de difficilioribus S. S. locis p. 110 ſq. et I. G. Carpzouius ad Goodwinum p. 619 ſqq. His addendus Io. Conradus Hottingerus dignus Henrici nepos, cuius commentarius philologicus ſiue exercitationes X. de Decimis Iudaeorum cum epiſtola doctiſſimi Viri Hadr. Relandi anno 1712. prodierunt Lugduni Batav. in 4. et diſſertationes Alb. Gunzelii. Witteb. 1641. Io. Friſchmuthi. Ienae 1657. Guſtaui Peringeri. Vpſal. 1685. Dan. Mülleri. Ienae 1692. Ioan. Kaerup. Hafniae 1707. Similiter in veteri Eccleſia Chriſtiana Clericis Decimae datae, vel loco illarum liberae oblationes tanquam decimae, vt loquitur S. Cyprianus Epiſtola 1. Confer M. Antonium de Dominis IX. 2. Cotelerium ad conſtitut. Apoſtol. II. 35. Petrum de Marca IV. 10. de Concordia Sacerdotii et Imperii, et VI. 12. vbi de eo, quo jure Decimas redituum Eccleſiaſticorum ſibi arroget Epiſcopus Romanus. Ioſephum Binghamum lib. V. Orig. eccleſiaſtic. c. 5. Iuſt. Henning. Boehmerum T. 3. iuris eccleſiaſtici Proteſtantium. Chriſt. Thomaſii obſerv. de Decimis, quae exſtat T. X. obſerv. Halenſium p. 221 ſqq. et Miſanders (Ioan. Sam. Adami) curieuſe Gedanken vom Decem. Dresd. 1704. 8. Iure diuino decimas eccleſiaſticas deberi diſputat *Franc. Suarez* libro de diuino cultu c. 9 ſqq. p. 71 ſqq. Aduerſus Seldenum [4], cui poſtea

[3] Titulus operis eſt: *Hiſtory of tythes, that is the practice of payment of them, the poſitive lawes made for them, the opinions touching the right of them.*

[4] Seldenus coactus eſt A. 1618. 18 Ianuarii Archiepiſcopis et Epiſcopis ſatisfacere hac epiſtola retractoria, quam in Hiſtoria eccleſiaſtica Angliae refert Ieremias Collierius et Richardus Tillesley praefat. ad animaduerſ. in Seldenum B. 4. *My good Lords.* I moſt humbly acknowledge my error, which I have committed in publiſhing *the Hiſtory of Tithes*, and ſpecially in that I have at all by ſhewing any interpretation of holy Scriptures, by

poſtea aſſenſus eſt Miltonus, pugnant Rich. Montacutius in Decatevticis, ſiue diatribis upon the firſt part of the late Hiſtory of tithes. Lond. 1621. 4. et apparatu ad Origines Eccleſ. pag. 254 et tom. 2. Originum pag. 210. Iacobus Semple libro de ſacrilegiis, Georgius Carletonus, Ciceſtrienſis Epiſcopus, et Cornelius Burgeſius aliique ſcriptores Angli de Decimis. Richardus praecipue Tillesley animaduerſionibus ad Seldeni Hiſtoriam decimarum Anglice editis Lond. 1621. 4. quibus praemiſſus eſt Catalogus LXXII. ſcriptorum qui ante A. C. 1215. fuerunt, et ius Diuinum decimarum agnoſcunt. De origine et iure Decimarum in Germania prodiit diſſertatio Georg. Ludov. Boehmeri. Goettingae 1749. Hermanni Adolphi Meinders diſſertatio de origine et iure decimarum in Germania ſubiuncta eſt eius operi de ſtatu religionis et reipublicae in Weſtphalia. Lemgouiae 1714. 4. Laicis decimas percipientibus conceſſa facultas fuit a S. Ludouico Galliae Rege eas eccleſiis cedendi, vide Martenium tom. 1. Anecdotorum pag. 1126. a Bonifacio VIII. permiſſum, decimas per biennium colligi ex bonis eccleſiaſticis in regni Galliae ſubſidium; idem ibid. pag. 1286 et 1290. De *nonis* et *decimis* ſub Carolo M. et poſteris frequens mentio. Videatur le Cointe tom. 5. p. 659 ſq. et tom. 7. p. 726. Nonae iure colonario, decimae iure eccleſiaſtico ſoluebantur. Vide Cangium in *Nonae*. De decimis eccleſiaſticis in gratiam pauperum impoſitis agit Ioan. Launoius tom. 2. Opp. parte 2. pag. 592 ſqq. Decimas ſoluere etiam plus ſimplici vice in Alcorano iubet Muhamedes. De Decimis apud gentes perſolutis vide Spencerum III. 10. de legibus Hebraeorum.

by meddling of Councils, Fathers or Canons, or by what elſe ſoevers occurs in it, offered any Occaſion of argument againſt any right of maintenance, Iure Diuino, of the Miniſters of the Goſpel: beſeeching your Lordſhips, to receive this ingenuous and humble acknowledgment, together with the unfeigned proteſtation of my Grief, for that through it i have ſo incurred both his Maieſty and your Lordſhip's diſpleaſure, conceived againſt me in the behalf of the Church of England. Tomo tertio nouae editionis operum Seldeni Londini 1726. tribus voluminibus in folio curante Dauide Wilkinſio excuſae, exſtat Anglice the hiſtory of Tithes with a Review ex edit. Londin. 1618. 4. an admonition to the Reader of Sir James Serapil's appendix, and of Dr. Tillesley's animadverſions upon the hiſtory of Tithes: (quam reſponſionem edi prohibitam queritur T. 3. 1706.) a Letter tho the Marqueſs of Buckingham. Legitur etiam in eodem volumine tertio p. 1455 ſqq. diſſertatio de ſcopo hiſtoriae decimarum ad Regem Iacobum. Hiſtoriam carceris ſui ipſe texit Seldenus in vindiciis maris clauſi T. 2. opp. pag. 1421 ſqq. vide quoque pag. 1697 et 1699. vbi de prima editione libri ſuppreſſa.

De *primitiis* frugum, fructuumque et primogenitis apud Iudaeos in Templo offerendis, quas πρωτογεννήματα vocat Philo de sacrificiis p. 172. Vol. 1. edit. Mangeianae. ἀπαρχὰς τῶν πρωτογεννημάτων p. 177. et πρωτότοκα p. 180. idem Philo de praemiis, Vol. 2. p. 233 sq. Varenius in trifolio sacro, Rost. 1646. 4. Buxtorfius Lexico Rabbinico pag. 2650 sq. Scriptores memorati supra pag. 434. vbi de festo messis: Talmudici in tractatibus בכורים et בכורות tom. 1. edit. Surenhus. pag. 320. et tomo 5. pag. 155. e quibus priorem etiam cum versione magis perspicua et notis suis edidit Vir Clariss. Christianus Ludouici 1696 et Lips. 1712. 4. Maimonides in tractatu de primitiis, quem ex parte Gustauus Peringerus. Vpsal. 1694. integrum vertit et edidit Ioan. Rudolph. Cramerus. Lugd. Batav. 1702. 4. Abarbanel capite tertio Exordii in Leuiticum, Ioan. Lightfootus Decade chorogr. Marco praemissa c. 4. §. 6. Ioannes Rudolphus Grunerus in diatribe de primitiarum oblatione ac consecratione. Lugd. Batav. 1739. 8. Bernh. Sebastianus Cremerus antiq. Mosaicotypic. tom. 2. pag. 165. Paullus Fagius in Onkelosi Paraphrasin in Devt. XXVI, 2. Outmannus in codicem Iadaiim pag. 53 et 184 sqq. I. G. Carpzouius ad Goodwinum p. 611 sqq. Interpretes ad Exod. XXIII. 19. XXXIV. 19. 26. Leuit. XIX. 23. XXIII. 10. Num. XV. 20. Tob. I. 6. et dissertationes Danielis Lipstorpii. Bremae 1693. Danielis Lundii. Vpsal. 1703. Io. Henr. Hottingeri Marpurgi 1711. et Danielis Gerdesii. Duisburgi 1730. De primitiis lanae detonsae speciatim vide scriptores apud Lundium pag. 881. §. 21. Sic primitias etiam in Ecclesia Christiana veteri offerrendi morem obtinuisse affirmant Beueregius ad Can. IV. Apostolicum et in codice canonum vindicato pag. 191 sq. Goarus ad Euchologium pag. 656. Nouarinus in schediasmatibus sacro profanis lib. 5. c. 13. Petrus Canisius de decimis, primitiis, oblationibus, Ingolstad. 1609. 8. Sed negat Celeberrimus Io. Georg. Walchius Histor. Eccl. N. T. pag. 782. ostendens, primitiarum nomine ab Irenaeo, ad quem in primis prouocant aientis sententiae patroni, non nisi panem et vinum eucharisticum esse significatum. Similem Aegyptiorum, Graecorum, Romanorum aliarumque gentium vsum obseruarunt Grotius ad Exod. XXIII. 19. Spencerus III. 9. de legibus Hebraeorum, Lindenbrogius ad Censorinum pag. 6 sq. Meursius in Graecia feriata pag. 117. vbi de primitiis Vestae oblatis, et Tho. Crenius in Museo philologico historico pag. 8 sq. Praedae quoque primitias diis esse oblatas ostendit Eustathius ad Odysseam p. 692 edit. Basil. 1560. et Suidas in ἀκροθίνια, quibus iunge Elsnerum ad Hebr. VII. 4.

De beneficiis et reditibus Ecclesiasticis scriptores laudauimus supra p. 679. cap. 13. §. 23. quibus addenda quae supplementi loco ad librum de hoc argu-

mento

mento ſub Hieronymi Acoſta nomine editum notauit Rich. Simon tomo 3. Bibl. criticae cap. 32 ſq.

III. Antiquiſſimis temporibus dona oblata regibus, vt narrat Herodotus III. 89. Primus Darius Hyſtaſpis Perſarum rex tributa ſtata impoſuit, vnde dictus κάπηλος. Eius reditus annui 14560 talenta. De Graecorum aliarumque gentium cenſu, reditibus, vectigalibus, tributis agunt Chriſtophorus Beſoldus, Caſp. Klockius et Iacobus Bornitius in libris de Aerario et Gregorius Tholoſanus in ſyntagmate iuris vniuerſi lib. 3. etſi operae pretium eſſet hoc argumentum quod ad celebriora regna et respubl. Graeciae et Aſiae attinet, diligentius et ex inſtituto a viro aliquo erudito pertractari. De Athenienſibus tamen vide Potterum lib. 1. Archaeol. cap. 14 ſq. de Lacedaemoniis Cragium IV. 1 ſq. Apud Perſas hoc peculiare, quod et hodie etiam ab illis obſeruari notat Ioan. Chardinus tomo VI. deſcript. Perſiae cap. 7. vt certis regionibus iniunctum eſſet per certam partem anni regem eiuſque aulam vel exercitum alere, aut certum genus rerum neceſſariarum aut ad commoditatem vel luxum etiam et ſplendorem facientium ſuppeditare, vt ex Herodoto et Strabone notat Briſſonius lib. 1. de regno Perſar. pag. 163. Ita reginis in ſingulas mundi muliebris partes integrarum prouinciarum vectigalia addicta fuiſſe e Platonis Alcibiade 1. notauit Muretus XV. 10. Var. lectionum. In regium fiſcum illata fuiſſe Herodotus ſcribit talenta annua 14560. Iuſtinus 30000. Chardinus tomo 6. p. 147. ait regi Perſiae quotannis redire tricies et bis millena millia librarum Gallicarum: Adamus Olearius octies millena thalerorum millia, quorum ſinguli tres valent libras Gallicanas. Confer Barnabam Briſſonium de regio Perſarum principatu lib. 1. p. 252 ſqq.

IV. De reditibus, aerario [s], fiſco et tributis ac vectigalibus veteris Romae videatur Onuphrius Panuinius in imperio romano cap. 22. tom. 1. theſ. Graeuiani pag. 441 ſq. Iul. Caeſ. Bulengerus lib. 9. de imperio romano (tomo 8. antiq. Roman.) et quae libro tertio habet de aerario, fiſcoque. Eiuſdem Bulengeri liber de tributis ac vectigalibus populi romani prodiit Toloſae 1612. 8. et ſubiectus eſt vtrique editioni tractatus Chriſtophori Beſoldi de aerario publico, Tubingae 1618. et auctius Francof. 1620. 4. His addendus Nicolaus Bergierius lib. 1. de publicis imperii romani viis tom. 10. Graev. lib. 1. ſect. 12. et ſq. et ſectione 21. vbi de pecunia manubiali. Chriſtianus

[s] Paullum Manutium, qui triplex aerarium fingit, vnum triumphale de ſpoliis et manubiis, ſanctius alterum, in quo aurum viceſimarium, et tertium in quo annuae vectigalium penſiones repoſitae fuerint, refellit Philippus Rubenius lib. 1. electorum cap. 24.

ſtianus Fridericus Franckenſtein in obſeruationibus de aerario, quae ſeorſim primum editae Lipſiae, deinde curante Io. Georgio Graeuio recuſae Vltraiecti 1701. 4. in ſyntagmate variarum diſſert. pag. 632 ſq. Ratbodus Hermannus Schelius in diſſertatione de tributo et aerario, recuſa tomo 10. theſauri Graeuiani pag. 1223. Chriſti. Donatus, cuius exercitatio de aerario romano prodiit. Witteb. 1670. Henr. Dodwellus praelection. Cambdenian. pag. 457 et 709 ſqq. Adamus Colerus Parerg. iuris cap. 28. Ferratius Epiſtol. pag. 221 ſqq. auctor Anonymus, qui anglice edidit, in gallicum deinde ſermonum translatas: *Remarques ſur l'adminiſtration des finances des Romains*, quae inſertae ſunt tomo primo ſylloges, Recueil des pieces d'Hiſtoire et de Litterature, Pariſiis 1738. 8. p. 103. et Alexander ab Alexandro genial. dier. lib. et cap. 2. vbi etiam de quaeſtoribus eorumque ſcribis et in eorum locum ab Auguſto conſtitutis praetoribus aerarii, de quibus Lipſ. ad Tacit. lib. 13. Annal. Quod in prouinciis procuratores Caeſaris, in vrbe fuerunt praefecti aerarii. Vide Briſſonium III. 18 et 19. antiquitat. iuris, qui etiam de procuratore rei priuatae et de fiſci patrono videndus c. 20 et 21. De vectigalibus veteris Romae praeter Lipſium lib. 2. de magnitudine romana, Bulengeri commentationem paullo ante laudatam, et Pancirolli obſeruationes III. 31. variarum lectionum, exſtat etiam eximius liber V. C. Petri Burmanni, editus primum Traiecti ad Rhenum 1694. 12. et deinde auctius recuſus Lugd. Batav. 1734. 4. ac inſertus tomo primo ſupplementor. a Poleno editorum, pag. 911. de quo conſulenda Acta Eruditorum 1695. pag. 178 ſq. et 1737. pag. 489 ſq. De vectigali ſalinario Pitiſcus ad Aurel. Victorem pag. 64 et 185. De vectigali meretricio ſiue chryſargyro Bandurius ad antiquitates Conſtantinopolitanas pag. 644. Io. Henelius in otio Vratislauienſi cap. 50. Salmaſius ad ius Atticum p. 259 ſq. et Deſid. Heraldus animadv. ad Salmaſii obſeruat. p. 393. De *columnario*, *oſtiario*, quod de columnis et oſtiis exigebatur, vide interpretes ad Caeſarem III. 32. de bello ciuili. *De vigeſima pro manumiſſione*, quae ex ea pecunia ſoluebatur, quam ſerui aut alii patronis ſeruorum, libertate donatorum, dabant conſulatur Scipio Maffeius P. 1. Veronae illuſtratae pag. 224. Alexandriae etiam Aſtrologi pendebant *βλακεννόμιον* quaſi vectigal ſtultorum, quod a ſtultis conſulerentur, vt refert Apoſtolius V. 65. prouerb. De Veſpaſiani imper. vectigali vrinario, quod Fullones pro colligenda, in poſitis per angiportus amphoris, vrina, ad poliendas, incretandas, durandas et purgandas veſtes ſoluere iubebantur vide quae Viri docti ad Sueton. in Caligula cap. 40. Veſpaſ. cap. 23. Henelius in otio Vratisl. cap. 32. Caeſar Zarottus in medica Martialis tractatione Venet. 1657. 4. cap. 24. Bernardus Ramazzinus de morbis artificum cap. 15. et Hen-

Henninius ad Bergierium tomo 10. antiquitatt. Romanarum pag. 648. vbi et plures de ſordidis vectigalibus diſputantes laudantur, Caſpar Klockius de aerario lib. 2. cap. 147. Hermannus Latherus de cenſu lib. 1. c. 5. num. 24. Iac. Cuiacius lib. 10. obſeruationum cap. 7. et lib. 22. cap. 34. et Chriſtoph. Colerus cap. 14. Parergon Iuris. Vectigal in ipſis ſpeciebus ſoluendum cuius in codice Theodoſ. mentio occurrit, intelliges de rebus ipſis, v. g. ligno, frumento, lapidibus, non eorum pretio. De aerario militari, quod Auguſtus inſtituit, diſputat Franckenſteinius diatriba laudata pag. 644. De fiſco Pontificum, Iacobus Gutherius II. 12. de iure Pontificio, tomo 5. Graeuian. De aerario ſacro et priuato principis idem Franckenſteinius pag. 664. De theſauris principis per prouincias, eorumque praepoſitis theſaurenſibus; Nicolaus Bergierius lib. 4. cap. 24. De diſcrimine inter aerarium et fiſcum locus claſſicus exſtat in Plinii Panegyrico, cap. 36. ex quo diſces, aerarium populi, fiſcum principis fuiſſe: confer Schwarzium ad hunc locum, Klockium modo laudatum lib. 1. cap. 2. p. 34. et Chriſtophori Pelleri obſeruationes et additamenta ad Klockium pag. 43. De tributorum leuatione et remiſſione actionum fiſcalium eximiae quaedam obſeruationes Scaligeri leguntur in eius lectionibus Auſonianis lib. 2. cap. 15. Quadrageſimae leuatio occurrit in numo Galbae apud Patinum pag. 146. theſauri; vehiculatio Italiae remiſſa, fiſci iudaici calumnia ſublata in numis Neruae apud eundem p. 155. Nouies millies HS. abolita ab Hadriano, vide eundem p. 163. Poſt Perſeum, Macedoniae regem, deuictum tanta pecuniae vis Romam delata eſt, vt ab eo tempore populus Romanus tributum pendere deſierit teſte Plinio XXXIII. 3. et Valerio Maximo IV. 3. Quid ſit inter aerarios vel in Caeritum tabulas referri, diſces ab eodem Franckenſteinio pag. 633 ſq. qui pag. 664. etiam agit de arca ſiue banco publico, priuatorum opes publica fide continente. Non pauca etiam de hiſce argumentis praeclare obſeruata ſunt D. Caſp. Zieglero lib. 2. de iuribus Maieſtatis. De *Publicanis*, ſiue publicorum Reipublicae redituum redemtoribus, quos δημοσιῶνας Graeci, auctor operis imperfecti in Matthaeum *telonearios* vocat, conſulantur Hammondus ad Matth. IX. 19. Grotius ad Matth. V. 46. Lucae III. 13. Alexander Morus ad Matth. XI. 12. Salmaſius de foenore trapezitico pag. 240 ſqq. 380 ſqq. Deſid. Heraldus animaduerſ. ad Salmaſium pag. 186 ſqq. Petrus Nannius IV. 1. Miſcell. Petrus Burmannus de vectigalibus P. R. c. 9. p. 155 ſqq. Cotelerius tom. 1. Patrum Apoſtolicor. pag. 284. Carolus Sigonius de antiquo iure ciuium R. II. 4. tom. 1. theſauri Graeuiani p. 149 ſqq. Guil. Saldenus Otior. Diuin. lib. 4. exercit. 6. Sam. Baſnage ad A. C. 31. num. 13. Ferratius Epiſtol. pag. 94 ſqq. Io. Tob. Krebſius de vſu et praeſtantia Romanae hiſtoriae in

N. T. interpretatione p. 22 ſqq. Ioan. Struckmannus in commentationibus binis, de portitoribus in litteris Romanis, et de portitoribus ſeu publicanis in N. T. obuiis. Lemgov. 1750. 4. Conr. Sam. Schurzfleiſch in diſſert. de ordine publicanorum. Witteb. 1689. et Dan. Guil. Moller in diſſert. de publicanis. Altdorfii 1703. De reditibus et vectigalibus Pontificis Romani agitur in libello ab Elzeuiriis plus ſimplici vice in minori forma excuſo, ſub titulo, Respublica Romana, pag. 523 ſq. et in libro gallice edito, *Tableau de Rome.*

De *Cenſu* Romanorum, vide ſcriptores de Cenſoribus, laudatos ſupra cap. 14. p. 705. et B. Phil. Lud. Hannekenium diſſert. 4. de cura domeſtica Romanorum pag. 157 ſq. Numerum hominum a Seruii Tullii temporibus Romae durante libera Republica in cenſum relatorum ordine exponit If. Voſſius cap. 6. de magnitudine Romae veteris. De luſtri condendi ritu A. Pagi ad A. C. 14. num. 5. Orphani antea immunes, a Camillo cenſore ὑποτελεῖς facti ſunt. Plutarch. Camillo fol. 129.

De rationario Auguſti ſiue breuiario imperii eiuſque reditibus vide quae viri docti ad Suetonium Auguſt. cap. 28. Rupertum ad Florum pag. 117. Io. Chriſti. Neu diſſert. de breuiario Auguſti. Tub. 1709. Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibl. Vindob. pag. 72. eique laudatos Iac. Gutherium lib. 1. de officiis domus Auguſtae cap. 2. Bulengerum de imperio romano II. 12. hiſque adde duplex rationarium, quod graece et latine ediderunt Benedictini in analectis graecis Pariſ. 1668. 4. pag. 321. et V. C. Iac. Gronouius ad calcem librorum parentis ſui de ſeſtertiis Lugd. Bat. 1691. 4. Vtrumque autem breuiarium ſiue rationarium recentius videtur, neque prius ex illis Caeſari Octauio Auguſto recte tribuitur, quoniam frequens hic eſt Graeculorum error, quorumcunque Auguſtorum ſiue Imperatorum res et inſtituta ad Auguſtum referre atque inde magnas nugas ſuperaddere. Conf. de imperii rationario Salmaſ. pag. 8?8. ad Solinum, editionis Pariſ. et Iac. Godofredum ad codicem Theodoſianum tomo 2. pag. 481.

De Graecorum Romanorumque veterum, vti Gallorum quoque recentium variis inſtitutis ad promouendam abundantiam rerum neceſſariarum, frequentandaque cum fructu praeter agriculturam opificia ac commercia, videndum opus quod gallice edidit M. de la Mare Pariſ. 1710. fol. ſub titulo

trai-

traité de la Police. Cui addatur Coyerii *la Noblesse* [6] *commerçante*, Paris. 1756. 12. et ex germanica M. I. B. versione. Rostochii 1756. 8.

V. De immunitate sacerdotum a tributis *apud Aegyptios* Grotius et Clericus ad Genes. XLVII. 22. 26. ad quem locum notatur in Io. Damasceni parallelis tomo 2. p. 779. σκόπει ὅπως καὶ πρὸ νόμε ἀφορολόγητα ἐτύγχανε τὰ προσόντα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τἔτο ἐν ἐθνικοῖς. *Vide quod etiam ante legem immunia fuerunt bona sacerdotum, atque hoc inter ethnicos.* De eorundem vt et Chaldaicorum Doctorum immunitatibus constat ex Diodoro Siculo lib. 1. pag. 17 et 66, et lib. 2. pag. 82. De aliis gentibus conferatur Claudii Arrhenii dissertatio de sacerdotibus, cap. 4. Vpsaliae 1674. 4. De immunitate sacerdotum apud Hebraeos confer Bellarminum de clericis cap. 19. et Wulferum ad Shekalim p. 28. 29. vbi de eo, num sacerdotes immunes ab offerendo siclo. De immunitate sacerdotum *apud Romanos* vide Gutherium lib. 1. de iure Pontificio cap. 28. tom. 5. Graev. pag. 56. De Christianis res nota vel ex S. Basilii Epistola 279 et 304. et multis sancita legibus, vt Constantini M. apud Eusebium X. 7. Histor. Eccles. et aliorum, de quibus Io. Georg. Reinhard de iure Principum Germ. circa sacra pag. 201. multisque scriptis asserta, quorum pars laudatur in Bibliotheca iuridica Lipenii P. 1. pag. 429 editionis recentissimae. Vide etiam B. D. Io. Sluterum de ministrorum Augustanae Confess. ordine, Hamburg. 1650. 12. cap. 4. et Bartholdi Krakewitzii Bedenken, warum christliche Obrigkeit die Diener der Kirchen ohne äusserste Noth mit Steuern und Anlagen zu übersehen. Gryphisw. 1627. 4. De immunitate Doctorum Professorumque Conringius in antiquitatibus academ. pag. 112 sq. 351 sq. Ioan. Christianus Itterus libro de gradibus academicis cap. 11. 12. Nicolai Borbonii opuscula pag. 233 sq. Petrus Rebuffus de priuilegiis Vniuersitatum, collegiorum, bibliopolarum et omnium, qui studiosis adiumento sunt, Francof. 1585. 8. priuilegio CXLVI sqq. Christi. Hoffmannus de immunitatibus litteratorum. Witteb. 1712. Christi. Liebenthal de priuilegiis studiosorum, eorumque qui studiosis adiumento sunt, ad calcem collegii politici. Marpurgi 1644. 4. editi. Angariorum praestatione et recipiendi hospitis necessitate immunes Professores litterarum. Vide Schultingium p. 216. Iurisprudentia Anteiustinianeae. De priuilegiis litteratorum apud Hebraeos Ioan. Leonh. Lentzii dissertatio prodiit Witeb. 1700.

De largitionibus frumentariis [7] Romanorum, visccrationibus aliisque eius generis vt panis, olei, carnis porcinae, vestium donationibus publicis vi-

[6] Bibliothéque des Sciences et beaux Arts T. V. pag. 290. N. L. L. 1756. pag. 777. Varii, qui occasione huius scripti editi sunt libelli, quibus Coyerii consilium vel impugnatur vel defenditur, recensentur tom. 6. eiusdem Bibliothecae scientiarum et artium legantiorum pag. 235 sqq.

videndi Iuſtus Lipſius lib. 1. Electtor. cap. 10. et lib. 2. de magnitud. Rom. cap. 10. Vincentius Contarenus, Lipſii aduerſarius, in libro de frumentariis largitionibus Romanorum, edito Veſaliae 1669. 12. Salmaſius ad Vopiſci Aurelian. cap. 35. Vopiſcus iterum cap. 47. et ſq. Pancirollus in notitia imperii occidentis, cap. 5. Io. Guil. Stuckius lib. 1. antiquitat. conuiual. cap. 21. Andreas Tiraquellus in Alexandri ab Alexandro dier. genial. lib. 5. pag. 324. et Ioan. Bruyerinus de re cibaria lib. 4. cap. 12. Pelletierus in epiſtola de largitionibus Romanorum, quae inſerta eſt diario gallico, *Mercure de France*, A. 1737. p. 1474 ſqq. Anonymi diſſertatio de largitionibus Romanorum et antiquitate rhedarum, quae obuia eſt in libello gallico, *Variétés hiſtoriques*, *phyſiques et litteraires*. Pariſiis 1752. 8. tom. 2. pag. 81 ſqq. Ioan. Henr. Boeclerus de annona ſub Imperatoribus Romanis, tom. 2. eius diſſert. de congiario. Witteb. 1712. Frid. Henr. Graffii diſſert. de miſſilibus. Lipſ. 1734. Similis panum et frumenti largitio obtinuit Conſtantinopoli et Alexandriae, de qua Valeſius ad Euagrium II. 5. p. 68 ſq. Etiam in alimentum puerorum puellarumque pecuniam erogarunt Imperatores tum in Italia tum extra eam; vide Maffeium pag. 400. Muſei Veronenſis; Ludov. de Hemmer diſſert. de pueris puellisque alimentariis. Hafniae 1733. et Ioan. Erh. Kappii proluſionem de alimentariis. Lipſiae 1735. De auro coronario ſiue donatiuo quod poſt victoriam vel in inauguratione imperatori offerebatur, vide Scacchum III. Myrothec. cap. 37. pag. 879 ſq. Valeſium pag. 425. ad Ammian. De ſtipendiis militaribus, annona, commodis et praemiis et donis militaribus agit idem Lipſ. lib. 1. Electtor. c. 2. ad Tacit. 1. Annal. pag. 38. Lipſiumque impugnans Contarenus libello de ſtipendio militari, qui poſt Veſalienſem editionem recuſus eſt tomo 10. Theſ. Graeuiani in quo etiam occurrit diatriba Franc. Robortelli de commodis, praemiis, et donis militaribus et Erycii Puteani ſyntagma de ſtipendio militari apud Romanos. Ratbodus Herm. Schelius in diſſertationibus de ſtipendio militari, de ſtipendio ductorum, de ſtipendio equeſtri et militari, de die ſtipendii, quae exſtant tom. 10. theſauri Graeuiani. Frid. Otto Menckenius in diſſertat. de Romanorum veterum ſtipendiis militaribus, adiecta Ioan. Burch. Menckenii diſſertationibus litterariis, pag. 268 ſqq. Paullus Merula in diſſert. de praemiis, quae militiam ſequebantur Romanam, ad calcem eius operum poſtu-

morum

7 De publico ciuibus diſtributa annuatim annona. Gloſſae Philoxeni: *annona* παροχὴ ἐτήσιος διανομή. Suid. ἠλαῖα, μετὰ τὰς νόνας διδόμενα. *Panis ciuicus*, ciuibus, militibus *militaris*, *Oſtienſis* nautis, et *Palatinus* miniſtrantibus in aula Imperatorum. Σιτήσεις a Iuſtiniano Imp. Medicis et διδασκάλοις τῶν ἐλευθερίων detractas queritur Procopius Hiſt. arcanae cap. 26.

morum. Videantur etiam Lipſius lib. 5. de militia Romana cap. 16. Blaſius Vigenerius ad Caeſarem de bello gallico gallice a ſe editum pag. 448. vbi docet legionem militum illo tempore per ſingulos annos conſtitiſſe ſumma circiter 219900 thalerorum. Leonh. Portius in diſſ. quae exſtat tom. 9. antiquitat. Graecarum, Hermannus Hugo lib. 2. de militia equeſtri c. 6 et lib. 5. cap. 1. Quemadmodum vero militum penſio ſiue merces proprio vocabulo dicitur *obſonium* ſiue *ſtipendium*, bene functis *commodum*, *donatiuum*, ἀριστεῖον, *emeritum*, quandoque etiam extorta *coenatica*, et a tribunis *ſtillaturae*: ita ſeruorum *dimenſum*, de quo Ioſephus Laurentius lib. 1. Polymathiae diſſ. 10. Quae manuariam operam locantibus praebebatur pecunia dictum *manupretium* quod locantibus operam agrariam, *pulueraticum*, quod nautis pendebatur, *naulum*, gladiatoribus *auctoramentum*, athletis, ἆθλον, quod hiſtrionibus *lucar*, ſiue *locar*, de quo Scaliger ad Feſtum et Lipſius aliique ad Tacit. 1. 77. Annalium. Iudicum et exequutorum *ſportulae*, δικαστικά; *Xenia*: ſuffragatoris *ſuffragium*, proxenetae *proxeneticum*, φιλάνθρωπον, ἑρμηνευτικὸν, pro inſinuatione libelli ſupplicis ἐμφανιστικὸν, *inſinuatiuum*: Legatis praebebatur *legatiuum* ſiue *viaticum*, πρεσβεῖον, ἐφόδιον, πορεῖον, Iac. du Portus pag. 384. ad Theophraſti characteres: quandoque etiam *vnguentarium* ad vnguenta, cuius mentio apud Plinium lib. 2. epiſtola XI. Aduocatis pro victa cauſa *palmarium*, Medicis *ſoſtrum ſoterium*, *laterium*, praeceptoribus *mineruał*, *didactrum*, διδασκαλεῖον. Quod pro ſolo et in eo exſtructis aedibus pendebatur tributum σωλάριον, Eclogae Baſilic. lib. 58. pag. 448. adde quae viri docti ad lib. 15. Digeſtor. *qui potior in pignore*. Merces pro loco in ſpectaculis *locar*, τὸ θεωρικὸν. Salmaſius pag. 234 ad Solinum. De hiſce omnibus et aliis bene multis huiuſmodi dolebunt nobiſcum ſtudioſi rerum antiquarum non exſtare Valerii Chimentellii opus dorologicum, ſiue de re donatiua antiquorum, cuius argumenta exhibuit ad calcem libri eruditi de honore biſellii, Bonon. 1636. 4. pag. 236 ſq. et tom. 7. theſauri Graeuiani pag. 2193. De ſalariis Sophiſtarum, Rhetorum, Philoſophorum et Profeſſorum apud veteres vide Lucian. tomo 1. pag. 841. Marinum in vita Procli cap. 29. Iuſtinum in apologia prima pag. 9. edit. Grabii, Alciatum lib. 5. Parergon. cap. 27. Ioſephum Laurentium tomo 10. antiquitatt. Graecar. pag. 1169. Caſaubonum ad Sueton. et Salmaſium ad Capitolin. Berneggeri orationes pag. 169. Ioan. Chriſtfriedi Sagittarii otium Ienenſe, diſſert. 9. de origine ſalariorum et ſtipendiorum: Chriſtiani Wilhelmi Loeſcheri diſſ. de ſtipendio litterario, Witteb. 1696. Creſollium lib. 4 theatri Rhetorum cap. 3. et vbi de didactris Sophiſtarum priuatis lib. 5. cap. 3 ſq. Octauium Ferrarium proluſione 33. pag. 528 ſq. Io. Georg. Walchii diſſert. de prae-

miis veterum Sophiſtarum, Rhetorum, atque Oratorum. Ienae 1719 recuſam pag. 103 ſqq. Parerg. Academic. Io. Wilh. Stuckium lib. 1. antiq. conuiual. cap. 19. Chriſti Falſterum lib. 2. cap. 5. Quaeſtionum Romanarum, et Frider. Iac. Beyſchlagii orationem de praemiis, quae olim bonarum litterarum cultoribus collata ſunt, quae exſtat in eius ſylloge pag. 475 ſqq. Vide etiam Thom. Crenium lib. 7. animaduerſ. pag. 140. 141. et Chriſtoph. Aug. Heumanni Poecilen lib. 1. pag. 130 ſqq. et de mercedibus praeceptorum Iacob. Reuardum lib. 1. cap. 10. Quod nuntio pro epiſtolis portandis reddebatur, dictum eſt *portorium*, quod tabellario pro reparandis calceis, *calcearium*, de quo Suetonius in Veſpaſiano cap. 8. et Nicol. Bergierius lib. 4. de viis Imper. Romani cap. 11. ſic. *clauarium* ad clauos ſiue calceos clauatos militares parandos, apud Tacitum lib. 3. hiſtor. cap. 50. Confer Laurentii Polymathiam diſſ. 6. lib. 1. *Veſtiarium* ad veſtes, *cibarium* ad cibos, *cerarium* ad cereos, *vaſarium* ad vaſa, *diarium* in dies ſingulos, *hordearium* ad hordeum et frumenta. Vide Pitiſcum ad Sueton. tomo 2. pag. 481. agrimenſori *pulveraticum*, commentarienſi *catenaticum*, notario vel antiquario *ſepiaticum*: Lindebrog. p. 1373. ad codicem legum antiquarum. *Libertaticum* quod libertus dabat Patrono, id. p. 1424. *Linguarium* quod pro lingua temere loquuta penditur. Muretus XII. 3. var. lection. Indici dabatur *indicium*, fauſtum nuntium afferenti *Evangelium*, Plutarch. Demetrio pag. 896. ſiue Μήνυτρον, nutrici *nutricium* ſeu θρέπτρον, afferenti deſideratum aliquid κόμιςρον, artifici ἐπίχειρα, pro rei inuentae nuncio εὕρηθρον confer Pollucem lib. 6. cap. 41. Iac. Godofredi tractatum de ſalario Genev. ex editione ſecunda longe auctiorem 1666. 4. Matthiae Zimmermanni analecta pag. 468 ſq. Salmuthum ad Pancirolli deperdita pag. 40. et Meurſii auctarium philologicum cap. 28. De ſportulis et erogationibus publicis ſiue pecuniariis ſiue frumentariis adeundus etiam Stuckius lib. 1. cap. 35. Antiq. Conuiual. Thom. Demſterus ad Corippum pag. 206. Hieron. Magius II. 2. Miſcell. tom. 2. theſauri critici Gruteriani. Henrici Noriſii praelectio Piſana de ſportularum origine et vſu apud Romanos et Chriſtianos, tom. 4. Opp. pag. 599 ſqq. Petri Hunderi diſſertatio, Hafniae 1712. quibus adde Frid. Aug. Iunii antiquitates ſportularum apud Romanos quotidianarum. Lipſ. 1745. De *ſalariis clericorum* contrariae Ioannis Petri Ludewig et Chriſtiani Thomaſii diſſertationes recenſentur in relationibus innoxiis A. 1707. pag. 490. De legatorum *lautiis* conſule Io. Guil. Bergeri diſſert. de lautiis veterum. Witteb. 1711. De *Aduocatorum honorario* adeatur Frid. Brunnerus ad legem Cinciam; de Medicorum Deſid. Heraldus V. 20. p. 404 ſq. in Salmaſium. De *diuinatorum* praemiis Hieronymus ad Michae III. 5. pag. 1520 ſq. tom. 3. edit.

Mar-

Marcianaei. De Pythionicarum brabeo Edmundus Dickinson cap. 7. Delph. Phoenicissantium.

VI. De *Testamentorum* origine et probatione erudite egerunt Henricus Speelmannus in [8] singulari dissertatione, quam recensitam vide in Actis Eruditorum A. 1698. pag. 445. et Albertus Dietericus Trekell in tractatione de origine atque progressu testamentifactionis praesertim apud Romanos, quae cum praefatione Georg. Christi. Gebaueri edita est Lipsiae 1739. 4. Consulendus etiam Potterus IV. 15. Archaeol. graecae, D. Christianus Thomasius differt de origine et initiis successionis testamentariae apud Romanos, et altera de sensu legis decemuiralis testamentariae, Halae 1705. Ioan. Henr. Summermannus in coniecturis de origine et progressu testamentorum apud Romanos pariter ac Germanos aliosque populos. Berolini 1735. 4. Io. Gottl. Heineccius in syntagmate antiquitatum Romanarum iurisprudentiam illustrantium pag. 502 sqq. Veteres formulae testamentorum graece scriptae sub nomine Andragorae et Epicteti Grinniae leguntur in inscriptionibus Gruteri pag. 216. Alias videre licet apud Diogenem Laertium in vitis Philosophor. Alias testamentorum formulas (latinas praesertim) exhibent Georgius Fabricius in monumentis variis antiquis, Basil. 1549. 8. Manutius in officia Ciceronis pag. 148 sq. edit. Graeuii; Barnabas Brissonius lib. 7. de formulis p. 674. Testamenta Iulii Caesaris, Augusti et Tiberii, relata a Suetonio in horum vitis, illustrat Zacharias Huberus in dissertationibus iuridicophilologicis quinta, sexta et septima. Integras testamentorum tabulas e lapidibus et monumentis vetustis exhibet Barnab. Brissonius de formulis et sollemnibus P. R. verbis lib. 7. pag. 643 sqq. Testamentum Castrense *ἄγραφον* memorat Plutarchus Coriolano pag. 217. De vigesima haereditatum videndus Petrus Burmannus c. 11. libri de vectigalibus Romanorum. De diis haeredibus ex testamento apud Romanos dissertatio Franc. Car. Conradi prodiit Lips. 1725. Rempublicam haeredem instituere lege Romana vetitum erat. Vide Plinium lib. 5. epist. 7. De testamentis Christianorum confer Iac. Schalleri binas dissertationes Argentorati 1661. De testamentis Clericorum Monachorumque M. Antonius de Dominis IX. 12. De origine potestatis ecclesiasticae in testamenta, Seldeni liber scriptus anglice: *the original of Ecclesiastical jurisdiction of testaments.* Germanis olim testamenta nulla, teste Tacito, confer Berneggerum quaest. 119. in librum de moribus Germanorum. De origine et usu testamentorum apud veteres Germanos, et de differentia inter testamenta Germanorum atque Romanorum vide, praeter Summermannum paullo ante

[8] In Speelmanni operibus postumis anglice editis Oxon. 1698. fol.

ante laudatum, Ioan. Adami Koppii ſpecimen iuris Germanici priuati de teſtamentis Germanorum iudicialibus et ſub dio conditis, Francof. ad Moenum 1736. 4. De Anglo-Saxonum teſtamentis vide G. Hickeſii diſſert. epiſtolarum pag. 56. De ludicro teſtamento Grunnii Porcelli praeter ſcriptores in Bibliotheca latina IV. 5. a me laudatos vide Henr. Valeſium in notis ad Ammianum Marcellinum p. 354. Legitur illud etiam in Taubmanni notis ad Culicem Virgilii pag. 146. et in calce adagiorum Eraſmi aliorumque Hanouiae iunctim editor. et apud Vauaſſorem libro de dictione ludicra pag. 219. et in W. E. Tentzelii dialogis vernaculis A. 1696. p. 191. et apud Geſnerum de quadrupedibus p. 1032. Deſcriptum primo eſt Moguntiae a Ioanne Alexandro Braſſicano, et a Georg. Fabricio poſtea correctum locis aliquot ex antiquiſſimo exemplari inuento Memmelebii in Thuringia ad Vnſtrum. Exſtat et ridiculum eiuſmodi teſtamentum Aſini, quod ex veteri MS. vulgauit Lambecius tomo 3. comment. pag. 984.

De teſtamento ex aſſe, ex ſemiſſe, ex dodrante, prima cera etc. vide Alexandrum ab Alexandro libro et capite primo, et ibi Tiraquellum. Tum interpretes ad Suetonii Caeſarem cap. 83. De teſtamentorum licentia inhibita, notas Bourdelotii ad Lucian. tom. 1. pag. 37. Caſaubonum ad Sueton. Auguſt. cap. 50. De teſtamenti ſubſignatione vero Salmaſium in animaduerſionibus ad Heraldum, Voſſium lib. 4. de idololatria cap. 91. et Georg. Lud. Boehmeri diſſertationem, cuius index: teſtamenti ſignati et ſubſcripti a teſtibus in inuolucro vis et auctoritas vindicata, Goettingae 1746.

VII. De nundinis [9], mercatu et cognatis argumentis adeundus Gregor. Tholoſanus in ſyntagmate iuris lib. 25. cap. 3. cuius diatriba inde recuſa eſt tomo 8. Graev. pag. 697. In eodem tomo pag. 641. exſtat quoque Erycii Puteani de nundinis Romanis liber, noua Faſtorum veluti facula. Puteano addes Allatium capite octauo libri de menſura temporum. Nono quouis die ἀγορὰν celebrare ſolitos Romanos, teſtis etiam Plutarchus in Coriolano fol. 222. Neque tamen inde colligendum eſt, ternas nundinas, vt quidam docti viri exiſtimarunt, confeciſſe ſeptem et viginti dies. Eleganter enim obſeruat Celeberrimus Erneſti in claui Ciceroniana voce *Trinundinum* numerandorum dierum initium fieri a nundinis primis et deſinere in tertiis: nundinas autem ſecundas more latino bis numerari, vt idem dies ſit nonus a primis nundinis, et primus in altera enneade dierum. Ex quo effici quidem Vir Acutiſſimus oſtendit, trinundinum ſiue tres nundinas cum diebus interiectis ſummam tantum

[9] In Olympiis vniuerſa Graecia ſollemnes nundinas celebrabat, vnde mercatum Olympiacum vocat Iuſtinus III. 5.

tum ſeptemdecim dierum conficere. De mercibus Romam vndique aduectis agit Bergierius lib. 4. de viis imperii romani cap. 33. tom. 10. Graev. De haſtarum et auctionum origine ac ritu conſulendi Alexander ab Alex. III. 16. Fuluius Vrſinus ad Caeſarem pag. 87. poſt fragmenta Hiſtoricorum, et Iunius Rabirius cuius liber ex edit. Pariſienſi A. 1554. 4. inſertus eſt tomo 3. theſauri Graeuiani. Nam M. A. Brunellus libro, tertium iam gallice edito de hoc argumento Pariſ. 1704. *Nouveau traité des Criées*, hodierna auctionum iura vſumque, in Gallia praeſertim, perſequitur. Idem Ludouicum Poſtium alioſque allegat. Poſtii de ſubhaſtatione liber prodiit Genuae 1646. Genev. 1670. De more veteri quo viri nobiles per vrbem incedentes non ipſi pecunias ſecum geſtabant, ſed pediſſequis hoc committebant, vide Caſaubonum ad Apuleii apologiam pag. 155. De furto per lancem et licium concepto cuius apud Gellium XI. 18. XVI. 10. et apud Feſtum mentio, conſulenda Marci Tatii Alpini epiſtola ad Wilhelmum Hungerum. Pecuniam ex rebus venditis in os et buccam colligendi mos hominum vilium et de plebe infima, vt notat Caſaubonus pag. 219 ſq. ad Theophraſtum, vbi etiam ex Plauto, quod crumenas apud Romanos collo appenſas habebant homines eiuſmodi. *Tabulae nouae* appellabantur, quando magna creditorum iniuria aut ſimul ſemelque omnia eatenus contracta debita expungebantur abolebanturque ac pro ſolutis habebantur, aut pars de ſumma demebatur. *Χρεῶν ἀποκοπὰς* vocat Diodorus Siculus lib. 19. tomo 2. pag. 658. Confer Io. Scheferi Agrippam liberatorem ſiue diatribam de nouis tabulis, Argentor. 1645. 12. et cum obſeruationibus Io. Chriſti. Leuſchneri. Lignit. et Lipſiae 1752. 8. et tom. 8. Graeuii; ac Fabiani Toerneri diſputat. de nouis tabulis. Vpſal. 1727. 8. De iure debitores ſi ſoluendo non eſſent vendendi vel in partes ſecandi, vide praeter auctores ſupra pag. 757. citatos Salmaſium de vſuris pag. 544 ſq. et Ioannem Nicolai de Synedrio Aegyptior. pag. 227. qui etiam alios mores annotauit, quibus olim cum obaerato ageretur.

VIII. Quid impedit, quo minus hoc loco, eos, qui argumentum de commerciis ac nauigatione veterum illuſtrarunt, recenſeamus. De quo quidem generatim expoſuere Blaſius Caryophilus in lucubratione de mercaturis antiquorum, quae exſtat parte prima diſſertationum eius miſcellanearum, Romae 1718. 4. euulgatarum. Petrus Daniel Huetius in hiſtoria commercii et nauigationis veterum, quam Colberti ſuaſu gallice conſcripſit atque *ἀνωνύμως* edidit Pariſiis 1716. 12. Auctor Anonymus, qui gallice edidit: Hiſtoire generale de la marine, contenant ſon origine chez tous les peuples du monde, ſes progrés, ſon état actuel, et les expeditions maritimes anciennes et

modernes, cuius tomus primus prodiit Parisiis 1744. 4. Auctor libri germanice editi: Allgemeine Geschichte der Handlung und Schiffarth, der Manufacturen und Künste, des Finanz- und Cameralwesens, zu allen Zeiten und bey allen Völkern, cuius pars prima prodiit Vratislauiae 1751. 4. II. ibid. 1754. Carolus Arbuthnotus in tabulis antiquorum numorum dissertatione tertia pag. 201-260. interpretationis latinae a Daniele Koenigio compositae editaeque Traiecti ad Rhenum 1756. 4. Antonius Yues Goguetus in libro elegantissimo, de l'origine des Loix, des Arts et des Sciences, qui tomis tribus euulgatus est Parisiis 1758. 4. tomi 1. lib. 6. cap. 1 et 2. Ludov. Antonius Muratorius tom. 2. antiquit. italic. medii aeui pag. 866. et succincte Iuuenel de Carlencas in tentamine historiae litterarum elegantiorum, scientiarum et artium. Carolus Rollinus historiae antiquae tom. 10. p. 377 sqq. et tom. 13. p. 166. edit. Amstelod. Sigillatim de *Aegyptiorum* commerciis videndus Paullus Lucas libro sexto itineris A. 1714. gallice editi tom. 2. pag. 219 sqq. Mailletus descriptione Aegypti tom. 1. pag. 53 sq. Goguetus tom. 3. lib. 4. De *Phoenicum* commerciis, de Ophir atque nauigatione Salomonis Ophiritica confer Bocharti Phaleg et Canaan pag. 175. 159 sq. et pag. 768 sq. Herman. Witsium Miscellan. tom. 2. Exerc. XIV. §. 35 sqq. Hadr. Relandum dissert. miscell. P. 1. pag. 165 sqq. Petrum Dan. Huetium de nauigationibus Salomonis. Amstelodami 1698. 8. et tom. 8. Criticor. Angl. Aug. Calmet dissert. Biblic. parte 1. pag. 198. versionis germanicae. Io. Iac. Scheuchzerum Physic. sacr. tomo 2. pag. 201 sqq. Augustinum Varenium in Trifolio historico de Paradiso, Ophir et Simone mago. Rostochii 1655. Gaspar. Varenium, siue Bareiros, Lusitanum, de Ophira regione. Antwerp. 1608. 8. Roterod. 1616. Harderouici 1638. et tom. 18. eorund. Critic. Io. Blumium de Ophira. Hamb. 1660. 8. Christoph. Notnagel in diatribe chorographica. Witteb. 1646. quaest. secunda. Henr. Benzelium syntagm. dissert. l. 419. Martin. Lipenium in dissertat. de nauigatione ophiritica. Witteb. 1658. et 1666. 12. Godofr. Wegneri dissertat. de nauigationibus Salomonideis. Francof. 1670. Matth. Fr. Beckii de Eden, Ophir et Tharsis. Ienae 1676. Io. Christ. Artopaei de termino nauigationis Ophiriticae a Salomone institutae. Argentor. 1692. Io. Christi. Wichmanshausen de naui Tyria. Witteb. 1714. Sam. Aug. Iunghans de terra Ophir. Lips. 1737. Anton. Iulii von der Hardt quod regio Ophir, quorsum Salomo classem misit, sit Phrygia. Helmstad. 1745. De *America* detecta nauigationibusque Europaeorum in Americam conferantur: Nouus orbis [10] regionum ac insularum veteribus incogni-

[10] Quae hoc libro continentur scripta, recensentur in Struuii Bibl. historica Volum. 1. pag. 225. edit. Buderianae.

cognitarum. Basileae 1572. fol. et Parisiis e. a. Alia collectio libellorum similis argumenti, quae sub eodem *noui orbis* [11] titulo euulgata est Roterodami 1616. 8. Francisci Lopez Historia generalis indiae occidentalis, quae hispanice euulgata est Caesaraugustae 1553. fol. et gallice versa prodiit Parisiis 1606. 8. Petri Martyris de orbe nouo Decades VIII. Compluti 1530. fol. et Coloniae 1574. 8. Hieronymi Benzelii Historia noui mundi, italice edita Venetiis 1572. 8. latine deinde versa ab Vrbano Calueto. Geneuae 1578. 8. tum additis nouis figuris sub titulo: Noui orbis historiae rerum ab Hispanis in India occidentali gestarum partes 13. Francof. 1595 et sqq. recusa. Ioan. Lerii historia nauigationis in Brasiliam, gallice scripta, et deinde latine versa. Basil. 1587 et 1688. 8. De *Venetorum* commerciis, quibus ante duo saecula floruerunt et opibus vide Journal des Savans 1719. pag. 135 sqq. et librum gallicum, *Essai de l'histoire du commerce de Venise.* Parisiis 1729. 12. De Germanorum veterum nauigatione agit Cluuerus lib. 1. Germaniae antiquae cap. 18. pag. 133 sqq. Recentiorum genus et amplitudo patet ex libello, cui titulus: *Memoires sur le commerce des Hollandois dans tous les etats et empires du monde.* Amstelod. 1717. 12. Sam. Ricardi Traité general du commerce de Hollande, cuius quinta editio prodiit Amstelod. 1732. 4. et Paulli Iac. Marperi variis scriptis germanice editis.

IX. De numis veteribus monetaeque variis generibus, materia, pretio etc. quamplurimos scriptores recensent, Carolus Patinus in historia numismatum cap. 24. Phil. Labbeus in Bibl. numaria, Rudolphus Capellus ὁ μακαρίτης in Numophylacio Luderiano, Burchardus Gothelf Struuius in bibliotheca numismatum antiquorum, edita Ienae 1693. 12. Anselmi Bandurii biblotheca numaria, adiuncta eius Numismatibus Imperatorum Romanorum. Parisiis 1718. fol. quam ob argumenti praestantiam seorsim cum notis, auctario et indicibus excudendam curaui. Hamb. 1719. 4. et Franc. Ern. Bruckmanni bibliotheca numismatica. Guelpherbyti 1729. 8. cuius supplementorum specimen primum in lucem emissum est ib. 1732. 8. Fas itaque fuerit praesenti loco praecipuos quosdam tantummodo indicasse, vel prae ceteris notandos, vel a viris istis praestantissimis omissos. *Iusti Lipsii* de re numaria breuiarium postumum cura Ioan. Rhodii lucem vidit Patauii 1648. 8. In illo potissimum de varietate in materia numorum disseritur, et post pauca de luteo, scorteo, ferreo et plumbeo numo dicta, tractatur de aerei, argentei et aurei varietate, numeratione et pretio. De vsu et praestantia numisma-

[11] Hoc libro exhibentur *Columbi*, *Pinzoni*, *Vesputii*, *Martyris*, *Herborni* narrationes.

mifmatum pulcherrimi funt Dialogi XI. *Antonii Augustini*, hifpanice primum fcripti et italice nouiffime recufi Romae 1736. fol. quibus in latina verfione Andreae Schotti et in Hetrufca Octauiani Sadae duodecimus dialogus acceffit. Omnium etiam laudibus merito efferuntur illuftris Viri *Ezech. Spanhemii*, de vfu et praeftantia numifmatum praeclarae differtationes, quarum editionis tertiae luculentiffimae et prioribus [12] Romana 1664. atque Amftelodamenfi 1661. 4. longe lucupletioris Vol. primum lucem vidit Londini 1705. [13] fol. alterum poft fata Auctoris, Londini A. 1710. aetatis 81. denati, curante Ifaaco Verburgio prodiit [14] Amftelodami 1717. fol. Eiufdem Spanhemii epiftolae de numis quibufdam fubiectae funt editioni Lipfienfi fpeciminis vniuerfae rei numariae antiquae, quod litteratorum reipublicae propofuit *Andreas Morellus*, [15] Heluetius Lipf. 1695. 8. Idem vir doctiffimus cum magna rei litterariae iactura anno 1703. Arnftadii die decimo Aprilis denatus, parauerat opus ingens atque praeftantiffimum, in quod ordine digefta, eleganter in aes incifa, et fuccincte explicata coniicere voluit numifmata omnia vetera cuiufcunque generis hactenus cognita: quem in finem non tantum libros in hoc genere editos, magno ftudio euoluit atque inquifiuit, fed et numophylacia et gazas regum principumque Europae perreptauit, et plures an-

[12] Dicuntur Spanhemius et Marqu. Gudius doctiffimi ambo et antiquitatis peritiffimi Romae eodem tempore verfantes de praerogatiua infcriptionibus an numis prifcis tribuenda inter fe contendiffe, et Spanhemius quidem ex numis, Gudius vero ex infcriptionibus antiquis plurimum vtilitatis ad illuftrandum omne genus litterarum capi poffe affeueraffe. Hinc Spanhemium fententiae fuae probandae cauffa opus iftud elucubraffe, Gudio infcriptionibus antiquis illuftrandis intento, fed priufquam abfolueret, fatis intercepto, cuius tamen ipfius ampla veterum infcriptionum συναγωγή, poft obferuationes eius in opus Gruterianum prodiit Leouardiae 1732. fol. Vtrifque, numis et infcriptionibus praeferendus quandoque fcriptorum confenfus, vbi in illis ignorantia vel negligentia artificum peccat, vel adulatio eorum qui numos cudi aut infcriptiones fieri curarunt, res principum in maius extollit. Itaque et Bandurius tom. 1. pag. 60. non multis adeo tribuit numis vbi a fcriptoribus diffentiunt, *maxime*, inquit, *fi quid in illis reperias, quod ad adulationem principis pertineat.* De vfu operum fculptorum, ftatuarum, infcriptionumque veterum erudite commentatur, numifmatibufque eum praeferre non dubitat Scipio Maffeius in notitia mufei infcriptionum Veronenfis, italice edita ad calcem notitiae fcriptorum veterum Graecorum et Latinorum italice verforum. Venetiis 1720. 8. Eandem fententiam tuetur Ifaac. Voffius in epiftola ad Nicol. Heinfium data A. 1647. tom. 3. fylloges Burmannianae pag. 568. *Nihil me aeque afficit, quam quod infcriptionum antiquarum ftudio tenearis. Multum ego illis delector, quoniam maior mihi earum vfus videtur quam numorum, licet iftis plus debeant oculi.* Idem repetit pag. 570.

[13] A. E. 1707. pag. 49.

[14] A. E. 1717. pag. 289.

[15] Iniquiffima eft de Morello cenfura Iac. Gronouii pag. 855. ad Herodotum.

annos in illis (regis Galliae praecipue) insumsit, rei antiquariae non minus quam pingendi pulchre et caelandi peritus. Testatus est Morellus in laudato specimine iam se collegisse numos vicies quinquies mille, a quo tempore plures adhuc, qua fuit diligentia, eum indagasse non est dubitandum. Hoc ipsum opus sub indice thesauri Morelliani, commentario perpetuo illustratum edidit Sigebertus Hauercampus, Amstelod. 1734. fol. Voll. II. Eleganter quoque vsum numismatum antiquorum edisseruit *Iosephus Addisonus* in dialogis quibusdam, qui exstant operum eius anglice Londini 1726. 8. editorum Vol. tertio pag. 9 sqq. et germanice versi cura Georgii Wilh. Pözingeri prodiere Baruthi 1740. 8. Cui iungatur *Ludouici de Biel* (Erasmi Froelich) libellus, qui inscribitur: Vtilitas rei numariae veteris compendio propositae. Viennae 1733. 8. et *Petri Vlamingii* oratio de vsu et praestantia studii numarii habita 1702. et excusa Amstelod. 1737. 4. De vsu numorum veterum in studio theologico dissertationes *Valentini Ernesti Loescheri* exstant in eiusdem Stromateo academico pag. 153 sqq. De vsu eorundem in interpretando S. Codice videatur *Aegidii Lacarry* prolusio in eiusdem historia romana per numismata illustrata pag. 217 sqq. *Gottl. Erdm. Zeibichii* specimen obseruationum in N. T. ex numismatis antiquis. Witteb. 1743. ac obseruationes sacrae ex numis antiquis. ibid. 1745. Vsum numismatum in iurisprudentia enarrauit *Ioan. Gottl. Heineccius* in praefatione praemissa N. H. Gundlingii exercitationibus academicis. Halae 1736. 4. De numis philosophiae interpretibus vide *Io. Frid. Bertrami* meletemata litteraria pag. 237 sqq. De numorum veterum cognitione cum historia iungenda orationem edidit *Ioannes Oliua*, Venetiis 1717. 8. quam Ioan. Erh. Kappius recudendam curauit in orationibus selectis clarissimorum Virorum, parte 1. pag. 554. Lips. 1722. 8. De numorum veterum in illustranda Imperatorum Romanorum historia vsu programma euulgauit *Ioan. Henr. Meibomius* 1684. De eorum vero in historia Germaniae antiqua Wolf Balthas. a Steinwehr. Francof. ad Viad. 1742. Qui compendio nobilissimam hanc eruditionis partem degustare voluerint, eis praeter *Caroli Patini* historiam numismatum italica, gallica et latina lingua editam, praeter eruditam *Eucheni Gottl. Rinckii* lucubrationem, quam nomine suo praeterito edidit Lipsiae 1701. 4. de veteris numismatis potentia et qualitate, commendandus libellus gallice vulgatus Paris. 1693. 12. et nouissime recusus ibid. 1739. duobus tomis in forma octopartita, sub titulo *la science des Medailles*, auctore, qui nomen suum suppressit *P. Joberto*, Iesuita. Eundem libellum latine recuderunt Lipsienses 1695. et 1718. 8. interprete Christiano Iunckero, vide Acta Erud. A. 1694. pag. 215 sq. et 1695. pag. 442. Germanice versus liber iste excusus est Norimbergae 1718 et 1738. 8. Op-

portuna etiam ſunt quae tradit Rev. *Ioan. Chriſtoph. Olearius* in ſpecimine vniuerſae rei numariae ſcientifice tradendae Ienae 1698. 8. et in libro germanice edito: Curiöſe Münzenwiſſenſchaft ibid. 1701. 8. in quo etiam nonnulli ſcriptores de variis argumentis indicantur, quemadmodum et a clariſſimo amico noſtro *Io. Georgio Walchio* praefat. ad Bartholomaei Beuerini libellum de ponderibus et menſuris, in qua ſimul ſciagraphiam ſcribendae hiſtoriae numiſmaticae propoſuit. Notari quoque meretur *Georgii Vionneti* muſeum numarium, carmen, ſiue notitia rei numariae veteris; quod recenſuit praefatuſque eſt Iul. Car. Schlaeger. Helmſtadii 1744. 4. et *Henr. Ioan. Bytemeiſteri* delineatio rei numiſmaticae antiquae et recentioris, cuius editio tertia Argent. 1744. 8. prodiit. Nec praetereundi duo libelli vulgati itidem germanice, das geöffnete Münzcabinet, et Ioan. Groeningii hiſtoria numiſmatum critica, qui nouiſſime in collectione Schilleriana ſub titulo der geöffnete Ritterplatz prodierunt, in quibus praecipue de recentioribus numiſmatibus memorabilia quaedam, et numophylaciorum hodie celebrium notitia ſuccincte exponitur. Habes etiam in iiſdem expoſitionem praecipuarum ſiglarum ſiue compendiorum ſcripturae quae in numis occurrunt, eorumque luſtratores morantur, tam Latinarum, quam Graecarum, Latinarum quidem depromtam ex Patino, Graecarum vero ex Ioannis Valentis (Jean Foy Vaillant) numiſmatibus imperatorum, a pòpulis romanae ditionis graece loquentibus percuſſis Amſtel. 1700. fol. Praeclara quaedam de veterum numis collectanea occurrunt in Franciſci Iunii libro 2. de pictura Veterum cap. 8. pag. 110 ſq. De origine pecuniae variiſque eius ſpeciebus eleganter accurateque diſſerit Ioan. Georg. Wachterus in archaeologia numaria. Lipſ. 1740. 4. cui adde Chriſtiani Cruſii commentarium de originibus pecuniae a pecore ante numum ſignatum. Petropoli 1748. 8. Vt vero *pecunia* a pecore apud Latinos, ita Graecis pleraque vocabula in commerciorum penſione vſitata ſunt repetita a pecudibus, quemadmodum Euſtathius notat ad Odyſſeam; adde Mezeriacum ad Ouid. II. pag. 317. Quadringentos amplius numos, quos Patauinos a loco appellant, ab Italo falſario [16] ſuppoſitos ſe collegiſſe et in lucem editurum teſtatur Ioan. Carolus Schottus in noua explicatione apotheoſeos Homeri pag. 33. De numis monetariorum veterum culpa vitioſis conferatur *Eraſmi Froelichii* diſſertatio, quae quarta eſt inter eius IV tentamina in re numaria vetere, p. 361 ſqq. cui iunge Geinozii Abbatis obſeruationes de numis veteribus ſuppoſitis, quae exhibetur tom. 6. hiſtoriae academiae inſcriptionum pag. 410 ſqq De arte numos veteres genuinos a ſpuriis diſcernendi exſtat Beauuaiſii liber gallice edi-

[16] Plinius H. N. XXXIII. 9. Mirum in hac artium ſola vitia diſcuntur, et falſi denarii ſpectatur exemplar, pluribuſque veris denariis adulterinus emitur.

editus Parisiis 1739. 4. iunctus deinde eiusdem auctoris libro gallice edito: Traité des Finances et de la fausse Monnoye des Romains. Parisiis 1740. 8.

X. De numis sacris, siue de valore et pretio monetae varii generis cuius mentio fit in sacris litteris tum veteris tum noui Testamenti agunt *Arias Montanus* in Tubal-Cain, tomo 6. Criticorum Anglorum edit. Francofurt. *Caspar Waserus* de numis et mensuris Ebraeorum, et aliorum Orientalium, Tiguri 1605. 4. Heidelb. 1610. 4. et in eodem criticorum sacrorum tomo, in quo etiam occurrit *Ed. Brerewoodi* libellus de ponderibus et pretiis veterum numorum, ex editione Lond. 1614. 4. quemadmodum in tomo septimo *Marquardi Freheri* de numismate census. Matth. XXII. 19. [17] dissertatio edita pridem Heidelbergae 1599. 4. His addi possunt *Henr. Buntingius* de monetis et mensuris sacrae scripturae, Helmstad. 1583. 4. *Henricus Guntherus Thulemarius* de variis siclis et talentis Hebraeorum, Francof. 1676. 12. Libellus *Stanislai Grsepsii* de multiplici siclo et talento hebraico. Antw. 1568. 8. et fasciculo II. opusculor. ad histor. ac philolog. sacram spectantium, pag. 302 sqq. *Io. Conr. Dietericus* in antiquitatibus biblicis V. T. p. 726 sq. *Georg. Wolfgang. Wedelius* centur. 2. decad. 1. differt. medicophilolog. 7. quae est de numis Noui Testam. Villalpandus ad Ezechielem, tom. 3. pag. 180 et 383 sq. et tom 2. p. 23. *Io. Leusdenius* in philologo hebraeo mixto diss. 28 sq. et ad calcem Onomastici sacri, *Io. Harduinus* in chronologia Vet. Test. p. 603 sq. Operum selector. *Brianus Waltonus* et *Bernhardus Lamy* in apparatu ad S. Scripturam, *Eduardus Bernhardus* libro de mensuris ac ponderibus. Oxon. 1688. 8. *Humfredus Prideaux* praefatione ad historiae Vet. Test. illustratae partem primam. *Villalpandus* tomo tertio ad Ezechielem pag. 80 et p. 383. De numis Orientalium, Iudaeorum maxime et Muhamedanorum, diatribam edidit *Io. Henr. Hottingerus*, ad calcem libri de cippis hebraicis. Heidelberg. 1659. 12. 1662. 8. idem p. 114 sq. Bibliothecarii quadripartiti nonnullos recenset numos hebraicos et arabicos. De *Hebraicis* videnda *Iulii Bartoloccii* Bibl. Rabbinica tomo 4. pag. 158 sq. *Salomo Deylingius* de re numaria Hebraeorum, parte tertia obseruat. sacrar pag. 222 sqq. *Ioan. Christi. Klemmii* libellus de numis Hebraeorum. Tubingae 1730. 4. *Io. Andr. Schmidii* dissertatio de re monetali Hebraeorum. Helmstadii 1699. 4. *Erasmus Froelich* in prolegomenis ad annales regum Syriae, part. 5. pag. 74 sqq. vbi de numis Hebraeorum. *Ioan. Gottl. Carpzouius* ad Goodwinum pag. 687. *Claudius Bouteroe* in obseruationibus in rem monetariam gallice editis Paris. 1666. fol. et

[17] Confer Freheri parerga III. 10. Waserum de numis Hebr. II. 16. Lipsii admiranda II. 3. Thom. Crenii animaduers. part. 2. p. 196 sq. etc.

et I. B. Keldermannus in dissertat. de origine atque vsu numorum apud Hebraeos. Vltrai. 1750. *Herm. von der Hardt* numi et pondera Hebraeorum ex Graecia. Helmstadii 1727. 8. Sigillatim de *siclis* videantur *Mosis Maimonidis* constitutiones cum versione et notis Ioan. Esgers Lugd. Bat. 1718. [18]4. *Ioan. Pastritius* de siclis et numis Iudaeorum Romae 1700. *Andreae Beyeri* libellus, qui inscribitur siclus sacer et regius appensus et ostensus. Lips. 1667. 12. *Melanchthonis* carmen ad Ioan. Aepinum de siclo, quod obuium est in Ioan. Henr. a Seelen philocalia epistolica, pag. 13. et dissertationes Gustaui Peringeri. Vpsal. 1692. 8. et I. C. Iselii. Basileae 1709. et Ioan. Conr. Keysleri oratio de dimidio siclo argenteo siue lytro animarum Israel. Bremae 1704. Siclos exhibent Scheuchzerus physicae sacrae tab. LXXXI. Kircherus tomo 2. Oedipi part. 1. p. 98 sq. Waltonus in apparatu ad Biblia Polyglotta, Villalpandus in apparatu ad templum Ezechielis tom. 3. pag. 380. Waserus II. 3 sq. de numis Hebraeorum. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum tom. 1. p. 167. Ioan. Leusdenius in philologo hebraeo mixto dissertat. 28. et alii. In Iacobi Goeree introductione ad sapientiam biblicam P. 1. pag. 82. exhibentur quoque sicli, sed ex Villalpando atque Kirchero infeliciter explicantur. Vide Iacobi Rhenferdi opera philologica pag. 149. et Surenhusium ad Misnam Schekalim I. 1. pag. 177. De *Kesita* Hebraeorum interpretes ad Gen. XXXIII. 19. Ios. XXIV. 32. et Iob. XLII. 11. *Oligeri Nicolaidae* diss. Hafniae 1691. qui non agnum nec margaritam, sed numi genus aurei vel argentei intelligit. Eandem sententiam tuentur Bochartus Hierozoic. P. 1. pag. 433. Waserus lib. cit. Schultensius commentar. in Iobum, Carpzouius ad Goodwinum pag. 689. a. aliique. Dissentiunt vero Hottingerus lib. cit. pag. 110. Adrianus Cattenburgh syntagm. sapientiae Mosaicae lib. 5. c. 5. §. 6. p. 286. et I. G. Wachterus archaeol. numar. pag. 10. Ex eo quod Abimelech Abrahami coniugi dedit mille Keseph, (LXX. δίδραχμα) Gen. XX. 14. colligit etiam Begerus tom. 1. thesauri Brandenburg. pag. 282. iam Abrahae temporibus vsum numismatum obtinuisse. Contrarium ostendit Wachterus lib. cit. p. 20. Abrahamum non pecunia, nec moneta publica, sed argento librae appenso agrum esse mercatum docens. *Hermannus* vero *Conringius* Helmstadii A. 1675. 4. edidit paradoxa de numis Hebraeorum, in quibus contendit siclos omnes olim fuisse argenteos, tum nullum numum hebraeum, qui refert hominis imaginem, esse genuinum, characteres porro Assyriacos siue Samaritanos non fuisse olim Hebraeis ad ciuilia negotia

[18] In quibusdam exemplaribus titulus praefert A. 1727.

gotia vſurpatos, nec ante captiuitatem Babylonicam [19] numos ſignatos fuiſſe in vſu: itaque nullum numum ſamariticis aut hebraicis litteris inſcriptum qui ex illa aetate iactetur eſſe bonae notae, aut multum vetuſtum [20], nec poſſe certis argumentis demonſtrari, numos ſamariticis characteribus inſcriptos captiuitate babylonica antiquiores eſſe, ſed omnes Haſmonaeorum ſiue Maccabaeorum et Herodum aetate cuſos videri, neque olim in vſu fuiſſe ſiclum alium ſacrum [21] alium profanum, nec fidem denique mereri quae in iam dicto de cippis Hebraeorum Hottingeri libro leguntur. Haec Conringii paradoxa recuſa ſunt in faſciculo ſecundo opuſculorum, quae ad hiſtoriam et philologiam ſacram ſpectant Lugd. Bat. 1695. 8. *Otto* autem *Sperlingius* V. C. libro de numis non cuſis inter alia quidem cum Conringio probat apud Iudaeos ante captiuitatem babylonicam nullum ſignati aeris vſum valuiſſe, quod ex Gen. XXIII. 16. 1 Chron. XXI. 25. et Ierem. XXXII. 9. confirmat etiam Adrianus Relandus [22] diſſ. 1. de numis Samaritanis pag. 7. et aduerſus Fortunatum Schacchum II. 3. Myrothec. tuetur pag. 49 ſq. ſed et poſt captiuitatem, noſtrique ſeruatoris Chriſti tempore contendit rude tantum et informe argentum forfice diſſectum ac libra appenſum monetae locum tenuiſſe, itaque ſiclos omnes recens eſſe ſuppoſitos. Quanquam numos cuſos fuiſſe a Iudaeis non ſinit nos dubitare locus 1. Maccab. XV. 5. 6. vbi Antiochus Demetrii filius Syriae rex cum aliis immunitatibus Simoni Pontifici Maximo permittit *ποιῆσαι κόμμα ἴδιον νόμισμα τῇ χώρᾳ αὐτοῦ* Vocabula *μνᾶ*, *δραχμὴ*

[19] Aliud videtur Scaccho quem vide ſis II. 3. Myrothec. ſed Conringii ſententiam qui ſiclos pondus argenti, non ſignatos numos fuiſſe contendit, tuetur V. C. Adr. Relandus diſſ. 1. de numis Samaritan. p. 49 ſq. Vide etiam ſis Rev. D. Salomonis Deylingii obſeruationum ſacrarum partem 3. p. 176 ſq.

[20] In eandem ſententiam vide quae diſputantur a Iacobo Baſnagio auctore diſſertationis gallicae *ſur l'antiquité de la Monnoye et des Medailles des Juifs*, *et ſur la preference des Characteres Samaritains aux Hebreux* in Baſnagii Bellouellii hiſtoria operum eruditorum A. 1709. pag. 32. Contrariam ſententiam defendit Soucietus in diſſertationibus gallice editis pag. 70.

[21] De ſiclo ſanctuarii adde quae Io. Clericus et alii interpretes ad Exod. XXX. 13. Io. Wulferus ad tractatum Talmudicum Shekalim, Norimb. 1680. 4. Buxtorfius Lex. Talmud. pag. 2032. 2068. 2449 ſq. 2624. Andreas Beyerus in libello paullo ante citato. Herm. von der Hardt libello paullo ante citato de numis et ponder. Hebr. ex Graecia. Io. Meyerus ad Claſingii *διάσκεψιν* de vnctione ſacra pag. 8. vbi eorum accedit ſententiae, qui duplicem exſtitiſſe ſiclum ſacrum alterum ſ. Sanctuarii, alterum communem affirmant, contra quos veriorem ſententiam defendit Claſingius in vindiciis extortis pag 38.

[22] Relandi argumenta ſtrictim recenſet Wachterus Archaeol. numar. pag. 23.

δραχμὴ et ὀβολὸς hebraicae esse originis notat Iacobus Duportus ad Theophrasti characteres p. 324. Idem Sperlingius contra Conringium docet Iudaeos etiam auri vsum habuisse monetae loco. Ceterum *Wagenseilius* in commentario ad tractatum Sota p. 275. contendit nullam amplius exstare verae antiquitatis Hebraeorum monetam, et post nonnulla interiecta, multis oppugnat numos referentes imaginem Abrahami, Mosis, Dauidis et Salvatoris nostri. De numismate census, quod Romanis pendere iubebantur Iudaei, consulendi sunt interpretes ad Matth. XVII. 24. 27. *Casp. Waserus* II. 6. et 20. *Lipsius* II. 3. admirand. *Marquardi Freheri* Parerga III. 10. et dissertatio paullo ante laudata. *Ioan. Seldenus* de iure naturae et gentium II. 8. pag. 221. et VI. 17. *Ioan. Harduinus* opp. select. pag. 625. 629. *Thomas Crenius* animaduers. philolog. lib. 2. pag. 196 sqq. *Ioan. Gottl. Carpzouius* ad Goodwinum pag. 690. *Seb. Schmidius* fascic. disp. pag. 796. *Ioan. Reinh. Rusius* Harm. Euang. II. 822. *Ioan. Nicol. Schulini* dissertatio Witteb. 1685. 4. *Ioan. Laurent. Moshemii* dissertatio Helmstadii 1725. *Claud. Salmasius* contra Miltonum pag. 269 sq. 275 sqq. Idem in funere hellenistico pag. 55. *Simulacra omnis generis quum abominarentur Iudaei, monetam tamen graecanicam Romanamque Deorum imaginibus figuratam recipiebant, atque dabant. At in templo ne Caesarum quidem tum Dominorum suorum imagines admisissent.* De numis hebraicis *Mosen cornutum* referentibus exstat peculiaris dissertatio I. B. Carpzouii. De numis *Iesu Christi* agit praeter alios Io. Reiskius in libro de Iesu Christi imaginibus. Wagenseilius ad Mishnam Sota pag. 238 sq. edit. Surenhus. et Ioan. Dav. Koelerus tom. 6. historicar. e numis deliciarum p. 353 sqq. De numis Christi confer praeterea Cangium §. 28. de numismatibus imperii romani, et Antonium Augustinum dialogo primo de numismatibus §. 9. Raphael quoque Auellinus italica lingua scripsit breuem declarationem numismatis hebraici [23] vt ipse quidem putat antiquissimi *Dauidis* et *Abrahami*, editam sub nomine angeli Gabrielis Anguisciolae: vide Bartoloccium in bibliotheca Rabbinica tomo 4. pag. 164. et Imbonatum in bibliotheca ebraeo-latina pag. 212 sq. et 306. De numis quos de Iudaea capta vel de rebus iudaicis percussere Romani, consulendus Ezech. Spanhemius de vsu numismat. pag. 326. et Carolus Patinus ad Suetonii Vespasianum et Titum. et Petrus Zornius opusc. sacr. tom. 1. pag. 37. De numis *cabalisticis*, amuletis etc. Vide Kircherum tomo 2. Oedipi parte 2. p. 475. 465. 480. et Sig Iac. Baumgartenium fascic. 1. consiliorum theologicorum (theologische Gutachten)

[23] Dichiaratione della hebraica Medaglia detta Maghen David et Abraham, di D. Angelo Gabriele Anguissola. Mediolan. 1617. fol. Dixi de numis illis suppositiis etiam nuper in Codice Pseudepigrapho Veteris Testamenti.

achten) pag. 95 ſqq. Numos *ſamaritanos* exhibet idem Kircherus tomo 2. Oedipi parte 1. pag. 88 ſq. et 100 ſq. Villalpandus in apparatu ad templum Ezechielis, Ioan. Morinus exercitatione ſecunda ſamaritana cap. 10. Steph. Morinus in exercitationibus de lingua primaeua. D. Val. Erneſtus Loeſcherus de cauſis Ebr. linguae pag. 201. Vide etiam ſis Cornelii Dieterici Koch diſſertationem de numorum Hebraicorum inſcriptionibus ſamaritanis, Helmſtadii editam A. 1712. Ioan. Harduinum ad Plinium tom. 1. pag. 432 ſq. edit. in fol. Eiuſdem Harduini epiſtolam de tribus Toinardi numis ſamaritanis; apud I. Clericum tomo 21. bibliothecae vniuerſalis parte 2. p. 131 ſq. Baſnagium Bellouallium hiſt. operum eruditorum Febr. 1692. pag. 269 ſq. Iac. Baſnagii diſſertationem de numis et characteribus ſamaritanis et moneta veteri Iudaeorum in eadem hiſtoria operum eruditorum Ianuar 1709. Eiuſdem Baſnagii hiſtoriam Iudaeorum gallice editam tom. 6. pag. 411 ſqq. Hadriani Relandi diſſertationes quatuor, itemque vnam Ioan. Baptiſtae Ottii de numis ſamaritanis ad Iacobum de Wilde, Amſtel. 1702 et 1704. 8. Ioannis item Gagnierii et laudati Relandi epiſtolas amoebaeas in memoriis litterariis Treuoltinis A. 1705. Septembri pag. 1643. et Nouembri pag. 1997. et in Iac. Bernardi nouellis reipubl. litterariae A. 1705. 1. pag. 653. et II. 145 ſq. Epitomen epiſtolae Guelpherbyto ad Relandum tranſmiſſae de numis Iudaeorum qui charactere ſamaritano ſunt inſigniti, quae legitur in hiſtoria critica reipublicae litterariae tom. 2. pag. 65 ſqq. Nicolai Toinardi opus de numis ſamaritanis ſperare quidem iuſſit Clariſſimus Montfauconus in palaeographia graeca pag. 119. 124. ſed ſpem concitatam, aliis forte negotiis impeditus, non impleuit. Ceterum ſamariticos numos pleroſque recentiores aut dubiae admodum vetuſtatis videri, Ezech. Spanhemii iudicium eſt diſſert. 2. de vſu numiſmatum pag. 67. edit. Amſt. Recte tamen alibi illos minus dubiae vetuſtatis ac fidei fatetur qui poſt captiuitatem babylonicam cuſi extant tum argentei tum aerei maxime, quorum aliquos ibidem profert atque illuſtrat p. 66. edit. Londinenſis. Explicatio duorum numorum Samariticorum Simonis Maccabaei, Ioanne Harduino auctore exſtat in memoriis Treuoltinis A. 1712. pag. 841. De iiſdem numis leguntur obſeruationes Nicolai Henrionis in hiſtoria academ. inſcriptionum tom. 2. pag. 65. De numis quibuſdam Samaritanis et Phoeniciis, vel inſolitam litteraturam prae ſe ferentibus vel in lucem hactenus non editis Ioannis Swintonii diſſertatio adiecta eſt eius inſcriptionibus Citieis. Oxonii 1750. 4.

Obiter in diſſert. 1. de numis ſamaritanis doctiſſimus Relandus pag. 24. agit etiam de numis *punicis*, quod argumentum tangunt praeterea Antonius Auguſtinus dialogo VI. Ezech. Spanhemius diſſ. 2. Bernardus Aldrete libro 2.

antiquitatum Hiſpaniae et Africae, idiomate hiſpanico expoſitarum: ſed accuratius Iac. Rhenferdius in periculo Phoenicio ſiue litteraturae Phoeniciae ſpecimine, pag. 732 ſqq. Oper. Philolog. atque in epiſtolis de numis Phoeniciis nobiliſſimi Barii, quarum argumentum exponit Io. Clericus tomo 11. Bibl. ſelectae pag. 105 ſq. Maximus numorum Punicorum numerus tabulis vna et quinquaginta, ſed qui explicari et illuſtrari ab Rhenferdio aliquo deſiderant, aere deſcriptus latet in libro non vbiuis obuio atque hiſpanice edito Caeſarauguſtae A. 1644. 4. hoc titulo: *Muſeo de las metallas deſconocidas Eſpannolas*[24], publica lo *D. Vincentio Ioan. de Laſtanoſa*, Sennor de Figarvelas, i lo dedica al Excellentiſſimo Sennor D. Bernardino Fernandez de Belaſco, Condeſtable de Caſtilla y Leon. Vide et numos Punicos in Andreae Morelli ſpecimine rei numariae pag. 236. 246. et Begeri theſauro Brandenburg. tomo 1. pag. 302. et Gisberti Cuperi exerc. ſecundam de elephantis in numis pag. 166. tom. 3. theſauri Sallengriani. Tentamen numos veteres Carthaginienſes explicandi germanice edidit Ioan. Mich. Weinrichius. Meinungae 1722. 4.

Numiſmatis e puriſſimo auro cuſi a rege *Perſarum* Dario meminit Herodotus IV. 166. vbi addit Aryandem Aegypti Praetorem ſimiliter ex puriſſimo argento numos cudi curaſſe. Daricos vocat Plutarchus Artaxerxe, qui pag. 1021. et in Ageſilao pag. 604. teſtatur numos Perſicos ſagittarii imagine ſignatos fuiſſe. Confer de *Daricis* Scholiaſten Ariſtophanis Veſp. pag. 93. Zonaram lib. 10. cap. 36. Conringium lib. cit. cap. 4. Gronouium de pecunia vetere III. 7. Eiſenſchmidium de ponderibus et menſuris pag. 142. De ſiclis Perſicis, de quibus Waſerus lib. 2. cap. 12. intelligendus locus 2 Samuel. XIV. 26. Hi octo tantum obolorum Atticorum erant, ita vt totum pondus capillorum Abſolonis fuerit vnciarum 31. vt notat Relandus parte 2. diſſ. miſcell. pag. 237. quanquam alii verba ſacri ſcriptoris non de pondere ſed pretio comarum malunt accipere, quod refellit Bochartus tom. 1. pag. 884.

Arabicorum numorum magnum numerum collegerat Carolus Cato Curtius, quem laudat Andreas Morellus in ſpecimine rei numariae pag. 232. vbi exhibet numum Salahoddini, qui Hieroſolymam Chriſtianis eripuit A. C. 1177. De aliis quibuſdam vide Hottingerum ad calcem libri de cippis hebraicis et pag. 115. Bibliothecarii quadripartiti, atque Rud. Capellum noſtrum τὸν μακα-

[24] Guſtauus Peringerus in Ecloga, ſiue catalogo librorum Sparwenfeldii pag. 45. teſtatur ab hoc viro inſigni illatos numos eiuſmodi triginta bibliothecae regis Sueciae, feliciusque poſſe explicari ex linguae ſcripturaeque Runicae penetralibus. Adde pag. 60. vbi catalogus librorum Laſtanoſae memoratur.

μακαρίτην in rarioribus Beccelerianis. Statum monarchiae Asiaticosaracenicae, qualis VIII et IX. post C. N. saeculo fuit, ex numis argenteis, prisca Arabum scriptura Kufica, a monarchis Arabicis, Almansor, Harun Raschid, Almamon aliisque in metropolibus Chaldaeae, Persiae Transoxanaeque cusis, et in littore maris Balthici prope Gedanum effossis, singulari libello illustrauit Georg. Iac. Kehr. Lips. 1724. 4. Idem Vir doctus Monarchae Mogolo-Indici, vel Mogolis Magni *Aurenk Szeb* numisma argenteum quinquelibrale in renouationem clientelarum vrbis imperatoriae Dschihanadab signatum, e Gazophylacio Gothano recensuit et illustrauit. Lipsiae 1725. 4. De numo Arabico Constantini Pogonati, litteris Cuficis scripto, dissertatio V. C. Hadriani Relandi prodiit Amstelod. 1705. 8. Henrici Scholzii descriptio numi Saracenici A. 1712. prope Slesuicum reperti exstat in A. E. 1732. p. 415 sqq. Per *solidos barbarinos* intelligi numos Arabicos notauit Sirmondus ad Godfridum Vindocinensem tomo 21. Bibl. Patrum, edit. Lugd. pag. 95. De numis Arabicis aliisque hodie per orientem vsitatis consulendi scriptores itinerariorum, inter quos Ioan. Baptist. Tauernerius de numis in Asia hodie receptis diligenter egit post partem itinerarii sui secundam; quemadmodum de numis in Africa, vt videtur, cusis Shawius itineris sui tom. 2. pag. 155. Hagae Comit. 1743. 4. Praecipue vero votis eruditorum exposcitur illustris *Io. Sigismundi ab Haunolt*, Senatoris vltra annos quinquaginta [25] ac praesidis Reip. Vratislauiensis theatrum monetarium orientale, in quo veteres et recentes exponendos suscepit numos: cuius edendi spem olim fecit B. Andreas Acoluthus in specimine Alcorani p. 6. quodque Bibliothecam Elisabethanam Vratislaviensem hodie ornat.

XI. Graeca numismata Alexandri temporibus antiquiora [26] extant Amyntae regis Macedonum, Phidonis regis Argiui (de quo consulatur Wachterus Archaeolog. numar. cap. quinto integro) aliaque vti aduersus Iac. Basnagium obseruat V. C. Mat. Veissierius la Crose in libro gallice edito A. 1711. entretiens sur diuers sujets d'histoire etc. pag. 183. Ex scriptoribus vero qui numos Graecos magno numero exhibent atque illustrant, memorandus inprimis Hubertus Goltzius in thesauro rei antiquariae: et in Sicilia ac magna Graecia siue libris IV. historiae vrbium et populorum Graeciae ex antiquis numismatibus restitutae 1576. fol. Lud. Nonnius in commentario ad

[25] Vide Acta Eruditor. tom. 5. supplementi pag. 180 sq.

[26] Vide tamen histoire des ouvrages des Savans A. 1799. pag. 51 sq.

Goltzii Graeciam, insulas et Asiam minorem Antw. 1644. fol. Io. Georgii Volckameri rara magnae Graeciae numismata, Noriberg. 1683. fol. Clariss. Turnemini dissertatio de numis insularium in Archipelago, inserta memoriis Treuoltinis A. 1706. p. 1344 sq. Nicol. Franciscus Haymius P. I. thesauri Britannici italice editi Londini 1719. 4. Chrysostomus Hanthalerus in exercitationibus prooemialibus de numis Graecorum. Norimbergae 1735. 4. et Ioan. Sal. Semler in veteribus numismatibus illustratis, quae leguntur P. 4. supplementor. ad historiam vniuersalem pag. 1 sqq. Magnam etiam lucem numis quamplurimis Graecis afferunt Ezech. Spanhemius in dissertationibus de vsu et praestantia numismatum, Ioan. Harduinus in numis populorum et vrbium antiquis [27] illustratis Paris 1684. 4. et inter opera selecta Amstelod. 1709. fol. in quibus et chronologia Veteris Testam. ex multis graecis numis lucem accipit et ei vicissim mutuatur. Laurentius Begerus in thesauro Palatino et Brandenburgico, cuius posterioris tertium Volumen prodiit Coloniae Marchicae 1701. fol. tum in spicilegio antiquitatis ibid. 1692. fol. et in obseruationibus atque coniecturis in numismata quaedam antiqua sparsim in fol. et 4. editis. Ioannes Siton de antiquis et modernis in Insubria monetis Mediolani 1713. fol. Atque de numis graecis [28] imperatorum Romanorum praeclarum opus habemus V. C. Ioannis Vaillant Amst. 1700. fol. Aliud Mediobarbi, a filio Ioan. Antonio Mediobarbo Birago edendum promittitur in memoriis Treuultinis A. 1701. tom. 2. pag. 364. edit Amstelod. De numismatibus Regum Macedoniae dignum est, vt commemoretur, opus quod Tiguri 1738. fol. sub hoc titulo prodiit: Numismata Regum Macedoniae omnia, quae laboribus celeb. Virorum, Crophii, Lazii, Goltzii, Patini, Spanhemii, Haymii, Liebii, etc. ex regiis aliisque Numismatophylaciis hactenus edita, additis ineditis et nondum descriptis tabulis aeneis. Repraesentata digessit, descripsit et notis variorum doctissimorum virorum illustrata edidit Io. Iac. Gesnerus. Praeclaras etiam in numismata omnis generis obseruationes debemus Petro Seguino, Iacobo Oiselio, Gisb. Cupero, Iacobo de Wilde, et Francisco Antonio Comiti de Kheuenhüller, qui Regum veterum numismata anecdota aut per-

[27] Anonymi notae ad primam editionem numorum populorum exstant Vol. 6. observ. misc. in auctores tom. 3. pag. 747.

[28] Alios qui historiam Imperatorum e numis tradiderunt, recenset Caspar Sagittarius introductione ad historiam ecclesiasticam pag. 591 sq. De Iacobi de Strada opere MS. tomis XXXI. vide V. C. Salom. Ernesti Cypriani catalogum MSS. bibliothecae Gothanae pag. 83.

perrara notis illustrata edidit Viennae 1752. 4. Historiam Ptolemaeorum Aegypti Regum Regumque Syriae ex numis descriptam dedit idem Ioannes Vaillant, quarum prior Amst. 1701. fol. altera Paris. 1682. 4. prodiit. Eidem Vaillantio debemus Arsacidarum imperium, siue Regum Parthorum historiam: item Regum Ponti, Bospori et Bithyniae historiam, ad fidem numismatum applicatam, Parisiis 1725. 4. duobus tomis editam. Numos Syriacos, Aegyptiacos, Armenos atque Parthos illustrauit quoque idem, quem paullo ante laudauimus, Semlerus lib. cit. parte eadem pag. 107 -- 174. Neque omittendi sunt Erasmi Froelichii annales Regum et rerum Syriae numis veteribus illustrati. Viennae 1744. fol. Praeterimus alios, qui apud Labbeum et Struuium videri possunt. Erizzum vero, Parutam aliosque exigua vel nulla peritia litteraturae graecae instructos ad explicanda Graeca numismata infeliciter accessisse monet Ezech. Spanhemius pag. 307. de vsu numismat. edit. Amst. Sicilia numismatica quam molitus est Ioannes Maria Amati, S. I. vide memorias Treuoltinas A. 1705. p. 1640. et A. 1713. p. 1290. lucem, quod sciamus, non vidit. De talentis Siculis, reque numaria antiquiore Siculorum erudita obseruat Rich. Bentleius in dissert. anglice edita de Phalaridis epistolis, cui iunge Salmasium de modo vsurarum cap. 6. Philippi Parutae numismata Siciliae prodiere Panormi 1602. fol. sed plenius opus, rariusque obuium est quod Leonardo Augustino curante lucem vidit hoc titulo: *la Sicilia di Filippo Paruta, descritta con le Medaglie.* Rom. 1649. fol. Philippi Parutae et Leonhardi Augustini Siciliam numismaticam, additis Huberti Goltzii aliorumque Siciliae descriptione et in numismata singula explicationibus, ingenti numero tabularum locupletatam et perpetuo commentario illustratam iunctim recudendam curauit Sigebertus Hauercampus. Lugd. Bat. 1723 fol. quae editio repetita inserta est tom. 6. 7 et 8. thesauri antiquitatum et historiae Siciliae. Vincentii Mirabellae ichnographiae Syracusarum antiquitatum explicatio, vt et numismatum aliquot selectiorum eiusdem Reipublicae liberae et Regum, qui in illa dominati sunt, italice prodierunt Neapoli 1613. fol. tum in volumine secundo Syracusarum antiquarum Iacobi Bonanni, Panormi 1717. fol. denique latine versae et notis illustratae a Sigeberto Hauercampo, et insertae volumini decimo thesauri antiquitatum et historiae Siciliae. Syracusanam quoque monarchiam ex numis illustrauit Michael Gottlieb Agnethlerus parte tertia scriptorum illustrandae histor. vniv. inseruientium pag. 295 sqq. De numismate Damareti, quod Damarete Gelonis vxor cudi curauit, vide Diodor. Siculum XI. p. 256.

XII. De numiſmatibus Romanorum incredibilis Scriptorum numerus etiam diligentis hominis induſtriam fatigare poſſit. Et quam late patuit ipſorum imperium, tam quoque numi ipſorum per omnem fere orbem terrarum valuerunt. Vnde Coſmas Indopleuſtes I. 2. pag. 148. ἐν τῷ νομίσματι Ῥωμαίων ἐμπορεύονται πάντα τὰ ἔθνη. Numiſmata familiarum Romanarum poſt Fulv. Vrſinum, Abr. Gorlaeum et Carolum Patinum, imperatorum quoque poſt Adolphum Occonem, Aeneam Vicum, Hub. Goltzium, Io. Triſtanum, Franciſcum Mediobarbum, Franciſcum Angelonium, Sigebertum Hauercampum, Chryſoſtomum Hanthalerum: nec minus Coloniarum numos pulcherrimis commentariis idem Ioan. Vaillant [29] illuſtrauit. Neque omittenda regum et imperatorum numiſmata a Romulo et Iulio Caeſare vſque ad Iuſtinianum Auguſtum ex Cimeliarchio Caroli Ducis Croyiaci et Arſchotani cum commentario *Alberti Rubenii* et ſubiectis ad calcem annotationibus *Laurentii Begeri*. Colon. Brandenb. 1700. fol. His iungenda Anſelmi Banduri numiſmata imperatorum Romanorum a Traiano Decio ad Palaeologos Auguſtos. Pariſiis 1718. Voll. 2. fol. Doctiſſimus quoque Harduinus, licet paradoxorum ſubinde captator, in numiſmatibus ſaeculi Conſtantini, atque hiſtoria Auguſta ex numis vſque ad Numerianum: inter opera eius ſelecta Amſtel. 1709. fol. Paullus item Pedruſius, de quo Acta Eruditorum A. 1713. p. 294. D. Henrionis opus promiſſum hiſtorico-chronologicum, de ratione monetae romanae a primo illius vſu vſque ad Conſtantinopolin captam a Turcis, memoratur in Ephemeridibus litterariis Pariſ. A. 1708. II. pag. 405. 596 ſq. Numiſmata imperatorum Conſtantinopolitanorum exhibet et illuſtrat Carolus du Freſne in familiis Byzantinis. Pariſ. 1680. fol. et V. C. Anſelmus Bandurius in imperio orientali, Pariſ. 1711. fol.

XIII. Sarugus, cuius Geneſ. XI. 20. mentio, modum cudendi numos aureos et argenteos oſtendiſſe traditur ab Abulpharaio p. 12. Lydos primos aureis et argenteis numis vſos eſſe notat Herodotus lib. 1. cap. 94. et ſuperat hodie numiſma antiquum Atyos Lydorum Regis, de quo Ezech. Spanhemius diſſert. prima de vſu numiſmatum. Sed Herodoto, ſcriptori ceteroquin fide digno, hac tamen in re fidem haud habendam eſſe affirmat Wachterus archaeol. numar. p. 30. De Erychthonio, Hermodice vxore Midae, Iono Theſſal. rege, Phidone Argiuo numorum inuentoribus apud Graecos, vide Bege-

[29] Huius Ioannis Vaillanti filius Ioan. Franciſcus Foy Vaillant A. 1708. 17 Nov. defunctus, cuius diſſert. de Diis Cabiris extat. Elogium illius vide in memoriis Treuoltinis A. 1709. menſe Auguſto pag. 1393.

Begerum I. thesauri Brandenb. p. 279 et 282. et II. p. 527. et Wachterum pag. 31 et 33. vbi is ex monumentorum Graecorum collatione patere affirmat primum numum signatum esse a Phidone, alterum a Lycurgo, tertium ab Alyatte. Aerea moneta argenteam praecessit, vnde Argentinus Aesculani filius apud Augustinum IV. de C. D. cap. 21. Latini primum numorum vsum referunt ad tempora Iani, vt praeter alios Theodoro Cantero variar. lect. II. 23. laudatos testatur Paullinus Nolanus carmine aduersus Paganos v. 71.

Et Ianum geminum veteres dixere Latini,
Hic quia nauigio Ausonias aduenit ad oras
Numus huic primum tali est excusus honore
Vt pars vna caput, pars scalperet altera nauem.

Confer Schottum ad Aurel. Victorem de origine gentis Rom. c. 3. Tertull. c. 10. Apologetici. Numam Pompilium ἀσσάρια siue numos ligneos, coriaceos et testaceos congiarii loco inter populum distribuisse legas in Syncello p. 211. qui p. 275. numum argenteum ait primum Romae cusum circa tempora Ptolemaei Philadelphi, quod legitur etiam in Chronico Paschali p. 173. ad annum V. C. 481. Ol. 126. et in Prosperi Chronico pag. 695. editionis nouae. Sed hac de rè conferendus inprimis Plinius XXXIII. 3. et ibi Harduinus, ac Wachterus archaeol. numar. p. 110 sqq. Asses librales aliis assibus aereis minoris ponderis apud Romanos permutari solitos ante bellum Punicum secundum, nihilominus omnes asses aereos dictos esse aes graue, respectu numorum argenteorum et aureorum, qui et ipsi venerint nomine aeris, sententia est Viri Clariss. Ludolphi Kusteri in diatribe Antigronouiana, quam oppugnandam sumsit vir et ipse doctissimus Iacobus Perizonius in diss. de aere graui, Lugd. Bat. 1713. 12. qui solum aes rude et asses librales nomine aeris grauis venisse pluribus contendit argumentis. Vide etiam Ioan. Christoph. Wagenseilii diss. de re monetaria veterum Romanorum. Altdorfii 1691. 4. et Wachterum lib. cit. cap. 11. in quo de assibus imminutis disserit. *De asse ipso eiusque partibus* omnino videndus est Montfauconius tom. 3. supplement. lib. 4. pag. 89 sqq. qui ibid. pag. 139 obseruat, nunquam reperiri numos nisi alio percussos instrumento, licet typos eosdem easdemque inscriptiones referant. Guil. Budaeus libris 5. de asse eiusque partibus. Venetiis 1522. 4. et T II. operum eius Basileae 1557. fol. iunctim editorum, item in Ad. Rechenbergii scriptoribus hist. rei numar. veter. quorum compendium gallico sermone Parisiis 1550 euulgatum laudatur tom. 9. Bibliothecae angli-

cae pag. 376. aliudque exſtat faſciculo ſecundo opuſculor. hiſtoricophilolog. Henrici Noriti liber de aſſe et partibus eius. Baſil. 1550. fol. Georg. Heniſchius de aſſe et partibus eius. Aug. Vindel. 1606. 8. Ioan. Wardus in commentario de aſſe eiuſque partibus, qui praemiſſus eſt parti ſecundae monum. veruſt. Kempian. Londini 1719. 8. p. 1 ſqq. et Moulineti diſſertatio de aſſe Romano pag. 43. Muſei coenobii S. Genouefae. Aſſes et partes aſſis in numis ſingulas exhibet P. de Vitry, S. I. in memoriis Treuoltinis 1729. p. 1266 ſqq. De aſſibus Etruſcis exponit Bernardinus Baldus apud Iuſtum Fontaninum lib. 1. de antiquitatibus Hortae cap. 7. De *Seſtertiis* conferatur Paulli Manutii diſſertatiuncula, quae legitur in eius quaeſitis per epiſtolas, et recuſa eſt tom. 1. theſauri Sallengriani. Philippi Pigafettae diſſert. inſerta eius interpretationi italicae librorum Lipſii de magnitudine Rom. euulgatae Romae 1600. 8. Benedicti Poggii diſſertatio, quae habetur tom. 19. opuſculor. ſcientific. et philologic. pag. 399 ſqq. et in primis Ioan. Frid. Gronouii libri 4. de ſeſtertiis. Lugd. Bat. 1691. 4. Petri Gaſſendi abacus ſeſtertiorum exſtat tom. 5. eius operum. Ioſephi Iuuencii laterculum ſeſtertiorum habes ad calcem tom. 2. Horatii ab eo illuſtrati. De *Denario* conſule Ioannis Grauii (Greaves) librum anglice editum: A Diſcourſe of the Romane Foot and Denarius. Londini 1647. 8. De *Quinariis* vide memorias Treuoltinas 1710. pag. 699 ſqq. et Ioannis Swinton Metiliam; ſiue diſſertationem de Quinario gentis Metiliae. Oxonii 1750. 4. De *Triumuiris* et *Quatuoruiris* monetalibus vide Ez. Spanhemium tom. 2. de vſu numiſmatum p. 167 ſqq. cui adde Sertor. Vrſatum de notis Roman. tomo 11. theſauri Graeuiani pag. 766. et Franc. Hottomannum de magiſtr. Rom. tom. 3. eiuſd. theſauri pag. 1890. Hiſtoriam rei monetariae Romanor. vide in Diario anglico, *Hiſtory of the Works of the Learned* 1708. pag. 438 ſqq. et in Diario gallico, Bibliotheque Raiſonnée tom. 12. pag. 122 ſqq. Adde compendium rei numariae Romanorum, quod Dresd. 1753. 8. in lucem emiſſum eſt. Sciagraphiam rei numariae antiquae nouiſſime poſt alios dedit celeberrimus Wedelius centuria prima exercitationum medico - philologicarum decade IX. exerc. 10. vbi inter alia de numis *gothicis* agit, quod argumentum praeclare etiam illuſtrauit Elias Brennerus in theſauro numorum *Sueo - Gothicorum*, ſuecice et latine edito 1691. 4. et longe auctius recuſuo [30] Holmiae 1731. 4. cui iungenda Magni von Bromel hiſtoria numiſmatica Senatorum et Magnatum Sueciae, in actis litterariis Sueciae Vpſal. 1730. Kiliani Stobaei diſſertatio de numis et ſigillis Lundinenſibus. Lundini Goth. 1741. 4. et Georgii Wallini clauis numophylacii Runici, ſiue ratio, qua intelligi poſſit numorum Runico-

[30] Hamburgiſche Nachrichten 1732. pag. 219.

nicorum ſcriptura. Holmiae 1743. 4. De numo Vizonis Obotritorum regis vide A. E. 1724. pag. 412. Andreae Fontaine, equitis Aurati, numiſmata *Saxonica* et Dano-Saxonica iunguntur Georgii Hickeſii libris 2. antiquae litteraturae ſeptentrionalis Oxon. 1705. fol. qui etiam videndus in diſſ. epiſtolari p. 109 ſq. Notae vero ad numos Anglo-Saxonicos ſubiectae conſpectui operis Hickeſiani a Wottono editi Lond. 1708. 8. Operae pretium praeterea eſt videre quae de numis Saxonicis, *Anglo-Saxonicis*, *Hibernicis* et *Runicis* ſcripſit Nicolaus Kederus Holmienſis. Similiter de numis *Danicis* agere inſtituit Thomas Broderus Bircherodius, Hafniae 1701. 4. De numis ſcyphatis Nordmannorum, quos vulgo Regenbogenſchüßlein appellant, conſulatur Daniel. Ringmacheri tractatus hiſtorico-politicus de numis, vbi inſimul ventilatur quaeſtio, de vulgo ſic dictis guttulis ſiue patellis iridis. Lipſ. 1725. 4. Ioan. Chriſt. Hedleri diatribe Berolini 1730. 4. edita, et Ioan. Alexandri Doederlini diſſertationes epiſtolares binae. Suobaci 1739. euulgatae. De ſolidis argenteis, et aureis libris et denariis veterum Francorum, Sirmondus tom. 4. opp. fol. 727 ſq. et le Cointe tom. 5. pag. 60 ſqq. 80 667 ſqq. Ceterum non de *Franciae* modo ſed et aliis numiſmatibus ſequioris aeui, tum in Oriente tum in Occidente, ſingulari diligentia diſſerit Carolus du Freſne ſiue Cangius in gloſſario latino, cui adiungenda ſunt quae diſputat le Blanc in hiſtoria numiſmatum Franciae, Pariſ. 1690. 4. 1703. fol. Amſt. 1692. 4. et Gabriel Daniel in diſſ. de numiſmatibus Theodoberti primi, regis Franciae Orientalis et Clodouaci nepotis. Adde Danielis hiſtoriam Franciae tom. 1. p. 471 ſq. Claudii Boterouii (Bouteroue) Recherches curieuſes des Monoyes de France depuis le Commencement de la Monarchie. Pariſ. 1666. fol. Hautini Traité des Medailles, liber eruditus eſt, ſcriptus ſaeculo XVI. ſub Henrico III. Galliae Rege, ſed ſuppreſſus, quem nunquam editum eſſe memorat Morlierius [illegible]ais de litterature tomo 1. p. 14 ſq. Denarios in Gallia ſub Regibus Carolingicis cuſos exhibet Baluzius tom. 2. Capitular. pag. 1272. Iacobum Biaeum praeterimus, in cuius *Francia Metallica* [31] multi falſi et ſuppoſititii numi referuntur. De numis antiquis *Gallorum* circa Caeſaris tempora Memoriae Treuultinae A. 1706. artic. 162. pag. 1976 ſq. Anglicos numos veteres pluribus tabulis exhibet Henricus Speelmannus ante vitam Aelfredi. Conferatur quoque de numis Anglicis Scoticiſque Guil. Nicholſon ad calcem Bibliothecae hiſtoricae Angliae. Londini 1714. fol. p. 248. De numis Hibernicis Nicolai Kederi numorum in Hibernia antequam haec inſula ſub Henrico II. Angliae Rege, Anglici facta fuit iuris, cuſorum indagatio. Lipſiae 1708. 4. Hiſtoriam numiſmatum Anglicorum exhibet liber anglice

 editus

[31] Vide Caroli Patini iter quod gallice deſcripſit pag. 54. vbi ſimile fert iudicium de libro: *Promtuaire des Medailles.*

editus ſub hoc indice: Numi Britannici hiſtoria [32], or an hiſtorical Account of Engliſh money from the conqueſt to the uniting the two Kingdoms by King James I. and of great Britain to the preſent time. Lond. 1726. 8. Numiſmata Neapolitana a Ruggerio primo Rege ad Carolum VI. italico ſermone edidit Caeſar Antonius Vergara. Romae 1715. 4. De numis hiſpanicis diſſertatio Mahudelii gallice ſub titulo: diſſertation hiſtorique ſur les monnoyes et medailles antiques d'Eſpagne, prodiit Pariſiis 1715. 4. De numis et re numaria veterum *Germanorum*, quanquam tangit quaedam Paullus Hachenbergius in Germania media, diſſertatione 10. et plures agendum in ſe ſuſceperunt vt Goldaſtus, tum Chriſtfridus, Caſparus et Paullus Sagittarii, Chriſtianus Schlegelius, W. Erneſtus Tentzelius, Iac. a Mellen, Otto Sperlingius aliique viri clariſſimi, prae ceteris Io. Petrus Ludouicus in der Einleitung zu dem deutſchen Münzweſen mittlerer Zeiten. Halae Saxonum 1709. 8. et cum obſeruationibus Io. Iac. Moſeri. Vlmae 1752. 8. qui fuſe etiam diſſerit de numis bracteatis (Blech- oder hohle Münzen, Pfannenmünzen) Anonymi gründliche Nachricht von dem Münzweſen insgemein, beſonders von dem Münzweſen älterer und neuerer Zeiten, quae cum Io. Dav. Koeleri praefatione edita eſt Goettingae 1739. 8. et auctior Helmſtadii 1741. 8. et Nicolai Seeländers zehn Schriften vom deutſchen Münzweſen mittlerer Zeiten. Hanouerae 1743. 4. Io. item Mich. Weinrichius de ortu et progreſſu rei numariae, in primis apud Germanos Erf. 1710. 4. nondum tamen aliquid perfecti atque abſoluti in hoc genere habemus. De numis *Ruſſorum* vide Nic. Kederum in nouis litterariis maris Baltici A. 1701. pag. 18 ſq. Io. Arnoldi de Brand iter in Moſcouiam p. 417. et Petri Ambroſii Lehmanni obſeruationes hiſtoricas germanice editas Hamburgi A. 1705. p. 233.

XIV. E recentibus numis hiſtoriam illuſtrare primus aggreſſus eſt Ioan. Iacobus Luckius, editor ſylloges numiſmatum elegantium ſaeculi XVI. Argentorati 1620. fol. quem deinde alii ſunt ſequuti. Vide W. Erneſtum Tenzelium in dialogis menſtruis vernaculis anni 98. p. 625 ſq. Ex hiſce in primis notari meretur Io. Dav. Koelerus, qui hiſtoricas e numis oblectationes duabus et viginti partibus in forma quadripartita ab anno 1729 vſque ad annum 1757 Noribergae euulgauit. Et Ioan. Hieronymus Lochnerus, qui Koeleri exemplo excitatus itidem germanice edidit collectionem numorum notatu dignorum, quae octo voluminibus Norimbergae 1737 -- 1744 prodiit. Octauiani Stradae hiſtoria *Romanorum Pontificum* a S. Petro vſque ad Gregorium XIII. cum imaginibus ex veteribus marmorum monumentis pi-

ctuuris

32 A. E. 1727. p. 90.

ſturis et monetis antiquis, Mſpta exſtat in Bibl. Gothana. Hiſtoriam eorundem a Martino Quinto, vſque ad Innocentium XI. ex eorum numiſmatibus perſequutus eſt Claudius Molinetus, Canonicus regularis, Pariſ. 1679. fol. et maiore apparatu Philippus Bonanni, S. I. in numiſmatis Pontificum illuſtratis et editis Romae 1700. fol. Idem Bonannus ibid. 1697. 4. vulgauerat numiſmata Summorum Pontificum, templi Vaticani fabricam indicantia. Numiſmata Romanorum Pontificum praeſtantiora a Martino V. ad Benedictum XIV. aucta ac illuſtrata edidit Rodulphinus Venutus. Romae 1744. 4. quibus iungatur Sauerii Scillae *breve Notizie delle monete Pontificie antiche e moderne, ſino alle ultime dell' anno XV. de regnante Pontefice Clemente XI.* ibidem 1715. 4. Vide et numiſmata Pontificum aliorumque Eccleſiaſticorum ex Cimeliarchio regis Boruſſiae edita et illuſtrata a Laur. Begero, Colon. Brandenb. 1704. fol. et inuentarium pecuniae in arca Hugonis Rogerii Cardinalis A. 1364. apud Baluzium in actis veteribus ad vitas Paparum Auenionenſium pag. 762. De *denariis* Pontificum conſulantur Io. Vignolius in antiquioribus Pontificum denariis; qui liber primum editus eſt Romae 1709. 4. et deinde tertia ſui parte auctus, et notis illuſtratus ſtudio et cura Benedicti Florauantis, ibidem 1739. 4. recuſus eſt. Et eiuſdem Florauantis antiqui Romanorum Pontificum denarii, a Benedicto XI. ad Paullum III. ibidem 1738. 4. De denario Petri vide Ioan. Speelmannum ad vitam Aelfridi; Matth. Zimmermannum florileg. pag. 285. et Andr. Arnoldi diſſertationem. Altorfii 1679. Numerum nominis ſui primus in numis adſcripſit Leo IX. vide Papebrochium p. 87. paralipom. ad propylaeum Maii. Numorum ex argento vncialium quos *imperatores* regesque romani recentis aetatis et *archiduces* Auſtriae ſignari iuſſerunt, ſyllogen debemus Rever. Iacobo a Mellen. Lubec. 1697 et 1698. 4. Numos archiducum Auſtriae ſingulari ſtudio et diligentia recenſuere Marquardus Herrgott et Ruſtenus Heer in numotheca [33] principum Auſtriae, cuius pars prior prodiit Friburgi 1752. poſterior ibidem 1753. fol. *Leopoldi*, glorioſae memoriae imperatoris, vita, quam ex numis parauit Ebnerus, Senator Norimbergenſis, lucem non vidit. Seriem regum Hungariae numis aureis illuſtrauit idem, quam paullo ante laudauimus, Mellenius. Lubecae 1699. 4. Hiſtoriam *belgicam* reipublicae confoederati Belgii ex numis illuſtratam edidit Petrus Bizotus [34], Canonicus Heriſſonenſis, Pariſ. 1687. fol.

 recu-

33 Haec numotheca tomum ſecundum abſoluit *monumentorum Auſtriacorum*, quae in quinque tomos diuiſa edere conſtituit Herrgottus: v. noua litteraria Lipſ. 1750. pag. 298. De parte prima numothecae confer A. E. 1753. pag. 289 ſqq. de parte ſecunda, eadem A. E. 1756. pag. 98 ſqq.

34 Obiit A. 1696. aetat. 66. Vide theatrum europaeum tom. 15. p. 114.

recusam auctius atque emendatius Amstelodami 1689. 8. 2 volum. gallice et 1690. 4. belgice. Conf. histoire des ouvrages des Sav. 1687. Septembri p. 1 sq. Acta Erud. 88. p. 164 et 90. p. 537. Supplementum ad Bizotum eodem gallico, quo ille scripsit, idiomate vulgauit Oudaamus Amst. 1690 8. et aliud adhuc meditatur nescio quis testatus se iam 250 numismata reperisse Bizoto praeterita. Vide memorias Treuultinas A. 1701 mense Octobri pag. 731. Suppletur etiam et emendatur subinde Bizotus in Iacobi Basnagii annalibus foederati Belgii gallice editis Hagae Comit. 1719. fol. sed maxime ad calcem historiae belgicae Ioannis Clerici, gallice editae Amstel. 1723. fol. cui totus Bizotus melius digestus cum insigni auctario subiunctus est. Bizoto plenius est opus Gerardi van Loon, quod belgice sub titulo: *Beschreving der Nederlandsche Historipenningen, of beknopt Verhael van al 'tgene sedert de Overdraght der Heerschappye van Keyzer Karel den Vyfden, of Koning Philips synen Zoon, tot het sluiten van den Uitrechtsche Vrede, in de Zeventien Nederlandsche Gewesten is voorgevallen.* Hagae Comitum 1723 sqq. quatuor voluminibus in folio est editum, et deinde gallice versum sub titulo: *Histoire metallique des XVII. Provinces de Pays bas, etc.* prodiit Hagae Comit. 1732. fol. Cui iungenda est Francisci van Mieris historia metallica principum stirpis Bauaricae, Burgundicae et Austriacae ab Alberto vsque ad Caroli V. obitum, quae belgice tribus voluminibus in folio Hagae Comitum 1732 sqq. excusa est. Similiter *Saxoniam* numismaticam paullo ante obitum edidit W. Ernestus Tenzelius, Dresdae 1705. 4. qui Brandenburgicos non paucos descripsit in dialogis menstruis A. 1695 mense Iulio pag. 529 sq. De numis antiquis Gothanis, Cygneis, Coburgensibus, Vinariensibus et Merseburgensibus commentationem edidit Christ. Schlegelius Gothae 1717. 4. Idem apotelesma de numis Abbatum Hersfeldensium euulgauit ibidem 1723. 4. De brandenburgicis numis vide Io. Petr. Ludewigium tom. 7. reliq. manuscriptor. p. 584 sqq. De Luneburgicis rarioribus vide laudati Lehmanni obseruationes historicas germanice editas Hamburgi 1704. 4. pag. 219 sq. Gotfridi Dewardeck introductio ad rem *Silesiae* numariam, lucem vidit Iaurauii 1711. 4. De polonicis et borussicis numis consuli potest Dauidis Braunii historischer Bericht vom polnischen und preußischen Münzwesen. Elbi[illegible] 1722. 4.

Historiam et res gestas regis Galliae *Ludouici XIV.* per numismata celebrare luculento opere instituit academia numismatum A. 1663 a rege instituta. Opus illud in euectione Philippi V. ad regnum hispanicum desinens prodiit Paris. 1702. fol. Charta regali et imaginibus numismatum 286. elegantissime in aes excisis; idem deinde minori forma in 4. a Belgis et gallice pariter ac germanice Badenae 1705. fol. repetitum fuit. Numismata historica Ludo-

uici XIV. edidit Ian. Goeree. Amſtelod. 1712. 4. Similem in modum hiſtoriam Angliae regis *Wilhelmi III.* ex numiſmatibus illuſtratam prodiiſſe conſtat, Amſt. 1692. fol. ſub nomine N. Chevalier. De numis Bononienſibus praeter Caluium egit Alexander Machiauellus in diſſertatione de veteri Boneno argenti Bononiae. Bononiae 1721. 4. vt alios huius generis libros ſilentio inuoluamus. Theſaurus numiſmatum res inſigniores cuiuſque anni ab anno 1700 -- 1711. ex numis qui aere eleganter deſcripti apponuntur illuſtrans germanice et latine excudi coepit Norimbergae in fol. hiſtoriſche Gedächtnißmünzen des jetzigen Saeculi, auctoribus Io. Melchiore Koernlein et Ioachimo Negelein. Vide Acta Eruditor. A. 1712. pag. 233. et A. 1713. pag. 289. et A. 1714. p. 455.

Nec defuit, qui *Scripturam ſacram* etiam in numis dare aggreſſus eſt, libro germanice edito Ienae 1703. 4. V. C. Chriſtianus Schlegel, Bibliothecarius et Antiquarius Comitis illuſtriſſimi Arnſtadienſis, in quo collegit et explicauit inſcriptiones, quae ex ſacris litteris petitae in numis recentibus maxime occurrunt, vel in aliis etiam monumentis reperiuntur. De numis *Sanctorum* imagines exhibentibus exſtat epiſtola Ioan. Mich. Weinrichii. Erfurti 1709. 4. Octauii Caetani, Siculi, libros duos de numis et numiſmatibus in honorem B. *Mariae* virginis cuſis, Mſptos memorat Mongitor tom. 1. Bibl. Siculae p. 145. De S. *Andrea* martyre in numis prodiit epiſtola Maur. Car. Chriſti. Woogii. Dresdae 1749. 4. quibus addas librum germanice editum: Verzeichniß der Heiligen auf Münzen. Lipſiae 1746. 8. Hiſtoriam B. *Lutheri* et reformatorum ſacrorum, confeſſioniſque auguſtanae, et iubilaeorum Lutheranorum ex numiſmatis illuſtratam dedit Clariſſ. amicus noſter Chriſtianus Iunckerus, Dreſdenſis, Francof. latine quidem 1699. 8. et locupletius longe, germanice 1706. 8. Cui iungantur Ioan. Chriſti Kundmanni numi iubilaei, Vratislauiae 1735. 4. et Gothofr. Chriſti. Goetzii hiſtoriſches Münzcabinet, worinnen unterſchiedliche Münzen, die auf das evangeliſche Jubelfeſt 1717 geprâget worden. Lubecae 1718. 4. De numis in honorem ſocietatum eruditarum atque virorum doctrinae laude praeſtantium cuſis vide Frider. Chriſti. Leſſeri beſondere Münzen auf gelehrte Geſellſchaften und gelehrte Leute. Francofurti et Lipſiae 1739. 8. et catalogum numiſmatum viris doctrina praeſtantibus, praecipue Italis, cuſorum, quae ſeruantur Brixiae apud Io. Mar. Mazzuchellum, qui exhibetur tom. 35. pag. 1 ſqq. et tom. 40. pag. 17 ſqq. collectionis opuſculorum ſcientificorum. Veteres ſcriptores latinos e numis illuſtrare primus inſtituit Carolus Patinus, cuius *Suetonium* numiſmatibus illuſtratum habemus, diligentiori ſtudio V. C. Io. Carol. Schottus ex numorum aliorumque priſcorum monumentorum penu illuminandum ſibi propoſuerat; ſed

prae-

praeclaros illius conatus mors interuertit. Hinc *Floro* Graeuius et Begerus, *Melae* Iac. Gronouius, *Aurelio Victori* Pitiscus ex antiquis numis lucem et ornamentum attulerunt. Ante hos *Iulio Caesari* atque *T. Liuio* Henricus van der Borcht, Bruxellensis, cuius opus [35] MS. seruat Nobilissimus Vir D. Zach. Conradus ab Vffenbach, Francof. ad Moenum. De *numis bracteatis* quorum vsus non ante duodecimum saeculum videtur obtinuisse Io. Christoph. Olearii isagoge ad numophylacium bracteatorum, Ienae 1694. 4. et spicilegia antiquitatis, in quibus numi bracteati Luneburgenses, Halberstadienses etc. ibid. 1703. 4. Dauidis Hottingeri numi bracteati Tigurini, Tiguri 1702. 4. Ottonis Sperlingii de numorum bracteatorum et cauorum origine et progressu epistola ad Rev. Iacobum a Mellen, Lubec. 1700. 4. et altera in nouis litter. mar. Baltici A. 1700. p 373. Io. Alex. Doederlini commentatio de numis Germaniae mediae, quos vulgo bracteatos et cauos appellant. Norib. 1729. 4 Georgii Christophori Kreisigii Nachricht von Blechmünzen und disen Münzen der Deutschen. Lips. 1749. 4. Io. Andr. Schmidii numi bracteati Numburgo-cizenses Pegauiensesque. Ienae 1695. 4. Io. Georgius Leuckfeldius in antiquitatibus numariis, earundemque continuatione. Halberstadii 1721 et 1723. 4. Eiusdem Nachricht von einem sehr raren und schönen Merseburgischen Bracteaten. ib. eod. Io. Georgius Liebknecht de nonnullis bracteatis numis Hassiacis. Helmstadii 1716. Ern. Ioach. Westphalen de numis bracteatis Rostochiensibus ad Gadebuschium A. 1722. repertis, in specimine documentorum ineditorum Mecklenburgensium. Rostochii 1726. 8. euulgato. Christi. Krügeri historische Erläuterung einer ohnfern Quedlinburg gefundenen hennebergischen kupfernen Blechmünze, mit dem Bilde des heiligen Wolfgangs, Bischofs zu Regenspurg. Halae 1731. 4. et Nicolai Seelaenderi variae commentationes. De numis *chemicis* siue ex auro per artem chemicam facto compositis consule miscellanea academiae naturae curiosorum anno I. p. 71 sq. Oligerum Iacobaeum in museo danico parte 2. sect. 5. Sam. Reiherum in diss. de numis chymicis, Wilh. Ernestum Tenzelium in dialogis vernaculis A. 1692. pag. 420 sq. et A. 1696. pag. 911. De numis *praesagientibus* Georg. Dan. Seyler in der historischen Nachricht von wahrsagenden Münzen, oder derselben Vorbedeutungen. Francof. 1732. 4. Quid aliae gentes numorum loco adhibuerint, vide Alexandrum ab Alexandro IV. 15. De poena eorum, qui exteriorem numorum circulum circumciderint vide Cuiacium XIX. 25. obseruationum.

XV. De

[35] Hic liber inter eos non reperitur, qui e Bibliotheca Vffenbachiana in Wolfianam transierunt.

XV. De notis et ſiglis ſiue ſingulis litteris, quae vel in numis vel inſcriptionibus, aliiſque antiquis monumentis paſſim adhibentur ad voces integras ſignificandas, plures ſcriptores laudaui in bibliotheca latina lib. 4. cap. 6. vbi de Valerii Probi, Magnonis, Petri Diaconi, et aliorum libellis de notis. Quibus addatur D. R. Carpentierii, O. S. B. Alphabetum Tironianum; ſiue notas Tironis explicandi methodus. Pariſiis 1747. fol. et Imman. Frid. Gregorii diſſert. de ſcribendi genere *διὰ σημείων* praecipue apud veteres Romanos, quae legitur Vol. 2. Act. ſociet. Latinae Ienenſis pag. 104 ſqq. Graecorum ſiglas expoſuerunt Scipio Maffeius in Graecorum ſiglis lapidariis collectis et explicatis. Veronae 1746. 8. et Eduardus Corſinus in notis Graecorum, ſiue vocum et numerorum compendiis, quae in aereis atque marmoreis Graecorum tabulis obſeruantur. Florentiae 1749. fol. Ad quem librum deinde acceſſit, index notarum Graecorum, quae in aereis atque marmoreis Graecorum tabulis obſeruantur, excerptus ex opere de notis Graecorum edito ab Eduardo Corſino. ibid. 1752. 8.

XVI. *Abaci* veteris rationem, quo vſi ſunt calculatores, primus in lucem protulit Marcus Velſerus edita et illuſtrata forma abaci numerarii aenei antiqui, cuius ipſi copiam fecerat Clariſſimus Medicus Adolphus Occo. Vide Velſeri opera p. 422. 819 et 842. Eandem abaci formam a Velſero accepit Gruterus qui magno inſcriptionum operi pag. 224. et Laurent. Pignorius qui inſeruit libro de ſeruis, vbi de calculatoribus ipſi ſermo eſt, pag. 339. vide et Andream Schottum nodorum Ciceronian. lib. 2. cap. 6. Cangii gloſſarium, florilegium Zimmermanni et Viri Celeberrimi Io. Matthiae Geſneri theſaurum linguae latinae in *Abacus.*

XVII. De Iudaeorum in non Iudaeos *vſuris* adeundus Wagenſeilius in telis igneis Satanae pag. 534 ſq. qui pag. 598 ſq. diſputat etiam de eo num ſecundum Deuteron. XXIII. 19 ſq. Iudaeis liceat Chriſtianos vſuris vexare. Conf. eiuſdem Anzeigung, wie zu Wege zu bringen, daß die Juden nicht mehr die Christen plagen mit Wuchern und Schinden, A. 1705. 8. Nicol. Comnenum Papadopoli praenot. myſtagogic. p. 198. Salmaſium de foenere trapezitico p. 673. 683 ſqq. Ioan. Iac. Schudtium in Iudaeo Chriſticida p. 113 ſqq. et in memorabilibus iudaicis tom. 2. p. 174 ſqq. et Ioan Wolfg. Hilliſeri demonſtrationem, daß der Jüden Wucherzins verwerflich. Norib. 1658. Quod autem eodem Deuteronomii in loco lex Iudaeos a fratre vſuram accipere prohibet, inter alia forſan ideo factum, quod iniquum videretur ab eo vſuram mordentem, נשך, expetere, qui mercaturam non exercebat, ſed vel

agro colendo, vel re pecuaria ſuſtinebat vitam. Conf. Stillingfleetum in epiſtola ad Deiſtam pag. 122 ſq. et Ioan. Dav. Michaelis commentationem de mente et ratione legis vſuram prohibentis. Erfurti 1746. 4. Apud Chriſtianos Clericis foenus accipere interdictum Canone 36. Apoſtolico, Canone 10. Trullano, Canone 5. Eccleſiae Africanae, aliiſque. Confer Salmaſ. de vſuris pag. 633 ſq. Sirmondum tomo 1. operum f. 861. Ioſephum Binghamum lib. 6. origin. Eccleſiaſt. cap. 2. et Auctorem libri cui titulus: Dogma Eccleſiae circa vſuram expoſitum et vindicatum. Inſulis 1730. 4. Neque defuerunt, qui omnibus vſuras illicitas eſſe pronunciarent Chriſtianis. Vide Lactantium VI. 18. Ambroſ. lib. de Tobia cap. 2 ſq. Nic. Cabaſilam orat. contra foeneratores. Quanquam vero nihil tetrius eſt genere hominum daniſtico per immoderatum foenus pauperes opprimente, tamen ſi per ſe nefas eſſet vſuram accipere, Deus ſane non permiſiſſet ab extraneo vſuram capere Iudaeos: vt omittam quod a multis iuris naturae ſcriptoribus demonſtratum eſt, et plerorumque egeſtati defore prorſus creditores, ſi vſurae tollantur: et iuſtitiae neutiquam aduerſari, vt, qui pecunia alterius lucratur, ex parte lucri nonnihil cedat ei, cuius beneficio et periculo hoc ei commodum accedit, modo et vſura moderata ſit, et alter mercatura vel alia quadam ratione, pecuniae vſum in lucrum ſuum vertat. Confer Grotium ad Lucae VI. 35. et de iure belli et pacis II. 12, 20. Apud veteres Graecos et Romanos ethnicos latiſſime inualuerat vſura, ita vt non deeſſent toculliones ἡμεροδανεισταὶ qui vſuram in ſingulos dies exigebant. Vide Caſaub. p. 219. ad Theophraſt. et 214 ſq. et Heraldi animaduerſ. p. 161. Ceterum de toto illo vſurarum apud antiquos negotio, videndi Budaeus libro de aſſe, Sam. Petitus ad leges Atticas pag. 403 ſq. Salmaſius libro de foenore trapezitico, libro de vſuris et lib. de modo vſurarum. Io. Frid. Gronouius in opere de ſeſtertiis et nouiſſime Gerhardus Noodt, ICtus clariſſimus Franeckeranus, in libris tribus de foenore et vſuris, Lugd. Batav. 1698. 4. et inter eius opera, ibid. 1713. 4. De Caroli Molinaei et Cloppenburgii libris huius argumenti vide ſi placet Grotii iudicium epiſt. 762. ad Salmaſium, qui Salmaſius paſſim obſeruat Romanorum vſuras longe moderatiores fuiſſe vſuris Graecorum, et horum leuiſſimas illorum maximis et grauiſſimis fuiſſe aequales. Apud antiquiores Romanos (vt apud Graecos et Perſas) foeneratores et caupones inter parum honeſtos fuere recenſiti. Vide Appianum I. ciuil. fol. 382. et Catonem praefat. de re ruſtica.

Vſura

Vſura centeſima appellabatur quando ſingulis menſium Calendis drachma pro mina ſiue centeſima pars ſortis [36] ſoluebatur (per annum 12 procentum.) vt *beſſis* ſiue duplex tertius centeſimae, quando ſingulis menſibus pendent octo pro centum, *dimidia centeſima* ſex pro centum, tertia pars centeſimae quatuor pro centum. Confer Antonium Auguſtinum lib. 2. cap. 10. emendationum. Briſſonium III. 1. antiquitatum iuris. Salmaſium cap. 6. de modo vſurarum, et Beueregium ad Synodicum M. p. 83 ſq. in notis ad Canonem 17. Concilii Nicaeni. *Foenus vnciarium*, quod rogatione tribunitia ad ſemuncias redactum teſtatur Liuius VII. 27 ſq. et Tacitus VI. 16 ſq Scaligero et aliis idem eſt cum vſura centeſima, licet Salmaſius, Gronouius et cum his Noodtius [37] contendant eo notari ſingulis menſibus ſingulas ſolutas vncias partem aſſis duodecimam, vt leuiſſimo foenore per integrum annum ex centum aſſibus vnum aſſem creditor retulerit. *Foenus trientarium* dictum eſt, quando ſingulis trimeſtribus centeſima pars ſortis ſoluebatur (4 pro centum) vide Caſaubonum ad Lampridii Alexandrum Seuerum pag. 923. et ad Antoninum Pium Capitolini pag. 250. *Vſura hemiolia* ſiue ſeſcupla, quando mutuum cum altera parte dimidia ſortis recipitur: vide Beuereg. loco laudato p. 84 ſq. *Foenus nauticum* Plutarcho [38] maxime iniquum viſum, traiectitia pecunia propter periculum creditoris infinitas vſuras valens recipere, quum itinere abſoluto ſumma reddenda eſt vna cum foenore. *Anatociſmus* etiam a Cicerone epiſt. ad Attic. V. vlt. et VI. 1. 3. 4. et a ICtis appellatur, quod Plutarcho παλιντοκία, quando vſura ſorti accedit et ex illa quoque foenus repoſcitur. *Reliquatores* ſunt, qui non integrum amplius ſed partem ſolum aeris alieni et foenoris debent. Vide Tiraquellum et Iac. Godofredum in notis ad Alexandrum ab Alexandro tomo 1. pag. 47. Vſuras ſupra modum ſortis nec exigi nec deberi, legibus cautum. Vide Sirmondum tomo 1. fol. 963. De menſa Daniſtica ſiue Lombardica (Lombard) ſiue montibus pietatis, vt appellantur, auctoritate publica ad praeueniendam foeneratorum impietatem inſtitutos vide Nicolaum Comnenum Papadopoli in praenotionibus myſtagogycis p. 200. Hermannum Latherum de cenſu lib. 3. cap. 23. Dorothei Aſciani ſiue Matthiae Zimmermanni montes pietatis Romanenſes, Lipſ. 1670. 4. cum Nicol. Bariani de Placentia montibus impietatis et Mich.

 Papa-

[36] Summa ſortis (das Capital) Graecis quoque κεφάλαιον, vide Triſtanum tom 1. p. 171. et Rigaltium ad Artemidorum p. 8. Dicitur quoque ἀρχαῖον, vt notat God. Olearius ad Philoſtratum p. 172.

[37] His aſſentitur Io. Adolph. Hoffmannus obſeruat. politic. p. 466. Diſſentit Mart. Schockius de foenere vnciario adv. Gronouium. Groening. 1661. 8. et Colon, Brandenburg. 1668. 8.

[38] Vide Caſaubonum ad Theophraſti character. c. vlt.

Papafauae decifione contra montes pietatis. Paulli Iacobi Marpergeri librum germanice editum von Leih- Assistenz- und Hülfshäusern, Lehnbanquen und Lombards. Lipsiae 1715. 8. et differtationes Nicolai Colbrandi. Argent. 1670. Nicol. Martini. Kilonii 1688. Rud. Christi. Geckelii. Altorfii 1699. et Lud. Iac. Meieri. Giessae 1739.

XVIII. Georgium Agricolam non fatis certam rationem *menfurarum et ponderum* definiisse, licet multa poft alios diligentior examinauerit et noua quaedam addiderit, monet Latinus Latinius tomo 1. epift. p. 386. vbi oftendit conftituta pedis Romani certa menfura facile effe ex ea tam aridorum quam liquidorum menfuras certas definire atque inde ponderum veritatem ftatuere. De ponderibus ac menfuris Hebraeorum, Graecorum et Romanorum copiofe difputat Villalpandus tom. 3. in Ezechielem p. 433 fq. Congii veteris figuram menfuramque exhibet p. 501. Alios de menfuris ac ponderibus veterum quam plurimos fcriptores laudauit Phil. Labbeus in parte 2. bibliothecae numariae, quibus recentiores nonnullos addere liceat, vt de Hebraeorum quidem menfuris Bernhardum Lamy in apparatu ad S. Scripturam, Io. Leufdenium in philologo hebraeo-mixto differt. 29 - 32. Imbonatum in bibliotheca latino-hebraica p. 349 fq. Iac. Caluertum in Naphthali, fiue collectione de reditu decem tribuum, de conuerfione Iudaeorum, et de menfuris facris Ezechielis. Londini 1672. 4. Richardum Cumberlandum in libro anglice edito de menfuris et ponderibus Hebraeorum. Londini 1686. 8. Petrum Eluium in Biblicis menfuris cubicis cum Suecicis collatis. Vpfal. 1702. 8. aliofque. Sed omnium diligentiam vicit et de menfuris atque ponderibus non Hebraeorum tantum, fed aliarum quoque gentium accurate et eruditiffime egit Eduardus Bernhardus, Anglus, in tabulis huius argumenti quae recenfentur in actis eruditorum A. 1686. pag. 586. et in libris 3. de menfuris et ponderibus antiquis qui lucem primum adfpexere Oxonii 1686. 8. et fecunda vice excufi funt ibid. 1688. 8. Eduardo Bernhardo iungenda praeclari Viri Io. Cafp Eifenfchmidii de ponderibus et menfuris veterum Romanorum, Graecorum, Hebraeorum, nec non de valore pecuniae veteris difquifitio accurata, Argent. 1708. 8. Bartholomaei Beuerini fyntagma de ponderibus et menfuris, quod poft bis repetitam in Italia editionem prodiit Lipfiae 1713. 8. cum praefatione Io. Georgii Walchii in qua fciagraphiam operis de re veterum numaria exhibet. Georgii Hooperi liber anglice editus fub hoc titulo: *An Inquiry into the ftate of the antient meafures, the Attic, the Roman and efpecially the Jewifh, with an Appendix concerning the old Englifh Money.* Londini 1721. 8. Caroli Arbuthnoti tabulae antiquorum numorum, menfura-

rum

rum et ponderum pretiique rerum venalium, variis dissertationibus explicatae et exemplis illustratae; quae anglico sermone prodierunt Londini 1727. 4. et ex anglica in latinam linguam conuersae, opera Dan. Koenigii. Vltraiecti 1756. 4. De Peirescii studio rationes ponderum et mensurarum expediendi, vide Centuriam secundam Fabricianam. De modis mensurandi distantias locorum praeter Ed. Bernhardum confer Martinierii lexicon geographicum voc. Itineraires, mesures; cui iungas Io. Georgii Liebknechtii desideria ad mensuras speciatim geographicas et geodaeticas generali et feliciori methodo aestimatas reductasque. Gissae 1721. Romanorum mensurae triplicis fuerunt generis, *liquidorum*, *aridorum et interuallorum*, quorum singulas species recenset celeberrimus I. E. I. Walchius ad Cellarii compend. A. R. p. 590 sq. De pondere Romanorum confer Raphaelem Fabrettum pag. 523 sqq. veter. inscriptionum. Bonannum p. 173. musei Kircheriani. Rupertum ad Florum pag. 221. Ludov. Franc. de la Barre dissertationem de libra roman. quae exstat tom. 12. Memor. Acad. Inscription. pag. 1 sqq. edit. Amstelod. et P. de Vitry epistol. de ponderibus et moneta Romanorum insertam memor. Treuultinis A. 1729. p. 1252 sqq. De pede antiquo Romano consule Hirium in memor. acad. inscriptionum A. 1714. p. 511 sqq. et Reuillasii dissertationem, quae exhibetur tom. 3. dissertationum Academiae Cortonensis pag. 111 sqq. et Ioan. Graeuii librum anglice editum de pede Romano et denario. Londini 1647. 8. De pede graeco confer les Ruines des plus beaux Monumens de la Grece par Mr. le Roy. Parisiis 1758. fol. ad finem parris primae. Talenti varias significationes apud scriptores medii aeui recenset Cangius ad Alexiadem pag. 400 sqq. De decempeda vide Salmasium pag. 682 sq. Plinian. exercitationum. De pecunia veterum Romanorum eiusque pretio commendandus vnice Io. Frid. Gronouii exquisitus de sestertiis commentarius, supra p. 708. iam nobis laudatus, ex pleniore editione Iac. Gronouii filii, Lugd. Batavor. 1691. 4. De pecunia et ponderibus Graecorum varia notatu digna obseruat Vir Eruditissimus Ioannes Taylorius in commentario et notis ad marmor Sanduicense, Cantabrigiae 1743. 4. Vtrum numismata antiquitus loco vulgaris monetae recepta fuerint, disquirit et contra Sebast. Erizium affirmat Ludouicus Sauotus in praeclaro opere de numismatibus antiquis, quod gallice Paris. 1627. 4. et latine ex C. V. Ludolphi Neocori interpretatione prodiit tomo vndecimo thesauri Graeuiani. Multa etiam in vtramque partem hac de re disputata videre licet in memoriis Treuultinis A. 1707. pag. 1085. et A. 1709. p. 93 sq.

CA-

CAPVT XVII.

Scriptores de re militari veterum et nautica.

Gabr. Naudaei bibliographia militaris. 1. *Scriptores de re militari Hebraeorum.* 2. *Perſarum, Graecorum, Gothorum, Germanorum.* 3. *Praecepta militaria. ibid. De re militari Romanorum.* 4. *Belli indictio, ſignum pugnae, teſſera militaris, victoriae traditio, foedera etc. ibid. De militia equeſtri.* 5. *Nauali.* 6. *Pedeſtri.* 7. *Vſus Elephantorum, curruum et aliarum rerum in bello. Caſtra, acies, ductores, exercitia etc.* 8. *Vexilla, aquilae.* 9. *Triumphi.* 10. *Stipendia, dona militaria, vacatio, miſſio, poenae, venatio.* 11. *Bellum an illicitum duxerint primi Chriſtiani?* 12.

I.

In recenſendis huius argumenti ſcriptoribus otium nobis feciſſe videtur *Gabr. Naudaeus*, vir praeſtantiſſimus, in cuius ſyntagmate de ſtudio militari edito Romae 1637. 4. lib. 2. pag. 504 ſq. legitur prolixa notitia ſcriptorum cuiuſcunque generis de arte militari et de illis iudicium, quod ſeorſim etiam ſub titulo bibliographiae militaris Ienae 1683. 12. edidit V. C. *Georg. Schubartus*, a quo tempore recudi illud curauit et notis quibuſdam additis auxit *Thom. Crenius* in parte 3. collectionis methodorum de ſtudiis inſtituendis. Lugd. Batav. 1699. 4. Naudaeo iungendus eſt Ern. Sal. Cyprianus, in cuius programmatibus Coburgi 1708. 8. editis tertium agit de ſcriptoribus rei militaris veteris. Integrum tamen fuerit praecipuos quoſdam ad inſtitutum facientes noſtrum hoc loco ſeligere, et nonnullos Naudaeo omiſſos, recentiores praecipue adiungere.

II. De re militari veterum Hebraeorum, praeter commentatores ad libros V. T. hiſtoricos, *Matthiam Fridericum Beckium* praecipue ad Targum chronicorum, *Io. Andr. Danzii* diſſ. de Ebraeorum re militari ad Deut. 20. et 21. Ienae 1690. et *Guil. Schickardum* de iure regio Hebraeor. cap. 5. ibique *B. Carpzouii* notas, conſulendum ſyntagma ſingulare poſtumum *Iacobi Lydii*, eiuſdem qui agonoſtica ſacra ſcripſit, editum et notis illuſtratum a *Salomone van Til*, Theologo Dordraceno, Dordraci 1698. 4. et belgice verſum nouiſque obſeruationibus illuſtratum ab *Hadriano van Halen*. Roterd. 1703. 8. in quo prolixe agitur de delectu, ordine ſiue tactica, armis, acie, diſciplina et exitu belli. Confer Clariſſ. Neocori bibliothecam nouorum librorum A. 1698. p. 483 ſq. Nec praetereunda *Iacobi Turneri* Pallas armata, ſiue opus anglice edi-

editum Lond. 1683. fol. quo Hebraeorum, Aſſyriorum, Lydorum, Graecorumque ratio belli gerendi cum re militari Romanorum veterum et hodierno belli vſu conferuntur. Conferenda quoque *Auguſtini Calmeti* diſſertatio de militia Hebraeorum ante commentarium ad librum Eſther tom. 3. pag. 522 ſqq. et tom. 1. diſſert. 14. et altera de ducibus militum et aulae miniſtris apud reges Hebraeorum tom. 3. pag. 5 ſqq. ante commentar. in Paralipom. *Ioannis* item *Petri Milleri* diſſertatio de deuotionibus veterum in bellis ad illuſtranda varia S. S. loca. Lipſ. 1730. et *Iuſti Friderici Zachariae* diſſertatio de re militari veter. Hebraeorum. Kilon. 1735. qui iudicát, Lydium Graecorum potius et Romanorum, quam Hebraeorum rem militarem expoſuiſſe. *Ioannis* vero *Arrowſmith* tactica ſacra, libris 3. Cantabrigiae primum 1657. et inde Amſtelod. 1700. 4. vulgata, alieniora ſunt ab hoc inſtituto, commentarium enim eruditum practicum ſiue aſceticum moralem de milite ſpirituali pugnante, vincente et triumphante complectuntur. De exterritis incenſisque caſtris hoſtium a Gideone Iud. VII. confer *Paulli Gyongiöſſi* diſſertat. de teſſera Gideonis militari. Francof. ad Oderam 1730. et Meletema, quod exſtat in analectis ex omni meliorum litterarum genere. Lipſ. 1725. 4. T. 1. N. 1. De Crethaeis et Plethaeis ſcriptores ſupra pag. 743. laudauimus. De ϛρατηγοῖς τοῦ ἱεροῦ vide *Ludov. de Dieu* et alios ad Luc. XXII. 52. De Iudaeo paganis et Chriſtianis militante exſtat *Ioan. Dan. Gruberi* diſſertatio, Halae Saxon. 1723. Sed hodiernos Iudaeos ad bellum ineptos eſſe oſtendit *Schudtius* Memorabil. P. 1. lib. 5. c. 1. §. 9-15. et P. 4. contin. 1. pag. 215 ſqq. Sicut et olim Hieroſolymitani, quorum placitum, poſt principia ſtandum eſſe, recitat Wagenſeilius Miſna Sota VIII. 5. not. 2. pag. 280. edit. Surenhuſ. quo capite toto et in primis Miſna 5. agitur de diſcedentibus ex bello, praeſertim ob metum. De Muhamedanorum rationibus in bello aduerſus Chriſtianos gerendo videatur Hadr. Relandus tom. 3. diſſert. miſcell. 1. De ſtatu militari imperii Ottomannici opus ſplendidum Comitis Marſilii. Hagae Comitum 1732. fol.

III. De ratione rei militaris apud varias gentes diuerſis temporibus diſſerit Antonius Yues Goguetus tomo 1. libri de origine legum, artium et ſcientiarum, libro ſexto, et tom. 2 ac 3. lib. 5. De architectura militari Homeri tempore videatur Iac. Frider. Reimannus in Iliade poſt Homerum p. 559 ſqq. Rei militari apud Graecos et Latinos illuſtrandae faciunt *Ioſephi Laurentii* collectanea, ſecundum litterarum ordinem digeſta libro 6. Polymathiae pag. 469 ſq. *Ioannis van Paſſenrode* liber belgice editus: Der Grycken en Romeynen Krygſhandel. Lugd. Batav. 1686. fol. *Ioan. Chriſtophori* Kie-

Kiesewetteri syntagma de re militari veterum, praecipue Romanorum. Erf. 1736. 8. *Caroli de Aquino* lexicon militare, cuius vero prima pars tantum prodiit Romae 1724. fol. *Folardi* annotationes ad Polybium, gallice versum, tribusque tomis in 4. editum Parisiis 1728 sqq. et *Caroli Guischardti* liber gallicus: *Memoires militaires sur les Grecs et les Romains*. Hagae Comitum 1758. 4. *Ludouici Machaulti* liber itidem gallicus: *La Milice des Grecs et Romains*. Paris. 1616. fol. versionem Aeliani et Polybii sistit. *Ioan. Henr. Boecleri* comparatio militiae veteris et hodiernae exstat tomo secundo eius dissertationum pag. 1245 sqq. Praecepta rei militaris scripserunt e regibus priscis et ducibus Pyrrhus, rex Epiri, eius filius Alexander, Iphicrates, Xenophon et alii [1], sed quorum scripta, excepto Xenophontis perierunt. Ex imperatoribus Traianus, Hadrianus, Nicephorus, Leo sapiens, Constantinus Porphyrogenitus. Ex aliis Graecis Clearchus peripateticus, Posidonius Stoicus, Cyneas, qui Pyrrho a consiliis fuit, Euangelus, Stratocles, Hermias, Pausanias, Eupolemus, et quorum scripta exstant *Aeneas*, *Polybius*, libro 6. hist. *Aelianus*, *Polyaenus* et *Onosander* Platonicus et Poliorceticon siue de vrbibus obsidendis et mechanicorum siue de machinis bellicis scriptores *Athaeneus*, *Apollodorus*, *Philo*, *Bico*, *Hero* etc. e Latinis, Cato Censorinus, Cincius, Paternus et cuius strategemata habemus *Frontinus* viri senatorii, tum Celsus, Plinius, et qui exstant *Modestus*, et *Vegetius*, ne de aliis in praesenti dicamus. De re militari Persarum agit *Brissonius* libro 3. de Persarum regno. De Graecorum *Io. Philippus Pfeifferus*, eoque diligentior *Io. Potterus* lib. 3. antiquitatum Graecarum. Sacra veterum Graecorum militaria singulari dissertatione exposuit *Frider. Sam. Bockius*. Regiomonti 1754. De Gothorum veterum aliorumque populorum septentrionalium *Loccenius* antiquit. Sueogothic. lib. 3. *Bartholinus* Antiquitat. Danic. lib. 1. cap. 2 sqq. et *Matthias Praetorius* in Marte Gothico siue tractatu de veterum Gothorum militia, Oliuae 1691. fol. De Germanorum praeter *Phil. Cluuerum* lib. 1. cap. 43. ad 52. et *Paullum Hachenbergium*, *Ioannes Blum* de militia romano germanica. Marpurgi 1615. 4. De facie rei militaris sub initia saeculi XVI. vide Journal des Savans 1730. Sept. p. 67 sq. De Romanorum militia, quum praecipue magna eius gloria fuerit, et multi illam sumserint illustrandam stilo suo, pluribus deinceps dicendum. Inprimis tenendum est, pro diuersitate temporum longe aliam illius faciem fuisse; vt probe monuit Salmasius, et optandum esset historiam militiae R. ita ab aliquo describi, vt historiam militiae Francorum descripsit Gabriel Daniel. Paris. 1721. 4. De militia Romanorum generatim commentati sunt *Petrus Ramus* de militia C. Iu-

[1] Vide si placet quos laudaui libro 3. bibliothecae graecae capite 30 et 24.

C. Iulii Caesaris. Parif. 1559. 8. *Iuftus Lipfius* libris 5. de militia Romana. Antw. 1596. et in tomo tertio eius operum, ad quos libros animaduerfiones quaedam Claudii Daufqueii exftant tomo fecundo fylloges Epiftolarum Burmannianae pag. 149 fqq. et Delrii pag. 156 fqq. *Claudius Salmafius* in opere poftumo de militia Romanorum. Lugd. Batav. 1657. 4. et tom. 10. thefauri Graeuiani. *Guilielm. Choulius* in commentario gallico: *Difcours fur la Caftrametation et difcipline militaire des Romains*, qui cum eius *Difcours fur la Religion des anciens Romains* editus eft Lugduni 1581. 4. et recufus Vefeliis 1672. 4. *Francifcus Patricius* in libro de re militari Romana, inferto tom. 10. thefauri Graeuiani. *Ioan. Anton. Valtrinus* in libris 7. de re militari veterum Romanorum, qui ab eo iuuene fcripti, ipfoque infcio editi funt Colon. 1597. 8. et *Henr. Chriftoph. Nebel* in diatribe de militia Romana ex Horatio illuftrata. Giffae 1750. 4. Iuftitiam bellorum Romanorum examinauit *Albericus Gentilis* libris duobus de armis Romanis. Hanov. 1599. 8.

IV. Bellum a Romanis vti a Carthaginienfibus quoque indictum miffa hafta fuper columnam ante Bellonae templum. Oizel. thefaur. LXXII. 6. pag. 388 fq. Vide Feftum in Bellona et hafta. Ab aliis immiffo Gallo. Tzetza V. Chil. hift. 15. vel agno. Apoftolius IV. 45. Prouerb. De belli indicendi more apud alias gentes, Cangius gloffario in *deffectio* et in notis ad Villeharduinum p. 305. De *fecialibus* populi Romani eorumque capite, Patre patrato, videndi funt Andr. Dominic. Floccus de poteftate Rom. lib. 1. c. 9. Marcus Zuerius Boxhornius quaeft. Rom. 30. Onuphrius Panuinius de ciuitate Rom. cap. 32. Ioannes Ienfius in commentatione de fecialibus populi Rom. quae exftat pag. 51. eiufdem Ferculi litterarii, Lugd. Batav. 1717. 8. editi, et fingulares differtationes Ioan. Iac. Mülleri. Ienae 1693. Petri Lagerloeff. Vpfal. 1698. Laur. Arrhenii. ibid. 1728. Ioan. Dan. Ritteri. Lipfiae 1732. Ioan. Wandalini Hoieri. Hafniae e. a. et Francifci Caroli Conradi. Helmft. 1734. Ius feciale, quod primus fertur Rhefus excogitaffe, ab Ano Martio inftitutum effe memorat Aurelius Victor de viris illuftribus cap. 5. cui adde Liuium lib. 1. cap. 32. Ipfum Fecialium collegium inftituit Numa, vide Dionyfium Halicarnaffenfem lib. 2. pag. 131. vbi eorum quoque officium defcribit, quod breuius enarrat Cicero de legibus lib. 2. c. 9. De *facramento militari* confer Godefchalc. Stewechium notis ad Vegetium lib. 2. cap. 97 Iac. Oifelium notis ad Gellium lib. 16. cap. 4. Barn. Briffonium II. 6. antiquit. iuris. Ratbod. Herm. Schelium in differt. de facramentis, tom. 10. thefauri Graeuiani. Io. Bapt. Hanfenium de iureiurando c. 22. Ioan. Ant. Valtrinum de re milit. Romanorum lib. 2. cap. 7. et Lipfium de

militia Rom. lib. 1. dial. 6. et lib. 5. dial. 15. Formulas sacramenti militaris vide apud Brissonium de formulis lib. 6. pag. 320. ed. rec. et Lindebrogium ad Ammiani XXI. 5. pag. 39. De desertoribus et militiam detrectantibus eorumque poenis consulatur Desiderius Heraldus lib. 3. animaduersionum in Salmasium cap. 13. pag. 241 sqq. Αυτομολεῖν crimen inexpiabile, ἀδιάγγακτον. Appianus ciuil. 5. fol. 681. De Veteranis Abbatis Couturii dissertatio in memoriis acad. inscriptionum tom. 5. pag. 366 sqq. De solduriis [2] siue deuotis, ἐυχωλιμαῖοις, quorum apud Caesarem III. 22. de bello gallico, Athenaeum et Plutarchum mentio, confer dissertat. Andreae Wanochii. Abae 1679. 8. Eberh. Rud. Rothii Vlmae 1681. et Io. Petri Anchersen lemmata et indices obseruationum de Solduriis. Hafniae 1729. et obseruationum de Solduriis partic. tres. ibid. 1734 sqq. De speculatoribus et exploratoribus videatur Sertorius Vrsatus pag. 281. monumentor. Patauin. et Christi. Gottl. Schwarzii differt. de speculatoribus veter. Romanorum. Altorfii 1726. recusa in thesauro nouo dissertat. philologicotheol. tom. 2. pag. 405. Idem Schwarzius edidit dissertationem de aetate et statura militum veter. Alt. 1731. De mensura militum conferatur Fr. Gotth. Freytagii Programma insertum Vol. 1. selector. scholasticorum a Ioan. Gottl. Bidermanno editorum, pag. 695 sqq, Signum pugnae a Graecis et aliis gentibus datum per πυρφόρον missa face vel elato scuto Diodor. Sic. XX. tomo 2. pag. 787. vel punicea tunica super hastam sublata. Plutarch. Philopoem. p. 358. fol. postea per tubam. Vide Schol. et Barnesium ad Euripidis Phoeniss. versu 1386. et Euripidis Rhes. v. 144. ac Meursium ad Lycophr. v. 1295. Apud Romanos sagum purpureum pro praetorio propositum. Plutarch. Pompeio f. 655. et Fabio Max. f. 182. et Marcello 313. De clamore militum vide que dissefuit Fabricius ad Dionem p. 24. B. (105. R.) De celeusmate vide quae collegit Martinus de Roa parte 2. singularium scripturae p. 541 sq. De tesseris militaribus, (συνθήματα [3] vocant Graeci vt Philo V. Poliorcetic. pag. 93.) vide Ferrarium de acclamationibus veterum tom. 6. Graev. VI. 3 sq. Lipsium de militia Rom. IV. 12. et V. 9. Tiraquellum ad Alexandrum ab Alex. IV. 2. Casaubonum ad Aeneam cap. 24. Turnebum XXX. 35. Aduersar. praecipue Iac. Philippum Thomasinum libro de tesseris hospitalitatis Amst. 1670. 12. p. 101 sq. qui et alia tesserarum genera libro illo illustrat frumentariam, numariam, comitialem, theatralem, conuiualem, lusoriam et negotiatoriam. Sin-

[2] Ex hac voce vocabulum germanicum Soldaten deriuat Rothius.

[3] Παρασύνθημα fuit symbolum sub oculos cadens, scilicet capitis nutus, manuum plausus, hastae inclinatio; vide Onosandrum cap. 25 et 26. Rigaltiumque in notis et Aeneam Tactic. cap. 25, et ad eundem Casaubonum.

Singulare genus tesserae militaris de qua Iustinus III. 5. 10. Apud Graecos traditae victoriae signum si per praeconem corpora interfectorum ad sepulturam poscerentur. Iustin. VI. 6. de aliis signis pacis Stephanius pag. 89. ad Saxonem Gramm. De foederibus eorumque ritu vario et formulis, Brissonius libro 6. de formulis populi Rom. p. 356 sq. Lipsius ad Taciti XII. 47. Nicetas Choniates lib. 13. p. 444. Scacchus III. myrothec. 58 sq. p. 1106 sq. Stephanius ad Saxonem Grammat. pag. 48. De hostiis ad foedera sancienda caesis diximus supra cap. 11. §. 5.

V. Militia omnis vel equestris est, vel pedestris, vel naualis denique, et singulae harum iterum pro temporum diuersitate sub republica libera, sub regibus vel imperatoribus diuersam faciem apud Romanos habuerunt. De militia *equestri* singulare exstat et praeclarum opus *Hermanni Hugonis* S. I. in libros 5. distributum. Antwerp. 1630. fol. De equitum delectu, recognitione, probatione, transuectione agit lib. 2. cap. 1 sq. et 5. *Io. Erh. Kappius* in dissert. de equitum Roman. annua transuectione et censura. Lips. 1734. ac *Iustus Lipsius* lib. 1. de militia Romana cap. 5. vbi etiam de equo publico, de quo videndus Hugo lib. 5. cap. 1. De turmis equitum Lipsius lib. 2. cap. 6. de eorum armis lib. 3. cap. 7. vnde alii dicti lancearii, ferentarii, leuis armaturae equites, qui fundis et lapidibus pugnabant, cuius generis tela feruntur non tenentur, de quibus Onosander cap. 19. De more barbarorum proiectis laqueis homines abripientium, Valesius ad Ammiani lib. 31. et ad Sozom. VII. 26. Hippotoxotarum mentio apud Hirtium de bello Afr. c. 19. De *clibanariis* siue *cataphractis* vide quae viri docti ad Ammian. XVI. 16. Eutropium VI. 7. et Nazarii panegyricum c. 22 sq. Quemadmodum recentioribus temporibus vocamus Arcabussarios, Curassarios, Picquarios et Musquetarios equites, vel etiam spatharios. Alioqui apud Romanos illi qui equis stipendia faciebant alii erant Monippi siue singulatores et celites alii amphippi, dimachae ac desultorii, de quorum origine Liuius XXVI. 4. (hodie *Dragons*[4]) diuersi a Draconariis qui a Dracone vexillo quod portabant ita vocabantur, de quibus G. Henr. Welschius lib. de vena Medinensi pag. 84 sq. et Sirmondus pag. 183 et 205. ad Sidonium. A legionibus et alis, quibus intererant, vocabantur legionarii et alarii: vide Hugonem lib. 3. cap. 5. Stipendiarii vero sigillatim ii, qui pluribus iam stipendiis meruerant. Militiae vacatio equitibus a censoribus concessa post emerita stipendia. Plutarchus in Pompeio fol. 630. De equitibus Augusti singularibus vide Ioan. Frickii commentationem Vol. 5. Actor. societatis latinae Ienensis pag. 191 sqq. Summus

 dux

[4] Journal literaire tom. II. p. 401.

dux exercitus equeſtris dicebatur magiſter equitum, cui ſuberat optio ſiue ſummus mandatorum curator, de quo confer Perizonium animadv. hiſtoric. pag. 262. Hinc viri tribuni, praefecti turmarum, vexillarii, draconarii, decuriones, ſubdecuriones etc. vid. Hugonem lib. 5. cap. 2. 3. 4. De equitibus Tarentinis vide Petrum Victorium IX. 3. variar. lectionum. Apud Graecos equitibus praeerant Hipparchi et Phylarchi. De acie equeſtri Hugo III. 1 et 5 ſq. et IV. 1 et 5. De acie equitum peditatui mixtorum idem IV. 6. Pugnare ex equo inueniſſe dicuntur Theſſali Centauri, vide Mezeriacum ad Ouidium tom. 1. p. 348. De Phaleris Bourdelotius p. 63 ad Heliodorum et Chifletius in anaſtaſi Childerici pag. 225. an equorum ſolum, non etiam equitum ornamenta, vide Drakenborchium ad Silium pag. 758. De equorum ferreis calceis lunatis vide Cangium in σεληνιαῖα. De aureis eundem Chifletium p. 224. De freno lupato Montfaucon T. 4. ſupplem p. 25. de ephippiis p. 25. de calcaribus p. 26. Ephippiis vti apud Sueuos turpe viſum teſte Caeſare de bello Gallico IV. 1. Stapedes veteribus nulli, quia ante Theodoſium M. ephippia ſolum ex panno, nihil ſolidi nec ligni habentia, vide Montfauconium loco citato. De more ſtapedem vel ſtrepam tenendi, Cangius ad Cinnamum p. 470 ſqq. Ad equitandi rudimentum pueros primum dorſo arietum impoſitos obſeruat Petrus Victorius VIII. 9. variar. lectionum. De curandis equis et de nominibus equeſtribus Graecis et Latinis egregia Ioach. Camerarii commentatio recuſa exſtat tomo 11. antiquit. Graecarum. Idem Camerarius librum Xenophontis de re equeſtri latine tranſtulit.

VI. De militia *nauali* [5] libris 4. recuſis in Poleni ſupplementis theſauri antiq. Graec. et Rom. Vol. 5. p. 745. egit Io. Schefferus. Vpſal. 1654. 4. cui operi inſerta diſſ. de varietate nauium quae 1643. 4. prodierat et epiſtola de triremibus veterum in Centur. 1. Epiſtolar. Medicar. Bartholini pag. 310 ſq. Lilii Gregorii Gyraldi de nauigiis libellus tomo 1. Opp. Potterus III. 14 ſq. Archaeolog. Graec. uſque ad 22. Cragius IV. 5. de Republ. Lac. Stewechius ad librum vltimum Vegetii de re militari, Laz. Bayſius de re nauali Baſileae 1537. 4. et Steph. Doleti ex ſecundo eius commentariorum lat. linguae tomo decerptus, Baifioque, cuius epitomator Carolus Stephanus Doletum [6] plagii in

[5] Hoc opus Scheferus poſt priores curas altera parte auctius miſit ad Elzeuirium A. 1668. per Nicol. Heinſium, vt hic in epiſtola ad Ioan. Frider. Gronouium tom. 3. ſylloges Burmannianae p. 537. teſtatur. Vide quoque p. 539. et tom. 5. p. 54. 56. atque Ioan. Molleri epiſtolam praefixam ſupplemento Bibl. meae latinae.

[6] Vide Mich. Maittaire Annales typographic. tom. 3. p. 36 ſqq. et p. 59.

in Baifium commiſſi accuſauerat, inſcriptus liber Lugd. 1537. 4. qui cum Baifio Schefferique diſſertatione iam laudata de varietate nauium recuſus eſt tom. 11. antiquit. Graecarum, quemadmodum in tom. 12. antiquit. Romanarum occurrit M. Meibonii de fabrica triremium liber Amſtelodami pridem editus 1671. 4. et Conſt. Opelii ſiue eiuſdem vt creditur Scheferi epiſtola Meibomio oppoſita. Andreae Senftlebi Argo, ſiue variarum antiquarum nauium ſilua. Lipſ. 1642. 8. Claſſis praefectus recentiori aetate vocabulo Arabico dictus Ἀμιρᾶλιος de quo Cangius ad Alexiadem p. 371. 372. et in gloſſario graeco, Theodorus Douſa ad Acropolitam p. 296. Vrbanus Chevraeus in Chevraeanis tom. 2. pag. 24 ſq. Otto Dapper in deſcriptione Americae pag. 46. Varia ad antiquitates nauticas ſpectantia illuſtrat etiam Salmaſius ad ius Atticum cap. 28. Bartholomaeus Keckermannus in commentatione nautica tomo 3. ſyſtematis ſyſtematum pag. 753 ſq. Bartho. Moriſotus in orbe maritimo Pariſ. 1653. fol. Tho. Riuius in hiſtoria nauali antiqua et Georg. Fournerius in hydrographia, Caelius Calcagnicus cuius commentatio de re Nautica, ad Gyraldum, Ioſephus Laurentius cuius diatriba duplex huius argumenti ex polymathiae eius lib. 1. cap. 17. et 22. decerpta habetur etiam tomo 11. antiquit. Graecarum. Sauerien in libro Gallico Recherches hiſtoriques ſur la conſtruction des Navires des Anciens. Pariſiis 1747. 4 Deslandes in libro itidem gallice edito: Eſſay ſur la Marine des Anciens et particulierement ſur leurs vaiſſeaux de guerre. Pariſ. 1748. 8. Iac. Palmerius Exercit. ad ſcriptores Graecos p. 170 ſq. Ioan. Vincentius Luccheſinius ad Orat. I Demoſthenis. Raphael Fabretti ad columnam Traianam c. 5. p. 119 ſqq. et Henric. Kippingius de expedit. maritima, diſſert. prima. Iſaaci Voſſii de triremium et Liburnicarum conſtructione diſſ. ex variis eius obſeruationibus petita extat in tomo 12. antiquitat. Rom. Neque praetereundus Nicolai Witſenii [7], illuſtris Viri, liber de architectura nauali noua et antiqua, belgice A. 1671. editus, quem de veterum nauium roſtris et aliis ornamentis diſſerentem laudat Iac de Wilde pag. 188. numiſm. A plagio in Scheferum libenter abſoluent omnes qui honeſtiſſimam palinodiam Mollerianam ſupplemento Bibliothecae meae latinae praemiſſam legerint. Veteris triremis imago in columna celebri Traiani n. 235. 236. conſpicitur, atque inde apud Graeuium ad Florum IV. 12. alioſque, vnde apparet *ordines* vocari in triremibus maioribuſque nauibus, ſeries remigum a ſummo ad imum, ita vt ſummus ordo ſit thranitarum, medius Zygitarum, tertius denique thalamitarum, *verſus* autem eſſe ſeries remigum aeque alte ſedentium. Acute quidem P. de

 Lan-

[7] Philoſophical Tranſactions N. 77. p. 3006.

Languedoc [8] in dissertatione gallice edita Parisiis 1721. *sur les Triremes ou les Vaisseaux de guerre des anciens* oppugnauit, quae de ordinibus remigum inuicem superius, vel etiam iuxta in vna serie transuersa positis disputarunt viri eruditi. Itaque Languedoco Thramitae sunt remiges in puppi, Thalamitae in prora, et in media naui Zygitae; singuli, monocroti, in vniremi; bini, dicroti, in biremi; in triremi ternii, atque ita porro per nauis longitudinem. Similiter fere Ioan. Harduinus in diss. de vniremibus, biremibus et triremibus veterum tom. 1. ad Plinium edition. nouae pag. 432 sqq. De nauibus διπρώροις et διπρύμνοις vide Ioan. Aug. Ernesti commentationem tom. 1. commentarior. societatis scientiarum Gottingensis p. 297 sqq. Imaginem nauium bellicarum rostratarum siue χαλκεμβόλων exhibet idem Graeuius et Begerus ad Florum lib. 2. cap. 2. ex columna Duillii illustrata a Petro Ciacconio. Rom. 1608. et tomo 4. thesauri Graev. Confer Gronouium tom. 2. antiq. Graecar. tabula 51. Admirandas Philopatoris et immensam Hieronis nauem in qua innumera conclauia, deliciae, hortus, Bibliotheca vide sis descriptam ab Athenaeo lib. 5. p. 203 sq. Aliam sedeciremem Philippi Regis, de qua Liuius lib. 33. Aliam quam condi fecit Ptolemaeus Philopator, Plutarch. Demetrio fol. 910. et Memnon apud Photium cod. 224. pag. 372. Aliam ab Aegyptiis exstructam, de qua Philostratus lib. 3. cap. 11. de vita Apollonii. fol. 143. aliam Caligulae de qua Sueton. cap. 37. De naui miranda Aeneae, quam Romae vidisse se narrat, adeundus Procopius IV. 22. de bello Gothico p. 627 sq. qui pag. 629. etiam describit duas naues ex lapide candido, vnam Vlyssis in Corcyra, alteram Agamemnonis in Cassiopa Euboeae tum visendam, illam Ioui Casio, hanc Dianae consecratam. De praegrandi naui Claudii Caesaris meminit Plinius III. 16 histor. natur. Demetrii ἑκκαιδεκήρεις et πεντεκαιδεκήρεις celebrantur a Diodoro Siculo lib 20. et Plutarcho in Demetrio p. 897. 910. Omitto quae de Persei naui sedecim ordinum habet Eutropius lib. 4. c. 8. De alia naui a trecentis remigibus agitanda Ammianus XVII. 3. Confer Fabii Vigilis epitomen illustrium nauium apud Francisaum Maurolycium lib. 1. Sicanicae historiae tom. 4. thesauri Italiae p. 31 sqq. Πεντηκοιτήρης Mauritii Imp refertur a Theophylacto Simocatta IV. 1. hist. Πεντηκοντεκόροι, actuariae quinquaginta remorum Polyb. lib. 1. cap. 73. De praegrandi Venetorum naui cui nomen Κόσμος siue *Mundus*, vide sis Nicetam in Alexio Angelo Comneno III. 9 p. 347. Veteres in nauibus suis duplici et vtrinque aptato gubernaculo vsos obseruat Lipsius

[8] Journal des Savans 1721. Dec. pag. 676. et 1723. pag. 655 sqq. Memoires de Trevoux 1722. pag. 1347. Contra vide Mr. *Barras de la Penne*, Journ. des Sav. 1728. Mars, pag. 398. Mem. de Trev. 1729. p. 123. 1730. p. 919 sqq. P. *Sanadon*, Mem. de Trev. 1722. p. 1519 sqq. *de la Maugeraye* ib. p. 1748 sqq.

psius ad Tacitum pag. 82. et antiquissimos populos ausos longinquiores nauigationes vel certe non minus remotas suscipere quam eos quos sequior aetas tulit, exemplis aliquot demonstrat Huetius in diss. de nauigatione Salomonis. Amst. 1698. 8. et in supplemento Criticorum sacrorum edito Francofurti fol. Nauis, quae remis ducitur, ζῶον πολύπους audit Synesio Epist. 147. p. 285. De ratibus, quibus maxima onera et insanas obeliscorum moles transportarunt veteres, disserunt Kircherus in obelisco Pamphilio et tomo 2. Oedipi parte 2. pag. 315 sq. et Mich. Angelus Chaussaeus in epistola de Columna Antonini Pii recens inuenta Romae in campo Martio, in Ephemeridibus litterariis Paris. A. 1704. tom. 2. p. 540. Naues in Indico atque Aethiopico mari restibus olim colligatae non pice vel clauis, ob ferri penuriam, vsumque a Romanis interdictum, non ob scopulos e magnete. Vide Procopium lib. 1. de bello Persico cap. 19. pag. 58 sq. Ancorae lapideae Argonautarum mentio fit in Arriani periplo Ponti Euxini p. 121. Maximae Graecorum naues belli Troiani tempore vix centum viginti viros capiebant. Corinthios autem primos vsos esse triremibus Thucydides auctor est. Successu temporis maiores naues passim aedificatae sunt. Vide Ben. Aueranii diss. 13. ad Euripidem. Mare primum ingredi et classem parare instituerunt Romani A. V. C. 261. L. Valerio Flacco et T. Otacilio Crasso coss. Vide Polybium lib. 1. cap. 20. Iidem in bello Punico primo quum antea nunquam naualem pugnam fuissent experti, tantum exemplo Carthaginiensium et aemulatione profecerunt, vt illis etiam superiores euaserint, licet per tempestates et proelia in eodem bello, quod per XXI. annos durauit, amiserint quinqueremes ferme septingentas, Carthaginienses fere quingentas. Itaque Polybius lib. 1. cap. 63. proelia naualia Antigoni, Ptolemaei, Demetrii, vel etiam Persarum in Graecos, et Atheniensium ac Lacedaemoniorum inter sese proelia maritima cum illis conferens nihil par nihil secundum fuisse profitetur. De die praetoria nauis, ναυαρχὶς, conspicua erat σημείῳ, insigni; Appianus 5 Ciuil. fol. 703. sed de nocte λαμπτῆρι siue *luce*, vt de naui Caesaris idem Appianus 2 Ciuil. fol. 483. Adde Virgilium Aeneid. II 256. Dionem XLIX. p 402. (581. R) Fabrettum pag. 118. ad columnam Traianam. Naues ipsas per terram transportatas, si mari prohiberentur, docent Meursius in Panathenaeis p. 30 sq. et Huetius in laudata dissertatione, conf. Michaelis Ducae historiam Byzantinam pag 152 sq. De more 3. Id. Nouembr. maria claudendi et post παιδυσιάν hiemalem iterum aperiendi Bacchanalibus vel 6 Idus Martii consulendi sunt viri docti ad Vegerium IV. 39. Meursius ad Constantinum Porphyrogennetam de administrando imperio pag. 6 sq. Iac. Hasaeus in diatriba de mensibus itineris Paullini, Bibl. Brem. Fascic. 1.

p. 27

p. 27 ſq. Theodoritus epiſtola 61. Caſaubonus ad Aeneae cap. 17. p. 1741. et Vincentius Bellouacenſis IV. 40. ſpeculi naturalis, ex Vegetii V. 9. qui teſtatur, natalem nauigationis ſollemni certamine publicoque multarum gentium ſpectaculo celebratum eſſe. De teſtudine nauali vide Stephanum p 89. ad Saxonem Gramm. De nauibus e corio conſutis idem pag. 65 ſq. et Georgius Paſchius p. 660. inuent. nouantiq. Nauigiorum corio circumſutorum mentio apud Plinium IV. 16. quibus vſi ſunt Britanni. Adde Caeſarem lib. 1. de bello ciuili cap. 54. Lucanum IV. 130 ſqq. Iſidor. XIX, 1. De nauigiis ex pellibus Xenophon expeditionis Cyri lib. 1. p. 257. Nauium papyracearum mentio apud Plinium VI. 22. De Aegyptiorum nauibus ex papyro Louan. IV. 136. Vrſinus Analect. vol. 2. pag. 68. Vitringa in Ieſaiam tom. 1. pag. 518. Schultenſius in Iobum pag. 256. Vngerus in diſſert. de papyri frutice §. 16 et 22. Iunius de pictura veterum P. 2. p. 5. et Bibliotheca Bremenſis tom. 5. pag. 565 ſqq. et tom. 6. pag. 299 ſqq. De nauibus ſculptis Hiſtoria miſcella XVIII. 31. De nauibus incendiariis Cangius p. 305. ad Villeharduinum, et gloſſario in *chelandria.* Earum deſcriptionem habes in Mich. Caſp. Lundorpii continuatione Sleidani tom. 2. pag. 607. Luſoriae [9] naues expeditae et paſſim circumuectando ludentes ad hoſtes obſeruandos prohibendosque, de quibus Cangius in *Luſoria*, et Salmaſius ad Vopiſci Proculum f. 475 ſq. Secundo vento nauis dicitur intra horae ſpatium conficere poſſe octo millia paſſuum, vt obſeruat Io. Brodaeus lib. 4. Miſcell. c. 5. conf. Iſ. Voſſium in variis obſerv. pag. 127. De *paraſemo* nauium, quod in prora, et de *tutela*, quae in puppi, vide praeter Grotium et alios eruditos interpretes ad Acta Apoſt. XXVIII. 11. Yuonis Vilıomari ſiue Ioſephi Scaligeri animaduerſ. ad Robertum Titium pag. 139 ſq. et ad Euſeb. pag. 40. Salmaſium p. 403. ad Solinum, vbi inter alia oſtendit eandem rem quandoque tutelam et inſigne fuiſſe, Franciſcum Iunium de pictura veterum p. 92. edit. ſecundae: Muretum in variis lectionibus lib. 10. cap. 19. Pet. Pithoei opuſcula in 4. edita p. 768. Bourdelotium ad Heliodorum pag. 88. Cangium ad Alexiadem pag. 377. Bochartum in Chanaan lib. 2. cap. 3. et Petri Kunzii diſſert. de vexillo nauis Alexandrinae, qua Paullus in Italiam vectus eſt. Ienae 1734. De more deducendorum ſupparorum ſiue carbaſorum apluſtriumque demittendorum, (die Segel ſtreichen) in honorem ſalutationis vt Hollandicae naues coram Anglicis ex artic. quarto pacis Weſtmonaſterienſis A. 1674. et officium ad locum inſignem Appiani V. Ciuil. fol. 703. videndus Georg. Caſp. Kirchmaierus in diſſert. de Thalaſſocrate Minoe cap. 2. Witteb. 1698.

[9] Seneca VII. 20. de beneficiis: *Tyranno triremes et aeratas non mitterem; luſorias et cubiculatas et alia ludibria Regum in mari laſciuientium mittam.*

1698. Nauigiorum nostrae aetatis varia genera breuiter exponit Wagenseilius in pera librorum iuuenilium tom. 2. pag. 43 sq. Rem nauticam recentis aetatis cum antiqua confert Secundus Lancellottus in libro, cui titulus: l'hoggidi Tom. 2. pag. 330 sqq. Antiquitatum rei nauticae ex fabulis erutae specimen edidit Ioan. Amnelius, Graec. Ling. Prof. Vpsal. 1658. De nauibus Turcicis Tho. Hyde ad itinera Mundi] Abraami Peritzol, pag. 80 sq. De artificio inflatis super vtribus traiiciendi maria, vide ad Suetonium in Caesare cap. 57. Florum III. 5. 16. Nicetam Choniatem in Manuele Coraneno lib. 2. c. 7. vbi de Scythis Istrum traiicientibus, et Christ. Gottl. Schwartzii dissert. de collegio vtriculariorum, Altorfii 1714. recusam in eius Miscellaneis politioris humanitatis p. 27 sqq. et alteram eiusdem Schwarzii ibid. 1719. editam, quae inscribitur, doctrinae antiquariae capita quaedam, capite secundo. Hispanorum consuetudo omnium, vt sine vtribus ad exercitum non eant. Caesar de bello civ. I. 48. Non dissimile commentum hydraspis singulari libro descripta ab inuentore, Clarissimo Wagenseilio. Altdorfii 1690. 4. Iconem nauigii ex pellibus lupi marini inflatis, qua vtuntur Indi, vide ad calcem itineris Frezierii, icone XI. Anno 1724. mense Februario Hamburgi fuit, qui vtribus inflatam nauem insidens in flumine veheretur. De vrinatoribus eorumque vsu in bellis naualibus agit Reinesius Inscript. pag. 622. qui etiam ibid. pag. 307. de coetibus et conciliis nauiculariorum.

VII. Superest de militia *pedestri* vt nonnulla subiungamus, in qua diu maximum robur apud Romanos fuit, vnde *milites* pro peditibus κατ' ἐξοχὴν poni obseruat Gronouius ad Liv. 26. 19. Boeclerus ad Velleium, etc. Alii ex illis vocabantur *primani*, *antesignani*, *prosignani* alii *postsignani*, vide Lipsium lib. 4. cap. 3. de militia Romana: alii *praecursores* Liv. 26. 17. siue *rorarii*, qui ante grauem armaturam prodibant, vt ros ante imbrem, γροσφομάχοι *velites* siue leuis armaturae milites tum *hastati*, κοντοφόροι *sagittarii*, *funditores*, de quibus vide Ciacconium ad columnam Traiani n. 205. Bochartum Hierozoic. I. 460. et Hilscherum pag. 85 sq. in vita Goliathi, *tragularii*, *ballistarii*, *iaculatores* e Balearibus, Cretensibus, Numidis: hinc *principes*, ac denique *triarii*. Conf. Lipsium lib. 2. de militia Romana c. 1. et in analectis ad lib. 3. cap. 1. *Vexillarii* legionum erant non triarii vt Salmasius ad Vopiscum, sed quibus non plena missio concessa, quique licet exauctorati et a legione seiuncti essent, tamen sub vexillis seorsim retinebantur in exercitu, donec deducerentur in coloniam, aut praemia acciperent. Vide Octav. Ferrarium lib. 1. cap. 3. electorum. Aliam proposuit senten-

tiam Ioan. Aug. Ernesti excursu primo ad Tacitum de vexillariis, qui insertus est tomo 1. commentar. societatis scientiar. Goettingensis pag. 29 sqq. Is enim affirmat, vexillarios fuisse tirones in legionibus, eosdemque, qui olim hastati. *Mirmillones* galeati et inter pugnandum subsidentes, poplitibusque se excipientes. id. Ferrarius II. 14. De *auxiliaribus* copiis, *sociis*, *extraordinariis*, *ablectis*, *alaribus*, idem Lipsius lib. 2. cap. 7. et Iul. Caesar Bulengerus de imperio Romano p. 372 sq. Velitis, hastati, principis, triarii et equitis iconem cum armis suis habes tomo 10. antiq. Roman. pag. 869. De Triariis confer Ciacconium ad columnam Traiani n. 203. De tesserariis, qui tesseram militarem per militum contubernia nuntiabant, Lipsium ad Taciti Histor. lib. 1. cap 34. De militibus, qui *antecessores* dicebantur, eorumque ab antesignanis, rorariis et antepilanis discrimine differit Car. Frider. Walchius in ICto antecessore. Ienae 1752. 8. pag. 8 sqq. Disponebantur pedites in centurias, decuriasque, quemadmodum equites in Turmas: *Globus* siue *drungus* vocatur qui separatus ab acie vago superuentu incursat inimicos, vt docet Vegetius III. 9. De *manipulis*, cohortibus, spiris, phalangibus, cateruis videatur Wolfgangus Lazius lib. 6. de Republica Romana, Alexander ab Alexandro 1. 5. Lipsius II. 2 et 4. De *cohortibus* vide Ratbodi Herm Schelii dissertationem tom. 10. thesauri Graeuiani p. 1277. Earum nomina ordine alphabetico ex numis et inscriptionibus antiquis refert Goltzius pag. 178 sqq. thesauri rei antiquariae; et alia ad rem militarem spectantia pag. 141 sqq. De cohorte Italica et Augusta dissertationem edidit Christi. Gottl. Schwarzius Altorfii 1720. De *legionum* numero, ordine et nominibus agunt idem Lazius lib. 5. prolixe et diligentissime. Lipsius lib. 2. c. 5. Franciscus Robortellus de legionibus Romanorum ad locum Dionis Cassii lib. 55. Bonon. 1559. Io. Henr. Boeclerus de legione Romana, Argentor. 1670. et tomo 2. disp. p. 541. Eius diss. vna cum Robertello et praeclaros Francisci Patricii [10] opere, quod Lipsius hinc inde sequutus esse dicitur, et Ferrariae 1583. 4. prodiit sub titulo: *La militia Romana di Polybio, di Tito Livio, et di Dionysio Alicarnasseo dichiarata et con varie figure illustrata.* Ludolphus vero Neocorus ex Italica editione Rom. 1594. fol. Latine vertit, recusa exstant tom. 10. antiquitat. Romanarum Graeuii. Hubertus item Goltzius in thesauro rei antiquariae p. 152 sqq. Bandurius in numos Gallieni

[10] Diuersum ab hoc est eiusdem Patricii opus, quod itidem lucem vidit Italice Romae 1594. fol. atque inscribitur: *Paralleli militari, ne' quali si fa paragone delle milizie antiche in tutti le parti loro con le moderne.* Sigillatim de militia veter. Gallor. exstat praeclarum opus *Gabrielis Danielis*, S. I. L'Histoire de la Milice Françoise et des changemens, qui s'y sont faits. Paris. 1721. 4. 2 Voll. et Amstelod. 1723.

lieni tom. 1. p. 166 sqq. Claudius Salmasius de re militari Roman. cap. 6. Iustus Lipsius de militia Rom. lib. 2. dial. 5. et Guilielmus Musgrauius in epistola de legionibus Romanis, inserta Transactionibus philosophicis vol. 80. pag. 28 sqq. et eiusdem Musgrauii antiquitatibus Britanno-Belgicis vol. 4. pag. 33 sqq. Iscae Dunmunior. 1720. 8. Vniuerso exercitui praeerat *Imperator*, de quo Lipsius lib. 2. cap. 12. et Aegid. Strauchius in dissert. de Imperatore, siue, duce exercitus R. summo. Witteb. 1659. triplicem vero significationem huius vocabuli obseruat Ferrarius lib. 6. de acclamationibus veterum cap. 8. tomo 6. Graev. Accipitur enim vel pro Duce vel pro Victore vel pro Rege. Imperatoribus siue ducibus tribuebantur *legati*, qui singulis praeerant legionibus, vide Raphaelem Fabrettum ad columnam Traiani pag. 9. Lipsium II. 11. Quemadmodum Dictatori aderat Magister equitum consulari potestate, ita singulis legionibus sub illo, quem dixi, legato erant *tribuni* militum siue singularum cohortium praefecti, quas in singulis legionibus senas fuisse obseruat Lipsius II. 9. Sub praefectis erant *ducenarii*, qui ducentis militibus praeerant, vel *centuriones*, de quibus agit Scipio Maffeius Veronae illustratae part. 1. p. 211. et quorum primus, qui aquilae praeerat vocabatur *primipilus*, vide Lipsium II. 8. Sub centurionibus erant *optiones* siue subcenturiones, *vragi* et *decuriones*, ne dicamus de *manipulariis*, qui praeerant manipulo, vel de *praefectis Castrorum*, qui locandis castris curam impendebant, vel de *quaestoribus* et praefectis aerarii bellici: aut de *praefectis Dendrophororum* et *fabrorum*, qui curam habebant caedendorum lignorum ad palos faciendos, ferramentorumque: tum de *tubicinibus*, *euocatoribus*, *medicis*, *beneficiariis*, *cornicularriis*, *tesserariis*, *circitoribus* aliisque gregariis peditibus. Confer Suidam in ἔκτακτοι, Lazium lib. 4. de Rep. Romana et Fabrettum ad columnam Traianam. *Exarchi* dicebantur praefecti seu ductores alicuius agminis militum, in prouincia aliqua delectorum. Quae vero sub Exarcho erat multitudo, et modo maior modo minor esse poterat, numerus vocabatur. Vide Marmora Taurinensia P. 2. pag. 53. Quod ad *aciem* attinet ordinemque agminis et *castrorum* praeter ea, quae ad Polybii librum 6. notarunt Patricius ac Lipsius, videndus Henricus Sauilius, libro de militia Romana, qui ex Anglico versus latine prodiit Heidelbergae apud Commelin. A. 1601. 8. praecipue Ratbodus Hermannus Schelius ad Hyginum Gromaticum Amst. 1660. 4. et tomo 10. thesauri Graeuiani, in quo praeter Patricium occurrit etiam Petri Rami liber de militia Iulii Caesaris ex edit. Francof. 1584. 8. Guilielmi Spiceri liber anglice editus: *The plan of a Roman camp prov'd out of Polybius.* Londini 1727. et Salmasii liber postumus de militia Romanorum, ex editione Lugd. Batav. 1657. 4. Hic plu-

ribus oſtendit non vnam eandemque militiae rationem ſub Republica et Caeſaribus, ſed pro temporum varietate itidem variam, longeque diuerſam obtinuiſſe: quo nomine et Vegetium reprehenderat Lipſius, quod ſui et ſuperioris aeui inſtituta miſcet ac confundit, et ab ea culpa nec Liuium immunem eſſe docet Salmaſius. Sub imperatoribus militia triplex, vna honoratiſſima Palatina in palatio imperatorum: ſecunda caſtrenſis ſiue armata, et tertia cohortalis, eorum qui in officio praefectorum ac praeſidum militabant. Valeſius ad Sozom. V. 4. De acie apud Graecos videnda Aeneae et Aeliani tactica virorum doctorum notis illuſtrata. De *πυρφόρῳ* praecedente exercitum, Raynaudus tomo 8. Opp. pag. 376.

VIII. De Elephantorum et Camelorum vſu in bello videatur Hermannus Hugo lib. 1. de militia equeſtri cap. 5. Georg. Chriſtoph. Petri ab Hartenfels in elephantographia. cap. 3. Erford. 1715. 4. Io. Harduinus ad Plinii lib. 8. cap. 7. 8. et 18. Dan. Lanmeri diſſert. de elephantis et eorum ad bellum apparatu. Aboae 1709. 8. et Gisb. Cuperus exercitationibus duabus de elephantis in numis, tom. 3. theſauri Sallengriani. De canum vſu in bello vide Plinium VIII. 40. et ibi Harduinum. De machinis bellicis conſulenda Athenaei Mechanici, Apollodori, Philonis, Bitonis, Heroniſque ſcripta graece et latine iunctim edita: tum Stewechius ad Vegetium, Felix Oſius in Graeuii theſauro antiquitatum Italiae tom. 3. pag. 1083-1093. Anonymus ad Theophanem p. 434. et Rigaltius ad Onoſandrum pag. 69 ſqq. De catapulta Ludov. Maſcardus in Muſeo parte 1. lib. 3. cap. vltimo. De petraria ſiue balliſta lapides vegrandes iaciente Frider. Lindenbrogius p. 357 ad Paullum Warnefridum. De ariete Turnebus Aduerſar. XXII. 21 ſq. Montfauconus tom. 4. ſupplem. pag. 33 ſq. Gorionides V. 15. et Ciacconius ad columnam Traiani n. 150. et de carobaliſta n. 171. De ariete Heilbrunnenſi 80 fere pedum longitudine, ſylloge epiſtolarum Burmanniana tom. 2. p. 192. De Agrippae harpagine Appianus 5 ciuil. fol. 739. aduerſus illud armorum genus poſtea inſtitutum *δρέπανον δόρασι περιθέσθαι.* idem. De helopoli Grotius ad 1 Macc. XIII. 43, 44. et Ammianus lib. 23. cap. 5. De aggeribus Ezech. Spanhemius ad Iuliani orat. 1. pag. 190 ſq. et Anton. Thyſius de oppugnat. vrbium p. 169. De vallis muriſque limitum memorabilibus (Landwehren) Ioan. Andr. Doederlein in antiquitatibus Romanis Nordgauienſibus. Weiſſenburg. 1731. 4. De turribus oppugnationi vrbium admoueri ſolitis praeter Vegetium lib. 4. cap. 17. Caeſarem de B. G. 2, 30. Liuium 21, 11. Ammianum Marcellinum 20, 11. Cangius gloſſar. in *belfredus* et *triſtega*, et Barthius pag. 362. ad Guilielm. Britonem. De turribus mobilibus, quae rotis

rotis feruntur, Vitruuius X. 19. pag. 231. ex Athenaeo de machinis fol. 4. adde Heronem iunior. de machinis bellicis c. 13. De oppugnatione vrbium et castellorum post veteres Philonem, Athenaeum etc. ex instituto agit Lipsius in poliorceticis et Petrus Ramus de militia Iulii Caesaris parte 3. tomo 10. antiquitat. Romanarum p. 1587 sq. qui de propugnatione vrbium et munimentorum aduersus hostes agit pag. 1596 sq. De obsidione maritimarum vrbium nauali vide Schefferum de militia nauali cap. 7. De castris, praesidiis, metaturis, excubiis, vigiliis, stationibus; circuitione, praeter Patricium et Robortellum, et Henr. Sauilium adeundus liber 5. Lipsii de militia Romanorum. Nec parum ad totam illam rem intelligendam conferent icones, quae occurrunt tomo 10. antiquit. Rom. pag. 905 et 927. quo in tomo Hygini quoque Gromatica occurrunt, cum luculentis commentariis Radbodi Hermanni Schelii, qui et praeterea egit de sacramentis militum, de custodia castrorum, de stipendio militari, frumento, veste et victu militum, tributo atque aerario, denique de itinere et telis legionum. Castrametationem primus Romanos docuit Pyrrhus, vt notat Plutarchus in Hannibale. De vigiliis militum Rom. confer Laur. Arrhenii dissertationem. Vpsal. 1726. 4. De vario hastae apud veteres vsu vide Ioannis Alstorphii librum postumum de hastis veterum. Amstelod. 1757. 4. Ioan. Gideonis Gellii obseruationem in tomo 9. Misc. Lips. p. 25 sqq. et de iure hastarum Ioan. Nic. Funccii dissert. tomo 2. symbol. litter. Bremens. pag. 193 sqq. Descriptionem poeticam hastae, ensis, cassidis a Marco Alexandro Bodio deprehendes tom. 1. deliciar. poetar. Scotorum, pag. 202 sqq. De armis aereis vide Angeli Mariae Riccii dissert. Homeric. Vol. 1. pag. 157. Florentiae 1740. 4. De Francorum veterum gladio cum balteo, securi et framea differit Chifletius anastas. Childerici cap. 14. pag. 196 sqq. vbi etiam de similibus armis Romanorum ex columna Traiani. De armis veterum Britannorum vide Thom. Hearne N. 393. Transaction. philosophic. et Beniam. Motte tom. 2. pag. 70 sqq. De praeparatione ad proelia ipsaque pugna victoria et clade vide praeter Lipsium aliosque, qui de militia scripserunt, Dilherrum disputat. acad. tom. 1. disp. 19. De modo pugnandi ex curru differit etiam Cluuerius pag. 105. Germaniae antiquae. Curruum falcatorum siue *currodrepanorum* [11] (*δρεπανηφόρα τέθριππα* vocat Suidas) rationem praeter Schefferum libro de re vehiculari veterum, Stewechium ad Vegetium 3, 34. Henr. Snakenborgium ad Curtium lib. 4. cap. 9. Raderum ad eundem lib. 4. cap. 22. et Hugonem de militia equestri lib. 1. cap. 6. rectius et felicius explicauit Iac. Perizonius V. C. in Curtio aduersus Io. Clericum vindicato pag. 163 sq. Vide et Interpretes

 ad

[11] De falcatis nauibus siue falcibus nauium vide Stephanium pag. 88 sq. ad Saxonem Grammaticum.

ad Iudic. I. 19. et IV. Bonifacium XVII. 4. hist. ludicrae, Brissonium de regno Pers. III. p. 384 sq. et Guidonem Pancirollum in appendice de rebus bellicis, quam libro de magistratibus municipalibus ad calcem Notitiae dignitatum vtriusque imperii a se illustratae subiunxit. Ἅρματος δρεπανοφόρου quoque mentio est apud Heliodorum IX. pag. 430. vbi Bourdelotius annotat, multa de curribus falcatis tradidisse Durerum ex antiquis. De curruum vsu in bellis vide Frider. Adolph. Lampium in exercitationibus ad Psalm. XLV. pag. 179 sqq. De curribus bellicis in oriente vsitatis consule dissertationem Christoph. Schultzii, praeside Ioan. Christoph. Wichmannshausen, habitam Witteb. 1722. Eiusdem Schultzii dissert. de ciuitatibus curruum, siue curribus et equis disponendis a Salomone destinatis 2 Paral. IX. 25. ibid. eodem, et Ioan. Dav. Michaelis praelectionem de hoc argumento recitatam in Regia scientiar. societate Goettingensi, quae recensetur in Nouis litterariis Goettingensibus A. 1759. pag. 913. Cuniculos deprehendendi rationem per sonum aerei scuti a fabro quodam aerario inuentam exponit Herodotus lib. IV. 200. De muricibus ferreis siue tribulis quos fugientes spargere solebant, vt hostium insequentium pedes laederent vide Menagium Origg. Gall. in *chausse trape*, et de cuniculis in *Mine*. Stili coeci aliis tribuli siue murices ferrei (Fußangel) ante castra consiti memorantur a Caesare lib. 7. de bello Gallico cap. 73. Hirtio bell. Afr. cap. 31. Confer Rupertum ad Valerium Maximum p. 248. Tentoria fuerunt vel ex pellibus; confer C. S. Schurfleischii dissert. de Paullo σκηνοποιῷ ad Actor. XVIII. 3. Witteb. 1674. et Aringhum p. 248. Romae subterraneae; vel ex ciliciis, vt Arabes scenitae, de quibus Plinius VI. 28. De armatura et apparatu hodiernae militiae exstat dissertatio Ioan. Christi. Leonhardi, Lips. 1711. De Strategematis Polyaenus e Graecis et e Latinis Frontinus.

IX. Moses manum attollens Exodi XVII. 18. vexillum erexisse dicitur a Ioan. Gothofr. Lakemachero observ. philolog. parte IV. 1. Ceterum de vexillis Hebraeorum consulantur Goodwinus in Mose et Aarone lib. 6. c. 8. et ad eundem Carpzouius p. 667 sq. et quos ille allegat, Arnoldus Boothius animaduersion. sacr. lib. 1. cap. 5 sqq. et Wilh. Ern. Ewaldus Emblem. sacr. lib. 1. exercit. 3. pag. 25 sqq. tum Bochartus Hieroz. P. 1. lib. 3. cap. 5. Fesselius aduersar. sacr. tom. 1. lib. 5. cap. 7. §. 15. et Vrsinus analect. sacr. P. 1. pag. 84. et Henr. Iac. a Bashuysen de vexillo Christi inter gentes erecto. Seruestae 1717. De Graecorum signis et vexillis vide Pfeifferum A. Gr. lib. 3. cap. 25. Apud Romanos Romulus primum manipulo foeni vsus est loco vexilli, vnde milites eiusdem signi manipulares dicti sunt, vt praeter

Oui-

Ouidium 3. Faſtor. docet Aurelius Victor de origine gentis Rom. cap. 22. Legionis ſignum deinde Romanis fuit *aquila* [12], de qua Adr. Iunius III. 2. animaduerſ. Harduinus ad Plin. X. 4. tom. 2. pag. 394. ed. in forma quadripartita, vbi etiam de *lupis*, *minotauris*, *equis aprisque*. Eberh. Rud. Rothius in exercitatione hiſtorica de antiquiſſimo et adhuc durante Romanorum ſigno aquila. Ienae 1669. 4. et Guil. Muſgrauius [13] in diſſertatione inſerta vol. 28. tranſactionum philoſophic. pag. 145 ſqq. et apud Beniam. Motte tom. 2. 2. p. 25 ſqq. in qua aquilas Romanorum non aureas nec argenteas, ſed ingenti conſpicuas mole inauratas aut argentatas fuiſſe diſputat. Aquila fulmini inſiſtens cum oraculo in roſtro conſpicitur apud Montfauconium tom. 2. ſupplem. tab. XXI. De S. R. I. aquila bicipite confer praeter laudatum Rothium Frider. Chriſt. Rami aquilarum imperii bigam. Lemgouiae 1716. 4. Ioan. Petri de Ludewig obſeruat. de Brandenburgica aquila bicipite, imperialis auctore et origine, tom. 7. eius Reliquiar. manuſcriptor. n 6. Gottl. Sam. Treueri diſſert. Ludewigio oppoſitam de vera aquilae imperii Romano germanici origine. Helmſt. 1726. recuſ. Goettingae 1753. et Ern. Io. Frid. Manzelii diſſ. de aquila S. R. G. I. bicipite. Roſtoch. 1724. Cohortis manipulorum *vexillum* [14] vel *ſignum*, equitum *dracones*, Sidonio *angues textiles*, conf. Lazium lib. 7. de Rep. Romana, Woweranum ad Sidonium p. 487. Henr. Speelmanni aſpilogiam pag. 14 ſqq. Lipſium lib. 4. de re militari Romanorum, cap. 3. 5. 9. vbi multa de ſignorum cultu, forma, religione; vide et Dauſquii notas ad Silium p. 248 ſq. et 291. et eundem Lipſium in libris de cruce, vbi praecipue de *labaro* cruciformi, quod Conſtantinus M. inſtituit, Hugonem lib. 2. de militia equeſtri cap. 4. Mich. Ang. Cauſeum (de la Chauſſe) Pariſienſem de ſignis militaribus, cuius diatriba habetur tomo 10. antiquit. Roman. p. 1528. De labaro, quod aliis etiam gentibus, et Romanis ante Conſtantinum Imperatoribus vſitatum fuiſſe obſeruat Harduinus p. 378. de numis vrbium agit etiam Gretſerus tom. 1. de cruce lib. 2. Octauius Ferrarius lib. 1. cap. 2. elector. et de ſignis cohortium cap. 4. Dictum labarum a labore quod laboribus exſoluat, καμάτων λυτήριον, ſi fides Nazianzeno Orat. III. p. 75. vbi elegans vexillorum Romanorum deſcriptio quae ἥ διςόντε ὁμῦ καὶ φρικτὸν θέαμα ipſi appellantur. Recentior aetas βάνδον dixit. Vide Cangii gloſſar. hac voce. De vexillariis militibus diximus ſupra p. 821 et

[12] Aquila aurea peltae inſidens ſignum regale Perſis, quo Cyrus vſus eſt teſte Xenophonte lib. 7. exped. Cyri. Briſſon. III. p. 426.

[13] Memoriae Treuoltinae 1714. p. 2181. Acta Eruditor. 1727. p. 255.

[14] De cantabro, quod a vexillo, vt ſpecies a genere, diuerſum fuit, vide ſcriptores a Io. Ern. Imman. Walchio ad Cellarii compend. A. R. p. 293. not. i) citatos.

et de draconariis p. 815. Gregorius quoque Michaelis in notis ad Gaffarelli curiositates inauditas singulare syntagma de veterum vexillis promisit sed quod hactenus editum non est. Vide interim Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro IV. 2. Theodorum Hoepingium de armorum et insignium iure cap. 17. pag. 833 sq. Ioan. Michaelem Weinrichium diss. de vexillis et vexilliferis, Erfurt. 1710. 4. Benetoni de Perrin dissert. de signis militaribus, in primis Gallorum, insertam Mercurio gallico A. 1735. p. 261 et 1050. et Stephani Claudii Benetoni commentat. de signis militaribus praecipuarum gentium praesertim Gallorum. Paris. 1742. 8. Ex aerario, quod erat in templo Saturni, post bellum indictum vexilla petebant quaestores. Vide Liuium III. 69. et ibi notam H. Valesii, vbi et signa veterum Gallorum Insubrum, et labarum siue [15] auriflammeum Francorum in templo seruatum docet. De vexillis Regum Franciae vide Io. Iac. Chifletium in Opp. historicis p. 231 sqq. et Cangium in *auriflamma*, *Cornettus*. De auspicio ex acuminibus, quibus aquilae et signa terrae infigebantur, vide Geuartium lib. 1. Electorum cap. 2. et Pierii Hieroglyphic. XLII. cap. 88. Vexillorum varias figuras ex antiquis sigillis exhibet Io. Mich. Heineccius libro de sigillis p. 299. cui adde p. 129. et Henr. Speelmannus in aspilogia p. 15 sqq. Picta vexilla draconum, Iuretus fol. 900. ad lib. 4. Paullini de vita S. Martini tom. 8. Bibl. Patrum. Dacorum vexillum, labarum et draco. Columna Traiana n. 134. 137. 193. 199. De standaro siue carrocio [16] quo pro vexillo vsi sunt sequioribus temporibus Mediolanenses et alii Italiae populi vide Cangii glossar. et Tenzelii Bibl. curios. tom. 1. pag. 669. qui imaginem quoque eius in aes incisam exhibet e Graeuii thesauro antiquitatum Italiae tomo 3. Adde si placet Petrum Lambecium in notis ad Baptistae Platinae historiam Mantuanam pag. 485 sq. tom. 4. thesauri Italiae parte 2. p. 30. vbi aere descriptum videre licet carrocium Cremonense cum campana, et aliud Patauinum, vtrumque diuersum ab eo quod Tentzelius exhibet. Patauinum etiam exstat in Francisci Scoti itinerario Italiae italice edito. Patauii 1669. 8. post pag. 28. De Cremonensi conferatur praeter iam laudatum Lambecium Giornale di Roma A. 1669. pag. 95. ex Macrorum Hierolexico, Felix Osius ad Alberti Mussati librum 8. histor. Henrici VII. Caesaris p. CXI. tom. 6. parte 2. thesauri Italiae, Muratorii scriptores rerum Italicarum tom. 9. p. 759. vbi icon duplicis Carrocii, et p. 795 sq. vbi Parmenses et Cremonenses sollemni sibi ritu red-

[15] De *auriflamma* videre iuuabit Cangii dissert. ad Ioinuillam.

[16] *Standarum* vocatur apud Martene tom. 3. anecdot. pag. 391. Meibonium tom. 1. p. 420. *Carrocium* siue *Carrotium* idem vocabulum, quo nos Germani vtimur **Karretche**, perinde vt carrus siue quarrus dicitur a quatuor rotis, quibus impositus vehitur.

reddentes Carrocia et pag. 1212. vbi descriptio Carrocii Patauini. Porro de Carrocio consule Vlrici Obrechti academicam dissertat. 5. quae est de vexillo imperii. Pagium ad annum Christi 1162. n. 27. Ethelredum de bello Standardii tom. 1. decem scriptorum Angl. p. 339. Leibnitium tom. 3. num. 32. Philippi Bonanni Gabinetto harmonico, et Viri Consultissimi, Francisci von Som, Hamburgensis Reip. Archiuarii longe meritissimi, dissert. de Carrocio, praeside V. C. Euchario Gottlieb Ringk habitam Altdorf. 1711. Pannoniorum vexillum *σημαία μετέωρος, ἐπί τινος ἠνεμωμένη πωχέως καὶ ὑψιτενοῦς ἱςοῦ τετράσιν ὑπὸ τρόχοις ἑλκομένου βοῶν ζεύγμασιν.* Nicetas in Manuele Comneno V. 3. qui et *τῆς τοῦ Διονυσίου σημαίας δίαρμα* memorat. De imaginibus sacris et reliquiis in bello circumferri solitis vide Cangium ad Villeharduinum pag. 311. qui etiam de carrocio et vexillo imperiali pag. 309. 310. De Indorum et aliorum populorum signis Martinus de Roa part. 2. singularium S. Scripturae. De armis militum plura capite proximo, vbi de vestibus omnis generis. De stigmatis siue notis militaribus agit praeter Grotium et Lydium supra p. 753. laudatos Lipsius lib. 1. cap. vltimo. Nox diuisa est in quadrantes siue trihoria vigiliarum, quae cornicine aut tubicine distinguebantur. Vide Scaligeri lectiones Ausonianas lib. 1. cap. 17. Drusii observ. sacr. X. 10. Lightfootum aliosque interpretes ad Matth. XIV. 25. Marci VI. 48. Luc. XII. 38. Strauchii breuiar. chronol. pag. 45 sq. Guisium et Surenhusium ad codicem Talmudic. Berachot cap. 1. Neocorum bibl. nov. libror. A. 1698. pag. 850 sq. Pfeiferi dec. 1. antiq. sacr. thesi 8. Wolfium Bibl. Hebr. tom. 3. pag. 205. Similiter diem quoque in quatuor custodiarum trihoria diuisum esse notat Possinus ad Pachymerem tom. 1. pag. 428.

X. De *triumphis* veterum Romanorum ita egit *Ioan. Barthol. Marlianus* Rom. 1549. Venet. 1555. 4. vt Romanorum triumphos ordine chronologico recenseret, quod fecit etiam *Tho. Lydiatus* in serie summorum magistratuum et triumphorum Romanorum, vt velut notiores *Onuphrium* ad librum 5. Fastorum, *Sigonium* et *Pighium*, *Goltzium*que in fastis omittamus. *Onuphrii* quoque de triumpho commentarius recusus est Helmst. cum notis *Ioan. Hen. Maderi* 1675. 4. Eiusdem Onuphrii descriptio triumphi Romanorum amplissimi ex lapidum monumentis inserta est tomo 9. thesauri antiquitatum Romanarum Graeuiani. *Iulius* quoque *Caesar Bulengerus* in tomo 2. variorum opusculorum librum singularem de spoliis bellicis, tropaeis, arcubus triumphalibus et pompa triumphi exhibet, qui tomo 11. antiq. Graecarum Gronouii recusus est. Illo in volumine leges etiam librum primum tom. 1. Pandectarum triumphalium *Francisci Modii*, in quo de triumphis et ouatione

veterum, maxime Romanorum agendum ſuſcepit et capite 26. exhibet faſtos triumphales ab V. C. vſque ad A. DCCLXIV. atque cap. 27 ſq. diſſerit de arcubus, columnis, obeliſcis et pyramidibus triumphalibus Quemadmodum libro 2. agit de triumphis et torneamentis haſtiludiisque equeſtribus recentiorum Francof. 1586. fol. Videndi praeterea *Alexander ab Alexandro* lib. 1. cap. 22. qui cap. 27. diſſerit et de litteris et faſcibus laureatis, nauibus laureatis et vittatis: *Guid. Pancirollus* in deperditis titulo 57. et ibi *Henr. Salmuthus: Io. Nicolai* liber de triumpho editus Frf. 1697. 12. *Martini de Guichardo* noctes Grantzouianae de antiquis triumphorum ſpectaculis. Amſtel. 1661. 8. *Mich. Marolleſii* diſſertat. de triumphis Romanis quae ſubiecta eſt eius gallicae verſioni proſariae librorum Ouidii de Ponto, Pariſ. 1661. 8. pag. 480-492. Benedictus Aueranus diſſert. XXIV - - XXIX. in Liuium, tom. 2. Oper. Florentiae 1716. fol. Nicol. Cheualierius in libro gallico: Remarques ſur la piece antique de bronze trouvé à Rome. Amſtelod. 1694. 8. p. 65 ſqq. Veſalius Mobachius in diſſertationibus de triumpho Romanorum. Alcumar. 1681. 8. et diſſertationes Ioan. Ern. Gebhardi. Witteb. 1648. Io. Chriſtfr. Sagittarii. Jenae 1649. et in eius otio Ienenſi pag. 400. Io. Dav. Drabitii. Lipſiae 1667. Io. Henr. Arſtenii. Erford. 1685. Chriſti. Fuchſii. Witteb. 1692. Ioan. Dav. Schieferdeckeri. Lipſ. 1695 et 97. Ioan. Conr. Ruperti. Ienae 1702. Laur. Arrhenii. Vpſal. 1729. 8. et Chriſti. Brunings, adiecta eius compendio antiquitat. graecar. edit. repetitae Francof. ad Moen. 1745. 8. Solis conſulibus et praetoribus fas fuit triumphare. Deinde etiam Pompeio bis conceſſum necdum ſenatori. vid. Plutarchus in Pompeio p. 625 ſq. 630. D. Triumphus etiam legatis conceſſus eſt ex ſententia eius, qui tenebat prouinciam. Vide Dionem p. 382. (558. R.) Cornelius Balbus vnus omnium non Romanus, ſed Gadibus natus, triumphauit. vide Plinium V. 1. tom. 1. p. 544 ſq. Quum Caeſares rerum potiti eſſent, ſibi ſolis inſignem triumphi honorem tribuendum eſſe cenſentes ducibus poſt partam victoriam inſignia tantum vel ornamenta triumphalia conceſſerunt, vide Suetonium in Auguſto cap. 38. Tacitum Annal. 1, 71. et in Agricola cap. 40. Schwarzium ad Plinii Paneg. p. 460 et 569. et Zach. Richteri commentationem. Lipſ. 1752. 4. Sub Iuſtiniano imp. Chriſtiano triumphauit Beliſarius. De triumpho Henrici I. imperatoris vide Goldaſtum pag. 169 ſq. ad Eginhartum. Imaginem triumphi Romani in aes inciſam exhibent Pitiſcus in Suetonii Caeſarem c. 37. Begerus ad Flori lib. 2. cap. 12. et Iacobus Lydius de re militari Hebraeorum pag. 213. Triumphanti corona propter nimium pondus ſuſtinebatur a tergo (non a carnifice vt ex loco Plinii male intellecto Iſidorus) ſed a ſeruo

pu-

publico. Vide Ferrarium lib. 1. Elect. cap. 11. et Isaac. Casaubonum ad Suetonium p. 281. ed. Graeuii. De albis equis quibus Camilli exemplo in triumphis vsi sunt Romani, Rupertum ad Florum pag. 110 sq. Camillum ideo in exilium missum esse legas apud Dionem LII. p. 472. (669. R.) De curru triumphali vide Henr. Norisii dissert. de numo Diocletiano cap. 5 et 6. tom. 1. thes. Sallengriani pag. 413 sq. et Sigeb. Hauercampum notis ad Tertulliani apologeticum cap. 33. p. 288. De licentia dictis et salibus perstringendi triumphantes, quae concessa erat militibus vide Nadalii dissertat. in ephemeridibus eruditis (Journal des Savans) A. 1725. mense Octobr. p. 400 sqq. tom. 2. histor. acad. inscriptionum pag. 136. et tom. 1. operum Nadalii iunctim editorum Paris. 1738. 12. pag. 145. Triumpho minus sollemnis erat *ouatio*, quanquam hanc quoque de sollemni triumpho quandoque vsurpatam obseruat Georg. Henr. Vrsinus in observ. Philolog. cap. 9. vbi plura de ouatione et eius etymo non protrita leges. De *spoliis opimis* Ioui Feretrio dicatis disputat Alexander ab Alexandro lib. 1. cap. 14. et Iac. Perizonius in observ. historicis, qui ex Liuio aliisque notant illa proprie dicta fuisse opima spolia, quae imperator per se ab imperatore, rex a rege, dux a duce retulisset. De *tropaeis* Schacchus Myrothecio tertio cap. 23. Ioan. Franc. Madrisius in praelectione de tropaeis, quae exstat tom. 3. collectionis opusculor. scientificor. et philologicor. pag. 318 sqq. Io. Frid. Hekelius in dissert. de tropaeis veterum. Rudolphopoli 1687. Adriani Deodati Stegeri dissert. de antiquissimis tropaeis P. R. Lipsiae 1738. et Petri Ekermanni dissertatio de tropaeis. Vpsal. 1743. Tropaea lignea posita ἵνα ταχέως ἀφανίζηται τὰ τῆς ἔχθρας ὑπομνήματα, *vt inimicitiarum documenta breui tempore abolerentur.* Diodor. Sicul. XIII. p. 154. Sacrosancta fuerunt et violanda a nemine, vide Fabricium ad Dionem p. 333. Sed tempore corrupta non reparare fas, vt notat Plutarchus quaest. Rom. 37. De *arcubus triumphalibus* agit Nicol. Bergierius lib. 2. de publicis viis imperii Romani cap. 40. Henr. Norisius Cenotaph. Pisan. dissert. 3. pag 413. Ioan. Bapt. Casalius de vrbis ac imperii R. splendore parte 2 cap. 1. et Lebrechtus Petrus Ploettnerus in commentatione de arcubus triumphalibus. Lips. 1750. 8. Cuiusmodi arcus in I. Caesaris honorem excitati rudera etiamnum conspiciuntur Rhemis, conf. Ephemerides Parisiens. A. 1678. p. 283. Alius Arausione, constructus olim in memoriam victoriae Marii et Catuli de Cimbris, quem omnes Romae exstantes magnitudine et praestantia vincere testatur Sponius in itinerario tomo 1. pag. 3. Romanos aere descriptos habes tomo 3. Graeuii. De triumphali porta videatur Aringhus lib. 2. cap. 3. De *supplicationibus* ob victorias decretis agit Fuluius Vrsinus pag. 88 ad Caesarem, post fragmenta veter.

Hiſtoricorum. Quos bello ceperant Romani licet omnes in ſeruitutem redigerent, tamen cum omnibus non eodem modo actum eſt. Qui ſponte conceſſerant victoribus, ponentes arma vocatique *dedititii*, ſpecie aliqua libertatis vtebantur, quin tamen obeundum conſequi poſſent munus aut officium, cui quid honoris annexum videretur. Bello domiti et vocati *mancipes*, *quaſi manu capti*, ſeruituti obnoxii detinebantur. Qui vero ſemel victi et libertate donati a dominorum imperio deficiebant, poena criminis multabantur, beſtiis expoſiti, aut ad amphitheatri certamina deſtinati, deinde ſub Chriſtianis Imperatoribus ad triremes, et ad remigibus inſeruiendum. Per triumphum etiam vario diſcrimine ducebantur. Qui nobili genere orti, veluti Principes, Magiſtratus, vehebantur plauſtris, ſed praepoſtere, et tergo inuerſo, ſi quando ex ignominia cum iis agendum videbatur: ceteri aſſectabantur pedibus; rebelleſque poſt tergum manus vinctas habebant: inermes omnes. Vide Acta Eruditorum A. 1759. pag. 90 ſq.

XI. De ſtipendio militari quod per 350 fere annos nullum fuit Romanis, iam ſupra dictum eſt, cap. 16. ſectione 5. pag. 776. quemadmodum de poenis quoque cap. 15. ſectione 15. p. 758. Sub imperatoribus non annonam modo et arma de publico milites accipiebant, ſed veſtes quoque. Vide Lindebrogium et Valeſium ad Appiani XXI. 6. *Largitas Valentiniani Auguſti* in diſco argenteo Geneuae reperto illuſtrata diſſertatione D. Abruzitii apud Montfauconum tom. 6. ſupplementi tab. XXVIII. p. 51 ſqq. Qui ab hoſte ſub iugum mitti ſe permiſerant, non iterum a Romanis ſtatim admiſſi ad militiam, ſed procul a patria, procul ab oppidis iuſſi hibernare. Vide Liuium XXVI. 1. qui de ritu illo ignominioſo videndus III. 28. De militaribus donis Alexander ab Alexandro IV. 18. et ibi Tiraquellus. Praemia et dona militaria, τιμάι, δωρεαί, κόσμια fuerunt torques, armillae, corollae cum laminis aureis, annuli etc. vide Rigaltium p. 61 ſqq. ad Onoſandrum. De diaeta atque victu militari veterum, coenis victorialibus, triumphalibus, donatiuis, congiariis Stuckius 1. 21. Antiqu. Conuiual. De vacatione a militia, praeclara quaedam obſeruat Lipſius lib. 1. de milit. cap. 4. et ad lib. 1. Annal. Taciti pag. 36 ſq. vbi docet miſſionem militum aliam *honeſtam* fuiſſe poſt 20 annorum ſtipendium ſi pedites, poſt 10 annorum ſi equites, poſt 25 ſi nautae fuiſſent, quales exauctorati dicebantur *veterani.* Aliam miſſionem *cauſſariam* ob vitium, defectum, morbum: aliam *gratioſam* per gratiam et ambitum, aliam denique *ignominioſam* ob delictum et crimen. Confer eundem Lipſium l. 5. de milit. Romana cap. 19. et de miſſiciis militibus ſigillatim Sponii Miſcellanea p. 239 ſqq. De decimatione, viceſimatione, centeſima-

tesimatione militum vide notas ad Appianum pag. 750. edit. Blancardi. De vacationis petitione coram censoribus, insignis locus Plutarchi Pompeio p 630. De ταλαπειρίοις, ad militiam ineptis vide Casaubonum ad Aeneae c. 10. p 1730. De militibus emeritis et de valetudinariis in gratiam saucio-rum vel emeritorum militum conditis confer Io. Pet. de Ludewig Recht der Invalidenhäuser. Frfti et Lips 1707. 8. et in eius opusc. tom. 2. p. 254 sqq. De Augusta emerita, quam Augustus, quum emeritos milites dimitteret, condidit consulantur Scriptores a Fabricio ad Dionem p. 720. excitati. De horreis conditis vide Salmasium ad Spartiani Hadrianum fol. 26. De campestribus meditationibus siue exercitiis, γυμνασίοις, μελέταις differit Ezech. Spanhemius ad orat. 1. Iuliani p. 107 sqq. Lindebrogius ad Ammiani XX. 4. Gutherius de iure manium l. 2. cap. 3. et Stewechius ad Vegetii II. 14. De apparatu et armatura militiae hodiernae, commendanda tironibus I. Christ. Leonhardi diss. Lips. 1711. in qua ordines et nomina officiorum aliaque germanice et latine exponuntur. Bello affinia *duella*, quae susceperunt quidam tanto pereundi vel occidendi furore vt illa inituri areas quadratas lapidibus signarent quas exire nisi victo non licebat. Vide Stephanium pag. 106. ad Saxonem Grammaticum. Belli in compendium missi et duorum vel paucorum dimicationis euentu decisi exempla collegit Rupertus ad Florum p. 87 sq. Quum apud veteres praeparatio quaedam ad militiam, et rei bellicae quasi imago et pars quaedam esset venatio, pauca quaedam de eadem subiungenda duximus. Ex antiquis de ea commentati sunt Xenophon, Arrianus et Oppianus. E recentioribus conferantur Natalis Comitis de ludis agresticis, praecipue vero de venatione libri 4. accuratius recusi Londini 1726. I. B. Crophius antiqu. Maced. lib. 2. cap. 3. Tomasinus de donariis veterum c. 31. et Feithius in antiquitatibus Homericis, recusis tom 6. thesauri Gronov. pag. 3711. Frider. Vlr. Stisser in der Forst- und Jagdhistorie der Teutschen, edita Ienae 1737. 8. et auctius cum praefat. Heinr. Gottlieb Frankii recusa Lipsiae 1754. 8. et Beneton de Perrin in elogio historico venationis, Parisiis 1734. 12 gallice edito. De venatione circi consulendus Bulengeri liber de circo R. recusus tom. 9. thesauri Graeuiani pag. 577. De venatione per aues rapaces Aristoteli, Plinio, Martiali, Aeliano, Firmico memorata vide Lil. Gyraldum dialogismo sexto tom. 2. thesauri critici Gruteriani p. 397 sq Thomam Brown in Miscellaneis. Auctores rei accipitrariae, de quibus dixi lib. 1. Bibl. graecae cap 25. et Ioan. Phil. Burggrauium p. 236. ad Conringium de corporum Germanor. habitus caussis. Intermissam in Italia restituisse Rainaldum, Estensem, quum Fridericus Aenobarba magnam falconum copiam in Italiam intulerat, eaque res, vt nouitate sua placentes so-

ſolent, poſtea admodum increbuiſſet, ex Friderici II. de hac arte libello patet, quem Manfredus rex Siciliae auxiſſe dicitur. Vide Burmanni praefationem ad tom. 7. antiq. Italiae pag. 6. In oriente venationi etiam virgines induliſſe oſtendit Zornius Bibl. antiquarioexeg p 668. De origine iuris venandi confer Io. Guil. Goebelii diſputationem Helmſtad. 1717. editam, quae variis acceſſionibus aucta, et cum Henr. Gottlieb Frankii diſquiſit. prooemiali de poenis in ferarum fures et vniuerſi apparatus venatorii per veteres Germanor. leges ſtatutis recuſa eſt Helmſtad. 1740. 4. Huius diatribae pars altera euulgata eſt ibid. 1743 4. In hiſce diatribis idem Goebelius agit de aucupio, de quo etiam conferantur Bulengerus lib cit. Bochartus Hierozoic. P. 1. pag. 17. et P. 2. pag. 270 ſqq. Voſſius de idololatria lib. 3. cap. 97. Salmuthus ad Pancirollum P. 2. Tit. 23. Cyprianus hiſtor. animal. p. 842. 1079. 1111. 1182. et Mercurialis artis gymn. lib. 3. fin. De aucupibus veter. videantur Pignorius et Popma de ſeruis.

XII. In Graecia durantibus ludis Olympicis erat ſollemnis ἐκεχειρία ſiue induciarum obſeruatio teſte Plutarcho in Lycurgo, ad quem notat in animaduerſionibus ad gallicam ſuam verſionem pag. 270. Clariſſ. Dacerius, de quo merito erubeſcere debent Chriſtiani, nullum apud hos eſſe feſtum tam ſanctum, vt illo a bello conquieſcant. Apud Indos agricolae et agri in bello ἱεροὶ et ἄσυλοι teſte Diodoro Siculo lib. 2. et Arriano in Indicis pag 531. Confer Chriſtoph. Arnoldum ad Valerii Catonis diras pag. 123. Similiter ducem bellicum monet Onoſander cap. 6. pag. 27. vt mercatoribus liber conſtet commeatus plenaque ſecuritas. Ita et Xenophon quarto Cyropaediae, cuius verba adduxit Rigaltius in notis pag. 30. Quae de induciis in antiquitate occurrunt, non intacta reliquit Schurzfleiſchius in diſſertat. de induciis, quae inter iunctim editas quadrageſima eſt. Iudaei legibus Romanis immunes ſunt a militia, quod negarent, ſe ſalua religione ſua eam ſequi poſſe. Vide quae viri docti diſputant ad Ioſephum XVIII. 4. pag. 879. edit. Amſtelod. E Chriſtianis olim quidem non Manichaei modo, quos oppugnat Auguſtinus XXII 74. contra Fauſtum, et recentiori aetate hac in parte ſequuntur Anabaptiſtae, Sociniani, Weigeliani, Quackeri etc. ſed et alii Chriſtiani multi priuati, praecipue e ſacro ordine, a bello prorſus abhorruere; et cum Origine contra Celſum p. 349. et Lactantio VI. 19. *neque militare iuſto licere* duxerunt, neque ſuppliciis capitalibus animaduertere in noxios. Vide Benedictinorum notas ad S. Ambroſium tomo 2. p. 46. Wetſtenium ad Originem contra Marcionitas p. 27 ſq. Zwickeri Irenicum Irenicorum p. 120 ſq. et Sig. Iac. Baumgartenii examen ſententiae veter. Chriſtianorum de militia. Ha-

Halae 1745. 4. Poenitentiae etiam subiecti sunt milites in concilio Triburiensi, Remensi et Trosleiano A. C. 825. 923 et 909. tom 9. concilior. edit. Labbeanae pag. 458. 581 et 527. et in Poenitentiali Romano lib. 1. cap. 20. Clericis militia prohibita fuit. Vide Thomassinum tom. 1. pag. 2. lib. 4. cap. 12. p. 412 sqq. sed vide de militia Clericorum eundem part. 3. tom. 2. p. 389 sqq. et tom. 3. p. 91 sqq. 608 sqq. et 624. Sed nulla vnquam gens (licet talem fingat personatus Iacobus Massé in itineribus pag. 220.) nullus vnquam fuit Christianus Princeps vel in cuius potestate esset iustum bellum gerere, qui bellum omne Christi praeceptis illicitum esse crederet, atque ipse etiam Tertullianus c. 42. apologetici ad gentes: *nauigamus* inquit *vobiscum, et vobiscum militamus.* Atque licitum esse Christiano Principi sua si aliter non possit, bello etiam vt necessario malo tueri, vel inde constat, quod sanctissima religio neutiquam pugnat cum naturae iure, neque ad exitium suorum data est, vt omittam argumenta alia quae videri possunt apud Ioan. Genesium Sepuluedam libris tribus de militaris disciplinae honestate, inter eius opuscula Paris. 1541. 8. Grotium prolegomenis librorum de iure belli et pacis et ad Matth. V. 40. et Lucae III. 14 et parte 2. Epist. 545 sq. Iac. Altingium tomo 1. Opp. pag. 180. Iustellum, Christianum Lupum, et Guil. Beueregium ad Canonem 12. Nicaenum. Eiusdem Lupi dissertatio extat de veteri disciplina militiae Christianae, in eius operibus postumis p. 227 sqq. Bruxellis 1690. 4. de qua Elias du Pin tomo 18. Bibl. scriptorum Eccles. pag. 134. Videndus etiam B. Christianus Kortholtus in differt. de studio belli ac pacis, Kil. 1689. et Heideggerus de militia Christiana tomo 4. diss. select. 4 et 5. Nunquam Christiani olim vel crudelissimis oppressi persequutionibus, nec, licet valerent numero aut a rerum nouarum auctoribus sollicitarentur, religionem suam aduersus legitimos principes ac magistratus suos bello vindicauerunt. Vide Timanni Gesselii historiam ecclesiasticam p. 364. Ceterum militiam mercenariam Christianis indignam esse non diffitetur Grotius ad Luc. III. 14. Si ad eum, inquit, militem Ioannes venisset, quales nunc plerique sunt, non vni imperio addicti, sed per omnem orbem terrarum bella aucupantes, *venalesque manus, ibi fas vbi plurima merces*, qui maiore ex diuerso mercede ius fasque exeunt, neque vident cur, sed quanti aut alios iugulent aut ipsi iugulentur, profecto non aliud illis dixisset Baptista, quam si salui esse vellent, relinquendum esse vitae genus, non iam dicam ab omni pietate, sed ab omni humanitate abhorrens et fere belluinum. Vtinam vero Christiani non omnes Ethnicorum iniurias tantum vel aequarent vel supergrederentur in bello etiam inter se, siue temere suscipiendo siue crudeliter

deliter

deliter et cupide gerendo, quantum debebant per ſanctiſſima Chriſti praecepta ad iuſtum etiam et neceſſarium bellum cum horrore et tardiſſime accedere, et quam celerrime fieri poteſt, ab illo iterum reſilire.

CAPVT XVIII.

De ſcriptoribus qui rem veſtiariam veterum illuſtrauerunt.

Scriptores de re veſtiaria Hebraeorum. 1. *Graecorum et Romanorum.* 2. *Germanorum, Danorum etc.* 3. *Clericorum et Monachorum in Eccleſia Chriſtiana.* 4. *De tegminibus et ornamentis capitis.* 5. *De coma.* 6. *De fuco et coſmetice, ſartoribus etc.* 7. *De annulis.* 8. *De variis generibus veſtium.* 9. *De braccis, calceis etc.* 10. *Habitus lugentium.* 11. *De armis et veſtitu militari.* 12. *De inſignibus et arte Heraldica.* 13.

I.

De re veſtiaria veterum Hebraeorum, Sacerdotum praeſertim habitu agunt *Didacus del Caſtillo* et *Artiga* in opere de ornatu et veſtibus Aaronis, ad Exod. XXVIII. Lugd. 1655. fol. vt *Io. Hieronymum Sopranem* in digreſſione de re veſtiaria Hebraeorum, ſubiuncta eius commentario de Dauide, ibid. 1643. fol. edito, quam ſeorſim recudendam promiſit Criſpinus Weiſius in Nouis Litterariis Lipſienſibus A. 1735. p. 368. Ariam Montanum alioſque praetereamus. E Iudaeis hoc argumentum pertractarunt R. *Abraham Rophe* in Schilte Gibborim cap. 44 et 45. et R. *Aſarias de Rubeis* in Meor Enaiim lib. 3. cap. 46 ſqq. E Chriſtianis vero praecipue diligentem operam in hoc argumento poſuit *Io. Braunius*, [1] vir Clariſſ. cuius praeclarum opus de veſtitu Sacerdotum Hebraeorum poſt primam editionem anni 1680. auctius lucem adſpexit Amſt. 1701. 4. In hoc praeter alia lib. 1. cap. 16. egregie docet, qualis fuerit tunica inconſutilis ſiue contexta, cuius mentio fit in hiſtoria paſſionis Chriſti, vbi milites ſuper ea ſorte experti eſſe dicuntur, de qua tunica, praeter interpretes ad Ioan. XIX. et Caſaubonum ad Baron. agit etiam Io.

[1] Qui opus de veſtitu Hebraeorum Braunii in Hebraicis praeceptori Conſtantino l'Empereur tribuunt, eos ſine ratione hoc facere notat Rev. Henricus Ludolf Benthemius in libro de ſtatu Eccleſiarum Scholarumque Belgicarum parte 2. p. 275 ſq.

Ioan. Georg. Dorschaeus in tractatu de tunica Christi inconsutili. Rostoch. 1658 4. et Octauius Ferrarius de re vestiaria et in analectis et lib. 2. elector. cap. 1. Braunio addendi sunt *Sheringhamus* ad tractatum Talmudicum Ioma cap. 7. pag. 86 sq. *Seldenus* lib. 2. de success. in pontificatum cap. 7 sq. et lib. 3. cap. 11. de synedrio, vbi contra Sheringhamum probat vestium sacrarum extra ministerii tempus vsum nullum fuisse. *Io. Prideaux* de vestitu Aaronis, interpretes ad Exod. XXVIII. et Leuiticum, *Io. Lightfootus* et *Samuel Lee*, quorum singulares de hoc argumento diatribae exstant. *Augustinus Calmetus* ante commentarium in Ieremiam, tom. 6. pag. 28 sqq. et tom. 1. diss. 20. *Wilhelmus Goereus* histor. Mosaic. parte 4. cap. 10 et 11. *Frider. Adolph. Lampius* exercit. in Psalm. XLV. pag. 301 sqq. et dissertationes *Benedicti Dauidis Carpzouii*, quam is sub Ioan. Frischmuthi praesidio habuit Ienae 1669. et quae inter fratris Io. Bened. Carpzouii disputationes academicas pag. 1637 sqq. recusa est. *Daniel. Lundii.* Vpsal. 1706. 8. et *Alberti Vogetii.* Groningae 1729. ne dicamus de Isidoro Hispalensi, qui hanc materiam paucis attingit libro vndeuigesimo originum cap. 21 sq. *Martini Mauritii* (tractatu de sortitione veterum eruditis dudum noti) vastum de re vestiaria Hebraeorum opus, ex vniuerso Talmude, Targumim, Rabbinisque antiquioribus et recentioribus congestum, et in quatuor volumina diuisum; sed typis nondum exscriptum, possedit Io. Henr. Maius, vt ipse testatur lib. 3. obseruat. sacrar. pag. 110 ed. sec. Copiose etiam de vestibus sacerdotalibus tum Hebraeorum tum aliarum gentium disputat *Caspar Caluoer* ritualis Ecclesiastici tomo 2. Habet etiam multa de re vestiaria generatim *Petrus Zornius* in dissert. de numo Cos. aureo Theodosii II. pag. 22 sqq. De tiara Summi Pontificis *Pelletierius* disp. de erroribus pictorum, in memoriis Treuoltinis A. 1705. Septembri pag. 1614 sq. *Hermannus van de Wall*, Ecclesiastes Amstelodamensis, diss. de pileis siue tiaris Sacerdotum et Pontificum Hebraeorum, ad calcem Salomonis van Till commentarii postumi de tabernaculo sacro et Zoologiae sacrae, Dordraci 1714. 4. *Iac. Altingius* Heptade VIII. diss. tom. 5. opp pag 268 sqq. *Sam. Werenfelsius* in oratione de mitra Aaronis capiti imposita. Basil. 1709. *Ioan. Christoph. Wichmannshausen* in diss. de tiara summi sacerdotis. Witteb. 1722. *Ioan. Henr. Maius*, fil. in diss. de tiara Pontificis Hebraeorum maximi. Gissae 1728. De tiaris minorum sacerdotum exstat dissertatio Henr. Andr. Toepferi, Witteb. 1722. De frontali P. M confer dissertationem *Mich. Liebentanzii* de frontali Aaronis. ib. 1662. *Chr. Lud. Schlichteri* de lamina aurea P. M. eiusque mysterio. Halae 1736. *Georg. Adami Mehneri* de frontali Aaronis. Lips. 1745. De Ephod exstat dissertatio *Isaaci Pihlmanni.* Aboae 1701. De Pectorali confer eos, qui de

Vrim et Tummin commentati ſunt, quos ſupra pag. 501 ſqq. laudauimus. De balteo ſacerdotali vide *Ioan. Christoph. Wichmanshauſen* diſſertationem. Witteb. 1717. et de balteo ſacerdotis ſummi *Ioan. Andr. Cleſſelii* diſſertationes binas. ibid. 1717 et 1718. et *Wilhelmi Ernesti Ewaldi* Emblemata ſacra lib. 4. pag. 501. De veſtibus byſſinis P. M. expiationis feſto diſſertationem edidit *Ioan. Oldermannus.* Helmſtadii 1717. Sacerdotes, niſi quum ſacra adminiſtrarent, veſtibus communibus vſos fuiſſe, ſacraſque in templo, vel in turri Antonii [a] aſſeruatas docent Braunius de veſtitu ſacro Hebraeorum, et Deylingius parte 3. obſeruat. ſacr. pag. 325. De veſtibus et ornamentis Hebraeorum priuatorum *Leydeckerus* XII. 8. de Rep. Hebr. De veſtibus et ornamentis regum apud Hebraeos, *Scacchus* III. Myrothec. 38-43. Albis veſtibus delectatos non modo ſacerdotes eſſe et honeſtas feminas, ſed etiam virgines et ſponſas oſtendit *Franc. Wockenius* in Programmate ad orationem inauguralem Witteb. 1727. de albis Iudaeorum veſtibus, et in ſelectis ſacris parte 2. ibid. 1728. 4. De veſtibus odoratis vnguentoque fragrantibus diſſerit *Ioan. Henr. Maius* obſeruat. ſacr. lib. 3. pag. 102 ſqq. edit. ſecundae. De veſtibus Hebraeorum fimbriatis, interpretes ad Num. XV. 38. *Matthaeus Hillerus* in diſſ. edita Tubing. 1701. *Christi. Lubecius* in diſſert. de deciſionibus peniculamenti Hebraeorum. Lipſ. 1688. *Io. Frider. Cotta* in diſſert. de peniculamentis Iudaeorum. Goetting. 1737. *Ioan. Henr. Maii*, fil. iura fimbriarum ex R. Moſe ben Maimon deſcripta, latine reddita atque notis illuſtrata. Franc. 1710. 4. et *Georg. Eliez. Edzardus* ad Auoda ſara cap. 2. pag. 535. De *arte plumaria* Hebraeis nota vide *Fullerum* lib. 1. cap. 20. Miſc. et *Druſium* ad difficiliora loca Exodi cap. 46. Mentio eiuſdem artis etiam apud Senecam Epiſt. 90. *non auium plumae in vſum veſtis conſeruntur?* Adde Clariſſim. *Burmanni* Petronium pag. 268. *Weitzium* ad Prudentium pag. 663. *Claudium Salmaſium* in notis ad Vopiſcum vit. Carini, cap. 20. tomo 1. ſcriptor. hiſtor. aug pag. 850. *Ludov. Anton. Muratorium* antiq. Italiae diſſertat. 25. et *Ioan. Ern. Imm. Walchium* Vol. 4. Actor. ſoc. latin. Ienenſis pag. 76 ſqq. vbi plures citantur ſcriptores. Plumariorum textrinas memorat Vitruuius VI. 7. De duodeuiginti veſtium generibus quas Sabbato exuere et inducere licet, *Buxtorfius* pag. 2033. Lexici Talmudici. De ſacco et cilicio, cinctura, calceis apud Hebraeos, *Frid. Adolphus Lampe*, Dithmala Lippiacus, in diſſ. de Ieſaia nudo et diſcalceato ad Ieſ. XX. 2. praeſide Campegio Vitringa, Franek 1703. De non deficientibus Iſraelitarum in deſerto veſtimentis, interpretes ad Deuter. VIII. 4. XXIX. 5. *Coſmas Indopleuſtes* V. pag. 205. *Marckius* Exerc. Bibl. 14. *Deylingii* obſerv. S. II. 17. et ſingularibus diſſertatio-

[a] Ioſeph. XVIII. 3, 4. pag. 880. edit. Amſtelod.

tationibus *Ioan. Wilh. Hilligerus.* Witteb. 1676. *Gottfr. Zeibigius* Lipſ. 1705. *Abrah. Alanus.* Aboae 1708. *Olaus Celſius.* Vpſal. 1726. De more *velandi* virgines et mulieres apud Hebraeos *Sam. Frid. Bucherus* in diſſ. de velato et concluſo Hebraeorum Gynecaeo. Witteb. 1715 et 1716. et de occulta Hebraeorum ſponſa. ibid. eod. et in antiquitatibus de velatis ac concluſis Hebraeorum et Graecorum feminis Budiſſae, 1717. 12. De pellium villoſarum vſu in veſtimenta vide *Eraſmum Schmidium* ad Matth. III. 4. et alios interpretes ad 2 Reg. I. 8. Matth. VII. 15. et Hebr. XI. 37. De veſtitu Iudaeorum recenti aetate, et notis, quibus a Chriſtianis diſtinguantur vide *Schudtium* tom. 2. memorabil. Iudaic. pag. 241 ſqq. De non permutando ſexus habitu ac veſtitu conſulendi interpretes ad Deuteron. XXII. 5. *Wagenſeilius* libro de Norimberga pag. 175 ſq. *Io. Spencerus* de legibus Hebr. tom. 1. pag. 373 ſq. *Carolus Fridericus Pezoldus*, Lipſ. 1702. et *Martinus Haſſen*, Witteb. 1714. ſingularibus diſſert. *Matthias Berneggerus* ad Taciti Germaniam quaeſt 89. *Petrus Pantinus* ad vitam Theclae a Baſilio Seleucienſi ſcriptam pag. 387 ſq. *Guil. Beueregius* ad Canonem XIII. Gangrenſem pag. 186 ſq. *Salmaſius* ad Tertullianum de pallio. *Dauid Millius* diſſert. ſelectar. pag. 201 ſqq. edit. nouae. Viri docti ad Laertii III. 86. et *Ioan. Henr. Maius* lib. 3. obſ. ſacr. pag. 143.

II. Quod ad rem veſtiariam Graecorum Romanorumque attinet, primo loco nominare iuuat *Ioſephi Laurentii* collectanea ordine alphabetico digeſta, quae ex eius philomathiae opere recudi curauit Clariſſ. Gronouius tomo 9. antiquitatum Graecarum. Egregium deinde opus eſt *Octauii Ferrarii*, cuius libri ſeptem de re veſtiaria, Romanorum maxime, ex editione Patav. 1654. 4. quae priore A. 1642. 8. melior et auctior eſt, habetur etiam tomo 6. theſauri Graeuiani. In eodem occurrunt Ferrarii illius analecta de re veſtiaria Patav. A. 1670. pridem vulgata, quibus impugnat ea quae ſcripſerat *Albertus Rubenius* Philippi filius in libris duobus de re veſtiaria: ac praecipue de lato clauo, [3] qui primum Graeuio curante poſt auctoris fata Antwerpiae excuſi ſunt 1665. 4. et deinde a Graeuio in tomum eundem 6. antiquitatum Romanarum recepti, in quo etiam habentur *Io. Baptiſtae Donii* de vtraque paenula diſſertatio Pariſ. 1644. 8 et *Barthol. Bartholini* commentarius vna cum *Henr. Ernſtii* epiſtola eiuſdem argumenti Hafniae A. 1655. 8. primum editus. Vi-

[3] Eandem de lato clauo ſententiam notatam ante Rubenium a Io. Kirchmanno de funeribus Roman. lib. 1. cap. 10. monet Io. Clericus bibl. vet. et nov. tom. 13. pag. 55. Certe Kirchmannus affert Amalii et Albani ſ. Alcuini loca, quibus claui de lineis explicantur.

de etiam Lipſium lib. 1. elect. cap. 13. et *Angeli Mariae Riccii* diſſertationem de veterum veſtibus reliquoque corporis ornatu, quae exſtat Vol. 2. eius diſſert. Homericarum. Florentiis 1741. 4. p. 14. *Iſaaci Caſauboni* opus de re veſtiaria veterum quod promiſit pag. 54. Epiſtolar. ad Dionem Chryſoſtomum et alibi variis in locis dolendum eſt, nunquam prodiiſſe, licet excerpta quaedam illius ad hoc argumentum ſpectantia occurrant in Bibliotheca Bodleiana, vide et Mericum Caſaubonum Iſaaci fil. notis ad Epictetum pag. 87. *Claudius* quoque *Salmaſius* in notis ad Tertullianum de pallio pag. 80. eiusdem argumenti opus ſub manibus habere ſe teſtatus eſt, cuius non contemnenda ſpecimina dedit in eodem ad Tertullianum commentario paſſim, in exercitationibus Plinianis ad Solinum et alibi. Confer Grotii epiſtolam 355. Salmaſii opus de re veſtiaria promiſit A. 1689. Lantinus praefat. ad Homonyma Salmaſiana hyles iatricae, ſed A. 1695. et ipſe morte praeuentus eſt, nec praetereunda ſcripta in vtramque partem edita occaſione illius in Tertullianum commentarii a Salmaſio quidem ſub nomine *Franciſci Franci*, a Dionyſio Petauio autem ſub nomine *Antonii Kerkoetii* Aremorici. De priuato et domeſtico Romanorum veſtitu agit *Phil. Lud. Hannekenius* in diſſertationibus de cura domeſtica Rom. p. 34 ſq. de veſtitu ſeruorum, p. 83 ſq. de veſtitu infantum, puerorum, iuuenum, puellarum et virginum p. 123 ſq. de veſtibus accubitoriis et conuiualibus *Stuckius* II. 26. antiq. conuiual. *Lipſius* ſerm. Saturn. lib. 1. cap. 2. et lection. var. lib. 3. ac *Ferrarius* lib. 1. c. 29 ſqq. *Petronius* Burmanni pag. 117. et de habitu venatorio pag. 179. De habitu et ornamentis Pontificum *Gutherius* I. 29. de iure Pontificio, tom. 5. Graeuii pag. 58 ſq. Gabino ritu ſuccincti ſacerdotes. Columna Traiana n. 63. 68 et 189. De limo poparum. ibid. n. 71. De veſtibus nobilium, *Tiraquellus* lib. de nobilitate pag. 564 ſq. De veſtibus ſeruorum *Lipſius* lib. 1. Elector. cap. 25. qui etiam alia de veſtibus eodem libro cap. 13. et *Coelius Rhodiginus* XVI. 10 ſq. lectionum antiquarum. *Lazarus Bayſius* de re veſtiaria, Pariſ. 1549. 4. *Theodorus Zwingerus* in theatro vitae humanae tom. 2. pag. 435 ſq. Veſtium et ornamentorum muliebrium genera ordine litterarum perſequitur idem *Tiraquellus* lib. de iure connubiali pag. 52 ſq. Vide et Iſidori Hiſp. Origines XIX. 30 ſq. et de *iocalibus* Petri Mulleri ICti diſſertationem. De Romanorum luxu in veſtibus prolixe diſputat *Stanislaus Kobierzichius* libro de luxu Romanorum tomo 8. theſauri Graeuiani, et *Auguſtinus Nadalius* in diſſertatione de luxu feminarum Romanarum ſigillatim in veſtibus, inſerta tom. 5. memor. acad. inſcriptionum, pag. 297. edit. Hagenſis, et eius oper. tom. 1. pag. 9.

III. De

III. De re veſtiaria Perſarum *Briſſonius* lib. 2. pag. 309 ſq. Perſarum Magi albis veſtibus ſunt induti, certe qui in India viuunt: nam ceteri in Perſide colorem flammeum et purpureum vt in veſtibus ita in gemmis magis ſacrum habent, propter ignis cultum, vide Tom. Hyde de relig. veter. Perſar. pag. 20 ſq. De veſtitu et cubitu veterum Germanorum, *Cluuerius* Germaniae antiquae lib. 1. cap. 16. pag. 104 ſq. De veſtimentis Germanorum medii aeui *Gottlieb Sam. Treuerus* in anaſtaſi veteris Germani Germanaeque feminae. Helmſt. 1729. 4. *Ottonis Sperlingii* V. C. commentatio de veſtitu veterum Danorum et aliorum populorum ſeptemtrionalium inſerta eſt nouis litterariis maris Baltici et Septentrionis A. 1698. pag. 205 ſq.

IV. Epiſcopos et Clericos primorum Chriſtianorum aetate per annos circiter CCCC. (Salmaſius de Coma pag. 352. 469.) habitu a laicis diſtinctos haud fuiſſe obſeruat *Iac. Boilauius* in hiſtorica diſquiſitione [*] de re veſtiaria hominis ſacri vitam communem more ciuili traducentis. Rothomag. 1704. 12. *Ludov. Thomaſinus* tom. 1. de Eccleſiae diſciplina II. 44 ſq. et *Tillemontius* tomo 14. memoriarum Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 151. vbi de Coeleſtino Papa. Confer *Rich. Simonis* Bibl. criticam tomo 3. pag. 322 ſq. vbi Boilauii librum laudat. Vide etiam *Aſſemannum* tom. 3. Bibl. oriental. parte 2. pag. 665. Sane de Apoſtolis et apoſtolicis viris hoc neutiquam perſuadent argumenta aduerſus Bocquillotum allata ab Honorato de S. Maria, in obſeruationibus de regulis et vſu critices tom. 2. lib. 4. diſſert. 6. Adde *Ioan. Georg. Walchium* H. E. N. T. p. 197. 778 et 1151. *Ioſephum Binghamum* Orig. eccleſiaſt. VI. 4. et *Ioannis Schmidii* diſſert. de habitu et inſignibus Apoſtolorum ſacerdotalibus. Lipſ. 1702. Apoſtolos abſque ſacris veſtibus S. Coenam celebraſſe non diffitetur Beſſario epiſtola 3. ad Philanthropenum de Euchariſtia. Monachi etiam ad Epiſcopatum euecti habitum monachalem neutiquam depoſuerunt, quod in Eccleſia graeca A. C. 869. canone conſtitutum notauit Mabillonius. De monachorum antiquo habitu videre licet *Ioannem Caſſianum* libris de inſtitutis coenobiorum, de ſacris veſtibus *Honorium* in gemma animae lib. 1. cap. 198 ſq. et ex recentioribus qui clericorum veſtes et ornamenta omnis generis per varias aetates in Eccleſiis Orientalibus et Occidentis introducta exponunt, *Andream Sauſſaeum* in panoplia ſacerdotali ſiue libris XIV. de venerando Sacerdotum habitu eorumque multiplici munere et officio in Eccleſia Dei, Pariſ. 1653. fol. et in libris 7. de ornatu Epiſcoporum et in libris 15. de clericorum tonſura et habitu, ibid. 1646. fol. *Ioan. Baptiſtam Thiers*

 libro

[*] De hoc libro Elias du Pin tom, 19. pag. 72 ſq. Nouvelles de la Republique des Lettres 1705. p. 80.

libro A. 1674. edito gallice *de l'Etole*, de ſtola. *Ioan. Bonam* lib. I. rerum liturgic. cap. 24. *Pompeium Sarnelli* epiſtola Eccleſiaſtica III. vbi probat, S. Antonium male in Pontificalibus pingi ornamentis et Abbates per ſingularia priuilegia diu poſt illa geſtandi ius accepiſſe, et epiſtola XVI. vbi de habitu clericali. *Philippi Bonanni* opus, la Gerarchia eccleſiaſtica conſiderata nelle veſte ſagre e ciuili. Romae 1720. 4. His addendi *Alteſerra* et alii ad librum de vitis Pontificum, idem Alteſerra in Aſceticis lib. 5. cap. 17. lib. 6. c. 13 ſq. Macri fratres in hierolexico, Cangius in gloſſario vtroque, Iacobus Goar ad euchologium Graecorum, Hugo Menardus ad Gregorii M. ſacramentarium pag. 362. qui poſt 364. iconem S. Remigii ſacris veſtibus induti exhibet. Acta ſanctorum Iunii tomo I. pag. 458 ſq. vbi de amictu pontificali et monachali, et propylaeum ad acta ſanctorum Maii pag. *161 et *208 ſq. vbi de pallio et aliis pontificalibus ornamentis, et in paralipomenis pag. 94 ſq. De veſtimentis monachorum exſtat Georg. Henr. Goetzii diatriba Lubecae 1719. De antiquis ordinis Dominicani veſtibus vide *Io. Quetif* tom. I. de ſcriptoribus ordinis Praedicatorum pag. 75 ſq. De Patriarcharum ornatu et veſtibus confer tom. I. iuris graecoromani pag. 447. De pallio Pontificali et Archiepiſcopali confer praeter laudatum *Sauſſaeum* libro de myſticis Galliae ſcriptoribus, Pariſ. 1639. 4. pag. 188-279. *Marcum Paullum Leonem* de auctoritate et vſu pallii Pontificii. Romae 1649. 4. *Nicolai de Bralion* pallium Archiepiſcopale. Pariſ. 1648. 8. *Petrum de Marca* de concordia ſacerdotii et imperii lib. 6. cap. 6. et ibi Baluzium. *Theodoricum Ruinartum* in diſquiſitione hiſtorica de pallio archiepiſcopali, quae exſtat inter opuſcula poſtuma Mabillonii, Pariſ. 1724. 4. tomo ſecundo. *Iuſtum Henning. Boehmerum* in iure eccleſiaſtico proteſtantium tom. I. pag. 350 ſqq. *Iac. Baſnagium* H. E. lib. 5. cap. 6. pag. 244. *Henrici Guntheri Thulemari* diſput. de Archiepiſcoporum pallio et aliis inſignibus. Heidelb. 1684. 4. *Salomon. Deylingium* obſerv. miſc. pag. 505. *Io. Andr. Schmidium* in diſſ. de Omophorio Epiſcoporum Graecorum. Helmſt. 1698. *Ioan. Caſp. Barthelium* in diſput. de pallio. Herbipoli 1753. 4. et in eius opuſc. iuridic. varii argumenti. tom. 2 p. 1 ſqq. et *Io. Georg. Pertſchium* in tractatione canonica de origine, vſu et auctoritate pallii archiepiſcopalis, in qua Barthelii diſſertatio ſub incudem vocatur. Helmſtadii 1754. et *Frider. Andr. Schlutbeckii* commentationem de candidis Archiepiſcoporum palliis. Hanouerae 1726. 4. Pallium de Petri corpore etiam datum orientalibus Epiſcopis, vide Gregorium M. lib. I. ep. 27. interdum Epiſcopis minorum ſedium, confer Petrum Saxium in Pontificio Arelatenſi pag. 54. abſentibus non miſſum, vide Lanfranci Epiſtol. tom. 18. Bibl. Patrum pag. 810. F. Iusiurandum, quod accepto pallio praeſtitit Archiepi-

chiepiſcopus Cantuarienſis, legitur apud Bzouium ad A. C. 1501. n. 15. T. 18. pag. 592 b. De crocea veſte Cardinalium in conclaui vide *Ioſeph. Mariae Suareſii* diſſertationem Romae 1670. 4. De veſte ſcapulari *Theophil. Raynaudus* tom. 7. opp. Veram eius figuram habes in icone tom. 1. Actor. Sanctor. Iunii pag. 458. Quindecim veſtimenta Epiſcopi miſſam celebrantis recenſet *Rainoldus* pag. 951 ſqq. colloquii cum Hardto. De chlamyde, cuius vſus in adminiſtratione S. Coenae, (vom Meßgewandt) agit Georg. Heinr. Goetzius pag. 625 ſqq. meletematum Annaebergenſium. Veſtes clericorum non ſemper pullas fuiſſe notant quoque Benedictini ad S. Ambroſium tomo 2. p. 25. *Io. Caſp. Krauſe* in diſſ. de colore ſacro et ſpeciatim veſtitus ſacerdotalis, Witteb. 1707. et *C. Potſchius* in diſſert de candido veterum Clericorum veſtitu. ibid. 1685. De veſtibus ſacris certis litteris notatis exſtat diſſertatio *Andr. Ritteri.* Lipſ. 1703. Idem quoque diſſertationem de veſtibus clericorum crucis figura notatis edidit Gryphiſw. 1704. De collaribus et colletis tum fiſtuloſis ſiue tubulatis tum planis qualibus paſſim vtuntur ſacri ordinis viri in Eccleſiis Proteſtantium, prodiit diatriba erudita *Vrbani Gotfridi Siberi.* Sneebergae 1710. 4. De aliis clericorum veterum collaribus diſſerit Pompeius Sarnelli pag. 131 ſq. epiſtolarum Eccleſiaſticarum.

V. De *pileo* ceteriſque capitis teguminibus tam ſacri ordinis hominum quam aliorum, liber *Anſelmi Solerii* ſiue qui ſub hoc nomine latet *Theophili Raynaudi* S. I. ſeorſim prodiit Lugd. 1655. et Amſtelod.[5] 12. A. 1671. atque recuſus in tomo XIII. operum Raynaudi, et tomo 6. theſauri antiquitatum Rom. Vide et *Io. Brodaeum* lib. 8. miſcell. cap. 17. *Adr. Iunium* lib. 2. animaduerſ. cap. 6. *Guil. Stuckium* II. 28. antiq. conuiual. vbi de conſuetudine caput aperiendi: *Ioan. Guil. Bergeri* diſſ. de ritu operiendi capitis in ſacris[6], Witteb. 1703. *Io. Gothofr. Lackemacheri* obſeruat. de ritu capitis in ſacris velandi a Romanis ad Iudaeos profecto, parte 3. obſeruat philolog. 2. pag. 209 ſqq. *H. R. Mallinkrott* expoſitionem ritus capitis velandi Lipſiae 1735. *Eberh. Rudolphi Rothii* diſſert. de velamine capitis virili. Ienae 1673. *Lipſium* lib. de amphitheatro cap. 19 ſq. vbi obſeruat Graecos et Romanos, vti et Gallos, Germanoſque veteres plerumque caput non texiſſe nec pileo vſos fuiſſe. De coronis, diademate, aliis imperantium inſignibus iam diximus ſupra cap. 14. De tiara κυρβασία et cidari Perſica videndus V. C. Hadr. Relan-

[5] In Amſtelodamenſi editione verba auctorum paſſim ſunt omiſſa. Vide Memoires de Litterature tom. 1. p 175.

[6] Sacrificantes Saturno caput non velabant, aliis vero diis omnibus ſacra faciebant operto capite. Vide Meurſium P. 2. Exercit. critic. p. 230 ſqq.

Relandus parte 2. diss. miscell. qui etiam de nidario capitis inuolucro differit pag. 204. De pileo phrygio Sponius miscell. pag. 130. et Nicasius ad numum Pantheum pag. 63. De apicibus et galeris sacerdotum Philippus Rubenius II. 25. electorum. De apice flaminis Harduinus ad Plin. XXII. 23. tom. 4. p. 209. De vsu pileorum apud Corinthios *Carolus de Maets* in sylua quaestionum insignium pag. 236 sq. Pilei Corybantum (non cymbala) in manu magnae matris Idaeae et Attidis initia referente apud Pignorium. Vide Anonymi Angli commentar. de cymbalis cap. 25 et 26. pag. 347 sqq. De pileis Castoris et Pollucis vide quae notaui ad Sextum Empiricum p. 358. De pileo, *insigni libertatis*, agunt *Choul* pag. 110. de relig. Rom. Daniel Guil. Trillerus pag. 538 sq. ad Hugonis Grotii Christum patientem. Ianus Gerh. Milzouius dissertationibus IV. Hafniae 1655. 4. Ioan. Burch. Menckenius dissertat. litter. pag. 211 sqq. Nic. Hier. Gundlingius pag. 465 sqq. der kleinen deutschen Schriften. Figuras quasdam pileorum ex veteribus sigillis exhibet Heineccius pag. 209. De *mitra pontificali* apud Christianos Edmundus Martene I. de antiquis ritibus pag. 347 sq. Angelus Rocca de tiarae pontificiae, quam regnum mundi vulgo appellant, origine, significatu et vsu, in eius thesauro antiquitatum ecclesiastic. Romae 1745. fol. tom. I. pag. 7 et 8. Idem de mitra S. Siluestri Papae, ibid. tom. 2. pag. 378. Mitras episcopales olim humiliores, peda quoque breuiora fuisse ex veteribus sigillis et numis probat Heineccius pag. 152. De *bircto* clericali Pompeius Sarnelli epistola ecclesiastica 14 sq. Adrianus Stegerus in commentatione de infulis sacrae dignitatis insignibus. Lips. 1739. et Rudolph. Frider. a Wichmanshausen singulari commentatione. Witteb. 1745. 4. De Biretto rubro dando S. R. E. Cardinalibus regularibus Responsa prudentum diuini humanique iuris collecta edidit Antonius Scappus Romae 1592. 4. De pileo S. Petri vide Acta Sanctor tom. I. Iunii 29. pag. 462.

De *inauribus* veterum *Lindebrogius* pag. 1414. ad codic. legum antiquar. Bonanni pag. 167. musei Kircheriani, et singulari libro Casp. Bartholinus Amst. 1676. 12. quas respicit etiam Plinius aurium vulnera commemorans lib. 12. sub initium. De binis et ternis vnionibus ad singulas aures comparatis vide Lipsium ad Senec. VII. 9. de beneficiis. De נזם, ἐπιῤῥίνιος, siue *annulis narium* disputat Huetius in Huetianis, Thomas Bartholinus cap. 19. libro de morbis biblicis; et in mantissa ad Casp. Bartholinum de inauribus. Stephanus item Morinus de monilibus Rebeccae, in eius explanatione locorum aliquot S. Scripturae. Lugd. Bat. 1698. 8. Eiusdem Tho. Bartholini de *armillis* veterum libellus exstat, Amst. 1676. 12. cui addendus Fortun. Schacchus lib. 3. myrothecii cap. 41. Philippus Rubenius lib. 1. cap. 38. electorum.

rum. Bonanni pag. 167. 168. musei Kircheriani, Cangius pag. 260 sq. ad Alexiadem, Montfauconius tom. 3. supplem. tab. 25. pag. 61. Moscardi museum pag. 103 et 388. Wormius pag. 353 sq. Musei, et Petronius Clarissimi Burmanni pag. 127 sq. De *torquibus* quibus donati certaminum victores, videndi Ambrosius tomo 2. p. 268. Vegetius II. 27. Lipsius V. de militia Rom. pag. 209. Atque de hoc et alio torquium apud veteres vsu Io. Schefferi liber seorsim editus Holmiae 1656. 8. et tomo 12. Graeuii, et cum Ioan. Nicolai notis Hamb. 1707. 8. Lindebrogius ad Ammiani XX. 4. vbi de torque Draconarii, pro diademate capiti Iuliani circumposito. Omnia tria vno versiculo complectitur Manilius libro 5.

Perque caput ducti lapides, per colla, manusque.

De *personis* et *laruis* earumque apud veteres vsu ac origine, praeter Agesilai Mariscotti librum Romae 1639. 8. et tomo secundo Miscellaneorum Gaudenti Roberti, et tom. 9. thesauri Graeuiani impressum, vide Rigaltium ad Onosandrum pag. 13. 14. ad Phaedrum pag. 411. editionis Burmannianae, Baylii lexicon in *Manducus.* Christo. Henrici de Berger commentat. de personis, vulgo laruis seu mascheris. Franc. et Witteb. 1723. 4. Io. Bapt. Pacichellii schediasma iuridicophilologicotripartitum de laruis, de capillamentis, de chirothecis. Neapoli 1693. 8. Franciscum Ficorinum in libro italice edito, Romae 1736. 4. *Le Maschere sceniche e le figure Comiche d'antichi Romani;* qui deinde latine versus prodiit, ibid. 1751. 4. Nicolai Boindini discours sur les masques et les habits de theatre des anciens, in memoriis academ. inscription. tom. 5. pag. 172 sqq. et Anonymi traité sur l'origine et l'usage des masques, in l'extraordinaire du Mercure galant, tom. 14. p. 234. De *Talamascis* vide Vossium 2. de vitiis sermonis, Baluzium ad Reginonem fol. 411. 412. Mabillonium tom. 1. analector. pag. 382. 386. Menagii origines linguae gallicae in *masque*, Cangium in *masca* et *talamasca.* De *fastigiatis tutulis*, *vittisque* et redimiculis assurgentibus ac turritis virginum feminarumque (fontanges ab illustri femina [7] quadam Galli appellant) agunt Viri docti ad Iuuenal. VI. 501. Henricus Altanus Comes epistola ad Nicol. Madrisium inserta museo Mineruae Venetae tomo 2. pag. 97-101. *sopra i Cimieri moderni delle Donne*, Steph. Chamillardus S. I. in dissertatione siue epistola 16. de numismatibus (gallice Paris. 1711. 4.) vbi de diuersis ornamentis capitis quibus Augustae superbiunt in antiquis numismatibus: Anselmus

[7] Menagius in originibus gallicis, vocabulo *fontange.* Gegossener Engel. Deutsche Acta Eruditor. Vol. IV. pag. 801.

mus Bandurius ad antiquitates CPol. pag. 497. et Io. Nicolai libro de nimbis antiquorum cap. vltimo. Vide et Buxtorfii lexicon talmudicum pag. 2047. et Ottonem Sperlingium in diſſert. ad numum Furiae Sabinae Tranquillinae. Amſt. 1687. 8. De vittis ſiue faſciis crinalibus Ioan. Bernartius ad Statii V. Thebaid. pag. 122 ſqq. De *diſcerniculo* ſiue *crinali acu* eiusque vſu apud veteres videndi Io. Woweranus in notis ad Petronium, Salmaſius ad Solinum, Bartholinus de inauribus veterum cap. 2. Philippus Bonanni pag. 166. muſei Kircheriani, et Montfaucon tom. 3. ſupplem. pag. 12. poſt tabulam IV. Acus veterum deſcribit Salmaſius pag. 759. exercitat. ad Plinium. De ſimulacro Veneris cum pectine, vide Codini origines CPol. num. 28. et Suidam in Ἀφροδίτη. *Crinale ſpicum* de pectine intelligit Stephanius pag. 60 ſq. ad Saxonem Grammaticum. Confer quae de *pectinibus* veterum aureis et eburneis Ez. Spanhemius ad Callimachum pag. 563. de buxeis Petrus Burmannus ad Ouidii VI. faſtor. 229. et de *puluere* odorato vel aureo capillis iniecto, vnctioneque capillorum ne puluis decideret, D. Conradi Tiburtius Rango libro de capillamentis cap. 11. Vide etiam de τριχοβάπταις et τριχοπλάσταις Cangium ad Zonaram pag. 41. Calamiſtrum dixere acum maiorem, qua calefacta capillos intorquebant criſpabantque. Fibulas veterum deſcribit Ioan. Rhodius libro de acia Celſi. De fibulis aureis et gemmatis vide Io Iac. Chifletium in Anaſtaſi Childerici c. 16. p. 282 ſq. De *bullarum* vſu apud veteres Montfaucon tom. 3. ſupplem. p. 48 ſq. t. 5. p. 117 ſq Middletonus in Germanis quibuſdam antiquitatis eruditae monumentis, pag. 79 ſqq. et Franciſcus Ficorinus in libro italice edito: La Bolla d'oro de' fanciulli nobili Romani, e quelli de' libertini, ed altri ſingolarita ſpettanti a Mauſolei nuovamente ſcoperleſi, brevemente ſpiegate. Romae 1732. 4. Ingenuitatis fuit ſignum apud Romanos, vt torques apud Barbaros. Vide Valeſium ad Ammiani XVIII. 6. pag. 198.

VI. Ad capitis tegumenta et veſtes quodammodum etiam pertinent coma et capilli, circa quorum curam, bene multi ritus moresque veterum a doctis notati ſunt. Vide Hadr. Iunium de coma tomo 6. Lampadis artium Gruterianae, et cum eiusdem animaduerſionibus Roterod. 1708. 8. Salmaſium de Caeſarie virorum et mulierum coma, Lugd. Bat. 1644. 8. Io. Henningii trichologiam. Magdeburgi 1678. 12. Apud multos populos ſacrum habitum fuit comam alere ac promittere. Apollonius apud Philoſtratum VIII. 7. pag. 335. σοφοῦ δὲ ἀνδρὸς κόμης Φειδέσθω σίδηρος. οὐ γὰρ θεμιτὸν ἐπάγειν αὐτὸν, οὗ πᾶσαι μὲν αἰσθητηρίων πηγαὶ πᾶσαι ὀμφαὶ, ὅθεν εὐχαί τε ἀναφαίνονται καὶ σοφίας ἑρμηνεὺς λόγος. De capillamentis, adſcititiis comis, et ex-

exuuiis alieni capitis, vt Tertullianus appellat siue περιθέτοις κόμαις πηνίκῃ, προθέτῳ προκομίῳ praeter dissertationes B. Valentini Friderici, D. Samuelis Schelwigii, et Io. Clodii, et Pascalium de coronis lib. 1. cap. 5. adi laudatum D. Conradi Tiburtii Rangonis τοῦ μακαρίτου librum, Magdeburgi 1663. 12. Daumium ad fabulas Aesopi pag. 162 sq. Brissonium 2. de regno Persarum p. 321. qui Persas a Medis accepisse hoc obseruat, vt προσθέτοις κόμαις vterentur: Pricaeum ad Apuleii Milesias pag. 671. Hemsterhusium ad Pollucem pag. 1358. Follardum ad Polybii III. 16. Sam. Pitiscum notis ad Suetonium pag. 527. Polyb. III. 78. Salmasium de coma p. 321. Harum vsu vt vniuersos Martinus Schockius exerc. 24. ita clericos interdicunt Andraeas Saussaeus in panoplia sacerdotali et Io. Baptista Thiers in historia capillamentorum [8] gallice edita Paris. 1690. 12. et nuper A. 1712. 12. Francofurti germanice versa, adde decretum Clementis XI. tom. 1. opp. pag. 1242. Sed contra disputant Iac. Reuius in libertate christiana circa vsum capillitii defensa, Lugd. Bat. 1647. 12. et Ioan. Baptista Pacichellus in libello paullo ante citato de personis seu mascheris, capillamentis et chirotheeis. Vide etiam obseruationes selectas Hallenses VIII. 2. et Samuelis Werneri iudicium veterum de capillis peregrinis et ascititiis, maxime clericorum. Regiomonti 1684. 4. De galericulis et capillamentis mulierum vide quae viri docti ad Suetonium et nouissime V. C. Otto Sperlingius in laudato commentario ad numum Furiae Sabinae Tranquillinae, coniugis Gordiani III. Apud Romanos pueri fere comati et cirrati, sed viri deposita caesarie circumtonsi, decisis hinc inde capillis quos ab aure descendentes nunc vulgo nutriunt. Vide Octav. Ferrarii electa II. 13. vbi notat seruos caput fuisse semirasos, manumissos rasos. De vota puerorum coma vide Heinsii Aristarchum sacr. cap. 4. et Iusti Frider. Gunzii commentationem. Lips. 1737. Galli Ligures comati ληΐσται λασίαις ἀμφίκομοι κεφαλαῖς in veteri epigrammate pag. 126. Apud Lucanum lib. 1. *tonsi*, quod de optimatibus et magnarum vrbium incolis accipit Huetius, qui sumserant togam et comam posuerant. De descendentibus capillis, quod *comam in gradus frangere* dixit Quinctilianus lib. 1. cap. 6. vide notas ad Petronii cap. 12. Τημελεῖν, pectere capillos, I. Fr. Gronouius I. 23. obseruat. p. 185. De tonsura Nazaraeorum apud Hebraeos praeter interpretes S. Scripturae et qui de Nazaraeis ac Rechabitis scripsere Spencerus III. dissertat. 1. de legibus Hebraeorum cap. 6. pag. 66 sq. et Rev. Dassouius dissert. de coma Hebraeorum licita et interdicta, Witteb. 1695. in qua docet idolol atricam

 ton-

[8] De hoc libro Elias du Pin tom. 18. pag. 280. et Acta Erud. 1691. pag. 397. Italice post versionem Beneuenti excusam alia concinnata est a Syluagio Canturani iussu Benedicti XIII, edita Venetiis 1724. 12.

tonſionem fuiſſe ni aures crinibus tectae relinquerentur. De coma prophetantium Salmaſius laudato libro. De gradibus [9] et annulis capillorum vide notas ad Suetonii Neronem cap. 51. Genus tonſurae, quo anteriores capilli radebantur apud Graecos vetuſtiſſimos, ne quis hoſtis poſſet illos apprehendere, vocabatur *theſeis*, vide Meurſii theſeum cap. 2. et Bibliothecam belgicam tom. 1. pag. 315 ſqq. ex Ioan. Angelo Caninio, vbi quoque de tonſura Hectorea et Mytia. De Aegyptiorum ſacerdotibus comam radentibus memorat Artemidorus lib. 1. cap. 23. et Herodotus II. 36. De tonſura naufragorum in ſeruitutem abductorum, captiuorum et lugentium vide notas ad Ouid. 1. Faſtorum v. 546. Barthium tom. 3. ad Statium v. 415 et 421. Geierum de luctu Hebraeorum pag. 199 ſqq. Nicolai de luctu Graecorum pag. 120. Kirchmannum de funeribus lib. 2. cap. 14. Gruterum lampad. tom. 3. parte 2. pag. 238. et Dilherrum elector. lib. 2. cap. 2. Hinc apud Propertium regio tonſa pro deuicta vt notat Yuo Villomarus ſeu Ioſ. Scaliger aduerſus Robert. Titium. Viciſſim prae luctu promiſſi capilli ſeu in longum demiſſi, vt notum eſt vel ex iis ſcriptoribus, qui de funeribus et luctu ſcripſerunt, in primis P. Moreſtello de pompa ferali, tom. 12. Graev. p. 1399. Geiero l. c. et Zornii bibliotheca antiquarioexegetica pag 483 et 546. De more crinibus paſſis templa verrendi in ſupplicationibus agit Lipſius l. 2. elector. cap. 6. pag. 681 ſq. De diſpoſitis, effuſis vel adſtrictis comis adeundus Ezech. Spanhemius in notis ad Callimachum pag. 551. 660 ſq. Caeſaries proprie de viris dicitur, coma de mulieribus, vt poſt Salmaſium et alios annotaui ad Abdiam Babyllonium. De comis et tonſura ſacerdotum Ethnicorum nonnulla diſputat Saubertus libri de ſacrificiis cap. 10. et Spencerus lib. 2. cap. 12. Vnde vero originem traxerit tonſura clericalis et monachorum etiamnum in eccleſia graeca (licet Photiniani plerique morem illum reſpuant, confer Nic. Comnenum pag. 214. praenot. myſtagogic.) et latina recepta, video ſcriptores doctiſſimos in diuerſa abire, alii enim a Iudaeis repetunt, vt Pontificii communiter, et a Naſiareis quidem Baronius, ſed vide Salmaſium pag. 424 ſqq. alii a Curetibus, quos ἀπὸ τῆς κουρᾶς dictos fuiſſe nonnulli crediderunt, teſte Strabone lib. 10. Ethnicorumque ſacerdotibus virginibusque Veſtalibus, vt Io. Dougtheius in analectis ad V. T. pag. 477. et Lindebrogius pag. 1378. ad codicem legum antiquarum: alii a ſeruis, de quo-

[9] Tertullianus de cultu feminarum. cap. 7. *quod crinibus veſtris quieſcere non licet, modo ſubſtrictis, modo relaxatis, modo ſuſcitatis, modo eliſis: aliae geſtiunt in cincinnos coercere, aliae vt vagae et volucres elabantur, non bona ſimplicitate. Affigitis praeterea neſcio quas enormitates capillamentorum, nunc in galeri modum quaſi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in ceruicem retro ſuggeſtum.*

quorum rasione Pignorius et alii. Ita certe Claudius Sarrauius pag. 104. epistolarum editionis primae. *Mihi*, inquit, *simile vero videtur morem istum a seruis manasse, qui etiam nunc in triremibus nostris raso capite conspiciuntur, nisi quod capillorum pauxillulum iis in summo vertice relinquitur, vel vt Tertullianus de pallio, cultri, vertex solus immunis.* Vtrum vero ab ipso Christo et Petro [10] hic mos ecclesiae traditus fuerit, vt parum verisimiliter contendit Prosper Stellartius, cuius libri 3. de coronis et tonsuris Paganorum, Iudaeorum et Christianorum, Duaci 1625. 8. lucem viderunt, an a Simone Mago [11] initium sumserit, vt ab aliis affirmari in notis ad Abdiam a me obseruatum est, an Gregorio M. demum sedente in ecclesiam fuerit inuecta, quemadmodum contendit Salmasius, nimis forsan recentem hanc tonsurae clericalis et monachalis consuetudinem faciens, alio loco est expositum. Ceterum de vniuerso hoc argumento videndus Casp. Zieglerus de tonsura clericorum, ad calcem libri de Episcopo milite in ecclesia inuiso, recusi Witteb. 1718. 4. Io. Morinus de ordinationibus, exercitatione XV. Sam. Basnage tom. 2. annal. pag. 517 sq. Binghamus orig. eccl. lib. 7. cap. 3. Pompeius Sarnelli epistola ecclesiastica 10 et 11. Vsserius antiquitat. britannic. pag. 923. Heineccius in delineat. ecclesiae graecae P. 3. pag. 64 Henricus Norisius praelectione Pisana VI. opp. tom. 4. pag. 635 sqq. Thomas Hurtadus de coronis et tonsuris gentilitatis, synagogae et christianismi, inter alia eius scripta Colon. 1655. fol. Carol. Antonius Fabrottus ad titulum decretalium de vita et honestate Clericorum, vbi cauetur, vt neque comam alant nec barbam. Salmasius in primatu Papae et epistola siue libro de coma ad Coluium, Gerhardus Io. Vossius in epistola ad Salmasium, quae eius libro de coma subiicitur. Edmundus Martene lib. 1. parte 2. pag. 294 sq. in ritibus ecclesiast. Mabillonius praefatione ad tomum 3. Actorum ordinis Benedictini. Sacras virgines olim intonsas fuisse notat Valesius ad Sozomeni V. 10. et feminas tonderi vetat Canon Gangrensis 17. sed contrarium vsum ex Athanasio de dignitate et Palladio admodum antiquum fuisse probat Comnenus p. 316. praenot. mystagog. Coma deposita a Clericis veluti in seruitium diuinum se addicentibus. Vide Ioan. Georg. Reinhardum de iure Principum Germaniae circa sacra pag. 169. 170. Tonsurae monachalis mentio apud Moschum in pra-

[10] Petri imago tonsi occurrit apud Sarnellium pag. 87. epistol. ecclesiastic. Ab Apostolis etiam deducit Comnenus pag. 216. praen. mystag. vbi de coronae tonsuratae significatione. Petrum aiunt rasum in ignominiam ab Ethnicis Antiochiae.

[11] Vide Honorii Augustodunensis gemmam animae lib. 1. cap. 196. Salmasium de coma, vbi de tonsurae genere triplici pag. 327 sqq. 406 sqq. qui id omne commentitium esse non dubitat pag. 333 et 416. quod de Simonis Magi tonsura fertur.

prato ſpirituali cap. 118 et 143. Tonſurae in modum crucis apud Albericum trium fontium monachum ad A. C. 763. ἀποθριζάμενος, detonſus, pro monacho, vide Nic. Alemannum pag. 92. ad Procopii anecdota. De tonſura puerorum (ab octauo ſaeculo) Pagi ad A. C. 684. n. 13. De tonſura poenitentium Salmaſius de coma pag. 473. 474. De tonſura poenali, qua v. g. ſagae et malefici nonnulli afficiuntur, agit Georg. Ritterſhuſius lib. de iure aſylorum cap. 10. Philoſtratus in vita Apollonii Tyan. pag. 362. Geierus l. c. pag. 204. Binghamus lib. 18. cap. 2. quibus addes Cotelerium tomo 2. monument. pag. 681. Cangium in κουρεύειν et Allatium de conſenſu Orient. et Occident. Eccleſiae pag. 669. vbi obſeruat haereticis condemnatis barbam olim deraſam. Plura eiuſmodi occurrent euoluenti diſſ. G. Caſp. Kirchmaieri, τοῦ μακαρίτου de gloria et maieſtate barbae. Iac. Thomaſii diſſ. de barba Lipſ. 1671. Io. Pierii Valeriani declamationem pro ſacerdotum barbis, qua intercedit decreto Gregorii VII. Pontificio [12] ſacerdotes omnes barbam deponere iubenti, editam primum Romae 1529. cum priuilegio Clementis VII. et deinde hieroglyphicis eius ſubiectam Francof. 1678. 4. Gentiani Herreti libellum Pierio oppoſitum de pilis et barba reddenda. Pariſ. 1535. Sarnellum epiſtola eccleſiaſtica duodecima. Baluzium ad Antonium Auguſtinum de emendatione Gratiani pag. 453 ſqq. et Ioan. Frid. Guilielmi Pagenſtecheri prognoſticon hiſtoricoiuridicum de barba. Lemgov. 1715. 8. Exempla eorum qui tonſuram pretio redemerunt collegit Balthaſ. Bonifacius lib. 1. hiſtoriae ludricae cap. 7. Equidem de barba non radenda miniſtris eccleſiae, diſerte cautum legitur in conſtitutionibus quae apoſtolicae vocantur lib. 1. cap. 3. et apud Epiphanium haereſi 80. Romani veteres per 450 annos intonſi teſte apud Plinium Varrone: Scipionis Africani tempore iuuenes tondebantur, viri barbam ponebant ſiue *barbatoriam* vt loquitur Petronius pag. 363. edit. Clariſſ. Burmanni, *faciebant* et totam faciem raſitabant. Vide Octav. Ferrarium II. 12. electorum. Camillum Sylueſtrem ad Iuuenal. IV. 103. Mureti et Graeuii notas ad Ciceronis Catilin. II. 10. Bened. Aueranium tom. 1. diſſert. 42. in antologiam pag. 108 ſq. Imberbes primi Imperatores fuere omnes praeter Adrianum et Iulianum. Deinde poſt Iuſtinianum, mento raſum et ipſum, paſſim Graeci Imperatores barbati. Vide Nic. Alemannum pag. 109. ad Procopium. Apud Graecos mos radendi barbam, Alexandri M. demum aetate inuectus vt ex Chryſippo notat Athenaeus XIII. pag. 565. De iureiurando per barbam vide Neocori biblioth. nouor. librorum A. 1697. pag. 496. Aduerſus Antiochenſes Iuliani barbam ridentes defendit

[12] Hoc a pluribus e clero in Romana Eccleſia et inter ipſos Pontificios a Gelaſio II. aliisque neglectum eſſe obſeruat Nicol. Comnenus pag. 219. praenot. myſtagogicarum.

fendit se Imperator in Misopogone, qui etiamnum inter eius scripta legitur. De pilorum euellendi siue pilandi more adhibitis resina aut volsella, vstriculisque, vide quae viri docti ad Martialem, Iuuenalem et Plinium 29. 1. Cerda ad Tertull. de pallio cap. 4. pag. 37 sq. De festo propter tonsae comae primitias Diis ex voto consecratas Barthius ad Statium tom. 1. pag. 326. Cangius diss. 22. ad Ioinuillam et glossar. Graec. in κυρόσυνα. Dio XLVIII. pag. 377. (551. R.) narrat, Augustum, quum primum barbam raderet, diem eum festum egisse, et publicum epulum praebuisse populo Romano. De ludis iuuenilibus videatur Lipsius ad Taciti annal. XIV. 15. et excursu B. ad illum librum.

Ad locum celebrem epistolae Paulli ad 1 Corinth. XI. 10. de ἐξουσία, quam mulier super capite habere iubetur propter Angelos, quam plurima disputata sunt ab interpretibus, quorum nonnulli cum Iacobo Godofredo in singulari ad hunc locum diss. pro ἐξουσία legunt ἐξουβίαν et velamen interpretantur, alii pro Angelis legunt ἀγγελίας vel τοὺς ἄνδρας vt vir doctus ad Hammondum. Alii Angelos de iuuenibus interpretantur, vt auctor Anglus libelli qui inscribitur religio bibliopolae pag. 12. alii de emissariis gentium vt V. C. Christophorus Augustus Heumannus in dissertatione ad h. l. Isenaci A. 1709 edita. Sed malo assentiri Photio, qui epistola ducentesima decima ἐξουσίαν ἔχειν exponit velamine veluti signo imperium agnoscere viri sub quo est mulier, et Angelos proprie accipit de spiritibus Dei ministris in ecclesia Dei praesentibus, qui pridem etiam in Paradiso testes adstiterunt, quum mulier viri potestati subiiceretur. Videri etiam possunt Andreas Saussaeus de mysticis Galliae scriptoribus pag. 62 sq. 181 sq. D. Adamus Rechenberg in dissertationibus ad hist. eccles. spectantibus pag. 68 sq. et Io. Guil. Bergerus Professor Wittebergensis dignissimus in erudita quam supra laudaui dissert. de ritu capitis in sacris operiendi §. 51 sq.

VII. Non modo comam variis medicaminibus tinxerunt veteres, vti Plutarchus in amatorio pag. 771. memorat φάρμακον ᾧ τὴν κόμην αἱ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι ποιοῦσι χρυσοειδῆ καὶ πυῤῥάν. Confer Suidam in Λυσικράτης et Λεόντιος, et Io. Arntzenii dissertationem de colore et tinctura comarum. Traiecti 1725. 8. Sed etiam oculos et faciem *coloribus* variis et *fuco* infecerunt, partim ex more gentis partim ad luxum. Vide Hutchinsonum pag. 19. ad Xenophontis Cyropaediam, Scheuchzeri physicam sacram tab. CCCCXCI. Thom. Bartholinum cent. IV. hist. 9. vbi de fuco siue stigmatismo mulierum Groenlandicarum. Excerpta Peiresciana pag. 829. 830. vbi de Caracalla: φύσει τε πρόσωπον ὡραῖον ὑβρίζων βαφαῖς ἀσχήμοσιν, Etymolo-

mologicon in ἐψιμυθιῆσθαι. ἐχρῶντο δὲ τῷ φύκει ἐς τὰ μῆλα ἵνα ξανθίζῃ, τῷ δὲ ψιμυθίῳ εἰς ὅλον τὸ πρόσωπον, ἵνα λευκὸν ᾖ. Apuleium, qui Apologia pag. 525. quum in puella, inquit, videret immedicatum os, et purpuratas genas et illices oculos. Adde Dauidis Theodosii Lehmanni orbem pictum, siue diss. de gentibus pulchritudinem affectantibus per fucum et picturam, Witteb. 1711. et Guil. Rondeletium de fucis Lugd. 1583. 8. Interpretes ad Esaiae III. 16. Rob. Balforeum ad Cleomedem pag. 260 sq. Iacobi Grandii differt. de כחל stibio κολλυρίῳ eiusque et aliorum fucorum vsu apud antiquos in re cosmetica; decad. 2. miscellaneorum artis naturae curiosorum appendice anni 6 post pag. 81 sqq. W. Ernesti Tenzelii dialogos menstruos anni 1689. pag. 497 sqq. Bibl. graec. vol. 12. pag. 689. Abulfedam in vita Mahometis pag. 143. Ioan. Christiani Fischeri dissertationes binas de ornatu mulierum. Witteb. 1709. Veteres quidem doctores Christiani luxuriosam illam ac meretriciam fucatoriam semper sunt detestati, vt patet e Clemente Alex. III. 3. paedagogi et constitut. apostol. lib. 1. cap. 3 et 8. Cypriano de habitu virginum, Nazianzeno orat. 11. pag. 181. aliisque. De *cosmetice* sacra et ratione ornandi, mundandi, comendique feminas Persarum ad Esth. II. 12. vide Georg. Wolf. Wedelii centur. 2. dec. 5. exerc. 4. et 5. medicophilolog. De *cosmetis* et *ornatricibus* viri docti ad Iuuenalem, et Taubmannus ad mostellariam Plauti Act. 1. scen. 3. Ezech. Spanhemius ad Callimach. pag. 547. et Christianus Henricus Postellus in callida Iunone pag. 209 sq. De remediis veterum cosmeticis eorumque noxis extat dissertatio Dan. Wilh. Trilleri. Witteb. 1757. 4. De more *syrma vestis* trahendi vel portandum faciendi Claudius Franciscus Menetrierius in dissertatione gallice edita sur l'usage de se faire porter la queüe. Paris. 1704. 12. De *Gynaeceo textrino*, vestiariis, vestispicibus, capsariis, procuratoribus Gynaeceorum vide Bergierium lib. 4. de imperii Romani viis cap. 23. tom. 10. Graev. et Henninii notas ad Bergierium pag. 766. Matth. Zimmermanni analecta pag. 59 sq. Carolum Stephanum et L. Baysium de re vestiaria, et Pignorium atque Popmani de seruis. De *pressoriis* et reconditoriis vestium, Salmasium ad Tertull. de pallio, et Valesium ad Ammianum lib. XXVIII. 4. pag. 531. Tiraquellum de iure connubiali pag. 73. De meretriciis vestibus et diuerso cultu matronarum agit Brissonius lib. 1. antiquit. iuris cap. 4. Apud multas gentes rari *sartores*, siquidem vestes pleraeque a sororibus vel vxoribus aut filiabus conficiebantur. Vide interpretes ad Actor. IX. 39. Alexandrum ab Alexandro IV. 8. tom. 1. pag. 958 sq. et ibi notam Io. Merceri. Etymologicum magnum in ἀκέστρα. Freinshemium ad Curtii II. 5.20. tum Stephanium ad Saxonem Grammaticum. Alexander tamen Bandiera, Ro-

Romanus, vt meminit Mandosius in Bibl. Rom. pag. 16. A. 1647. italica lingua edidit diatribam de antiquitate et nobilitate sartorum. Primum togas et femoralia conficere docuisse Henochum, qui Arabibus Idris, et singulis diebus togam perfecisse, quum antea boum pellibus vterentur homines, tradunt Muhamedani. Vide Relandum de religione Muhamedica pag. 22 sq. editionis secundae.

VIII Operae pretium est hoc loco etiam nonnulla de *annulis* adiungere, quod argumentum prae ceteris illustrauit *Io. Kirchmannus* Lubecae suae decus in libro singulari de annulis edito Lubecae 1623. 8. cura filii eius cognominis, anno 14 post auctoris fata foetum hunc postumum in lucem protrahentis, recusum Slesvici 1657. 8. et cum Longi Gorlaei et Kornmanni lucubrationibus de eodem argumento Lugd. Batav. 1672. 12. Post hasce doctissimas Kirchmanni de annulis meditationes *Franciscum Bernardinum Ferrarium* neque suas saeculo inuidere velle scripsit Ioan. Rhodius in libro de acia pag. 63, sed hactenus quidem, Ferrario pridem defuncto, nihil quod sciam huius argumenti ab eo editum est, quanquam *Octauii Ferrarii* praeclarae quaedam de annulorum apud Romanos vsu obseruationes leguntur lib. 1. electorum cap. 21. Idem argumentum quoque pertractarunt *Franciscus de Corte* in syntagmate de annulis, siue tractatu annulari de annulorum origine, virtute et dignitate. Antwerp. 1706. 8. *Eggebertus Schaumius*, siue, qui verus auctor est, *Conr. Rittershusius*, in collectaneis de annulis eorumque iure et vsu. Francof. ad Viadr. 1620. 4. *Antonius Matthaeus* in oratione de annulo, Vltrai. 1639. 4. et in orationibus eius p. 113. *Bartholomaeus Leonh. Schwendendoerfferus* in diss. de annulis. Lips. 1670. et *Franc. Montanus Vayerus* in commentatione de annulis, Operum T. 2. p. 412. edit. Paris. 1656. fol. Ludouici Chaduci de annulis opus ineditum memoratur in memoriis Treuoltinis A. 1727. p. 417. De origine, materia et vsu annulorum vide commentationem anonymi in Diario Gallico, Extraordinaire du Mercure galant, A. 1681. Tomo XIII. p. 126. et aliam in diario Anglico, Vniversal Magazine A. 1759 p. 8. sqq. adde *Ludov. Mart. Kahlii* explicationem annuli rarissimi et antiquissimi in Anglia asseruati, exstantem T. I. Parerg. Goetting. lib. 4. p. 92. sqq. in qua multa de annulorum vsu apud veteres in genere. De annulorum sculptura confer *Meursium* parte 2. exercit. criticar. p. 34. sqq. qui etiam effigies amicorum in annulis gestari solitas obseruat p. 149. De digito annulari et leuibus circa eum persuasionibus videatur *Jo. d'Espagne* IV. 4. errorum popularium, et *Christian. Falsterus* amoenitat. philolog. III, p. 264 sq. Ferreis annulis vtebantur plebeii homines, militesque manipulares et serui. Argenteis plebs, aureis equi-

tes et ſenatus. Vide JCtos ad Digeſt. lib. 40. c. 10. *De iure aureorum annulorum* Salmaſius f. 170. ad hiſtor. Auguſtam. Lipſius elector. 11. 8. Joan. Mercerius lib. 1. Opinion. c. 8. Bernartius ad 111. 3. ſilv. Statii. Caſp. Barthius tomo I. ad Statium p. 320. Henr. Kirſchius in diſſert. de annulis aureis. Lipſ. 1614. 4. Camillus Siluerter ad Iuuenalis X. 165. p. 542. ſq. et Petrus Burmannus in diſſert. de iure aureorum annulorum. Vltrai. 1734. recuſa Lipſ. 1740. et inſerta ſymbolis litterariis, Decade ſecunda, vol. ſexto, pag. 99. ſqq. Romae 1751. 8. Annuli aurei inſcriptionem, *a dros y dros ſacros*, fidelibus ego fidelis ero, in Bithuricenſi tractu reperti erudite illuſtrat P. Daniel in memoriis Treuoltinis A. 1716. p. 1399. putatque fuiſſe ex illis annulis, quos pugione appenſos geſtabant temporibus Regum Franciae Merouingicorum. Conferatur etiam Ioan. Iac. Chifletius de anaſtaſi Childerici c. 7. et 8. et ex eo Matthias Zimmermannus p. 113. ſqq. florilegii. De luxu in annulorum multitudine vide, quae viri docti ad Martial. XI. 60. et Valeſium ad Ammiani XXVIII. 4. p. 531. ſq. Cur manu ſiniſtra frequentius geſtari ſoliti, quum vnica ſufficiat, ne dextrae vſus et actiones impedirentur, plures cauſſas comminiſcitur Michael Piccartus epiſt. CCLXXXIII. ad Kirchmannum, poſt Gudianas p. 255. De annulis ſignatoriis antiquorum, quibus etiam ad cellas,[13] arcas et res alias quascunque obſignandas vſi ſunt, ſcripſit *Georgius Longus*, Mediolani 1615. 8. et Lipſiae 1709. 8. *Fortunius Licetus* libro de annulis antiquis cap. 48. p. 121. et c. 136. p. 327. ſqq. *Kirchmannus* cap. 5. *Lipſius* ad Tacitum 2. annalium. *Philippus Bonanni* p. 170. muſei Kircheriani, *Montfaucon* T. 3. ſupplementi p. 172. ſqq. *Io. Frid. Heckelius* in commentatiuncula de annulis veterum ſignatoriis. Rudolfopoli. 1687. 4. *Nicol. Wolfius* in diſſert. de annulo ſignatorio priſco. Holmiae 1684. 8. *Laur. Zaccagnius*, V. C. in notis ad Acta Archelai cum Manete pag. 441. qui p. 27. obſeruat, cera vel creta ſiue luto ad obſignandum vſos veteres fuiſſe. De cera notauit etiam Voſſius lib. 4. operis de idololatria cap. 91. Praecipue vero de modo ſignandi epiſtolas et teſtamenta apud veteres, conſulendus Salmaſius libro de modo vſurarum cap. XI. et in ſpecimine confutationis animaduerſionum Deſid. Heraldi. Vide et Heraldum libro animaduerſionum ſeptimo. Pariſ. 1650. fol. et Nouarinum lib. V. ſchediaſmatum cap. 29. et de annulo, quo fons baptiſmi ſignatus, notas ad Optatum p. 9. ſq. et 12. editionis Amſtelod. Annuli illi conſignatores etiam *ſigillaritii* dicuntur a Vopiſco in Aureliano c. 50. qui cap. 42. affert dictum mimi cuiusdam, bonos principes omnes in vno annulo poſſe perſcribi. De ſigillis, quorum vice interdum virgulae ſiue aſſerculi a cimicibus exeſi vel nodi nota vſurpata eſt,

[13] Hinc Onirocritis amiſſio annuli ſignificat rerum iacturam. Vide Bulliardum in notis ad hiſtoriam Ducae pag. 262. et Artemidorum II. 5. V. 32.

est, vt docet Seldenus ad marmora Oxoniensia p. 43. et sequenti, vide Allatium ad antiquitates Hetruscas p. 39. sq. Scaligerum cap. 11. elenchi trihaeresium, Andream Mullerum ad epistolam Mosis Mardeni p. 24. seq. et inprimis Io. Mich. Heineccii opus insigne et elaboratum de veteribus Germanorum aliarumque nationum sigillis. Francof. 1709. fol. ac Francisci Ficorini opus italice sub hoc titulo editum, *I Piombi antichi.* Romae 1740. 4. in quo ad quandringenta sigilla Paparum, Imperatorum orientalium et occidentalium, Principum et Patriarcharum collegit. Varia *simulacra*, *signa*, χαρακτῆρες, *sculpturas*, siue, ut ex Plinii X. 16. Epist. dicam *aposphragismata*, quibus annuli ordinati apud veteres fuerunt, siue Deorum, de quibus Rycquius c. 22. de capitolio, siue Imperatorum, de quibus Heineccius p. 74. sq. laudati operis de sigillis, siue aliis quibuscunque vt in Sullae et Pompeii annulo tria tropaea insculpta testatur Xiphilinus p. 19 sq. videri possunt apud Clementem Alexandr. III. 11. paedagogi. Franc. Iunium de pictura veterum II. 8. p. 113 sqq, Fortunium Licetum de annulis antiquis. Vtini 1645. 4. et in Hieroglyphicis siue antiquis schematibus gemmarum 60 annularium. Patauii 1653. fol. Leonhardum Augustinum de gemmis annulorum. Franeq. 1694. 4. cum Iac. Gronouii notis. In Philippi Danielis Lipperti Dactyliotheca vniuersali signorum exemplis nitidis reddita cuius duae chiliades prodierunt Lipsiae 1755. 4. cura Io. Frid. Christii, qui de rei numariae veteris gratia singulari praefatus est; et in Abrahami Gorlaei dactyliotheca cum praefatione Aelii Euerhardi Vorstii de origine annulorum et animaduersionibus eiusdem Gronouii. Lugd. Bat. 1695. 4. et auctius duabus partibus ibid. 1707. 4. Hic Gorläeus male bis vocatur Abraham Gorcus in Aringhi Roma subterranea VI, 50. p. 383. qui et ipse ibi de annulis varia non contemnenda collegit occasione annulorum in sepulcris antiquis repertorum. Praeclara etiam de annulis et sigillis obseruauit Io. Mabillonius de re diplomatica, et Dominicus Maria Mannus in obseruationibus historicis de sigillis antiquis, quarum pars decima octaua prodiit Florentiae 1750. 4. Vide et de annulis veterum Matthiam Zimmermannum in florilegio, Io. Conr. Dietericum in antiquitatibus biblicis V. T. ad Ierem. XXII, 24. pag. 501 sq. 628 sq. Iosephi Laurentii Polymathiam lib. I. diss. XI. et Martini de Roca singularia scripturae, parte 2. p. 460 sq. Georgii Thegen diss. de annulorum in republica vsu, Regiom. 1701. Dan. Guil. Molleri diss. de annulo Trinitario, Altorfii 1701. De annulo pastorali D. Ioan. Andr. Schmidii diatriba. Helmstadii 1706. De annulo pronubo, differt. Petri Mulleri, ICti, plus simplici vice edita. De annulo pronubo Deiparae virginis, quem Perusiae aiunt asseruari Io. Baptistae Lauri commentarius, Colon. 1626. 8. et Bzouius ad A. C. 1480. n. 26 sqq. T. 18. p. 193 sq. et p. 284 sq.

ad A. C. 1486. n. 15. De annulo Romanorum ſponſalitio Frid. Aug. Iunii commentatio, in qua oſtenditur, vetuſtiſſimum eſſe morem, connubia per annulos confirmandi. De Annulis magicis agit Io. Michael in notis ad Goffarelli curioſitates inauditas p. 267. et Iul. Caeſar Bulengerus 11, 52. aduerſus magos p. 612. De gemmis annulorum veterum probe intelligendis erudita Io. Frid. Chriſtii commentatio exſtat Tomo primo commentarior. Lipſ. litterarior. Lipſ. 1753. 8. p. 64. ſqq. 175. ſqq. 323. ſqq. 421. ſqq. Veterum ſophorum ſigilla et imagines, ſiue ſculpturae lapidum et gemmarum ſecundum nomina Dei et conſtellationes aſtrorum, cum ſignatura planetarum conſtitutae auctoribus Zoroaſtre, Salomone, Raphaele, Chele, Hermete, Thalete e Io. Trithemii MStis A. 1612. editus liber plenus commentis nugisque canoris. Ioan. Macarii, Canonici Arienſis, *Abraxas* ſeu *Apiſtopiſtus*, de gemmis Baſilidianis cum Abraxa Proteo Ioannis Chifletii, Canonici Tornacenſis, Antw. 1637. 4. Haud pauca ſigilla vetera exhibet Raymundus Duellius in excerptorum Genealogicohiſtoricorum opere, Lipſ. 1725. fol. Quaedam etiam Io. Wilhelm. Waldſchmid ad calcem diatribae de comitum auſtregis. Marpurgi 1716. De contraſigillis medii aeui, quale exſtat in Actis Sanctor. T. 1. Iulii p. 213. commentationem euulgauit Polycarpus Lyſerus, Helmſtadii 1726. 4. De iure ſigillorum luculentum tractatum edidit Theodorus Hoepingkius, Norimb. 1642. 4. De eo, quod iuſtum eſt circa ſigilla Vniuerſitatum vide Io. Martini Goſſelii diſſertationem. Giſſae 1711. 4. De ſigillis ordinis Teutonici in Pruſſia vide Erläutertes Preuſſen, T. 1. p. 824. ſqq. T. 2. p. 1. ſqq. De ſigilliferis Epiſcoporum, cumprimis Germaniae vide Chriſtiani Gottlieb Buderi commentationem, Ienae 1720. editam, et inſertam Diario ſalano Ioan. Anton. Strubergii, Ienae 1720. 8. et Georgii Adolphi Schuberti proluſionem de Epiſcoporum notariis, et praeſertim iis, a quibus ſigilliferi nomen ortum eſt. Lipſiae 1720. De annulis ex cortice ſurculi palmei, quibus Iudaei olim Alexandriae ſeditionem moturi velut teſſera inter ſe vſi ſunt, memorat Socrates VII. 13. Hiſt. Multa etiam nec contemnenda de vario annulorum genere congeſſit And. Stubelius in notis ad Panegyricum dicatum ſollemni creationi Magiſtrorum. Lipſ. 1686. 4. Δακτυλιογλύφος Ciceroni IV, 26. academic. quaeſt. vocatur *annularius*. Duumuir collegii annulariorum memoratur in veteri inſcriptione apud Begerum p. 81. ſpicilegii antiquitatis. Claudam breuem hanc ſcriptorum de annulis notitiam fabella iudaica, qua aiunt beatis ſingulis antequam paradiſum ingrediantur decem annulos ab angelo porrigi, quorum inſcriptiones vide, vbi lubebis, apud Pocockium in Miſcellaneis p. 295. ſq.

IX. Genera vestium varia refert Nonius Marcellus c. 15. p. 260. idem ib. c. 17. p. 265. b. sq. disserit de genere vel colore vestimentorum. Vestes aliae fuernnt domesticae, tricliniares Caelio Calcagnino lib. 3. quaestionum epistolic. aliae, quibus in publico vtebantur. Vide *Plutarchum* in Sulla p. 486. et Iosephi Landoni dissertat. ad Apostolum Zenum de vestibus coenatoriis conuiualibus, siue cubitoriis insertam tomo primo supplementi diarii eruditorum Italiae. De *toga tunicaque et calceis* disserit Carol. Sigonius lib. 3. de iudiciis Romanorum, c. 18. 19. 20. De *toga* et variis *togarum* generibus Turrigius T. 12. thesauri Graeuiani p. 395. sq. Hieronymus Bossius in commentario de Toga Romana, Ticini edito 1614. 4. et recuso Amstelod. 1671. 12. et Tomo secundo thesauri Sallengriani p. 1305. Valerius Andreas libello de toga, sago, etc. Douanii 1625. 12. Montfaucon T. 3. antiquit. explicatae, et T. 3. supplementi sub initium. Octauius Ferrarius in dissertatione de modo gestandi togam, Aldus Manutius in dissert. de toga Romanorum, quae exstat in eius quaesitis per epistolas. Venetiis 1576. 8. et inserta deinde est Gruteri thesauro critico, tomo IV. et thesauro Graeuiano T. VI. p. 1183. Franc. Maria Turrigius in notis ad vetustissimam Vrsi Togati inscriptionem T. 12. thesauri Graeu. p. 389. Edmundus Richerius ad Tertullianum de pallio p. 931. sq. Philippus Rubenius lib. 1. electorum cap. 17. vbi de sinu togae. Idem de tunica interiore lib. 2. cap. 20. vbi iconismus duplex statuae tunicatae. Antonius Matthaeus in dissertatione de toga. Vltrai. 1638. et Io. Georg. Eilerus in dissertat. de toga et sago. Witteb. 1671. De clauis vestium et mapparum, de *tunicis* στενοσήμοις siue *angusticlauiis*, πλατυσήμοις siue *laticlauiis*, quarum illae duobus arctioribus segmentis purpureis per vtrumque humerum ad infimam tunicae oram productis, hae latiore segmento vno per pectus ad imam tunicam descendente insignes erant, diligentissime et accuratissime agit idem Albertus Rubenius libro primo, cuius sententiam contra Ferrarium tuetur Graeuius ad tomum sextum thesauri. Vide etiam Petronium Burmanni p. 126. Montfauconum T. 3. supplementi pag. 3. sq. Sam. Pitiscum ad Suetonium p. 335. Claud. Salmasium ad Tertullianum de pallio p. 71. et Bossii a nobis iam laudati librum de Senatorum lato clauo (qui itidem purpureus erat vt triumphantium aureus) in lucem emissum Ticini A. 1618 4. et recusum Tomo II. thesauri Sallengriani p. 1325. De *trabea* siue breuiore toga ex purpura et cocco Aldus Manutius Tomo I. thesauri Sallengriani p. 769. de eadem et de *chlamyde* Rubenius iterum videndus, a quo tamen quod ad formam chlamydis [14] attinet, diuersus abit illustris Cuperus in dissertatione sub-

[14] Non modo Alexandriae, sed habitabili terrae χλαμυδοειδὲς σχῆμα tribuunt veteres. Vide Harduinum ad Plinium tom. 1. pag. 562.

iuncta commentario de Apotheosi Homeri p. 137. sq. De chlamyde coccinea et toga purpurea Salmasius pag. 453. ad Vopisci Firmum, Lacerda aduersarior. p. 181. interpretes ad Matth. XXVII, 28. et Caspar Sagittarius singulari dissertatione. Ienae 1672. De *epomide* laudatus Cuperus ibid. p. 144. De tunica picta saliari auro distincta et purpura Octauius Ferrarius II. 16. electorum, de illa accipiens auream spiram apud Iuuenalem Sat. VIII. 207. Theophilus Raynaudus de veste scapulari, tomo VII. Opp. Persae, Medi, Parthi non solum vestiflui et στολῃφοροῦντες, sed sub stola siue talari toga etiam, braceati, laxis vtentes feminalibus siue ἀναξυρίσι. Vide Bourdelotium ad Heliodorum p. 65. De *vestibus litteratis* siue quibus nomina intexta erant, adeundus Iosephus Maria Saresius in dissertatione singulari de hoc argumento, edita Vasione 1652. 4. Philippus Rubenius lib. 2. electorum cap. 2. Albertus Rubenius lib. I. de re vestiaria cap. 10. Camp. Vitringa lib. I. obseruat sacr. p. 148. illustrans locum sacri scriptoris Apocalyps. XIX, 16. Stephan. le Moyne in exercitatione ad verba Ieremiae XXIII, 6 p. 101. sq. Philippus Rubenius II, 1. electorum, Bernhard Montfauconius Palaeogr. graec. lib. 1. c. 2. et Petrus Zornius T. II. Opuscul. sacr. p. 759. sqq. De vestibus *palmatis* Ioan. Christi. Polkius sing. dissert. Altorfii 1720. et Ern. Sal. Cyprianus in Programmatibus, Coburgi 1708. Progr. primo. De vestibus *variegatis tinctisque* Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 530. *Attenuata in filum auri metalla texuntur*, inquit Hieronymus epistola 22 ad Eustochium. De vestibus *papaueraceis*, papaueratis, scutulatis Harduinus ad Plin. VIII, 4. 8. vbi etiam de acu pictis, polymitis aliisque. Adde Coelium Caleagninum lib. 3. ep. 1. Memorias Treuoltinas A. 1715. p. 1733. et Lampium in Ps. XLV. p. 519. sq. De vestibus *vndulatis* Servii Tullii Nicol. Heinsius ad Ouidii fastos, lib. VI. 570. De vestibus *loratis* siue ornatis loris seu institis et paragandis (bebrämt) Salmasius fol. 478. ad Vopisci Proculum. De vestimentis e *iuncis*, Labat T. V. itin. Afric. pag. 184 sqq. De vestitu e *papyro indica* in Gallia ante aliquod tempus inuento Sigismus Andr. Flachsius sing dissert. Lipsiae 1718. edita, vbi veteribus hoc quoque vestimenti genus vsurpatum paragrapho quinta ex Herodoto probat, et Bibliotheca academica Halensis IX, 108. p. 419. De vestibus in *ligulas incisis* Langius glossario in cultellare, qui etiam de *cyclade* et multis aliis vestimentorum generibus videndus, vti e veteribus Pollux lib. VII. et Isidorus lib. XIX. Originum. Luxum in veste picta variis figuris et imaginibus etiam euangelicas historias referentibus reprehendit S. Asterius tomo I. auctarii noui Cambefisiani p. 4. sq. Stolae σωληνωταὶ sinibus frequentibus fluentes, (mit Falten,) Goarus ad paginam Cedreni 393. πτέρυγες in vestibus, Suidas in Θετταλικαί. De fimbriis siue cirris vestium ac mapparum Salmasius

ſius ad Spartiani Pertinacem c. 8. et Petronius clariſſimi Burmanni pag. 127. Lex caudaria exſtat apud Martenium T. 3. collect. p. 778. Veſtes bombycinas et linteas tam tenues, vt corpus per illas pelluceret [15] *nebulas linteas, ventos textiles*, et *vitreas togas* priſci ſcriptores rident ac perſtringunt paſſim. Vide praeter eundem Petronium pag. 274. Harduinum ad Plin. tomo I. p. 680. et tomo 2. p. 515. Rev. Olearium ad Philoſtratum p. 8. Rigaltium ad Onoſandrum p. 40. ſq. et Huetium p. 10. ad anthologiam. De ſerici vſu, qui a Seribus ad Perſas et inde ad Graecos et Romanos peruenit, et Iuſtiniani tempore ouis bombycum CPolin delatis vulgatus eſt per Europam vide Voſſii Etymologicum in *ſericum*, eundem IV. 90. de idololatria, Salmaſium ad Tertullianum de pallio, ad Solinum et hiſtoriam Auguſtam, Bibliothecam Anglicam T. IV. p. 74. ſqq. et Ioannis Franc. Giorgetti commentationem de origine ſerici, adiectam eius poemati elegantiſſimo de bombyce, italice ſub titulo: Il Filugello, o ſio il Baco da Seta, Venetiis 1752. 4. edito. De *palla* Deorum elegantiſſimus Broeckhuſius ad Tibullum p. 398. De *palliis* Philoſophorum aliorumque Salmaſius, Cerda, Pamelius et alii ad Tertulliani librum, quo reſpondet criminantibus, quod Chriſtianus factus *a toga ad pallium* deſcenderit et hoc cum illa permutauerit. Viri docti ad Gellium et Laertium, Valeſius ad Socratem p. 85 et 90. ſq. vbi de pallio Rhetorum, Creſollius III, 16. theatri Rhetorum, tomo X. Gronov. Alexander Arnoldus Pagenſtecherus diſſertatione quinta ſylloges diſſertationum, Bremae 1713. 12. B. D. Hector Godfrid Maſius diſſert. de pallio Paulli, Georg. Guil. Ouerkampf de veſtitu praecipue pallio veterum philoſophorum, Ienae 1734. Reuerendus Chriſtianus Guil. Franc. Walchius in antiquitatibus pallii philoſophici veterum Chriſtianorum. Ienae 1746. 8. et anonymus in diſſertatione de pallio Hebraeorum et Chriſtianorum, quae exſtat Tomo XXXVII. collectionis opuſculor. ſcientific. et philolog. pag. 435 ſqq. De vtraque paenula Io. Bapt. Donius in diſſertatione, quae poſt editionem Pariſ. 1644 8. recuſa eſt tomo VI. theſauri Graeuiani, Barth. Bartholinus ſingulari libro, Hafniae 1670. 8. recuſo in eodem tomo theſauri Graeuiani, Iac. Sponius Miſcell. eruditae antiquit. et Claudius Salmaſius not. ad Tertullianum de pallio p. 86, et notis ad Lampridium tomo I. ſcript. hiſt. Aug. p. 774. et 925, vt plures taceamus.

De nolarum vſu in veſtibus vide Cangii Gloſſarium in κευδεῦαι, Wilh. Ern. Tentzelium in ſupplemento ſecundo hiſtoriae Gothanae, et T. I. Bibl. curioſae p. 346 ſq. Noua litteraria Hamburg. A. 1703. p. 94. Io. Mich. Heineccium de ſigillis p. 101. et icones in Antonii Matthaei libro de nobilitate p. 1132. Gabriel. Bucelini Germaniam T. II. p. 414, 417, 418, 420. Actis

[15] Martialis VIII. 68. *Formoſum licet ſic per bombycina corpus.*

Actis Sanctor. T. I. Iulii p. 374. Adde obseruationes Halenses germanice editas T. I. p. 413 sqq. Io. Georg. Eccardi Erklärung eines Kleinodien Kästleins p. 16 sq. Acta Francorum Erud VII. p. 453. sq. vbi etiam de sceptris sonantibus, et Christi. Schoettgenii diss. de nolis in vestitu ad illustrationem verborum cantici sacri Petri Dresdensis: da die Schellen klingen in Regis curia. Stargardiae 1725. De substratione et pignoratione vestium diis facta liber Io. Nicolai prodiit Gissae 1701. 12. cui adde Martinum de Roa, II. 7 sq. singularium scripturae, Barthium III. 2. aduersar. Interpretes ad 2 Reg. IX, 13. Matth. XXI, 8.

X *Periscelides* veterum, Ouidio *gennalia*, exponit Antonius Bynaeus lib. I. de calceis Hebraeorum cap. 8. De periscelidibus feminarum cum tintinnabulis vide Io. Henr. Maii obseruat. sacras lib. 3. p. 109 sqq. edit. secundae. De recenti ordine equitum illustrium aureae periscelidis praeter alios consulendus est Ioan. Christoph. Beckmannus in notitia siue syntagmate dignitatum illustrium. De Zonis, in quibus numos portabant, et *cingulis* Isidorus lib. 19. Origin. cap. 33. Zimmermannus pag. 818. florilegii, Interpretes Matth. X, 9. Apoc. I, 13. Albertus Vogtius Miscellan. Biblic. p 175 sq. Stuckius antiquit. conuiual. II, 29. viri docti ad Plautum, Phaedrum IV, 21. Gellium XV, 12. Horatii Ep. II, 40. Suetonium Vitell. c. 16. Iuuenal. XIV, 97. Apuleium VII. Milesior. Meursius ad Astrampsychum pag. 149. de luxu Romanorum, p. 85. et III. 25. miscellan. animaduersion. Iamblichus cap. 27. vitae Pythagorae, Io. Nic. Rostius in dissert. de veterum Zona pecuniaria. Ienae 1681. Io. Frider. Dürrius in dissert. de Zona et lorica. Altorfii 1687. 4. et Iac. Sponius pag. 253. miscellan. eruditae antiquitatis, vbi etiam baltearii mentio, qui balteorum curam habebat in armamentario Augustorum. De balteo sacerdotali vide Ioan. Andr Cleffelii dissertationes tres, quarum prior sub praesidio Ioan. Christoph. Wichmannhausen habita est, Witteb. 1717. et 1718. De *chirothecis* veterum, quae Rabbinis *domus digitorum* apud Buxtorfium p. 302. lexici Talmudici, idem Buxtorfius ibid. p. 1406. Io. Nicolai libro singulari de chirothecarum vsu et abusu, Gissae 1702. et auctor anonymus dissertationis de chirothecis, insertae diario Anglico, *the present State of the Republick of the Letters*, A. 1732. p. 289 sqq. et Io. Gottfr. Boehme in dissertatione de pignore per chirothecam. Lips. 1674. 4. Clementis III. vel IV. Pontificis diploma, quo praeposito B. Mariae Magdeburgensi inter missam vsum chirothecarum concedit exstat in Ioan. Georgii Leuckfeldi antiquitatibus Praemonstratensibus p 113 sq. De *baculis* veterum dicturum se promisit Casaubonus ad Theophrasti characteres p 191. vbi mentio baculorum Laconicorum, de quibus Meursius II 17. Misc. Laconicorum; videndus interim Vrbanus Godofr. Siberus in vita Spiridionis p. 76. De *crepidis* veterum diatribam Ottonis Sperlingii

lingii Hafniae 1699. editam recudi curauit Clariſſimus Gronouius tomo IX. theſauri antiquitatum Graecarum. Sperlingianam vocabuli Pantoffel etymologiam examini ſubiecit Olaus Rudbeckius, filius, in ſpecimine vſus linguae Gothicae pag. 84-93. Vide etiam de crepidis veterum Suidam in περίβολα, et Vignolium Maruillium tomo I. miſcellaneorum, pag. 209. De crepidarum obſtragulis Harduinus ad Plinium IX, 35. p. 333 et 378. ſq. De ocreis Valtrinus III, 12. Lipſius lib. III. de militia Romana cap. 7. et Arcerius ad Aeliani tactica p. 107. Sabinos ſiniſtro, Romanos dextro pede ocreatos in bello fuiſſe, notat Dausqueius ad Silium p. 353. Ex rubris ocreis agnitus Imperator, Hiſtoria Miſcella 18, 27. De *caligis* praeter Nigronum libro mox laudando, Salmaſius notis ad ſcriptores hiſtor. Auguſtae tomo II. p. 233. et Barn. Briſſonius antiq. ſelectar. lib. II. cap. 5. De *braccis* Caſaubonus ad Suetonii Auguſtum cap. 82. Pitiſcus ad Suetonii Caeſarem 80. 83. 3. Clericus ad Exod. XXVIII. 42. Voſſius in Etymologico, Tiraquellus ad Alexandrum ab Alexandro lib. V. cap. 18. Io. Braunius de veſtitu Hebraeorum lib. 2. cap. 1. et Io. Diecmannus ſpecimine gloſſarii Rabani p. 53 ſq. Braccarum vero vſum Hebraeis, Graecis ac Romanis incognitum fuiſſe docet Octauius Ferrarius II. 2. electorum, vbi inter alia oſtendit *ſubligacula* fuiſſe pannum quo pudenda velabant ephebi quum nudi in campo Martio exercerentur. Idem II. 9. contra Voſſium in Etymolog. oſtendit *facinus maioris abollae* nihil aliud eſſe niſi facinus Philoſophi qui palliati incedebant, abollam enim eſſe pallium, ἀναβολήν. De *calceis* Hebraeorum duobus libris egit Antonius Bynaeus, qui poſt primam editionem Anni 1684. 12. auctiores prodierunt Dordraci 1695. 4. et Chriſt. Guil. Vollandus de ſandaligerulis Hebraeorum. Witt. 1712. Graecas enim et Latinas Antiquitates circa calceos illuſtrarunt Benedictus Balduinus, (ſutoris filius nec ſutoriae ipſe imperitus, ſed qui patrem in conficiendis calceis iuuit) cuius calceus antiquus et myſticus lucem adſpexit Pariſiis 1615. 8. et Amſtel. 1677. 12. cum Iulii Nigroni pridem Dilingae 1621. 8. ſeparatim vulgato libro de caliga ſiue calceamento militari veterum, Alber. Rubenii diatriba de calceo ſenatorio, et excerptis Salmaſii de calceo ex eius commentario ad Tertulliani de pallio librum. Nouiſſime cum Obſeruationibus ſuis librum Balduini et Nigroni recudendum curarunt, Io. Frid. Nilant Lugd. Bat. 1711. 12. et qui haud ita pridem orbi litterario cum magno ſui deſiderio ereptus eſt Chriſt. Gottlieb Ioecherus, Lipſiae 1732. 12. Adde Io. Adami Koenigii diſſert. de ritu portandi calceos. Witteb. 1678. Io. Frid. Durrii diſſertationes binas de veterum calceamentis. Altorfii 1688. et Henr. Tobiae Bittneri commentationem de calceis veterum. ibid. 1740. De calceis purpureis Imperatorum et Patriarcharum Cangius ad Villeharduinum p. 307 ſeq. et Stephanus

de Altimura p. 220. panopliae aduersus schisma graecorum. De gemmis clauisque calceorum Philippus Rubenus II. 14. electorum. Ὑποδήματα et σανδάλια Matthaei X. 10. atque aliis Noui Test. locis unum idemque esse, (aduersus Salmasii sententiam qui ea distinguit p. 355. ad Tertullianum de pallio) docet Thomas Reinesius Epistola ad Io. Christfridum Sagittarium, quae legitur in Frid. Gotthardi Gotteri elogiis clauorum Altenburgensium, Ienae 1713. 8. p. 74 seq. Varia quoque calceorum genera commemorat Galenus IV. in Hippocr. περὶ ἄρθρων tomo 5. pag. 644. Isidor. Hispalens. lib. 19. Origg. cap. 34. Bisciola tomo 2. horarum subsec. lib. 17. c. 21. De *puniceo* siue *mulleo* calceo Voss. lib. 4. de idololatria c. 5. et quae viri docti ad haec Vopisci cap. 49. Aureliano: *calceos mulleos et aereos et altos et hederacios viris omnibus tulit, et mulieribus reliquit.* De *Phaecasia* genere calceamenti Graecanici Lipsius ad Senecam lib. 7. de beneficiis c. 21. et ad Epistol. 113. De lunatis calceis quibus fas uti patritiis, Barthius ad Statium tomo 1. pag. 450. Cangius ad Zonaram pag. 329 sq. et Bonanni in museo Kircheriano p. 164 sq. Calceorum effigies in statuis apud Montfauconum T. 3. supplementi tab. VI. caligarum militarium T. 4. supplementi tab. III. sqq. Calceorum e corio vsus olim rarior. Vide Io. Georgii Keysleri antiquitates septentrionales p. 170 sq. De more calceos subligaculis suis soluendi Antonius Iul. von der Hardt, iam S. Theologiae et linguar. orient. Professor celeberrimus in Academia Iuliocarolina, in dissertatione sub Io. Godofr. Lackemachero habita de studiis per colloquia cum eruditis. Helmstadii 1728. De more calceos in luctu ponendi Io. Henr. Maius lib. 3. obs. sacr. p. 24 sqq. De calceamentis Scytharum videatur Car. Godofr. Zapfius in dissertatione de Abaride. Lips. 1706. De Germanorum calceamentis Treuerus in anastasi veteris Germani. Indorum calceos vide in Ludou. Moscardi museo, p. 303, 305. Persas altis calceis vsos recte ex Strabone annotauit Zaccagnius ad Acta Archelai a se edita § 12, ubi Manes siue Manichaeus haereticus dicitur usus calceamenti genere, quod quadrisolea appellari solent. De solea vide sis Sirmondum p. 189 sq. ad Sidon. Soleae equis mulisque aptatae Scaliger p. 23. ad Catullum. De sparteis sandaliis mentio apud Socratem VII. 36. cui iungas Rubenium elect. p. 59. *Monocrepis*, quale genus calceamenti sit disces ex Iunio de pictura pag. 25. et Th. Munkeri mythographis tomo 1. pag. 20. in notis ad Hyginum. De nattis, quibus iter celerrime per niues glaciesque conficiunt, (pandas trabes vocat Saxo Grammaticus libro V.) vide Wormii museum p. 573. Sutores alii virilium alii muliebrium calceorum; alii qui tantum scinderent coria, alii qui consuerent. Xenophon VIII. Cyropaed p. 2 8. vbi etiam de sartoribus similiter. *Insabbatati, Zabatenses,* qui in Zabata siue sotulari et calcea-

calceamento suo per certum signum dignoscebantur, Waldensium fuere genus. Vide Pagium ad A. C. 1197. n. 10. Martene T. V. anecdotor. p. 1755. et Bibliothecam Patrum T. 25. p. 255. C. D. De *excalceatione* D. Georgius Calixtus et alii ad Exod. III. 5. Io. Fabricius de Cacozelia Gentilium tom. 2. diss. B. Dilherri pag. 228. Zimmermannus in analectis pag. 65 seq. Io. Clodius in dissertatione de ritu excalceandi. Witteb. 1672. et Caspar Sagittarius in diss. de nudipedalibus veterum, quae recusa est in Syntagmate 1. Disputat. Philolog. Amstel. 8. Agit autem *capite I.* de nudipedalibus promiscuis in itinere vel alibi quae defectu aut studio fieri solebant: *capite II.* de nudipedalibus religiosis, de quibus videndi etiam Interpretes ad Exod. XXX. 18. Bynaeus de calceis Hebraeorum lib. 2. cap. 7 et sq. Rupertus ad Florum p. 210. Geuartius 11, 12. electorum, Io. Christfr. Sagittarius in diss. an ebraei nudis incesserint pedibus. Ienae 1644. et in eius otio Ienensi p. 89. Io. Christ. Wichmanshausen in dissert. de calceo in Hebraeorum sacris deponendo. ib. 1721. Io. Gottlob Carpzouius in disput. de discalceatione religiosa in loco sacro ad Exodi III, 5. et Iosuae V, 15. Lipsiae 1729. recusa ad calcem annotationum in Goodwini Mosen et Aaronem p. 769 sqq. in qua contra Gussetium comment. linguae hebraeae p. 861. ed. in fol. et p. 1645. ed. repetitae Lipsiae 1743. 4. communiorem sententiam, nudis pedibus incessisse sacerdotes sacris operantes affirmantem, defendit. Ioan. Ern. Imm. Walchius de religiosa veterum *ἀνυποδησία* ad Act. VII, 33. quae exstat fasciculo primo eius dissertationum in Acta Apostolorum, Ienae 1756. 4. p. 101 sqq. et in qua in primis de *ἀνυποδησία* apud gentes vsitata differit. *Capite III.* idem Sagittarius agit de nudipedalibus lugentium ac poenitentium, et *Capite IV.* denique de nudipedalibus leuirorum, de quibus Talmudici tractatu יבמות de leuiratu tomo 3. Surenhusii pag. 1. et Interpretes ad Deut. XXV. 5. et librum Ruthae IV. 7. et Abr. Henr. Deutschmannus in dissert. de ritu excalceandi in contractibus. Witteb. 1693. De modo inducendi vel deponendi calceos, praecipue ad Mensam, vide Guil. Stuckium Antiquitatum Conuiualium II. 27. pag. 227 sq.

De primo homine nudo condito, de gentibus itidem quibus nudis incedere mos, de Adamianis haereticis nuditatem affectantibus, de Philosophis Gymnosophistis etc. vide dissertationem Rev. D. Io. Schmidii de nuditate hominum in triplici statu, integritatis, lapsus et post resurrectionem, Lips. 1706. Io. Gottlieb Hardtii binas de nuditate exercitationes, ibid. 1684. et Paulli Henr. Tillemanni commentationem historicomoralem de eo quod iustum est circa nuditatem Ien. 1692. Lipsiae 1726. 4. Dicuntur etiam quandoque nudi, ex phrasi orientalibus vsitata, qui *ἐπενδύτην* exterius *ἱμάτιον* siue superiorem

 vestem,

veſtem, ſtolam et pallium, abiecerunt, etſi χιτῶνι, tunica et femorali adhuc ſint induti. Vide Ludov. de Dieu ad Ioan. XIII, 4. XIX, 2. XXI, 7. Actor. IX, 39. Gisberti Cuperi obſeruationes p. 36. et Borremanſium de poetis et Prophetis pag. 119. De Platonis lege nuditatem in Rep. ſua ſuadente Io. Baptiſta Criſpus de Philoſophis caute legendis p 411 ſq. et qui Philoſophum excuſat Beſſarion IV. 5. contra calumniatorem Platonis. De ſtolis beatorum, Rev. D. Samuelis Schelwigii diatriba exſtat in lucem edita Gedani 1692. De decoro circa veſtes vide Chriſtiani Henr. Weiſii diſſertationem Lipſiae 1710.

XI. De more ſcindendi veſtes in luctu et indignatione vide interpretes ad Num. XIV. 6. Ioſ. VII, 6. Iudic. XI, 35. Matth. XXVI, 6. De laceratione veſtium apud *Hebraeos* vſitata confer Nicol. Serrarium in Eſtheris cap. IV. Carpzouium ad Goodwinum p. 650. Io. Chriſti. Genſelium obſerv. ſacr. p. 33. Corn. Adami obſerv. theologicophilolog. p. 180. et Ioan. Chriſtoph. Wichmanshauſen de laceratione veſtium apud Hebraeos vſitata. Witteb. 1716. De laceratione veſtium apud alias gentes vide Aeſchylum Perſis v. 1065. Herodotum III. 66. Cerdam et alios ad Aeneid. V, 685. XII, 682. Bourdelotium p. 21. ad Heliodorum, Freinshemium ad Curtii III, 11, 25. Petri Fabri II. ſemeſtr. p. 122. ſq. Eliam Schedium ex edit. Iarkii p. 700. Octauium Ferrarium de re veſtiaria parte 2. lib. 4. c. 2. Sadi Roſarium p. 269. Briſſonium de regno Perſ. lib. 2. p. 256. et diſſertationes Chriſt. Roehrenſee. Witteb. 1668. et Chriſtoph. Iac. Schroederi. Ienae 1705. Pullae veſtis vſus in luctu Athenis iam Periclis tempore, vt docet Plutarchus de laude ſui p. 543. Carthaginienſes luctu publico nigris pannis moenia vrbis ſuae circumdabant teſte Diodoro Sic. lib. XIX. tom. 2. pag. 740. De Romanorum lugubri habitu, in moerore publico praeſertim, conſulenda praeter eundem Ferrarium T. 6. Graeuii p. 668 ſq. Ciceronis oratio in Vatinium c. 12 ſq. et Henr. Noriſius ad Cenotaphia Piſana diſſ. 3. c. 2. De veſtitu colorato in luctu regio exſtat diſſertatio Andr. Iulii Dornmeieri, Halae 1704. Nigris veſtibus in luctu vſi etiam Chriſtiani vide Aſterii homiliam 1. in tomo 1. auctarii noui Combefiſ. pag 92. licet improbante Cypriano, de quo Franciſcus Pithoeus in Pithoeanis p. 5. De veſtibus ſepulcralibus B. Io. Frid. Mayeri diſſ. Gryphiswald. 1706. Confer etiam ſcriptores de luctu, infra capite vltimo a nobis laudatos.

XII. De veſtibus militaribus et armis pauca quaedam ſubiungenda reſtant. Et de *veſtibus* quidem ſago, lacerna, paenula, armilauſa videatur R. H. Schelius diſſert. VI. ad Polybium, et Philippus Rubenius II, 12. Electorum.

rum. De *ſago* Ferrarius de re veſtiaria II, 13, 8. ſq. De *paludamento* Imperatoris Lipſius de militia Romana 11, 12. De diſcrimine inter ſagum, paludamentum et chlamydem vide I. E. I. Walchium ad Cellarii compendium antiquit. Rom. pag. 549. not. x). Albae fuerunt militum veſtes ducumque chlamydes vide Iuretum ad lib. 1. Paullini de vita S. Martini fol. 888 ſq. T. VIII. Bibl. Patr. Morell. Militum cingulus ſeu balteus, Rupertus p. 327. in Florum. De armis vero et quidem de *ſcutorum* forma quae Hebraeis in vſu fuit conſulenda Theodori Daſſouii diſſertatio ad titulum Celim §. 2. ſq. Witeb. 1696. et Io. Chriſtoph. Ortlobii diſſertatio de ſcutis et clypeis Hebraeorum, Lipſ. 1718. De gerro Scythico ſcuto praeter graecos Lexicographos et interpretes Feſti conſule Scholia graeca ad Lucianum tomo 2. pag. 32. Gerrae Perſarum etiam ſcuta e viminibus contexta vt notat Adr. Relandus parte 2. diſſ. Miſc. p. 186. de quibus conſulatur Ezech. Spanhemius p. 193. ad orat. primam Iuliani. De decumana, ſcuti maioris genere, vide quae viri docti ad Hirtium de bello Afr. cap. 29. et Feſtum. De *Parma clypeo, ſcuto, pelta, cetra*, (quae Afrorum fuit) et *ancili* aliisque ſcutorum generibus agunt Aldus Manutius in quaeſitis per Epiſtolam tomo IV. lampadis Artium Gruterianae p. 304. ſq. et tomo primo theſauri Sallengriani p. 817. Frid. Taubmannus ad culicem Virgilii p. 106. Lipſius l. 3. de militia Romana c. 1. et 2. et in analectis ad idem opus: Petr. Petitus lib. de Amazonibus c. 25. et 26. vbi ſigillatim de pelta. Mat. Zimmermannus in analectis pag. 556. ſq. Herm. Hugo lib. 2. de militia equeſtri cap. 4. Henr. Dodwellus in diſſ. poſtuma de parma equeſtri Woodwardiana, Oxon. 1713. 8. vbi etiam de aliis quibusdam ornamentis veſtibusque militaribus veterum Romanorum. Henr. Noriſius ad Cenotaph. Piſana p. 121. Pierius hieroglyph. cap. 36. ſqq. Iac. Thode diſſ. IV. de clypeis ſcutisque veterum. Hafniae 1718. 4. Ioan. Sartorius in Schediaſmate de clypeo. Witeb. 1724. Blaſius Caryophilus in opuſculo de veterum clypeis. Lugd. Batav. 1751. 4. Fortunatus Schachus lib. 3. myrothecii cap. 19. ſeq. qui cap. 15. ſeq. fuſe agit de Cerethaeis et Pheletaeis, quos milites et ſtipatores Regis Davidis a cetris et peltis ita dictos contendit, quaſi cetratos et peltatos dixeris. Confer auctores ſupra p. 743. de iis excitatos. De clypeis extat et diſſ Ioſ. Waſſii Angli, cui addendus Tobias Gutberletus libro de Saliis, cap. 12. ſq. vbi de forma anciliorum quae ſaltantes Martis Sacerdotes circumgeſtabant: Io. Danielis Rami erudita diſſ. de Ancilibus Romanorum, Hafn. 1706. Ez. Spanhemius p. 167. ad Callimachum, qui de clypeorum forma & appellatione, totoque eorum diſcrimine alibi accurate egiſſe ſe teſtatur. De clypeorum aureorum vſu idem Scacchus III. 22. Clypea votiua in templis ſuſpenſa etc. Salmaſ. ad Trebellii Pollionem, Sponius p. 152. ſq.

Misc. vbi exhibet et illustrat clypeum votiuum Scipionis Africani et p. 154. plura depromit e numis. Vide de clypeis votiuis Iacobum Sponium in Recherches curieuses d'antiquité p. 1. sqq. Guilielmum Marsieum in dissert de clypeis votiuis inserta T. 2. memor. acad. inscriptionum pag. 227. sqq. Obseruationes super clypeo votiuo, T. V. histor. Acad. inscription. p. 240 sqq. et Ioan. Frid. Rexrath orationem de clypeis in loco sacro suspensis, Lipsiae 1737. 4. De clypeis Lydorum Xenophon VI. Cyropaed. p. 126. Γωρυτὸς τόξȣ θήκη, pharetra sagittarum, sagma scuti, Sirmond. p. 239. ad Sidon. Scuta ex plurimis sibi superimpositis laminis siue pellibus confecta obseruat Graeuius p. 86. sq. in lectionibus ad Hesiodum. An tota aerea in vsu fuerint disquirit Arcerius in notis ad Aeliani Tactica p. 132. Insulam Cyprum scuto Gallico similem esse affirmat Hyginus fab. 276. De scutis θυρεοῖς oblongis Gallicis in acutum desinentibus Cangius ad Alexiadem p. 396. Idem de scutis per naues dispositis, vt pone illa milites tutiores pugnarent, p. 283. sq. ad Villeharduinum. Prae ceteris vero omnibus de omni genere scutorum consulendus Henr. Speelmannus in Aspidologia, Lond. 1654. fol. cum Nicolai Vptoni libro de studio militari, et Io. a Bado aureo tractatu de armis, notisque Ed. Bissei. In clypeis imagines et insignia pingi mos antiquissimus, de quo Rigaltius ad paginam 17. Tertulliani, et Drakenborgius ad Silium p. 421. Scutum Achillis, de quo Homerus pictum rebus innumerabilibus, illustratur a Ioan. Boiuinio in apologia Homeri Gallice edita Paris. 1715. 8. Clypeus ouatae figurae apud Montfauconium T. 4. supplem. pag. 12. tab. VII. VIII. IX. Clypeus rotundus et trapezoides apud eundem ibidem post tabulam XIII. Clypeus insignis rotundus in numo Vitellii apud Tristanum T. I. p. 275. macedonicus est, vide Patinum ad Suetonii Vitellium. Clypeus cum inscripto voto apud G. Hickesium diss. Epistolar. p. 187. sq. Summum dedecus habitum, si quis scutum abiecisset, de quo Lindebrogius ad Codicem Legum antiquarum p. 1476. et ego notis ad Sexti Empirici Pyrrhonias Institutiones lib. 3. sect. 216. Diuersarum cohortium milites diuersis signis in scuto vsi sunt. Vide columnam Traian. n. 149. Clypeis inscripta fuerunt Ducum nomina, vide quae annotauit Fabricius ad Dionem p. 315. Honor fuit, quum clypeus mortuis Imperatoribus poneretur. Vide Capitolinum in Antonino pio c. 5. et Trebellium Pollionem in Claudio. Scutis impositi, qui duces vel principes eligerentur. Vide Pithoeum II. 6. subseciv. et Lipsium ad Taciti IV, 25. histor. Clypeos Germanorum in numis Augusti habes apud Rubenium, in Drusi numo apud Patinum p. 51. thesauri numismatum, septentrionalium populorum apud Wormium p. 370. Musei. Variae clypeorum figurae in veteribus sigil-

lis obuiae sunt apud Heineccium de sigillis p. 202. Vide et p. 130 et 214. De *galea*, *lorica*, et aliis similibus eorumque insignibus agit Alexander ab Alexandro lib. I. genial. dierum cap. 20. Lipsius lib. 3. de militia Romana c. I. et 5. et 6. Hilscherus in vita Goliathi p. 86. Barthius aduersar. XXII, 14. Potterus Archaeol. Graec. III. 4. Christi. Brünings in differt. de cornu salutis. Heidelb. 1743. Io. Henr. Lederlinus in specimine philolog. de galeis veterum. Argentor. 1716. et Io. Frid. Durrius in differt. paullo ante p. 860. citata de veterum armis bellicis Zona et lorica. Altorfii 1687. De *loricis* textis Casaub. ad Sueton. Gallam cap. 19. Io. Clericus ad Exod. XXVIII, 32. De loricis linteis veterum Sigismundi Iacobi Apini dissertatio exstat Misc. Lipsiens. T. VI, p. 275. sqq. et T. VII. p. 316. sqq. auctior vero recusa est Altorfii 1719. Loricae in numis de Sarmatis et de Germanis. Patinus thesauri p. 169. 175. De cultro venatorio, spatha, machaera, Rhodius p. 45. ad Scribonium sq. et Burmannus pag. 179. ad Petron. vbi et clypeorum gladiatoriorum effigies. Variae icones loricarum ex veteribus sigillis exhibentur ab Heineccio p. 204. De *telis*, *hastis*, *gladiis*, *pilo*, Gellius lib. 10. c. 25. et ad eum locum Proustius aliique interpretes, Turnebus lib. 19. aduers. cap. 32. Scaliger ad Varronem et Festum, Brodaeus lib. 6. miscell. cap. 26. Lipsius lib. 3. et in analectis ad lib. 5. cap. 4. de militia Romana, et in electis lib. I. cap. 7. Gladii non solum caesim, sed etiam punctim inferendis ictibus habiles. Vide Miscell. obseruations upon Authors. Londini 1731. 8. n. 9. p. 280. sq. sed confer quoque in contrariam sententiam Sponii Recherches d'Antiquité p. 23. De *bipenni*, quam *bisacutam* vocat Guilielmus Brito II, 305. et cuius figuram exhibet *πέλεκυς* Simmiae, vide Barthium ad Statium tom. 2. p. 566. sq. Petrum Petitum de Amazonibus c. 32. Petronium Burmanni p. 627. Io. Carolum Schottum in noua explicatione apotheoseos Homeri p. 50. R. H. Schelium singulari dissertatione de telis ad Polybium. Patricium et Salmasium T. 10. thesauri Graeuiani passim. Potterum Archaeol. Graec. De telis ignitis, ad quae Paullus allusit Ephes. VI, 16. confer Ioan. Andr. Schmidii diss. de armatura spirituali. Helmst. 1701. 4. in qua varia armorum veterum genera illustrantur. Consule quoque Lipsii Poliorceticon V, 5. De telis Hebraeorum, et quae ipsis ignita audiant, vide Dassouii differt. de emphasi sacr. vocum p. 61. Alias auctorum variorum de telis, quae Apostolus ignita vocat, sententias vide apud Wolfium T IV. Curarum p. 158. De malleolis, qui telorum ignitorum species, vide Baldi Lexicon Vitruuianum p. m. 67. sqq. et quos ille citauit auctores. De gladiis populorum septentrionalium conferatur Tychon. Rhodii schediasma de gladiis veterum inprimis Danorum. Hafniae 1752. 8. Paterniaci apud Helueticos monstratur ephip-

pium

pium cum *ſtapede* (Steigbiegel) quo vſus ſit Iulius Caeſar. Sed veteribus vſum ſtapedis ignotum fuiſſe iam ſupra p. 816. ex Montfauconio oſtendimus, cui aſſentitur Carolus Patinus in itinere ſuo gallice deſcripto p. 269 ſq. Franciſcus Philetus XXIV, 22. Epiſtol. et Ciacconius ad columnam Traianam n. 59. Vide tamen Voſſium lib. 1. de vitiis ſermonis cap. 7. Inſcriptio quidem, quae tanquam vetus profertur, in qua verba: *pes haeſit ſtapiae*, conficta a Franciſco Columna. Confer Menagiana T. 4. p. 263. Vide et Heineccium de ſigillis p. 205. vbi etiam de coopertoriis equorum. Caſonouanii origines Gallicas in *etrica*. Melanges hiſtoriques. Amſtelod. 1718. 12. p. 81. ſq. De calcaribus eorumque vſu, abuſu et iuribus Ioan. Nicolai liber prodiit Francof. 1702. 12. Subferrandi et calceandi, vt ait Plinius, equos mos priſcis etiam cognitus. De *equis et equitibus cataphractis* praeter Lipſium lib. 3. cap. 7. de militia Romana, Hermannus Hugo lib. 2. de militia equeſtri cap. 3. Adde columnam Traianam n. 147, 161. et Ezech. Spanhemium ad orat. primam Iuliani p. 243. 247. ſq. De leui & graui armatura idem Hugo lib. 2. cap. 4. De *arcus Scythici* figura, cuius apud varios ſcriptores mentio, poſt Scaligerum et Valeſium diſputat Huetius in notis ad Manilium p. 57. et Harduinus ad Plinii IV, 12. T. I. p. 463. adde Scalig. ad Euſeb. vbi de Graecis litteris et quidem de Sigmate, Valeſium ad Amm. Marcellinum p. 315. et confer arcus figuram apud Ez. Spanhemium p. 277. ad Callimachum, aliasque apud Perizonium ad Aelianum pag. 736. *Sicae* figuram inquirit Barthius in aduerſ. p. 2634. ſq. Briſſonius lib. 2. antiq. iuris capite vndecimo, et Lipſius ad lib. 3. cap. 3. de militia Romana, vbi de *pugione*. *Pili* formam ex Rubenio et Lambecio exhibet Graeuius ad Flori 1. 18. apud quem *dolabrae* imaginem quoque habes ex columna Traiana, ad Flori IV. 10. adde Lipſium de militia Romana lib. 3. dial. 4. In numo eius figura conſpicitur apud Gutherium de veteri iure pontificio lib. 3. c. 16. De *aſcia* videatur Phil. a Turre ad monumenta veteris Antii part. 1. c. 2. p. 13. T. VIII. theſauri Italiae parte 4. Gladio accinctum ire per publicum non licebat niſi militibus, vide ad Suetonii Auguſt. c. 26. et Petronium Burmanni p. 407. Gladiis tamen accincti etiam domi et in epulis veteres. Vide Meurſium II, 9. animaduerſ. p. 85. partis 2. exercit. critici. De ritu arma in ſacris geſtandi vel deponendi, vide Calvoeri rituale tom. 1. p. 691. et Rev. Ottonis Kegelii diſſ. de gladio deponendo ad baptiſmum, Helmſt. 1709. etc. De more arma geſtandi vel deponendi inter epulas Guil. Stuckius II. 29. 232. ſq. et II. 34. p. 252. Antiquitat. Conuiualium. De quinque modis iaculandi et arcum tenendi Valeſius ad Ammiani XXV. 1. De vſu tela veneno ſaturandi Freinshemius ad Curtii IX. 8. 20. et Raph. Fabrettus ad columnam Traianam p. 13. adde Acta naturae curioſor. II, 3. p. 127.

De

De *caestibus* quibus vsi pugiles, Ald. Manutius in quaesitis per Epistolam tomo IV. lampadis Gruterianae p. 312. sq. Pignorius in originibus Patauinis p. 30. T. 6. thesauri Italiae parte 3. et Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 84. sq. Sed de vniuersa pugilum & gladiatorum armatura videndi Petr. Faber et Hieronymus Mercurialis in athleticis atque gymasticis, Octauii Ferrarii diatriba de gladiatoribus cum altera de balneis edita a Ioan. Fabricio, Helmst. 1721. 8. et recusa in Poleni supplementis ad thesaur. antiq. Rom. et Graec. T. 3. p. 313. Nic. Calliachii dissertatio de gladiatoribus, in eiusd. Poleni supplementis Tomo eodem p. 333. Suen. Bring dissertatio de gladiatoribus. Londini Goth. 1747. Lipsius in libris duobus sermonum saturnalium, et Scipio Maffeius Veron. illustratae P. I. lib. I. c. 1. Inscriptiones, in quibus gladiatorum, dimachaeorum, essedariorum mentio,. vide in Memoriis Treuoltinis A. 1715. pag. 737. sqq. Ducenta gladiatorum paria in agone funebri Viriathi Diodor. Siculus p. 361. excerptor. Peirescianorum. De rude quo donati gladiatores emeriti, consules Camillum Siluestrum ad Iuuenalem p. 346. De armis veterum Germanorum vide Ioan. Strauchii disp. ad Tacitum III. Lips. 1651. De clypeis Gallorum Gottlieb Wernsdorffium de republica Galatarum c. 6. §. 12. sqq.

XIII. Varia acceptio vocabuli armorum mouet nos, vt hoc loco etiam de insignibus et arte Heraldica nonnihil subiungamus. Atque antiquissimum quidem illum esse morem scuta insigni aliquo notandi, multis veterum locis clarissime patet. Ita Plutarchus in vita Alcibiadis pag. 198. tanquam singulare notat eum in scuto suo habuisse *ὀδὲν ἐπίσημον τῶν πατρίων, ἀλλ᾽ ἔρωτα κεραυνοφόρον*, Idem in extremo libri de sollertia animalium pag. 985. ex Stesichoro refert insigne scuti Vlyssis fuisse delphinum. Confer Aeschyli septem ad Thebas v. 384. sqq. 417. sqq. et Cerdam aliosque ad illa Aeneidos VII. 657.

- - - *clypeoque insigne paternum*
Centum angues - - - -

Tiraquellum de nobilitate p. 65. sq. Ulyssem Aldrouandum Ornithologiae lib. 1. p. 45. sq. et lib. 2. p. 96. sq. Stephanium ad Saxonem Grammaticum p. 102. Acta Sanctorum Iunii tom. 2. p. 562. Kircherum tomo 2. Oedipi p. 24. sqq. Theodor. Hoepingium de iure insignium. Norimb. 1642. fol. Heineccium de sigillis p. 213. sqq. Bartoli a Saxoferrato tractatum de insignibus et armis, recusum Altorfii 1727. 4. Friderici Rappolti schediasma de insignibus. Lips. 1660. 4. Io. Dauid. Koeleri programma de inuentoribus incisurarum, Gallice les hachures dictarum. Goettingae 1730. 4. Philippi Sperl tractatum de clypeis militaribus Germanorum. Norimbergae 1736. 4.

Attamen nondum constare affirmat Arnoldus Buchellius Epistola ad Petrum Scriuerium, inter insignium Virorum Epistolas editas a V. C. Ian. Guil. Meelio p. 128. ante annum a Christo nato millesimum haereditaria obtinuisse familiarum insignia; quorum originem Casanouanus in Originibus Gallicis [16] repetit a saeculi decimi extremo, siue temporibus Hugonis Capeti Galliae Regis, sub quo feuda haereditaria esse coeperunt et expeditiones cruciatae in Palaestinam suscipi, quod etiam probatur Stephano Baluzio in Historia Genealogica Principum Aruerniae. Vide et Siluestrum de Petra Sancta S. I. de tesseris gentilitiis Rom. 1638. fol. Inter Pontifices primum Bonifacium VIII. [17] insignibus vsum esse obseruatum est. Insignia vrbium quae γνωρίσματα τῶν πόλεων vocat Procopius lib. 4. Gothicorum, memorat Antigonus Carystius c. 15. memorab. Atque de eiusmodi insigni Casaubonus in Casaubonianis p. 141. intelligit, quod Imperator Hadrianus super Aeliae portam iussit suis foetae poni simulacrum, teste Eusebio in Chron. Baronii ad A. C. 137. Regum Assyriorum insigne fuit columba, vide interpretes ad Ier. XXV, 38. et Pinedo ad Stephanum Byz. p. 584. Plinius VIII, 42. notat, Bucephalum Alexandri vocatum esse siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis, armo impressi. Catalogum plerorumque omnium scriptorum, qui de Arte Heraldica Latine, Gallice, Italice, Anglice scripserunt, Oxoniae 1674. 4. vulgauit Agora quidam, cui etiam praeter illos quos memorat Carolus Arndius in Bibl. Politico Heraldica, Rostoch. 1705. 8. vulgata, multi ab illo praecipue tempore editi adiungi possent, quorum insignem numerum deprehendes in Lengleti du Fresnoy catalogo scriptorum, quem methodo historiae suae suffixit sect. 58. ex editione Lipsiensi Menkeniana, sed quum institutum nostrum alio nos vocet, hic capiti praesenti finem imponimus.

[16] Vide illas in *Armes* et *Herault*. De tempore autem quo torneamenta siue Ludi equestres frequentari coeperunt, saeculo X. post Christum natum, vide memorias Treuoltinas A. 1706. pag. 1597 sq. Tum primum coepisse vsurpari arbitraria et vaga, deinde fixa notat Papebrochius tom. 2. Actor. Sanct. Iunii pag. 561. Ast Celsus Cittadinus in libro, *dell' Antichita delle Armi Gentilizie*, qui post mortem eius cum notis editus est a Ioanne Guilielmo Carli Luccae 1741. 8. insignia haereditaria iam apud Graecos Romanosque in vsu fuisse perhibet.

[17] Menagiana tomo 2. pag. 202.

CAP.

CAPVT XIX.

De conuiuiis et re cibaria veterum.

Scriptores generales de hoc argumento. 1. *De modo accumbendi ad menſam vel aſſidendi.* 2. *De coenaculis, menſis, lectis, poculis, patinis etc.* 3. *De tempore cibi capiendi.* 4. *De variis potus generibus.* 5. *De cibis omnis et conuiuiis varii generis* 6. *De variis ad menſam ritibus et de diribitoribus aliisque qui ad menſam operam ſuam conferebant.* 7. *De abſtinentia, frugalitate et luxu.* 8. *Sacra menſa et hoſpitii.* 9.

I.

Ad conuiuia veterum et vniuerſam rem cibariam rectius intelligendam faciunt inprimis *Ioſephi Laurentii* collectanea conuiualia, ſecundum ordinem litterarum digeſta lib. 6. Polymathiae pag. 464. ſq. *Ioan. Guilielmi Stuckii* praeſtantiſſimum opus [1] antiquitatum conuiualium, quod Tiguri primum 1582. in fol. et deinde apud Batauos inter Stuckii opera Lugd. Bat. 1695. lucem adſpexit. fol. *Andreas* quoque *Baccius* non praetereundus in opere haud vsquequaque obuio de vinis, cereuiſiis ac conuiuiis antiquorum Rom. 1586. fol. recuſo T. IX. theſauri Gronouiani p. 21. ſqq. libris VII. quorum *primo* agit de naturali vinorum hiſtoria, vinearum et vinorum cultu, cura, aſſeruatione: *libro* 2. de vinorum facultatibus et differentiis: *tertio*, de vſu et effectibus vinorum. *Libro quarto* de conuiuiis, quo inter alia pag. 196. explicat Virgilianam deſcriptionem conuiuii Didonis, quae occurrit lib. 1. Aeneidos et pag. 202. ſq. Homerum a Virgilio in deſcriptione conuiuii ſuperatum eſſe contendit. Hic liber quartus longe auctior et in V. libros diſtributus poſtea ſeparatim a Baccio editus eſt, et recuſus tomo IX. Antiquitatum Graecarum Gronouii. Ceterum vniuerſi illius quod primum dixi, operis Bacciani *liber V.* et *VI.* agit de vinis Italiae, *liber VII.* denique de vinis extra Italiam, et p. 352. ſq. de cereuiſiis et aliis potibus factitiis. *Iulii Caeſaris Bulengeri* libros IV. de conuiuiis qui primum prodiere Lugd. 1627. 8. recuſos inuenies tomo 12. Antiquitat. Roman. Graeuii, in quo etiam pag. 123. occurrunt *Erycii Puteani* reliquiae conuiuii priſci, qui libellus lucem prius adſpexerat Mediolani 1596. 4. et in eius Amoenitatibus primo loco legitur ſub titulo genialium ſermonum. Louanii 1615. 8. His addendi Potterus IV. 16.

[1] Laudat Lipſius Centur. 1. Miſc. Epiſt. 65. Vide etiam II. 26.

20. Archaeol. Tiraquellus ad Alex. ab Alex. V. 21. et Phil. Lud. Hannekenius de cura domestica Rom. pag. 72. sq. recusus T. I. thesauri Sallengriani. *Iani Cornarii* de conuiuiorum veterum Graecorum et recentium Germanorum ritibus, moribus, ac sermonibus, cum eius libello de amoris praestantia, et de Platonis ac Xenophontis dissensione prodiit Bas. 1548. 8. et a Gronouio deinde insertus tomo 9. Antiquitat. Graecarum, in quo etiam exstat *Iosephus Laurentius* de prandio et coena veterum, et *Hieron. Mercurialis* de potionibus et eduliis antiquorum, *Dauchei* dissertatio de conuiuiis veterum, inserta Memoriis Treuoltinis A. 1706. p. 480. seq. *Iosephi Quercetani* diaeteticon polyhistoricum, Franc. 1607. 4. cum eius pharmacopoea dogmaticorum restituta recusum; *Ludouici Nonii* vero Medici Antwerpiensis diaeteticon post primam editionem Anni 1633. longe locupletius lucem adspexit Antwerp. 1645. 4. et non indiligenter agit IV. libris de vniuersa re cibaria antiquorum, merito hinc laudatum a Vignolio Maruillio in limine Tomi primi miscellaneorum litterariorum et historicorum Gallice editorum. Eiusdem Nonii Ichthyophagia siue de piscium esu commentarius lucem vidit Antwerp. 1616. 8. et *Io. Erici Ostermanni* de Vet. Romanor. conuiuandi ritibus Witeb. 1649. *Christi. Gottlieb Schwarzii* dissertatio de comissationibus veterum. Altorfii 1744. *Ioach. Tesch* dissertatio de conuiuiis Romanorum aliorumque. Aboae 1705. 8. *Georg. Wilh. Frider. Schrammii* commentatio de coena frugali a Plinio lib. I. ep. 15. descripta. Ien. 1746. *Mureti* liber Gallicus, *Dissertation sur les festins des anciens Grecs & Romains, & sur les Ceremonies, qui s'y pratiquoient.* Parisiis 1682. 12. et Hagae Comitum 1715. 12. *Ioannis* quoque *Manelphi* coena Romana siue vrbana victus ratio huc spectat edita Rom. 1650. et ex antiquis *Apicii Coelii* Latini scriptoris de opsoniis et condimentis siue arte coquinaria libri decem, et curiosissimum opus Naucratitae Grammatici Graeci *Athenaei*, quod sub dipnosophisticon nomine notum est, et Latine versum a Natali Comite melius longe etsi non vsquequaque feliciter a Iacobo Dalechampio, denique eruditissimo Is. Casauboni commentario illustratum. Ex hoc Athenaeo a quo perdita Archestrati, Hegemonis, Matreae, Numenii et Timachidae de conuiuiis scripta commemorantur *Stephanus Niger* deriuauit Musonium suum siue opus de nimio vitae luxu atque nimia opsoniorum appetentia. Basil. 1532. 4. et tomo VIII. thesauri Gronov. De conuiuio tempestiuo et intempestiuo, quo intelligitur conuiuium vltra tempus vel in noctem protractum, vt Ferrarius II, 23. Electorum docet, vide Lipsium excursu A. ad Taciti Annales, Salmasium ad Vopisci Florian. 6. p. 631. sqq. et Aldi Manutii dissertationem Tomo primo thesauri Sallengriani p. 801. Quam largiter Deus non vsui solum ac necessitati consuluerit, sed varietati etiam et

copiae

copiae esculentorum ac poculentorum prospexerit vbique, docere potest Thomas Bartholinus dissertatione sexta et septima de medica domestica Danorum, quibus victum potumque domesticum eorum exponit. De sacris epulis peracto sacrificio fieri solitis praeter Stuckium videndus *Iac. Gutherius* IV. 23. de iure veteri Pontificio tomo 5. Graev. et *Rudolphus Cudworthus* in libro edito Anglice de genuina notione S. Coenae Dominicae. Lond. 1642. 4. et 1676. fol. *Spencerus* III. 1. de legibus Hebr. cap. 7. *Lakemackerus* Antiq. Graec. sacr. p. 384. *Potterus* Archaeol. Graec. lib. 2. cap. 4. *Saubertus* de sacrificiis c. 26. *Samuel Kripnerus* in dissert. de esca idolis immolatorum. Ienae 1720. p. 21. sqq. et Waltherus in der Historie der heidnischen Opfermähler, Parthenopoli 1726. 4. De conuiuiis in sacrorum religiosorum ac scholasticorum munerum susceptione; *Stuckius* lib. 1. c. 18. Antiquitatum Conuiualium: et cap. 20. vbi de epulis inauguralibus Magistratuum Principumque. De conuiuiis eruditorum exstat schediasma Georgii Henr. Goetzii. Lubecae 1716. De victu et conuiuiis veterum Germanorum videndus Philippus Cluuerius Germaniae Antiquae lib. 1. cap. 17. pag. 121. sq. et Ioan. Keyslerus Antiquit. septentr. p. 321. De veterum Borussorum conuiuiis vide Acta Borussica T. 3. p. 456. sqq. De veterum Batauorum Cornelii van Alkemade et Petri van der Schelling Nederlandsche Displegtisheden. Roterodami 1732. 8. Voll. 2. De veterum Hebraeorum cibis & conuiuiis *Leydeckerus* XII. 7. de Rep. Hebr. *Augustinus Calmetus* diss. 3. praemissa commentario ad Ecclesiasticum, Paris. 1714. 4. *Cherubinus a S. Iosepho* T. 2. apparatus Biblici p. 174. sqq. *Martinus Geierus* in dissertatione de veterum Hebraeorum ratione coenandi. Lipsiae 1639. inter Opuscula Geieri, quae Francof. 1690. 8. edita sunt, omissa, et digna, quae ab obliuione vindicetur. *Ioan. Buxtorfius* in dissertatione, varias quaestiones ad antiquitates conuiuales veterum Hebraeorum pertinentes continente, quae inter eius dissertationes Basil. 1725. 8. emissas, quinta est, et *Clemens Thelaeus* in dissert. de symposiis veterum, cum primis Hebraeorum, Aboae 1695. 8. et ex Iudaeis R. *Bechai* in libro *Schulchan Arba*, de quo Celeberrimus Io. Christoph. Wolfius Bibl. Hebr. Vol. 1. p. 233. De coronis conuiualibus veterum Hebraeorum agit Ioan. Henr. Maius lib. 3. obseru. sacr. p. 126. sq. edit. secundae. De vnctionibus veterum Hebraeorum conuiualibus singularem dissertationem edidit Christ. Guil. Franc. Walchius. Ienae 1751. Diuersa sacra qui colerent iis communi conuiuio vti nefas fuit. Vide interpretes ad Genes. XLIII, 32. Dan. I, 8. et Io. IV, 9. In synodo Epauaensi A. C. 517. can. 15. et apud Agobardum T. XIV. Bibl. Patrum p. 265. H. Clericus superioris loci si conuiuio haeretici interfuerit clerici cuiuscunque, *annuo spatio pacem non habeat: quod iuniores clerici si praesumserunt, vapulabunt.* A

Iudaeorum conuiuiis etiam Laici arcentur. Vide plura in hanc rem apud Agobardum in libro de ſuperſtitionibus Iudaeorum.

II. Apud vetuſtiſſimas gentes et antiquiſſimis temporibus non minus ſedendi mos[2] ad menſam obtinuit, quam accumbendi. Vide Interpretes ad Geneſ. XLIII, 33. 1. Samuel. XX, 25. Grotium ad Matth. XXVI, 20. et ad 1 Corinth. VIII, 10. Henricum Hammondum ad Matth. VIII, 11. Stuckium II, 34. antiqu. Conuiual. Bonifacium in Hiſtoria ludicra lib. 7. cap. 26. B Sebaſt. Schmidium de Paſchate p. 98 ſq. p. 221, 237, 238, 242 et 409. Suiceri theſaurum et Cangium in ἀκούβιτον et ἀκουμβίζειν. Ezech. Spanhemium ad Iuliani Caeſares p. 330. Nicol. Abramum ad Nonnum p. 59 ſqq. et vetus marmor apud Montfauconum T. V. ſupplementi tab. X. Propriam obſeruationem in Herculis ſacris notat Macrobius III, 6. Saturnal. epulari ſedentes. Scipio Aemilianus, cui Numantini deinde cognomen, teſte Appiano in Ibericis p 517. in exercitu ſuo *κλίναι τε ἀπεῖπεν ἔχειν, καὶ πρῶτος ἐπὶ στιβάδων ἀνεπαύετο.* De ſtatione in agno Paſchali edendo praeter Interpretes ad Exod. XII, 11. et Matth. XXVI, 20. videndus Franciſcus Burmannus Parte II. Exerc. p. 383 ſq. Non ſemper tamen illam obtinuiſſe, ſed accubitum quoque deinceps tamquam ſignum ſecurae libertatis, poſt Ioſuae tempora adhibitum eſſe, multi ſentiunt: confer Scaligerum de emendatione temporum p. 570. edit. vltimae. Rev. Daſſouii diſſertationem de accubitu veterum Hebraeorum ad agnum paſchalem. Witteb. 1698. et Frid. Adolph. Lampium ad Ioan. XIII, 23. T. III. commentarii in Ioan. p. 58. Apud antiquiſſimos Graecos, vt ex Homero conſtat, non accumbebant in tricliniis, ſed in δίφροις, θρόνοις, κλισμοῖς, ſiue ſellis ad menſam inſidebant, ut notauit Ez. Spanhemius ad Iuliani Caeſares p. 11 et 300. et ad Callimachum p. 229 ſeq. Apud Romanos militibus in uſu fuit ſtantibus cibum capere. Vide Valeſium ad Ammianum Marcellinum XXV, 4. pag. 423. edit. Pariſienſis in Fol. Ceteri teſte Varrone, Seruio, Iſidoro, primum aſſederunt menſae, poſtea deuicta Graecia accubuerunt, luxuriae ita magis litantes. Adde Octauii Rubei memorias Brixianas Italice editas p. 10 ſeq edit. ſecundae A. 1693. 4. Ioſephum Laurentium lib. 1. Polymathiae diſſ. 8. et Aldum Manutium de accumbendi et comedendi ratione, Tomo I. theſauri Sallengriani p. 799. Soliari coenabant ſedentes, puluinari cubantes. Vide Wowerium p. 484. ad Sidonium, vbi de ſtragulis lectorum conuiualium. De modo et ordine accumbendi apud Veteres, de forma menſarum et trium lectorum, unde *triclinio* nomen, introductique in eorum locum Stibadii, quod in modum

[2] Sic adoraturi ſedebant, vide Triſtanum I. p. 442. etiam in epulis. Athenaeus VIII. pag. 363. F.

dum *Sigmatis*[3] ſemirotundi excurrebat, videndus Salmaſius ad Solinum pag. 1255. (886. edit. Vltraiectinae) et ad Hiſtoriam Auguſtam tomo 1. pag. 832 ſeq. Imagines veteres apud Lambecium lib. 2. pag. 1009. lib. 3. comment. de Bibliotheca Vindobonenſi poſt pag. 10. et lib. 4. pag. 309 ſeq. et Dan. Neſſelium in epitome Lambecii Parte I. pag. 88. Hier. Mercurialem in arte Gymnaſtica lib. 1. cap. 11. edit. Amſtelod. et quae Zornius ad eum annotauit in bibliotheca antiquario exegetica p. 536 ſqq. Pet. Aringhum Romae ſubterraneae IV, 14, VI, 27. tomo 2. pag. 36 et 313. Sirmondum tomo 4. Opp. pag. 665. Vitruuium Io. Laetii ad VI, 5. fol. 110 ſeq. Ciacconium de triclinio, et Fuluium Vrſinum in appendice ad Ciacconium: Rom. 1588. 8. et Amſt. 1689. 12. Pignorium lib. de ſeruis pag. 194 et 156. Balduinum de calceo pag. 260. Nigronum de caliga p. 81. vide etiam Lipſium Centur. I. Miſcell. Epiſt. 65. Villalpandum ad Ezechielem tom. 1. p. 290. Camillum Siluestrum ad Iuuenalis Sat. 2. verſ. 120. Colomeſii obſeruationes ſacras ad Ioann. XIII, 23. Baccium de vinis p. 146 ſq. Octauium Ferrarium II. 4. electorum, ubi Iacobi Sirmondi ſententiam notis ad Sidonium expoſitam expendit. Ephemerides Gallicas Pariſienſes anni 1694. pag. 588. Suidam in σκιμαλίσω, Weitzium ad Copam pag 31. Petri Appiani Inſcriptiones antiquas p. ccccxxxv. ſqq. et Montfauconum T. 3. ſupplementi tab. 27. p. 65 ſq. Locus dexter honoratior fuit ſiniſtro tam apud Hebraeos, quam apud Graecos Romanosque, vide Franc. Gomari Opera II. p. 61. Turnebum Aduerſar. XIV, 24 XVIII, 29. Lipſium elector. II, 2. et epiſt. cent. III, 90. Nicol. Alemannum in libro de dextra et laeua. S. Bouſſaci noctes theologic. diſſ. 19. pag. 251 ſqq. Sirmondum ad Sidonium T. I. Opp. p. 274-279. adde p. 871 ſq. et 1205. et T. 4. p. 665 ſq. Ern. Gerh. Sincii disquiſit. de honoratiore loco. Roſt. 1685. 4. Ioan. Chriſt. Einigk diſſ. de manu dextra honoratiore. Lipſ. 1707. Heineccium p. 145 ſq de ſigillis, vbi de eo, quod Paullus dextrum Petrus ſiniſtrum locum in bullis occupat Papalibus, atque in numo Leonis X. Bonannum de numis Pontificum T. I. p. 174 ſqq. Theophil Raynaudum in heteroclitis ſpiritualibus p. 424 ſqq. Chr. Franc. Paullini tractatum de dextra, in amoenitatibus hiſtorico iuridicis Frid. Wilh. Piſtorii. Norimb. 1731. 4. Siniſter locus apud Perſas honoratior, vt ex Xenophonte lib. 8. Cyropaed. notauit Valeſius ad Ammianum XVIII, 6. p. 200.

III. Triclinium, coenaculum, diaetam (ſiue Zaetam, ut alii vocant) deſcribunt iam laudati Ciacconius[4] et F. Vrſinus, itemque Hieronymus Mercuria-

[3] Iuretus ad Paullini lib. 3. de vita S. Martini p. 895. Tomo VIII. Bibl. Patrum.

[4] Ciacconii liber vna cum Fuluii Vrſini appendice et Hieron. Mercurialis diſſertatione de accubitus in coena origine recuſus eſt Lipſiae 1758. 12.

curialis, quibus addes Io Bapt. Casalium de tricliniis, conuiuiis, hospitalitate et tesseris, (de quibus [5] etiam praeclare scripsit Iacobus Philippus Thomasinus) Iosephi item Laurentii collectanea de conuiuiis, hospitalitate, tesseris, et strenis, quae ex eius Polymathia, vt Casalii ex ipsius opere de ritibus veterum decerpta leguntur in tom. 9. Antiquitatum Graecarum Gronouii. Philandrum ad Vitruuium lib. 6. cap. 5. Baldi lexicon Vitruuianum p. 18. Stuckium antiquit. coniuual. 11, 14. p. 285 sq. Velseri epistolam de zeta siue diaeta, T. III. supplem. Poleni pag. 1315 sqq. De mensis, lecticis, lectis, et poculis veterum post Stuckium Antiqv. Conuiv. II, 16 sq. et 34. quatuor diss. egit Vir Clariss. Theodorus Iansonius ab Almelooveen, quae prodierunt Harderouici A. 1701. 4. De lectis et lecticis Ioannes Alstorphius quas sub Ameloueenio defensitauerat dissertationes in libri modum auctas edidit Amst. 1704. 12. in quibus cap. vltimo p. 168 sqq. etiam disserit de lectisterniis Deorum, siue epulis, quibus dii colebantur, de quibus plures scriptores habes apud Iarkium p. 98. ad Schedium. De lectis conferatur etiam Octav. Ferrarius II, 26. vbi de capite aselli coronato posito in fronte lectorum triclinarium. De lecticis veterum lucubratoriis exstat dissertatio Ioan. Iac. Rhodii, Regiomonte 1714. adde Caroli Christiani Schrammii Abhandlung der Porte-chaises oder Tragesänften. Norimb. 1737. fol. De lecticis etiam nonnulla Scacchus III. Myrothec. c. 28 sq. Vsus lecticarum est a Bithynis repetendus, vide Isaac. Vossium ad Catullum p. 24 sq. Huetium ad Manil. III, 127. et in Huetianis p. 265 sq De lectis militaribus et sisyris siue sisurris Valesius ad Ammianum XVI, 5. p. 115. Lecti ex plumis anserum, Alexander Trallianus IX. p. 537. De mensis conferenda sunt quae praeclare notat Octauius Ferrarius II, 9. et maxime 17. electorum, qui c. 18. agit etiam de repositoriis ciborum apud veteres vsitatis, de quibus videatur etiam Plinius XXIII, 11. De lectis, sellis curulibus, cathedris sedilibusque veterum *θρόνοις, κλισμοῖς, δίφροις* Athenaeus V. p. 192. Lipsius electis lib. 1. cap. 17 et 19. Samuel Schuridius in cathedrologia. Quedlinb. 1690. Ioan. Andr. Schmidius de cathedris doctorum. Ienae 1687. et Valerius Chimentellius opere de honore bisellii, quod ex edit. Bononiensi A. 1666. 4. recusum exstat tomo VII. thesauri Graeuiani. Idem Chimentellus Ioannis Baptistae Donii ineditam de scabellis diatriben commemorat, de quibus agit etiam Aldus Manutius tomo 4. lampadis artium Gruterianae p. 300. quemadmodum de lectulis coenatoriis eorumque stragulis ac culcitis Baccius in opere de vinis pag. 137 seq. et Sigonius ad Liuium 39, 6. De stragulis vestibus, in quibus sannam capiebant, confer Bibl. Bremens. T. 4. p. 760. vbi etiam laudantur Alstorphius lib.

[5] Vide supra cap. XVII, 4.

lib. cit. c. 8 et 15. Raderus ad Martial. II, 14. Marcellus Donatus dilucidat. ad Liuium p. 74 sq. Io. Nicolai de substratione et oppignoratione vestium c. 9. § 4. Grapaldus in onomastico aedium lib. 2. p. 280. Meursius de luxu Rom. c. 10. De puluinis non capiti modo, sed cubitis quoque suppositis Nouarinus T. 2. adag. sacr. 176. Folles pro accubitis et anacliteriis pilo vel pluma fartis. Wowerius pag. 475. ad Sidonium. Casauboni affectus de veterum lectis et stragula veste commentarius lucem nunquam vidit, in quo auctor doctissimus testatur se pluribus egisse de χαμευνίᾳ et σκληροκοιτίᾳ, notis ad Capitolini Antoninum tomo 1. p. 293. De mensis delphicis, monopodiis, abacisque ex quibus vina ministrabantur, vide quae notant viri docti ad Alexandrum ab Alexandro lib. 1. c. 19. et Philippus Rubenius lib. 1. elector. cap. 34. De mensa Solis (offene Tafel) apud Aethiopes, ad quam accedere cuilibet fas erat et epulari, Herodotus III, 18. et G. Nicolaus Kriegk in singulari diss. Ienae 1703. De Ahasueri Regis Persarum pretiosis lectis stragulisque agunt interpretes ad Esther. I, 6. Zornius Biblioth. antiquarioexeget. p. 552. et Franc. Wokenius in dissert. de Estherae cum Ahasuero coniugio. Witeb. 1729. Quod autem eodem loco pauimentum smaragdino et Pario lapide stratum fuisse legitur, hinc Musiuorum Operum originem e Persia repetit Ioannes Ciampinus in Parte I. veterum monumentorum cap. 10. De more in rosis siue puluillis rosa fartis cubandi I. F. Gronouius ad Senecam de vita beata cap. XI. De vasis cibariis, vinariis, poculis, Pancirollus I, 58 sq. Var. lect. Stuckius pag. 182, 202 sq. 348 sqq. Meursius de luxu cap. 7. Baysius de vasculis T. IX. thesauri Gronov. Lipsius lection. antiq. lib. 3. De vasis Hetruscis consule Montfauconium T. 3. supplem. tab. 28. p. 69 sq. De vasis populorum septentrionalium Lettres serieuses et badines T. 6. p. 384 sqq. ex Cornelio de Alkemade. De cornuum vsu pro poculis Iosephi Lanzoni diss. inserta Museo Mineruae Venetae tomo 2. p. 385 sq. vbi de more pocula praebendi. Io. Meursius notis ad Lycophronem pag. 136. edit. Oxon. Interpretes ad Caesar. de bello gallico lib. 6. cap. 28. pag. 323. edit. Oudendorp. Vrsinus analect. sacr. I, 48. Feithius antiquit. Homer. III, 2. Begerus thesaur. Bandenb. Vol. I. p. 13. Vol. III. p. 141. 240. De Germanorum atque septentrionalium populorum cornibus Olaus Wormius in fastis Danicis p. 44. atque in dissert. de aureo[6] Christiani V. Daniae Regis cornu A. 1639. prope Tunde-

[6] De eodem cornu conferantur Trogillus Arnkiel libro germanice edito Kilonii 1683. 4. Paulli Egardi cogitata itidem Germanice A. 1642. vulgata. Petri Winstrupii cornicen Danicus poema A. 1643. editum. Enwaldi Nicolai Randulfi tuba Danica. Havniae 1644. fol.

Tunderam reperto. Hafniae 1641. fol. p. 23 ſqq. Eckhartus Rer. Franc. T. I. p. 429. Keyſlerus antiquitatum ſeptentrional. p. 365. Erläutertes Preußen T. I. p. 641. De Germanorum gentilium conſuetudine deorum memoriam inter ſcyphos renouandi vide Godofr. Schutzii Exercitat. ad Germ. ſacr. gentilem facientium penultimam.

IV. Perſas μονοσιτεῖν, ſiue ſemel tantum per diem, idque ſub coenae tempus cibum capere ſolitos ex Herodoti VII, 120. et Xenophontis Cyropaedia VIII. p. 240. aliisque docet Stanleius ad Aeſchylum pag. 767. quanquam Ammiano teſte XXIII. ult. p. 383. ed. Pariſ. *Perſae* (de longe iuniore aetate loquitur) *quando volunt, cibum capiunt, venter illis ſolarium eſt.* Sauromatas tertio quoque die cibum capientes memorat Plinius Hiſt. naturalis lib. 7. cap. 2. Gellius IX. 4. Graeci vno die ſaepius comedebant et Romani quoque, vide Noni diaeteticon p. 13. ſq. vbi morem illum frequentius modico cibo vtendi longe ſalubriorem eſſe contendit quam ſi quis ſemel grauiore cibo ſeſe ingurgitet. Τετράκις τῆς ἡμέρας ἐσθίων memoratur a Simplicio p. 55. in Epictetum. Confer Muretum IV, 12. variar. lectionum. Romani antiquiſſimi fere ſemel de die cibum ſumſerunt, vt oſtendit Io. Rualdus ad Plutarch. pag. 139. ſed poſtea et ipſi ſaepius vna die cibo vſi ſunt. Confer Octauium Ferrarium II. 23. electorum. Mercurialem IV. 17. Var. lect. et II. 21. Stuckium lib. 1. cap. 11. ſq. et Ioſeph. Laurentium c. 19. Polymathiae libro 4. Hinc nomina ientaculum, prandium, merenda, coena, comeſſatio. Vide Voſſii etymolog. in his vocibus: Io. Bonam p. 454. Operum. Baccium lib. 4. p. 130 ſq. Io. Baptiſtam Couturium in diſſertat. de vita priuata Roman. T. II. memor. Acad. Inſcriptionum p. 422. ſq. et e veteribus Plutarchum lib 8. ſympoſiacon cap. 6. De antecoenio priſcis vſitato propomateque ſiue promulſide Laurentius

fol. Thomas Bartholinus de vnicornu p. 149. Fortunius Licetus de annulis veterum cap. 40. Acta Erud. 1704. p. 333 ſqq. Nic. Petri Sibbern bibliotheca hiſtorica Danico-norwegica c. 12. p. 337. De altero cornu Oldenburgico, quod comiti Ottoni A. C. 989. virgo obtulit, Hamelmannus et Winkelmannus in chronico Oldenburgico, monatliche Unterredungen A. 1694. p. 491 ſq. A. 1696. p. 595 et 898 ſq. ex Oligeri Iacobaei muſeo Regio Danico p. 159 vbi etiam de cornu Tunderenſi. Neocori bibliotheca nouorum librorum A. 1697. p. 107. Balthaſar Becker mund. faſcinat. IV, 17. p. 147. Erdmannus Vhſenius im gelehrten Critico T. I. quaeſt. 12. Happelii relationes curioſae T. I. p. 38. Exhibet etiam illud Ioan. Conr. Knauth in Saxonia veteri et noua p. 314. De alio cornu eiuſcemodi Olaus Wormius in muſeo p. 379. ſed quod potius tubam ex ebore ſcite elaboratam exhibet. De alio Philippus Bonanni in muſeo Kircheriano p. 281. 299. De alio cornu antiquo Noua litteraria maris Balthici A. 1701. p. 69 ſq. Vide etiam, ſi lubet, Bartholinum p. 243 ſq. de medicina Danorum, et quae de cornu Alexandro Regi oblato Ioan. Stobaeus eclog. phyſic. pag. 130.

tius lib. 1. Polymathiae diff. 7. de prandio diff. 8. Imponenda veteribus, Festo teste, dicta quae post coenam mensis imponebantur. In Italia et Sicilia bis per diem cibo impleri solitos homines Platonis testimonio constat Epist. 7. ad Dionis amicos, qui mos etiam apud Iudaeos et plurimas alias gentes obtinuit, ita tamen vt apud Hebraeos, Graecos et Romanos legitimum ac praecipuum esset cibi tempus *coena*. Monachi semel, nec ante nonam, (tertiam meridianam) cibum capiebant. Vide Rosweidi Onomasticon ad vitas Patrum verbo nona hora, Cangii glossarium in ἐννατίζειν, et Possinum ad Pachymerem T. 2. p. 476. 631. De more portiones ciborum aequales conuiuis distribuendi, vnde ipsum *iuris* vocabulum pro aequo vsurpari coepit, vide Suidam in δαιτὴ et δαιτρός. Partes conuiuis dabantur pro illorum dignitate vel voluntate Conuiuatoris praestantiores aut duplae vel quadruplae. Vide Io. Henrici Maii, filii, obseruationes sacras lib. 2. p. 36. sq.

V. *Dapes* proprie dicebantur Deorum, *epulae* vero hominum, vt docet Georgius Henr. Vrsinus in obseruat. Philologicis cap. 6. et Seruius ad Virgil. Aeneid. III, 323. Quae vero sententia haudquaquam sese probauit Georg. Christ. Taubnero, in indice historicophilologico in fastos Ouidii, Lipsiae 1749. 8. p. 245. voce Daps ostendenti, dapem dici de omni generatim ciborum apparatu largiore et sumtuosiore. Epulae primum dabantur ab Imperatoribus re feliciter gesta, deinde ab iis, qui palmas ludorum retulissent, denique in dedicationibus, docente Mazocchio in commentario cap. 3. Vulgatus quoque mos fuit Diis in coena libare, de quo Baccius p. 192. De phialis libatoriis consule Bourdelotium ad Heliodorum p. 49. et Wowerum ad Sidonium p. 459. De potibus sacrae paginae dissertationem edidit Ioach. Iustus Rau, Ienae 1733. De vinis eiusque usu et abusu Adriani Turnebi liber recusus exstat ad calcem libri Meibomiani de cereuisiis, et tom. 9. Antiquitat. Graec. Gronouii. Praeter Baccium, Noniumque et alios medicos hoc argumentum tractantes, in praesenti tantum notabo Vina antiqua Consulum nominibus adscriptis commendata, vt notat Barthius tom. 1. ad Statium p. 398. Vinum etiam fumariis superpositum fumoque reconditum, vt ita exsiccatum et cruditatibus liberatum, firmius fieret et per plures annos integrum permaneret, quod fumosum salernum dicitur Tibullo lib. 2. elegia 1. Meminit etiam Horatius, ad quem conferes vbi lubebit Lambinum tomo 1. pag. 242. et tomo 2. pag. 184. vbi de vuis fumo duratis, Baccium lib. 1. de naturali vinorum historia cap. 16. Crenium lib. 10. animaduers. pag. 58. sq. Mercurialem in variis lect. qui et alia de vinorum vsu apud veteres, eorum refrigeratione, percolatione etc. praeclara annotauit, et lib. 1. cap. 15. agit de Pithoe-

giis siue vinaliis festis. Videndus etiam Remb. Dodonaeus in historia vitis vinique, et de saccatis vinis Rhodius ad Scribonium p. 196. sq et Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 1088. Saccata vina etiam memorantur apud Agobardum de priuilegio et iure sacerdotii T. XIV. Bibl. Patrum p. 269. D. De vino capparino Buxtorfius Lex. Talmudic. p. 2098. Vini adusti siue spiritus vini, de cuius inuento atque antiquitate consulendus Gottlieb Sam. Treuer in annalibus Academiae Helmstad. semestri IX. p. 163. sqq. et Ioan. Philippus Burggrauius in notis ad Conringium de habitus corpor. Germ. caussis § 86. repertor Raymundus Lullus. *Siceram* Hebraeo sermone vocarunt μέθυσμα quodcunque siue potionem quae inebriare potest, vt notat Methodius apud Photium Cod. 237. licet Andreas Schottus Isidorum, Hesychium, Zonaramque sequutus, verba: μετὰ τὸν οἶνον τὸν ἐξ ἀμπέλων ambigue vertat: *Sicera est quicquid extra vinum e vite expressum inebriat.* Sane Hieronymus Epist. 2. docet ea voce comprehendi omnem potionem quae inebriare potest, itaque non tantum hydromeli, Oenomeli cereuisiarum omne genus, vinum expressum ex aliarum arborum fructibus, pomorum, pirorum et palmarum, [7] sed et vinum expressum ex vuis, licet hoc exceptum velit Meibomius lib. de cereuisia cap. 3. et veteres quidam hoc facere videantur, vt Nazianzenus Orat. 14. p. 230 οὐκ ἀπὸ σικέρας οὐδ' ἀπὸ οἴνου. Adde Crodogandi regulam Canonicorum a Luca Dacherio tomo 1. spicilegii editam cap. 62. Interpretes ad Leuit. X. 19. Luc. I. 15. Abrah. Scultetum lib. 1. exercitationum Euangelicarum cap. 16. Menagii Orig. Gallicas in *cidre.* Leydeckerum de Rep. Hebr. tomo 1. p. 677. Stuckium III. 9. Antiqu. Conuiual. Meursium IV. 25. Misc. animaduersion. parte 2. exercit. critic. p. 240. et Io. Rud. Kieslingii commentat. de sicera in vsu sacrae coenae non admittenda. Lipf. 1745. 4. §. VIII. p. 18 sq. De pomaceo (Cidre) potus genere ex pomis, in Anglia et Gallia vsitato, vide scripta Iuliani Paulmier, Ioan. Worlidge, Ioan. Evelyn, et Io. Baptistae du Bois, de quibus Journal des Savans 1725. mense Septembri p. 342. Huetii origines Cadomenses cap. 10. qui nec antiquis ignotum fuisse ostendit, et elegans Ioannis Philips Poema, the Cyder. De *dodra* notae ad Ausonii Epigr. 85. et 86. De *celia* Boxhornius Epist. p. 292. sq. Adrianus Iunius II. 12. animaduers. Lindebrog. ad Ammian. 26. 8. pag. 63. seq. μελίτιον potus e quercu. Theophrastus VI. 15. de caussis plantarum. Plutarch Coriolano f. 214. *Coctia* Gregorii Tur. *Decocta* Neronis vide Cerdam p. 427. Aduersar. S. De cereuisiae vsu et vnde ita dicta, quae Aegyptiorum Zythus, זיתום in Mishna tomo 2. p. 142. οἶνος ἐκ κριθέων, Herodot.

[7] Secundum Theophilum Antiochenum initio allegor. in Lucam, proprie *sicera est succus dactyli.* Confer Clariss. Relandum parte 2. diss. Miscell. pag. 301.

rodot. II, 77. Petr. Petitus p. 32. ad Aretaeum. Hispanorum celia siue ceria, aliis curmi, cedrelea, brythum, biera, hala (hodie Suecis Oely) Sabaia (Pannoniorum vide Vales. ad Ammian. 26. 8.) camum, sidra etc. Vide Adrianum Iunium historiae Batauae cap. 15, Vossium de vitiis sermonis latini p. 7. et in Etymologico, Christoph. Colerum c. 10. Parergon, Martin. Schoockium et Baccium de cereuisiis antiquorum supra iam laudatum, Remberti Dodonaei Epistolas, frugum historiae subiunctas Antwerp. 1552. 8. Io. Henr. Meibomii librum [8] de cereuisiis potibusque et ebriaminibus extra vinum aliis, editum Helmst. 1666. 1671. 1688. 4. Lindenbrogii et Cangii glossaria in *cereuisia.* Menagii origines Gallicas, in vocabulo *biere* et *cervoise:* Georg. Casp. Kirchmaieri diss. de vet. Celtarum Celia, Oelia et Zytho. Witeb. 1695. Iosephi Lanzoni epistolam sopra il bera degli antichi, Tomo IV. epistolarum Bulifornii. Neapoli 1698. God. Guil. Leibnitii collectanea etymologica, p. 112. Reinesium var. lection. p. 484. Io. Schreyeri ternum fluidum magnum, seu naturam aquae, vini, cereuisiae. Cizae 1687. 8. Conringium de habitus corporum German. caussis § 47. p. 209. sqq. edit. Io. Phil. Burggrauii. Lupuli vsus in cereuisia priscis fuit ignotus. Confer Conringium lib. cit. p. 78. sq. et 106. Idem pag. 108. Iuliani epigramma in cereuisiam interpretatur. De Mumma Brunsuicensi egerunt Franc. Ern. Bruckmannus in der Beschreibung der Braunschweigischen Mumme, Brunsw. 1723. et 1725. 4. et Io. Conr. Knauth in Saxonia veteri et noua p. 194. sq. De cereuisia, quae vulgo Duckstein dicitur, id. ibid. p. 203. et idem Bruckmannus in relatione physico-medica de hac cereuisia, Helmst. 1722. 4. quae deinde germanice versa Beschreibung des fürtrefflichen Weitzenbiers, Duckstein genannt. Brunsw. 1723. 4. prodiit. De Breyhano id. Knauthius ibid. p. 262. De cereuisia Numburgensi Iac. Wolfius singulari dissert. Ienae 1684. De mulso siue medone Bartholinus dissert. 7. de medicina Danorum, et Keyslerus antiquitat. septentrional. p. 150. sqq. De Russorum *Braga* Strahlenbergius in descriptione Russiae, Holmiae 1730. 4. p. 334. de *Ariki* p. 319. de *Cumisse* ibid. et p. 376. et de potu ex corruptis piscibus p. 389. 435. Catalogum omnium potus generum, quae olim in vsu fuerunt et adhuc sunt per totum terrarum orbem laudatus Bruckmannus edidit Helmstad. 1722. 4. De calidae potu veteribus frequentato et in deliciis habito videbis Lipsium in electis lib. 1. cap. 4. Freinshemii libellum singularem de hoc argumento Argentorat. 1636. 8. et tomo IX. Gronov. Antonii Persii tractatum italice editum *Del bever caldo, costumato degli antichi Romani.* Venetiis 1593. 8. Georgii Christiani Gebaueri librum singularem de caldae et caldi apud veteres potu. Lipsiae 1721. 8. et Octauium

[8] Philosophical Transactions num. 69.

Ferrarium I. 12. elector. seq. vbi refellit Mercurialem qui I. 8. Variar. veteres calida vſos perinde, vt Andreas Baccius male negauerat. Agit ibidem Mercurialis de more veterum vina et aquam refrigerandi, de quo videatur quoque Secundus Lancellottus in ſuo Oggidi T. 1. p. 209. et Thomas Bartholinus de vſu niuis medico, cap. 14. vbi quoque de more aquam potandi rigentem de niue, de quo etiam Meurſius ſpicileg. Theocrit. p. 56. ſq. Idem Mercurialis cap. 7. agit de vino per muſtum vel lixiuium vel tortiuum recentato, et II. 13. de condituris vinorum. Adde Stuckium III. 6. ſq. Antiqu. Conuiual. et Vincentium Butium de potu calido, frigido et temperato, Rom. 1635. et T. XII. Graev. De potu frigidae et intrito (Kalteſchale) D. Wilhelmi Huldrici Waldſchmidii, Medici Kilon. diſſertatio, A. 1712.

VI. De variis *panum* generibus agit Henricus Nicolai tractatu de pane, Dantiſci 1651. 4. Ioſephus Quercetanus in Diaetetico Polyhiſtorico, Io. Sigismundus Elsholtius in Diaetetico Germanice edito Berolin. 1682. 4. pag. 94. ſeq. Bonifacius lib. 9. hiſtoriae ludicrae cap. 5. ſq. Ioachimus Strupp in Sitopotiamatechnica ſiue de modo panem et potum ex variis rebus praeparandi, Francof. 1574. 4. Georg. Gottlieb Pitſchmannus in libro Germanice edito Lipſ. 1700. 8. de ſimila ſiue farina ſimiliari, quae in Sileſiae loco quodam e terra enata fuerat, pag. 23. ſq. 69. ſq. et 103. Thomas Bartholinus Centur. VI. hiſt. 16. et de medicina Danorum pag. 303. 304. vbi de placentis Norwagicis ex abietis corticibus, et Io. Philip. Burggrauius ad Conringium de habitus corpor. Germ. cauſſis p. 294. ſqq. Petri Cellenſis liber de panibus, Pariſ. 1600. 8. p. 279. operum et T. 23. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 746. ſq. plenus eſt myſticis expoſitionibus omnis generis, quorum in ſacris litteris fit mentio. Aegyptiis panes, qui per annum incorrupti ſeruantur. Athanaſius in vita S. Antonii c. 12. T. 1. p. 806. Panis apud Mauruſios non fit, neque vinum neque oleum, ſed far et hordeum immaturum, vt irrationabilia animalia comedunt. Hiſtoria miſcella XVI. 9. De pane cinericio et modo eum praeparandi Bochartus tomo 1. hieroz. p. 326. ſq. Clericus ad Geneſ. XVIII, 6. et Ioan. Aug. Bonitius in diſſert. de ἐγκρυφίαις ſiue pane ſub cineribus cocto. Lipſ. 1720. Ναστὸς placenta fuit mellita. Vide Ezech. Spanhemium ad Ariſtophanis Plutum v. 1143. οἰνοῦττα placenta vino et melle ſubacta, Id. ad v. 1122. De pane biscocto ſiue paxamatico, a Paxamo quodam (Cerda c. XVIII. Aduerſar.) qui in vſum militum illud inuenit, panem naualem vocat Plinius Valerianus V. 1. Henelius cap. 45. otii Vratislav. Barthius 36. 19. Aduerſariorum, et pag. 247. ad Guilielm. Britonem. Alteſerra lib. V. Aſceticon cap. II. Cangius vtroque Gloſſario in *Paxamat.* Vincentius Conta-

Contarenus cap. 19. variar. lectionum. De quadra panis siue more panes quadrifida decussatos incisione coquendi, vt hodieque fit in durioribus panibus rotundis apud Suecos, vide Weitzium ad Moretum pag. 93. sq. Panis subcinericii prunis et cineribus cooperti et crucibus signati ita, vt per quadras quatuorpartiti viderentur, meminit Gregorius M. lib. 1. Dialog. cap. 11. De panico vetere vide Dionysium Vossium ad Caesarem de bello ciuili II. 22. De pane ex arboribus Sagu Christoph. Arnoldus itinerarii pag. 1026. sq. Strahlenbergius p. 377. De pane ex nucibus Valuasor. T. 1. der Ehre des Herzogthums Crain p. 351. De pane ἀγοραίῳ Stephanus Berglerus ad Alciphronem p. 82. sq. De *colybis* siue colyphiis Graecorum, siue frumento incocto leguminibus Baronius ad A. C. 362. n. 42. sq. Nicol. Comnenus Papadopoli in praenotionibus mystagogicis p. 137. sqq. Cangius in κόλοβον, Gabriel Seuerus Philadelphiensis p. 23. sq. et Richard. Simon in notis p. 265. sqq. Analecta Graeca p. 260. Goarus ad Euchologium p. 661. Hesychius κόλλυβα τρωγάλια. Baluzius Misc. T. 4. p. 419. De spiris pistoriis, von Bretzeln, exstat Io. Christ. Kochii commentatio. Dresdae 1733. Artopta siue artocopus apud Iuuenalem Sat. 5. panis nomen est non serui. Vide Octav. Ferrarium II. 10. elect. De ritu panem frangendi Grotius ad Actor. XXVII. 35. De *pistoribus* [9] *panariis*, *siliginariis*, *placentariis*, *dulciariis*, etc. Meursius parte 2. exercit. critic. p. 181. Wowerius ad Minutium Felicem pag. 19. Bartholinus de medicis poëtis pag. 56. sq. Pignorius in libro de seruis et Raph. Fabrettus ad columnam Traianam. Boxhornius notis ad Plutarchi quaestiones Romanas, T. V. thesauri Graeuiani p. 1048. et Sponius miscell. eruditae antiquitatis sect. 2. artic. 11. De *frumentariis* Salmasius ad Spartiani Hadrianum, Schottus ad Victorem de Caesaribus c. 39. § 44. p 414. Baluzius ad Cypriani epist. 83. Apud Graecos panem conficiebant mulieres, vide Feithium antiq. Homer. lib. 4. cap. 3. *Marcipanes*, a Marco Apicio dicti, vt notat Bonifacius lib. 9. cap. 5. historiae ludicrae. *Litteris Marzaepanis* respondere i. e. claris ac perspicuis verbis tanquam litteris vncialibus quales ad bellaria fiunt ex saccharo et polenta. Papebroch p. * 41. II. Propylaei ad Acta Sanctor. Maii, et Baccius de conuiuiis lib 2. cap. 13. *Moretum* genus edulii e caseo lacte et herbis olentibus quo rustici olim vtebantur, describitur singulari carmine Septimii Sereni, quod inter Catalecta Virgilii legitur, et a Scaligero, Lindebrogio et Weitzio illustratum est. *Maccaroni*, simile propemodum genus cibi est e caseo, butyro, farina compaginata efformatum, et Athe-

[9] Recentem vsum et rationes artis pistoriae nostra aetate, quam diligentissime exposuit auctor libri Norimbergae A. 1713. 8. editi, sub titulo Alexii Sinceri wohlbestehender Becker.

Athenaeo iam memoratum, de quo Menagius in Origg. Gallicis, vbi notat Maccarones Gallicos optime ſapere, Italicos eſſe inſipidiſſimos, vnde apud eos homines rudes et inſipidos vocant macearones, quemadmodum etiam verſus ludicri ac rudes ad riſum mouendum elaborati vocantur maccaronici, de quibus Naudaeus in dialogo, cui titulus Maſcurat, et qui id genus ſcribendi improbat Vauaſſor in libro eleganti de ludicra dictione. De *Oglia poderida* (vulgo olopaderie) agit Baccius pag. 165. de vinis. Bellaria ſaccharo condita Itali nominant *confetti* atque inde Graeci quoque recentiores *κȣφέτα*, et *κονφέττο*, vt docet Cangius in gloſſario. De *paccimadio*, quod mazae genus eſt, idem Cangius in gloſſario vtroque. Muſonius de luxu Graecor. T. VIII. theſauri Gronov. p. 2494. Bulengerus de conuiuiis T. XII. theſauri Graev. p. 137. Stuckius p. 292. Bruyerinus de re cibaria p. 333. De *butyro*, *ἔλαιος ἀπὸ γάλακτος* apud Athenaeum, exſtat ſingularis tractatus Martini Schoockii Ao. 1664. 12. cui addes Barthium LIII. 14. Aduerſariorum. Bruyerinum l. c. p. 575. ſq. Bochartum Hierozioc. P. I. pag. 315. 473. Conringium de habitu corpor. veter. Germanorum p. 63. ſqq. vbi quoque de lacte concreto et acore, et Tob. Waltheri diſſertat. de butyro. Altorfii 1743. De *caſeo* idem Schoockius, et Io. Philippus Burggrauius ad Conringii librum laudatum. Hiſtoria naturalis caſei et butyri, quam elaboraſſe laudatum Bruckmannum docet S. V. Goettenius Europae eruditae P. I. p. 667. quantum ſcio, lucem non vidit. Neque prodiit eiusdem viri eruditi catalogus exhibens appellationes et denominationes omnium panis generum, quae olim in vſu fuerunt et adhuc ſunt, per totum terrarum orbem, qui laudatur ibid. p. 668. *Calypſones* (Mandel-Torten) ab inuentrice Calypſone ſic dicti, cuius mentio apud Homerum in Odyſſea. De *farciminum* variis generibus adeundus Geſnerus in opere de animalibus quadrupedibus p. 1031. De *buccellato* Henelius c. 45. Otii Vratislauienſis. De Creophagia ſiue *carnis* eſu etiam ante diluuium licito, contra Grotium ad Geneſ. IV. 3. et Curcellaeum de eſu ſanguinis inter Chriſtianos, diſputat Heideggerus in libertate Chriſtianorum a lege cibaria veterum de ſanguine et ſuffocato, et ſingulari diſſ. Io. Andreas Danzius Ien. 1709. Seldenus de iure naturae p. 875. Natalis Alexander aetate I. V. T. diſſ. 6. Riuetus exerc. 58. in Geneſin. Imm. Weber in diſſert. de *κρεωφαγία* antediluuianorum. Lipſ. 1681. et in hiſtoria excedentium circa *κρεωφαγίαν*. Lipſ. 1682. Bochartus Hierozoic. P. I. p. 698. ſqq. et Io. Phil. Caſſelius in diſquiſit. philolog. de Iudaeorum odio et abſtinentia a carne porcina eiusque cauſſis. Magd. 1740. 4. Similiter illis multorum aliorum animalium carne veſci interdictum vide Maimonidem de cibis vetitis, quem latine vertit notasque addidit Marcus Woeldicke. Hafniae 1727 et 1734. 8. Mich. Henr.

Henr. Reinhardi dissertat. duas de cibis Hebraeorum prohibitis. Witteb. 1697. et Io. Andr. Danzii dissert. de animalibus esu interdictis. Ienae 1687. et in Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato pag. 795. sqq. De sanguine et suffocato Grotius et alii interpretes ad Act. XV. et Io. Henr. Heideggerus in libertate Christianorum a lege cibaria veteri contra Stephan. Curcellaeum. Amstel. 1662. 8. et p. 493. sqq. Oper. Sed apud alias gentes fere nihil tale, itaque carnis etiam caninae, asininae, camelinae vsum pro cibo obtinuisse notat Mercurialis Var. lect. II. 5. A porcina tamen nonnullae gentes olim abstinuerunt, hodieque abstinent. Vide Bochart. Hierozoic. l. c. p. 702. Castellanum de esu carninm p. 389. Tomo IX. thesauri Graev. et Io. Phil. Cassellii disquisit. de populis a suilla abstinentibus. Magd. 1740. Adde Kolbii descriptionem capitis bonae spei p. 487. Glires Romanis aliisque gentibus quoque in deliciis fuerunt, quare eos in glirariis saginabant; vide Varronem de re rustica lib. 3. cap. 15. et Bruyerinum l. c. pag. 554. qui etiam de esculentis aliis veterum ex carne agit. Necessitas interdum compulit *carnibus humanis* vesci. Confer Dausqueium ad Silium p. 89. sq. Drackenborchium ad eundem II. 522. Rigaltium p. 32. ad Artemidorum. Petri Petiti librum de anthropophagorum natura et moribus. Vltrai. 1668. 8. Dan. Wilh. Trillerum pag. 544. sq. ad Hug. Grotii Christum patientem, et Ioan. Schmidii dissert. de esu carnis humanae licito. Lips. 1691. Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piscibus viuere teste Plinio VI. 23. Abstinentia a piscibus, quae Graecis pars est ieiunii, vide Nicol. Comnenum praenotion. mystag. pag. 220. antiquitus religiosior multis visa, non Aegyptiis modo, teste Herodoto, qui sacerdotibus nefas fuisse vesci piscibus testatur II. 37. sed etiam aliis. Vide Vossium IV. 23. et 51. de Idololatria. *Olim vesci piscibus*, inquit Erasmus libro VI. Apophthegmatum, *pro deliciis habebatur*, (confer Dionem 2. de regno p. 28.) *dicebanturque Opsophagi. Nunc ea res magna est sanctimonia.* De piscium atque auium esus consuetudine in antepaschali ieiunio exstat dissertatio [10] historicophysicologicomoralis Mich. Amati. Neapoli 1723. De Harengis seu Halecibus num antiquis noti in cibum, disquirit Martinus Schoockius singulari de illis diatriba. De cibis militaribus Romanorum aliorumque Simon Maiolus in Colloquiis Canicularibus p. 549. sq. 714. edit. in fol. Panes φοινικικοὺς siue ex palmis et carnes suspensas, in vini faece compositas, sed et sale conditas aliaque in usum, obsidionis tempore recondere suadet Philo libro V. poliorceticon p. 86. De salis vsu apud veteres, Io. Langius II. 32. Epist. medicinal. nam Aegyptios quidem illo abstinuisse testatur Plutarchus VIII. 8. sympos. De

[10] Memoires de Trevoux 1724. p. 1107.

De panis et ſalis vſu in foederibus Stuckius lib. I. c. 30. de ſymbolis ſeu erano et collatione in conuiuiis idem I. 34. Caſaubonus ad Theophraſti characteres pag. 281. ſqq. et Deſiderius Heraldus obſeruation. cap. 43. et libro ſexto animadv. in Solinum p. 406. ſqq. 428. ſqq. Coena Hecates a ditioribus ad pauperum vſus in triuiis poſita, Ezech. Spanhemius ad Plutum Ariſtophanis v. 596. De *chariſtiis* Romanorum aliorumque populorum Stuckius antiquit. conuiualium lib. I. cap. 31. De eorum *φιλικοῖς* Chronicon Paſchale p. 114. Ioan. Malalas T. I. p. 228. Valerius Maxim. 2. I. 8. De *lautiis* veterum, ſiue liberalibus epulis, quibus publico nomine excipiebantur legati et perſonae publicae peregre aduenientes erudita exſtat diſſertatio Ioan. Guil. Bergeri. Witteb. 1711. Vide etiam de epulis publicis Suidam in *Πανδαίσια* et *ὡς καλὸν ὦ Πόσειδον*. In Prytaneo cibum ſimul capiebant. Vide Bourdelotium ad Heliodorum p. 18. ſq. et p. 84. De Aegyptiorum epulis in templis Petauius p. 31. ad Syneſium. *Ταντάλου φιλοτήσια πίνειν* apud Indos memorat Philoſtratus III. 10. De *Syſſitiis* et *Phiditiis* Lacedaemoniorum agit Meurſius lib. I. cap. 10. Miſc. Lacon. et Dio de regno p. 27. D. De *Phiditiis* Cyrenenſium Caſaubonus XI. 9. ad Athenaeum. De *Ἀνδρείοις* Cretenſium Plutarchus VII. 9. quaeſt. conv. Meurſius III. 10. Cretae, et Humfredus Prideaux ad marmora Oxonienſia p. 123. De compotationibus ſacris et gildis veterum Germanorum Keyslerus p. 327. et 349. ſqq. antiquitat. ſeptentrional. De *Calandariis*, fratribus Calandarum corporis Chriſti, (Kalandsgilde) idem Keyslerus p. 359. ſqq. Chriſtianus Gotth. Blumberg in der Abhandlung des Kalandes und der Kalandsbrüderſchaften. Chemnitii 1721. 12. Kettnerus hiſtor. Quedlinburg. p. 98. Rethmeyerus in antiquitatibus eccleſiae Brunſwic. p. 149. ſq. Schottelius von alten Deutſchen Rechten p. 207. Struuius faſc. ſeptimo litter. e MSS. p. 53. ſq. Obſeruationes miſcellaneae T. 3. p. 344. ſqq. Neuer Büchersaal T. I. p. 561. 958. Obſeruationes Halenſes T. IV. obſerv. 18. Heineccius de ſigillis p. 157. ſqq. Monathliche Unterredungen A. 1698. p. 712. ſq. Henr. Muhlius diſſert. acad. p. 166. ſq. Wilh. Frid. Piſtorius ſupplem. ad P. I. amoenitat. hiſtorico-iuridic. adiectis praefationi ad partem VI. p. 33. ſqq. et Ioach. Fellerus in diſſert. de fratribus Calandariis. Lipſiae 1691. De conuiuio aditiali (Accefs-Schmauß) vide Cangii Gloſſarium in *paſtellus*, et annales acad. Helmſtad. ſemeſtri XI. p. 68. ſqq.

VII. Conuiuator ne an conuiuae gratias agere debeant, extat elegans diſceptatio Poggii Florentini. Partes conuiuis dabantur pro illorum dignitate vel voluntate conuiuatoris praeſtantiores aut duplae vel quadruplae. Vide Io. Henr. Maii obſeruationes ſacras lib. 2. pag. 36. ſq. Sybaritae *πρὸ ἐνιαυτοῦ*, ante annum inuitabant feminas, vt moliri ſatis et comi poſſent ad conuiui-

uiuium, ſicut Plutarchus teſtatur in conuiuio ſeptem ſapientum T. II. Opp. edit. Francof. A. 1599. p. 147. Igitur aut illud eſt dictum ὑπερβολικῶς, aut proprie verum quod legitur de mulieribus apud Terentium Heautontimor. II. 2. 11. Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. De *magiſtro conuiuii* confer Plutarchum Sympoſiac. lib. I. T. II. Opp. p. 620. ſqq. Viros doctos ad Siracid. XXXII. Stuckium antiquitat. conuiual. II. 7. p. 152. Tiraquellum de iure primogenitor. p. 145. ſq. Thomam Gatakerum Aduerſar. p. 32 et 371. Thom. Hyde de ludis Orientalium lib. 2. p. 162. Ioan. Theodor. Leubſcheri diſſert. de magiſteriis veterum. Witteb. 1692. Io. Frid. Chriſtii commentationes duas de magiſteriis veterum in poculis. Lipſiae 1745 et 1749. Hieron. Hartw. Eybe commentationem de Sympoſiarcha eiusque magiſterio. Lipſiae 1742. et Amelium ſiue Petrum Zornium in der Erörterung der ſchwerſten Schriftſtellen T. 2. p. 870. vbi eleganter Deum confert cum magiſtro conuiuii, qui vnicuique iniungit, quantum ei ſit e calice calamitatis ebibendum. De ſtructoribus, ſciſſoribus, carptoribus, diribitoribus, infertoribus, chironomis vide quae Viri docti ad Iuuenal. V. 121. Petronium Clariſſ. Burmanni p. 153. ſq. Pignorius de ſeruis, Popma de operis ſeruorum, Stuckius Antiquit. Conuiual. III. 3. De paraſitis idem II. 4. De anagnoſtis ad menſem, ſermonibus, lectionibus conuiualibus, gryphis et quaeſtionibus proponi inter pocula, et conſultationibus ſuſcipi ſolitis idem Stuckius III. 17. 18. 19. Ioan. Nicol. Funccius de acroamatibus, inter coenandum oblectamentis veterum Romanorum, Tomo ſecundo ſymbol. litter. Bremenſ. p. 542. ſqq. Lydius de coena, faſcic. decimo opuſculor. hiſtoricophilolog. p. 442. Dietericus antiquitat. biblic. p. 627. Dilherrus diſput. academ. T. II. p. 412. et Giraldus de aenigmatibus veter. De muſica, ludis etc. idem Stuckius p. 387. Lipſius ſermon. ſaturn. lib. 1. cap. 6. et lib. II. c. 2. Demſterus ad Roſinum lib. 5. cap. 29. et Pignorius de ſeruis T. III. ſupplementor. Poleni ad theſaurum Graeuianum et Gronov. p. 1177 et 1188. Exempla eruditorum conuiuiorum e veteribus nobis dant Plato, Xenophon, Plutarchus in conuiuio ſeptem ſapientum, et in quaeſtionibus Sympoſiacis, Athenaeus in Dipnoſophiſtis, Macrobius in libris Saturnalium, qui in multis Plutarchum expreſſit. De *praeguſtatoribus*, qui et ἐδεάτροι, *Cociſtrones*, Meurſius exercit. critic. II. 3. De pocillatoribus Io. Ern. Imm. Walchius in commentatione de pocillatore Phrygio, Vol. II. Actor. ſociet. latinae Ienenſis. p. 123. ſqq. De pueris miniſtrantibus ad menſam, erudita diſſertatio inſerta eſt Memoriis Treuoltinis A. 1709. menſe Nouembri pag. 1921. ſq. Confer Nazianzenum Orat. XVI. p. 249. vbi etiam videas follibus eos ventum excitaſſe ſuper capita conuiuarum, ὑπὲρ κεφαλαῖς ἄνεμον ταῖς ῥιπίσι σοφιζομένους. De volupta-

-te menſali veterum Graecorum confer Gedoynii opera gallice edita Pariſiis 1745. 8. pag. 233. ſqq.

VIII. De luxu Graecorum Stephanus Niger iam ſupra nobis memoratus, tomo VIII. Gronov. De Romanorum luxu in menſa & veſtibus Lipſius IV. 7. et 9. de magnitudine Romana, Io. Meurſii Roma luxurians Lugd. Bat. 1605. 4. et auctior Hafniae 1631. 4. et tom. VIII. Graev. Stanislaus Kobierzyckius de luxu Romanorum, Louanii 1628. 4. et in eodem tomo VIII. Graev. Nadalius de luxu feminarum Romanarum. Gallice, Pariſ. 1725. 12. cum eius diſſert. de Veſtalibus. La Mare traité de la Police T. 1. libro 3. Bibliothèque raiſonnée T. 4. p. 25. ſq. vbi etiam de legibus ſumtuariis, veſtiariis etc. Georgius Hackewill erudito opere Anglice edito Lond. 1635. f. cui titulus: Apologia pro potentia prouidentiaque Dei. Hic libro IV. agit de Romanorum guloſitate, pag. 407-439. vti de luxu in aedificiis ac ſupellectile pag. 441-461. in ornatu et veſtibus pag. 461. ſq. Pluribus etiam eodem libro perſequitur Romanorum crudelitatem pag. 371. ſeq. auaritiam p. 397. arrogantiam p. 480. adulationem p. 477. et ingrati animi vitium p. 483. De luxu in conuiuiis inſignis locus eſt apud Philonem de vita contemplatiua Vol. II. p. 478. ſq. edit. recentiſſimae. De Antiochi Epiphanis luxu vide Athenaeum V. p. 194. ſq. et X. p. 439. e Polybii libro XXVI. Potantes in roſa. Vide viros doctos ad Ciceronem II. 20. de finibus et in Verrem V. 10. et Martialem VIII. 77. Comi et Comeſſationes, pſaltriae, fidicines, etc. Vide Erycii Puteani Comum, Deſiderii Heraldi animaduerſiones in Salmaſium VI. 7. p. 428. ſq. et Chriſti. Gottl. Schwarzii diſſert. de comiſſationibus Graecorum et Romanorum, Altorfii 1744. Nec tantum ſaporum odorumque ſed colorum etiam varietate et miſtura delicias olim in cibis captaſſe helluones, notat S. Nilus narratione 3. pag. 31. ſq. edit. Poſſini. Auri puluere conſperſas dapes obſeruat Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 70. ſq. E fiſtulis et fonticulis imber veluti quidam odoratus vnguenti, et vini ſparſus de quo Ioſephi Lanzoni, Medici Ferrarienſis, Epiſtola *circa l'uſo antico delle fontane nelli conviti è nei Teatri*, tom. 3. Muſei Mineruae Venetae p. 86. ſq. Eiusdem Lanzoni liber editus Italice dell' uſo delle ghirlande e delli unguenti ne' convivi degli antichi, Ferraricae 1698, ex italico latine verſus et notis auctus eſt ab Hieronymo Baruffaldo, qui ſchediaſma de cultris et aliis armis conuiualibus veterum electaque conuiualia addidit. Ferraricae 1715. 8. et deinde inſertus T. III. theſauri Sallengriani. Confer quoque de coronis menſalibus Petrum Fabrum III. 25. ſemeſtrium p. 399. ſqq. 408 ſqq. et, quae de vnguentorum vſu in cibis et conuiuiis Stuckius III. 15. Antiquitat. Conuiualium, et de Gallorum luxu Sirmondus tom. 1. Opp. p. 843. Extant tamen etiam exem-

exempla frugalitatis antiquae, de quibus Valerius Max. II. 5. 5. et Alexander ab Alex. genialium dierum III. 11. Adde Georg. Wilh. Frid. Schrammii commentationem de coena frugali a Plinio lib. I. epiſtola 15. deſcripta. Ienae 1746. 4.

IX. De benedictione et precibus ad menſam Grotius ad Matth. XXVI, 26. Caſpar Barthius initio notarum ad Grotium, et p. 34. Aduerſar. Guil. Stuckius II, 36. antiquit. conuiualium, Quinctilianus Declamatione CCCI. qui *adiſti*, inquit, *menſam, ad quam quum venire coepimus Deos inuocamus.* Lindebrogius p. 1363. ad codicem legum antiquarum et Iac. Gretſerus lib. 1. de benedictionibus cap. 13. qui cap. 14. morem propinandi et bibendi in ſalutem atque ſanitatem alterius nihil aliud eſſe ait quam benedictionem eiusmodi, petitionemque benedictionis cuius etiam meminit Nazianzenus Orat. III. p. 85. *ψυχροφόρῳ κύλικι χριςὸν ἐπειπεῖν μετὰ τὸ σφραγῖδος, ἄνω βλέψαντας, ad aquae poculum ſublatis in altum oculis Chriſtum addito crucis ſigno appellare.* Vt mos inualuerit bibenti acclamandi *ζήσειας*, *viuas*, S. Nilus lib. 2. Epiſt. 311. inde ait accidiſſe, quod multi merum intemperantius bibentes mortem ſubito oppetierint. Confer de illo more Frid. Fornerium l. 3. de temulentia et ebrietate c. 16. Stuckium III. 10. ſq. et 13. ſq. Ferrarium VII. 13. de acclamationibus veterum, Ritterhuſium ſacrar. lectionum IV. 6. Petitum de Nepenthe Homerico, Ioan. Frider. Minteneſium de ritu bibendi ſuper ſanitate. Colon. 1611. 8. Aemilium Portum de priſca Graecorum compotatione Lipſiae 1604. 8. Voetium T. IV. diſſertat. ſelectar. pag. 501. et T. V. pag. 605. ſqq. Bourdelotium ad Heliodorum p. 69. Ioannem Fronteau in epiſtola de ritu bibendi in ſalutem alterius, inſerta T. IV. p. 1. libri gallici, *Pieces fugitives anciennes & modernes.* Pariſiis 1705. 12. Maſſipium in diſſertatione eiusdem argumenti, inſerta epiſtolis et memoriis Academiae ſcientiarum Bliterrenſis. Bliterris 1736. 4. Vol. 1. p. 59. ſqq. et Mercurio Gallico, A. 1741. p. 1768. ſqq. Ioan. Henr. Maium in diſſertatione de philoteſiis veterum Hebraeorum, Graecorum et Romanorum, quae exſtat in eius ſelectioribus exercitationibus philologicis et theologicis, T. I. p. 553. ſqq. Stanislai Santinelli epiſtolam inſertam Diario eruditorum Italiae T. 36. p. 147. ſqq. Lettres ſerieuſes & badines T. 6. p. 371. ſqq. Philippum Mullerum in diſſertatione de poculo ſalutis. Ienae 1666. Ioan. Quiſtorpium in quaeſtione ſympoſiaca, vtrum ſine laeſione conſcientiae in ſalutem alterius bibere liceat. Roſtoch. 1666. Henr. Bangerti diſſertation. de poculo Iouis ſeruatoris et boni genii. Lubecae 1663. Chriſt. Gotthold Wiliſch in diſſert. de poculo boni daemonis. Lipſiae 1718. Calliſthenes apud Plutarchum lib. 1. c. 6. negat, ſe Alexandri in ſalutem ebibendo poculum Aeſculapio indigere. Graeculi *πίνοντες ἐις πρεσβεῖαν*

τῆς εἰκόνος τῆς Θεομήτορος apud Ducam p. 143. histor. Byzantinae. Bibere in memoriam sanctorum, Diarium Italicum T. 27. p. 24. in memoriam defuncti Acta Eruditor. 1714. p. 246. De poculo benedictionis vide Dan. Godofr. Werneri dissertationem. Ienae 1719. Antiquissimis temporibus diuersoria passim fuerunt nulla, vnde tanta hospitalitatis laus. Vide Guil. Stuckium Antiquitatum conuiual. lib. I. c. 28. Iac. Perizonium ad Aeliani histor. var. lib. 4. c. I. Serrarium ad Tob. V, 9. Iac. Cappellum ad Ios. II. I. Cauponae parum fuerunt honestae. Vide praeter interpretes ad Ios. II. I. Casaubonum ad Theophrasti characteres. c. 6. De hospitalitate et sacro iure mensae atque hospitii confer praeter Stuckium et Iac. Phil. Tomasinum supra p. 876. laudatum, Ioan. Franc. Simonis dissertationem, quae exstat T. IV. historiae Acad. inscriptionum p. 62. sqq. edition. Hagensis, Io. Godofr. Vngeri dissert. de Ξενοκτονία in eius Analectis antiquariosacris p. 311. sqq. Philippum Priorium in dissert. de litteris tractoriis, c. V. sqq. Stephanium ad Saxonem Grammaticum p. 41. 102. sq. Mezeriacum ad Ouidium T. 2. p. 48. sqq. Cheuraeana T. 2. p. 51. sqq. Io. Franc. Buddei theologiam moralem pag. 704. Ioan. Schilteri dissert. de iure hospitii apud veteres. Lipsiae 1656. Phil. Theod. Verpoortenii dissert. de verbo ξένος et peregrinorum apud veteres conditione. Coburgi 1708. Christoph. Matth. Pfaffii dissert. de hospitalitate. Tubingae 1752. Erici Sim. Henr. a Seelen comm. de pietate veterum erga hospites. Lubecae 1742. 4. De tesseris hospitalitatis vide Io. Moebii dissertationem de variis tesserarum, praesertim hospitalitatis, veteribus vsitatarum generibus. Lipsiae 1688. et quae Ioan. Baptista Ferretus et Raphael Fabrettus pag. 530. sqq. et p. 500. ad Inscriptiones. De sale hospitali exstat dissertatio Ioan. Columbi. Vpsal. 1675. 8. De hospitalitate Hebraeorum consulatur Io. Palmroothii exercitatio. Vpsaliae 1698. 8. De hospitalitate veterum Christianorum confer Lactantium Diuin. institutionum lib. VI. c. 12. Baronium T. I. ad A. C. 75. n. 15. Ioan. Frontonem in epistola de familia Christiana in primis ecclesiae saeculis, et in epistola de φιλοτησίαις veterum, Henr. Dodwellum dissertat. Cyprianic. sexta §. 18. Balthasar Bebelium antiquitat. Ecclesiastic. p. 75. et quos laudauit Petrus Zornius in commentario in Iuliani ad Arsacium Galatiae Pontificem epistolam pag. 27.

CA-

CAPVT XX.

De Nuptiis, Puerperio, Natalitiis, Familiis et Nominibus.

Qui de nuptiarum ritibus vniuerse scripserunt. 1. *De dote.* 2. *Sponsaliis, benedictione, proclamatione.* 3. *Num potestati Ecclesiasticae apud Christianos subiectum sit matrimonium.* 4. *De variis ritibus nuptialibus.* 5. *De gradibus prohibitis.* 6. *Diuortiis.* 7. *Abstinentia coniugum.* 8. *Coelibatu.* 9. *Secundis nuptiis.* 10. *Polygamia.* 11. *Natalitiis, Puerperio, nutricibus, etc.* 12. *De cura virginum et adolescentium.* 13. *De Genealogiis et familiis.* 14. *Genera cognationis et adoptio.* 15. *Nomina Hebraeorum.* 16. *Graecorum.* 17. *Romanorum etc.* 18.

I.

De sponsalibus, nuptiis ac diuortiis Hebraeorum prae ceteris diligenter et accurate egit *Io. Seldenus* libro V. de iure Nat. et in uxore Hebraica et *Io. Buxtorfius* in exercit. de sponsalibus et diuortiis Hebraeorum, et in Lexico Talmudico voce קדש vbi de desponsatione etc. Spectant et huc Tractatus Talmudicus *Kiduschin* de sponsalibus, tomo 3. p. 359. *Cetuboth*[1] siue de dote litterisque matrimonialibus tomo 3. Surenhusianae edit. p. 56. et alii quidam Codices eodem volumine comprehensi. Videndus quoque *Augustinus Calmet*, Benedictinus Monachus in diss. de sponsalibus nuptiisque Hebraeorum adjuncta eius commentario in Canticum Canticorum, Paris. 1713. 4. *Ioan. Pastritius* de matrimonio Hebraeorum. Romae 1700. *Ioannis Sam. Berthii* commentatio de connubiorum ritu sponsalitio apud Hebraeos aliosque. Lipsiae 1745. et *Io. Frid. Hirtii* commentatio de nuptiis Hebraeorum, et rebus quae cum istis connexae sunt. Ienae 1746. Instrumentum dotalitium hebraice et latine cum notis exstat ad calcem grammaticae hebraicae et aramicae Bonauenturae Cornelii Bertrami. Geneuae 1574. 4. De ritibus variis ad feminas, sigillatim menstruatas pertinentibus, Abraham ben Dior in libro בעלי הנפש et R. Beniamin Meardono, de quo doctissimus Wolfius noster Vol. 1. p. 245. Bibl Hebraicae. De Chuppa Hebraeorum, sub qua sponsus cum sponsa sollemni ritu a sacerdote Hebraeo iungitur, videndae D. Io. Benedicti Carpzouii disputationes

[1] Hunc tractatum Talmudicum de contractibus matrimonialibus etiam separatim cum Latina versione sua edidit M. I. F. Fauſt, Argentoratensis, Basil. 1699. 4.

tiones Academicae pag. 411. ſq. qui exinde putat illuſtrari illud ἐπισκιάζειν apud S. Lucam I. 35. De primogenitorum redemtione apud Hebraeos, Rittangelius ad calcem libri de ritibus Paſchalibus. Miſchna Surenhuſiana T. V. p. 115. ſqq. 192. ſqq. Maimonides Miſchne Thora lib. IX. tr. 3. Sebaſt. Cremerus antiquitat. Moſaicotypicar. T. I. p. 1. ſqq. Seldenus de ſucceſſione in beate defuncti bona, cap. 5. ſqq. et diſſertationes Io. Friſchmuthi. Ienae. G. Peringeri. Vpſaliae 1686. Ern. Chriſti. Muſſigk. Ienae 1696. Dan. Lundii. Vpſal. 1703. 8. Io. Henr. Hottingeri. Marpurgi 1711. Dan. Gerdeſii. Duisburg. 1730. Ad illa primogenitorum iura ante legem pertinuiſſe ſacerdotium affirmant Grotius ad Hebr. V. 5. Seldenus in diſſert. de decimis ſect. I. § 2. Bochartus P. 1. Hierozoici pag. 575. aliique: negant Clericus ad Gen. XXV. 31. et XLIX. 3. Campeg. Vitringa obſerv. ſacr. lib. II. cap. 2. 3. pluresque alii, quos recenſitos vide in Olaui Celſii diſſert. de ſacerdotio primogenitorum. Vpſaliae 1713. 8. et a S. V. Carpzouio in annotationibus ad Goodwinum p. 3. ſq. De ſcopo Dei in conſtitutione iuris primogeniturae Iudaeorum prodiit diſſertatio Ioannis Leonh. Froereiſenii. Argentorati 1752. De primogenitorum iure apud Lacedaemonios vide Vbbonis Emmii deſcriptionem reipublicae Laconum, Tomo IV. theſauri Gronouiani p. 483. Graecas et Romanas Antiquitates nuptiales breuiter alphabetico ordine complexus eſt *Ioſephus Laurentius* lib. 6. Polymath. pag. 481. ſeq. Eiusdem libellus de ſponſalibus et nuptiis antiquorum, qui tomo VIII. Antiquit. Graecarum Gronov. exſtat, petitus eſt ex eiusdem polymathiae lib. 3. Synopſi 8. quemadmodum *Io. Bapt. Caſalii* de ritu nuptiarum ac de iure connubiali veterum, quae in eodem volumine occurrit, decerpta eſt ex eiusdem Caſalii opere de ritibus veterum. De Graecorum nuptiis agit Potterus IV. 11. Archaeol. Io. Godofr. Hauptmannus in commentatione de nuptiis Graecorum. Gerae 1743. et Io. Andr. Philippi in comment. de nuptiis veterum Graecor. Lipſiae e. a. De Romanorum B. Phil. Lud. Hannekenius diſſ. 1. de cura domeſtica Romanorum, et Io. Ern. Im. Walchius appendice quarta ad Cellarii compendium antiquitatum Romanarum. *Barnabae Briſſonii* liber eruditus de ritibus nuptiarum recuſus eſt in tomo VIII. Graeuii. Idem exſtat vna cum altero de connubiorum iure tertioque ad legem Iuliam de adulteriis et aliis Briſſonii opuſculis, [2] Pariſiis 1605. 4. Praeterea idem argumentum tractarunt *Anton.* et *Franciſcus Hottoman-*

[2] Illa ſunt, libri IV. *antiquitatum Iuris ciuilis*, libri III. *de ſolutionibus et liberationibus*, commentar. in legem Domin. *de ſpectaculis*, C. Theodoſ. et L. omnes dies C. *de feriis*, παρέργων iuris, (in quo *Pandectas Florentinas* vindicat et illuſtrat) et *de regio Perſarum principatu* libri III.

tomannus,[3] *Albericus Gentilis*, praecipue *Andreas Tiraquellus* in opere de iure connubiali, et qui in tomo IX. Oceani Iuris siue tractatus tractatuum exstant, in quo etiam Brissonius iam laudatus, quibus addes *Henrici Browери*, ICti Leidensis, de iure Connubiorum libros duos, quod praeclarum opus cum praefatione Petri Burmanni recusum est Delphis 1714. 4. *Antonium Guibertum Costanum*, cuius librum de sponsalibus, matrimoniis et dotibus refert Clariss. Struuius in Bibl. Antiqua tomo 1. pag. 186. *Alexandrum ab Alexandro* lib. 2. Genial. dierum cap. 5. *Bonifacium* lib. 1. hist. ludricae cap. 63. *Casalium* de vrbis Romae splendore p. 293. *Barthii* aduersaria 11,7. *Christi. Vlrici Grupen* tractationem de vxore Romana. Hanouerae 1727. 8. *Ioan. Beniam. Dragheimii* schediasma de priscis Romanorum nuptias adornantium ritibus. Gedani 1731. *Georg. Henr. Ayreri* differt. de iure connubiorum apud Romanos. Goettingae 1736. Anonymi dissertationem de nuptiis Romanorum, quae exstat in libro gallico: *Explication de divers monumens, qui ont rapport à la Religion des peuples anciens.* Parisiis 1739. 4. pag. 338. *Caspar* quoque *Sagittarius* in libro postumo de excerptis adornandis testatur se post Brissonium et alios viros doctos messe ipsa maius spicilegium de ritibus veterum nuptialibus collegisse, quod num lucem visurum sit dicere nequeo. *Laurentii Pignorii* epistola antiquam picturam, quae Romae visitur, et ritus in ea nuptiales illustrans recusa est Tomo VI. thesauri Italiae parte tertia. Prolixe etiam de ritibus nuptialibus omnis generis et gentium variarum disputat *Caspar Calvoer* libro primo ritualis Ecclesiastici. *Frid. Iulius Rottmannus* in rituali nupturientium, Germanice edito Bremae 1715. 8. *Gaya* in libro gallico: *Ceremonies nuptiales de toutes les Nations.* Hagae Comit. 1681. 12. Auctor anonymus libri Anglici: *A critical essay concerning mariage; to which is added an historical account of the mariage rites and ceremonies of the Greeks and Romans, and our Saxon Ancestors, and of most Nations of the World at this Day.* Londini 1724. 8. *Ioan. Salenius* in dissertatione de ritibus nuptiarum veterum. Vpsaliae 1695. De nuptiis Germanorum agit paullo ante laudatus *Grupenius* in tractat. de vxore Theotisca. Goettingae 1748. 4. *Georg. Henr. Ayrerus* duabus dissertationibus de iure connubiorum apud veteres Germanos. Goettingae 1738. et *Ioan. Georg. Hagerus* in epistola de ritibus veterum Germanorum circa matrimonia ineunda. Lipsiae e. a. De ritibus nuptiarum apud veteres Sueogothos duas edidit dissertationes Ioannes Her-

[3] Brissonii de veteri ritu connubiorum, Antonii Hotomanni de veteri nuptiarum ritu, et Francisci Hotomanni de sponsalibus, de ritu nuptiarum et Matrimoniorum et de spuriis ac legitimatione, iunctim edita Lugd. Bat. 1641. 12.

Hermansſon, Vpſaliae 1727. 8. De nuptiis veterum Chriſtianorum[4] liber *Ioach. Hildebrandi* lucem vidit Helmſtad. 1656, 1661, 1702, 1714. 4. Conſulendus etiam *Ioannes Fileſacus* in uxore iuſta, Pariſ. 1630. 8. et lib. 2. electorum p. 271 ſeq. *Binghamus* origin. eccleſiaſt. lib. XXII. et *Ioannes Meyerus* in vxore chriſtiana. Amſtelod. 1688. 4. De ritibus nuptialibus Chriſtianorum graecae eccleſiae hodie addictorum exſtat commentatio Ioan. Frider. Burſcheri germanico ſermone edita 4. Lipſiae 1754. 4. De ſponſalibus nuptiisque Imperatorum, Regum, Principum, earumque variis ſollemnibus videndae Franciſci Modii Pandectae triumphales tom. 1. lib. 5.

II. De *dote*, dotalibus, paraphernis, receptitiis, ſiue morgenatica, vt recentiores vocarunt, vide Buxtorfium Lexic. Talmud. p. 1422 ſq. Salmaſium de modo vſurarum cap. 4. p. 138 ſqq. Ioſiam Mercerum ad Ariſtaeneti Epiſtolas pag. 214. Alciatum lib. 1. Parergon. cap. 2. Perizonium in Triade diſſ. pag. 113 ſeq. Frid. Spanhemium in hiſtoria Iobi cap. 15. Salmaſium de modo vſurarum c. 4. p. 138 ſeq. Lindebrogium ad Leges antiquas p. 1391. vbi dotem a ſponſo non ſponſa datam obſeruat: Iuſtum Fontanini in Vindiciis Antiquorum diplomatum pag. 254. Cerdam cap. 131. Aduerſar. Langbaenium in notis ad Longinum pag. 35. Allatium de Georgiis pag. 374. Cotelerium tomo 3. monumentorum Eccleſiae Graecae pag. 657. Stephan. Baluzium ad Capitularia Regum Francor. T. 2. pag. 992 ſq. Nicol. Hier. Gundlingii librum de emtione vxorum, dote et morgengaba ex iure germanico. Halae 1722. 4. et cum praefatione Henr. Gottl. Frankii. Lipſiae 1731. 4. Georg. Chr. Gebaueri programma de dote in nuptiis veterum Germanorum. Goettingae 1741. Ἀνακάλυπτρα Diodoro Sic. V. pag. 286. ἀνακαλυπτήρια Scholiaſti Euripidis Oreſte verſ. 294. De ὀπτηρίοις ſiue donis quae ἀνακαλυπτηρίοις data, tertio a nuptiis die, Ez. Spanhemius p. 180. ad Callimachum. Ἕδνα ſponſo vel ſocero data. Kuhnius ad Pauſaniam p. 235. Apud Romanos intra tres annos per partes exſoluebatur dos, vide Diodor. Siculum pag. 330. excerptor. Peireſcian. Apud Hebraeos quidem vxori dotem afferebat maritus, vide interpretes ad Geneſ. XXIX, 19. et XXXIV, 12. quod etiam apud veteres Germanos obtinuiſſe Tacitus auctor eſt, confer Bernegger. qu. 93. ad Tacitum. Aliae gentes ut Iapones hodieque, ne imperioſas vxores nanciſcerentur, ſimiliter a dote abſtinuerunt, vt notat Mottanus Vayerus tomo 13. Opp. pag. 274. Singulare eſt quod Herodotus narrat quandam veluti feminarum auctionem quotannis factam eſſe apud Babylonios, ita vt ex formoſarum pretio deformes dotarentur, vide l. 1. cap. 196. et

[4] Bibliotheque Germanique T. I. p. 150. ſqq.

et ſimilia apud Melam lib. 1. cap. 1. Aelianum lib. 4. c. 1. Var. Hiſt. Berneggerum ad Iuſtin. XVIII, 8. 4. Freinshem. ad Florum III, 9. 12. Lacones nuptias contracturi cum virginibus in obſcura quadam domo includebantur, et quam quisque cepiſſet, indotatam abducebat. Confer Meurſium Miſc. Lacon. lib. 2. cap. 3. Adytmachidae Libyae populi virgines nupturas Regi ſuo exhibebant ſi vellet ea uſuro. Herodot. IV, 168. Gallorum veterum nuptiae *per ſolidum et denarium*, cuius effigiem habes apud Edmundum Martene lib. 1. parte 2. de antiquis Eccleſiae ritibus p. 607. ubi etiam de annulo pronubo. Ius, vt vocabant, Cunnagii tribuebat Principibus et dynaſtis pudicitiae virginalis ſponſarum ipſorum ditioni ſubiectarum primam delibationem, vide Keysleri antiquitates ſeptentrionales pag. 484. Dotalitias formulas exhibet Martene T. I. Anecdotor. pag. 110, 111, 122 ſq. 141, 667, 765, 806, 854, 872, 894, 904, 927, 933 ſq. 968, 971, 987, 991, 1236, 1283.

III. De *ſponſalibus* apud Graecos, eorumque caerimoniis, tum paranymphis et domiducis I. Philippus Pfeifferus in Antiquit. Graecis p. 615 ſq. De tribus modis nuptiarum apud Romanos 1) *vſu*, ſi v. g. mulier vno anno cum viro, licet ſine legibus, vixiſſet, 2) *κατὰ νόμους ἱερούς* per Pontificem Maximum et Flaminem Dialem per fruges et molam ſalſam, quae vocabatur *confarreatio*, et 3) *coemtione*, quum vxor in filiae locum veniens haereditati iuſtae locum faceret vide Briſſonium, Petrum Pithoeum ad tit. 16. collationis legum Moſaic. et Romanar. pag. 176 ſqq. Operum; Lipſium ad Taciti IV. Annal. 16. Alberici Gentilis libros de nuptiis, Gerhardum Noodt ad Digeſta de ritu nuptiarum, Hottomannum lib. 2. antiquitatum Roman. et ad Tit. Inſtit. de SCto Tertulliano, et Ioan. Gottl. Heineccium lib. I. Antiquitatum Romanar. iurisprudentiam illuſtrantium tit. 10. De vſu et coemtione, ſiue concubinatu et legitimis nuptiis Quinctilianus Burmanni p. 414. Boethius ad Topica Ciceronis lib. 2. pag. 779. ius connubii id. p. 783. De genuino concubinatus ex mente legum Romanarum conceptu diſſertationem edidit Georg. Zach. Winklerus Lipſiae 1744. De conuentione vxorum in manum mariti confer Gundlingiana XXXVII. 1. Apud Chriſtianos ſemper nuptias praeceſſit Hierologia ſiue *benedictio Sacerdotalis*, vt docet Tob. Pfannerus lib. 2. Obſeruat. Eccleſiaſticarum c. 7. Adeoque Tertullianus de pudicitia c. 4. teſtatur occultas coniunctiones et non prius apud Eccleſiam profeſſas, iuxta moechiam et fornicationem periclitari. Quicquid igitur Io. Georg. Reinhardus libro de iure principum Germaniae ante reformationem circa ſacra, Halae 1717. 4. pag. 326 ſq. diſputet, vt probet, benedictionem ſacerdotalem nec de eſſentia eſſe coniugii, neque Hebraeis nec Chriſtianis iniunctam a Deo, quam

 nihilo

nihilominus ſapienter retineri non diffitetur, vide et relationes innoxias A. 1717. pag. 1039. et A. 1727. p. 1019. apud Hebraeos tamen pariter ac chriſtianas gentes eiusmodi ſollemnis ac ſacra confarreatio vsquequaque in vſu fuit. Confer Tertullianum II, 9. ad vxorem, Benedictinos ad Ambroſium tomo 2. p. 844. Grotium ad Matth. XXV, 1. Henr. Chriſt. Hochmanni tractatum de hoc argumento, qui recenſetur in Nouellis Reipubl. Litterariae A. 1686. pag 775. prodiitque Altorfi 1685. 4. Petri Mulleri ICti et D. Samuelis Schelwigii de antiquitate et B. Chriſt. Kortholti de neceſſitate conſecrationis nuptialis, Kil. 1690. Gretſerum de benedictionibus lib. 2. cap. 43. Io. Dougtheium in analectis ſacris ad Malachiae II. 14. Pearſonium pag. 31. ad Ignatium, vbi teſtimonia Clementis Alexandrini et Tertulliani, et Gisberti librum gallicum: *Hiſtoire de l'Egliſe ſur le Sacrament du Mariage depuis Jeſus Chriſt jusques à nous.* Pariſiis 1725. 3 Voll. 4. Plures ordines ſiue formulas veteres benedicendi Nuptias ſubiunxit Edmundus Martene ad calcem partis ſecundae libri 1. de antiquis Eccleſiae ritibus. In benedictione nuptiarum et ſepulturis et in quibuslibet ſacramentis eccleſiaſticis aliquid exigere, ſimoniacam prauitatem vocat et ſub excommunicationis poena interdicit Alexander III. epiſtola ad Antiochum Remenſem Tomo ſecundo nouae collectionis Marteniae p. 954. Etiam ſponſis apud Graecos mos ſacra facere atque *θύειν προτέλεια*, vt loquitur Plutarchus in narrationibus amatoriis p. 772. Confer quae de ſacris ante nuptias fieri ſolitis Potterus Archaeolog. Graec. p. 609. et Io. Boiuinus p. 785. ad Niceph. Gregoram, vbi habes *θύειν τὰ ἀνακαλυπτήρια*. Indorum *γαμικὸν χρῖσμα* memorat Philoſtratus III. 1. De proxenetis, (Freywerbern) qui etiam *προμνήστορες*, *προμνώμενοι*, auſpices nuptiarum, (not. ad Chryſoſt. tom. 8. edit. Sauil. p. 327.) eorumque praemiis vide quae viri docti ad Digeſta lib. 50. tit. 14. de proxeneticis. Ritus *proclamationis* ante nuptias recentior eſt, et quandoque propter certas cauſas omittitur, qua de re vide B. Io. Mullerum in defenſione Lutheri defenſi cap. 6. et D. Luderum Menkenium in exercitatione de omiſſa proclamatione Sacerdotali edita Lipſiae A. 1703. Communiter primum receptus hic mos in Occidente videtur poſt Concilium Lateranenſe vndecimum (A. C. 1215.) cuius capite 51. [5] Innocentius III. ſtatuit, vt quum matrimonia fuerint contrahenda in Eccleſiis, per presbyteros id publice proponatur, competenti termino praefinito, vt intra illum qui voluerit et valuerit, legitimum impedimentum opponat, et ipſi presbyteri nihilominus inueſtigent vtrum aliquod impedimentum obſiſtat: quumque interea apparuerit probabilis coniectura contra copulam

[5] Allegatur in decretalibus lib. IV. tit. 3. cap. 3. de clandeſtinis deſponſat. Male quidam citant Concilium Lateranenſe Ao. 1039.

pulam contrahendam, contractus expresse interdicatur, donec quod fieri debeat super eo manifestis constiterit documentis. De validitate coniugii per benedictionem Sacerdotis depositi consummati, disquirit D. Christianus Thomasius singulari dissert. edita Lips. 1689. Contractus antenuptialis formula A. 1231. exstat apud Miraeum codice donationum Tomo primo pag. 305.

IV. Legibus ciuilibus, non potestati Ecclesiasticae subiacere matrimonium contendit et ex antiquitate confirmare conatur Marcus Anton. de Dominis lib. 5. de Republ. Eccles. cap. 11. et post Hennequinum Io. Launoius, in libro, qui inscribitur regia in matrimonium potestas, siue de iure saecularium Principum Christianorum in sanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus, Paris. 1675. 4. impugnatus a Theologo Parisiensi in obseruationibus ad Launoii librum, editis Louanii in 4. et a Dominico Galesio in tractatu cui titulus: Ecclesiastica in matrimonium potestas. Romae 1676. 4. Launoius amicis suis saepe testatus est librum illum se scripsisse inuitum et contra animi sententiam iussu superiorum, ut refert Ancillonius in Miscell. criticis tom. 2. p. 330. Galesio tamen opposuit librum, eandem sententiam propugnantem acerrime, qui inscribitur: Contentorum in Galesii Ecclesiastica in matrimonium potestate erratorum index, Paris. 1677. 4. Mediam sententiam defensitauit Io. Gerbasius, Theologus Sorbonicus,[6] in tractatu irenico Gallice edito de potestate Ecclesiae et Principum in impedimenta matrimonii, cum praxi impedimentorum, hodieque valentium. ibid. 1690. 4. Ab illo tempore, sententia Launoii defensitata etiam a Iacobo Boileau. Vide Eliam du Pin tom. 19. pag. 68. sq. E Protestantibus Ioan. Samuel Stryckius in dissertatione de reliquiis sacramenti in matrimonialibus, quam eius sub praesidio Ioan. Philippus Odelem Halae 1704. defendit, matrimonium non nisi contractum ciuilem esse affirmauit. Quam sententiam sub examen vocarunt e sacro ordine Val. Ern. Loescherus in relationibus innoxiis A. 1705. p. 118. sqq. et Michael Henr. Reinhardus in meletemate de sanctitate matrimonii christiani aduersus contractus mere ciuilis conuitium, inserto iisdem relationibus innoxiis Ao. 1717. p. 1037 et 1113. Ex ordine ICtorum Mich. Henric. Gribnerus in dissert. de his, quae ex iure Protestantium matrimoniali ad reliquias sacramenti perperam referuntur. Witeb. 1715. 4. Ad quorum argumenta respondit Ioan. Philippus Odelem in Apologia dissertationis de reliquiis sacramenti in matrimonialibus. Brunsuic. 1716. 4. De rebus matrimonialibus copiose agit Iustus Henning. Boehmerus Tomo III. iuris ecclesiasti Protestantium.

[6] Du Pin T. 18. p. 201. sqq. qui Launoii partes tuetur.

tium. Idem ſingularem diſſertationem de iure Principum Proteſtantium circa ſollemnia matrimonii Eccleſiaſtica edidit Halae 1718.

V. De muneribus, quibus donati ſunt recens nupti ſiue neogami, vide Buxtorfii Lexicon Rabbin. pag. 2537. Heſychium et Apoſtolii prouerb. ἐπαύλια, Io. Philippi Pfeifferi antiquitates Graecas p. 633. et Io. Aug. Groebelii commentationem de donis nuptialibus, in Io. Gottl. Bidermanni ſelectis ſcholaſticis vol. I. p. 751. ſqq. Aedem publicam nuptiis celebrandis deſtinatam Graeci vocabant trinymphon ſiue nymphaeum, quae vox occurrit etiam apud Malalam in chronico pag. 314. De Epithalamiis, hymenaeis, thalaſſione, verſibus feſcenninis, vide quae viri docti ad Catullum et Iani Guilielmi Veriſimilia II. 19. Briſſonium de formulis lib. VIII. 719. ſeq. Pfeifferi Antiquitates Graecas pag. 633. 639. Theodorum Prodromum in amarantho p. 458. De Epithalamiis Hebraeorum nuptialibus prodiit commentatio Petri Zornii, Hamburgi 1722. 4. Idem quoque edidit diſſertationem de antiquo aenigmatum in coenis nuptialibus Hebraeorum, Graecorum et Romanorum vſu 1724. Apud Romanos et alias gentes ſponſae obnuptae, iisque praelatae faces. Vide Petronium Clariſſ. Burmanni pag. 87. 88. et Benedictinorum notas ad S. Ambroſium tomo 2. p. 844. De coronis nuptialibus, ſingularis liber Maderi exſtat, et idem argumentum attigit Paſchalius in opere erudito de coronis, Rittershuſius lib. 2. ſacrarum Lectionum c. 9. Io. Gottl. Boſſeckii στεφανώματα ſponſi et ſponſae. Lipſiae 1740. et Io. Frid. Hirtius de coronis nuptialibus apud Hebraeos. Ienae 1748. De annulo pronubo praeter Kirchmannum et alios qui de annulis ſcripſerunt, ſingulari diſſertatione, quam ſupra p. 855. iam laudauimus, egit Petrus Mullerus. Vide et antiquitates Graecas Pfeifferi p. 625. ſq. et Lindebrogium pag. 1355. ad Codicem Legum antiquarum, qui ſponſas etiam ſponſis annulos miſiſſe, ex Priſci excerptis de legationibus obſeruat. De oblationibus ſiue muneribus nuptialibus quorum iam meminimus, poculo vitreo vino pleno eiusque confractione et ſimilibus ritibus vide B. Io. Faes in mantiſſa ad Dougtheium de calicibus euchariſticis p. 13. ſq. De paranymphis Grotius ad Matth. IX. 15. vbi etiam de domiductione ſponſae ad maritum. De Paranymphis apud Hebraeos ſingularem diſſertationem edidit idem Hirtius, Ienae 1748. De vxoris domumductione vide quoque Briſſonium lib. 1. antiq. iuris cap. 18. De more ſpargendi nuces Seruius & Cerda ad Virgil. Eclog. VIII. 30. De ornamentis ſponſi et ſponſae apud veteres vide Samuel. Gerlachii commentat. Halae 1734. De cinerum apud Hebraeos vſu nuptiali comment. Paulli Theod. Carpouii, Roſtochii 1739. De conuiuiis nuptialibus, plura apud Stuckium videri poſſunt

lib.

lib. 1. c. 24. sq. in antiquitatibus conuiualibus, Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 151. sq. Casalium item et Laurentium Tomo VIII. thesauri Gronov. p. 1311. et 1346. Vrsinum pag. 383. arboreti biblici, et Daniel. Traugott Mullerum in programmate de caussis conuiuiorum nuptialium, quod exstat in I. G. Bidermanni selectis scholasticis Vol. 1. p. 732. sqq. In praesenti suffecerit notasse, quod apud Graecos et Latinos scriptores vocabulum nuptiae et γάμος pro conuiuio nuptiali ponitur. Vide quae viri docti notant ad Matth. XXII. 2. Menag. ad Laërtium pag. 42. Cockerti indicem ad Terentium in vocabulo *nuptiae*. Exstat quoque breuis Gabr. Marquardi diss. de coena nuptiali Lipsiae 1692. edita. De taedis quae solebant neogamis praeferri, disserit et Delrio in Comment. ad Senecam Tragic. p. 14. sq. Tristanus in numis Imperator. tomo 2. p. 653. Vigenerius ad Philostrati Comum, et Mezeriacus ad Ouidium T. 1. p. 188. sqq. De Zonulae solutione idem Mezeriacus ibid. p. 179. sqq. Iulius Carol. Schlaegerus in commentatione de Diana λυσιζόνῳ. Hamb. 1735. 4. Spanhemius ad Callimachi hymnum in Iouem v. 21. et Ioan. Schraderus ad Musaeum p. 341. De Pronuba sponsam in lecto collocante Mezeriacus ibid. p. 182. sqq. De Deo domiduco et aliis diis nuptialibus adeundus Franciscus Pomey in pantheo et Dempsterus ad Rosinum p. 385. 395. De fescenninis carminibus Menagius in Origg. Gallicis vocabulo *charivari*, Dacerius ad Festum et Horatii lib. 2. Epist. 1. Talassii nomen vnde originem duxerit tradit praeter Liuium l. 1. c. 9. et Plutarchum in Romulo, idem Plutarchus in vita Pompeii p. 620. sq. et in quaestionibus Romanis. Erudita de carminibus nuptialibus diatriba Io. Christoph. Busmanni prodiit Helmst. 1710. 4. Ritus varios nuptiales, Graecorum maxime, tangit etiam Aueranius differt. 28. in Thucydidem. Ad inscriptionem Gruter. p. CCC XLIX. 2. *homini bono*, *viro obsequentissimo* vide Gundlingiana XXXVIII. 2. In prauas consuetudines et mores dissolutos suorum temporum in nuptiarum sollemnibus multis verbis inuehitur Chrysostomus homilia XII. in 1 ad Corinth. Tomo X. edit. nouae p. 104. sq.

VI. Gradus prohibitos lege diuina exponunt Interpretes ad Leuitici XVIII. Io. Seldenus de iure Naturae lib. V. et in vxore Hebraica lib. 1. prioribus sex capitibus, B. Io. Gerhardus et alii Theologi Loco de Coniugio, Io. Bartholdus Niemeierus, Theologus Helmst. in dissertationibus de consanguinitatis et affinitatis gradibus Helmst. 1699. 4. Theod. Beza de repudiis et diuortiis tomo 2. Opp. p. 66. sq. Paullus Hulsius in historia sacra turpitudinis incestae. Groningae 1714. Gundlingiana XXVII. 3. Io. Mich. Langius in dissertationibus tribus de nuptiis prohibitis, Altorfii 1709. Christoph. Matth. Pfaffius in differt. de non appropinquando ad carnem carnis suae. Tub.

1729.

1729. et recusa ibid. 1742. Io. Heumannus in dissert. de fontibus legum connubialium. Altorfii 1754. Io. Dav. Michaelis in libello Germanice edito: von den Ehegesetzen Mosis, welche die Heyrathen in die nahe Freundschaft untersagen. Goettingae 1755. 4. Iac. Perizonius in diatriba de constitutione diuina super ducenda defuncti fratris vxore, Deut. XXV. 5. Quod praeceptum affirmatiuum derogare negatiuo, Leuitici XVIII. 16. et XX. 21. affirmant Iudaei apud Seldenum p. 62. et 66. vxoris Hebraicae. Vide et interpretes Matth. XXII. 25. Vtrum fas sit Christiano fratriam vel vxoris suae defunctae sororem ducere [7] superiore et nostro seculo variis scriptis disceptatum fuit. Negatiuam sententiam defendunt praeter alios complures B. Aegid. Strauchius in tractatu Germanice edito: daß Gottes Gesetz, du sollt deines Weibes Schwester nicht nehmen, noch feste stehe, Witeb. 1699. D. Mich. Hauemannus, Superintendens Bremensis, in defensione responsi Mosis contra matrimonium cum defunctae vxoris sorore, opposita coecutientibus Iudaeis et nouaturientibus Iesuitis, Giessae 1664. 4. Antonius a Mara siue Elias Schnegassius, ICtus, Hamburgi 1697. mense Maio denatus, in diss. de coniugio iure naturae et lege diuina prohibito priuigni cum priuigna, duorum fratrum cum duabus sororibus, patris et filii cum matre et filia: inter vitricum et viduam priuignae, inter viduam defunctae priuignae Rost. 1693. 4. Robertus Wackefeld in *Cotser*, siue fragmento codicis Wackfeldi, in quo probatur coniugium cum fratria illicitum esse, Lond. 1527. 4. D. Frid. Ernest. Ketnerus, Superintendens Quedlinburgensis, in scriptis aduersus D. Io. Melchior. Goezium, Antistitem Halberstadiensem, editis, B. Tho. Ittigius in Historia Synodi Pictauiensis p. 52. sq. Theologi Marpurgenses in responso A. 1718. dato, quod A. 1737. in quarto prodiit: Gründliche Untersuchung, ob vermöge des Göttlichen Gesetzes erlaubet ist, daß jemand seiner verstorbenen Frauen Schwester heyrathen dürfe; et nouissime B. Romanus Tellerus in annotationibus ad versionem germanicam commentarii in vniuersum S. C. e Theologorum Anglorum scriptis concinnati, Vol. secundo pag. 206. et Theologus ille celebris, qui suppresso nomine Bibliothecae. Hamburg. miscellaneae Vol. II. p. 366. inserendum curauit Gutachten wegen Heyrathung der verstorbenen Frauen Schwester. Contra vero non solum Potentissimus Borussorum Rex, Fridericus II. euulgato A. 1740. singulari edicto, [8] subditis suis matrimonia, in Sacra scriptura claris verbis non prohibita, ineunda celebrandaque concessit, sed quoque dispensari posse a Pontifice disputat Arcadius VII. 31. p. 643. sqq. de sacramentis, immo licitumque esse

[7] Improbantur nuptiae illae Can. XIX. Apostol. Ancyran. XXV. Can. II. Neocaesar. Vide etiam Zonaram ad Can. LXXXVIII. S. Basilii, in Synodico Magno Beueregii p. 224. sq.

[8] Exhibent illud Acta historicoecclesiastica Vol. V. p. 869.

esse cum sorore uxoris defunctae coniugium tuentur Theologus Helmstadiensis Dan. Hoffmannus, Christoph. Io. Bucholtius, ICtus Rintelensis, Wagenseilius in libro A. 1705. Germanice edito ad calcem voluminis de ratione legendi scripta Iudaeorum Germanica, Hebraico charactere exarata, et alii, D. Goezius modo memoratus in libro, cui titulus: die annoch ungekränkte Ehre der Ehe mit der verstorbenen Frauen Schwester, qui et aliorum testimonia adduxit, et nouissime Georg. Henr. Ayrer in dissertatione de iure dispensandi circa connubia iure diuino non diserte prohibita. Goettingae 1742. Sigismund. Iac. Baumgarten fasciculo quinto consiliorum theologicorum p. 284. sqq. Anonymus K. in commentatione germanica: Rechtliche Behauptung der Ehe mit seiner verstorbenen Frauen Schwester. Hamburgi 1751. 4. et Ioan Frid. Wilhelmus Ierusalem in commentatione itidem Germanice edita: Beantwortung der Frage, ob die Ehe mit der Schwestertochter nach den Göttlichen Gesetzen zulässig sey. Brunsvigae edita 1754. 8. quam adspersis obseruationibus suis recudendam curauit Ioan. Frider. Guhlingius. Chemnitii 1755. 8. His adde dispensationem Pontificis Alexandri VI. quam exhibent relationes innoxiae A. 1727. p. 374. Et quod A. 1681. Dux Oetingensis Albertus Ernestus vxoris suae defunctae sororem Eberhardinam Catharinam, Ducem Würtenbergicam, in matrimonium sibi iuncturus, hoc nomine Variorum Theologorum et ICtorum consilia requisiuit, quae videri possunt in libro, cui titulus: Hochangelegene und bis hieher vielfältig bestrittene Gewissensfrage, Francof. 1682. 4. Notum quoque est quod Carolus Blount, Anglus, qui primores duos libros Philostrati de vita Apollonii Anglice cum notis edidit, itemque alia nonnulla, alienum a Christiana religione animum spirantia, idem A. 1693. seipsum interfecit, quod viduam a fratre suo relictam ducere prohibitus fuisset, quod legitimum esse matrimonium probare conatus est in libro postumo, Oracles of Raison p. 135. sq. Conf. Baelii Lexicon in voce Apollonius, tomo 1. pag. 313. edit. primae. Hisque adde quae pro eiusmodi coniugio Grotius lib. 2. de I. B. et P. cap. 5. §. 14. qui tantum Epistola 326. et 327. profitetur a Principe posse illud matrimonium, vt quemlibet alium contractum, prohiberi. De coniugio Iacobi binas sorores ducentis agit D. Io. Frid. Mayerus in diss. inaugurali Lipsiae edita 1674. in cuius praefatione tangit Caini et Abelis matrimonium cum sororibus suis initum. De coniugio Abrahami cum sorore semigermana praeter Interpretes ad Gen. XX. 12. adi Seldenum de iure naturae p. 564. Baylii Lexicon in *Sara*. Videturque hoc loco annotandum, quod Solon quoque Atheniensibus permisit ducere sororem ex patre non sororem vterinam. Adde Suidam in Κίμων, Muretum l. 15. Var. Lectionum c. 5. Gebhardum ad Corn. Nepotem in vita Cimonis. Contra Lycurgus permissa sorore ὁμογαστρίῳ prohibuit

hibuit fororem ex patre, vt notat Philo Iudaeus lib. de legibus ſpecial. ad praeceptum VI. p. 602. (Vol. II. p. 303. ed. recentiſſimae.) Alioqui communibus Graecorum legibus fratrum et ſororum germanorum coniugium veritum eſſe conſtat vel ex Artemidori l. 5. c. 24. quibus accedit Plato octavo de Legibus. Similiter Macedonibus non permiſſum cum ſorore coniugium probat Henr. Noris in Epochis Syro-Macedonum p. 135. ſq. Perſis contra ſororum connubium, vti matrum quoque fuiſſe legitimum, plurimorum teſtimonio conſtat, vide Menagium ad Diog. Laërt. p. 6. Freinshem. ad Curtii VII. 2. ſect. 19. Rittershuſium ad Iſidorum Peluſiotam lib. I. Epiſt. 464. De Parthis Lucanus VIII. 403. ſqq. De Aegyptiis idem Freinshemius ad Taciti lib. 2. Annal. cap. 3. Witſius in Aegyptiacis p. 98. ſq. Valeſius in excerpta Peireſciana p. 12. ſq. De Athenienſibus, quod apud illos quoque legitimum cum ſorore connubium fuerit, res nota vel ex Nepotis praefatione. Conf. Paul. Voëtium in notis ad Herodianum p. 71. ſq. Deſiderium Heraldum lib. I. Adverſar. c. 14. qui et ipſe notat apud Athenienſes, vt paullo ante obſervabam, permiſſum fuiſſe coniugium cum ſororibus conſanguineis ſiue ex vno patre ſuſceptis, non vterinis nec germanis: apud eosdem tamen pupillae et matri pupillorum nubere tutori aut eius filio non licebat, neque matri cum tutore eiusue filio habitare. Conf. lib. 2. c. 10. Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 447. ſq. et Menagium ad Laërt. p. 33. Hodieque Barbaros in Ludouiciana auſtraliores narrat Hennepinus ternas quandoque ſorores ſimul matrimonio ſibi iungere, tranquillius ſibi matrimonium ea ratione ſpondentes. Praetereo quod in fabulis Saturnus Opem ſororem, Iupiter Iunonem ſororem duxiſſe perhibetur, et quae de Britannis Caeſar. lib. 5. c. 14. Matrimonium porro cum uxoris ſorore vel fratre mariti, etiam inter Chriſtianos non inauditum fuit, vide quae de Honorio Imperatore duas filias Stiliconis ducente Pet. Baylius in Lexico, et quae de Iulio ſecundo, Arthuri et Henr. VIII. fratrum coniugium cum Catharina Ferdinandi Hiſpan. Regis filia diſpenſante Boſſuetus tomo I. variationis Eccleſiarum proteſtantium p. 321. Sed et indultu Pontificis factum eſt, vt Ferdinandus Siciliae Rex Ioannam Patris ſui ſororem, Io. Caſimirus Rex Poloniae duas interiecto tempore ſorores et Rex Portugalliae Petrus,[9] fratris tunc adhuc ſuperſtitis vxorem duxerit: Emanueli itidem Portugalliae Regi conceſſum, vt duas ſuccedente tempore ſorores, aliis permittente Papa Martino V. vel Calixto III. vt germanam ſororem in uxorem acciperent, iam a multis animaduerſum. Confer Paulli Hulſii Hiſtoriam ſacram turpitudinis inceſtae, Groening. 1714. 4. p. 37. Ceterum quanquam gentes plurimae in connubiis etiam conſanguineorum[10] aperte inceſtus

[9] Staat von Portugall, T. I. p. 711.

[10] Confer de nuptiis conſobrinorum Euerardi Ottonis diſſertationem, quae ſecunda eſt partis primae eius diſſertationum Traiecti ad Rhenum 1723. 4. editarum.

inceſtus admittere non dubitarunt, vt pluribus exemplis demonſtrant Tiraquellus ad Leg. 7. connubialem, et ad Alexandrum ab Alexandro lib. I. dier. genial. c. 24. Non omnes tamen neque in omnibus ita fuerunt a ſenſu huius rei alieni, vt non et ipſi inceſtuoſas atque exleges nuptias condemnarent. Sic Cicero pro Cluentio in matrimonium generi cum ſocru invehitur his verbis tom. III. edit. Graeuianae p. 98. *Nubit genero ſocrus, nullis auſpiciis, nullis auctoribus, funeſtis ominibus. O mulieris ſcelus incredibile et praeter hanc unam in omni vita inauditum.* Quin multi perſuaſi erant etiam bruta animantia ab inceſtu eiusmodi ſororum v. g. matrum, filiarum, etc. abhorrere. Sic notum illud Senecae Tragici:

Ferae quoque ipſae Veneris evitant nefas,
Generisque leges inſcius ſeruat pudor.

Adde quae ex Ariſtotelis mirabilibus de camelis Aelianus l. 6. hiſtoriae animalium c. vltimo, et Georg. Piſides Coſmurgiae v. 910. ſqq. de equis, Hieron. Rorarius de ratione brutis competente p. 72. de aliis animantibus Bonifacius l. 1. Hiſtoriae Ludicrae c. 4. Quanquam ſubleſtae fidei eſſe videntur, quae de animantibus hiſce ſcriptores nonnulli tradiderunt. In Inſula Ceylon, et apud Siamenſes inceſtum ſolis eſſe licitum Regibus tradunt itineraria. Apud Tſchinenſes in omnibus religioſiſſime obſeruatur ne quis vxorem omnino ſibi ducat cognominem, tametſi nulla ſanguinis inter vtrumque intercedat neceſſitudo. Tſchinenſium porro cognomina haud paullo pauciora ſunt quam apud noſtrates, neque enim mille numerantur, nemini vero licet nouum aliquod cognomen effingere, ſed ex iis quae antiquo vſu recepta ſunt, vnum habeat oportet, et quidem illud a maioribus, patrum non matrum ſerie deductum, niſi forte quis in alienam fuerit familiam cooptatus. Affinitatis et conſanguinitatis gradus in diuerſo cognomine nihil attendunt, atque ita proles ſuas connubio iungunt cum maternis propinquis in quolibet fere gradu. Vide Nic. Trigautium de regno Sinico p. 188. ſq. De Eccleſiae Latinae ſanctione matrimonium cum compatre ſiue patrino et ſuſceptore baptiſmali vetitum iudicante ex inſtitutione Papae Theodoti, atque duos tantum concedente diuerſi ſexus ſuſceptores, ne matrimonia impediantur, iam ſupra notare me, quum de baptiſmo agerem, memini. Arborem conſanguinitatis ſiue delineationem graduum videre licet in ICtorum libris paſſim expoſitam libro 38. Digeſtor. Graecam vero cognationum et affinitatum delineationem ex codice MS. vulgauit Neſſelius in Catalogo Bibliothecae Vindobonenſis Parte V. p. 52. & ex eo Tenzelius in dialogis vernaculis menſtruis A. 95. p. 66. Adde Heineccium delineat. eccleſiae graecae P. II. p. 392. Quemadmodum apud Hebraeos lex fuit, vt orbae qui erant genere proximi, eam in matrimonium ducerent, vide

praeter ſcriptores, qui de excalceatione commentati ſunt, ſupra p. 863. citatos Grotium ad Matth. I. 16. Talmudicos in tractatu יבמות Tomo III. Surenhuſii ſub initium, Maimonidem lib. IV. tr. 3. Iſaacum Karo in Arba Turim parte III. c. 69. fol. 40. ſqq. Wagenſeilium ad Sota p. 663, 664. Seldenum de vxore hebraea lib. I. c. 14. pag. 98. et de ſucceſſione in bona defunctorum c. 18. Perizonium triade diſſertation. pag. 66. contra Seldenum et Chriſtoph. Sontagii diſſert. de iure Leuiratus apud Hebraeos, Altorfii 1691. 4. ita et apud Atticos eadem lex obtinuit, vide quae viri docti ad Terentium Adelph. IV. 5. et Phormion. I. 2. et II. 3. Samuelem Petitum ad leges atticas p. 452. ſq. Ioan. Meurſium in themide attica lib. I. c. 13. Plutarchum in Solone p. 89. et Deſider. Heraldum animaduerſ. in Salmaſium p. 251. Inſtrumentum nuptiarum leuiri ex lege Deut. XXV. 5. fratri ſemen excitaturi vide in relationibus innoxiis A. 1712. p. 971. ſqq. Contra Paederaſtiam, ſi quis ingenuum ſtuprauerit, data eſt lex Scantia, de qua exſtat Io. Frid. Chriſtii diſſertatio, Halae 1727. De adulterorum poenis vide Lindebrogium p. 1349. ad codicem legum antiquarum.

VII. De *divortiis* apud Hebraeos conſulendi ſunt Commentarii ad cap. XXIV. Deut. Talmudici in Tr. Gittin tom. 3. p. 322. ſq. edit. Surenhuſianae, Seldenus libr. 3. uxoris Hebraicae, Thomas Pius de divortiis Iudaeorum Lond. 1603. 4. Grotius et alii ad Matth. V. 31. Io. Buxtorfius in libro de ſponſalibus et divortiis Hebraeorum iam ſupra a nobis laudato. Auguſtinus Calmetus ante commentar. in Deuteronom. T. 1. p. 378. ſqq. et P. 2. disquiſitionum Biblicarum ex interpret. german. p. 315. ſqq. Ioan. Iuſt. Sonneſchmid ad Maimonidis tractatum de diuortiis, Ienae 1718. Io. Mich. Langius de diuortiis, Berol. 1716. 4. Seruatius Gallaeus ad Lactantium p. 748. ſq. Ioan. Marckius ſyllog. diſſert. V. T. p. 189. Guſſetii Veſperae Groning. p. 147. Chr. Gottl. Frid. Wolfii diſſertatio de diuortio Hebraeorum, Lipſiae 1739. et Chr. Matth. Pfaffius in diſſert. de cauſſis diuortii, Tubingae 1732. Formulam Iudaicam libelli repudii, quam praeter Matthaeum memorat Ioſephus l. 4. c. 8. ſect. 23. et libro XV. 11. in Graeco (c. 9. in Latino) exhibent Sam. Petitus c. 22. Var. lectionum, Feſſelius l. 2. adverſar. c. 1. Seldenus l. 3. vxoris Hebraicae c. 24. Buxtorfius in Synagoga Iudaica p. 644. Henricus Palmrooth in diſſert. de libello repudii, Vpſal. 1703. 8. et Henric. Mollerus ſemicenturia ſecunda, quaeſt. 17. Scriptus vero fuit in hanc ſententiam, vt extulit etiam Grotius loco laudato: *Mea ſponte nullius coactu te vxorem hactenus meam dimittere a me, deſerere ac repudiare decreui, iamque adeo te dimitto, deſero, ac repudio, atque a me eiicio, vt tuae ſis poteſtatis, tuoque arbitratu ac lubitu quolibet diſcedas, neque id quisquam vllo tempore prohibeſſit, atque ita dimiſſa eſto, vt cuiuis viro*

tibi

tibi nubere liceat. Confer Clariss. Surenhusii praef. ad tom. 3. Misnae *** 2. b. qui formulam renunciationis sponsaliorum exhibet tom. 3. p. 227. e Wagenseilio ad Sotam. Quum vero prius maritis tantum integrum esset vxores dimittere ob grauiores caussas, quod vero negauit Ioan. Carol. Beheim in dissert. de diuortio a Deo Iudaeis nunquam praecepto neque etiam legaliter permisso, Altorfii 1729. (quamquam ob leuissimas id factum saepe, indignatur Malachias cap. 2. v. 16.) ab eo tempore euenit, vt etiam vxores possent diuertere a maritis, iisque libellum repudii mittere. Confer Interpretes Marci X. 12. Io. IV. 18. 1. ad Corinth. VII. 27. et Danzii dissert. de vxore maritum repudiante, recusam in Meuschenii N. T. ex Talmude illustrato, p. 677. sqq. et Christoph. Iustellum ad canon. 105. codic. ecclesiae vniuersae. Prima autem fuit Salome, quae discedere a marito suo ausa est, vt notat Iosephus p. 532. edit. Lipsiens. deinde eius exemplum plures sunt insequutae, vt Herodias, de qua idem Ioseph. p. 626. Thecla, de qua Epiphanius tom. I. p. 1048. et Basilius Seleuciensis in vita Theclae. Conf. Seldenum in vxore Hebraea, p. 401, 410. et 315. sq. Valebatque libellus repudii, vxoris manu scriptus, modo testium subscriptio adesset. Confer Mishnam Surenhusianam tom. 4. p. 331. Apud Athenienses vxor diuortii siue *ἀπολείψεως*, (nam si vir vxorem dimitteret, vocatur *ἀποπομπή*) tabulas ad Archontem deferre ipsa iubebatur, quae diuertere a viro vellet, quemadmodum Hipparchia Alcibiadis vxor factura inducitur ap. Plutarchum. Confer Meursii Themidem Atticam l. 2. c. 19. Sam. Petitum ad Leges atticas p. 459. Scaligerum ad Eusebium p. 173. seq. & Potteri Archaeolog. IV. 12. De iure diuortiorum apud Romanos recepto plura Henricus Browerus praeclaro opere de iure connubiorum lib. 2. cap. 31. Apud illos quidem diuortium inauditum fuit per annos amplius quingentos ab V. C. primusque repudium vxori misit Spurius Caruilius, sterilem caussatus, vt testantur Plutarchus in Romulo p. 39. in vita Numae et quaestione Romana 13. Valerius Max. lib. 2. c. 1. sect. 4. Gellius IV. 3. quibus adde Tertullianum cap. 6. apologetici et in libro de monogamia; qui fere sexcentos annos sine diuortio exactos fuisse scribit. Ab eo tempore vsque adeo frequens fuit vxores dimittere, vt Seneca dixerit, illustres quasdam ac nobiles feminas non Consulum numero sed maritorum, annos suos computare et exire matrimonii causa, nubere repudii. Romulus quidem teste in eius vita Plutarcho prohibuerat vt vxor virum repudiaret, viro autem permisit, tum demum vxorem dimittere, si veneficio liberos sustulisset, vel subditititium partum supposuisset, vel adulterium admisisset. Confer Senecam lib. III. cap. 16. de Beneficiis et IV. 27. Sed crebro etiam apud Romanos vxores a viris suis diuertisse testatur Iuuenalis VI. 20.

- - - - Sic fiunt octo mariti,
Quinque per autumnos.

atque Martialis VI. 7.

- - - - toties quae nubit, adultera lege est.
Offendor moecha simpliciore minus.

Vide et si placet Asterii homiliam tomo 1. Auctarii novi Bibl. Patrum Combefisiani p. 82. Charondas quoque apud Thurios lege sanciuerat vt vxori licitum esset coniugis in locum quemuis alium in matrimonium adsciscere, priore repudiato: ita quidem, vt marito quoque liceret vxori nuntium remittere. Accidit igitur vt quodam tempore vxor aetate integra prouectiorem maritum desereret, qui vt mos erat gutture laqueo inserto mutationem legis suasit in eam sententiam, ne hoc alia ratione fieri concederent, nisi vt vxor nec iuniorem duceret maritum, nec iuniori vxori nuberet maritus, quam prior fuerat, populique suffragio mutationis huius suasio comprobata est, vt refert Diodorus Siculus lib. XI. p. 421. Confer de diuortio apud Romanos recepto Henr. Browerum lib. 2. de iure connubiorum cap. 31. et Zach. Huberum de ritu et licentia diuortiorum apud Romanos Tomo secundo eius dissertationum pag. 127. sqq. Formulas diuortii apud Romanos tradit Brissonius lib. VIII. formul. p. 700. sq. et Bonifacius lib. 1. Historiae Ludicrae c. 64. In antiqua Saxonia quum nulla adhuc esset Christi cognitio, si virgo in paterna domo vel maritata sub coniugio esset fornicata, manu propria strangulatam cremabant corruptore super fossam sepultae suspenso, aut cingulotenus vestibus abscissis flagellabant eam castae matronae et cultellis pungebant, et de villa in villam missae occurrebant nouae aliae flagellantes, donec interimerent. Vide Albericum monachum trium fontium ad A. C. 751. Christiani quoque veteres a diuortio non plane abstinuerunt, sed post repudium, quod fere solius adulterii caussa faciebant, secundas nuptias fugerunt. Confer Cotelerium ad Patres Apostolicos tom. 1. p. 87. sq. Io. Schilteri obseruationes ad Augustinum de adulterinis coniugiis, Steph. le Moyne in Variis sacris tomo 1. p. 291. Henelium in otio Vratislaviensi cap. 48. Petauium lib. 2. diss. Ecclesiast. cap. 8. Seldenum in vxore Hebraica lib. 3. c. 22. sq. et Io. Meyeri vxorem Christianam diss. 3. Amstel. 1688. 4. De diuortiis inter Christianos tempore Caroli M. vide Illustrissimi Bunauii historiam Germaniae T. 2. p. 336. sq. 360. Vt omittamus quae de diuortiis etiam extra adulterii casum licitis disputant Leo Iudae in Epistolis ad calcem tomi tertii rerum Alemannicarum Goldasti, tum Erasmus, Bucerus, Io. Miltonus, et Marcus Antonius de Dominis scripto de matrimonio, de quo Bzouius ad A. C. 1479. n. 20. F. 18. p. 173. Vide et Salmasium

ſium de foenore trapezitico p. 310-316. et ſcriptum Londini 1715. 8. editum, an Eſſay upon divorcemend written for the good of both ſexes.

VIII. Ex conſenſu nonnunquam continentiam ſibi indixerunt atque abſtinentiam coniuges non tantum Chriſtiani, ſed etiam Ethnici nonnulli, de quibus vide Plutarchum in Alcibiade p. 203. Aelianum lib. 3. Variae hiſtoriae cap. 30. et Photii Bibliothecam p. 574. ex Damaſcio in vita Iſidori. Caſtu et abſtinentia atque ἁγιστεία Dii culti. Vide Theodorum Canterum II. 21. Var. Lect. vbi de caſtu Iſidis et Cybeles, Cererisque Valeſium ad Sozomeni V. 3. et Huetium ad Anthologiam p. 48. De Chriſtianorum coniugum continentia conſulendi Interpretes ad 1. Cor. VII. 5. Conradus Rittershuſius ad Epiſtolam 4. Saluiani, Ioannes Sauaro ad Sidonii Apollinaris lib. 9. Epiſt. 6. Tobias Pfannerus Parte 1. obſeruationum eccleſiaſt. p. 406. ſq. Godf. Arnoldus von der Ehe der erſten Chriſten cap. 10. Pamelius ad Tertullian. p. 429. Elmenhorſtius ad Gennadium p. 198. ſq. Suareſius ad Nilum p. 599. Roſweidus ad vitas Patrum p. 783. ſq. Barthius in aduerſariis p. 2935. Inter Iudaeos quoque ſimilis abſtinentia coniugum non inuſitata fuit, et Ioſephus teſtatur ſe 30. annos natum cum coniuge ſua ſumma continentia vixiſſe. Praecipue vero ad ſacra ſollemnia Ethnici pariter et Iudaei continentia ſe praepararunt, vt docent Grotius, Clericus et alii Interpretes ad Exodi XIX. 15. et 1 Sam. XXI. 4. Similiter apud Chriſtianos viguere leges et conſuetudo continentiae coniugalis diebus dominicis, feſtis et quadrageſimae, tum antequam ad Euchariſtiam accederetur, vid. Auguſtini Sermonem 3. de Tempore, Ionam Aurelianenſem lib. 2. Inſtit. Laicalium c. 10. 11. 18. Io. Mabillonium in notis ad Waſelini Epiſtolam de continentia coniugatorum ante communionem, tomo I. miſcell. p. 345. ſqq. (p. 472. ed. nouae.) Cotelerium tom. I. monumentorum p. 433. et tom. I. Patrum Apoſtol. p. 75. 76. ſq. et Edmundum Martene in ritibus Eccleſiaſticis, vbi de coniugio agit, lib. 1. parte 2. p. 611. ſq. Coelibatus apud gentes plerasque omnes opprobrii loco, vel, vt apud Romanos etiam poenis obnoxius per legem Iuliam Papiam, ſiue Papiam Poppaeam. Confer Camillum Silueſtrum ad Iuuenal. IX. 87. Iuſtum Georgium Schottelium de ſingularibus antiquis in Germania iuribus c. 1. vbi de iure miſogamorum, (vom Hageſtolzen-Recht) de quo etiam Ioan. Wernerus Gericken in ſupplemento ad Schottelium cap. 1. Io. Balthaſar Wernher in diſſertatione de iure Hagenſtolziatus, Witteb. 1724. Io. Georg. Schertius in diſſ. de iure circa Hagenſtolzios, Argentorati 1726. et Ioan. Paullus Kreſſius in diſſert. de iure Hagenſtolziatus, praecipue in ducatu Guelpherbytano, Helmſt. 1727. Contra quam quum nonnulla moneret Io. Petrus de Ludewig in diſſert. de differentiis iuris Romani ac Germanici in Hagenſtolziatu exule in Germania, Ha-

lae

le 1727. euulgata, ad ea respondit in repetita huius dissertationis editione quae Helmstadii 1728. prodiit. Kressii caussam quoque suscepit anonymus quidam in animaduersionibus ad dissertationem Ludewigianam 1728. editis.

IX. Sacerdotes a coniugio nullae fere gentes prohibuerunt, si a paucis quibusdam discesseris, quales fuere Sacerdotes Rheae siue Cybeles, Deorum matris, qui Galli etiam vocabantur, et genitalia sibi acuto lapide abscindebant, vel cicutam bibebant, vt vires libidinis extinguerent, vide Kircherum tom. I. Oedipi p. 240. Flaminica Iouis, vniuira, vide Neapolim ad Ouidii VI. Fastor. p. 230. Apud Iudaeos quoque Sacerdotes et Prophetae fuere iuncti connubio ne summo pontifice quidem excepto, vt doctissimi quique in Ecclesia Romana viri diffiteri non possunt. Apostolos itidem, saltim aliquos et in his Petrum matrimonio iunctum fuisse perspicuum est, ne dicam quod Pseudo-Ambrosius in II. ad Cor. XI. affirmat omnes Apostolos, exceptis Ioanne et Paullo, vxores habuisse. Confer quae viri docti ad 1. Cor. IX. 5. et Epistolam Ignatii interpolatam ad Philadelphienses. Adde Io. Frid. Mayeri dissert. de Apostolis maritis, Grimmae 1679. S. Kirchmaieri exercitationem de coniugio Apostolorum, Rotenburg. 1697. et Ioan. Andr. Schmidii diss. de Apostolis vxoratis editam Helmstadii 1704. et recusam Witeb. 1734. In veteri ecclesia licet multi mariti sibi indicerent abstinentiam, ex quo sacris muneribus admouebantur, vide quae ex Nicolao Fabro adducit du Pin T. XVII. p. 52. certum est Clericos non fuisse prohibitos a matrimonio, ad Concilium vsque Nicaenum, et quum in Concilio Nicaeno coelibatus Sacerdotum introducendus proponeretur, ei ita contradictum esse vt reiectus fuerit. Vide Gotthardi Güntheri historiam clerogamiae ad concilium vsque Nicaenum, Lipsiae 1701. Paullatim tamen ab illo tempore magis magisque inualuit, vt Episcopi primum sub Siricio A. 385. deinde sub Innocentio I. Presbyteri, tum diaconi quoque a coniugio arcerentur, praecipue in occidente, de qua re operae pretium est consulere dissertationem quartam vitae S. Cypriani Gallice Parisiis 1717. 4. editae subiectam, *Godfridi Boussardi* librum editum Parisiis A. 1505. de coelibatu Sacerdotum, vbi disquirit quatenus Pontifici integrum sit coniugii veniam dare sacris ordinibus, et ex Anglis Ioan. Picardi notas ad Anselmi Cantuariensis Epist. III. 62. pag. 571. Choiselius, Episcopus Tornacensis, in vero systemate religionis christianae et catholicae, Gallicae edito, p. 124. negat coelibatum lege diuina esse sacerdotio annexum, posseque in Graecis, nisi aliud obstaret, matrimonium sacerdotum tolerari. Apud Orientales etiamnum lex de coelibatu Sacerdotum Presbyterorum exulat,[11] fatentibus ipsis Pontificiis

[11] Confer Arcudium lib. VII. de sacramentis, pag. 652. sq. qui p. 706. affert nouellam Isaaci

tificiis apud Gundlingium p. 8. sq. ad Eustratii delineationem Ecclesiae Graecae, licet Ratramus IV. 6. contra Graecos, vbi coelibatum Sacerdotum tuetur, auctor sit in Thessalonicensi Ecclesia depositos fuisse Clericos, qui vxoribus suis quas ante clericatum legitime duxerant, cohabitassent. Dacher. spicileg. tomo 2. p. 136. sq. Archieratico quoque Isaaci Haberti praefixa est bulla Clementis VII. in qua Graecis Episcopis et Presbyteris vxores concedit. Habessini similiter Clericos habent coniugatos. Vide et Bzovium ad A. C. 1332. num. 4. Russi vero siue Moscouitae Graecis in hoc succinentes adeo non probant coelibatum Sacerdotum, perinde vt Andreas Carolstadius, [12] vt ex 1 ad Tim. III. contendant necessarium esse, vt Presbyter atque Episcopus matrimonio iunctus sit, itaque nemo apud hosce in sacrum ordinem cooptatur, qui non saltim constituerit se proxime vxorem ducturum esse: vxore autem defuncta necesse est vt Sacerdotis officium exuat, et vel monasterium ingrediatur vel ad communem laicum ordinem redeat. Secundum vero matrimonium non Russis tantum et apud Graecos, sed et plerosque alios Christianos Orientales Sacerdotibus est interdictum, quod illi ita intellexerunt dictum Paulli, quo ait Episcopum esse oportere μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Vide Grotium ad 1 Tim. III. 2. et Epist. 279. 323. Salmasium de foenore trapezitico p. 52. sq. Andream Saussaeum de episcopali monogamia, Parisiis 1632. 4. Benedictinorum notas ad S. Ambrosium T. 2. p. 65. et Suidam in μονογαμία et δίγαμος. Ceterum quae ex historia Ecclesiastica pro coelibatu Sacerdotum proferri solent, fuse confutata sunt tum ab aliis tum a *Georg. Calixto* in libro de coniugio Clericorum, Helmstad. 1631. 4. Confer *Andream Hyperium* tomo II. opusculor. Theol. p. 485. sq. *Philippum Mornaeum* lib. 2. de Eucharistia c. 9. 10. 11. 12. *Iosephum Hall*, decade 2. Epist. 3. p. 297. sq. Operum, et in libro cui titulus: *the honour of the maried clergie maintained*, p. 719. sq. cui iungendus auctor libri itidem anglice vulgati Londini 1688. 4. hoc titulo: *treatise of the Celibacy of the Clergy, wherein its rise and progress are historically considered.* Confer porro *Iac. Capellum* ad 1. Tim. III. 3. *Henr. Mullerum* in patrocinio Coniugii Clericorum ex Oriente et Occidente: *Warthoni* Historiam coelibatus, Anglice editam. *Sam. Basnagium* Tomo secundo Annalium pag. 521. sqq. *Iacobi Piscennini* [13] concordiam matrimonii et ministerii, *Christoph. Schleupnerum* de coniugio

Isaaci Angeli Comneni, qua Episcoporum electorum vxores tonderi et in monasterium dimitti iubentur.

[12] Axiomatibus super coelibatu, monachatu et viduitate, Witeb. 1521. D. 3. *In episcoporum numero non ferendus quisquam nisi prius coniugem habuerit. Paullus perinde coniugium exigit atque scientiam.*

[13] Noua litteraria Lipsiensia A. 1728. p. 217.

coniugio sacerdotum, Hildesiae 1606. 4. *Marquardum de Susannis* de coelibatu sacerdotum non abrogando, Venetiis 1565. 4. Graues etiam rationes aduersus constitutionem de castitate et continentia sacerdotum attulit *S. Vdabricus*, episcopus Augustanus, in epistola ad Nicolaum Papam, quae vetustis litteris sine anni et loci indicio exscripta est. *Ioan. Pet. Puricelli* dissertatio, vtrum S. Ambrosius clero suo Mediolanensi permiserit, semel virginem in vxorem ducere exhibetur a Muratorio Tomo quarto scriptorum Italiae p. 121. sqq. Iudaeorum et Muhamedanorum argumenta contra coelibatum Sacerdotum exhibet Hottingerus in Historia Ecclesiast. saeculo 16. P. 2. pag. 114. sq. Primus post coeptam sacrorum reformationem e ministris Ecclesiae Protestantibus vxorem duxit *Barthol. Bernhardus Feldkirchen*, praepositus Kembergensis, de quo singularis D. Io. Friderici Peustkingii [14] diatriba exstat, et meminit Seckendorfius in Historia Lutheranismi lib. 1. p. 170. Feldkirchenii huius exemplum sequutus est Carolostadius et hinc innumeri alii, ipseque adeo Lutherus, confer Rev. Io. Godfridi Olearii scrinium antiquarium pag. 192. et B. Doctoris Mayeri diss. de Boria Lutheri coniuge, de qua etiam multis agit Baelius in Lexico, voce Borée. De mulieribus vero ἀγαπηταῖς et fratribus συνεισάκτοις sub honesto titulo in veteri Ecclesia multi scandali ansam praebentibus ac per Canones plures Conciliorum proscriptis, vide Iustellum et Beueregium ad Canonem Nicaen. 3. Trull. 5. Ancyran. 19. Gangrensem 4. Nicaeni secundi can. 18. et 20. etc. Dodwellum diss. 3. Cyprianica, Valesium ad Eusebium p. 157. Suicerum in ἀγαπητοὶ, ἀδελφή, συνείσακτος, Chrysostomum in homilia, quae incipit: ἐπὶ τῶν προγόνων, et οἶμαι ψυχή. Ferdinandum Mendozam ad Concilium Illiberitanum p. 1189. sqq. T. 1. Labbei. Iosephum Binghamum origin. ecclesiastic. lib. VI. cap. 2. Arcudium lib. VII. p. 677. sqq. Ludov. Cresollii anthologiam sacram p. 408. sqq. Theophili Raynaudi heteroclita spiritualia p. 151. et T. 12. Opp. de feminis per religiosos et ecclesiasticos non frequentandis. Edmundum Martenium Tomo I. Anecdotorum p. 332. Ludov. Antonium Muratorium in anecdotis Graecis p. 185. 218. sqq. Ioan. Filesacum lib. 1. Selector. p. 143. sqq. Agnellum Honoratum dissertationum ecclesiasticar. Luccae 1737. 4. editarum pag. 34. sqq. Pompeium Sarnellum epistola Ecclesiastica XVIII. Cangium in *focaria*. Nicolai Staphorsti histor. ecclesiast. Hamburg. T. 2. p. 325, vbi Alberti Cranzii, Decani Hamburgensis, mandatum contra sordes focariarum siue concubinarum, et dissertationes Henrici Witte, Witeb. 1691. Ioan. Nic. Quistorpii, Rost. 1692. Christ. Sigism. Roehrensee, Witeb. 1708. et Christoph. Matth. Pfaffii, Tubingae 1751. Io. Frontonis dissertatio de Virginitate honorata, erudita, adorata,

[14] Vide Acta Eruditorum A. 1703. p. 334.

adorata, foecunda, lucem vidit Parif. 1651. 4. et inter eius epiftolas ac differtationes Hamburgi 1720. 8. me curante editas. De fanctae virginitatis merito contra Iouinianum difputat Natalis Alexander faeculo IV. differt. 49. pag. 628. fqq. Vitas fanctorum coniugatorum, qui in matrimonio virtutibus illuftres vixerunt, edidit Belgice Andreas de Boeye, Antwerpiae 1631. Hiftoriam criticam coelibatus compofuit Morinus T. V. Memor. Acad. infcriptionum pag. 404. fqq.

X. Secundas nuptias et longe magis tertias quartasque multi Chriftianorum olim inter prohibitas habuerunt. Vide Thomam Milles ad Cyrillum Hierofol. p. 60. B. Henrici Mulleri diff. de digamis non ordinandis, Petrum Arcudium lib. VII. cap. 27. fqq. S. Bouffaci noctes theologicas differt. IX. p. 155. fqq. et Iufti Henningi Boehmeri ius ecclefiafticum Proteftantium T. 1. p. 529. fqq. Illae hodieque ab orientali Ecclefia fere improbantur, praecipue vero Sacerdotibus atque Epifcopis bigamis effe haud licere contendunt e locis 1. ad Tim. III. 2. et ad Titum I. 7. vbi Apoftolus iubet Epifcopum effe *unius* vxoris virum, hoc eft non modo a plurium fimul vxorum connubio abftinere ficut Pontifex maximus in V. T. vnius coniugis vir erat, vide Io. Braunii felecta facra p. 313. et Melch. Zeidlerum de polygamia p. 85. fed etiam ab vxore poft diuortium ducta effe alienum. Confer Cotelerium tom. 1. Patrum Apoftol. p. 90. fq. Grotium et alios interpretes ad laudata Apoftoli loca, Iac. Gouffetum in Vefperis Groningenfibus p. 134. fq. 147. fq. D. Calixtum de coniugio Clericor. p. 30. fq. Iuftellum ad Codicem Ecclefiae vniuerfae p. 200. fq. Petauium in notis in Epiphanium p. 343. fq. et B. Ittigium appendice de haerefiarchis p. 174. fq. In veteri quoque foedere Pontifici Maximo vnam conceffum habere vxorem non duas fimul, vide Io. Braunii felecta facra p. 313. et viduam ducere interdictum, Leuit. XXI. 13. reliquis Sacerdotibus folam viduam a Sacerdote relictam ducere integrum erat. Ezech. XLIV. 22. Neque Pontifici maximo Romae veteris primum licebat nuptias iterare, tefte Tertulliano et Hieronymo, quod tamen poftea neglectum fuiffe conftat. Vide Io. Andream Bofium de Pontifice maximo Romae veteris p. 54. fq. Quartas nuptias ne Imperatori quidem Graeci concedunt nedum alii Laico, vnde iam faeculo decimo ingentes turbae obortae propter improbatas a Nicolao, Patriarcha Conftantinopolitano, quartas Leonis Imperatoris nuptias. Et nuptiis fecundis iam pridem a faeculo fecundo infefti fuere Montaniftae, quorum cauffam tuetur Tertull. in libro de Monogamia, confutatus a Io. Fabricio, Theol. Helmftadienfi, in Scylla Theologica p. 9. fq. et Theodoro Beza de diuortiis T. 2. p. 86. fq. Montaniftarum fententiam fequuti Nouatiani, neque inter Catholicos defuere qui fecundas nuptias fimiliter improbarent. Confer Beue-

regium ad Canonem VIII. Nicaenum, ad Canon. III. et VII. Neocaesarienſem. Digami in Eccleſia olim nec benedicebantur nec coronabantur. Vide Edm. Martene part. 2. lib. 1. de antiquis Eccleſiae ritibus p. 599. ſed et Officium in bigamos apud eundem p. 660. De *carinario*, inſultationibus et clamoribus fieri ſolitis in ſecundis vel tertiis nuptiis, vide concilium Turonenſe A. C. 1448. can. 3. Menagii origines Gallicas in voce *chariuari*, S. Bouſſaci diſſert. IX. noctium theologicar. p. 155. ſqq. Cyronium ad decretales de ſecundis nuptiis. Sed et inter Ethnicos reperio qui Digamiam vel Trigamiam ſucceſſiuam pro crimine habuerunt, vide B. Gerhardum Loco de coniugio §. 189. Berneggerum quaeſt. 110. ad Tacitum, Io. Beuerouicii quaeſtiones Epiſtolicas p. 14. Petri Mulleri diſſert. de odio ſecundarum nuptiarum, Ienae 1679. et 1715. et Adolphi Caroli Burckhardi diſſert. de poenis ſecundarum nuptiarum, Marb. 1717. 4. Apud Syrianum quoque in notis ad Hermogenem p. 101. mentio fit legis Atticae, qua mulier, quae tertio nupſerat, infamis habebatur.

XI. Polygamiam binorum vel plurium eodem tempore coniugiorum, diſerte ſatis improbauit et primae inſtitutioni diuinae aduerſari teſtatus eſt Seruator noſter Matth. XIX. 4. ſq. [15] et veteris mos Eccleſiae, quanquam Ioſephus XVII. 1. Antiquitatum ait *πάτριον*, hoc eſt, *moribus gentis ſuae conſentaneum* [16] *ἐν ταυτῷ πλείοσιν συνοικεῖν*, *vno eodemque tempore plures vxores habere*, et mox eodem loco Herodis magni nouem coniuges memorat: prouti quaternas vel quinas ſingulis vxores maritis ducere conceſſum Iudaeis fuit etiam adhuc Iuſtini Martyris tempore, vide eius dialogum cum Tryphone p. 363. D. et p. 371. A. et hinc inde reperti ſunt etiam inter Chriſtianos, qui polygamiam ſiue defenderent ſiue permitterent. Sane Valentinianus Senior apud Socratem lib. IV. c. 31. et Nicephorum XI. 33. duas legitimas vxores habere conceſſit et ipſe Seuerae Iuſtinam ſuperinduxit. Argumenta, quibus Socratis fidem ſollicitat Baronius ad annum Chriſti 370. nihil ſolidi habere affirmat Nicol. Vedelius lib. de prudentia veteris Eccleſiae p. 229. ſq. et Chriſtfridus Waechtlerus in Epiſtola ad D. Io. Burchardum Menckenium, inſerta Actis Erud. tom. 5. ſupplementi p. 168. ſq. Quanquam cum Baronio facit etiam Melchior Zeid-

[15] Conferendus praeter alios D. Franc. Iulius Lütkens im ausführlichen Tractat von der Polygamie und Concubinat. Lipſ. 1723. 4.

[16] De polygamia Patriarcharum confer Matthaeum Petitdidierium diſſert. 19. in Script. S. p. 165. ſqq. Bezam libro de polygamia, ſtatim in limine T. 2. Opp. vbi Bernardini Ochini reſpondet argumentis. Guil. Saldenum in Otiis p. 349. Veſperas Groninganas p. 125. et 159. Patricium Delany in libello Anglice 1737. edito et recuſo 1739. *Reflections upon Polygerey and the encouragement given to it that practice in the Scriptures of old teſtament*, cuius verſio germanica prodiit Gedani 1742. 8.

Zeidlerus, quem videre operae pretium est in Tr. de Polygamia p. 117. sq. et Henricus Valesius ad Ammiani XXX. vlt. p. 61. Alioqui nota est Lex Diocletiani et Maximiniani Lege 2. Cod. de Incestis Nuptiis: *Neminem, qui sub ditione Romani nominis, binas vxores habere posse, vulgo patet, quum etiam in edicto Praetoris huiusmodi viri infamia notati sint.* Tum Valeriani et Galieni: *eum qui duas simul habuit vxores, sine dubio comitari infamiam.* Ceterum paucissima et extraordinaria quaedam Polygamiae inter Christianos vel admissae vel toleratae exempla non magis quam quilibet alius excessus sive crimen quodcunque conniuendo transmissum vel Legi Christi vel unanimi Ecclesiae Christianae sententiae ac consuetudini praeiudicare potest. Cui accedit quod nulla cuiquam inter Christianos nubit, nisi ea lege, vt sola et vnica coniux sit quamdiu vixerit. Quod vero Pontificii scriptores Lindanus, Maimburgius, Varillasius, Bossuetus, tantopere insultare solent B. Luthero quod in Philippi Hassiae Landgrauii Digamiam consensu prioris vxoris suscipiendam vtcunque visus est consensisse, aduersus hos praeter ea quae pro Luthero disputat B. Seckendorfius Lib. 3. Lutheranismi p. 277. sq. obseruandum est quod etiam Pontifex Romanus, Honorius III. ab Auctoribus non contemnendae fidei traditur dispensasse polygamiam Comitis a Gleichen [17] et quod vulgo Pontifex Iudaeis, in Italia praesertim, Polygamiam concessit, teste Leone Mutinensi. Vide Seldeni vxorem Hebraicam p. 51. Colomesii Biblioth. selectam p. 4. sq. Christoph. Arnoldi Paralipomena ad Wagenseilii Sotam, p. 1203. sq. Omitto quod Io. Bodinus scriptor Pontificius in colloquio inedito heptaplomere Lib. 2. auctor est se quum esset in Hispania comperisse Magdalenam Cruceam Monasterii Cordubensis Principem a Paullo III. Pontifice maximo veniam impetrasse, quae annos amplius 30. cum atrato daemone ephialte concubuisset, tametsi tantam vitae atque religionis integritatem prae se ferret, vt quasi ab Angelo, dum sacra fierent, sublimis veheretur a terra, quod Eunapius etiam Iamblicho sacra facienti contigisse tradit. De Iudaeorum Polygamia videndus Heideggerus in Hist. Patriarcharum, Seldenus lib. 1. vxor. Hebr. c. 9. Interpretes ad Matth. V. 32. et XIX. 9. Montacutius in apparatu p. 193. sq. Karaeos nullo numero adstringere Polygamiam ostendit Triglandus p. 142. sq. de secta Karaeorum. Rabbanitae ad quatuor vxores restringunt, vide Lightfootum in horis ad Matth. V. 31. Licita praesertim habetur Iudaeis in casu sterilitatis per decem annos exemplo Sarae marito post decem annos Hagaram in matrimonium

[17] Confer Baelii Lexicon edit. 2. in *Gleichen.* Tentzelii dialogos menstruos A. 1696. p. 600. sq. 619. sq. Non ita tamen Clemens IV. cuius cordatam epistolam, qua matrimonium regis Aragoniae soluere recusat A. C. 1266. vide Tomo secundo anecdotorum Edmundi Martene p. 227. 303. 362. 440. 448. sq.

monium dantis. Quo in casu ipsi Pontifices Romani Iudaeis veniam Polygamiae dederunt. v. Schudtium in memorabilib. P. I. l. 4. c. 17. §. 16. sqq. et in compendio histor. Iudaicae p. 449. Hodie tamen plerique anathemate illo deterrentur, quo R. Gerson bigamiam sustulit ad minuendas lites inter coniuges, vide eiusd. Schudtii compend. H. I. p. 472. sq. vnde in casu Leuiratus hodie discalceatio obtinet, vide Schudtium memorab. P. II. L. VI. c. 24. §. 13. De gentibus non opus est plura addere, quum paucae sint fuerintque qui polygamiam non probauerint vel permiserint. Confer Zeidlerum lib. laudato p. 34 sq. Tho. Crenium Parte XI. Animadverf. p. 231. sq. De Aegyptiis Herodotus II. 92. γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτέων συνοικέει καθαπὲρ ἕλληνες, *vnusquisque vnam ducit vxorem sicut Graeci.* Atheniensibus a Cecrope vetita multinubentia, vide Petitum ad LL. Atticas p. 434. et de Numae Romani Regis lege Festum in *pellex.* Vulcanum vero quod Aegyptiis legem tulisset de Monogamia, inter Deos propter ea relatum refert Eusebius in Chronico. Eandem Vulcani legem memorat scriptor Chronici Alexandrini. Diodorus tamen Siculus lib. 1. c. 51. auctor est Aegyptiorum Sacerdotes quidem vnam tantum, alios vero quot quisque vellet in matrimonium duxisse. De Germanis antiquis auctor est Tacitus, quod prope soli barbarorum singulis vxoribus contenti fuerint, exceptis admodum paucis, qui non libidine sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. *Virgines vnum accipiunt maritum, quomodo vnum corpus vnamque vitam, nec vlla cogitatio vltra, nec longior cupiditas, ne tanquam maritum sed tanquam matrimonium ament.* Confer Bernegger. qu. 92. ad Tacitum. Lacedaemoniis vero Lycurgi leges promiscuam vxorum consuetudinem concesserunt, vt praeter alios narrant Theodoretus lib. 9. de curatione Graecarum affectionum. Ita de Agathyrsis Herodotus IV. 104. ἐπίκοινον δὲ τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται, additque caussam, vt velut consanguinei omnes procul odio ac liuore vitam degerent. Idem cap. 172. apud Nasamonas Libyae populum narrat sponsam prima nocte obire singulos conuiuas, et ab iis concubitus praemium marito referre. Eodemque loco testatur tum Nasamonas illos tum Massagetas polygamos promiscue vxoribus vti, posito ante fores quum ad mulierem intrauerint baculo, in signum. Gindanum vero mulieres cap. 176. tradit nodis fimbriarum palam testari quot cum viris concubuerint, et gloriari maxime quae plurimas habet, tanquam plurimis amatam. C. 180. de Ausibus Nomadum gente, quod κτηνηδὸν pecudum more promiscue coëant. In Platonem eodem nomine, quod communionem vxorum in republica sua admisisset, passim inuehuntur veteris Ecclesiae doctores, licet Platonem defendat Bessarion lib. IV. contra Calumniatorem Platonis c. 3. Confer Holstenium ad Porphyrium de vita Pythagorae p. 83. sq. Liuium Galantem

lanfem in comparatione Theologiae Chriſtianae cum Platonica lib. 1. p. 26. ſq. Moſellanum ad Gellium XVIII. 2. Cotelerium ad Patres Apoſtolicos T. 1. p. 582. Quanquam vero Lactantius lib. 4. cap. 3. negat matrimonium dici poſſe vbi mulier vna multos viros habet, tamen et hoc Polygamiae genus in Britannia olim obtinuiſſe teſtatur Iulius Caeſar IV. 14. de bello Gallico, *vxores habent deni duodenique inter ſe communes.* Bardeſanes apud Euſebium lib. 6. c. 10. praeparat. et Caeſarius qu. 47. et de Medis quibusdam Strabo ac de Lithuanis Aeneas Siluius. Idem de Malabaribus relatum memini, et Ceylanenſibus, vbi vna vxor pluribus (ad ſex vsque) nubit fratribus: De Calecutanis Bzouius ad A. C. 1487. n. XI. *nuptiis coire feminarum vnam, eoque incerta prole, patribus non filios ſuccedere, ſed ex ſororibus natos.* De Malleamenſibus vide memorias Treuoltinas 1713. p. 1866, et Lettres edifiantes T. 3. p. 188. Apud Taſtrobanenſes communionem vxorum liberorumque obtinuiſſe teſtatur Diodorus Siculus lib. 2. p. 98. (140.) vt praeteream quae collegit Zeidlerus in libro de Polygamia p. 32. ſq. vide etiam Auguſtinum de bono coniugii c. 17. Quod vero ad alterum Polygamiae genus attinet, quod vnus vir plures ducit vxores, illud non tantum apud plures gentes hodie receptum eſt, ſed ita quoque receptum, vt Miſſionarii teſtentur, nullum maius obſtaculum introducendo Chriſtianiſmo ſe reperiſſe quam Polygamiae improbationem, praecipue apud Sinenſes. Etiam Mahomedanis probari Polygamiam notiſſimum eſt, et ex ipſo Alcorano conſtat. Confer Ludouicum Viuem lib. IV. de veritate fidei c. 13. Maurorum Imperatori plures quam quatuor vxores ſimul habere non permittitur, ſed idem plurimas alit concubinas, vt Moullam Iſmaëlem Olonus Gallus in relatione de Imperio Maroccano teſtatur quadringentas propemodum habere, quibus quingentae aliae ſint famularum loco, atque ex his iam ſuſcepiſſe maſculos CXVIII. femellas CC. Paulli Heuterii libro de libera hominis natiuitate, ſiue de liberis naturalibus ſubiicitur catalogus virorum ſumma dignitate et laude inſignium, qui illegitimo thoro nati Papae, Reges, Principes, viri illuſtres et clari. Prodiit ad calcem librorum II. de veterum ac ſaeculi ſui Belgio, Antw. 1600. et 1616. 4. et inter Opera edita Louanii 1649. fol. De ſucceſſione ſpuriorum in regnum vide Andream Cirino de vrbe Roma cap. 39. Tomo ſecundo theſauri Sallengriani p. 425, et quae hoc ſaeculo acriter diſputata ſunt de ſucceſſione in regnum Galliae, recenſita im curieuſen Bücherkabinet, particula 41. 45. 47. 48. et 51. Adulterium eccleſiaſticum eſt, quum Epiſcopo viuente eccleſia alteri iungitur, ita Liberatus Diaconus c. 14. breuiarii, *volentibus ciuibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, Dioſcoro quippe viuente.* Hinc Petrus Moggus c. 16. p. 106. et c. 17. p. 110. adulter, quod ſuperſtite adhuc Timotheo Salaphacito epiſcopum Alexandrinum ordinari ſe paſſus fuiſſet.

XII. Ve-

XII. Veteris puerperii [18] antiquitates breui Synopsi, quum opus ipsum incendio periisset, complexus est Tho. Bartholinus, quam Commentario illustrauit Casp. Bartholinus Thomae filius, qui cum patris ad filium Epistola lucem vidit Hafniae 1646. 8. et Amst. 1676. 12. Praeterea Romae 1677. 8. apud Mascardum, prodiit eiusdem Casparis Bartholini expositio veteris in puerperio ritus ex arca sepulcrali antiqua obseruati, qui etiam vberiores Commentarios de hoc argumento promisit. Vide praeterea Potterum IV. 14. Archaeol. et Io. Meursii filii de *puerperio* veteri syntagma, recusum tom. 8. Antiquit. Graecarum Gronouii, qui Graecos pariter ac Romanos ritus attingit. De puerperio *Hebraearum feminarum* vide Misnam Seder Tohoroth tractatu VII. Niddah siue de menstruata muliere eiusque purificatione, item ab immunditia partus et Ioan. Gottl. Horweinii dissert. de partu Hebraeorum et speciatim de corona boni nominis, Witteb. 1730. De hebraica obstetricum origine exstat Gottlob Frid. Gudii dissertatio ad Exodi I. 15. Lipsiae 1724. De sella parturientium, deque omni puerperio et arte obstetricandi confer Almeloueenium in antiquitatibus e sacris profanis pag. 85. sqq. De daemonio pueris infesto vide Psellum de operat. daemonum p. 100. sqq. et 119. Puerperae apud Iudaeos pariter et gentiles impurae habebantur, vide Dilherrum disput. Acad. T. I. p. 216. sq. Dassouii scholia critica in Leuit. p. 17. Theophrasti notationes morum pag. 48. edit. Casaubon. Io. Christoph. Wolfii curas T. I. p. 586. Hinc earum purgationes et sacrificia, de quibus agunt Nicolai ad Sigonium lib. IV. c. 11. Bergerus eclog. Corsic. 3. p. 27. Lightfootus in horis hebr. ad Luc. I. 9. II. 22. Cremerus antiquit. mosaic. T. II. p. 263. Ioan. Christoph. Wahrendorfius in examine canonis Leuitic. XII. de purificatione puerperarum, Helmst. 1708. 8. et Polyc. Lyserus in dissertat. de puerperarum purificatione, ibid. 1707. De iis, quae apud veteres Germanos in partu, item ante et post eum obseruata sunt, vide Cleffelium antiq. Germanic. cap. 2. De arte obstetriticia veterum elegantem edidit dissertationem Io. Zach. Platnerus, Lipsiae 1735. De more coronandi puerperarum aedes apud Romanos et Graecos recepto confer Bidermanni Otia litteraria parte prima pag. 238. sqq. Illustribus etiam feminis olim morem fuisse liberos suos lacte nutrire testatur Adalbero Laudunensis (qui circa A. C. 998. scripsit) carmine ad Robertum Regem Francorum: *Lac tibi sugenti Dat nutrix Induperatrix.* Infantibus vagientibus et immorigeris terror incussus proclamato nomine Cyclopum vel Lamiae vel μορμῳ vel laruis propositis. Vide Ez. Spanhem. p. 174. sq. ad Callimach. et 178. In insula Corsica virum loco puerperae per aliquot dies decumbere solitum narrat Diodorus Siculus lib. V. p. 205. De *nutricibus* et

[18] Meminit Bartholinus in Anatome p. 293.

et *paedagogis*, peculiaris extat diatribe Io. Iacobi Claudii, Vltraiect. 1702. 12. recusa Tomo tertio supplementor. Poleni pag. 417. De paedagogia veterum Graecorum binas dissertationes edidit Io. Petrus Miller, Lipsiae 1735. in quibus totum hoc argumentum fusius exponit, simulque de Gymnastis et Paedotribus, quos magistros exercitores Plautus appellat in Trinumno, agit, de quibus quoque consulendus Perizonius ad Aeliani var. histor. II. 6. De praeceptoribus puellarum confer Iac. Raeuardum II. 19. Coniectaneorum. De cunis infantium Io. Alstorphius libro de lectis veterum cap. XIV. De respectu parentali et priuilegiis πολυτεκνίας vide Phil. Lud. Hannekenium dissert. 3 de cura domestica Romanorum. Io. Georg. Fichtneri dissert. de praemiis polypaediae, Altorfii 1708. et Lipsii excursum ad III. Annal. Taciti. De iure trium liberorum et iure communi liberorum, et vtriusque iuris differentia disserunt Bimardus in epistola ad Ioannem de Abatibus inserta tomo XVI. bibliothecae Italicae, et Hannibal de Abatibus Oliueri in notis ad marmora Pisaurensia p. 79. sqq. et p. 85. sqq. De conuiuiis ablactationis, dentitionis etc. Stuckius Antiquitat. Conuiual. I. 17. De dilatis praegnantium suppliciis Menagius cap. 21. amoenitatum Iuris.

De *Natalitiis* veterum sacris et prophanis, Ioachimi Hildebrandi liber lucem vidit Helmstad. 1661. 4. cui addendus Michael Piccartus Oratione X. quae est de natalitiis Veterum. Thomas Hutchinson ad Xenophontis Cyropaed. p. 25. Iacobus Ouzelius in animaduersionibus in Minutii Felicis Octauium pag. 45. sqq. Gisbert. Voetius Tomo tertio dissert. selectar. p. 1282. sqq. Henr. Salmuth de natalitio veterum ritu, Ambergae 1619. Io. Burchardus Menckenius dissertat. litterariar. p. 194. sqq. Israelis Clauderi dissertationes duae de ritu veterum natalitio, Coburgi 1657. et 1659. Martin. Braem de diebus ac festis natalitiis, Haun. 1702. Ioan. Christ. Koerneri descriptio natalitiorum Romanor. priuator. Lipsiae 1740. Carol. Frid Schubertus de ritibus Romanorum celebrandi dies natales,. Helmst. 1750. Caroli Beniam Acoluthi epistola de ritibus veterum natalitiis, Ienae 1754. et Caspar Sagittarius in diss. de natalitiis Martyrum (his dies martyrii ipsorum innuitur: vide praeter alios Clariss. Muratorium diss. 19. ad Paullin. p. 195. sq) quae cum Ioan. Kindleri exercitatione de natalibus Christi recusa est in syntagmate primo diss. Philologicarum, apud Batauos edito 8 et recensetur in Ludoph. Neocori Bibliotheca librorum nouorum A. 1699 p. 474 sq. Varia etiam de natali die, strenis [19] natalitiis, sacris celebratis Amphidromiis (quae etiam δρομιάμφιον ἦμαρ

[19] Ouidius I. 417. de arte amandi: *Magna superstitio tibi sit natalis amicae,*
Quaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.
Idem de die Natali videndus III. 13. Tristium.

ἦμαρ notante in Obſ. Io. Frid. Gronouio) Meurſius Graecia feriata p. 260. ſq. et Meurſius filius de puerperio veteri c. 7. De conuiuiis natalitiis Ioſ. Laurentius Tomo VIII. theſauri Gronouiani p. 1430. de iisdem aliisque laetitiae ſignis obſeruauit etiam nonnulla Henricus Lindebrogius ad Cenſorinum de die natali: neque H. Dodwelli praelectiones 1. et 2. Cambdenianae praetereundae, in quibus praecipue de obſeruatis apud Romanos Natalibus: tum Martini de Roa liber de die natali ſacro et prophano, ſingularibus S. Scripturae ſubiectus Lugd 1604. 8. Ioachimi Immanuelis Wendii diſſ. de natalium apud veteres ſollemnitate, quae prodiit Witteb. 1687. De conuiuiis natalitiis agunt etiam Lud. de Orleans lib. 6. nouarum cogitationum in Tacitum. Guil. Stúckius antiquitatum conuiualium lib. 1. c. 16. Taſſinus c. 13. de ludis ſaecularibus tom. 8. Antiqu. Roman. pag. 540. vide et quae viri docti notant ad haec Ciceronis Orat. 2. Philippica c. 6. *dat natalitia in hortis*, tom. 6. Graev. p. 404. De varii generis ritibus quibus veteres, Ethnici maxime, in natalibus vſi ſunt, item de varii generis natalibus, vitae, muneris, Martyrii, et de die natali Chriſti agit Rich. Montacutius in apparatu ad Origg. Eccleſiaſticas pag. 377. ſq. et in Analectis, (qui idem propemodum liber eſt ſub alio titulo editus) p. 370. ſq. De natali Herodis celebrato adeundus idem Montacutius, parte ſecunda Origg. p. 141. ſq. Interpretes ad Matth. XIV. 6. Iſaacus Voſſius ad Catullum p. 307. qui obſeruat, non diem qua natus eſt Herodes, ſed diem quo ad regnum euectus eſt, eo in loco intelligi, vti etiam per γενέθλιον regis Agrippae apud Ioſephum XIX. 7. pag. 869. edit. Oxon. Confer Io. Gregorii ſcholion Graecum ad illum Matthaei locum, quod habes etiam in Actis Erud. 1704. p. 52. ſed et Henrici Dodwelli praelect. Cambden. p. 169. De Auguſtorum natalibus celebratis conſule Ioan. Henr. Sminkii diatribam, Marpurgi 1717. 4. et Ioan. Henr. Stuſſii commentationes duas de natalitiis Imperatorum Romanorum, Gothae 1738. De natali cathedrae, ſiue, quo quis Epiſcopus electus, Baronius ad Martyrologium 18. Ian. Rosweidus ad epiſtol. 16. S. Paullini, S. Bouſſacus diſſert. 28. noctium theolog. p. 325. ſqq. Erneſti Sal. Cypriani Programma decimum, Coburgi 1708 8. De natalibus Homeri, Platonis, Epicuri, Virgilii et aliorum celebrium Virorum ſollemniter et inſtituto conuiuio celebrari ſolitis nonnulla collegit Io. Ionſius de Scriptoribus Hiſtoriae Philoſoph. p. 58. ſq. Etiam Vrbium natales celebrati, vt Γενέθλιον Vrbis CPolis de quo auctor Originum CPol in faſciculo Combefiſiano p. 27. vrbis Romae, de quo Mamertinus Panegyrico in Maximian. c. 1. et Bandurius Tomo ſecundo numiſmatum pag. 71. Plura de natalibus vrbium Petrus Faber lib. 1. Semeſtrium cap. 9. Briſſonius ad legem Dom. de ſpectaculis, ſub extrem. et Io. Henr. Stuſſius in commentatione de natalitiis vrbium,

ſpeciatim

ſpeciatim de natali vrbis Romae, Gothae 1740. Alexandrinos memoriam terrae motus, quo Vrbs ſua propemodum conciderat, appellaſſe Γενέσια obſeruat Valeſius ad Sozom. VI. 2. fortaſſe quod poſt illum reſtaurata pulchrior ac veluti renata eſt. Et Genethlia viuis, Geneſia mortuis deſtinata vt notat Laurentius lib. I. polymathiae diſſ. XI. vbi perperam *viris* excuſum pro *viuis*. Vide et Heſychium in Γενετυλλίς. Quanquam vero haud dubie antiquus mos eſt natalem diem ſollemni ritu obeundi, vt praeter iam laudatos oſtendit Io. Dougtheius in analectis ad Geneſ. XL. 20, valde tamen dubium eſt, quod Iac. Boulduccius, homo mire credulus, vel potius mire credulos requirens lectores, de Eccleſia ante Legem capite et libro primo tanquam rem exploratam tradit primos homines, quotannis natalem ſuum celebraſſe. De Amphidromiis, quae die quinto poſt editum in lucem partum celebrabantur, agit Poſſinus ad Pachymerem, et Ern. Sam. Chriſtoph Rudorf ſingulari commentatione Ienae 1758. edita. Cunaria occurrunt apud Gruterum pag. CCCXI. 7. Martial. II. 40.

Cunarum fueras motor Charideme mearum.

Superſtitiones in recens natis frequentatas perſtringit Chryſoſt. XII. in 1 Cor. p. 107. T. X. ed. nov. Eodem, quo nati fuerunt die mortem obiiſſe obſeruati ſunt, ex veteribus quidem Plato, Pompeius, Antipater Sidonius, quem praeterea quotannis die natali febre correptum ferunt: ex recentioribus Herm. Barbarus, Pet. Pithoeus, Io. Heuelius et multi alii. Natos ſibi infantes parentum erat apud Romanos ex lege M. Antonini Philoſophi intra tertium a natiuitate diem profiteri apud praefectum aerarii Saturni, in acta hoc relaturum: porro die octavo feminis, maſculis nono nomen imponebatur qui dies luſtricus, atque Onomaſteria. De *liberorum abdicatione* Sam. Petitus ad Leges Atticas p. 157. ſq. et Io. Regner Pronigk in diſſertatione de abdicatione liberorum, Vltrai. 1725. De *venditione* liberorum apud Gentes permiſſa olim ac recepta *Io. Philippi Dattii*, Conſiliarii Wurtenbergici liber prodiit Vlmae 1700. 8. recuſus Tomo ſecundo theſauri Meermanniani p 631. De liberorum *expoſitione et nece* apud veteres, Gerardi Noodt ICti praeclariſſimi Iulius Paullus, ſiue ſingularis liber de hoc argumento editus Lugd Bat. 1700. 4. et inter opera eius recuſus. Contra Noodtii ſententiam nonnulla monuit Corn. van Bynkershoek in diſſert. de iure occidendi, vendendi, exponendi liberos apud Romanos, quae exſtat in eiusdem Opuſculis varii argumenti, Lugd Batav 1752 4 p. 141. Bynkershoekio oppoſuit Noodtius amicam reſponſionem, quam examinauit Bynkershoekius in curis ſecundis de iure occidendi et exponendi liberos apud veteres Romanos. Tria haec ſcripta inueniuntur in Bynkershoekii Opuſculis cura Franc. Car. Conradi Halae 1729. 4. editis. Hiſce iunge Petitum miſc.

Obſerv. p. 163. Potterum Archaeol. Graec. lib. 4. cap. 14. Keyslerum antiquitat. ſeptentrional. p. 333. ſq. Ioach. Chriſtoph. Stiſſeri diſſ. de liberis expoſititiis, Helmſt. 1677. rec. Quedlinb. 1718. Io. Chriſtoph. Frauendorfii de iniqua liberorum expoſitione, Lipſ. 1692. Ier. Zangii de expoſitione infantum eiusque poena veteri, Giſſae 1713. Matth. Mülleri de expoſitione infantum, Altorfii 1727. Car. Frid. Heinzii de eo, quod iuſtum eſt, circa expoſitionem infantum, Lipſiae 1731. et Henr. Aug. Zeibichii de more Graecorum infantes exponendi, Witeb. 1753. Δέϱια ſiue δέϱαια expoſitis infantibus quo agnoſci poſſent appenſa memorat Dio Chryſoſtomus diſſ. IV. de regno p. 63. De *iure patrio* poſt Petrum Aerodium aliosque Struuio in Bibliotheca iuris pag. 157. ſq. edit. Buderianae, et Lipenio in Bibliotheca iuridica Tomo ſec. pag. 130. ſq. edit. recentiſſimae laudatos erudite commentatus eſt Abraham a Kerkuaad, Vltraiect. 1708. 8. De educatione liberorum apud Hebraeos agit Theod. Daſſouius in diſſert. de infante Hebraeorum liberaliter educato, Witeb. 1698. De educatione apud Graecos et Romanos Pfeifferus Antiquit. Graec. IV. 28. I. I. Claudius in diatribe de nutricibus et paedagogis, T. III. ſupplementorum Poleni. Feithius antiq. Homer. c. 18. et Celeberrimus Io. Aug. Erneſti in proluſione de priuata veterum Romanor. diſciplina, Lipſiae 1747. De educatione liberorum apud veteres Germanos vide Cleffelium antiquit. German. c. 3. et Cluueri German. antiquam lib. 1. c. 21. Hamburgi, vti etiam Venetiis et in aliis quibusdam vrbibus Italiae conſtituta ſunt brephotrophia, quae temporibus Iuſtiniani obtinuiſſe obſeruant viri docti ex l. 19. 22. C. de ſacroſ. Eccleſ. vel iam Traiani Imperator. vide Iac. Raeuardum lib. 1. Coniectan. c. 17.

XIII. De cura virginum apud veteres diſſ. duae Io. Phil. Pfeifferi, Prof. Regiomontani, poſt primam editionem Regiomont. 1672. recuſae ſunt in Belgio in Syntagmate 2. diſſ. Philolog. Roterod. 1699. 8. et recenſentur a Ludolpho Neocoro in Biblioth. nouorum librorum Ai. 1699. p. 474. De variis rationibus pudicitiam virginum et puerorum cuſtodiendi, vide notas ad Ciceronis Orationes tom. 6. edit. Graeuianae p. 467. Potterum IV. 13. Archaeologiae Gr. De infibulatione agit Mercurialis lib. 1. Var. lect. cap. 19. et Io. Rhodius libro de acia Celſi. De diſciplina et moribus Romanarum feminarum confer Stanislai Santinelli diſſertationes et orationes, Venet. 1734. 4. editas, p. 93. ſqq. De Gynaeceis Graecorum vide Ludov. Guil. Iunii diſſertationem, Lipſiae 1745. De Hebraeorum Gynaeceis confer Bucheri antiquitates ſupra pag. 839. laudatas. Mulieres peregrinae, inprimis apud Hebraeos, minus honeſtae habebantur, quod ſingulari commentatione Io. Frid. Friſchius, Lipſ. 1744. demonſtrauit. De vidua Hebraea exſtat Theod. Daſſouii diſſertatio, Witeb. 1699.

XVI. De

XIV. De cura Iudaeorum circa genealogias consulendus Melchior Leydeckerus VI. 9. de Rep. Hebraeor. et Christianus Schoettgenius hor. hebraic. et talmudic. in N.T. T. I. p. 854. sqq. Apud Athenienses duplex fuit liber publice asseruatus, quorum primo infantes statim a natiuitate inscribebantur, altero qui vocabatur ληξιαρχικὸν, nomina eorum qui iam ex ephebis excesserant. Vide Scholia Graeca ad Lucianum tom. 2. p. 11. De familiis Romanorum iam pridem interciderunt scripta Varronis, Titi Pomponii Attici, Hygini, M. Valerii Messalae et Suetonii, de quibus videndus Reinerus Reineccius in praefatione ad Glandorpii Onomasticon, vbi etiam notat recenti aetate, *Io. Rosam*, de Romanis familiis commentarios Ienae, vbi humaniores et sacras litteras docuit, molitum, eosque in summa exspectatione fuisse, sed Auctorem interea opere neutiquam edito defunctum [20] testatur. Hoc argumentum sparsim et obiter attigit *Raph. Volaterranus*, in anthropologia siue commentariorum vrbanorum libro 13. et sq. Diligentius *Richardus Streinius*, Baro Schwarzenauius, in libro de gentibus et familiis Romanorum, Parisiis 1559. apud Henr. Steph. in fol. et Venetiis apud Ald. Manut. iuniorem 1571. 4. 1591. 8. et tomo VII. Antiquitatt. Romanar. Graeuii. Consulares tamen familias tantum expressit et multa sine auctoritate, multa contra Historiam et temporis rationem scripsit iudice Christoph. Adamo Ruperto, quem vide in Epistolis *Georgii Richteri* p. 564. sq. vbi et ipse gentes familiasque patricias ac plebeias collegisse se testatur. *Ioannis Glandorpii* onomasticon Historiae Romanae neutiquam hoc loco praetereundum est, vtpote praecipuarum familiarum Romanarum stemmata ordine alphabetico explicans, et innumera intelligendis Romanis scriptoribus vtilia obseruans. Lucem adspexit post Auctoris obitum demum, curante eius discipulo *Reinero Reineccio* Francof. apud Wechelos A. 1589. fol. *Andreae Schotti* electa de priscis Romanorum gentibus et familiis, cum eiusdem de tribubus Romanis XXXV. rusticis atque vrbanis, et de ludis festisque Romanorum ex Calendario veteri leguntur ad calcem antiquitatum Romanar. Ioan. Rosini. *Fuluii Vrsini* de familiis Romanorum opus ab V. C. ad Augustum (non Augustinum vt typographi lapsu legitur in Bibl. numaria Labbei) ex antiquis numismatibus collectum Rom. 1577. fol. cum appendice 30. familiarum ex *Antonii Augustini* Episcopi Alerdensis libro de Familiis Romanorum, exstat etiam tom. VII. Antiquit. Rom. Graeuii recusum. Septingentos Vrsino memoratos et alios ducentos ipsi praeteritos familiarum numos possidere se testatus est Seguinus p. 204. vbi circa numos Pompeianos

[20] Obiit 1571. aetat. 39. Hic est Rosa cuius eruditi in Ciceronis Academicas et de finibus libros commentarii exstant.

Vrſinum aliquoties emendat. Idem p. 65. duodecim ex illis Vrſino praeteritis exhibet et illuſtrat. *Guilielmi Cardelli*, Romani, qui Sigismundi Imperat. temporibus vixit librum de familiis Romanis laudat atque euoluiſſe ſe teſtatur Proſper Mandoſius Tomo ſecundo bibliothecae Romanae p 203. Idem pag. 222. *Iacobi Gardelli*, nepotis, additiones memorat. *Abrahami* vero *Gorlaei* familiae Romanae ab V. C. vsque ad obitum Auguſti, ex numis, quos Vrſinus vel omiſit vel aliter poſuit, lucem viderunt Antwerp. A. 1605. fol. Ab eo tempore laudatiſſima induſtria *Caroli Patini* qui poſt Vrſinum diligenter eſt in hoc argumento verſatus Pariſ. 1663. fol. Conferendus etiam *Ezech. Spanhemius* diſſ. VI. de vſu numiſmatum (in noua edit. X. quae prima eſt Tomi ſecundi) *Laur. Begeri* tomus 2. theſauri Brandenburgici p. 529. ſq. praecipue vero *Io. Vaillant*, cuius numi antiqui familiarum Romanarum perpetuis interpretationibus illuſtrati lucem viderunt Amſtel. 1703. fol. In hoc Vaillanti opere familias nonnullas quarum Patinus meminit omiſſas notant Acta Erud. A. 1704. p. 407. quanquam viciſſim ex Golzii numis conſularibus A. 1571. ad calcem Hiſtoriae Iul. Caeſaris editis et ſuis ſcriniis non paucas (132.) Patino praeteritas vir doctiſſimus adiunxit. Neque enim omnes Golzii numi a Patino omiſſi pro ſuppoſititiis habendi ſunt, vt iam notauit A. Morellus p. 2.8. ſpec. Notari quoque meretur eiusdem Morelli theſaurus, ſiue familiarum Romanarum numiſmata, omnia, diligentiſſime vbique conquiſita, accuratiſſime delineata, et iuxta ordinem Fulv. Vrſini et Caroli Patini diſpoſita: nunc primum edita et commentario perpetuo illuſtrata a Sigeberto Hauercampo, Tom. II. Amſtelod. 1734. fol. Omittimus *Eliae Reuſneri* et aliorum ſcripta, familias Romanas illuſtrantia, quarum plures quotidie et nouas ſiue ex numis ſiue ex aliis veteribus monumentis eruditorum induſtria obſeruat. De priſca familia *Caeſiorum* ſingulare et locuples opus Io. Baptiſtae Fonteii, cum Iulii Iacobini appendice lucem vidit Bonon. 1582. fol. De gente *Valeria* exſtat liber Iacobi Zabarellae, italice editus Paduae 1664. 4. Eiusdem de gente *Liuia* liber prodiit, ibid. 1669. 4. De familia *Caeſennia* antiquiſſimas inſcriptiones aeuo ſuperſtites Petrus Antonius Braſchius in vnum collectas, dilucidatas ornatasque edidit Romae 1731. 4. De vita, rebus geſtis, numis *Titi Didii* Conſulis, et gente *Didia* Ioſ. Bimardi (de la Baſtie) parergon prodiit Lutetiae 1730. 4 De gente *Curtia* Ioannis Franc. Ioſephi Bagnoli liber in lucem emiſſus eſt Bononiae 1741. 8. Gentem *Aureliam* Ioan Wunderlich ſingulari commentatione illuſtrauit Ienae 1754. 4. De *Metellis* diſſerit M. Antonius Ferratius pag. 129. epiſtolarum. Gentilitiorum nominum Romanorum in Gruteri inſcriptionibus non obuiorum ampliſſimum ſpicilegium ex antiquis inſcriptionibus collegit Raphael Fabrettus cap. 9. p. 597. ſqq. Familias *Byzanti-*

nas

nas illuſtrauit *Carolus Cangius* Pariſ. 1680. fol. in parte priore Hiſtoriae ſuae Byzantinae.

XV. Tria fuerunt apud Romanos cognationis genera, agnatio, gens et ſtirps, vt notat Turnebus ad Ciceronem de legibus lib. 1. p. 31. ac *ſtirps* quidem omne cognationis genus continebat, *gentis* ius nullum habebant plebeii, ſed tantum patritii ac nobiles qui capitis nullam erant diminutionem paſſi, vide Ern. Martini Chladenii librum de gentilitate veterum Romanorum, Witeb. 1742. 4. *agnatio* in virilis ſtirpis cognatione poſita erat. De imaginibus nobilium, earum collocatione in atrio; geſtatione in funere et ſimili pompa qua claritatem generis veteres Romani teſtabantur, vide praeter ſcriptores pag. 724. citatos Lipſium 1. elect. c. 29. Liberi erant vel *γνήσιοι* legitime nati, vel adoptiui *θετοὶ*, de quibus Appianus 3. Ciuil. fol. 586. vel *νόθοι* ſiue ſpurii, *σκότιοι*, de quorum patre non conſtabat et *παρθένιοι* ex adulterio geniti. Vide Potterum IV. 15. Archaeol. De adoptionibus priuatorum Principumque apud Romanos et adoptorum iuribus agit H. Dodwellus praelect. Cambden. XVIII. De praecipuis adoptandi cauſſis apud veteres Romanos Imman. Gottlob Groſſeri commentatio prodiit Lipſiae 1746. Adoptionis ritus fuerunt varii, per populum et praetorem, de qua ad Dionem pag. 195. et Pitiſcus T. 1. p. 28. ſq. per arma, per enſem, ſiue armorum traditione Caſſiodorus IV. Ep. 1. VIII. 1. et 9. S. Bouſſacus diſſert. 15. noctium theolog. p. 211. ſqq. inde feuda et equeſtres dignitates; per tonſuram ſiue reſciſſos capillos, Paullus Diaconus lib. 6. de geſtis Longobardor. cap. 53. inde ordines monaſtici et tonſura clericalis; per baptiſmum, idem Bouſſacus diſſert. 14. noctium theolog. p. 199. ſqq. De exhaeredatione, quae grauior, et abdicatione vide interpretes ad Quinctilianum T. 2. Burmanni pag 481. et 474. vbi formula abdicantis, *diſcede de domo mea.* Nobilitatis quatuor genera e mente Platonis Laërt. III. 88. ſq. Apud Romanos diſtincti nobiles, ingenui ſiue liberi, liberti et libertini ac ſerui quos diuerſos ordines etiam apud Germanos veteres obſeruat Cluuerus German. Antiquae lib. 1. cap. 15. p. 98. ſq.

XVI. De Nominibus propriis et Nominum impoſitione atque vſu apud veteres, praeſenti loco nonnulla perſtringere operae pretium fuerit. Apud Hebraeos vnicum nomen in vſu fuit, quod primis temporibus a natiuitate ſtatim, vt Caino vel Noacho impoſitum eſt: deinde in circumciſione dari conſueuit. Hinc additum nomen Parentis, in hunc fere modum: Iſaac filius Abraham, Saul filius Kis, Simon *ben* (Syriace *bar*) Iona, Moſes ben Maimon, Menaſſe ben Iſraël. Sic et feminae, Michaiahu filia Vrielis. Neque alia nominum ratione in hoc vsque tempus vtuntur Iudaei, licet nonnullos videam cognomen etiam habere, vt R. Schabtai integrum nomen eſt Schabtai Strimer, Pragenſis,

Pragenſis, eſt enim frater Iacobi Strimeri, filius Ioſephi Strimeri in direptione Pragenſi occiſi. Idem tamen in titulo libri de ſcriptis Rabbinorum, cui titulus eſt labia dormientium, ſe non aliter vocat quam R. Schabtai ben Ioſeph. Satis frequens autem inter eosdem Hebraeos mutatio nominis variis de cauſſis, vnde binomines, quae res vt obſeruata magnas difficultates tollit, ita neglecta facit, nec exiguos parit errores. Confer Beckium ad Targum Paralipom. p. 136. et Chriſt. Bened. Michaelis diſſert. de nominibus propriis ſacris, Halae 1729. Vno tamen nomine tantum vtebantur vno tempore, ita vt ex quo adſciuit Apoſtolus nomen Paulli, deſineret appellari Saulus. Nec Abramus vocabatur amplius, quum datum eſſet nomen Abrahami, neque Sarai, ex quo dicta eſt Sara, nec Iacob ex quo haeſit nomen Iſraëlis, quanquam iſte poſtea iam hoc iam illo nomine in ſacris litteris appellatur. In formatione nominum Hebraeos haud curioſius de accurata analogiae ratione ſollicitos fuiſſe notauit, Dauid Kimchi et Salomoh ben Melech ad 1. Chron. IV. Neque in ſcribendis eodem modo nominibus admodum ſuperſtitioſos fuiſſe veteres, Rich. Simon lib. 1. Hiſt. Crit. V. T. cap. 3. In Talmude Hieroſolymitano Maſſechet Gittin f. 43. 2. legas Iſraëlitas extra terram Iſraëliticam habere nomina ſicut nomina Gentilium. Sane a Graecis nominibus et Latinis non abſtinuiſſe, exemplo Tryphonis, Philonis, Nicodemi, Iuſti, Rufi et aliorum conſtat. Vide Rev. Alberti a Felde Epiſt. ad D. Kochium de dialogo Iuſtini Martyris p. 33. ſq. et Io. Braunium in ſelectis ſacris p. 33. ſq. qui p. 34. ſq. oſtendit Iudaeos poſt captiuitatem duplici nomine non raro vſos, vno quo inter ſuos et altero quo inter Ethnicos vocarentur. Graeco ſcilicet altero vel Latino, altero Hebraico: ſic iisdem tributa nomina Ieſus et Iaſon, Iakim et Alcimus, Onias et Menelaus, Iannaeus et Alexander, Saulus et Paullus, Ioannes et Hyrcanus, Hillel et Pollio, Simon et Niger, Salome et Alexandra. Confer Io. Henr. Maii obſerv. ſacr. lib. 3 p. 96. edit ſecundae. Trinomines etiam fuere quidam, ſi credimus Cornelio Ianſonio parte 1. Concordiae Euangel c. 6. et Benedictinis ad S. Ambroſ. tomo 1 fol. 1331. In peregrinae autem linguae nominibus propriis efferendis tripliciter verſari ſolent Hebraei, nam vel aliter pronunciant, [21] vt Graeci aliaeque Gentes, vt pro Cyro Cores, pro Artaxerxe Artaſaſta etc. vel ex peregrina lingua interpretantur in Hebraicam. Vide Grotium ad Gen. XI. 1. Hebr. III. 8. et quae notaui lib. 1. Bibl. Graecae c. 6. §. 11. Eduardum item Bernardum ad inſcriptiones Palmyrenas pag. 23. ſicut hoc etiam aliis ſcriptoribus vſurpatum fuit, vide Nicol. Alemanni notas ad Procopium p. 95. et Hieronymum lib. 2. in Amoſum pag. 1411. edit. nouae, vel

[21] Quam diuerſe ipſas hebraicas voces pronuntient Iudaei vide apud Ioan. Iac. Schudtium Tomo ſecundo memorab. Iudaicorum pag. 285.

vel nomina in aliam atque ingenioſam ſignificationem deflectunt, vt variis exemplis demonſtraui in eadem Bibl. Graeca lib. 1. c. 29. §. 8. Quae omnia non poſſunt non multiplices difficultates lectoribus obiicere, et quasdam etiam vix ac ne vix quidem extricabiles. Ioſephus quoque Medus in fragmentis ſacris tom. 10. faſcic. Crenii p. 252. notauit mirificam diuerſitatem in nominibus Regum Aſſyriorum, quae in ſacris et profanis ſcriptoribus obſeruatur, inde originem ducere, quod diuerſae gentes Aſſyrii, Babylonii, Perſae, Aramitae habitantes prope Euphratem, Aegyptii, Graeci etc. vnaquaeque nomen Regis varie pronuntiationis ſuae ingenio ſuaeque linguae accommodarent. Etiam pridem notauit Ioſephus Scaliger *Nomina propria exterarum gentium alienis apicibus additis ita transformari, vt ab ipſis gentibus agnoſci non poſſint*, quam in rem plura diſputat Thomas Reineſius in diatriba de lingua Punica. Scriptores qui Nomina Propria Hebraica in ſacris litteris collegerunt et interpretati ſunt diligenter referre inſtituit Celeberrimus Io. Chriſtoph. Wolfius in Appendice ad Hiſtoriam Lexicorum Hebraeorum p. 228. et diligentius in bibliotheca Hebraea vol. 2. p. 565. ſqq. et vol. 4. p. 248. et Io. Mollerus Homonymoſcopiae p. 39. ſq. His addi poſſunt quae ex MSS. Graecis Codicibus tom. II. Hieronymi ſui ad librum de Nominibus Hebraicis protulit Io. Marcianaeus, quae melius digeri atque emendari illuſtrarique ab aliquo viro docto eſſet operae pretium: vt omittamus *Matthaei Aurogalli* librum de Hebraeis vrbium, regionum, populorum, fluminum, montium et aliorum locorum nominibus e V. T. congeſtum Witeb. 1526. et auctiorem Baſ. 1539 8. *Dauidis Chytraei* Onomaſticon Theologicum A. 1557. 1578 et Witeb. 1585. 8. Spectat et huc *Paullus Crellius* in Concordantiis realibus a Dan. Feſſelio auctis, Germanice fol. Onomaſticon nominum propriorum Hebr. et Graecor. quod exſtat ad calcem tom. VI. Bibliorum *Polyglotton Londinenſ. Marianus Brixianus* in Arca Noae etc. et qui in hoc genere verſatus quam diligentiſſime eſt, praeclarus Vir *Matthaeus Hillerus* Profeſſor Tubingenſis in Onomaſtico ſacro Tub. 1706 4. et in altero quod Bibliis pentaplis Germanice A. 1712. 4. excuſis eſt ſubiectum, nouiſſimeque Vir celeberrimus *Ioan. Simon* in Onomaſtico V. T. Halae 1741. 4. euulgato.

XVII. De Graecis veteribus perinde vt de Hebraeis affirmare licet ſimplici fere nomine eos vſos fuiſſe, et genitiuum plerumque parentis addidiſſe, vt Thucydides Olori et ſimilia. Confer Ez. Spanhem. VI de numiſm. p. 512 ſq. At non ſemper genitiuus additus parentem ſignificat, ſed interdum aliud quid ſubintelligitur, v. g. Clinias Alcibiadis ſcil. Pater. Olympias Alexandri, ſcil. mater. Hectoris Andromache, ſcil. vxor. Euſebius Pamphili ſcil. amicus. Parthenius Dionyſii ſcil. diſcipulus. Confer Ionſium p. 14. B. Hankium de

ſcriptoribus Byz. cap. 1. § 5 ſq. Ampliſſimi Cuperi Harpocratem p. 126 ſq. et V. C. Thom. Galei diſſ. de ſcriptoribus Mythologicis p. 19 ſq. Pro genitiuo Parentis ſcriptores Romani interdum poſuere alterum nominatiuum, itaque dixerunt Herodem Atticum pro Attici F. Appionem Pliſtonicen pro Pliſtonicae F. et ſimilia. Confer Salmaſium ad Vet. inſcriptionem Regillae p. 89 ſq. Valeſium ad Ammian. fol. 40. Sollemne fuit apud Graecos nepoti nomen aui imponere. Sic Ariſtidis pater et filius dicebantur Lyſimachus, Ariſtotelis Nicomachus, vt alia innumera praetermittam, e quibus nonnulla collegit Grotius ad Luc. I, 59. et Stephanus Morinus in octo diſſertationibus p. 21 ſq. *παλαιότατον ἔθος ἦν*, inquit Euſtathius, *τὸς ἐκγόνὸς καλεῖσθαι τοῖς τῶν πάππων ὀνόμασιν*. At Nomina Romanorum narrantes Graeci, praenomina frequenter ſola nominant, vel praenomina poſtponunt, ut *Κάτων Μάρκος* pro M. Catone et ſimilia apud Dionem aliosque. Vti Patronymica etiam quandoque cognominibus praeponi notat Salmaſius ad Achillem Tatium p. 537 ſq. ſed et Graeci ipſi interdum praeter nomen habebant *ἐπίκλησιν* ſiue cognomen, teſte Appiano Praef. ad bella Pun. quod ipſum e variis monumentis antiquis conſtare notat laudatus Cuperus in Harpocrate p. 177. Confer Plutarchum Coriolano fol. 218. Nomina peregrina, orientalia maxime quum illa Graeci memorant in ſuis ſcriptis, vel plane in linguam ſuam interpretantur, vel ſaltim ita inflectunt, vt ſono ac terminatione Graeca vel Graecis affinia videantur. Imponebant Graeci infantibus ſuis nomen die luſtrico, ſiue ſeptimus is erat ſiue decimus[22] a natiuitate. Vide Meurſium Graeciae feriatae p. 21 ſq. Petrum Moll ad Longi Paſtoralia p. 7. Adde de die luſtrico Graecorum Romanorumque Philippum Rubenium lib. 1. elector. cap. 5. Meurſium parte 2. exercit. critic. p. 182 ſq. Feſtum in *luſtrici*, et Macrobium l. 1. Saturn. c. 16. Chriſtianis iam olim baptiſmi dies fuit *ὀνομαστήριος*, vt notat praeter alios Nic. Cabaſila lib. 2. de vita in Chriſto p. 225. Cui iunge Edm. Martene lib. 1. de ritibus p. 70 ſqq. et Lindebrogium p. 1445. ad codic. leg. antiquarum.

XVIII. Romanis quoque ingenuis (ſeruorum enim vt plurimum ſimplex fuit nomen Syri v. g. vel Daui; quandoque vero ſeruis etiam et vernis honeſtioribus tria data ſunt nomina, vide Fabrettum pag. 347. Inſcription, et Scipionis Maffeii antiquitates Galliae p. 80.) ſingula quibusdam nomina initio fuere, vt Romulo et Remo: aliis bina, commune ſiue appellatiuum ac praenomen alterum, alterum gentile et proprium, vt Hoſto Hoſtilio, C. Mario, Q. Sertorio, L. Mummio, Iulio Proculo. Plutarch. in vita Marii p. 406. aliis denique terna *praenomen*, *nomen* gentilitium et *cognomen*, vt L. Iunio Bruto, L. Tar-

[22] Suid. in *δεκάτην ἑστιᾶσαι* et in *ἑβδομενόμενα*,

L. Tarquinio Superbo et Priſco, C. Marcio Coriolano. Plutarch. in Coriolano fol. 218. Fratres, Ciceronis etiamnum aetate praenomine diſtinguebantur, nomine et cognomine conueniebant, vt P. Cornelius Scipio et L. Cornelius Scipio. M. Tullius Cicero et Q. Tullius Cicero. Simile in patre et filio obſeruare licet, M. Annaeo Seneca et L. Annaeo Seneca. Poſtea fratres cognominibus diuiſi, vt Saluius Otho et Saluius Titianus: Flauius Veſpaſianus et Flauius Sabinus. Non in omnibus tamen hoc receptum, nam Vittellii fratres ſolo praenomine diſtincti: Aulus, Quintus, Publius et Lucius. Feminas quoque praenominibus vſas conſtat, etſi minus frequenter, vnde hoc plane negauit Plutarchus in Mario p. 406. vt Aulam Placidiam, Tiberiam Aeliam, Rheam Syluiam Romuli matrem, Caiam Caeciliam, quod Caiae praenomen inuerſa littera ſcribitur Ɔ vt Tita ⊥. Confer Tiraquellum ad Alex. ab Alex. tom. I. p. 79 et ad lib. 5 c. 4. et quae Graeuius in praef. ad tomum 2. Antiqv. Rom inſeruit ex Petri Seruii Miſcellaneis cap. 5 - 8. qui cognomine quoque vſas nonnunquam vt Caeciliam Metellam, Calpurniam Marcellam etc. quin praenomine, nomine et cognomine ſimul, vt Furiam Sabiniam Tranquillinam, Cneiam Cocceiam Irinam Aureliam Mauianam Virginiam, ex veteribus inſcriptionibus demonſtrat. Adde Franciſci Ariſii Cremonam litteratam T. I. pag. 24. Maritorum quoque adſciuere cognomen, vt Marcia Catonis, rarius liberorum, vt Cornelia Gracchorum ſcil. Mater, adde Ez. Spanhem. VI. p. 509 ſq. Praenomina circiter XXX. notante Varrone, ſed longe plura obſeruantur. Nonnulla praenomina eadem in aliis fuere cognomina, vt praeter Ez. Spanhem. diſſert. x. de numiſmatibus, quae eſt prima tomi ſecundi pag. 21 - 83. pluribus exemplis idem Seruius probatum dedit, qui praeterea docet nonnullos nouum adſciuiſſe cognomen, quod male *agnomen* quibusdam appellatur vt L. Cornelius Scipio Aſiaticus, L. Aelius Praeconius Stilo, M. Valerius Maximus Meſſala, Q. Caecilius Metellus Pius. Cognomen ſaepe gentilitio nomini praeponitur, vt notat Rhodius ad Scribonium Largum p. 191. et Spanhemius VI. de numiſm. p. 503 ſq. De duplici praenomine uſurpato id. p 511. et praenominibus certis familiis familiaribus p. 513 ſq. De more Graecorum Romanos paſſim ſolo praenomine notandi pag. 516 ſq quod et Latini interdum faciunt. id. Sola cognomina poſita. id p. 520. et Sirmond. tomo 4. Opp. f. 599. Quidam plura etiam habuere cognomina vt P. Cornelius Scipio Naſica Serapio, ne memorem quae in titulis Imperatorum cognomina Parthici, Arabici, Germanici etc. De duplici nomine, quo vſi interdum ſunt viri feminaeque, vide Fabretti inſcriptiones pag. 145 ſqq. Agnomen autem dicitur proprie, quod retinebatur, ab adoptatis, vel integrum vel leuiter mu-

tatum et σχηματισθέν πως, vt ait Xiphilinus, quum adoptantium [23] praenomen, nomen et cognomen adſciſcerent, illisque iungebatur iam tertio iam quarto loco, vt P. Cornelius Scipio a Q. Caecilio Metello adoptatus deinceps vocabatur Q. Caecilius Metellus Scipio: M. Iunius Brutus adoptatus a Q. Seruilio Caepione, dictus poſtea eſt Q. Seruilius Caepio Brutus; leuiter mutatum eſt in Auguſto, qui pro Octauio deinde dictus eſt C. Iulius Caeſar Octauianus. In his agnomen facile agnoſcis Brutum et Scipionem. Porro reliqua illa Aſiatici v. g. et Africani et ſimilia non agnomina ſed cognomina vocantur etiam a Velleio lib. 1. c. 13. *Nec quisquam ex nouis hominibus prior Mummio cognomen virtute partum vindicauit.* Nomina alia propria familiis, alia ſingulorum in eadem familia vnius confer Spanhem p. 505 ſq. ἐπικλήσεις Graecis, Perizon. ad Aelian. p. 469, 471, 475. Liberti ſiue ſerui manumiſſi cognomen ſuum retinebant, praenomen nomenque recipiebant a patrono, vt Tiro et Laurea quum Cicero eos manumiſiſſet, dicti M. Tullius Tiro et M. Tullius Laurea. Chryſogonus manu miſſus a Sylla L. Cornelius Chryſogonus. Adde Reineſ. pag. 835. Inſcript. ſq. Pueris non prius quam togam virilem ſumerent, puellis non antequam nuberent praenomina impoſita fuiſſe Q. Scaeuola tradidit, teſte auctore Epitomes de nominum ratione quae Valerio Max. ſubiicitur et a quibusdam tribuitur Iulio Paridi, ab aliis Tito Probo. Haec vtinam integra exſtaret: quae eius ſuperſunt tamen, illuſtrata ſunt a Stephano Pighio in notis ad Valerium et a Salmaſio in inchoato commentario ad Arnobium, quem vulgaui tomo ſecundo Hippolyti mei. Hamburgi 1718. fol. Nomina petita ſunt a *Diis,* vt, Martius, Bacchius, etc. vide Grotium in limine notarum ad Marcianum Capellam; a *victoriis,* vt Africanus, Creticus, vide viros doctos ad Flor. III, 8. Nicanor, Polycrates; a *numero,* conſ. Bibl. latin. II, 22. 7. Primus, ſecundus etc. Quartadecimani haeretici; a *colore,* vt Melanion, Rufus, Mineus etc. vide Grotium ad Capellam. Albii, Albini, Flauii, Galbae; a *beſtiis,* vel *animalibus,* vt Porcus, Catulus, Equitius, Hippaſus, Caper, Capella, Ouidius, Taurus, Muraena, Aquila, Coruus, Coruinus, Galbus, Leporinus, Suillus, Buteo, vide Godofredi Sellii commentationem de nominibus Romanorum brutiſonis, Halae 1737; ab *arboribus,* vt Roſa, Palma; a *bono omine,* vt Proſper, Magnus, Valens, Macarius, Felix, Eutyches, Auguſtus, Fauſtus, Fortunatus, Firmus, confer Ioan. Henr. Stuſſi commentationem de omine in nomine, Gothae 1735. a *bonis moribus,* vt Ariſtobulus, Cunctator, Catus, Chreſtus, Salomon, Philadelphus, Parrhaſius, Parrhaſiades, confer Barth. Marliani obſeruationes de

[23] Xiphilinus p. 34. de Auguſto. Vide Dio XLVI. p. 484. et Sam. Pitiſci Lexicon Antiquitatum Rom. in adoptatio.

de praenomine, nomine et cognomine; a *malis moribus*, vt Hierax, Lamyrus, Metretes, Poltrones, vide Luitprandum in Innocentio; *κατ' ἀντίφρασιν*, Philopater; ab *euentu*, Stercoreus siue Copronymus, Ambustus; a *corporis nota* siue *vitio*, vt Attae, Calui, Capitones, Caeci, Claudii, Corsi, Flacci, Frontones, Gryphones, Labeones, Licinii, Limi, Monomachi, Nasicae, Nasones, Physiones, Pogonati, Scaeuolae, Sedigeti, Talipedes, vide Angelum a Nuce ad Leonem Ostiensem III. 16. p. 334; a *nascendi sorte* Agrippae, Caesares, Caesones, Opites, Postumus, Proculus; a *re rustica* Pisones, Lentuli, Cicerones, Fabii, Aratores, Stolones; a *re maritima* Ancora, Galeotus, Nauclerus, Puppius; a *vestimentis* Caligula, Caracalla. Vti nomina quaedam virorum in *a*, Fretela, Totila, Attila, Malela; ita etiam nomina quaedam feminarum in *um* et *us* desinunt, Glycerium, Albinus, vide Henr. Norisii aduentoriam, T. 1. Opp. pag. 1304. sqq. De Nominibus Romanorum Onuphrii liber fastis eius subiectus; Francisci Robertelli liber prodiit Florentiae 1548. 8. Caroli Sigonii liber adiectus est eiusdem Fastis Consularibus, Basil. 1559. fol. et deinde recusus Tomo primo Sylburgii scriptor. historiae Rom. p. 340. in Dionysii Gothofredi auctoribus linguae Latinae pag. 1401. et Tomo secundo thesauri Graeuiani pag. 1952. Iusti Lipsii tractatus de nominibus Romanorum recusus est ad calcem Kippingii antiquitatum Roman. pag. 603. edit. Lugdunensis 1713. 8. et in Clausingii iure publico Roman. T. 1. p. 598. Nicolai Boindini dissertatio de nominibus Romanorum exstat T. 1. historiae academiae Inscriptionum pag. 188. edit. Amstelod. Adde Vossium lib. 1. Aristarchi cap. 7. qui laudat praeterea Alexandrum ab Alexandro de praenominum origine differentem IV. 4. genial. dierum, Giraldum dialogismo IV. et Antonium Augustinum III. 8. emendationum. De origine nominum et cognominum confer Aegidii Andreae de la Roque tractatum Parisiis 1681. 8. editum. Nomina propria in MSS. solent distingui super imposita lineola, vide Reinesii var. lection. II. 3. p. 137. Idem Henricus Stephanus etiam in quibusdam suis Graecis scriptoribus excusis obseruauit. De nominibus mediae aetatis multiplicatis vt Marcianus Mineus Felix Capella, Macrobius Ambrosius Aurelius Theodosius, Anicius Manlius Seuerinus Boëthius &c. vide Sirmondum praef. ad Eunodium et in limine notar. ad Sidonium. Alex. Whittenium ad Diptychon Leodiense pag. 4. Petrum Wesselingium II. 21. p. 236. variarum obseruationum, et Henr. Cannegieterum in opusculo de mutata Romanorum nominum sub principibus ratione cap. 7. pag. 29. De nominibus propriis apud Germanos consulendus B. Lutheri libellus Nahmen-Büchlein excusus 1537. recusus saepe vt Vrsellis 1559. 8. Helmstadii 1664. cum Godofr. Wegneri obseruationibus Lipsiae 1674. 8. et sub Rud. Gocle-

nii nomine (vide Thomaſium de plagio litterario §. 449.) Schottelius lib. V. de lingua Germ. tractatu 2. et quos allegat p. 1036. ſq. Ioan. Georg. Eccartus in hiſtoria ſtudii etymologici p. 37. ſqq. quem vide etiam p 44 ſqq. diſſerentem de opere MS. Conradi Geſneri, quod ſeruatur in bibliotheca Bremenſi. G. G. Leibnitius in collectaneis etymologicis II. p. 235. ſqq. ex Vbbone Emmio. Cornel. Kilian. Dorfflaeus ad calcem Etymologici Teutonicae linguae. Thomas Reineſius in Eponymologico MS. et in praefat. ad Syntagma Inſcriptionum XX. 3. ſq. Hermannus Adolphus Meinders de nominibus et cognominibus Germanorum et aliorum populorum ſeptentrionalium veterum, in miſcellaneis Lipſienſibus T. VI. p. 1. ſqq. et 31. ſqq. qui etiam de Hebraeis et Romanis pauca aſpergit pag. 24. ſq. 28. ſq. Io. Henr. Ottius de nominibus hominum propriis. Tiguri 1671. 8. Aliquot nomina propria Germanorum ad priſcam originem reſtituta per quendam antiquitatis ſtudioſum. Auguſtae Rhet. 8. Paulli Heuteri etyma variorum nominum vtriusque ſexus Germanicae originis exſtant ad calcem librorum duorum de veterum ac ſaeculi ſui Belgio p. 217-231. Antwerp. 1600. et 1616. 4. et inter opera Louanii 1649 fol. Catalogus nominum propriorum apud Goldaſtum tomo 2. antiquitatum Alemannicarum p. 92-118. et 144. ſq. De nominibus propriis in *rid* deſinentibus agit Olaus Verelius ad Heruarar Saga p. 115. ſq. in *rich* ſiue *rius* Erycius Puteanus in diatriba de nomine Erycio. De nomine Huberti et aliis ſimili fine cadentibus Arnoldus a Boecop ad calcem hiſtoriae S. Huberti a Io. Roberto editae p. 514. ſq. Luxemb. 1621. De nominibus Angloſaxonicis Georg Hickeſius diſſ. epiſtol. p. 23. ſq. Guil. Cambdenus in libro poſtumo, *Remains concerning Britain*, Edmundus Gibſon ad calcem chronici Saxonici, Guil. Lambardus in nominibus modernis veris et ſincere Saxonicis Latinis et Britannicis ciuitatum, fluminum. De praenominibus Sueogothicis Chriſtoph. Giubbius. Lincopiae 1675. De nominum mutatione ſacra vide Io. Henr. Stuſſii commentationem Gothae 1735. ſigillatim de mutatione nominum in profeſſione religioſorum et Pontificum Romanor. inauguratione Ioan. Frid. Krebſii ſchediaſma, quod auctius prodiit Lipſ. 1719. 4. Ad Romanam eccleſiam accedentibus in confirmatione mutatur nomen, vt Mauritio Wilhelmo Duci Cizenſi, qui dictus eſt Leopoldus, Chriſtinae Suecorum Reginae, quae Chriſtianae Alexandrae nomen tulit. Nomina quoque mutata fuerunt conſecratis et relatis inter Deos, vide Ezech. Spanhemium ad Iuliani Caeſares p. 332. De Pontificibus Romanis vide eundem ibid. p. 333. De adoptatis, confer Perizonium triade pag. 90. et Voſſium Ariſtarch. lib 1. c. 7. De ciuitate donatis, eundem ibidem. De libertis Politianum cap. 31. Miſcell. et Pamelium ad Tertullianum de reſurrectione c. 57. De ſcenae et meretriciae vitae renuntiantibus,

Ariſtae-

Ariſtaenetum lib. 1. epiſt. 19. et Gilb. Gaulminum p. 41. ad Euſtathium. De meretricibus ab aedilibus licentiam petentibus, Taubmannum ad Plauti Poenulum actu quinto ſcena tertia.

CAPVT XXI.

De inſtitutione, Scholis, et de re litteraria.

De re litteraria Hebraeorum generatim 1. *De Scholis et Doctoribus Hebraeorum.* 2. *De aliarum Gentium Antiquitatibus Academicis et Scholaſticis.* 3. *De Academia, Lyceo, Muſeo Alexandrino etc.* 4. *De aliis ſocietatibus literariis.* 5. *De Profeſſoribus et diſcipulis, ratione docendi, lucubrationibus.* 6. *De recitationibus, auditoriis, Anagnoſtis.* 7. *De ſcribis, librariis, antiquariis, libris, voluminibus, bibliopolis et Bibliothecis.* 8. *De ſtudiis veterum.* 9. *De charta, et quae eius loco, de ſtilo, calamo, atramento etc.* 10. *De litteris notisque hieroglyphicis, numeris, ſignis planetarum.* 11. *De typographiae origine et incrementis variis.* 12. *De aliis inventis novantiquis.* 13.

I.

Ideam ſyſtematis Antiquitatis litterariae vniuerſe, ſigillatim Aegyptiae edidit *Iac. Frider. Reimmannus*, Hildeſiae 1718. 8. Graecorum hiſtoriam litterariam delineauit *Chriſtianus Falſterus* in cogitationibus philologicis, Flensburgi 1719. 8. p. 84. ſqq. De ſtudiis litterarum apud Hebraeos generatim, eorumque origine et fatis videantur ſcriptores hiſtoriae philoſophicae, in primis *Iac. Bruckerus* hiſtor. critic. philoſophiae Tomo primo pag. 63. ſqq. et *Ioan. Franc. Buddeus* in hiſtoria philoſophiae Hebraeorum, qui et in hiſtoria eccleſiaſtica V. T. ad calcem ſingularum periodorum et capitum de ſtatu rei litterariae diſſerit. Num eruditio a Iudaeis ad gentes tranſierit diſputatum eſt. Aegyptiis certe eam tribuunt gloriam Macrobius in ſomnio Scipionis L. 1. c. 19. et Saturnalium lib. 1. c. 14. Apollinis oraculum apud Euſebium praeparat. Euangel. lib. 9. c. 10. et auctores, quos laudat Wolfius ad Origenis philoſophumena, p. 46. nota x) quod ab iis omnis eruditio ad ceteras gentes manauerit: Indis vero eam laudem vindicare conatus eſt Polyc. Lyſerus in diſſertat. de origine eruditionis non ad Iudaeos, ſed Indos referenda, Witeb. 1716. Sed Iudaei ſibi hanc gloriam tribuunt, haud diſſentientibus plerisque Patrum, vide *Bartoloccium* T. 1. biblioth. Rabbin. p. 467. *Schudtium* in deliciis p. 76-80. et Memorabil. P. III. p. 329. ſqq. *Maimonidem* Moreh Nebbuchim P. I. c. 71. et P. II. c. 11.

Huetium

Huetium Dem. Ev. Prop. IV. c. 8. *Iosephum* contra Apionem, *Buxtorfium* ad Cosri p. 28. sqq. De Platone ac Pythagora, aliis, a Mose edoctis vide *Schudtium* in compendio histor. iudaic. p. 158. sq. 172. sq. 261. *Struuium* in rudimentis Logicae Hebraeorum p. 134. *Buddeum* isagog. historico-theol. T. I. p. 556. sqq. et *Millium* in orat. de fatis theol. exegetic. p. 32. sq. nota. Adde *Ehregott Dan. Colbergii* legislatores Graecor. et Romanor. mosaizantes, *Huetium* demonstr. Euang. propos. IV. c. 3. et *Petrum Zornium* in bibliotheca antiquarioexegetica, praef.)( )(vbi adducit scriptores, qui S. S. lectam gentilibus affirmant. Vide et *Io. Iac. Syrbii* dissert. de auctoritate S. S. inter gentiles. De Aristotele sigillatim, quem Iudaei alii ex tribu Beniamin esse dicunt, alii ab Alexandro praefectum fuisse tradunt thesauro librorum Salomonis, vnde postquam sua per plagium suffuratus esset Salomonea combusserit, quidam postremo proselytum factum fingunt, omnes volunt a Iudaeis profecisse, vide *Bartoloccium* T. I. bibl. Rabbin. p. 475. sqq. *Buddeum* in historia philos. Hebraeorum p. 32. *Struuium* in rudimentis Logic. Hebraeorum p. 5. sqq. *Schudtium* compend. histor. iud. p. 51. sqq. *Wolfium* Bibl. Hebr. T. I. p. 217. et *Bruckerum* T. I. histor. crit. phil. p. 749. sq. Fabulae huius vera ratio est partim iactantia huic genti consueta, partim quod a veteribus vetitum esset graecis litteris dare operam, recentiores autem accensi ab Arabibus magno conatu in philosophiam Aristotelis incumberent, quasi antiquam philosophiam iudaicam postliminio sibi vindicantes. Interdictum autem hoc veterum magistrorum non discendi litteras graecas ex odio erga apostatas Graecissantes suae gentis a temporibus Maccabaeorum profectum videtur. Vide de hoc interdicto *Petri Zornii* Programma Ploenae 1719. editum de antiqua lege Hebraeorum, quae addita dirarum obnuntiatione iuuentuti scholasticae omni litteratura Graecorum interdici iussit. *Schudtium* compend. histor. iudaic. p. 160. sq. *Wagenseilium* ad Misnam Sota c. IX. num. 14. p. 307. edit. Surenhusii. *Richardum Biscoe* vol. I. libri anglice editi: The history of the Acts of the holy Apostles confirmed from other Authors, pag. 89. *Io. Aug. Ernesti* exercitationum Flauianarum primam de fontibus Archaeologiae, Lipsiae 1756. et eiusd. exercitationis corollarium alterum de odio Iudaeorum veterum aduersus litteras Graecas, ibid. 1758. De philosophicis Iudaeorum scriptis praesertim Aristotelicis vide *Bartoloccium* T. I. bibl. Rabbin p. 480. sqq et *Buddeum* in histor. philosophiae Hebraeorum p. 199 sqq De ethicis consule *Hottingerum* in bibliotheca Orientali c. I. cl. XI. *Oubelium* in synagoga bifronti p. 79. sqq. et *Henr. Scharbau* in exercit de fatis studii moralis in gente iudaica, Lips. 1712. Ceterum de eruditione Iudaeorum generatim consulatur *Erici Benzelii* dissertatio de re litteraria Iudaeorum, Vpsal. 1716. *Andreae Georg.*

Waehneri

Waehneri dissertatio de eruditione iudaica, Goettingae 1742. et *Rud. Martini Meelfuhreri* diatriba de meritis Hebraeorum in rem litterariam, Witteb. 1669. Eruditarum feminarum in gente Hebraea specimina aliquot dedit *Gustav. Georg. Zeltnerus* editis dissertationibus de feminis ex hebraea gente eruditis, Altorfii 1708. de Deborae inter prophetissas eruditione, ib. eod. de Priscilla Aquilae vxore, ib. 1709. de Alexandra Iudaeorum regina specimine sapientis feminae, ib. 1711. de Beruria Hebraeorum doctissima femina, ib. 1714. de erudita virgine Iudaea per transennam docente, ib. 1722. de Ialtha Principis filia erudita, ibid. 1725.

II. De scholis et academiis Hebraeorum post Hottingerum Enneade diss. in compendio theolog. Iudaicae pag. 285. sq. agunt *Iacobus Altingius* in binis orationibus siue dissertationibus de historia *Academiarum* et *promotionum* Academicarum in populo Hebraeorum, Amstel. 1651. 12. et inter opera viri Clarissimi post eius fata, curante Balthasare Beckero iunctim edita quinque in folio voluminibus Amstel. 1687. tomo postremo, heptade octaua dissertationum in qua occurrunt etiam eiusdem *Studiosus* et *Doctor*, Hebraeus. *Cherubinus a S. Iosepho* apparatus Biblici T. 2. p. 564. sqq. *Iulius Bartoloccius* bibl. Rabbin. T. 1. p. 486. sqq. et T. III. p. 663. vbi de modo studendi olim in academiis Iudaeorum Babylonicis, *Thomas Pinedo* p. 482. ad Stephan. in Ναάρθα. *Georg. Vrsinus* in antiquitatibus Hebraicis scholasticoacademicis Hafniae 16 8. et 1702. 4. *Campegius Vitringa* et *Iac. Rhenferdius* in scriptis mutuis de synagoga [1] vetere, Archisynagogo et de decem *Batlanim* siue otiosis Synagogae. *Iacobi Rhenferdi* inuestigatio praefectorum et ministrorum Synagogae. Franeq. 1701. et Opp. philolog. p. 480. *Augustinus Calmet* de scholis Hebraeorum, Tomo VI. commentarii in biblia pag. 22. sqq. *Io. Gottl. Carpzouius* in annotationibus in Goodwinum pag. 123. et 307. *Scipio Sgambatanus* in Archiuis V. T. lib. III. p. 416. *Iof. Sim. Assemannus* in prologo tomo 1. bibl. oriental. §. 2. *Dominic. Aulisius* libris duobus postumis de scholis sacris veterum Hebraeorum et Christianorum, Italice. Neapoli 1723. 4. *Andreas Norrelius* in diatyposi Academiarum apud Hebraeos, Vpsal. 1747. 8. *Franc. Burmannus* disputationibus nouem de synagogis, recusis parte secunda eius Exercitationum Academic. pag. 1-94. *Hermannus ab Hardt* in epistola edita a C. W. Wilischio in arcanis bibliothecae Annaebergensis p. 191. sqq. *Ioannes Held* oratione de Iudaeorum scholis et synagogis, Norimb. 1664. 8. *Ioan. Sauberti* historia breuis synagogarum iudaicarum in eius palaestra dissertationum p. 378. sq. *Ioan.*

[1] Boeckzaal 96. 1. p. 27. 243. Hodie nobilissima academia est in Polonico oppido Brzisc seu Breste; vide Schudtii memor. P. IV. contin. 1. p. 148.

Ioan. van Bashuysen in בית המדרש siue differt. de Academiis Academicorumque titulorum origine hebraica, Hanov. 1703. *Io. G. Grambsius* in exercitat. de synagogis Iudaeorum sub *Dav. Clodii* auspiciis vulgata Gissae 1682. *Nicol. Serarius* in Rabbino priore et posteriore, siue libris duobus de tota Rabbinorum gente, partitione, creatione, auctoritate. Moguntiae 1607. 8. et inter eius opuscula iunctim edita T. I. *Iacob. Capellus* in synopsi historiae edita Gedani 1622. 4. pag. 29. sqq. *Christianus Bornitius* in dissertationibus de synagogis Hebraeorum, Witteb. 1650. vulgatis. *Io Leonh. Heubnerus* in differt. de Academiis et societatibus litterariis Hebraeorum. ibid. 1703. *Chr. Henr. Ritmeier* in differt. de Kiriath-Sepher, ciuitate litteraria, Helmstad. 1711. *Ioan. Ludov. Seifferheld* in progr. de scholis Hebraeorum, inserto Tomo primo sylloges varior. Opusculorum a Frid. Iac. Beyschlagio edit. p. 582. sqq. *Dan. Lundius* in differt. de scholis et academiis Hebraeorum, Vpsal. 1707. 8. *Ioan. Ioach. Cramerus* in oratione de scholarum perpetuo in ecclesia Dei vsu, Herbornae 1701. fol. De scholis Iudaeorum prope lacus et fluuia exstat commentatio *Petri Zornii*, Ploenae 1716. Procedente tempore Iudaeos synagogas prope sepulcra exstruxisse ostendit *Io. Georg. Michaelis* in exercitatione de Iudaeorum synagogis prope sepulcra, quae exstat Tomo tertio symbol. Bremensium pag. 591. sqq. De scholis Prophetarum confer *Franc. Fabricii* orationem Lugd Batav. 1709 4. editam. *Ioan. Henr. Maii* sciagraphiam scholarum prophetarum, Gissae 1701. *Sam. Werenfelsii* differt. de scholis Prophetarum, Basil. 1701. *Lud. Martini Kahlii* differt. de eod. argumento, Goettingae 1737. De filiis Prophetarum vide *Eliae Silberradi* dissertationem Ienae 1710. et de filiis Leuitarum *Christ. Frid. Wilischii* differt. Lipf. 1708. Scholae et Academiae in Palaestina recensentur a Wolfio bibl. Hebr. P. II. p. 920. sq. Babylonicae p. 922. sq. quadringentae octo synagogae fuere Hierosolymis, vide Vitringam parte I. lib. I. c. 14. p. 253. et Gottfrid. Olearium obferv. in Matthaeum p. 417. quadringentae in Bitterensi ciuitate, Buxtorfius Lex. Talmud. p. 1056. vbi ex Maimonide obseruat, quocunque loco decem sint Iudaei, ibi oportere dedicari locum, in quo statis temporibus ad preces conueniant. De schola *Babylonica* vide Interpretes ad Danielis cap. I. et Balthasaris Meisneri dissertationem Witeb. 1620 de Academia *Sorana* in Babylonia, Ioan. Grammii comment. quae exstat P. VII. bibliothecae Danicae pag. 710. sqq. de *Pumbeditana* Christ. Gottl. Ioecheri commentationem Lipsiae 1737. editam. De eadem vt et Sorana conferatur etiam Bulaei historia academiae Parisiensis T. I. p. 316. De *Iabhnensi* academia vide Caroli Gottlob Sperbachii dissertation. Witeb. 1740. de *Tiberiadensi* schola Buxtorfium in Tiberiade cap. 4. et Cherubinum a S. Iosepho Tomo secundo apparatus biblici pag. 573. de *Tschipporensi* Ioan.

Light-

Lightfootum centur. chorogr. Matthaeo praemissae c. 82. Tomo secundo oper. p. 229. Doctores Mishnicos recensuit *Io. Henr. Otto* in hist. 130. doctorum Mishnicorum, qui *Tanaim* siue repetentes dicti sunt, de quibus Bartoloccius T. 3. p. 252. sq. et Cherubinus a S. Iosepho T. 2. apparatus biblici p. 577 sqq. insequutis post eos *Amuraeis* siue gnomologis, tum *Sebburaeis* siue opinatoribus, (Buxtorf. p. 1428. Lex Talmud) scepticis, hinc *Geonim* siue excellentibus ac denique proprie dictis *Rabbanim* siue magistris. Vide librum Schalscheleth Hakkabala et Zemach Dauidis Gansii, Bartoloccium T. 3. p. 663. sq. et Iac. Basnagii historiam Iudaeorum tomo secundo. Ante doctores mishnicos floruerunt 1) assessores Synedrii M. 2) Prophetae, 3) Seniores, de quibus vide librum Cosri p. 239. edit. Buxtorfii, et quae ex Isaaci Abarbanelis haereditate Patrum refert Surenhusius praefat. ad tomum quartum Mishnae, et quae ad Seder Olam Io. Meyerus. Io. Henr. Ottonis historia recusa est Amstelod. 1699. 8. et Volumine quarto bibliothecae Hebraeae celeberrimi Wolfii pag. 336. sqq. Minus certa et explorata esse quae de antiquissimorum Hebraeorum scholis feruntur, monuit post alios Nicol. Hieron. Gundlingius parte prima historiae philosophiae moralis p. 77. sq. Hierosolymis scholas nullo vnquam tempore fuisse euincere studet auctor ἀνώνυμος Gallus, in commentatione, cuius index est: *dissertation, ou il est prouvé, qu'il n'y a jamais eu de synagogues dans la ville de Jerusalem et de la veritable origine des synagogues*, quae exstat tomo 1. libri gallici, *singularitez historiques et litteraires*, pag. 25. sq. Synagogas in vicis habuisse Iudaeos notant eruditi interpretes ad Matth. IX. 35. quibus adde Wagenseilium Parte 2. perae librorum iuuenilium p. 430. et in libro de Norimberga cap. 18. p. 123. sq. vbi disquirit, num Hebraeis licuerit exstruere Synagogas in aliis vrbibus quam quae munitae essent: occasione Iudaeorum, qui Hagae Comitis existimarunt, se non rite posse ibi condere Synagogam, nisi Magistratus, suppeditando largiter sumptus, permouissent, vt pontes lapideos interruptos iungerent in ambitum ligneis, qui in altum eleuari possent, aliosque, vbi illud fieri commode non poterat, clauderent repagulis. De promotione Rabbinorum et titulis scholasticis vide *Caroli Arndii* triada dissertationum philologic. de Cancellariorum et Procancellariorum apud Hebraeos vestigiis etc. Rostoch. 1714. 4. *Ioan. Ern. ab Auersualda* dissertat. de Rabbinis et gradibus honorum litterariis apud Hebraeos vsitatis, Witeb. 1719. *Io. Bernh. Hahnii* orationem de promotionibus Hebraeorum Academicis, Regiom. 1735. *Ioan. Adami Scherzeri* orationem de Hebraeorum et Lipsiensium magistris pag. 409. sqq. Programmatum. *Valentini Friderici* dissert. de titulis doctorum iudaicorum, Lips. 1692. *Io. van Bashuysen*, Hanouerani, dissertat. de Academiae Academicorumque titulorum origine hebraica, Hanouerae 1703. *Christ. Gott-*

Iob Frider. Wolffii commentationem de promotione Iudaeorum academica, Lipſ. 1741. *Aug. Lebrecht Wiikii* comment. de ſollemni Magiſtrorum promotione in Iudaeorum Academiis celebrata, Witeb. 1758. *Io. Godofr. Guil. Kadii* comment. de תלמידי חכמים in academiis Iudaeorum noſtri aeui magiſtris non abſimilibus, Lipſiae 1756. *Ioan. Gottl. Boſſeckii* Programma de חברים Profeſſoribus extraordinariis in academiis Iudaeorum, Lipſiae 1745. *Chr. Ern. Schmidii* diſſert. de promotione academica Chriſto eiusque Apoſtolis perperam tributa, Lipſ. 1740. De impoſitione manuum, qua magiſtros ſuos in academiis nouo muneri conſecrabant Iudaei, conſule praeter tractatum Miſhnicum *Sanhedrim* c. 1. §. 3. *Moſen Maimonidem* de Synedriis cap. 4. *Buxtorfium* Lex. Talmud. pag. 1488. *Seldenum* de Synedriis lib. 2. c. 7. *Braunium* ſelect. ſacr. p. 747. ſqq. *Io. Nicolai* not. in Cunaeum de republ. Hebraeor. lib. 1. c. 12. p. 578. edit. Vgholini. *Vitringam* de ſynagoga lib. 3. parte 1. c. 17. p. 835. *Vrſini* antiq hebr. ſcholaſticoacad. p. 174. *Frid. Spanhemium* tomo ſecundo Operum p. 874. *Ad. Tribbechouium* de impoſitione manuum cap. 2. ſect. 4. *Chr. Schoettgenium* T. I. horar. hebr. et talmudic. p. 874. et tomo II. pag. 887. *Carpzouium* ad Goodwinum p. 144. et *Boſſeckium* pag. 11. diſſert. de Profeſſoribus extraord. in acad. Iudaeorum. De diſputationibus academicis Iudaeorum vide diſſertationes *Io. Gottl Boſſeckii* et *Io. Dav. Mülleri*, Lipſiae 1741. editas. De elogiis hyperbolicis Doctorum vide *Io. Mollerum* in homonymoſcopia p. 864 ſq. *Hottingerum* compend. theol. Iudaicae c. V. p. 293. *Schickardum* Bechin. Happer. p. 26. ſqq. et *Struuium* in logica Hebraeorum p. 25. ſq. De priuilegiis litteratorum in gente Hebraea exſtat *Leonh. Lenzii* diſſertatio Witeb. 1700. De ciuilitate morum apud Hebraeos videndae D *Adami Rechenbergii* diſſertationes ad hiſtoriam eccleſiaſticam ſpectantes p. 721. ſq. Num integrum Iudaeis ſit erudire Chriſtianos pluribus disquirit, et fas omnino eſſe Iudaeorum teſtimoniis euincit *Io. Wulferus* theriaca Iudaica p. 374. ſq. De inſtitutione puerorum apud Iudaeos videndus praeclarus *Maimonidis* commentarius de ſtudio legis, quem cum verſione et notis edidit Robertus Clauering Oxonii 1705. 4. Conf. Acta Erud. T. 4. ſupplem. p. 234. Adde *Io. Henr. a Seelen* commentat. de inſtitutione iuuentutis apud veteres Hebraeos, Lubecae 1718. 4. et in eiusdem meditat. exegeticis pag. 60. ſqq. De eodem argumento ex inſtituto agere, praecipue vero rationem, qua poſt reditum ex captiuitate vſi ſunt, explicare promiſit Samuel Petitus, in obſeruationibus ſuis p. 66. Sed notae eius ad Ioſephum, in quibus hoc ſe facturum pollicetur, nunquam lucem viderunt. In iisdem obſeruationibus lib. 2. cap. 1. ex codice Talmudico Baua Bathra obſeruat, quod Ioſua Iamlae filius conſtituit, vt in ſingulis prouinciis atque vrbibus Iudaei praeficerent elementarios Magiſtros, iisque in diſciplinam traderent

liberos

liberos circa annum aetatis ſextum aut ſeptimum, perinde vt Ariſtoteles quoque lib. 7. de republica ſub extremum, de pueris ſeptennibus demum litteras docendis praecepit. De inſtitutione puerorum, paedagogis et progymnaſtis apud varias gentes, vide quae collegit Alexander ab Alex. II. 25. et ibi Tiraquellus: Ioſephus Laurentius lib. 1. Polymathiae diſſ. XII. Io. Claudius in diatribe de nutricibus et paedagogis iam ſupra mihi memorata, quae eius libro de ſalutationibus Veterum ſubnexa eſt, Vltraiect. 1702. 12. Cangii gloſſarium in *proſcholus*. De peregrinationibus Romanorum Academicis, lectu digna diatribe Georgii Nicolai Kriegk, edita Ienae 1704. 4. et Chriſtianus Falſterus lib. 2. quaeſtion. Rom. c. 7. Exſtat quoque eiusdem Kriegkii exercitatio de modis inclareſcendi apud Romanos per ſtudia litterarum et arma, Ienae 1707. 4.

III. De origine et vſu Scholarum aduerſus Hobbeſii c. 46. Leuiathanis ſingulari exercitatione diſputauit D. Adam Rechenbergius, p. 487. ſq. in qua quodammodo ſatisfactum eſſe videtur iis, quae aduerſus ſcholarum et academiarum antiquitatem et vſum diſſeruntur ab Hallenſibus in tom. 1. obſerv. ſelectarum, obſ. 10. et 30. De ſcholis veterum publicis diſſerit *Perizonius* ad Aeliani hiſtor. var. lib. 3. cap. 21. not. 1. De Romanorum ſcholis publicis et priuatis quaedam diſſerit *Franc. Bernard. Ferrarius* III. 1. de veterum acclamationibus. De Graecorum apud Athenienſes ſcholis inſignioribus *Frider. Lerſii* diſputatio Witeb. 1661. edita. Hiſtoriam ac progreſſus ſcholarum inter Chriſtianos ſingulari recenſuit libello *Georg. Gottfr. Keufelius*. Helmſtad. 1743. 8. De ſchola Alexandrina catechetica vide *Io. Andr. Schmidii* praefat. ad Catecheſin Andreae Hyperii Helmſtadii 1704. 8. De eadem ſchola confer *Henr. Dodwellum* ad fragmentum Philippi Sidetae, ad calcem diſſertationum in Irenaeum Oxon. 1689. 8. *Ludov. Thomaſinum* de diſciplina Eccleſiae T. 1. P. 1. lib. 2. c. 10. p. 210. ſqq. et *Io. Georg. Michaelis* exercitationem de ſcholae Alexandrinae ſic dictae Catecheticae origine, progreſſu et praecipuis doctoribus inſertam Tomo primo ſymbol. litterar. Bremenſium, pag. 195. ſqq. Seriem doctorum veterum in ſchola Alexandrina ſingulari Programmate expoſuit *Ioan. Aug. Dittelmair*. Altorfii 1746. De ſcholis Epiſcopalibus et monaſteriorum Africae, Hiſpaniae, Italiae, Galliae idem Thomaſinus T. 1. p. 2. lib. 2. pag. 27. ſqq. De ſchola Edeſſena et Niſibenſi Valeſius ad lib. 2. Theodori Lectoris p. 164. b. De iuſtitiae ſcholis apud Perſas exſtat commentatio *Georg. Nicol. Kriegk*, Ilfeldae 1720. De ſcholis Germanorum veterum confer *Io. Dav. Koeleri* diſſertationem de veterum recentiorumque Germanorum ſcholis ſolitis et ſolidis. Altorfii 1725. *Io. Georg. Widemanni* orationem de ſcholis priſcos inter Germanos non omnino incognitis. Brandeburg. 1727. 4. *Io. Chriſto. Cleſſelii* progr. de ſcholis veterum Germanorum.

Flensb. 1737. 4. et *Godofr. Schützii* comment. de institutis veter. Germanor. scholasticis sapientiae laude condecorandis, quae exstat pag. 50. sqq. collectionis primae trium apologiarum pro veteribus Germanis, germanice edit. Lipsiae 1746. 8. Monasteriorum et Episcoporum domus olim scholarum vsum praebuerunt, vide Mabillonium de studiis monasticis; Maderi praefationem ad chronicon montis Sereni, *Anton. Matthaeum* ad Ioannem de Leydis p. 234. sqq. *Frid. Lucae* Europaeum Heliconem p. 312. sq. et *Bulaeum* in histor. academiae Parisiensis. Historiam Rectorum Gymnasiorum scholarumque *Godofr. Ludouici* quatuor partibus edidit Lipsiae 1708-1718. 8. De cetero antiquitates Academicas et Scholasticas egregie illustrant *Hermannus Conringius* in singulari libro de hoc argumento Francof. 1651. 4 deinde cum accessionibus, Helmst. 1674. 4. denique cum Chr. Aug. Heumanni bibliotheca historica academica. Goettingae 1739. 4. *Franciscus Iunius* Theologus libro de Academia, ad calcem tom. 1. Operum: *Tho. Lansius* Commentario de Academiis Helmst. 1666. 4. *Io. Launoius* in libro de scholis celebrioribus post Carolum M. in Occidente instauratis, quem recudi curaui Hamb. 1717. 8. tum in Gymnasio Nauarraeo. *Claudius Hemereus* Doctor Sorbonicus libro Paris. 4. edito de Academia Parisiensi, qualis primo fuit in insula et Episcoporum Scholis: Rich. Simon tom. 2. Bibl. selectae p. 124. Vide et Casp. Caluoeri rituale Ecclesiasticum tom. 2. p. 188. sq. Io. Limnaeum libro VIII. iuris publici. Antonium Pagi ad A. C. 826. 2. Recentiorum Academiarum historiam exposuit *Guido Pancirollus* libro quarto de claris legum Interpretibus Venet. 1655. 4. *Antonius de Luca* Melphictanus in laurea legali, *Iacobus Middendorpius* libris 8. de academiis celebribus vniuersi terrarum Orbis Colon. 1602. 8. ad quos analecta edidit Io. Henr. a Seelen, Lubecae 1756. 4. *Frider. Lucas* in Helicone Europaeo Germanice edito Francof. 1711. 4. et nouissime *Io. Georg Hagelgans* in orbe litterato academico Germanico Europaeo, Francof. ad Moenum 1737. fol. De quatuor facultatibus, quae vocantur Academicis confer *Io. Petri Ludouici* historiam quadripartitae eruditionis, Halae Saxon. 1711. Reimmannum pag. 121. system. antiq. litter. et Obseruationes Halenses VI. 15. et 18. (vbi de statu Academiarum in saeculis barbaris) et 20. vbi de studiosis laureae et Candidatis Magisterii. De *triuio* et *quadriuio* artium liberalium, Iac. Thomasius programmate 34. Obseruationes selectae Hallenses T. 1. p. 42. sq. et T. VI. Obseru. 14. 16. 19. De quatuor artibus popularibus, Philologia et scientiis Mathematicis Vossi liber Amst. 1660. 4. et tom. 3. Operum.

Academiae vocabulum pro scholis maioribus siue studiis vt vocabant generalibus atque vniuersalibus primum vsurpari coeptum est sub Pontifice Paullo II. qui A. C. 1471. obiit. Graduum scholasticorum institutionem omnes fer-

me,

me, qui de iis ſcripſerunt, ad Gratianum et Lombardum referunt. Certe non ante illorum fit mentio, qua de re legendus Bulaeus ſaeculo IV. hiſtor. vniuerſitatis Pariſienſis, et Pagius ad A.C. 1151. N. 10. De dignitatibus Academicis, quarum origo ad medium ſaeculum duodecimum refertur a Ioanne Weihamſtedio, vide Bibliothec. Anglic. Tom. 10. pag. 513. ab aliis ad concilium Caeſaraugustum A. C. 390. praeter caeteros diligentiſſime egit Ioannes Chriſtianus Itterus libro ſingulari, qui auctior lucem vidit Francof. 1698. 4. cui addendus Thomas Lanſius libro de Academiis iam laudato, et Georg. Chriſtianus Waltherus de ſtatu, iuribus ac priuilegiis Doctorum. De inſignibus quibus inaugurantur, vide Alciatum VIII. 10. parergon. De origine et officio Cancellariorum Academicorum Henr. Meibomii Oratio tom. 3. rerum German. p. 240. ſq. Rev. D. Henr. Muhlii de dignitate et officio procancellarii in Academia Kilonienſi, A. 1714. Andr. Eliae Rosmanni oratio de dignitate Cancellarii in Academiis Proteſtantium, quae exſtat in hiſtoria academiae Erlangenſis, Erlangae 1744. fol. pag. 73. Matthaei Stephani oratio de iure Cancellariorum in decernendis honoribus ſcholaſticis, Roſtochii 1623. et vol. primo eius diſcurſuum I. P. Roſtoch. 1624. 4. p. 1. ſqq. Mich. Henr. Gribneri Progr. de primo Academiae Lipſienſis Cancellario, Lipſ. 1731. Io. Erh. Kappii Progr. de Procancellariatu facultatis philoſophicae, ibid. 1747. De *Archiuis*, *ἀρχείοις*, quae Latinis dicuntur *Principia*, vide Franciſc. Philelfum XVII. Ep. 1. XXX. 2. XXXIII. 6. et *Cancellariis* plura ſcripta iunctim excudi curauit Iacobus [a] Wenckerus. Argentorati 1715. 4. quibus addatur Tobiae Eckardi ſchediaſma de tabulariis antiquis, Quedlinburgi 1717. 4. Chriſtfrid. Waechtlerus de Cancellariis veterum, Dresdae 1705. 4. Io. Mich. Weinrichius de Cancellariis, in den Unterſuchungen der merkwürdigen Alterthümer parte 1. pag. 21. ſqq. Rutgerus zur Horſt, Liuonus, libris duobus de Cancellariorum honoribus et officio, Gedani 1628 4. Frider. Rudloff in diſſert. de archiuorum publicorum origine, vſu et auctoritate, Erford. 1676. recuſa Lipſiae 1747. De Archicancellariis S. R. I. conſulatur Bernardi a Mallinckrot tractatus editus primum Monaſterii 1656. dein recuſus Ienae 1666. denique cum praef. B. G. Struuii ibid. 1715. 4. Georg. Franc. Frid. Helmershauſen obſeruationes miſcellae de Archicancellariis S. R. I. Erford. 1740. Chriſt. Frid. Ayrmann de Archicancellariorum S. R. Imperii originibus genuinis, Giſſae 1746. De archiuis ſiue tabulariis veterum Chriſtianorum Ioan. Carol. Beheim diſſert. edidit Altorfii 1722. De archiuis Romanae curiae vide Cherubini Bullarium T. IV. p. 104. De Graecorum Imperatorum *κανικλείῳ* conſu-

[a] Neue Bibliothek P. XLV. p. 408. ſqq. Neuer Büchersaal P. XLIX. p. 37. Memoires de Trevoux A. 1716. pag. 282.

consulatur Cangius, et Possinus ad Pachymerem Tomo II. p. 482. De dignitate *Doctorali* confer Io. Dieter. Tregismont discursum de Doctorum dignitate, nobilitate, priuilegiis et praeeminentia, Salisb. 1673. 12. Georg. Christ. Waltheri tract. de statu, iuribus et priuilegiis doctorum omnium facultatum, Norimb. 1642. 8. Petri Mulleri tractat. de gradu doctoris, Ienae 1715. 4. De doctoratu *theologico* consule Io. Frid. Mayeri dissert. Kilonii 1699. Io. Franc. Buddei orat. de origine doctoratus theologici, quae accessit eius orationi de iuuentutis academ. vitiis, Ienae 1723. Vrb. Godofr. Siberi orat. de antiquitate doctoratus theologici, Lipsiae 1734. Io. Erh. Kappii progr. de origine doctorum theologiae et Magistrorum artium, horumque dignitate, ib. 1735. Iac. Wilh. Feuerlini Progr. de studio S. S. per doctoratum theologicum a prima inde origine stabilito, propagato, Goettingae 1737. Io. Georg. Kayseri schediasma de origine doctoratus theologici, Numb. 1741. 4. et Chr. Matth. Seidelii Progr. de vtilitatibus ex doctore Theologiae, sollemni ritu declarato, in ecclesiam, cui praeest, redundantibus, Helmstad. 1748. De doctoratu *iuridico* vide Georg. Richteri orationem de doctoribus iuris, quas Lutherus viperas theologorum appellauit. Norimb. 1642. 4. et in eius orationibus Decade II. p. 223. Gottfr. Lud. Menckenii Progr. de origine tituli I. V. D. Witeb. 1717. Io. Frid. Hertel Progr. de vtriusque iuris publici doctoribus, Ienae 1739. Christ. Guil. Loescheri epistolam de periculo simul et incommodis Doctoratus iuridici, Vinar. 1719. 4. et eiusdem epistolam alteram de praerogatiuis doctorum iuris prae aliarum facultatum supremis gradibus, ibid. 1720. De titulo *Magistri* confer Albericum Gentilem lib. 4. lectionum Virgilianarum. Christ. Aug. Heumannum in Actis Philosophorum XVI. p. 592. sqq. Io. Burch. Menckenii dissert. de honorifico Magistri nomine, eiusque iuribus insignioribus, quae exstat pag. 74. eius dissertation. litterariarum, et dissertationes Frid. Ziegneri, Lips. 1671. Georg. Henr. Goetzii, Witteb. 1688. Brand. Henr. Gebhardi, Gryphisw. 1695. Seuerini Petri Gludii, Hafniae e. a. Io. Christ. Kochii, Lips. 1735. De *Baccalaureis* et *Baccalaureatu* vide Iac. Thomasii Progr. de vetusto ritu creandi Baccalaureos, insertum eius orationibus, Halae 1693. 8. editis pag 536. sqq. et alterum eius Programma de voce et dignitate Baccalaureorum, Lips. 1670. Chr. Schultzii dissertat. de Baccalaureo, Lips. 1678. 4. et Henr. Christ. Dithmeri commentation. de Baccalaureis, Lipsiae 1738. Plura de dignitationibus academicis, pluresque qui de iis egerunt, scriptores videre licet in Bibliotheca Academica *Casp. Thurmanni*, in qua sub titulis secundum ordinem litterarum digestis magno numero collegit Scriptores, qui tum de Academiis earumque origine, natura, tum de iuribus, immunitatibus et officiis Doctorum Academicorum et vniuersae rei literariae iuribus atque Priuilegiis egere, Halae Sax. 1700. 4.

IV. De

IV. De veteri *Academia* [3] Platonis, qui locus non valde ſalubris fuit Athenis, vide Menagium ad Laërt. pag. 141. Ceramicum Io. Meurſii c. 19. ſq. vsque ad 27. et parte 2. exercit. lib. IV. miſc. obſerv. c. 12. p. 213. ſqq. et Criticum Arnobianum IV. 1. Hieronymi Matrangae ſyntagmata VII. non adeo magni pretii, Panormi 1637. 4. Potterum Archaeol. gr. lib. 1. c. 8. Georg. Trinkhuſii diſſert. de Academia et hortis Platonis, Gerae 1672. et Io. Petri Ludouici primam Academiam, villam Platonis, cum noua Halenſium collatam, Halae Saxonum 1693. 4. et inter eius opuſcula iunctim edita ibid. 1719. fol. De Ariſtotelis *Lyceo* ac *Peripato*, *porticu* Zenonis, Antiſthenis *Cynoſarge* et Epicuri horto: apud Laërtium, Heſychium illuſtrem aliosque mentio occurrit. Adde Apoſtolium II. 31. Prouerb. et Potteri Antiqu. Atticas lib. 1. c. 8. p. 33. ſq. tom. 12. Theſauri Gronouiani. Philippi Iac. Crophii exercitationem ſub praeſidio Io. Andr. Schmidii habitam de Gymnaſiis litterariis Athenienſium, Ienae 1689. 4. Frider. Lerſii diſſert. de Graecorum apud Athenienſes ſcholis inſignioribus, Witeb. 1661. Franc. Domin. Haeberlini comparationem Lycei Athenienſium cum Georgia Auguſta, Goettingae 1741. 4. Georg. Trinkhuſii diſſert. de Lyceo et hortis Ariſtotelicis, Gerae 1672. Ioan. Chriſt. Kühnii commentat. de Cynoſarge Gymnaſio apud Athenienſes olim celebri, Lipſiae 1742. Memorat etiam Plutarchus lib. de exilio fol. 605. inter ſapientum Athenis ſcholas et diatribas *Palladium* atque *Odeum*, et in Demetrio p. 905. *Muſeum*. De *Muſeo Alexandrino* poſt deperdita Andronici, Callimachi et Alcidamantis ſcripta conſulendae I. F. Gronouii et Lud. Neocori diſſertationes quae extant tom. 8. Antiq. Graecarum, quibus praeter diſſertationem Ad. Rechenbergii Lipſiae A. 1698. vulgatam et Claudium diſſ. de numo Pantheo Hadriani p. 23. vbi et templum et Sacerdotem in illo Muſeo fuiſſe obſeruat, adiungendi Ionſius lib. 3. cap. 2. p. 218. ſq. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ. Tillemontius in Hiſtoria Imperatorum Gallice edita tom. 2. p. 431. ſq. Guil. Caueus parte 2. Hiſt. litterariae ſcriptorum Eccleſiaſticor. p. 20. ſq. edit. Geneuenſis. Io. Philippi Crollii oratio de muſeo Alexandrino, Biponti 1721. Caroli Frider. Geriſcheri commentatio de muſeo Alexandrino eiusque δωρεαῖς et δώροις, Lipſiae 1752. Sam. Frid. Bucherus T. 1. antiquitat. Biblic. in N. T. p. 451. ſqq. A. C. Eſchenbachius diſſ. de conuiuiis ſapientum p. 305. ſq. Etiam Humfredus Hody de illo dicturus fuit in Antiquitatibus Alexandrinis, ſed quae praematuro viri doctiſſimi obitu interciderunt. De *Muſeo Heliconio* ſcripſerat olim Amphion Theſpienſis, cuius librum 2. laudat Athenaeus l. 14. Dipnoſph. Alioqui *Muſeum* (μȣσεῖον) idem eſt ac templum Muſarum; et in Creta Muſeum dictum eſt

[3] A Philippo Macedone exuſtam narrat Diodorus Sic. in excerptis Peireſc. p. 295.

eſt locus, vbi Sirenes cum Muſis certarunt, teſte Suida et Stephano in ἄπτερα. Inde ortus mos loca, in quibus homines ſtudioſi muſis ſiue litteris vacarent, *muſea* appellandi, qualia publica fuere Athenis quamplurima, in quibus mos ſortito quaeſtiones proponi vt teſtatur Plutarchus l. 9. Sympoſ. quaeſt. cap. 1. Confer Meurſium II. 9. Athen. Attic. *Pergami* quoque eiusmodi Muſeum fuiſſe quod a Suida περγαμηνῶν κύκλων nomine celebretur, diſputat Clariſſ. Kuſterus ad Suidam in Μουσαῖος Ἐφέσιος, et Petrus Zornius in diſſert. de throno ſatanae ad Apocal. II. 13. Ploenae 1716. *Smyrnae* Theodorus Haſaeus in diſſ. ad eundem locum Apocalypſeos inſerta parti tertiae bibliothecae Theologico-philologicae Bremenſ. p. 128. De Gymnaſiis *Romanorum* eorumque ornamentis et exercitationibus agunt Chriſt. Falſterus lib. 2. quaeſtion. Roman. c. 6. et Io. Georg. Walchius in exercitatione de Gymnaſiis litterariis veter. Romanorum, Ienae 1721. De muſeis Italiae exſtat elegans diſſertatio Ioan. Guil. Bergeri, Witeb. 1734. De antiquis ſcholis Italiae agit Hyacinthus Gimma in hiſtoria litteraria Italiae, quam Italico idiomate Neapoli 1723. 4. vulgauit, capite viceſimo. De *Athenaeo Romano*, in quo publicae recitationes ſolebant fieri, agit Sirmondus ad Sidonii lib. 2. Epiſt. 9. et lib. 4. Epiſt. 9. tom. 1. pag. 893. 939. Voſſius in lib. de cognitione ſui, recuſo in tom. 1. method. Crenii p. 793. De *Claudio* ſiue muſeo eiusmodi, auſpiciis Imperatoris Claudii exſtructo Alexandriae, cuius meminit Athenaeus VI. p. 240. adeundus Caſaubonus ad Claudium Suetonii c. 42. De Aeſculapii et Hygiae ſiue ſalutis Collegio Romae e LX. viris conſtante vide vetus marmor apud Sponium p. 52. Miſc. eruditae antiquitatis. De Ciceronis Academia confer Io. Chriſtoph. Crameri orationem de M. T. Ciceronis Tuſculano, Ienae 1752. Io. Georg. Guil. Volckharti commentatio de hortis veterum Romanorum Muſeis exſtat vol. III. Actorum Soc. Lat. Ienenſis p. 182. ſqq. De *Berytenſi* Academia iuris ſtudio olim celebratiſſima vide Ioan. Strauchii diſſertationem inter eius diſſertationes Brunswigae 1662. 4. editas. Iac. Haſaei diſſertat. Halae 1716. 8. et Baelii Lexicon. De Gymnaſio Timoleonteo Syracuſanorum agit Iacobus Bonanni in Syracuſa antiqua pag. 37. et 184. Tomo XI. theſauri Italiae. De aliis Gymnaſiis a Dionyſio maiore conditis Diodorus Siculus XV. p. 464. De Academiis *Gallorum* veterum fuſe et erudite diſſerit Caeſar Aegarſius Bulaeus in luculenta hiſtoria Vniuerſitatis Pariſienſis, quae ſex voluminibus in folio Pariſiis 1665. prodiit, Tomo primo, et quidem de academia *Marſilienſi* Phocenſium colonia, pag. 16. *Aeduenſi* ſeu *Auguſtodunenſi* pag. 25. et ſub Romanis *Narbonenſi* pag. 33. *Toloſana* p. 39. *Burdegalenſi* p. 46. et *Lugdunenſi* p. 56. De ſcholis Pictauienſi, Aruerna, Treuirenſi et Veſontina p. 55. De ſcholis coenobialibus p. 73. 710. ſqq. et epiſcopalibus, atque de ſcholis Pariſienſibus ante Carolum M. p. 84.

De ſchola Remenſi pag. 210. 320. 360. Turonenſi p. 290. Carnotenſi p. 356. Aurelianenſi p. 363. In concilio Pariſienſi A. C. 829. a Ludouico Pio rogant, vt tres ſcholae publicae a Carolo M. condi coeptae confirmentur Pariſienſis, Bononienſis et Ticinenſis, id. p. 159. ſq. Muſei quod fuit *Troezene*, meminit Pauſanias in Corinthiacis. De *Muſeo* quod *Cpoli* condidit Muſelius praepoſitus ſacri cubiculi ſub Theodoſio iun. vide Cangii CPolin Chriſtian. lib. 2. p. 176. De *Octagono* in quo duodecim Doctores CPoli alebantur, a Conſtantini M. aetate ad Leonem Iſaurum vsque, qui illud haereſi ſuae inimicum combuſſit, vide Bandurium p. 485. ſq. ad Antiquitates CPol. Ad collegium eiusmodi, ſtudiis litterarum ſacratum ſpectat Inſcriptio vetus quae exſtat Auentici apud Heluetios in ſacello S. Mariae Magdalenae, et refertur a Carolo Patino in deſcriptione itineris ſui p. 267. NVMINIBVS AVG. - - - - ET GENIO COL. HEL. - - - - APOLLINI SACR. Q. POSTVM. HYGINVS ET POSTVM. HERMES LIB. MEDICIS ET PROFESSORIBVS. D. S. D. De *Nymphaeo* quod Stagiris fuit, meminit Plutarchus in vita Alexandri p. 668. edit. Gr. Lat. Xylandri. Muſeum vocat Plinius XVI. 32. De *Gandiſapora*, Perſarum quondam academia medica, agit Io. Henr. Schulzius Tomo XIII. commentariorum academiae Petropolitanae. De *pueris et puellis alimentaribus* (ſtipendiaten) Philippus Rubenius II. 36. electorum. Ludov. de Hemmer in diſſertat. de pueris et puellis alimentariis, Hauniae 1733. Io. Erh. Kappius in Proluſione de alimentariis, Lipſiae 1735. Ahasv. Fritſchius in tractatu de ſtipendiis et ſtipendiatis ſcholaribus, Ienae 1663. 4. et volumine IV. eius diſſertationum, et Caſpar Zieglerus in diſſertatione de ſtipendiis et ſtipendiariis, Witeb. 1683. De *bidellis* Nicolaus Vernulaeus de academia Louanienſi lib. 1. c. 12. p. 75. et Alciatus VII. 22. perperam tradens, eos Gymnaſiorum epiſcopos et Gymnaſiarchas eſſe dictos.

V. Societatum litterariarum pleniorem notitiam promiſit quidem Clariſſimus *Chriſtianus Iunkerus*, tot aliis ſcriptis praeclare meritus: ſed morte interceptus promiſſis ſtare non potuit. Interim de illo argumento videri poſſunt Morhofius lib. 1. polyhiſtoris cap. 14. Samuel Chapuzellus (Chapuzeau) A. 1701. denatus in Tab. VIII. Europae ſpirantis, Ancillonius in Miſcell. criticis Gallice editis tomo 1. pag. 17. ſq. Godfredus Vockeroth in hiſtoria ſocietatum et rei litterariae ante diluuium, atque introductione in notitiam ſocietatum litterariarum, quae Ienae 1687. 4. primum ſeparatim et deinde Gothae A. 1708. 8. iunctim prodierunt. Burchard Gotthelf Struuius introduct. in Hiſt. litterariam cap. X. Iacobus Frid. Reimannus parte 1. introduct. in Hiſtoriam litterariam Germanorum pag. 107. ſq. Ioach. Fellerus ὁ μακαρίτης in Panegyrico Magiſtris Philoſophiae A. 1688. Lipſiae creatis ſcripto, Io. Reis-

kius vir doctiss. in programmate de pinacothecis, Cimeliothecis, et societatibus doctorum in Europa, Guelpherbyti 1685. et Christoph. Haymannus in der kurzgefaßten Geschichte der vornehmsten Gesellschaften der Gelehrten von den ältesten Zeiten an bis auf die gegenwärtige, Lipsiae 1740-1743. 8. De singulis quibusdam et nobilioribus eiusmodi societatibus etiam singulares scriptores exstant, vt de regia Parisiensi scientiarum Ioan. Baptista Hamelius et Bernhardus Fontenellius; de academia Francica Paullus Pelissonius et Oliuetus; de academia artium picturae et sculpturae Guerinus. De societate Regia Inscriptionum et Numismatum legantur ephemerides Parisienses anni 1702. Academias prouinciarum Gallicas potiores recenset Iuuenel de Carlancas parte secunda tentaminis historiae artium liberalium et mechanicarum pag. 322. sq. interpret. germanicae. De academia scientiarum *Hispanica* confer memorias Treuoltinas Ai. 1715. mense Octobr. p. 1682. sqq. Ephemerides eruditorum (Journal des Savans) A. 1716. p. 389. Neuen Büchersaal, Vol. V. pag. 369. sqq. et de *Barcinonensi* historiam hispanice sub hoc titulo Barcinonae 1757. editam: *Real*[4] *Academia de buenas Lettras de Barcelona, origen, progressos, y su primera Junta general, laxó la proteccion de sa Majestad con las papeles, que en elle se accorderon.* Tomus primus. De societate medicorum instituta a Rege Philippo V. mentio in memoriis Dombensibus Treuoltinis A. 1702. tomo 2. pag. 56. sq. edit. Amstelodamensis. De academia historica *Lusitana* confer Mercure de France, A. 1722. mense Nov. Vol. 2. p. 7. sqq. et Emanuel. Telles da Sylua Historia da Academia Real da historia Portugueza, cuius tomus primus prodiit Vlyssippone 1727. 4. De societate medica, quam medici quidam Vlyssippone inierunt, vide Rathlefii Geschichte jeztlebender Gelehrten, Parte VIII. p. 247. Regiae *Londinensis* societatis historiam recensuere Thomas *Sprat*, cuius historiae anglico sermone compositae editio secunda Londini 1702. 4. euulgata, et Gallice etiam translata est, et nouissime Thomas Birch, qui itidem anglico sermone historiam huius societatis quatuor in forma quadripartita voluminibus Londini 1756. et 1757. edidit: quibus addatur Martinus Kempius in epistola eiusdem bibliothecae Anglorum theologicae subiecta, nec non Rev. Henr. Ludolph. Benthemius im Engelländischen Kirchen- und Schulen-Staat pag. 108. sqq. edit. secundae, qui etiam de Philosophorum societate Oxoniensi agit pag. 491. et Georgii Wilh. Alberti Briefe, den allerneuesten Zustand der Religion und der Wissenschaften in Großbritannien betreffend, p. 1164. Societates litterarias *Italorum* generatim enarrarunt Iosephus Malatesta Garuffi in Italia academica, italice Arimini 1688. 8. edita; Ioan. Iarkius in specimine historiae academiarum Italiae, Lipsiae 1725. 8. Epistola M. I. M. de

[4] Hamb. freye Urtheile und Nachrichten 1758. p. 697.

de academiis litterariis Italiae inserta mercurio Francico A. 1739. mense Nov. pag. 2762. adde conspectum meum thesauri litterarii Italiae p. 246. sqq. Sigillatim, (vt potiorum mentionem faciamus) *Bononienses* academias recenset Pellegrinus Antonius Orlandus in libro italico: *Notizie della Fondazione delle Academie di Bologna*, quae exstant in fronte eiusdem Notizie degli Scrittore Bolognesi, Bonon. 1714. 4. De instituto scientiarum Bononiensi vide Notizie intorno all' instituto delle Scienza nuovamente eretto in Bologna (1712) ed aperto le 13 Marze 1714, quae exstant in Giornale de Letterati d'Italia Tomo XV. p. 425. et Tomo XVII. p. 148. sqq. H. P. de Limiers histoire de l'Academie appellée l'institut des sciences et des Arts etablie à Boulogne 1712. Amstelod. 1723. 8. et Relation de l'institut de l'Academie des Sciences et de celle des beaux Arts de Boulogne, quae exhibetur in Journal des Savans d'Italie A. 1748. pag. 78. sqq. De *Arcadum* academia consule Ioannis Mariae Crescimbeni Arcadia di nuovo ampliata, Romae 1711. 4. et Celeberrimi Ioan. Christoph. Gottschedii Prolusionem de Academia Arcadum germanice euulgatam Lipsiae 1753. De academia Lynceorum conferatur Fabii Columnae Φυτοβάσανος, Florentiae 1744. De academiis Romae auspiciis Pontificis Benedicti XIV. conditis consulatur Notizia delle Academie erette in Roma per ordine della Santita di Papa Benedetto XIV. Romae 1740-1744. 8. De academia Florentina ab Antonio Franc. Grazzini A. 1540. condita, quae *Humidorum* nomen asciuit, confer Saluini Fastos consulares Academiae Florentinae, Florentiis 1717. 4. De academia Foroliuiensi vide Geo. Viuiani Marchionis Buonaccorsi Memorie storiche dell' antica ed insigne Academia de' Filigetti della citta di Forli, Foroliuii 1741. 4. De societate *Crotonensium* litteraria Ioannis Sturzelii oratio prodiit Ienae 1754. Historiam academiarum *Panormitanarum* Vincentius Parisius oratione singulari enarrauit, quae recensetur in diario Hamburgensi, Freye Urtheile und Nachrichten 1759. p. 777. Societatum quarundam Italiae symbola, siue vt vocant impresas, exponit Kircherus tomo secundo Oedipi Parte 1. p. 9. sq. De societate litteraria *Rhenana*, quae prima fuit *Germanorum* societas, vide Iusti Chr. Thorschmidii memoriam sodalitatis litterariae Rhenanae, in quantum ea historiae Saxon. ecclesiasticae et litterariae est implicita, vindicata et renouata: quae inserta est Analectis ex omni meliorum litterarum genere, Tomo II. pag. 475. Io. Georg. Lotteri orationem Germanicam de prima, quae in Germania floruit, societate litteraria, quae exstat in den Reden und Gedichten der deutschen Gesellschaft in Leipzig, Lipsiae 1732. 8. p. 350. et Ioannis Georgii Ruprechti orationem de societate litteraria Rhenana a Conrado Celte instituta, Ienae 1752. De societate *fructifera* confer Kurzen Bericht von der fruchtbringenden Gesellschaft Vor-

haben, Gemälde und Wörtern, Cothenis 1641. 4. (Caroli Gustaui ab Hille) deutschen Palmbaum, Norimb. 1647. 12. Georgii Neumarkii neuentsprossenden deutschen Palmbaum, Vinariae 1668. 8. Gottfr. Behrendts Zusatz zu Georg Neumarks deutschem Palmbaum aus noch ungedruckten Nachrichten, in den Beyträgen der deutschen Gesellschaft in Leipzig zur critischen Historie der deutschen Sprache, part. 15. p. 368. sqq. Nachricht von dem so genannten deutschen Palmorden, oder fruchtbringenden Gesellschaft, im neubestellten Agenten 3te Function, IV. Depeche, p. 306. sqq. et Eliae Geissleri disquisit. de societate fructifera, Lipsiae 1672. De societate *Pegnisiorum* exstat Amarantae (Ioannis Herdegen) historische Nachricht von des löblichen Hirten- und Blumenordens an der Pegnitz Anfang und Fortgang bis auf das erreichte hundertste Jahr, Norimb. 1744. 8. De ordine *Leopoldino* vide Ioan. Casp. Iungmichels neues Wachsthum der deutschen Heldensprache durch den hochpreißlichen Leopoldenorden, 1695. 4. Ex quo libro excerpta exhibentur in den critischen Beyträgen zur Historie der deutschen Sprache Part. V. p. 168. sqq. De societate *Teutonica Lipsiensi* confer Nachricht von der erneuerten deutschen Gesellschaft in Leipzig, Lipsiae 1727. 8. De *Ienensi Teutonica* societate vide Gesetze der deutschen Gesellschaft in Jena, nebst einem Vorbericht und Anhange von ihren jetzigen Umständen, Ienae 1730. 8. Societatis *latinae* historiam Celeberrimus Christ. Guil. Franc. Walchius composuit, quae praemissa est volumini primo Actorum societatis latinae Ienensis, Ien. 1752. 8. Historia succincta academiae *Naturae curiosorum* praemissa est anno secundo ephemeridum physicomedicarum. Edidit quoque Michael Bernh. Valentini historiam litterariam S. R. I. acdemiae naturae curiosorum, Gissae 1708. 4. Inprimis vero notari meretur Andrae Eliae Büchneri historia academiae S. R. I. Leopoldinae Carolinae naturae curiosorum, Halae 1755. 4. edita. Idem vir celeberrimus ibidem eodem anno euulgauit Bibliothecam academiae Caesareae naturae curiosorum, physicam, medicam, miscellam. De academia scientiarum et linguarum Berolinensi instituta a Rege Borussiae gloriosae memoriae Friderico, vide Acta Erudit. 1701. p. 176. Breuem enarrationem conditae a Friderico I. Rege Borussiae in Regia sua Berolinensi societatis scientiarum, Berolini 1712. 4. Relationem de restaurata Regia scientiarum Academia, quae exstat Tomo primo nouae bibliothecae Germanicae p. 196. sqq. et Samuelis Formeii historiam academiae Regiae scientiarum et elegantiorum litterariarum a sua inde origine ad nostra vsque tempora, quae primum edita est Berolini 1750. 4. deinde ibidem 1752. auctior recusa. Ortum et leges societatis Regiae scientiarum Goettingensis enarrat Celeberrimus Ioan. Dav. Michaelis in praefatione Tomo primo commentariorum huius societatis praemissa. De societate Olumutiensi vide Neuen Büchersaal der schönen Wissen-

schaften,

ſchaften, Vol. IV. p. 84. ſqq. De *Duisburgenſi* Hamburg. freye Urtheile und Nachr. A. 1756. p. 663. et 668. De *Bauarica* Noua litteraria Lipſienſia A. 1759. p. 562. De *Cosmographica* Erlangiſche gelehrte Anmerkungen u. Nachrichten, A. 1749. De ſocietate *litteraria* Syſtema inſtituendae ſocietatis litterariae Germano Benedictinae, Campoduni 1753. 8. et Corpus academicum almae ſocietatis litterariae Germano Benedictinae in ſuas claſſes a R. P. Oliuerio Legipont diſtributum. Metis 1758. 8. De *Harlemenſi* academia ſcientiarum confer Bibliotheque des Sciences et beaux arts T. II. P. II. p. 453. ſqq. De ſocietate *phyſica Gedanenſi* Büchersaal der ſchönen Wiſſenſchaften und freyen Künſte vol. VII. p. 389. De ſocietatis *Hafnienſis bonis artibus promouendis deditae* ortu diſſeritur in praefatione P. 1. ſcriptorum huius ſocietatis in latinum ſermonum conuerſorum praemiſſa. De ſocietate ſcientiarum *Holmienſi* confer Rathleſii Geſchichte jeztlebender Gelehrten P. IV. pag. 489. et ſcrinium Holmienſe (Stockholmiſches Magazin) Vol. 1. pag. 280. ſqq. De academia elegantior. litterarum Holmienſi idem ſcrinium Holmienſe, ibid. p. 318. De Academia ſcientiarum Petropolitana confer Chriſt. Goldbachii praefationem Tomo primo commentariorum huius academiae praemiſſam. Noua litteraria Lipſienſia A. 1726. p. 177. Erlangiſche gelehrte Anmerkungen und Nachrichten aufs Jahr 1748.

VI. Priuilegia Imperatorum et Leges de ſtudiis liberalibus, Profeſſoribus, Scholaribusque in Codice Iuſtinianeo et Theodoſiano reperiuntur. Vide *Iac. Gothofredum* ad Codicis Theodoſ. l. 6. tit. de Profeſſoribus l. 13. de Medicis et Profeſſoribus et l. 14. de ſtudiis liberalibus vrbis Romae et Conſtantinopolis, ad quas exſtat etiam erudita diatriba *Herm. Conringii*. *Chriſtianus Falſterus* libro II. quaeſtionum Romanar. cap. 4. 5. 6. diſſerit de Profeſſoribus ſiue Magiſtris eorumque ſalariis et Gymnaſiis veterum Romanorum. Collectanea *Ioſephi Laurentii* de Profeſſoribus, Oratoribus et Nomenclatoribus ex eius Polymathia recuſa ſunt tom. 10. Antiquitatum Graecarum Gronouii, in quo exſtat et praeclarum Ludov. Creſollii opus ex editione Pariſ. 1620. 8. quod inſcribitur Theatrum veterum Rhetorum, Oratorum, Declamatorum, Sophiſtarum Libris V. in quo de omni ratione Scholarum praecipue Rhetoricarum apud veteres, multa egregie docentur. Adde praeter ſcriptores ſupra p. 757. citatos *Eberh. Bronchorſtium* de Profeſſorum et ſtudioſorum priuilegiis Lugd. Batav. 1621. Harderov. 1621. et 1652. et Franeq. 1695. 8. *Io. Caluini* orationem de priuilegiis ſtudioſorum et profeſſorum, Herbornae 1600. 8. *Io. Volcmari Bechmanni* tractatum de priuilegiis ac iuribus ſtudioſorum, Ienae 1657. et 1741. 4. et Lipſiae 1712. 4. et *Io. Iac. Gottl. Sturmii* commentat. de profeſſorum priuilegiis, Wiſmar. 1753. 4. De gemino veterum docendi modo

exoterico

exoterico et *acroamatico* siue quod idem est, dialectico et accuratiore analytico exstat singularis tractatus Melchioris Zeidleri, Philosophi et Theologi Regiomontani, Regiomonte 1685. 4. Octauiani Ferrarii de Sermonibus exotericis et disciplina encyclio Libri 2. cura Goldasti, cuius Epistola de cryptica veterum Philosophorum disciplina ad Goclenium praemittitur, recusi sunt Francof. 1606. 8. Vide etiam Plutarchum in vita Alexandri pag. 668. editionis Graeco Latinae, Themistii Orationes p. 319. edit. Harduini. Francisc. Patricium in discussionibus Peripateticis, Menagii notas ad Laërtium p. 197. sq. Eschenbachii Epigenem siue librum de poësi Orphica p. 4. sq. et Meibomii notas ad ius iurandum Hippocratis. p. 95. De differentia discipulorum inter se, diuersisque eorum gradibus agit Cresollius Lib. IV. Theatri Rhetorum cap. XI. De occultatione sublimiorum dogmatum, quae Pythagorici et alii Philosophi, tum inter Iudaeos Esseni (de quibus Porphyrius apud Euseb. IX. 3. praeparat.) et inter Christianos haeretici plerique non nisi initiatis et intimioris admissionis discipulis communicabant, non pauca collegit Iacobus Vsserius, Archiepiscopus Armachanus in historia dogmatica de Scripturis et sacris vernaculis (Lond. 1689. 4.) p. 252. sq. 270. sq. Menagius ad Laërtium p. 376. Mutius Pansa de osculo Ethnicae et Christianae Theologiae p. 14. sq. Campegius Vitringa Lib. 3. obseruatt. c. 20. p. 761. Ludolphus Kusterus siue Neocorus in historia critica Homeri p. 58. sq. et Tob. Pfannerus c. 1. §. 9. theolog. gentilis. Hisce affinis fuit aliquo modo *disciplina arcani* apud veteres olim Christianos, etiam Catholicos atque orthodoxos receptissima, nisi quod illa non tam doctrinam siue κηρύγματα spectabat, quam circa ritus sacramentorum et verba symboli versabatur, vt aduersus Em. Schelstratenum [5] docuit Wilh. Ernestus

[5] De Schelstrateni libro Romae 1685. 4. edito, et Patauii 1743. ast sine additamentis recuso, vide Acta Eruditorum A. 1685. p. 541. De disciplina arcani vero consulantur Casauboniana p. 111. et 115. sq. vbi de desiderio Catechumenorum Eucharistiam. Io. Filesaci electa T. 2. p. 146. sq. Vallemont du secret des mysteres, v. mem. Treuolt. 1710. p. 1603. sqq. Iosephus Binghamus origin. ecclesiast. X. 5. Christ. Kortholti silentium sacrum, Kilon. 1689. 4. Aubertinus de Eucharistia p. 703. sq. Dallaeus de cultibus religiosis VII. 34. et de pseudepigraphis Apostol. p. 157. sq. Abbatis de Moissy la methode dont les Peres se sont servis en traitant des mysteres, Parisiis 1685. 4. Gebhard. Theodor. Meierus de recondita veter. ecclesiae theologia, Helmstad. 1677. 4. Wilh. Ern. Tenzelius parte 2. p. 1. sqq. exercitation. selectar. Lips. 1692. 4. Elias Stoeber in oratione de sacris veterum Christianorum arcanis, Argentorati 1742. Theodori Crügeri commentatio de disciplina arcani veter. Christianorum per μυστηριοκρυφίαν, non per τρόπον παιδείας interpretandam, quae exstat tomo secundo analector. melior. litteraturae p. 569. sqq. et Hermanni Schollineri disciplina arcani suae antiquitati restituta, Teegernseae 1756. 4. De more portas ecclesiae claudendi, dum sacra coena perageretur agit Ioseph. Vicecomes lib. 1. de ritibus missae c. 18. 24. et 29.

nestus Tenzelius parte 2. diss. select. De *lucubrationibus* veterum et vigiliis studiorum caussa frequentatis disquisitionem singularem edidit B. Christophorus Cellarius, Halae Saxon. 1699. 4. Eas in longam noctem protractas nocere sanitati iam olim notauit Hippocrates lib. 1. de re medica: quamuis Gabriel Naudaeus quaestione 3. iatrophilologica quum primum laudasset studia matutina, deinde p. 73. sq. disputat pro nocturnis lucubrationibus, ita tamen, vt quemadmodum in omnibus ita in his quoque nimium in vitio esse non dubitet.

VII. De *recitationibus* veterum Lipsius videndus Centur. 2. Epistola 48. ad Belgas, Vossius pater cap. 7. et 8. de imitatione, siue lib. de recitationibus veterum, recusus in tomo 1. method. Crenii: Gabriel Bisciola tomo 2. Lectionum subseciuarum lib. 15. c. 20. Casaubonus ad Theophrasti Characteres pag. 126. sq. et ad Auidium Cassium Vulcatii Gallicani, Ferrarius lib. 3. de veterum Acclamationibus. Io. Schefferus cap. 9. et 10. de stilo; Io. Georg. Guilielm. Volckhartus in commentatione supra laudata de hortis veterum Romanor. museis, volumine tertio actorum societatis latinae p. 229. sqq. Io. Ern. Imm. Walchius in libro de arte critica veterum Romanorum pag. 59. sq. Frid. Iac. Beyschlag in sylloge p. 490. et 509. Magnus Daniel Omeisius in dissertatione de recitationibus veterum, Altorfii 1697. Christ. Gottfr. Barthius in dissert. de recitatione et retractione veterum, Halae 1701. Petrus Eckermann in dissert. de studio veterum recitandi, Vpsal. 1740. Frid. Christ. Baumeister pag. 201. exercitationum academicar. et scholastic. Lipsiae 1741. et Constantinus Langius in orat. de censoribus veterum litterariis, Ienae 1753. De recitationibus ῥαψῳδῶν et Homeridarum post Scaligerum, Casaubonum et Kusterum a Fabricio lib. II. c. 2. Bibl. Graec. laudatos vide Sigism. Frid. Dresigii commentationem Lipsiae 1734. 4. et Eberh. Baringium de Rhapsodia, Hanov. 1745. De retractationibus et palinodia eruditorum vide Theophil. Raynaudum T. XIV. Operum, et dissert. Io. Georg. Neumanni, Witeb. Io. Schmidii, Lips. 1697. De retractationibus Theologorum Io. Henr. Feustkingii dissert. Witeb. 1711. et 1715. Celsus in praefatione ait Hippocratem non dubitasse, si errasset, sententiam retractare *more magnorum virorum et fiduciam magnarum rerum habentium.* Pontifices non dubitare retractare, vbi errare se agnoscant affirmat Launoius p. 454. epistolarum. De formulis protestationum meliorum iudicio et ecclesiae scripta sua subiicientium idem Launoius p. 501. sqq. et 525. sqq. libri de scholis a Caroli M. tempore instauratis. De *certaminibus* veterum *litterariis* Vitruuius praefat. libri VII. Ionsius lib. 1. c. 16. p. 85. sq. Io. Rosinus lib. V. cap. 18. antiquit. Romanar. vbi de agonibus Capitolinis ex Scaligeri lib. 1. lection. Ausonian. c. 10. Harduinus de numis vrbium p. 399.

et 438. Christ. Gottl. Schwarzius in differt. de certaminibus veterum Poetarum atque Oratorum, Altorfii 1728. De *Lectoribus* siue *Anagnostis* Ioan. Schefferus libro de stilo pag. 69. sq. qui etiam pag. 72. lectricem ex Seruio obseruat. Reimannus system. litter. p. 46. sq. et Ioan. Bilbergii dissertatio, Vpsal. 1698. 8. Nonnulla etiam Alexander ab Alexandro Tomo 1. p. 350. edit. cum notis variorum. De anagnosmatis siue lectionibus in conuiuiis adi Baccium pag. 191. sq. libri 4. de vinis, et Iac. Goettenium lib. 2. observ. cap 2. Ceterum *recitare* proprie non est ex memoria dicere, sed de scripto legere, vt praeter alios obseruat Lambecius in orationibus suis pag. 81. sq.

VIII. De *scriptura* veterum Ioannes Nicolaus Funccius eruditam commentationem edidit Marburgi et Rintelii 1743. 8. in qua vniuersum hoc argumentum erudite atque eleganter pertractat. Sigillatim de *scribis* veterum, Romanorum praecipue et *notariorum* exposuerunt Reimannus systemat. litterar. pag. 53. sq. Hugo de prima scribendi origine cap. 32. pag. 415. edit. Trotzianae. Andr. Christ. Eschenbachius in dissertationibus iunctim editis pag. 257. sq. Ioan. Lomeierus dierum genialium decade II. p. 397. sq. Iacobus Ern. Herrgott dissertatione de scribis veterum Graecorum, Romanorum et Germanorum, Witeb. 1668. Iustus Lipsius centur. 1. ad Belgas ep. 27. Begeri spicilegium antiquitatum p. 78. et 93. Elias Amatus epistolar. eruditar. Italice editar. parte 2 pag. 71. sqq. De more citandi scripta allegatis primis illorum verbis Ionsius II. 5. p. 136. Viri praestanti doctrina et dignitate ipsi manu sua libros descripserunt, vt emendatos haberent. Vide Baluzium ad Capitularia Tomo 2. pag 1160. sqq. De *chartulariis* Cangius in Glossario, et Pancirollus variar. lectionum lib. 1. c. 23. De *capsariis* Io. Chokier facis historicae centuria 1. c. 79. De *librariis*, *antiquariis* et *Bibliopolis* antiquorum Balthasar Bonifacius de Archiuis cap. 8. Pignorius lib. de seruis p. 228. sq. Popma de operis seruorum p. 67. Christ. Falsterus lib. 2. quaest. Romanar. c. 3. et singulari diatriba Christianus Schoettgenius, Lipsiae 1710. edita, quam ipse deinde germanice versam auctamque sub titulo: **Historie der Buchhändler, wie solche in alten und mittlern Zeiten gewesen**, Norimb 1722. 4. recudendam curauit, latine autem conuersam Polenus inseruit Tomo tertio supplementorum thesaur. antiq. Graec. et Romanar. Ahasv. Fritschius in tractatu de typographis, bibliopolis, chartariis et bibliopegis, Ienae 1675. 8. et Hamburgi 1678. 4. qui germanice versus prodiit Ratisbonae 1750 4. De ratione *voluminum* et cylindrorum εἰλητῶν apud veteres Guil Schickardus de festo Purim Tomo 8. Critic. Anglor. pag. 486 B. Carpzouius ad Schickardum de iure regio Hebraeorum p. 92. sq. Rich. Simon epistol. select. IV. 27. p. 190. sqq. Io. Doughteius

Ana-

Analectis sacris ad Ies. XXXIV. 4. Salmasius ad Solinum p. 278. 706. et de modo vsurarum c. 10. p. 404 sq. et in specimine confutationis animaduersionum Heraldi p. 107. sq. et ad Vopiscum: Christoph. Browerus annalium Treuirensium pag. 105. vbi exhibet schema voluminum in Bibliothecam digestorum ex veteri lapide reperto Nouiomagi in loco castrorum Constantini. Augustinus Calmet in dissertatione prima earum, quas commentario gallice edito in Genesin adiunxit, in qua de forma librorum veterum et diuersa scribendi apud illos ratione differit. Isaacus Vossius ad Catullum pag. 50. sq. qui codicum membranaceorum siue *librorum quadratorum* vsum ab Attalo demum coepisse obseruat. Videndus etiam Ouidius lib. 1. Tristium elegia prima, Leo Allatius prolegom. ad librum de patria Homeri pag. 20. sq. et ad antiquitates Hetruscas pag. 137. Wormii museum p. 384. Ramiresius ad Martialem II. 67. Thomas Bartholinus de legendis libris diss. IV. p. 125. sq. Ern. Sal. Cyprianus pag. 40. sqq. Programmatum selectorum. Alexius Symmachus Mazochius Tomo XXVII. Opusculor. scientificor. et philologicor. pag. 168. sqq. Io. Esbergius in exercitat. de libris veterum, Vpsal. 1701. Christ. Saalbachius in dissert. de eod. argumento, Gryphisw. 1706. Christianus Gottl. Schwarzius in dissertationibus quatuor de ornamentis veterum diuersis temporibus Lipsiae et Altorfii habitis; vna de libris plicatilibus veterum, Altorfii 1717. et vna de varia supellectile rei librariae veterum, ibid. 1725. quas in vnum collectas indicibusque necessariis instructas recudi curauit Ioan. Christ. Leuschnerus, Lipsiae 1756. 4. De menide antiquorum codicum ornamento I. C. Stiglizius commentationem euulgauit Erfordiae 1747. De vmbilicis voluminum et cornibus, κεφαλίδι βιβλιόυ, מגלת ספר Psalm. XL. 8. Hebr. X. 7. vide Ioan. Henr. Maii obseruationes sacras lib. 3. p. 133. sq. edit. secundae. De verbo *explicit*, explicitum est Huetiana p. 139. Libros conglutinandi artem Athenis Philatium virum doctum sodalem suum inuenisse testatur Olympiodorus Philosophus Alexand. apud Photium Cod. 80. De rationibus compingendi ornandique libros, quibus nostra aetate bibliopegi vtuntur, diligentissime scripsit Ioan. Gottfr. Zeidler in der Buchbinder Philosophie, oder Einleitung in die Buchbinderkunst, Halae 1708. 8. Caerimoniale bibliopegorum singulari libro germanice composito descripsit Frider. Frisius, Lipsiae 1712. 8. De *Diptychis* egerunt Rosweidus Onomastico ad vitas Patrum pag. 773. Pompeius Sarnelli in antiqua Basilicographia cap. 26. Bernh. Montfauconius Palaeographiae pag. 34. Ioan. Cabassutius in notitia conciliorum pag. 487. sqq. et in notitia Eccl. pag. 49. Henr. Dodwellus dissert. Cyprian. pag. 71. sqq. Petrus Zornius Opuscul. sacr. T. II. p. 687. sqq. Io. Bona II. 12. rerum liturg. Eusebius Renaudotus T. I. collection. liturgiar. oriental. p. 254. sqq. Ios. Binghamus

orig. ecclesiast. lib. I. cap. 3. Seb. [6] Donatus libris tribus italice editis de diptychis profanis et sacris, Luccae 1753. Christ. Aug. Saligius in libro de Diptychis veterum tam profanis quam sacris, Halae 1731. 4. Io. Andr. Schmidius in dissertat de diptychis veterum, Ienae 1694. Michael Hertius dissertationibus quatuor de diptychis, Sneebergae 1680-85. editis. Christ. Gottl. Schwarzius in dissert. de vetusto quodam diptycho consulari et ecclesiastico, Altorfii 1742. Sigillatim de Diptycho *Leodiensi* Alexandri Wilthemii Diptychon Leodiense ex consulari factum ecclesiasticum, et in illud commentarius, Leodii 1659. fol. De Diptycho *Boethii consulis* Philippus Bonarotta in Giornale d'Italia Tomo 28. pag. 39. sqq. et Io. Casp. Hagenbuchius in epistola epigraphica de Diptycho Brixiano Boethii Consulis, Turici 1749. fol. Diptychon *Bituricense* editum est in libro: Voyage litteraire de deux religieux Benedictins, Parisiis 1717. 4. pag. 25. De *Diuionensi* Philib. Bern. Moreau de Mautur Tomo III. histor. acad. inscriptionum pag. 451. sqq. De diptycho eburneo, quod fuit Cardinalis *Quirini*, ipse Quirinus in epistola ad Claudium de Boze, Romae 1743. 4. quae quarta est decadis eius epistolarum Romae 1743. 4. in lucem emissae. Hannibal de Abatibus Oliuierius Opusc. scientific. et philolog. T. 32. p. 5. et T. 36. p. 345. Io. Antonius Vulpius in diuinatione in diptychon eburneum vaticanum, olim Cardinal. Angel. Mar. Quirini, Patauii 1752. 8. et Tomo 35. Opuscul. scientif. et philolog. pag. 221. Alexius Symmachus Mazochius Tomo 34. eorund. opusculor. p. 387. sqq. Castus Innocentius Ansaldus Tomo 40. p. 187. sqq. et Tomo 42. p. 237. Io. Georg. Leichius de diptychis veter. et de diptycho Eminentissimi Cardin. Quirini, Lipsiae 1743. 4. Iosephus Bartolus in libro italice edito: La vera Spigazione del Dittico Vaticano, Turini 1747. Diptycha Episcoporum ecclesiae Arelatensis exstant apud Mabillonium Tomo III. analector. p. 432. Diptychon Magni Consulis, primum luci publicae donauit animaduersionibusque illustrauit Christoph. Saxius, Hagae Comitum 1758. fol. Thesaurum Diptychorum tam profanorum quam ecclesiasticorum, quem Celeberrimus Gorius inchoauerat, tribus voluminibus, forma folii, cum figurarum scienter delineatarum apparatu, edendum Florentiae susceperunt Bandinius et Passerius: vide Acta Erud. 1758. p. 288. Ceterum duo fuerunt diptychorum genera *consularia* et *ecclesiastica*. In ecclesia graeca triplicem diptychorum formam obseruatam sibi testatur Allatius III. 15. de consensu p. 1184. sqq. 1) Episcoporum, 2) virorum bene merentium vel dignitate conspicuorum, 3) eorum qui in fide obdormierunt. Consularia diptycha speciem tabulae eburneae duplicis referebant, ita vel fibulis vel vncis a superiori aut inferiori parte aptae et nexae, vt aperiri et claudi

[6] Journal de Savans 1754. mense Decembri.

claudi facile possent, eaque anaglyphicis et pro illorum temporum ingenio haud plane rudibus variarum rerum iconibus ornata, quum Orientis tum Occidentis Consules sub auspicia muneris sui et familiaribus et aliarum regionum longissime disiunctarum proceribus dono mittere solebant. Vide Saxium ad Diptychon magni Consulis pag. 5. Consularia haec diptycha vel sine *titulo* vel *litterata* supersunt. Eorum, quae litteris notata sunt, praeter laudatum Hagenbuchium, qui tamen ἀφόνων rationem non habuit, breuiter recenset Leichius de Diptychis veterum. p. II. et III. Et ἀφόνα atque litterata, et consularia atque ciuilia, neglectis tamen siue sacris siue ex vtroque mixtis ordine chronologico recenset Saxius lib. cit. pag. 8. sqq. De *Pinacothecis* et *imaginibus* virorum doctorum quibus Bibliothecae exornatae, Io. Henr. Meibomius ad Vogleri introduct. in Historiam litterariam p. 163. sq. Bartholinus de legendis libris diss. 2. p. 64. sq. Fogelius de statuis c. 24. Ioan. Ern. Imm. Walchius in Cicerone Herculanensi Vol. 1. Actor. societ. lat. Ienens. p. 126. sqq. Io. Dav. Schreber peculiari dissert. de imaginibus virorum Bibliothecarum ornamento Lips. 1692. Christoph. Gothofr. Barthius diss. de imaginibus veterum in bibliothecis vel alibi positis, Halae 1702. et Io. Paullus Reinhardus in den Erlangischen gelehrten Anmerkungen und Nachrichten auf das Jahr 1747. N. X. et XI. De *Bibliothecis* veterum pauca quaedam Rabanus lib. V. de Vniuerso c. 4. T. 1. p. 95. b. ex Isidori VI. 3. origin. Plura Iusti Lipsii libellus et seorsim et inter opera eius saepius editus, Lipsio autem longe diligentius disputauit Siluester Lürsenius libro de templo et bibliotheca Apollinis Palatini, eique subiecta disputatione de bibliothecis veterum maxime Romanorum, Franequerae 1719. 8. Lipsii liber occurrit etiam in collectione Io. Ioachimi Maderi, qui varios de Bibliothecis et re Bibliothecaria Scriptores congessit, praemissa praefatione de Scriptis et Bibliothecis antediluuianis, incerta fide iactatis, Helmst. 1666. 4. Nouissime Maderi collectionem recudi fecit, et Herm. Conringii Epistolam siue librum de Bibliotheca Augusta Guelpherbytana, quo etiam de veterum re Bibliothecaria differitur, tum Naudaei, Spizelii et aliorum [7] de Bibliothecis scripta adiunxit, pluresque alios scriptores de hoc argumento duobus voluminibus iunctim edidit, Rev. Ioannes Andreas Schmidius, Theologus Helmstadiensis, plus simplici vice iam nobis laudatus, cuius etiam diatriba de bibliothecis eremitarum veterum exstat, Helmstad. 1714. Rudolphi Capelli, τοῦ μακαρίτου Syntagma lectionum Bibliothecariarum memorabilium Hamburgi 1682. 12. vulgatum itidem varia non ad recentem tantum, sed et veterem rem Bibliothecariam facientia collegit, quod facit etiam Dan. Guil. Mollerus diss. de Bibliotheca, Altdorf. 1700. 4. Vide

7 Vide Acta Eruditor. A. 1704. p. 209. sqq.

et Praefationem ad reliquias Bodleianas, Acta Erud. 1704. p. 301. ſq. et Georgii Engelbrechti diſſ. de iure Bibliothecarum, Helmſt. 1702. Io. Langii Epiſtolas Medic. II. 3. Hoſpinianum de templis fol. 100. ſq. Pompeium Sarnelli c. 42. antiquae Baſilicographiae. Chriſtiani Falſteri quaeſtiones Romanas lib. 2. c. 1. Paullum Mariam Terzagium in muſeo Septaliano p. 151. ſqq. vbi celebriores bibliothecas veteres ac nouas recenſet, ſigillatim de Vaticana videndus p. 161. et de Ambroſiana p. 164. quam A. 1664. ſcripſit conſtare codicibus manuſcriptis 12000, impreſſis 46000. Io. Lomeieri librum de bibliothecis. Trai. ad Rhen. 1669. et 1680. 8. Bibliothecarum graecarum recenſionem Bernhardus Montfaucon ſuae palaeographiae graecae praemiſit. De bibliotheca *Alexandrina* confer Ant. van Dale in diſſertatione ſuper Ariſtaea de LXX. interpretibus, Amſtelod. 1705. 4. cap. 2. ſqq. Humphred. Prideaux in connex. V. et N. T. P. II. lib. 1. p. 16. ſq. 75. et 88. edit. Berolin. et ex eo Bibliothec. Anglic. T. 3. p. 502. ſqq. Georg. Greenii diſſert. de Ptolemaeo Philadelpho, Aegyptiorum Rege, Witeb. 1676. et Petri Nicolai Bonamy diſſertationem inſertam memoriis academiae Inſcriptionum Tomo XIII. p. 615. ſqq. edit. Amſtelod. Bibliothecarios Bibliothecae Alexandrinae [8] recenſent Ionſius de Scriptoribus Hiſtoriae Philoſophicae p. 101. et I. F. Gronouius in ſupra laudata diatriba de Muſeo Alexandrino. De bibliothecis Romanorum Erh. Reuſchius diſſertationem edidit Helmſtadii 1734. De Aſinii Pollionis bibliotheca Romae publicata vide Io. Henr. Felſii orationem Ienae 1753. De M. Tullii Ciceronis bibliothecis Ioan. Matthaei Vnoldi commentat. ibid. eod. De bibliothecis Byzantinis generatim confer Banduri imperium Orientale Tomo 1. p. 385. ſq. Sigillatim de bibliotheca in templo S. Sophiae CPoli Bibliothec. Anglic. T. 3. p. 502. ſqq. De antiquiſſima oſymanduae agit Diodorus Siculus: adde Cellarii programma XL. p. 281. ſqq. De bibliotheca Budenſi Naldus Naldius in epiſtola de laudibus Auguſtae bibliothecae ad Matthiam Coruinum, Pannoniae Regem, quam exhibent Petrus Ienichius Tomo III. meletematum Thorunenſium p. 97. et Matth. Belius in notitia Hungariae nouae Tomo III. p. 589. ſqq. Io. Guil. Bergerus in Eloquentia publica, Witebergae 1750. 4. p. 348. ſq. et Paullus Faber in commentatione de auguſta Budenſi bibliotheca, Witeb. 1756. De bibliotheca Caroli M. Imperatoris exſtat diſſertatio Ioan. Dav. Koeleri, Altorfii 1727. De fortuna bibliothecae D. Auguſtini in excidio Hipponenſi diſſertatio Io. Martini Chladenii Lipſiae 1742. De transpoſitione bibliothecarum memorabili Rud. Antonii Fabricii diſſertatio prodiit Helmſtadii 1724. De

[8] Ptolemaeus Philadelphus decem myriadas librorum collegit Alexandriae teſte Syncell. p. 271. 273. His Pergami Bibliothecas addi voluit Antonius, Cleopatraeque deſtinauit, in quibus 200000. βιβλίων ἁπλῶν. Plutarch. p. 943. in Antonio.

De bibliothecarum apud veteres praefectis videatur Caroli Guilielmi Schumacheri diatribe, Ienae 1758. De bibliothecariis veteris Romae Falsterus lib. 2. quaestion. Rom. cap. 2. De bibliothecariis recentioribus Vaticanis consulendus Io. Ciampinus. De Bibliothecae Caesareae praefectis (sunt enim, qui Bibliothecarii nomen tanquam non satis latinum refugiunt, vt Vossius et alii) Petrus Lambecius lib. 1. Comm. de Bibl. Vindobonensi.

IX. De studiis veterum et omni genere elegantioris eruditionis apud veteres cultae, eruditus exstat liber *Io. Wowerani*, Hamburgensis, (fuit enim et alter hoc nomine Antwerpiensis) qui inscribitur *de Polymathia*, et primum lucem vidit Hamburgi 1604. 4. Postea adiunctis argumentis ac indicibus elogioque Woweriano, cura Iac. Thomasii, Lipsiae 1665. 8. Ex Thomasii editione recusus est tom. 8. thes. Antiqu. Graecar. Inter alia falsos esse et iniuriam Wowerano facere, qui tractationem de polymathia *Isaaco Causaubono* per plagium surreptam dicere ausi sunt, idem Thomasius ostendit, quanquam verissimum est Casaubonum quoque de eodem argumento opus molitum fuisse, sed ex aliis Wowerii scriptis patet non opus ipsi fuisse, vt aliena scrinia expilaret, cui diligentia sua et ingenio satis, quod scriberet, suppetebat domi. De Encyclopaedia veterum exponit etiam *Martinus Nicolai* in dissert. de veterum vestitu, choris, epistolis, scriptis et praecipue paedia ἐνκυκλίῳ, Kilonii 1668. 4. Chr. Bergius in dissert. de encyclopaedia veterum, Ienae 1666. Io. Crausius in dissert de artibus liberalibus siue polymathia veterum, Ienae 1670. De arte critica veterum Romanorum elegantem librum Io. Ern. Imm. Walchius edidit Ienae 1757. 8. De antiquitatibus rei litterariae veterum Romanorum, commentaturum se diligentius promisit V. C. *Io. Georgius Walchius* in diatriba de dedicationibus librorum veterum Latinorum, Epistolis Christophori Cellarii τοῦ μακαρίτου praemissa, qua insigne eius operis specimen edidit. Quod vero consilium vt abiiceret, grauioribus deinde negotiis coactus est. De initiis eruditionis apud Romanos Io. Georg. Frickius elegantem dissertationem edidit, Altorfii 1728. De studiis liberalibus vrbis Romae et CPoleos legi meretur Hermanni Conringii dissertatio, Helmstadii 1674. 4. edita, et tum in thesauro Sallengriano Tomo III. p. 1193. tum in Conringii operibus iunctim editis T. VI. p. 1. recusa: cui adde Aldi Manutii epistolam de artibus liberalibus veterum Romanorum, in eius Quaesitis per epistolam, et tomo VI. thesauri Gronouiani, et Conradi Buddei dissertationem de studiis liberalibus apud veteres Romanos, Ienae 1700. Christoph Cellarii dissert. de studiis Romanorum litterariis in vrbe et prouinciis, pag 341. eius dissertationum academicar. et Tomo III thesauri Sallengriani p. 1233. De variis modis litteras colendi apud veteres Romanos confer Io. Georg. Walchii Parerga acade-

academica p. 51. qui ibid. p. 161. ſqq. etiam de amoenitatibus hiſtoricis ex Ciceronis peregrinatione collectis diſſerit. De ratione Romanorum litteras docendi exſtat oratio Georg. Steph. Wieſandi Ienae 1755. De receſſibus veterum Reimannus ſyſtemat. antiquit. litter. p. 106. et 496. vbi de receſſibus litteratis Ciceronis, Maecenatis, Catulli, Virgilii, Horatii etc. ex Kircheri Latio. Georg. Greenius de ruſticatione veterum Romanorum, Lipſiae 1677. 12. et tomo 1. theſauri Sallengriani p. 690. ſq. et Chriſtoph. Godofr. Barthius in diſſert. de receſſibus veterum ad mentem ſententiamque C. Plinii Secundi, Halae 1701. De more veterum ſtudio litterarum iungendi artem mutam vel opificium vide Chriſtiani Wilhelmi Lyſeri diſſertationem, Witeb. 1696. 4.

X. De prima ſcribendi origine et omni antiquitate litteraria non inelegans tractatus *Herm. Hugonis*, Ieſuitae, lucem vidit Antwerp. 1617. 8. quem recudendum curauit, eidemque notas, opuſculum de ſcribis, apologiam pro Waechtlero, praefationem et indices adiecit Chriſt. Henr. Trotz. Traiecti ad Rhen. 1738. 8. Hugoni iungatur *Io. Nic. Funccii*, V. C. commentatio de ſcriptura veterum, Marpurgi et Rintelii 1743. 8. *Petrus Holmius* in accurata disquiſitione de ſcriptura et variis rationibus ſiue ad dextram ſiue ad ſiniſtram ſiue deſuper vel quocunque alio modo ſcribendi, publicata Lund. Scand. 1670. 8. et recuſa in Analectis Philologicis Tho. Crenii cura editis in Belgio 1699. 8. *Balthaſ. Frid. Salzmanni*, Argentoratenſis, diſſertationes quinque cum cura elaboratae, quarum prima lucem vidit Lipſiae 1667. 4. quinta de ſcriptione Sinenſium ibid. 1670. *Michaelis Waltheri* oratio de arte ſcriptoria ad calcem eius diſſert. de animae immortalitate, Witeb. 1657. 4. *Floriani Klepperbein* hiſtoria artis ſcriptoriae, Witeb. 1683. *Sebaſtiani Franci* diſſertatio epiſtolica ad Seuerinum Pedanium de illa hiſtoria 1683. *Ioan. Adolphi Luut* diſſertationes binae de palaeographia, quarum prior Praeſide Nic. Celſio, ſecunda Fab. Toernero habita eſt, Vpſaliae 1724. et 1725. 8. *Georg. Chriſt. Hallbaueri* poſitiones de ſcriptura, eius origine, natura et variis modis, praecipue per litteras ex aere fuſas, Ienae 1739. *Io. Vdalrici Treſenreuteri* programmata duo de fictis argumentis, quibus artem ſcribendi ante diluuium inuentam fuiſſe, nonnulli voluerunt probare, quae exſtant pag. 211. et 222. eius Opuſculorum: *eiusdem* programma, quo, artem ſcribendi ante diluuium fuiſſe inuentam, probabiliter defenditur, ibid. pag. 230. *Nicolai Frereti* obſeruationes de artis ſcribendi principiis generalioribus, et ſigillatim de Sinenſium artis ſcribendi fundamento, Tomo nono memoriarum academiae inſcriptionum p. 328. ſqq. *Bourgueti* Lettres curieuſes ſur l'origine de l'ecriture laudat Leibnitius Epiſt. a Kortholto editarum vol. 1. p. 398. *Roberti Mori* Eſſay of the firſt Invention of Writing citatur volumine ſecundo bibliothecae Harleianae pag. 960.

De

De ratione ſcribendi Auguſto vſitata *Crenius* Analector. p. 179. ſq. *Stillingfleetus* Origin. ſacr. lib. 1. c. 1. §. 19. exſtimat, artem ſcribendi vetuſtate aequare mundi originem, eamque ab ipſo eſſe Adamo inuentam. *Henricus Winderus* in hiſtoria ortus et progreſſus doctrinae earum in primis rerum, quae ad religionem ſpectant vol. II. p. 30. cenſet, ſcribendi artem Moſi diuinitus fuiſſe reuelatam. *Wilhelmus Warburtonus* in diuina Moſis miſſione vol. II. p. 66. ſq. edit. ſecundae demonſtrauit, primam ſcribendi originem fuiſſe, vt rerum ipſarum figuras vel nude vel ſymbolice pingerent, quae figurae deinceps in ſimplices ductus et lineas degenerarint, quo pacto de Aegyptiis, Sinenſibus, ceteris ſtatuendum ſit: ſeriorem eſſe vſum litterarum non ad res ſed verba repraeſentanda. Hinc factum eſſe, vt *γράφειν*, itemque *σημεῖα*, *σήματα* de pictura ac litterarum ſcriptura dicantur. *Eberhardus Henr. Dan. Stoſchius* in diſſertatione de reuelatione Diuina ante Moſen ſcripto conſignata, Francof. ad Oderam 1752. §. VIII. p. 16. putat, characterum quorundam, quibus mentis ſenſa exprimerentur, quales illi demum fuerint, vſum ſtatim poſt diluuium inter homines viguiſſe. Quin immo probabiles non deeſſe rationes, quibus pulcherrimae artis vſus vel ſaltem prima eius rudimenta ſaeculis diluuium antegreſſis vindicari poſſint.

De *charta et papyro* veterum videndi Plinius lib. 13. c. 11. et ibi Harduinus. Iſidorus Lib. VI. Orig. c. 9. Caſſiodorus lib. XI. Variarum Epiſt. 38. Matthiolus ad Dioſcoridem lib. 1. c. 98. Melchior Guillandinus Venetiis 1572. 4. et Ambergae 1613. 8. in Aegypto ipſe, vbi papyrum examinauit, verſatus. Ioſephus Scaliger contra Guillandinum [9] de papyro. Io. Mabillonius in opere de re diplomatica lib. 1. cap. 8. Montfauconus in Palaeographia Graeca p. 13. ſq. ſupplement. antiquitatis explicatae T. 3. p. 199. ſqq. et memoriarum Academiae inſcriptionum T. IX. pag. 302. ſqq. edit. Amſtelod. Scipio Maffeius hiſtoriae diplomatic. pag. 57. ſqq. Franciſcus Maria Nigriſolius, Medicus Ferrarienſis, in diſſert. de charta eiusque vſu apud veteres, quae inſerta legitur Muſeo Mineruae Venetae Tomo 3. p. 249. ſqq. Guido Pancirollus rerum deperditar. tit. 13. Claudius Salmaſius in notis ad Vopiſcum et Solinum. Liber gallicus: *Varietés hiſtoriques, phyſiques et litteraires*, Pariſiis 1752. Tomo primo. Chr. Lindneri diſſertatio de charta, Lipſiae 1647. Sebaſtiani Kirchmaieri de papyro veterum, Witeb. 1666. quae tota fere ex Guillandino exſcripta eſt. Io. Georg. Vngeri de papyro frutice, Lipſiae 1731. A. G. Boucher d'Archis in Mercurio Gallico A. 1737. menſe Septembri p. 1082. ſqq. et Leo Allatius pag. 91. ad antiquitates Hetruſcas, vbi inter alia docet, mangonem qui anti-

[9] Rud. Capelli lection. bibliothec. O. 6. ſqq.

antiquitates illas ſuppoſuit, inepte eas commiſiſſe chartae A. C. 1450. a Ioanne Brugenſi ex linteis contritis, [10] ex ramis veterum pannorum, vt loquitur Petrus Venerabilis, quod longe recentius inuentum et Germanorum quidem, vt notat Scaliger in Scaligeranis ſecundis pag. 7. Adde Io. Petr. a Ludewig in den gelehrten Anzeigen, Halae 1744. 4. p. 270. ſqq. Praecipue vero ridiculum eſſe, quod in vna charta artificis chartarii inſignia relicta erant, quibus charta et eius confectae tempus internoſci potuit. De illis inſignibus, atque vt ſaepe numero horum ope fraudes detectae fuerint, pluribus diſputat Allatius p. 136. De *papyro planta* praeter Vngerum laudatum Proſper Alpinus de plantis Aegypti p. 43. Kaempferus amoenit. exotic. p. 471. ſqq. et appendice ad Iaponiam p. 22. ſqq. Ephemerides eruditorum 1730. menſe Iun. p. 199. ſqq. Memoriae Treuoltinae 1732. p. 817. ſqq. Quod veteres in cortice fagi ſcriberent (auf Buchrinden) hinc Olaus Rudbekkius pater in Atlantica ſua obſeruat libros hodieque Germanis vocari Bücher, ſicuti ex ſimili ratione dicuntur *libri*, *codices*, *folia*, *philyrae*. Varia alia, in quibus antiquitus ſcriptum fuit recenſet praeter Allatium et Hermannum Hugonem in libris laudatis Alexander ab Alex. II. 30. et ibi Tiraquell. Bartholinus diſſ. 4. de legendis libris p. 90. ſq. ac nouiſſime vir eruditiſſimus Bernardus Montfauconus in palaeographia Graeca lib. 1. Vide etiam Hiralti Epiſtolam inſertam Memoriis Treuoltinis A. 1711. p. 1559. ſq. vbi de bullis Pontificum ſcriptis in charta e cortice. Pars chartae tenuiſſima dicta *ina*, vt conſtat e Feſto in ilia et exilis. De chartopoeia Iaponica ex corticibus arboris mori papyriferae *Carſcky* [11] dictae Engelbertus Kaempferus in amoenitatibus exoticis p. 466. ſqq. De charta incombuſtibili ex amiantho Wormius p. 350. muſei. De charta asbeſtina Franc. Erneſtus

[10] Lintei vſus ex cannabi recens admodum, nec ante ſaeculi XV. initium innotuit. Caroli VII. Galliae Regis coniux induſiis ex linteo duobus primum dicitur vſa fuiſſe. Vide Naudaeum p. 81. 82. Chartae tamen quae ex lino fiebat iam mentio apud Petrum Venerabilem in bibliotheca Cluniacenſi, et illius vſus iam notus Euſtathio, vbi artem chartas ex papyro conficiendi periiſſe notat ad Odyſſeae φ. Panni linei meminit et ad candidationem eius commendat ſaponem copioſum Ambroſius Camaldulenſis XIX. 12. Epiſt. p. 616. T. 3. collectionis Martenianae. Linea camiſia et lineis femoralibus vſum eſſe Carolum M. notat Eginhardus c. 23. In Aegypto linyphiarii, linyphiones ſiue linteones, lintearii, linteatores, linteis texendis parandisque operam nauantes. Salmaſius in Vopiſcum pag. 455. Δρυὸς φλοιῷ inſcriptae litterae Plutarchus in Pyrrho T. 2. p. 434. ed. Oxon. In nouis litterariis Goettingenſibus (gel. Anzeigen) A. 1758. p. 1112. haec ex Tranſactionibus philoſophicis N. 50. vol. 1. Art. 30. excerpta leguntur: Auf der Bruſt eines Skelets, welches aus den Ruinen der verſchütteten Stadt Herkulanum ausgegraben iſt, hat man einige Stücke von ſehr feinem Papier gefunden, das auf einer Seite roth, und auf der andern ſchwarz geweſen iſt. Man urtheilet, daß es keine eigentliche ſo genannte charta papyracea ſey, ſondern ein von Seide oder Leinwand gemachtes Papier.

[11] Acta naturae curioſorum decade II. 6. p. 131.

Ernestus Bruckmannus in historia naturali lapidis τοῦ ἀσβέστου 1727. quam historiam in charta eiusmodi impressam typis bibliothecae Guelpherbytanae intulit, vide N. L. L. 1727. p. 432. et S. R. Goettenii jeztlebendes gelehrtes Europa T. 1. p. 658. sq. Eduardi Lloydii epistola de genere papyri ex linteo incombustibili confecti inserta est diario gallico Bibliotheque raisonnée T. 38. parte 1. p. 42. sqq. De nouo inuento in Anglia vsitato chartam non ex ramis pannorum, sed ex carduis aliisque plantis conficiendi, vide Journal des Savans 1732. mense Septembri p. 56. De palimpsesto Leopardus lib. XIII. cap. 11. emendationum. Membranarum vsus diu ante Eumenis et Ptolemaei tempora vide Lampium ad Psalmum XLV. p. 86. De linteis libris siue mappis Allatius libro iam memorato p. 25. sq. et 130. sq. idem p. 123. obseruat Sinensium chartam diuersam a papyro veterum et nostra charta ex linteo confecta. De Graecorum charta bombycina, idem p. 133. Videndus etiam Stephanius p. 99. sq. ad Saxonem Gram. et Pancirolli noua reperta lib. 2. tit. 13. De more in vestibus scribendi praeter Allatium p. 127. sq. disserit Albertus Rubenius Lib. 2. electorum c. 1. De *pugillaribus* veterum Alex. Wildhelmius in Appendice ad diptychon Leodiense, et Io. Ern. Imm. Walchius in dissertatione epistolica ad Ant. Franc. Gorium de pugillaribus veterum, volumine quinto Actor. soc. lat. Ienens. p. 107. sqq. qui etiam ibid. p. 180. sqq. de pugillaribus medii aeui commentatur. De *albis* And. Schottus ad Prouerb. Vaticanae appendicis I. 80. *Philothecarum* (Stammbücher) vsum non ante tempora beati Lutheri obtinuisse contendit Michael Lilienthal, qui de illis videndus in selectis historicis et litterariis continuatis, Regiomonti 1719. 8. In iisdem selectis exstat Theoph. Sigfr. Bayeri dissertatio de elegantia manuum eruditarum, nec doctos semper male pingere. *Calami* loco antiquissimus vsus fuit *stilorum* siue graphiorum ex ferro, ossibus, vel alia materia, de quibus agunt Interpretes ad Iobi XIX. 24. Fesselius in aduersariis sacris tom. 1. p. 41. Huetius in Epistola ad Gisbertum Cuperum, in Tilladeti collectione tom. 2. p. 226. 230. Florianus Klepperbein in historia Artis scriptoriae Witeberg. 1683. Hugo de scribendi origine c. IX. Mabillonius supplemento ad libr. de re diplomatica cap. XI. §. 8. Philippus Bonanni in museo Kircheriano p. 165. Moscardi Museum p. 425. Io. Clericus de stilis veterum et variis chartarum generibus, T. III. supplement. Poleni p. 1110. et viri docti ad illud Horatii L. 1. Sat. 10.

Saepe stilum vertas iterum quae digna legi sint
Scripturus.

Quibus verbis respicit ad figuram stilorum, qui ex altera parte acuti erant, et scriptioni inseruiebant, ab altera parte lati, et ad delendum vel emendan-

dum obducendumque ſcripta in cereis tabulis adhibebatur. Imagines duas ſtili [12] veteribus vſitati habes in aes inciſas apud Laurentium Pignorium lib. de Seruis p. 224. Alii ſtilorum loco vel iuncos ſiue *calamos* vel *pennas* auium vel denique vt etiamnum apud Sinenſes receptum eſt, *penicillos* adhibuerunt ad ſcribendum. Confer Paullum Mariam Terzagium in Muſeo Septaliano pag. 128. De Chaumettii inſtrumento, cui calamus ſiue penna ſi inſeratur momento circumactum reddet aptam ad ſcribendum vide hiſtoriam Academiae ſcientiarum A. 1715. p. 88. Inter Dauidis Clerici Orationes octaua, nona et decima eleganter perſequuntur laudes et vſum pennae, atramenti et chartae, Amſtelod. 1687. 8. In Ioan. Henr. Ackeri hiſtoria pennarum pennae D. Ioan. Franc. Buddei ſacra Altenb. 1726. 8. curioſa quaedam de calamis pennisque eruditorum recentium in primis occurrunt.

Chartae loco apud antiquiſſimas gentes plumbeae tabulae vel etiam alia duriora metalla et lapides in vſu fuerunt, vt ad eundem Iobi locum XIX. 24. iam pridem annotatum eſt. Confer Allatium ad Antiquitates Hetruſcas pag. 127. ſq et Laurentium Beyrling in Theatro Vitae Humanae tomo 7. ſub titulo: *Scriptio*, vbi quamplurima alia de vniuerſo hoc argumento collecta reperiuntur. Spectant etiam huc quae de columnis Sethi lapidea et lateritia, de columnis Mercurii, et Aegyptiorum obeliſcis nota ſunt ex Ioſepho, Diodoro Siculo et aliis Scriptoribus, vnde patet antiquiſſimum vſum fuiſſe columnis lapideis res memorabiles tradendi: de quo more varia congeſſit Huetius in demonſtratione Euangelica p. 93. ſq. edit. Lipſienſ. vbi praeclara inuenta, leges et alia eiusmodi, res quoque geſtas inſigniores poſteris in columnis, ſaxis, parietibus et tabulis aeneis traditas notat, cui adde *Luc. Holſtenium* ad vitam Pythagorae ſcriptam a Porphyrio p. 67. 68. *Humfredum Prideauſium* in limine notarum hiſtoricarum ad epochas marmoreas Arundelianas. *Herm. Hugonem* de prima ſcribendi origine cap. X. *Pet. Holmium* de Scriptione cap. 4. *Thomam Gatakerum* lib. 2. cinni aduerſariorum cap. vltimo, et *Georg. Ludov. Oederum* de programmatis, ſiue edictis et inſcriptionibus publicis Graecorum, Ienae 1717 8. Laminas plumbeas, quibus inſcriptum, videre licet in Bonanni muſeo Kircheriano p. 180. Idem p. 230. ſq. agit de more ſcribendi in foliis arborum. De arte Trithemiana ſcribendi per ignem vide Georg. Wallini diſſertationem, Vpſal. 1728 Siamenſium charta ex cortice arboris *pliok ktoi*, Tunquinenſium ex *cotone*, Sinenſium ex cortice arundinis ſiue arboris *bambou* confecta eſt et facile a vermibus corroditur, vnde Bibliothecarum Codices ſubinde recentandi et deſcribendi ſunt, vt narrat Lud. de Comitibus in nouis

[12] Stilis ſcriptoriis quandoque homines confoſſi atque obtruncati, vt Q. Antyllius apud Plutarchum in C. Grach. p. 840. et recentiore aetate Scotus Erigena.

uis memoriis Sinenſibus Gallice editis tomo 1. p. 261. ſq. vbi de tota illorum ſcribendi et imprimendi libros ratione plura Lector obſeruata reperiet. Malabares et alii populi vicini palmarum foliis varii generis pro charta vtuntur, quibus ſtilo ferreo eleganter et mira celeritate, quae volunt, valent inſcribere, deſcriptaque transmiſſis, quibus cohaereant, per medium folium pertuſum ligulis in volumina redigunt. Vide Hodoeporicum Ioan. Alberti de Mandelſlo p. 101.

De *atramentis* cuiuscunque generis ſingulari opere agendum in ſe ſuſcepit Petrus Maria Caneparius, Cremenſis, Philoſophus, Venetiis medicinam profeſſus, quod lucem vidit Venetiis 1618. Londini 1660. et Roterodami 1718. 4. et quanquam propter quamplurimas obſeruationes Phyſicis et Medicis non diſplicet, tamen antiquitatis cultoribus parum ſatisfacit, vnde infeliciter in hoc argumento verſatum eſſe cenſet Leo Allatius in animaduerſionibus ad Antiquitates Hetruſcas p. 145. qui p. 143. ſq. noſtrum ex calcantho atramentum (de quo Caneparius p. 254. ſq.) a veterum illo *μέλανι καλλιγραφικῷ* (vt vocatur in Hippiatricis p. 169.) diuerſum fuiſſe probat. Vide de atramentis praeterea Vitruuium lib. 7. cap. 10. et ſq. Plinium lib. 35. cap. 6. Cardanum c. 64. de rerum varietate et lib. 8. ſubtilitat. Politianum c. 40. Miſcellan. vbi dubitat an ex ſepiae liquore (quod tamen multi affirmant vide Lindebrog. ad Codicem Legum antiquar. pag 1379. et Rondeletium XVII. 2. de piſcibus) atramentum olim fieret. His adde denique Voſſium lib. 4. de idololatr. c. 49. Salmaſ. de cruce p. 483. ſq. Nicol. Lemerium in memoriis academiae inſcription. 1707. p 713 ſqq. Io. Iac. Quandtii exerc. de atramento Hebraeorum, Regiomonti 1713. Atramentum chiniticum habes in Wormii muſeo pag 376. et Septalii p. 63 ſqq. De atramento ſympathiae recenti inuento, Acta Eruditor. 1703. p. 217. De Chriſti ſanguine in atramentum miſſo ad pondus addendum inſtrumentis excommunicationis haereticorum Mabillonius II. 21. 22. de re diplomatica, et Io. Andr. Schmidii diſſertatio de litteris ſanguine Chriſti firmatis, Helmſtadii 1713. De *encauſto* Imperatoribus olim ſacro exſtat diſſertatio Ioan. Behmii, Argentor. 1715. Adde quae de illa *κηροχύτῳ γραφῇ* differunt Schwarzius diſſ. 1. de ornamentis librorum §. 7. et diſſert. 2. §. 23. et Hadr. Stegerus comment de purpura ſacrae dignitatis inſigni pag. 57. De variis liquoribus et coloribus atramenti loco adhibitis Montfauconus Palaeographiae lib. 1. c. 1. et Mabillonius lib. 1. c. 10. de re diplomatica. De variis generibus atramenti et rationibus illud parandi conſulendus libellus Helmſtadii 1732. 8. editus: **Das aufs neue wohl zubereitete Dintenfaß.**

XI. De litterarum origine [13] Io. Georgius Wachterus, licet suppresso nomine, eleganter differit in Naturae et scripturae concordia; Commentatione de litteris ac numeris primaeuis, aliisque rebus memorabilibus cum ortu litterarum coniunctis, Hafniae 1752. 4. De litteris Hebraicis, Graecis, Latinis earumque inuentoribus egregia annotarunt Iosephus Scaliger ad Eusebium numero 1617. Salmasius ad inscriptionem Herodis Attici p. 230. sq. Lilius Gyraldus dialogo 1. de historia Poëtarum. Bernardus a Mallincrot in libro de litteris earumque origine et natura, Monasterii Westphal. 1639. 4. Meursius ad Hesychium illustrem p. 179. sq. Samuel Petitus lib. 2. obseru. c. 1. Ezech. Spanhemius de vsu numismatum et praestantia diss. secunda. Guilelmus Nicols in sex libris elegiaco scriptis carmine notisque illustrato de litteris inuentis, Lond. 1711. 8. Olaus Rudbeckius parte 1. Atlanticae c. 38. Bochartus lib. 1. Chanaan cap. 20. Tho. Munkerus ad Hyginum fab. 277. Io. Marshamus Canonis Chronici p. 123. sq. Iacobus Bouhierius auctor eruditae dissert. quae Clariss. Montfauconi Palaeographiae graecae subiicitur de priscis Graecorum ac Latinorum litteris. Auctor anonymus libri anglice sub hoc titulo Londini 1726. 8. editi: *An essay upon Litterature: or an Inquiry into the Antiquity and original of Letters.* Ioannes Baptista Bianchonius in libello [14] de antiquis litteris Hebraeorum et Graecorum, Bononiae 1748. 4. Eusebius Renaudotus de origine graecarum litterarum, Tomo secundo memoriar. Academiae inscriptionum pag. 34. et 318. Ioan. Swintonus in dissertatione de priscis Romanorum litteris, Oxoniae 1750. 4. Edw. Spelmannus in dissertatione volumini secundo versionis anglicanae Dionysii Halicarnassensis, Lond. 1759. 4. voluminibus quatuor editae adiecta. Andreas Norcopensis in dissertatione de prima litterarum origine, Vpsal. 1687. 8. Matth. Ioan. Reutze in dissertatione de primis litterarum natalibus, Hafniae 1717. 4. Leo quoque Allatius parauit librum de origine Graecarum litterarum, in quo earum antiquitatem et vsum et vt immutatae fuerint, explicauerat, vt ipse testatur lib. de patria Homeri pag. 88. De litteris [15] etruscis egerunt Ludov. Boarguetus in epistola de alphabeto etrusco inserta Tomo XVIII. bibliothecae Italicae pag. 1. sqq. et Tomo primo collectionis dissertationum academiae Cortoniensis pag. 1. sqq. et Anton. Franc. Gorius quum in museo Etrusco vol. I. p. 47. sqq. vol. II. pag. 401. sqq. tum in praefatione praemissa libro: *Difesa dell' Alphabeto degli antichi Toscani*, Florentiae 1742. 8. Ioannes Swinton in dissertatione de lingua Etru-

[13] Huius specimen iam aliquod dederat Wachterus in A. E. 1743. p. 40.

[14] Zuverläßige Nachrichten part. 119. pag. 818. vbi nonnulla contra hunc libellum monentur.

[15] De recentissimis conatibus monumenta Etrusca explicandi Vir maxime Reuerendus nobisque amicissimus Christoph. Gerh. Suke elegantem commentationem edidit Lips. 1737. 4.

Etruriae regalis vernacula, Oxonii 1738. 4. Ad quam annotatiunculas Ioan. Georg. Wachterus Actis Eruditorum A. 1744. pag. 395. inserendas curauit. Britannicarum litterarum inuentor fuit Nemnius quidam, vide Bibliothec. Anglic. T. VII. p. 194. Versus, quos affert Petrus Crinitus XVII. 1. Ennodium auctorem habent:

Moses primus Hebraicas *exarauit litteras*
Mente Phoenices sagaci condiderunt Atticas
Quas Latini *scriptitamus edidit Nicostrata*,
Abraham Syras *et idem repperit* Chaldaicas,
Isis arte non minore protulit Aegyptias
Gulfila promisit Getarum *quas videmus vltimas.*

Ex gruum volatu figuras litterarum a Mercurio Trismegisto efformatas tradit Cassiodorus lib. 8. Variar. Ep. 12. alii hoc tribuunt Palamedi, vnde grues aues Palamedis dicuntur a Martiali lib. 13. Epigr. 75. De volatu litterato gruum videndus prae ceteris Iac. Gaffarellus in curiositatibus inauditis pag. 250. sq. meminit et Martialis lib. IX. Epigr. 14. laudans nomen Earini dignissimum, quod penna scribente grues ad sidera tollant. Idem Gaffarellus multus est in explicando Alphabeto superstitioso et inani, quod in coelo videre sibi visi sunt nugiuenduli nonnulli, de quo Kircherus tomo 2. Oedipi part. 2. p. 215. Alia Alphabeta commentitia Adami, Noachi, et Henochi refert atque explodit Tho. Bangius in coelo orientis Exercit. secunda de litteratura Patriarchali, vide sis quoque Rocham in Bibliotheca Vaticana p. 79. 82. 88. 91. sq. Kircherum 2. Oedipi Parte 1. pag. 105. In ordine alphabeti Hebraeos ac Phoenices sequuti sunt Graeci et Latini, vt post alios notant Hallenses Parte VI. Observ. cap. 4. Graeca Alphabeta per varias aetates diuersimode in MSS. exarata singulari tabella exhibuit Eduardus Bernhardus Ao. 1689. Oxonii, atque inde Ezech. Spanhemius de vsu et praestantia numismatum diss. 2. ed. Lond. Longe plurima ab eo tempore e MSS. produxit Montfauconus in eruditissimo Palaeographiae Graecae opere. Latina diuersarum aetatum habes apud Mabillonium in opere praeclaro de re diplomatica, et Papebrochium in propylaeo ad tomum 2. Actorum Sanctorum Aprilis. Variarum linguarum alphabeta et notas singulari studio collegit ac digessit Andreas Mullerus Greifenhagius, vna cum versionibus prope centum orationis Dominicae, et post eius fata publico dedit Seb. Godofr. Starkius ὁ μακαρίτης, Berolini 1703. 4. Notas varias et siglas Medicorum, Chymicorum, Astrologorum exhibet praeter Montfauconum Cangius ad calcem Glossarii Graeci. Alphabeta medii aeui exhibent Io. Iac. Scheuchzerus in specimine alphabeti ex diplomatibus et codicibus Turicensibus,

ſibus, Tiguri 1730. fol. Dan. Eberh. Baringius in claui diplomatica, Hanov. 1737. 4. Io. Ludolf. Waltherus in lexico diplomatico, Goettingae 1745. fol. voll. III. et Carpenterius in Alphabeto Tironiano, cuius ſupra p. 805. mentionem fecimus. Artis occulte ſcribendi ſiue *ſteganographiae* artisque occultas ſcripturas ſoluendi et legendi, ſiue *decifratoriae* praecepta dederunt Ioannes Trithemius in Steganographia ſiue arte per occultam ſcripturam animi ſui voluntatem abſentibus aperiendi, Darmſtadii 1621. 4. Guſtauus Selenus (Auguſtus Dux Brunſuicenſis) Cryptomenytices et Cryptographiae libris IX. Luneburgi 1624. fol. Wolfgangus Erneſtus Heidel in Steganographia Ioan. Trithemii vindicata, reſerata et illuſtrata, Norimbergae 1721. 4. Ioan. Baptiſta Porta libris IV. de occultis litterarum notis, Montisbeligardi 1593. 8. Samuel Morlandus in a new method of Cryptography 1666. fol. Caſpar Schottus in ſchola ſteganographica, Norimbergae 1680. 4. Ioannes Paullus Bonetus in tractatu de Cifris inſerto libro eius, qui inſcribitur: *Reduction de las Lettras y Arte para enſennar a ablar los mudos*, Madriti 1620. 4. pag. 280. ſqq. Anton. Maria Coſpus in libro ex italico gallice verſo: *L'interpretation des Chiffres, augmentée et accommodée particulierement à l'uſage des langues Françoiſe et Eſpagnole par F. I. F. N. P. M.* Pariſiis 1641. 8. Ludov. Henr. Hillerus in myſterio artis ſteganographicae, Vlmae 1682. 8. Io. Chriſtoph. Wagenſeilius in arcano ſteganographico, quod exſtat pag. 56. ſqq. eiusdem exercitationum varii argumenti, Altorfii 1684. 4. Ioan. Balthaſar Friderici in Cryptographia germanice edita Hamb. 1684. 4. Claudius Comierſius in l'art d'ecrire et de parler occultement et ſans ſoupçon, Pariſiis 1690. 12. Alexander Marcellus in noua ſteganographia imperceptibili, quae legitur in Actis Eruditor. 1719. p. 38. ſq. vbi quoque pag. 255. I. G. G. H. M. P. epiſtola de noua hac ſteganographia exhibetur. Chriſt. Breithaupt in arte dicifratoria, Helmſtadii 1737. 8. et Dav. Arnoldus Conradi in Cryptographia denudata, Lugd. Batav. 1739. 8. quae integrum Breithauptii libellum exhibet, cui ſuum nomen praefixit Arnoldus; vide Iuſti Friderici Engelbrechti commentationem de arte decifratoria, eius origine, fatis, cultoribus, fundamento et hodierno vſu, Helmſt. 1747. 4.

Cifrarum vſum et figuras non ab Arabibus primum repertas, ſed a Graecis ad Arabes, ab his ad Indos, tum ad nos quoque perueniſſe contendit Iſ. Voſſius p. 64. ſq. ad Melam: et Boëthii iam aetate recepta fuiſſe haec numerorum ſigna ex antiquiſſimo eius codice ibidem demonſtrat. Cui adde Io. Walliſii Epiſtolam de cifrarum in Anglia vſu circa annum Chriſti 1090. in Transactionibus Philoſophicis Anno 1700. menſe Septembri. Ex Graecis litteris formatas eſſe numerorum notas, facile oſtendit Huetius in demonſtratione Euangelica, quod de characteribus 7. Planetarum etiam veriſimile eſſe et ex

Graecis

Graecis 7. vocalibus illos videri formatos, alibi demonſtraui, licet alias rationes characterum illorum reddat Ioſ. Scaliger ad Manilium p. 640. edit. Argentorat, cui adde Salmaſium ad Solin. p. 873. ſq.

Praeter litteras vulgares, quibusdam gentibus etiam fuere *litterae ſacrae* ſiue *hieroglyphicae*, vt de Aegyptiis vulgo conſtat, de quibus nota Clementis Alexandrini, Diodori Siculi et aliorum teſtimonia, et libri integri Horapollinis, Io. Pierii Valeriani, Nic. Cauſſini, Michaëlis Maieri: Romeyri de Hooghe Hieroglyphica edita cura Arnoldi Heinr. Weſterhouii, quae ex belgico germanice verſa cum praefatione S. I. Baumgartenii prodierunt Amſtelodami (Lipſiae) 1744. 4. Roberti Clayton liber, qui germanice verſus ſub titulo: **Vom Urſprung der Hieroglyphie und Mythologie der alten Heyden,** Hanouerae 1754. 8. quibus addatur Shawius vol. 2. itiner. c. 5. p. 93. ſqq. et Pocockius in deſcriptione orientis vol. 1. lib. 5. c. 4 p. 227. ſqq. et Io. Henr. Schumacheri **Verſuch, die dunkeln Geheimniſſe in den Hieroglyphiſchen Denkbildern der Egyptier zu erklären,** Guelpherbyti 1754. 4. ſed praecipue perſpicui documenti loco ſunt, obeliſci hodieque ſuperſtites, atque litteris illis inſcripti, et a Kirchero in Obeliſco Pamphilio et Oedipo Aegyptiaco quanquam non vsquequaque feliciter explicati. Warburtonus in diuina Moſis legatione loco ſupra p. 957. citato oſtendit, praecipue litterarum Hieroglyphicarum vſum ad res occultas ſeriorem eſſe illo, quo ad res memorabiles Regum poſteritati mandandas aperte adhibitae ſunt. Generatim quatuor ſcribendi genera facit apud Aegyptios, Hieroglyphicum, Symbolicum, Epiſtolicum et Hierogrammaticum, quorum duo priora figuris non verba, ſed res, vel planius vel occultius repraeſentarint. Tertium litteris verba aperte ſignificarit lingua vulgari: quartum lingua a ſacerdotibus inuenta pariter ac litteris nouae inuentionis huic linguae reſpondentibus occultam ſcientiam ſacerdotum continuerit. De aliarum gentium characteribus, quos a profanis diuerſos habuerunt, disputat Bochartus in Geographia Sacra lib. 2. Chanaan cap. 17. quod vero de Aethiopibus ibidem tradit, aliter videtur Iobo Ludolpho, Hiſtoriae Aethiopicae lib. IV. cap. 1. §. 23. Hebraeorum populo ſanctiores fuiſſe litteras, quas vulgo dicimus Samariticas, nullo certo teſtimonio conſtat, quum numorum lubrica ſit fides, et Pentateuchum Samariticum ex Hebraico noſtro deſcriptum eſſe clariſſimis argumentis docuerit Io. Henr. Hottingerus in exercitationibus Samariticis, cui adde ſis Stephanum Morinum in exercitationibus de lingua primaeua, et Ioannem Buxtorfium de litteris Samariticis aduerſus Ludov. Capellum. De Lingua Sacra Aegyptiorum agit quoque idem Bochartus in Phaleg pag. 156. Io. Clericus ad Exod. XXVIII. 37 et Iablonskius Panth. Aegypt. paſſim, et inprimis Prolegom. p. 130-135. De lingua ſacra Braminum meminit

minit Io. Baptiſta Tauernierius parte 2. Itinerarii p. 171. et plerisque Indis quemadmodum etiam Siamenſibus duplex eſt lingua, vna vulgaris et altera, eruditorum, vt ex Louberio et aliis conſtat. Sinenſes vero neque litteris vtuntur neque facile concipiunt, quomodo fieri poſſit, vt tam exiguo numero characterum quorum ſinguli nihil ſignificant, exprimere atque ſcripto conſignare poſſimus tot tamque diuerſas animi noſtri conceptiones et quaecunque ore eloqui valemus. Itaque loco Alphabeti habent characteres ſeu figuras quamplurimas, quarum alii 80000. alii 54409. numerant, vide Ludouicum de Comitibus memoriarum Sinenſium tomo 1. p. 255. et Nouellas Reipubl. Litterariae A. 1688. pag. 189. Quomodo Sinenſium characteres differant ab Hieroglyphicis Aegyptiorum, disquirit Kircherus tom. 3. Oedipi p. 10. ſq. idem characterem Zoographicum ſiue Hieroglyphicum Hermetis vt hariolatur cum Alphabeto Copto et litteris Graecis confert p. 35. ſq. De litteris Brachmanum ſeu Gymnoſophiſtarum idem Kircherus conſulendus pag. 21. ſq. De Mexicanorum p. 28. ſq. de Peruuianis aliisque gentibus qui litterarum vſu deſtituuntur, eorumque loco nodos vel aliud eiusmodi abhibent, vide Ludolphi Neocori Biblioth. nouorum librorum Ao. 1699. p. 669. et Hallenſium Obſerv. ſelectas tomo 1. p. 292. Germanis etiam veteribus litterarum ignorationem ex Taciti teſtimonio obiectam disquirit idem Neocorus p. 674. ſq. quod tamen ad ſolum litterarum amatoriarum commercium reſtringit Vir Clariſſ. Andreas Ludouicus Koenigsmannus Exercitatione ſingulari Kiloniae edita de litterarum amatoriarum apud Germanos ignoratione. Vide et alteram eiusdem de origine litterarum apud Germanos. Contrarium euincere ſtudet Heineccius in hiſtoria Iur. lib. 2. c. 1. §. 1. et Prooem. hiſtor. Iuris §. 4.

XII. Typographiae [16] artem a Germanis repertam eſſe praeter alios agnoſcit Claudius Quilletus Gallus lib. IV. Callipaediae, hiſce verſibus:

Quis neſcit diri reſonantia fulmina Martis
Germana fabricata manu? graphicasque typorum
Inventas Rheni famoſa ad flumina formas,
Doctorum queis ſcripta virum pretioſaque Muſis
Carmina venturos durant ſeruata per annos.

Neque

[16] Ioannes Tolandus in epiſtola ad Hugonem Wrotteſleium notat inuenti huius ſuggeſtionem (ſi quis potuiſſet attendere) ſatis perſpicue traditam a Cicerone lib. 2. de N. D. c. 25. vbi Epicureis mundum ex atomis fortuita concurſione effectum ſibi perſuadentibus obiicit, *hoc qui exiſtimet fieri potuiſſe non intelligo cur non idem putet, ſi innumerabiles vnius et viginti formae litterarum vel aureae vel qualeslibet, aliquo coniiciantur, poſſe ex his in terram excuſſis annales Ennii, vt deinceps legi poſſint, effici.*

Neque hanc gloriam Germanis inuident ex Italis Octauius Ferrarius, et Hieronymus Niger, atque Aonius Palearius, qui *typos pulcherrime adinuentos* Germanis tribuit Orat. 3. p. 94. ex Gallis Gabriel Naudaeus, in Historia Ludouici XI. c. 7. aut Mabillonius tom. I. Musei Italici p. 64. quanquam Belgis Harlemensibus, inuentore *Laurentio Costero* [17] vindicare malunt Boxhornius et P. Scriuerius, Bertiusque et in Historia Batauica c. 17. Adrianus Iunius. Ceterum inter Germanos ipsos hoc de inuento certant Argentinenses et Moguntini. Nam Moguntinis hunc honorem asserunt Ioan. Shiphower in chronico Oldenburgensi, [18] Trithemius, [19] Nicolaus Serrarius [20] et Ioan. Saubertus: tum Georgius Fridericus Magnus, de quo Tentzelius in dialogis vernaculis menstruis A. 1692. p. 683. ex Italis etiam Bernhardus Scardeonius, vt obseruatum Struuio p. 164. tom. I. Bibl. Antiquae. Argentinensibus Adamus Schragius, Io. Henr. Boeclerus, Io. Schmidius, Io. Schilterus, Iacob. Wimphelingius, et Ioan. Dan. Schoepflinus quum in Programmate, quo typographiae A. 1440. inuentae festum saeculare indictum est, inserto eius commentationibus historicis et criticis pag. 557. tum in vindiciis [21] typographicis, Argentorati 1760. 4. in quibus ostendit litteras mobiles *sculptas* a Ioan. Guttenbergio Argentorati, *fusas* Moguntiae a Fausto atque Schaeffero, socio Guttenbergio, esse inuentas. Inter primos vero fuerunt *Io. Guttenberg zum Iungen,* [22] *Ioan-*

Vv 2

[17] Costero forte non deneganda inuentio rudimentorum typographiae siue artis voces ligno incisas imprimendi: sed perfectio ipsa et quod in inuentione illa praecipuum est ars imprimendi litteris separatis plumbeis, quarum ad multos et varios libros excudendos vsus esse possit, Moguntinis vel Argentoratensibus debetur. Confer Io. Georgii Betulii siue Burchardi Epistolam ad amicum de relatione itineris D. Christiani Henrici Erndl. p. 65. sq. Sinensium typographia Costeri inuentioni similis, nihil fere cum Europea commune habet. Costeri Epitaphium apud Harlemenses legitur hoc: M. S. Viro Consulari LAVRENTIO COSTERO Harlemensi, alteri Cadmo, et Artis Typographicae circa Annum Domini MCCCCXXX. inuentori primo, bene de litteris ac toto Orbe merenti, hanc Q. L. C. Q. statuam, quia aeream non habuit, pro monumento posuit Ciuis gratiss. ADRIANVS ROMANVS, Typographus A. MDCXXX.

[18] T. II. scriptorum rerum Germanicarum editorum a Meibomio p. 171. Abgesonderte Bibliothek VIII. 1. p 668.

[19] Dan Maichelius de bibliothecis Parisiensibus pag. 10. sq. Io. Georg. Schelhornius amoenitatum litter. Tomo IV. pag. 301. edit. secundae.

[20] Lib. 1. rerum Moguntinarum c. 87.

[21] Hamburgische Anzeigen und Urtheile von gel. Sachen 1760. p. 106. Neuestes aus der anmuthigen Gelehrsamkeit 1760. p. 5. ff.

[22] Auctor Paralipomenon ad abbatis Vrlspergensis chronicon: *Anno Domini MCCCCXLVI. Friderico III. Rom. Imp. regnante, magnum quoddam et paene diuinum beneficium collatum est vniuerso terrarum orbi a Ioanne Guttenberg, Argentoratensi, nouo scribendi genere reperto. Is enim primus artem impressoriam, quam latiniores excusoriam vocant, in vrbe Argentoratensi inuenit. Inde Moguntiam veniens eandem feliciter compleuit.* Adde Io. Dav Koeler

Ioannes Fuſt et *Io. Medinbach*, [23] ciues Moguntini, et *Io. Mentelius*, ciuis Argentoratenſis, qui in Europa libros typis exſcriptos in lucem ediderunt circa annum 1450. ac deinceps. Nouiſſime paradoxon hactenus inauditum de Pamphilo Caſtaldo, Feltrinenſi, typographiae primo inuentore, a quo artem illam didicerit Ioannes Fauſtus, vidi memorari in Ephemeridibus Pariſienſibus Anni 1712. tom. 2. p. 470. De Guilelmo Caxoduno qui primus typographicam artem Londini exercuit, adi ſi placet Io. Lelandum de ſcriptoribus Britanniae p. 423. et Biographiam britannicam p. 1223. ſqq. In Gallia antiquiſſimi typographi fuere Vlricus Gering, Martinus Crantz et Michael Friburger circa Annum 1470. Graecis litteris primus impreſſit Pariſiis Io. Gourmont. Romam haec ars perlata eſt a Conrado Sweinheim et Arnoldo Pannarts circa A. 1465. Ceterum de vniuerſa hac re et typographicae artis origine atque incrementis videndi Andr. Cheuillerius in Lib. Gallice edito et variis ſcitu iucundis rebus referto de origine typographiae Pariſienſis, Pariſ. 1695. 4. Bernhardus a Mallincrot in tractat. de ortu et progreſſu artis typographicae, Colon. 1693. 4. Iſaacus Bullart in Academia ſcientiar. Gallice edita tom. 2. p. 242. ſq. (vbi ſigillatim de Guttenbergio et Coſtero) Paulli Freheri theatrum viror. eruditorum p. 1424. ſq. Io. Arnoldus Bergellanus in poëmate encomiaſtico de chalcographiae inuentione, quod integrum recudi curauit Tenzelius Bibl. ſelect. A. 1704. p 986. ſq. Io. Langius II. 3. Epiſt. Medic. Georgius Paſchius in inuentis nou-antiquis p. 330. ſq. Io. Caillius in hiſtoria typographiae edita Gallice Pariſiis 1689. 4. quanquam Vignolius Maruillius tom. 1. Miſcell. p. 80. notat eundem non ſatis certam notitiam habuiſſe rerum plerarumque de quibus dicere inſtituit. Michaelis Maittaire annales [24] typographici, quorum tomus primus prodiit Hagae Comitum 1719. 4. tomi ſecundi partes duae ib. 1722. tomus tertius ibid. 1725. tomus primus auctior, vel potius tomus IV. Amſtelod. 1733. et tomus V. ſiue index in IV. tomos, Londini 1741. Antonius Orlandus in origine e progreſſi della Stampa, Bononiae 1722. 4. Samuelis Palmerii general hiſtory of Printing, Londini 1733. 4. Proſperi Marchand hiſtoire de l'origine et des premiers progrés de l'Imprimerie, Hagae Comit. 1740. 4. Ioan. Koeleri hochverdiente und aus bewährten Urkunden wohlbeglaubte Ehrenrettung Johann Guttenbergs = = wegen der erſten Erfindung der Buchdruckerkunſt in der Stadt Maynz, Lipſiae 1741. 4.

[23] Vide iter ſecundum litterarium duorum monachor. Benedictinorum p. 223. Tentzelii dialogos A. 1698. p. 664 ſq et 739. Burch. Gothelf Struuii introduct. in Hiſt. litterar. c. 11. Chronicon der Stadt Franckfurt am Mayn p. 435. ſq. Schelhornii amoenit. litter. T. 1. p. 283, 285. et Dan. Maichelium de biblioth. Pariſ. p. 70. ſq.

[24] Qui ſupplementa ad Maittarii annales ediderunt recenſentur a Baumgartenio P. VI. der Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek, p. 434. et in catalogo bibliothecae Bunauianae T. I. parte 1. p. 672. ſq.

Ioan. Dauid. Wertheri wahrhaftige Nachrichten der so alt- als berühmten Buchdruckerkunst, Francof. et Lipsiae 1721. 4. Frid. Christ. Lesseri typographia iubilans, oder kurzgefaßte Historie der Buchdruckerkunst, Lipsiae 1740. 8. Io. Christ. Wolfii, Collegae nobis coniunctissimi, monumenta typographica, in quibus XLIV. opuscula integra et trecenta circiter loca selecta variorum scriptorum de origine, praestantia et abusu artis typographicae continentur, Hamburgi 1740. Tomi II. 8. Christ. Gottl. Schwarzii primaria quaedam documenta de origine typographiae, quae tribus dissertationibus edita sunt Altorfii 1740. Ioan. Henr. Stussii commentatio de natalitiis artium speciatim artis typographicae, Gothae 1740. et in der Nachricht vom Buchdrucker Iubilaeo in Gotha, Gothae 1740. 8. Adami Henr. Lackmanni annal. typographic. selecta capita. His adde Guil. Ernestum Tentzelium in dialogis vernaculis Ai. 1692. 1695. et 1697. et in lib. singulari Germanice edito de inuentione Typographiae, qui recensetur in Actis Eruditor. 1700. p. 153. sq. Paullum Patrem in diss. de Germaniae miraculo typis litterarum, earumque differentiis, Lipsiae 1710. 4. Io. Herm. Fürstenau dissert. de initiis typographiae physiologicis, Rintelii 1740. Io. Georg. Schelhornii amoenitates litterarias tomo maxime primo et quarto. Casimiri Oudini dissertationem de primis artis typographicae inuentoribus ad calcem tomi tertii de scriptoribus ecclesiasticis p. 2742. sqq. Memorias litterarias Treuoltinas p. 1724. sq. A. 1712. Thomam Bartholinum diss. 4. de legendis libris p. 109. qui etiam p. 110. Bibliorum Latinorum Anno 1450. Coloniae editorum meminit a Io. Guttenbergio post excusum ab eodem A. 1442. doctrinale Alexandri et Petr. Hispani quosdam tractatus. Io. Henr. Leichii librum de origine et incrementis typographiae Lipsiensis, Lipsiae 1740. 4. Christ. Knauthii annales typographicos Lusatiae superioris, Laubanae 1740. 4. Nicolai Catherinoti annales typographiques de Bourges, Biturigi 1683. 4. Conyers Middletoni dissertation concerning the Origin of Printing in England, Cantabrigiae 1735. 4. Iosephi Amesii antiquitates typographicas, seu historiam typographiae Anglicae et antiquorum Angliae typographorum, Londini 1749. 4. Historiam typographiae Oxoniensis a Ioan. Wallisio scriptam, quae prodiit cum Roberti Hookii postumis editis a Guil. Derhamo, Londini 1726. 8. Io. Daniel. Hoffmannum de typographiis earumque initiis et incrementis in regno Poloniae et magno ducatu Lithuaniae, Gedani 1740 4. Fabiani Toerneri histor. artis typographicae in Suecia, Vpsal, 1722. 8. Ab eodem, cuius iam saepius mentionem fecimus, Io. Guttenbergio quem Wimphelingii fide Argentinensem vocat, Moguntiae feliciter detectam typographiam affirmat Kircherus, in Propylaeo ad Oedipum Aegyptiacum cap. 2. Anno 1726. typographia etiam permissa est CPoli, vide Histoire

 litte-

litteraire de l'Europe A. 1727. Febr. p. 167. sq. sed circumactis aliquot annis prohibita. Primus qui ex illa typographia prodiit liber fuit Lexicon arabicoturcicum, vide Bibliothecam italicam T. XI. p. 284. Quanquam vero Typographi artis suae iubilaeum Anno 1640, cuius acta ad manus mihi sunt, vulgata Lipsiae illo anno in 4. et iterum passim celebrauerunt Anno 1740.[25] atque adeo origo Chalcographicae artis vulgo refertur ad annum Christi 1440. tamen libros integros typis impressos ante A. 1450. vix ac ne vix quidem reperiri, a Tentzelio et aliis est annotatum, licet in tabulis sculpti alii fortasse ante illud tempus exstent, vt *speculum humanae salutis*, de quo Dan. Maichelius de Bibliothec. Paris. p. 109 sq. Ecquis vero Liber primus typis aeneis exscriptus fuerit, disquirit Scaliger siue quisquis auctor confutationis fabulae Burdonum p. 258. sq. cui adde sis Rev. Benthemium im Holländischen Kirchen-Staat pag. 69. Ephemerides Parisienses Anni 1686. pag. 20. Catalogum Librorum ab inuenta typographia vsque ad annum 1500. impressorum texunt Phil. Labbeus in Bibliotheca noua MStorum, Io. Saubertus in Historia Bibliothecae Norimbergensis, Anton. Reiserus ὁ μακαρίτης in Catalogo MStorum Bibliothecae Augustanae, Suffridus ab Oosterwyck (de quo vide Voëtium parte 2. Politiae Ecclesiasticae p. 1130.) et his omnibus diligentius, quanquam etiamnum valde imperfecte Cornelius Beughem in incunabulis Typographiae editis Amstelod. 1688. 12. Ad quae supplementa edidit Berceau inserta I. Lironii Singularitez historiques et litteraires, Paris. 1740. 12. T. IV. p. 513. sqq. Maittarius item et Orlandus, paullo ante laudati. Catalogum editionum ab A. 1466. ad 1500. in bibliotheca Annaebergensi exstantium Chr. Gotthold Wilischius exhibet in arcanis bibliothecae Annaebergensis p. 298. sqq. Edidit quoque Io. Lud. Bunemannus catalogum manuscriptor. membranaceorum et chartaceorum, item librorum ab inuenta typographia vsque ad annum 1500. et inde ad annum 1560. Mindae 1732. 8. Io. Ant. Saxii catalogus librorum, qui Mediolani editi fuere ab A. 1465. vsque ad A. 1500. chronologica serie digestus exstat post eiusdem historiam litterariam typographicam Mediolanensem p. 555. sqq quae praemissa est tomo primo bibliothecae scriptor. Mediolanensium Philippi Argelati, Mediolani 1745. fol. Car. Chr. Hirschii librorum ab anno primo ad annum quinquagesimum saec. XVI. typis exscriptorum millenarii tres euulgati sunt Norimb. 1746-1749. 4. Varia post inuenta, quibus magis magisque exculta atque exornata fuit ars Typographica, recensentur in Nouellis Reipub. litterariae A. 1700. tomo 2. p. 152. sq. vbi inter alia p. 154. notatur, quod diuersis generibus litterarum vti, quarum *antiquas* alias, alias *currentes* vocant, typographorum filii, Aldus Manutius auus primus

[25] Vide supra p. 446.

primus docuerit. Confer ſi placet easdem Nouellas A. 1704. tomo 1. p. 519. 520. et Molineti Hiſtoriam de fortuna litterarum Romanarum, de quo libro Ephemerides Pariſ. A. 1684. p. 29. ſq. Mr. Cot Hiſtoire generale de la fonderie des lettres et de l'Imprimerie. Mem. de Trevoux A. 1711. p. 1118. ſq. Characteres typosque Muſicos primus vſurpare docuit in Gallia Iacobus de Sanlecque, vt notat Vignolius Maruillius tomo 1. Miſcellaneor. p. 81. Opera Muſica, quae noua ratione impreſſa prodierunt ex officina Breitkopfia recenſentur in dem neueſten aus der anmuthigen Gelehrſamkeit anni 1757. pag. 78. De officina typographica botanica Halenſi vide Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern vol. IX. p. 187.

De Roberti Granzoni, Lugdunenſis Typographi, inuentione *characteres ſcripturae calamo exaratae* typis aeneis imitari conantis, vide V. C. Gottlieb Cranzium in memorabilibus Bibliothecae Eliſabethanae Vratislauienſis p. 73. Idem p. 27. agit de deſcriptione ſiue *inciſione imaginum in tabulas ligneas*, Germanis tanquam inuentoribus adſcribenda, et de *aeris* ſiue *cupri inciſione* et *eroſione*, quae non Andreae Mantegnae et Franc. Parmeſanino, Italis, ſed Germanis Mart. Schoenio et Alberto Durero debetur. Ars incidendi ſiue deſcribendi aere vel ligno circa idem ferme, quo typographia tempus coepit hominibus innoteſcere A. C. 1440. [26] auctoribus Thema Finiguerra et Baccione Baldini, aurifabris Florentinis, de quibus ſicuti et de progreſſu admirandi huius artificii ab Alberto Durero, Norimbergenſi, qui A. C. 1528. obiit, vsque ad noſtra tempora vide ſis librum lectu dignum, cui titulus: *l'idée du peintre parfait*, qui prodiit Londini 1707. 12. et recuſus eſt Amſtelod. 1736. 12. cap. 27. p. 57. et alium librum gallicum: Abregé hiſtorique de l'origine et des progrez de la gravure et des eſtampes en bois et en taille douce par Mr. le Maior, (Humbert.) Berolini 1752. 8. atque Fournierii, iunioris, diſſertation ſur l'origine et les progrez de l'art de graver en bois, Pariſ. 1758. 8. Vide etiam memorias Treuoltinas poſt Iulium A. 1710. Philippi Baldinuccii [27] cominciamento e progreſſo dell' arte dell' intagliare in rame, colle vite de' Maeſtri della ſteſſa Profeſſione, Florentiae 1686. 4. In bibliotheca Marchionis de S. Philippo p. 109. ſq. volumina recenſentur XXXI. folii maioris magnitudine iconum Biblicarum aere deſcriptarum variis auctoribus, quorum ibi nomina. Ab eodem redemtus atlas tabularum geographicarum voluminibus centum et tribus, quem collegerat vir nobiliſſimus Theodorus Boendermaker, Canonicus Traiectinus,

[26] Acta Eruditor. 1732. p. 61.

[27] Idem Baldinuccius etiam notitiam et vitas pictorum tradidit ab A. C. 1200. vsque ad annum 1610. Florentiae 1681. 1688. 1702. 4.

iectinus, post huius fata venditus A. 1722. Longe ampliorem eadem Marchionis bibliotheca copiam selectarum et pulcherrimarum tabularum aenearum copiam exhibet vsque ad p. 123. Neque minus amplam praestantissimarum tabularum aenearum copiam possedit Celeberrimus Io. Frid. Christius, Academiae Lipsiensis olim decus, quarum catalogus gallice euulgatus est Lipsiae 1757. 8. Artificium Io. Christ. Blonii, pictoris Londinensis, aere descripta variis exprimendi coloribus celebratur in ephemeridibus eruditorum Parisiensibus 1722. mense Iulio p. 46. sqq. memoriis Treuoltinis 1727. p. 965. sqq. Philosophicis transactionibus n. 419. et in epitome Tomo VI. 4. p. 30. sqq.

Praecipuos et celebriores *Typographos*, ex Hadriani Bailleti iudiciis eruditorum et Almelouenii vitis Stephanorum Alphabetico ordine pridem notaui ad calcem Bibliothecae Latinae, quibus addes Burch. Gothelf Struuii introductionem ad rem litterariam cap. 11. Mich. Maittaire historiam typographorum aliquot Parisiensium, Londini 1717. 8. Frider. Rothscholzeri icones bibliopolarum et typographorum de re publica litteraria bene meritorum ab incunabulis typographiae ad nostra vsque tempora, Norimb. 1726. Eiusdem thesaurum emblematum, id est, insignia bibliopolarum et typographorum ab incunabulis typographiae ad nostra vsque tempora, ibid. 1730. fol Iudaeis CPoli et Thessalonicae concessam pridem typographiam, cuius vsus alioqui prohibitus in ditionibus Turcicis est, notat Io. Iacobus Schudt in Hist. Iudaica p. 452. sq. sed tantum restrictam ad libros Hebraicos excudendos, et a longo iam tempore deficientem. At gaudent typographiis Iudaei non tantum in Germania Francofurti ad Moenum, Dannhusae in Sueuia, Dyrenfurti in Silesia, in Polonia Cracouiae et Lublini, Pragae in Bohemia, in Belgio Amstelodami, sed et in Italia quoque Venetiis et alibi, vide Cheuillierium de origine Typographiae Parisiensis p. 264. sq. et Bartoloccium tom. 1. p. 432. et Io. Christ. Wolfii bibliothec. Hebraeam tom. II. p. 941. sqq. quid quod etiam priuilegia addunt et exsecrationes in libris impressis ne quis illos audeat recudere. Plusne mali an emolumenti Reipublicae litterariae attulerit ars typographica, disquirit Guil. Insulanus, in Statera Chalcographiae qua bona ipsius et mala simul appenduntur et numerantur, Anno 1547. 8. Confer Boccalini centuriam primam relationum ex Parnasso, relatione 35. Religionem Medici p. 152. Rol. Maresii Epistolas pag. 353. et Io. Aug. Ernesti prolusionem qua quaeritur, quibus litterarum disciplinis et quatenus chalcographia prosit, Lips. 1740. Merito autem Nicolaus Beraldus, praefatione ad Plinium optat aliquo publico decreto inhiberi ac reprimi insolentissimam ignorantum impressorum audaciam, quibus hoc debemus, quod *pro unaquaque littera inuenimus plagam, pro syllaba crucem, pro libro tormentum.* Quanto praeclarius Aldus

Manutius

Manutius qui in praefatione ad Platonem Graece a se editum Venetiis A. 1513. fol. *quotiescunque*, inquit, *vel mea vel eorum incuria qui mecum corrigendis libris incumbunt, aliquo in libro quamuis paruus error committitur, etsi opere in magno fas est obrepere somnum, (non enim vnius diei labor hic noster sed multorum annorum, atque interim nec mora nec requies) sic tamen doleo, vt si possem mutarem singula errata numo aureo.* De aliis artibus atque opificiis studia promouentibus, vt *Bibliopolarum*, [28] *Bibliopegorum* etc. vide quae laudatus Tenzelius in dialogis vernaculis A. 1698. p. 603. sq. ex libro Abbildung der gemeinen nützlichen Haupt-Stände, Regensp. 1694. 4. De arte *pictoria* antiquorum libros tres scripsit *Franciscus Iunius* Francisci F. cuius praeclari operis editioni secundae subiectus Catalogus priscorum Architectorum, Mechanicorum, pictorum, statuariorum, caelatorum, tornatorum aliorumque artificum et operum quae fecerunt, Roterd. 1694. fol. Iunio addatur Histoire de la peinture ancienne, extraite de l'histoire naturelle de Pline liv. XXXV. et eclairci par des Remarques nouvelles, Londini 1725. fol. P. Monierii histoire des arts, qui ont raport au dessein, Paris. 1698. 8. Georgii Turnbullii opus praestantissimum anglice sub hoc indice editum: Treatise on antient Painting, containing observations on the Rise, Progress and Decline of that Art amongst the Greeks and Romans, Londini 1740. fol. Claudii Franc. Fraguierii dissertatio de antiquitate artis pictoriae, quae exstat Tomo 1. histor. acad. inscriptionum p. 91. sqq. Claudii Sallierii commentatio de optica veterum pingendi ratione, quae exstat tomo XI. memoriae academiae inscriptionum pag. 152. sqq. Petri Cinerii introductio ad historiam artis delineatoriae, quae legitur in eiusdem dissertationibus litterariis, Florentiis 1742. 8. pag. 333. sqq. Winckelmanni Gedanken über die Nachahmung der griechischen Werke in der Mahlerey und Dichtkunst, Dresdae 1756. 8. Eiusdem Erläuterung der Gedanken von der Nachahmung der griechischen Werke in der Mahlerey und Dichtkunst, ibid. eod. Haud pauca obseruatu digna occurrunt quoque in libro gallico: Abregé de la Vie des plus fameux Peintres, Parisiis 1745. et 1752. 4. Part. III. Voll. II. Monogrammata pictorum eleganter accurateque interpretatus est Io. Frid. Christius in libro germanice edito: Anzeige und Auslegung der Monogrammatum, einzelnen und verzogenen Anfangsbuchstaben der Namen, auch anderer Züge und Zeichen, unter welchen berühmte Mahler, Kupferstecher und andere dergleichen Künstler, auf ihren Werken sich verborgen haben, Lipsiae 1747. 8. qui liber gallice versus auctusque prodiit Parisiis 1750. 8. Super priuilegiis

[28] Plura Bibliopolia fuisse Romae ἐν τῷ Σανδαλαρίῳ testatur Galenus de libris propriis sub init.

giis pictorum librum singularem Georg. Theoph. Boernerus edidit Lipsiae 1751. 8.

XIII. Alia *inuenta* veterum et recentiorum exponunt Polydorus Virgilius singulari opere, cuius tres primum libri Argentorat. 1509. 4. deinde octo de rerum inuentoribus saepissime lucem adspexerunt. In prima quae in manibus mihi est editione nonnulla leguntur, quae deinceps ad monitum Indicum expurgatoriorum omissa vel immutata sunt. Praeter Polydorum hoc argumentum attigerunt M. Antonius Sabellicus, Alex. Sardus, Io. Matthaeus Lunensis, Io. Textor in officina: Praecipue vero commemorandi Guido Pancirollus libro de antiquis deperditis [29] et recens inuentis cum Henr. Salmuthi commentario, et anglice [30] recusus A. 1730. additis variis obseruationibus duobus voluminibus in octauo, sub titulo: *the history of many memorable things in use among the antients, but now lost.* Mich. Watson in theatro variarum rerum, Brem. 1663. 8. Secundus Lancellottus in suo *Hoggidi* Tom. 2. cap. vlt. p. 439. sqq. Vincentius Brunus in Teatro de gl' Inventori di tutte le Cose, Napoli 1603. fol. Theodorus Iansonius ab Almelooueen in Inuentis nou-antiquis (quibus Medica potissimum attingit, vt Mich. Bernardus Valentinus in Medicina nou-antiqua, Archibaldus Pitcarnius in diss. quinta Medica, Io. Abraham Merklinus in feliciori quam nunc Medicina etc.) et in rerum inuentarum onomastico secundum litterarum ordinem digesto: Amst. 1684. 8. quod longe locupletius prodiit Germanice in parte 3. Operis cui titulus: der eröffnete Ritterplatz, Hamb. 1704. 12. Georgius Paschius in Inuentis nou-antiquis, Kilon. 1695. 8. cuius altera editio A. 1700. Lipsiae 4. longe locupletior est, Iosephus Blancanus Iesuita in opere de recentioribus inuentis. Io. Andr. Cnoblachius in dissertat. de scientiis quibusdam deperditis, Witeb. 1709. Anonymus in observ. de scientiis quibusdam philosophicis deperditis, quae exstat in den Hällischen auserlesenen Anmerkungen parte III. p. 284. Ioachimus Negelein in Vlysse [31] litterario, siue oratione de singularibus et nouis quibusdam, Norimb. 1726. 8. Christoph. Weiglerus in oratione de palmariis saec. nostri inuentis, Altorfii 1679. Vincentius Auria in Sicilia inuentrice, Panormi 1704. 4. Dominic. Maria Mannius in commentario de Florentinis inuentis, Ferrariae 1731. 4. Ioan. Bernardin. Tafurius in lettera intorno ad alcuni Invenzioni

[29] Confer Perraltum, parallele des anciens et de modernes Tomo I. pag. 54. sq. Deperdita illa non esse deperdita, sed debuisse a Pancirollo inscribi de rebus hodie in desuetudinem abeuntibus; siue de rebus antiquorum, quas posteritas intuitu meliorum aboleuit, antiquauit, correxit disputat *Olaus Borrichius* T. 2. orat. 13. p. 101-127.

[30] Journal des Savans 1731. mense Maio p. 134.

[31] Fränkische Acta p. 210.

venzioni uſcite dal regno di Napoli, inſerta collectioni opuſculor. ſcientific. et philologic. T. VI. p. 51. Elias de Amato in animaduerſione in I. B. Tafurium de inuentoribus ſcientiarum et artium regni Neapolitani, quae exſtat Tomo XXIV. eiusd. collect. p. 324. Bernardus Albinus in oratione [32] de incrementis et ſtatu artis medicae ſaec. XVII. dicta Lugd. Batav. 1711. Dan. Nebelius in oratione de nouis huius ſaeculi inuentis botanicis, 1694. Ex veteribus idem argumentum tractauerunt Antiphanes, Ariſtodemus, Ariſtoteles, Cydippus Mantinenſis, Dinias, Ephorus Cumanus, Philoſtephanus, Scamon Mitylenaeus, Simonides, Strato Peripateticus, et Theophraſtus Ereſius, vide Clementem Alexandrinum I. Stromatum p. 308. cuius verba repetit Euſebius X. 6. praeparat. et Strabonem lib. XIII. p. 622. vbi Ephori meminit, contra quem ſcripſit Strato, vt ex Indice Libri VII. Pliniani colligunt Ionſius et Harduinus. Ceterum horum omnium ſcripta iam pridem interciderunt. Ex iis qui exſtant, videndus praeter Clementem Plinius VII. 56. Hiſt.

Pyxidem nauticam (vt vnum vel alterum tantum e praecipuis attingamus) Salomoni Regi innotuiſſe non dubitant, Leuinus Lemnius III. 4. de occultis naturae miraculis, Io. Pineda de rebus Salomonis IV. 15. p. 273. et Nic. Fullerus lib. IV. Miſc. ſacrorum cap. 19. quod refellit Bochartus in Chanaan lib. I. cap. 38. et Herm. Witſius in Dodecade diſſertationum p. 109. ſq. Vide et Martium Lipenium de nauigatione Salomonis Ophiritica cap. V. p. 394. ſq. Georg. Hackewillium opere Anglice edito de prouidentia p. 323. ſq. et Io. Baptiſtae Riccioli Geographiam reformatam p. 91. 473. ſq. Neque Io. Friderico Herwarto ab Hohenburg facile quis aſſenſerit, qui menſa Iſiaca et multis aliis veterum Aegyptiorum aliorumque abſtruſis figuris ac fabulis magnetem et eius virtutes notari contendit in admirandis ethnicae theologiae myſteriis vulgatis Monachii A. 1626. 4. Similiter falluntur qui *verſoriam* Plauti [33] pyxidem nauticam interpretantur, quos confutat Turnebus XX. 4. Aduerſar. funem quo velum vertitur, illo vocabulo ſignari notans. Confer Bonifacium II. 26. Hiſt. ludicrae. Pyxis quoque cuius a ter mille annis vſum fuiſſe aiunt apud Sinenſes, non Magnetica et nautica ſed ſortilega eſt, vt Martinus Martinius in Epiſtolis annotauit. Illius iconem et explicationem vide in Muſeo Wormiano p. 372. ſq. ſed conſule etiam Engelberti Kaempferi Iaponiam tab. VIII. qui apud Sinas et Iapones prius quam apud Europaeos pyxidis nauticae vſum innotuiſſe et frequentatum non dubitat. Sane ante A. C. 800. vſurpatam Sinenſibus et a duodecimi ſaeculi initio iam declinationem acus magneticae illis obſeruatam

[32] Nouvelles de la republique des lettres 1710. menſe Decembri p. 683.

[33] Mercatore V. 2. 34. *Huc ſecundus ventus nunc eſt, cape modo verſoriam,*
Hic fauonius ſerenus eſt, illis auſter imbricus.

ſeruatam eſſe notat P. Gaulil apud Stephanum Soucietum in ephemeridibus eruditis Pariſienſibus A. 1732. menſe Decemb. p. 446. ſqq. Tamen aiunt Paullum Venetum pyxidem nauticam accepiſſe a Sinenſibus, et circa A. 1240. in Italiam attuliſſe, ſed Euſebius Renaudotus in notis ad vetera duo itinera in Indiam Chinamque negat a Chinenſibus vel Arabibus accepiſſe Europaeos vel hanc pyxidem vel typographiam vel puluerem pyrium, vide eundem pag. 287. ſq. Alii hoc inuentum contendunt circa A. 1300. prolatum a Ioanne Goia [34] Amalphenſi, vel ſub idem tempus a Flauio de Melphi Neapolitano ſiue *Melſio* [35] Campano, notusque verſiculus: *Prima dedit nautis vſum magnetis Amalphis.* Ferunt etiam Vaſcum Gamam [36] qui primus detexit promontorium bonae ſpei, incidiſſe in naues Barbarorum quibus acus magneticae vſus foret. Petrum Peregrinum Gallum [37] trecentis amplius abhinc annis primum de ea ſcripſiſſe refert Cabaeus, cuius libellum Garzonius ſe vidiſſe teſtatur antiqua membrana conſcriptum in Bibl. Caſtellana Venetiis, quanquam eum poſtea Ioannes Taiſner tanquam proprium euulgauit, vt Gilbertus Peregrinum e Rogeri Baconi ſcriptis ſuffuratum ſuſpicatur. Athanaſius quoque Kircherus in arte Magnetica lib. 1. c. 3. profert verſus Guioti Poëtae Galli, qui circa initia ſaeculi XII. claruit, et acum magneticam notam ſibi fuiſſe ſatis diſerte declarat, et Gallis deberi pyxidis nauticae inuentionem Petrus Gaſſendus ad lib. X. Laertii, et abbas de Choiſi T. VII. hiſtor. Eccleſ. probant ex eo, quod lilii florem etiam hodie ſolent nautae in illa pingere, quo ſeptentrionis punctum deſignetur. Confer Petri van Muſſchenbroek phyſicae experimentalis diſſertationes, Lugd. Batav. 1729. 4. qui Ioan. Walliſium ſequutus transact. philoſoph. n. 278. ait eſſe probabile aliquem caſu primum inueniſſe magnetis impoſiti cymbulae, natanti in aqua, alterum polum conſtanter dirigi boream verſus, alterum auſtrum verſus: deinde ferrum magneti affrictum in ſimili cymbula agi eadem directione: poſtea ferrum auctae impoſitum fuiſſe pinnae, vt liberius citiusque moueretur: deinde deliberatum fuiſſe an poſſet inſeruire nautis. Abundius Collina in comment. de inuentore acus magneticae, quae exſtat

[34] Voſſ. de ſcientiis Mathemat. p. 280. et Gregorius Grimaldus in Saggio dell' Academia di Cortona T. III. p. 195. ſqq. Ex parte quoque Ioan. Chryſoſtom. Trombellius in commentar. Bonon. T. III parte 3. p. 333. ſqq. exiſtimans a Sinenſibus pyxidem nauticam accepiſſe Venetum quendam, eamque deinde a ciue quondam Amalphitano ad maiorem perfectionis gradum eſſe perductam. Trombellii commentatio germanice verſa inſerta eſt parti ſecundae des allgemeinen Magazins der Natur, Kunst und Wiſſenſchaften pag. 47. ſqq.

[35] Gyraldus lib. de nauigiis c. 1. Dapper Americae p. 9. Petrus Bellonius lib. II. Obſerv. cap. 16.

[36] Voſſius libro laudato pag. 459. G. Paſchius inuent. nou-antiqu. p. 772.

[37] Sam. Parkerus lib. de Deo p. 127.

exstat T. II. comment. Bononiens. parte 2. p. 372. et germanice versa inserta est eidem armario vniuersali parte 3. p. 140. pyxidem nauticam putat a Phoenicibus inuentam, ab iis deinde ad Graecos et Romanos peruenisse, tum irruptione Gothorum Longobardorumque per aliquod tempus deperditam, tandem vero iterum detectam esse. Neque omittendum quod illius vsum etiam in terrestri itinere ad sepulchrum Muhamedis memorat Laonicus Chalcondylas de rebus Turcicis lib. 3. *camelos*, inquit, *conscendunt vtentes signis, quae viam commonstrent, magnetis demonstrationibus*: sicut veteres ad siderum cursum etiam terrestria direxerunt itinera, vt ex Curtii VII. 14. Silii lib. 3. extrem. Lucano IX. 494. Plinio IV. 5. H. N. notarunt viri docti.

Missiles ignes facesque et glandes in obsessos iaciendi antiquus mos, vt constat ex Taciti II. 21. et IV. 23. Hist. Suida in *σκυταλίδες*, Dione lib. 48. p. 386. C. (563. R.) lib. 50. p. 437. C. (624.) 440. (628.) Appiano Ciuil. 4. p. 656. Caesare de bello Gallico V. 43. VIII. 42. et de bello ciuili II. 11. Adde Ezech. Spanhemium ad orationem primam Iuliani pag. 193. Ac mira sunt quae de fictilibus vasis [38] Persarum, oleo certo ex animali Indico plenis atque in vrbes proiectis vel ad portas allisis et inextinguibile incendium facientibus narrant e Ctesia Aelianus V. 3. de animalibus, Philostratus III. 1. et Photius Cod. 72. p. 92. Etiam automati ignis descriptio quae proxime accedit ad praeparationem *pulueris* nostri *pyrii* exstat in Iulii Africani cestis cap. 44. pag. 303. quem locum emendatius Graece produxit Is. Vossius p. 87. Var. Obseruationum. Etiam machinas eiusmodi ex quibus ignem iacularentur qualia sunt *tormenta* nostra *bellica* et *bombardae*, veteribus notas fuisse, non absurde colligas. Nam vt Salmoneum flammas Iouis et sonitus imitatum Olympi iam omittamus, Ioannes Antiochenus in excerptis Peirescii p. 805. et Dio in Caligula p. 662. (934.) *ταῖςε βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινος ἀντεβρόντα καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντήστραπτε.* Philostratus de Indorum sapientibus lib. II. cap. 33. vitae Apollonii, narrat eos si ab hostibus inuaderentur non prodiisse in aciem sed *πρηστῆρας* et *βροντὰς* in illos veluti de coelo immisisse, et III. 13. narrat Panas Baccho et Hercule duce in illos impetum facere voluisse, sed *ἐμβροντηθέντας ὑπὸ τῶν σοφῶν* concidisse, petrisque impressa irriti conatus sui vestigia reliquisse. Similiter Themistius orat. 27. p. 337. de Brachmanibus: *ὃν προσήσονταί σε ἄνω πρὸς ἑαυτοὺς ἀλλὰ καταστράψουσι καὶ καταβροντήσουσι.* Et de Anthemio Agathias lib. V. p. 146. *κατέστραψέ γε αὐτοῦ* (Zenonis Rhetoris, vicini sui) *καὶ κατεβρόντησε τὸ δωμάτιον.* Hinc et Thomas Hyde in Historia Schachiludii p. 175. sq. non dubitat Indis ante plurima saecula per-

spectam

[38] Gedeonis lagenas cum lampadibus, Iudicum VII. 16. 20. de igne eiusmodi intelligit Rogerus Baco. Vide Olaum Borrichium de origine Chemiae p. 126.

ſpeƈtam fuiſſe pulueris pyrii et tormentorum ignes iaculantium rationem, ab Indis eam accepiſſe Chinenſes. Vide et quae de Indorum Bontanienſium tormentis et nitrato puluere Tauernierius tomo 2. itineris pag. 181. 183. edit. Germanicae in fol. A Chinenſibus accepiſſe Saracenos, qui etiam illo poſtea in bello aduerſus Conſtantinum oppugnantes CPolin A. C. 672. vſi ſunt, vt refert Theophanes: et CPolitani aduerſus Saracenos A. C. 718. atque iterum Saraceni aduerſus Ludouicum Sanƈtum Galliae Regum vſi ſunt, Ionuillio oculato teſte: a Saracenis profugum Callinicum imperante Conſtantino Pogonato vſum eius circa A. C. 655. primum monſtraſſe Chriſtianis, vir doƈtus in variis obſeruationibus p. 89. diſputat, licet ignis ille Graecus e naphta et bitumine ὑγρὸν πῦρ et πῦρ θαλάσσιον διὰ τῶν σιφώνων ἐκφερόμενον alterius generis fuerit, quem Conſtantinus Porphyrogenetus de adminiſtrando Imperio cap. 13. p. 27. ait ab Angelo monſtratum primo et magno Conſtantino, hunc vero diris deuouiſſe eos qui vſum eius aliis gentibus monſtrare auſi fuerint. Confer Cangium in σιφωνάτωρ, in πῦρ et *ignis Graecus*, et ad Villeharduinum pag. 306. Quam naphtam Medi, Graeci oleum Medeae dixere, teſte Procopio IV. 11. de bello Gothico p. 594. 596. Confer Dionem pag. 855. C. (1265.R.) et Mich. Chriſtoph. Hanouii diſſertationem de igne Graeco, quae exſtat p. 65. eius diſquiſitionum argumenti potiſſimum metaphyſici, Gedani 1750.4. Balneum *igne medico* calefaƈtum memorat Codinus in originis CPolitanis. *Pomaici* ignis lege *Pontici* (editio Gruteri *Romaici*) mentionem facit Paullus Diaconus in hiſtoria miſcella XXI. 9. fol. 999. et nauium igniferarum. Idem lib. XXIV. fol. 1046. *In Meſembria et Debelto Bulgari ſiphones aeneos inuenerunt triginta et ſex, et ignis humidi, qui per eos emittebatur, argentique ac auri haud modicam copiam.* Marino igne viƈtoria reportata id. ib. XIX. 15. p. 981. πῦρ ὑγρὸν et θαλάσσιον Cedrenus, qui a Callinico et Lampro paratum refert. *Zend*, i. e. igniarium ſ. focile Arabum Nomadum, aliorumque populorum orientis, ex duabus arundinibus ſiue bacillis, qui attritu vel terebratione ignem concitant, exceptum linteo cattun, vel alia materia deſcribit fuſius Thom. Hyde de relig. vet. Perſar. p. 333. ſq. Tormenti ingentis deſcriptioni quem e Froſſardo affert Iſ. Voſſius, adde alteram Ducae vbi tormentum in obſidione CPoleos adhibitum deſcribit, e quo Lapides et globos plumbeos per milliare iaculari potuerunt p. 145. 153. vide et p. 118. 138. 139 160. et Annam Comnenam p 335. ſq. 383. Hieron. Magium Miſcellaneorum libro et capite primo. H. L. Schurtzfleiſchium ad Thaddaei Dondolae de patria Propertii p. 35. ſq. De Rogero Bacone qui pulueris nitrati [39] vires primus Europaeis

[39] Illa pulueris pyrii ars quoque nunc in lucem prodiit, quaſi orbis extremo incendio praeluderet. Morhofius Polyhiſtor. tomo 1. lib. 1. c. 12. §. 4. p. 114. edit. Lubec. 1714.

paeis monstrasse dicitur, defunctus A. C. 1292. et qui vsum illius perfecerunt atque in granula cogendi modum docuere, Ancklitzio de Friburg et Bertoldo Nigro siue Schwarzio, monacho Franciscano, vide Iac. Wolfii lectiones memorabiles T. 2. p. 113. 753. 918. Isaaci Bullartii Acad. scientiarum T. 2. p. 237. Gabrielem Groddeckium τὸν μακαρίτην in erudita differt. de eo, quod iustum est circa tormenta bellica, Gedani 1708. Ioannem Grammium in commentatione de puluere pyrio, quando in Europa inuentus et quamdiu in vsu fuerit apud Danos, quae exstat parte prima Scriptorum a societate Hafniensi bonarum artium promouendarum studiosa pag. 211. sq. interpret. latinae. Ostendit autem Grammius pulueris pyrii in Gallia, Hispania, Anglia et Germania vsum longe antiquiorem esse, quam vulgo proditum sit atque creditum, incertaque esse, quae de Bartholdo Schwarzio, pulueris pyrii inuentore vulgo tradantur; vt adeo tum de tempore, tum de inuentore, tum de loco inuentionis certi quid affirmari nequeat; vsumque pulueris pyrii siue tormentarii iam ante annum 1380. nimirum circa annum 1360. in Dania fuisse notum. Puluerem nitratum inter Archimedis inuenta refert Vincentius Mirabella T. XI. thesauri Siciliae p. 258. sed nullo veteri teste vel auctore. Memorat et Abraham Peritzol in itineribus mundi p. 92. et 94. *metalla caua ad praeiiciendum lapides per vim ignis, et ad perdendum quamuis habitationem et munimentum.* Scripsit A. C. 1525. Sclopetos ab Hispanis iam A. 1344. ab Anglis A. 1391. et in Belgio A. 1356. visos esse notant Thomas Bartholinus in actis Hafniensibus A. 1671. p. 85. et Lipsius in Louanio lib. 2. cap. 5. Venetis bombarbae manuales innotuerunt A. 1380. Vide G. Coluenerium ad Io. Nideri formicarium p. 39. Ceterum de inuentione bombardarum confer Christoph. Besoldum in pentade dissertationum philologicar. diss. 2. Lancellotum in suo hoggidi T. 2. p. 272. et 490. sqq. Lud. Moscardi Museum lib. 1. cap. 60. Martini Crusii Germanograeciam lib. IV. p. 157. Petrum Burmannum praefat. ad tomum IV. thesauri Italiae p. 28. sq. Godofredi Ialofski dissertationem de inuentore pulueris pyrii et bombardae, Ienae 1702. Caroli de Aquino lexicon militare in *bombarda, canon, gunna.* Acta Eruditor. 1728. p. 441. ex Carolo de Aquino. Speelmanni glossarium in bombarba, et dictionarium Treuoltiense in *Canon.*

De tubis opticis qui reperti perinde locupletarunt Astronomiam, vt pulueris pyrii inuentio rem bellicam, pyxidis magneticae nauticam, et typographia litterariam alia facie induit, dixi lib. IV. Bibliothecae Graecae cap. 14. §. vlt. vbi etiam de sphaeris, globis, astrolabiis et aliis Mathematicis instrumentis. De inuentore Telescopii confer Io. Dan. Titii obseruationem insertam Hamburgischen freyen Urtheilen und Nachrichten A. 1757. p. 279.

CAPVT

CAPVT XXII.

De Veterum Ludis, Luxu, Aedificiis, Supellectile, statuis ac monumentis.

De ludis Hebraeorum. 1. *Aliorum populorum Orientalium.* 2. *Graecorum, Romanorum etc.* 3. *Alea legibus vetita.* 4. *De ludo talorum, cottabo, aliisque ludis conuiualibus.* 5. *De ludis et exercitiis Gymnasticis et de Amphitheatro.* 6. *De ludis Circensibus.* 7. *Ludo Troiae, et aliis ludis equestribus, Venatione etc.* 8. *De funambulis, et omni genere θαυματοποιῶν.* 9. *De ludis theatralibus et thymelicis. De mimis, pantomimis et γελωτοποιοῖς.* 10. *De luxu veterum.* 11. *De aedificiis et partibus aedium.* 12. 13. *Balneis.* 14. *Statuis.* 15. *De vario genere supellectilis.* 16. *De vita priuata et ordinibus hominum priuatorum, collegiis opificum etc.* 17.

I.

Bibliothecam scriptorum de ludis exhibet *August. Beyerus* in memoriis historicocriticis librorum rariorum p. 78. sqq. Dresdae 1734. 8. De ludis apud Iudaeos vsitatis altum fere apud Scriptores silentium est, praeter pauca illa, quae notarunt viri praestantissimi Io. Henr. Otto in Lexico Rabbinico, voce *ludus*, et Wagenseilius in libro de Norimberga cap. 22. Libellus סור מרע *recede a malo*, siue dialogus inter Medadum, qui laudat, et Eldadum, qui reprehendit lusum, prodiit cum B. D. Augusti Pfeifferi versione Witebergae 1665. 4. Confer Buxtorfii Lexicon Talmudicum pag. 2049. et Clarissimi Collegae mei Io. Christophori Wolfii Bibliothecam Hebraicam T. I. pag. 415. Inter scripta *Xyci Rictii* siue *Riccii Polontoni*, Patauini, qui circa A. C. 1463. obiit, video memorari librum aduersus lusores et dialogum quo lusus Hebraeorum ridiculi describuntur. Vide Nicol. Comnenum Tomo secundo historiae gymnasii Patauini p. 169. Vtrum ludi scenici vsitati fuerint apud veteres Iudaeos dubitat *Gisbertus Cuperus* in epistola ad Wagenseilium, quam edidit Io. Georg. Schelhornius tomo quarto amoenitatum litterariarum pag. 541. sqq. rogat etiam, ecquod ludi genus sit *Iudaeocremnus*, quem ludere Italorum pueros narrat Bathasar Bonifacius.

II. De aliorum Orientalium ludis, Indorum, Arabum, Chinensium Thomas Hyde in libro erudito de Scachi-Ludio [1] et Nerdiludio siue Ludo latrunculorum (Damspiel) quem a Scachi-ludio diuersum ostendit, Oxon. 1694. 8. De

[1] Confer laudati Wolfii Bibl. Hebraicam T. I. p. 85. 230. et 406. et Memor. Treuolt. 1713. pag. 227.

De vtroque calculorum et ſcachorum ludo vide ſis etiam Io. Wallifium T. 1. Operum pag. 161. ſq. De ludo ſcachico libellus dialecto iudaeogermanica compoſitus citatur a Wolfio T. 3. Bibl. Hebr. p. 1186. Idem Hydeus promiſit appendicem de Charti-Ludio ludisque arithmeticis, et de fabula Celila [a] et Dimne, ſed quae appendix edita adhuc non eſt. Subiunxit autem Hydeus Hebraice et Latine R. Abraham Aben Ezrae poëma rythmicum, et R. Bonſenior Abben Iachiae et Anonymi delicias Regum, qui ambo proſa Scachiludium deſcripſerunt. Praeterea catalogum ſcriptorum de ſcachiludio ludisque aliis, qui inſertus etiam eſt diario Tigurino Altes und Neues von gelehrten Sachen A. 1717. p. 255. ſqq. Conferenda etiam illuſtris Leibnitii annotatio de quibusdam ludis, inprimis de ludo quodam Sinico, differentiaque Scachici et Latrunculorum, et nouo genere ludi naualis, in Miſcellaneis Societatis Regiae Berolinenſis tomo 1. Anno 1710. 4. pag 22. ſq.

III. De ludis Graecorum conſulendus Iulius Pollux IX. 7. atque e recentioribus Io. Meurſii Graecia Ludibunda, quae cum ſupplemento ex Salmaſii notis ad Vopiſci Proculum c. 13. T. 2. p. 736. ſq et Danielis Souterii Palamede ſiue libris tribus de tabula luſoria, alea et variis ludis, ex editione Lugd. Bat. 1625. 8. recuſa eſt tom. VII. Theſauri antiquitatum Graecarum. Vide et Io. Frid. Gronouium de ſeſtertiis III. 15. et Io. Potterum II. 21. ſq. Archaeolog. In eodem ſeptimo Antiquitatum Graecarum Tomo occurrit Iulii Caeſaris Bulengeri liber de ludis veterum, ex editione Lugd. 1627. 8. et Coelii Calcagnini de Talorum et Calculorum ludis ex more Veterum, et Andreae Senftlebii de alea veterum libellus, qui Lipſiae lucem viderat 1667. 8. De alea videndi praeterea Alexander ab Alex. III. 21. Coelius Rhodiginus IV. 11. XX. 27. Antiqu. lect. Adrianus Turnebus XVIII. 12. XXVII. 3. Aduerſ. Adrianus Iunius II. 4. animaduerſ. Io. Guil. Bergerus in eclogis Archaeologicis ad dolum aleae veteris Witeb. 1712. Io. Beniam. Dragheim in diſſert de alea Romanorum, Roſtoch. 1724. Ioan. Franc. Simonis de iis ludorum apud Romanos vſitatorum generibus, quibus caſui fortuna committitur, quae exſtat T. 1. hiſtor. academiae inſcriptionum pag. 146. ſqq. Paſcaſius Iuſtus de alea, Amſtelod. 1646. 12. Ioan. Cornel. Paw diatribe de alea veterum, Vltrai. 1726. 8. Ouidius artis amatoriae II. 207. 208.

Siue latrocinii ſub imagine calculus ibit
Fac pereat vitreo miles ab hoſte tuus.

Martialis

[a] De libro Celila et Dimne dixi lib. V. Bibl. Graecae cap. 5. p. 460. ſq. Excerpta ex libro Thom. Hydei prolixa habes in W. Erneſti Tentzelii τοῦ μακαρίτου Bibl. ſelect. A. 1704. pag. 541. ſq.

Martialis lib. XIV. epigr. 20.

Insidiosorum si ludis bella latronum,
Gemmeus iste tibi miles et hostis erit.

Elegans et Clariss. Seguini numus p. 13. in quo tali quatuor, adscriptis verbis: *qui ludit, arram det quod satis sit.* De Scachiludio plurimos scriptores laudauit Hydeus p. 182. sq. Notum praecipue Marci Hieronymi Vidae, [3] Cremonensis, elegantissimum carmen heroicum de Scachia-Ludo, quod Cosmus Grazinus emendauit et Hetrusco poëmate expressit Florent. 1604. 4. Hieronymi Wielii commentarius in Vidae Scachiam. Iulii Ascanii Tuccii, Cremonensis, carmen lyricum de ludo scachorum in deliciis poetarum Italorum. Gustaui Seleni siue qui sub hoc nomine latet Augusti gloriosae memoriae Brunsuicensium Ducis opus; M. Aurelii Seuerini de Tarsia liber Italice editus de Ludo Scachorum et veteri Pettia, et quod Palamedes ludum Scachium non inuenerit, Neapoli 1690. 4. Qui liber recensetur in Ephemeridibus Litterariis Parmensibus Anni 1690. p. 228. sq. et in Actis Eruditorum A. 1691. pag. 405. vbi etiam pag. 406 de libro inedito Iacobi Thessalonicensis, qui exstat manuscriptus in bibliotheca Lipsiensi A. 1354. exaratus. Vide et Rupertum ad Valerium Maxim. p. 212. Gisbertum Cuperum exercit. 1. de elephantis c. 1. p. 22. T. 3. thesauri Sallengriani. Cangii glossarium in *Scaci*, voce petita ex latina *calculorum*, et ζατρίκιον, ζατρικίζειν, συζατρικίζειν. Meursium ad Aelnothum p. 117. Annam Comnenam Alexiados p. 360. Menagii origines linguae gallicae voce *Echecs*, Petri Carrerae libros octo de ludo scachorum editos Italice Militelli 1617. 4. eorumque apologiam sub Valentini Vespai nomine editam Catanae 1637. 4. aduersus Alexandri Saluii librum editum Neapoli 1634. 4. Io. Franc. Sarasinum in Epistola ad Arnaldum Ducem exercitus, Gallice Scriptam de ludo latrunculorum, quae exstat in opusculis eius gallice editis 1694. 12. pag 237. sqq. Nicolaum Freretum de origine scachiludii, T. 3. histor. acad. Inscription. pag. 375. Iosephum Aucranium dissertatione de calculorum seu latrunculorum ludo, tomo VII. Miscellaneorum variorum opusculorum pag. 461. Dauidem Clericum Oratione VII. Petronium Clariss. Burmanni p. 129. Salmuthum item ad Pancirolli deperdita p. 25. Parte 1. vbi inuehitur in eos quibus Calliopa potior Tabliope est, siue qui litteras professi ludis potius quam librorum studio ducuntur. *Ad tabulam ludere* (ταβλίζειν) Paullus Diaconus de gestis Longobardorum lib. 1. c. 20. Alueus lusorius apud Gruterum pag. MXLIX. 1. Salmasium ad Vopisci Proculum fol. 467. (T. 2. pag. 751. edit in 8.) πύργος ex quo tesserae iaciebantur in veteri Calendario apud Lambecium Tom. 4. pag. 288. De puerili ludo ἐποστρακισμῷ siue testae

[3] Laudat Eobanus Hessus p. 506. farraginis Poëmatum.

testae teretis super vndis exilientis rotatione Minutius Felix cap. 3. Pollux IX. 7. sect. 119. Leopardus VI. 8. emendationum et Meursius Graeciae ludibundae pag. 15.

IV. De alea legibus Romanis et Ecclesiasticis vetita vide Nic. Abramium ad Orat. Ciceronis Philippicam 2. c. 23. Iosephum Nerium lib. 2. analectorum c. 24. Tomo quarto miscellaneorum Gaudentii Roberti p. 789. sq. Ferdinandum Mendozam ad concilium Illiberitanum T. 1. Labbei p. 1361. sq. Quae veteris Ecclesiae de ludis sententia fuerit, exponit Io. Baptista Thiers libro edito Paris. 1686. cui titulus: *traité des Jeux & des divertissemens qui peuvent ètre permis, ou qui doivent ètre defendus aux Chretiens selon les régles de l' Eglise & le sentiment des Peres.* Nempe ludos qui sorte constant, tanquam vanam nimis et periculosam relaxationem animi reiiciunt plerique omnes, quibus addendus Tremblaeus in libro Gallice edito Paris. 1684. qui inscribitur *Conservations morales sur les Jeux & les divertissemens*, quem librum si legisset, seueriorem de ludis sententiam laturum Virum Clariss. Ioan. Barbeyracum existimant illi, [4] qui non modo eos lusus detestantur qui lucri cupidine vel fallendi suscipiuntur animo, quibusque magna pecunia et multum temporis melioribus rebus impendendum perditur, sed quibus totum istud quod abusibus maximis adeo obnoxium est, in Christiano homine videtur improbandum. Quibus vero persuaderi id vix ac ne vix quidem potest, vtinam modo hi illis cancellis circumscriberent ludos suos, quibus illos definitos cupiunt Io. la Placette libro Gallice edito *des Jeux de hazard*, eiusque Apologia aduersus Ioncourtum: Daniel Whitbus in Ethices compendio Lond. 1713. 8. p. 169 sq. Godfridus Olearius in collegio pastorali p. 172. sqq. et laudatus modo Barbeyracus, cuius Historiam Ludorum, quam p. 487. atque aliis in locis eruditi sui libri [5] promisit, frustra exspectauimus.

V. De ludo talorum diligenter disputat Octauius Ferrarius lib. 1. electorum c. 16. vbi *Venerem* dictum obseruat iactum, quum quatuor tali diuersa facie singuli caderent. Graecis iactus similis *Midas* vel *Hercules:* vide Schottum ad Prouerbia p. 292. *Senionem* quum omnes tali in latus concauum caderent, vel duo in conuexum, duo in concauum. *Caniculam* denique quum

[4] Vide Ephemerides Parisienses A. 1712. Tomo 2. p. 471. et Rev. D. Buddei Theologiam moralem cap. 3. sect. 5. §. 26 p. 737. sq.

[5] Titulus est: *Traité de Jeu, où l'on examine les principales questions de droit naturel & de morale qui ont rapport à cette matiere*, Amst. 1709. et 1737. 8. et Germanice versus prodiit Bremae 1740. 8.

omnes quatuor tali ſurrexiſſent ſiue recto gradu ſtetiſſent. Qui venerem iecerat, omnes numos tollebat, quos ponebat qui ieciſſet caniculam: qui ſenionem, in ludo ſimplici numum perdebat, in operoſiore numum lucrabatur. Confer I. A. Erneſtum in claui Ciceroniana voce *talus*, vbi ſimul differentia talorum a teſſeris ediſſeritur; diſſertationem de teſſeris Badenſibus inſertam diario Tigurino Altes und Neues von gelehrten Sachen A. 1717. pag. 282. ſq. Franciſcum Ficorinium in libro Italico: *I tali ed altri inſtrumenti luſori degli Romani*, Romae 1734. 4. et interpretes ad Suetonii Auguſtum c. 71. vbi et de eo quod vocabant *ludere par impar*, Graeci ἀρτιάζειν, de quo ludi genere vide etiam Ezech. Spanhemium ad Ariſtophanis Plutum v. 818. Muratorium T. 1. Analector. Latin. p. 124. et interpretes ad Horatii lib. 2. ſat. 3. v. 248. *Pentalitha* fuit ſpecies talorum et luſus apud Graecos, vide Acta Eruditor. 1759. p. 8. ex Tomo primo picturarum antiquarum ex Herculano. De κοττάβων ludo conuiuali vide Schol. Luciani tom. 1. p. 38. Meurſium de ludis Graecorum p. 28. ſq. et Stuckium III. 14. Antiqu. Conuiual. p. 345. De aliis ludis ad conuiuia celebrari ſolitis id. III. 22. De Ludo *aut capita aut naues*, (croix ou pile) diſſertations ſur diverſes matieres par Mr. Tilladet, tom. 2. p. 294. Ludum tudicularem (Drucktafel) carmine hexametro deſcripſit Leonhardus Frizonius S. I. quod exſtat faſciculo primo luſuum ingenii Lipſiae 1699. 8. editorum. Robbi elegiam de ludo trictrac vide in memoriis Treuoltinis A. 1710. p. 745. De quo ludo etiam E. Iouillet in libro l'excellent jeu du Tricquetrac, Pariſiis 8. *Chartas luſorias* ante trecentos annos in Gallia repertas diſputat Menetrierius Bibl. [6] Curioſae Gallice editae Treuoltii 1704. 12. tom. 2. capite 12. vbi et alia de ludis, et de recenti inuento diſciplinas varias chartarum luſoriarum adminiculo tradendi. Originem chartarum a temporibus Caroli V. Galliae regis repetit Bulletus in libro, quem ſuppreſſo nomine Gallice Lugduni 1757. 12. edidit: Recherches hiſtoriques ſur les cartes à jouer. Similiter originem ludi chartarum, quem Galli vocant *du Piquet*, ex hiſtoria Gallica et quidem a temporibus Caroli VII. repetit auctor diſſertationis inſertae memoriis Treuoltinis A. 1720. p. 934. ſqq. Varia luſuum hodie receptorum genera Petrus Antonius Maffeus iucundo carmine recenſet in claſſe tertia ſpeciminis poetici, Ferrarae 1716. 8. editi. Adde la plus univerſelle Academie des Jeux, quae Lugduni Batauor. 1721. duob. volum. in 12. euulgata eſt. Godofr. Guil. Leibnitii annotatio de quibusdam ludis, inprimis de ludo quodam Sinico differentiaque Scachici et latrunculorum, et nouo genere ludi naualis paullo ante laudata eſt. Varios ludos ab eodem Leibnitio excogitatos

[6] Titulus libri eſt: Bibliotheque curieuſe et inſtructiue de diuers ouvrages anciens et modernes, de litterature et des arts, à Trevoux 1704. 12.

tos recenset Fellerus Monument. ineditor. p. 642. Adde Leibnitii epistol. a Kortholto editar. T. III. p. 278.

VI. De *pilae* lusu et aliis *gymnasticis* veterum exercitiis, *disco*, *lucta*, *cursu*, *saltu*, vniuersaque Gymnasticae et παιδοτριβικῆς ratione agunt e veteribus Galenus secundo ὑγιεινῶν siue de valetudine tuenda: e recentioribus Melchior Zeidlerus introductione in lectionem Aristotelis, Regiomont. 1681. 4. p. 26. sqq. Hieronymus Mercurialis in artis Gymnasticae libris VI. excusis Venetiis 1569. 4. et 1573. et auctioribus 1589. et 1601. 4. et recusis T. III. supplement. Poleni p. 445. Petrus Faber in libris III. Agonisticon, siue de re athletica, Lugd. 1592. 4. et T. VIII. thesauri Gronov. p. 1758. Vossius in libro de quatuor artibus popularibus, Amstelod. 1660. 4. et T. III. Opp. Conferenda cum his sunt, quae et Lipsius ad Senec. Epist. 56. Octauius Ferrarius in dissert. de balneis. Burettus in memoriis Treuoltinis A. 1706. p. 1612. sqq. et memoriis academiae Inscriptionum T. 2. p. 197. sqq. et 270. sqq. et T. IV. p. 353. sqq. 388. sqq. 441. sqq. 458. sqq. et quae de pila sphaeristica siue sphaeromachia Barthius ad Statium tomo 1. pag. 1. p. 351. Viri docti ad Pollucem IX. 7. sect. 103. sq. et Franciscus Maria Turrigius ad inscriptionem Vrsi Togati, tomo 12. Graev. p. 397. sq. vbi etiam de pila vitrea, et ludo latrunculorum e vitro vel gemmis. Inscriptionem illam illustrat quoque Philippus Caroli lib. 1. variar. lection. cap. 6. Eandem ediderat Gruterus] pag. 637. 1. Turrigii diatriba prodierat Rom. 1630. 4. Anonymi epistolam de *ceromate* edidit Steph. Baluzius T. IV. Misc. p. 417. vbi recte distinguuntur ludi gymnici a gladiatoriis Circensibus et scenicis. Fuerunt ludi et agones vel *Musici*, tibicinum, citharoedorum, siue scenici, theatrales ac Dionysiaci, Bourdelot. p. 33. ad Heliodorum, vel *Poetici* Rhapsodorum ἀγῶνες, Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 1164. vel *Gymnici* quinquertium (quinque genera) Bourdelot. p. 76. sq. ad Heliodorum, vel *gladiatorii* et amphitheatrales, vel agones *equestres*, vel *Circenses*, siue ludi magni. De lucta Iac. Lydius in agonisticis sacris Roterod. 1657. 12. cum Io. Lomeieri additamento Zurphaniae A. 1700. 12. recusis, disserit ad loca S. Scripturae ad Athleticam et gymnasticam veterum alludentia, Octauius item Falconerius in Inscriptionibus Athleticis, Rom. 1668. 4. quae cum notis Falconerii recusae sunt tomo 8. thes. Gronouiani, et Iustus denique Lipsius in Saturnalibus siue libris 2. de gladiatoribus, et aliis duobus scriptis de Amphitheatro et de Amphitheatris extra Romam. Laurentius Ioubertus de gymnasiis et generibus exercitationum apud antiquos celebrium T. II. Opp. et T. I. thesauri Sallengriani p. 333. Benedictus Aueranius dissert. 15. 16. 17. ad Thucydidem. Io. Frid. Dürrius in dissert. de Gymnasio veterum athletico, Ienae 1682. et de

gymnaſio bellico, ibid. 1681. Io. Frid. Guntherus in diſſ. de curſoribus veterum gymnicis, Witeb. 1709. Io. Behm de agonothetis Graecorum, Regiom. 1717. Io. Henr. Schultzius in diſſert. ſub praeſid. Frid. Hoffmanni habita de athletis veterum eorum diaeta et habitu, Halae 1717. Io. Ern. ab Auerſualda de veterum arte luctandi, Witeb. 1720. Andr. Weberus de exercitiis gymnicis, Arnſtadii 1718. Io. Zach. Platnerus de arte gymnaſtica veterum, Lipſiae 1724. Io. Henr. Schultzius in obſeruationibus ad rem athleticam pertinentibus, Halae 1737. De κυβιστήσει athletarum in palaeſtra Graecorum exſtat commentarius P. M. Paciaudi, Romae 1756. 4. Athleta παράδοξας is dicebatur, qui ſtadium ingreſſus bis ad minimum pluriesue vno et eodem die ſumma contentione nitebatur, vt ſemper ſuperior diſcederet, eaque re communem vicit opinionem. Vide Gottl. Erdm. Zeibichii athletam παράδοξον, Witeb. 1748. 8. De μαστιγοφόροις eorumque praeſide ἀλυτάρχῃ Frid. Andr. Heroldus diſſertationem edidit Witeb. 1756. Athletae antequam prodirent nomen gentemque Hellanodicis indicabant, vide Bourdelotium ad Heliodorum p. 78. vbi etiam de praemio vincentium. De Olympicis, Nemeis, Pythiis, Iſthmiisque Graecorum, res nota vel ex Pottero II. 22. ſq. et iis, quae ad Pindarum viri docti annotauerunt. Adde, quae de iis eleganter accurateque commentatus eſt Eduardus Corſinius in diſſertationibus IV. agoniſticis, quibus Olympiorum, Pythiorum, Nemeorum atque Iſthmiorum tempus inquiritur, Florentiae 1747. 4. et Lipſiae 1752. 8. In Olympiis Antagoniſtae ſorte dati, vt notat S. Chryſoſtomus ad Ieremiam in Catena Ghisleriana tom. 2. p. 144. Confer de ludis *Olympicis* Io. Bircherodii exercitationem de ludis Gymnicis, praecipue certaminibus Olympicis, Hafniae 1664. 4. Aegidii Strauchii diſſert. de ludis Olympicis, Witeb. 1661. et in Crenii muſeo philologico et hiſtorico p. 355. ſqq. Io. Frid. Mayeri diſſert. de ludis olympicis, Lipſ. 1671. Ioan. Vpmarckii diſſert. de certamine olympico, Vpſal. 1708. 8. Ioan. Guil. Bergerum p. 867. Stromatei academici. Gilb. Weſtii diſſertationem praefixam eius interpretationi anglicae Odarum Pindari, Londini 1743. 4. euulgatae. Guyonem T. I. part. 3. hiſtoriae regnorum et rerumpublicar. Pariſ. 1733. 12. pag. 439. ſqq. Nicolaum Gedoynium in memoriis academiae Inſcriptionum T. XI. p. 511. et T. XIII. p. 557. Anton. Banierium T. V. hiſtor. acad. Inſcription. pag. 33. De *Pythiis* vide Suenon. Muhlii diſſertationem, Hafn. 1732. 4. Anonymi diſſertationem, quae legitur in hiſtor. critic. reipubl. litterariae T. I. p. 150. et T. V. p. 91. et Alphonſi Vignolii diſſertationem, quae exſtat T. VI. eiusd. hiſtor. critic. 99. De *Iſthmicis* Guilielmi Maſſieu diſſertat. T. III. hiſtor. acad. Inſcriptionum pag. 63. et Caroli Frid. Hofmanni diſſertat. de ludis Iſthmicis in N. T. commemoratis, Witeb. 1760. De ludis *Iſelaſticis* conferatur Pi-

gnorius

gnorius in Antenore T. VI. thesauri Italiae parte 3. p. 29. Casaubonus et Salmasius ad Spartiani Hadrianum c. 27. Tristanus T. 3. p. 6. Ezech. Spanhemius epistola secunda ad Morellum §. 6. Reinesius II. 60. Inscription. Harduinus de numismat. populorum p. 191. De illis Graeuius ad cap. 20. Caligulae pluribus se acturum in libris obseruationum promiserat, qui quo abierint nescio, inquit Petrus Burmannus praefat. ad T. VI. thesauri Italiae p. (8.) Etiam apud Suetonium in Caligula c. 20. legendum *ludi Iselastici*, non *astici*, vel *hastici*, vel *hostici*, vel *attici* vel *actiaci*. Vide Burmannum ad adductum Suetonii locum, et praefatione ad tomum primum thesauri Siciliae pag. (5.) et Celeberrimum Ernesti excursu vicesimo primo in Suetonium. De *Amphitheatris* atque *theatris* eorumque forma et partibus generatim consulantur praeter eundem Lipsium epistolae duae criticae Ioannis Polenii et Ioannis Montenari, quae italice euulgatae sunt Vicentiae 1738. 8. E quibus Montenarus negat, theatra ab amphitheatris distincta fuisse, Polenius vero affirmat. Vide Acta Eruditorum 1738. p. 143. Io. Ern. Imm. Walchius notis ad Cellarii compend. antiquit. Romanar. p. 508. sqq. et Nic. Boindinus T. II. memor. Acad. Inscription. p. 174. sq. edit. Amstelod. De *Aralatensi* Iosephus Guis, Oratorii IESV presbyter in descriptione Amphitheatri Arelatensis. Description des arenes ou de l'Amphitheatre d'Arles, Arelatae 1665. 4. In tabula adiuncta et aere descripta, pulchre exprimitur *κάθισμα τοῦ βασιλέως*, siue thronus e quo spectabat Imperator, qualis etiam in Circo. Vide Bandurium p. 490. De *Aretino* Laurentius Guazzesius T. II. dissertat. academ. Cortonensis p. 79. et T. XX. collection. opuscular. scientificor. et philologic. p. 427. De *Brixiensi* Octauius Rubeus pag. 11. 12. monument. Brix. T. IV. thesauri Italiae. De *Burdegalensi* vide Bastii descriptionem, quae exstat T. VI. historiae acad. Inscription. pag. 373. sqq. et Tomum secundum syllog. epistol. Burmannianae pag. 190. De *Duacensi* apud Andegauos agit Moleonius in itineribus Liturgicis Gallice editis et ex eo auctor diarii Hagensis, Europe savante 1718. Octobr. pag. 198. De *Foroiuliensi* Ludouic. du Four, S. I. in S. Leontio Episcopo et martyre suis Foroiuliensibus restituto, Auenione 1638. 8. De *Lugdunensi* Dominic. de Colonia histor. litter. Lugdun. T. 1. p. 271. De *Nemausensi* Ioan. Poltus Albenasius in discursu historico de antiqua vrbe Nemausensi, Lugd. 1560. fol. pag. 119. Iac. Grasserus in antiquitatibus Nemausensibus, quae cum eius poematibus Basil. 1614. 4 prodiere p. 202. sq. et T. 1. thesauri Sallengriani p. 1059. Henr. Gautierius in historia vrbis Nemausensis Paris. 1720. 8. Anonymus in epistola inserta memoriis Treuoltinis A. 1739. p. 1216. sqq. In idem exstat Alberti Daugieres S. I. poema venustum in eius carminibus tertium iam editis Lugd. 1694. 12. p. 217. De *Gallicis* Scipio Maffeius pag. 113. antiquit. Galliae

liae selectarum, Parisiis 1733. 4. et T. V. supplementor. Poleni pag. 313. sqq. De *Florentino* Dominic. Maria Mannius in Notizie istoriche intorno al Parlagio overo Amfiteatro di Firenze, Bononiae 1746. 4. De *Polensi* in Istria vide Palladii architecturam, Sponii itinerarium pag. 163. edit. in 12. De *Sagalassalensi* Paullus Lucas descriptione itineris sui tertii T. 1. p. 178. De *Tergestino* Franciscus Irenaeus de Cruce in historia Tergesti Italice edita Venetiis 1698. fol. lib. 3. cap. 8. p. 245. Amphitheatrum Vespasianorum *Flauium* siue Colosseum Romae diligenter descriptum libris quinque et pulcherrimis ac luculentis expressum iconibus aere descriptis curante Carolo Fontana prodiit Hagae Comitum 1725. fol. regali, qui generalem de theatris atque amphitheatris introductionem praemisit. De *Catanensi* vide Io. Baptistae de Grossis decachordum Catanense p. 176. sq. T. X. thesauri Siciliae. De *Patauino* agit Pignorius in originibus Patauinis p. 84. sq. De *Rauracensi* Io. Dan. Schoepflinus Alsatiae illustratae T. 1. p. 163. De *Saguntino* Emanuelis Martini [7] epistola ad Anton. Felicem Zondadarium exstat in Montfauconii antiquitate explicata T. III. P. II. p. 231. in eiusdem Martini epistolis Amstelod. 1738. 4. T. 1. p. 1. et in Poleni supplementis T. V. p. 389. et Iosephi Immanuel. Minianae dialogus de theatro Saguntino nunc primum editus in Io. Poleni supplementis T. V. p. 401. De *Veronensi* videndi Torellus Sarayna libro de origine et amplitudine Veronae, Anno 1540. fol. Onuphrius Panuinius in antiquitatibus Veronensibus, Patauii 1648. fol. Carolus Fontana c. 17. introductionis ad amphitheatrum Flauium, et Scipio Maffeius libris duobus de amphitheatris sigillatim Veronensi, italice editis Veronae 1728. 8. recusis italice in eiusdem Maffeii Verona illustrata, parte quarta, et italice ac latine in Poleni supplementis T. 1. p. 1. anglice etiam versis ab Alexandro Gordon. Londini 1730. 8. De *Vicentino* Ioannes Montenarus in libro italico: Discorso del Teatro Olympico di And. Palladio in Vicenza, Patauii 1733. 8. Amphitheatri rudera ad *Molam* non longe a Caieta, vide Brunii iter in Egyptum p. 14. alia vide T. 2. syllog. epistol. Burmannianae pag. 147. In mutilum *Campani* amphitheatri titulum Alexand. Symmachus Mazochius commentarium edidit Neapoli 1727. 4. recusum T. V. supplementor. Poleni pag. 485. Theatri *Eugubini* rudera aere describi curauit Comes illustrissimus Passioneus, vide Ephemerides eruditorum A. 1730. Iunio pag. 249. sq. et memorias Treuoltinas A. 1730. p. 1118. Vno amphi-

[7] Quam Joachimus Alcarazius Gramont Romae 1716. 8. edidit epistolam de theatro Saguntino, siue de Zachantaeo Visorio, ea est haec ipsa Emanuelis Martini descriptio theatri Saguntini, quam Alcarazius suo nomine, cum leui Martini mentione, mutatis nonnihil corruptisque Martini verbis publicauit. Vide Poleni praefat. ad T. V. thesauri sui p. X. et ipsas Martini epistolas T. 1. epistol. 7. pag. 11.

amphitheatro apud Fidenam corruente ad quinquaginta millia hominum debilitata vel obtrita. Tacitus IV. Annal. 63. In amphitheatrum anatomicum Parisiense Santolii hoc exstat distichon:

Ad caedes hominum prisca amphitheatra patebant,
Vt discant longum viuere nostra patent.

VII. De ludis Romanorum in honorem [8] Deorum aut defunctorum, Iacobus Gutherius III. 18. sq. de iure Pontificio, tomo V. Graev. De ludis saecularibus plures laudauimus scriptores supra cap. X. §. 8. quibus addenda Rainsauti diss. ad duodecim numos in ludos saeculares Domitiani, Acta Eruditor. A. 1685. p. 441. Io. Alph. Turretini academicae quaestiones de ludis saecularibus Romanorum, Geneuae 1701. et Io. Beniam. Schmidtii commentatio de eodem argumento, quae exstat in actis Iubilaei secundi Gymnasii Gedanensis. De ludorum curatoribus, qui frequenter erant Aediles, Euerhardus Otto lib. de Aedilibus Coloniarum cap. X.

De ludorum Circensium [9] apud Romanos ratione singularibus scriptis egerunt tom. IX. Graev. recusis Onuphrius Panuinius, notis Io. Pinelli Argoli illustratus, Patav. 1600. fol. Iulius Caesar Bulengerus, qui Chrysostomi homiliam ludis his oppositam praemisit, T. 2. Opusculor. Lugd. 1626. fol. His addendi Cl. Salmasius, qui diligentissime de Circo et Circensibus agit in Commentario ad Solinum, Sirmondus p 262. sq. ad Sidonium et Marcus Velserus in Opp. p. 402. sq. vbi inter alia Hippodromi Romani formam et factiones agitatorum, albam, russatam, venetam et prasinam expositas inuenies, et de circis aliarum Ciuitatum, qui tamen praeter Romanum, Constantinopolitanum, ac Mediolanensem rarissimi fuerunt. Anselmus Bandurius ad Antiquitates CPol. p. 662. sq. vbi etiam ineditum vt putat Graeci scriptoris de Hippodromi origine (quam a Circe repetit) fragmentum, quod vulgauerat Stephanus le Moyne tom. I. Var. sacrorum pag 503. Camillus Siluester ad Iuuenalis

8 *Primitus quidem* venationes, *quae vocantur* munera, *Saturno attributae sunt:* ludi *autem* scenici *Libero*, Circenses *Neptuno. Paullatim vero et ceteris diis idem honor tribui coepit, singulique ludi numinibus eorum consecrati sunt, sicut Sisinnius Capito in libris spectaculorum docet* apud Lactantium VI. 20

9 In honorem Solis eiusque in quatuor elementa Imperium, instituti hi ludi annui die 25. Martii a Pisensium Rege Oenomao, tempore Romuli. Chron. Paschale f. 110. sq. quatuor colores agitatorum referebant totidem elementa: 12. domus in Circo erant pro totidem signis Zodiaci, Euripus mare: flexus per ianuas, Oriens flexus ad metas. Occasus: septem stadia cursus septem planetarum. Adde Corippum lib. I. v. 313. sqq. Malalae Chron Tomo I p 221. Cedrenum p. 21. Septem quoque gyris agon ille peragebatur, et qui septimo praeibat victor erat, licet ceteris cessisset.

nalis Sat. III. 65. Raphael Fabretti ad columnam Traianam p. 144. sq. qui a dextra ad finistram et inde laeuorsum reflexas decursiones factas aliaque de metis non contemnenda obseruat. Bened. Aueranius dissert. 18. sq. ad Ciceronem T. 2. Opp. p. 235. sqq. Nicol. Calliachius in dissertat. de circensibus ludis, nunc primum edita T. V. supplementor. Poleni p. 473. Iosephi Imman. Minianae dialogus de circi antiquitate et eius structura, nunc primum editus eod T. V. supplement. Poleni p. 445. et Io. Christoph. Crameri commentatio de ludis Romanor. circensibus in lucerna veteri sepulcrali, quae exstat volumine V. Actor. societatis latinae Ienensis p. 291. sqq. Color χλοώδης prasinus siue viridis *terrae* ac Cereri, κυάνεος venetus caeruleus *aquae* et Neptuno: russatus *igni*, albus *aëri* sacratus erat, vnde diuersae agitatorum factiones. Confer Sponii Misc. pag. 65. Gruteri inscript. pag. 331. sq. Langium lib. 1. Epist. Medicinal. 78. Chausseum in Graeuii thesauro tom. 5. pag. 322. Cellar. ad Plin. IX. 6. Epist. Damascenum tom. 2. edit. Michaëlis le Quien p. 698. Goarum notis posterioribus ad paginam Cedreni 364. Philippum Rubenium lib. 2. cap. 27. electorum et Bandurium p. 501. sq. Factiones diuersae ex illis coloribus ortae sunt, vide praeter Goarum S. Basilium epist. 370. Euagrium IV. c. 31. Procopium lib. 1. de bello Persico c. 24. lib. 2. c. 11. p. 115. et in Anecdotis c. 7. 9. Nicol. Alemannum ad Procopium pag. 106. sq. 113. Theophylactum Simocattam VIII. 7. 9. et 10. Oenomius primus duobus coloribus vsus est *caeruleo* et *viridi* siue veneto et prasino. Romulus deinde duos alios addidit. A Domatio additae duae aliae factiones aurati purpureique panni. Vide Rubenium l. c. Sed non diu illae durarunt. Immo quatuor primos colores deinceps ad duos redigi contigit, nam russata factio iuncta fuit prasinae siue viridi, et albata Venetae siue caeruleae. Vide Bandurium loco citato. De duodecim ostiis Circi vide Ausonium Tollii p. 644. De mappa siue signo dato, Pitiscus ad Suetonii Neronem cap. 22. Mappam Circensem manu tenentes Consules vel Imperatores in numis obseruat Pagi ad A. 394. 3. Confer veterem iconem in Philippi Rubenii electis lib. 1. cap. 30. qui ibidem dextram Circi partem latiorem finistra fuisse obseruat. Idem lib. 2. c. 18. videndus de lustratione equorum in Circo certatorum. De Ouis et Delphinibus in Circo, Octauius Ferrarius II. 15. electorum. De clathris, euripis, loco equitibus assignato Harduinus ad Plin. VIII. 7. T. 2. p. 145. sq. De gladiatoribus consule Octav. Ferrarii dissertationem T. III. supplement. Poleni p. 313. Nicol. Calliachii ibid. p. 333. et Suenon. Bring. Londini Gothor. 1747. Κέλητες non singulatores modo sed et desultores dicti, qui in binos vel ternos equos transilirent, aut ex equo desilientes currerent. Vide Valesium ad Sozomeni VI. 1. et ad Harpocrationem p. 94. vbi etiam de certaminibus Circensibus. De equis curulibus

Iuretus

Iuretus ad Symmachum IX. 23. Mulieres etiam in amphitheatris certantes et feras interficientes obſeruant viri docti ad Iuuenal. ſat. 1. v. 22. ex Suetonii Domitiano cap. 4. et Xiphilino in Tito. Artificium in venatione circenſi eludendi beſtiarum inſultus ſaltu ac velocitate eleganter deſcribit Caſſiodorus lib. V. ep 42. Adde Alexandrum Wilthemium ad diptychon Leodienſe c. 6. p. 22 ſq. vbi ex Vopiſco Numeriano obſeruat, etiam τειχοβάτας ſiue homines currendo per parietem ſubtrahentes ſe irae vrſorum. De ludorum medicis ſingulari programmate egit Balthaſar a Buchwald. Hafniae 1749. De numis coturniatis in ludos et venationes circenſes ſingularis exſtat diſſertatio Sigeberti Hauercampi, Lugd. Batav. 1721. 4. Certamina denotantur in numis per vrnas cum palmis vide Bandurium T. 1. numiſmat. p. 120. 122. 135. De vniuerſo hoc argumento non praetereundus quoque eſt Petrus Faber, qui in Athleticis ſuis Ludos veterum non tantum Amphitheatrales et gymnicos, ſed theatricos ſiue Muſicos quoque ac Circenſes perſequitur, vti Xyſticos et Thymelicos Alexander ab Alex. I. I. 9. Omnia fere genera agonum ac certaminum edidit Dionyſius Heraclae tyrannus teſte Memnone apud Photium Cod. 224. p. 167. ἐπιτελεῖ δὲ καὶ ἀγῶνας ἱππικοὺς, οὐχ ἱππικοὺς δὲ μόνον ἀλλὰ καὶ σκηνικοὺς καὶ θυμελικοὺς καὶ γυμνικοὺς. De *Ludis Apollinaribus* Romanorum Liuius XXV. 12. et Nicol. Abramus in notis ad Ciceronis Philippicam II. cap. 13. Ethnicorum ludos theatrales, Circenſes, Venationes et munera adire Chriſtianos prohibuere Tertullianus et Cyprianus libris ſingularibus de ſpectaculis. Et Cyrillus Hieroſol. Catecheſi I. c. 4. explicaturus pompam Diaboli cui in baptiſmo renunciauimus, ait eſſe θεατρομανίας καὶ ἱπποδρομίας, κυνηγεσίαν καὶ πᾶσαν τοιαύτην ματαιότητα, ad quem locum vide Tho. Milleſium. Ioan. Guil. Ianum pag. 52. ſq. ad ſermonem Euſebii Alexandrini, et Ferd. Mendozae notas ad concilium Illiberitanum T. 1. Labbei p. 1294. ſq. et 1320. vbi de aurigis et pantomimis arti ſuae renuntiare iuſſis, ſi Chriſto vellent nomen dare. Circenſes vt rem inanem ſpernit etiam Plinius VI. 4. Epiſt. quemadmodum venationes et ceterum ludorum pompam Cicero VII. 1. ad familiares. Adde Rainoldum Dehnium ad acta martyrum Coſmae et Damiani pag. XII. ſqq.

VIII. De equeſtribus decurſionibus et puerilibus Troianis ludis Io. Iacobus Draco lib. 1. de Orig. et iure Patriciorum Baſil. 1627. 4. c. 11. p 75. ſq. Onufrius de ludis Circenſibus II. 9. tomo IX. Graev. p. 422. ſq. Camillus Silueſter ad Iuuenalis Sat. I. verſ. 19. Triſtanus II. 264. Io. Vignolius de columna Antonini Pii, cap. 9 Sam. Pitiſcus notis ad Suetonium pag. 75. et diſſertatio inſerta memoriis Treuoltinis A. 1709. April. p. 645. ſq. De ſpectaculis Ludisque equeſtribus et Naumachiis, Franciſcus Modius in tom. 1. Pandectarum Triumphalium

phalium L. III. qui integer insertus est tomo XI. thesaur. Gronouiani, et de septentrionalium ludis equestribus aliisque pariter disserit. Hermannus Hugo libro 3. de militia equestri cap. 1. Io. Schefferus de militia nauali lib. 3. cap. 2. Idem Modius in Pandectis Triumphalibus Francof. 1686. fol. excusis tomo 2. lib. 1. agit de Hastiludiis, conflictibus gallicis saeculo XI. per Godfridum de Pruliaco repertis, et Torneamentis ad excitandam alacritatem et exercendas vires animumque per Germaniam et Europam vniuersam celebratis et prima Torneamenta [10] in Germania habita notat parum certa fide Anno Christi 939. Magdeburgi sub Henrico Aucupe, vltima A. 1487. Confer Georgii Ruxneri, qui XXXVI. torneamenta describit; sed cuius fides [11] suspecta eruditis, Turnierbuch, Simmericae 1532. fol. Francof. 1566. 1579. 1676. fol. et latine per Modium 1566. fol. Ioan. Limnaeum lib. VI. iuris publici. Wilh. Frid. Pistorium amoenit. historicoiuridic. parte 1. diss. VI. p. 112. sq. ex Cangio dissert. VI. ad Ionuillam. Berlingieri Gessi Giuoco de' Cavalieri, overo discorso sopra le Giostre ed e Torneri, in Zani Prose degl' Academici Gelati di Bologna, Bononiae 1671. 4. p. 5. sqq. Vincentii Auriae, Panormitani, librum italicum, la Giostra, discorso historico sopra l'origine della giostra in varie parti dell' Europa, e della sua introduttione ed uso antico e moderno nella Citta di Palermo, Panormi 1690. 4. Gualterii chronicon chronic. polit. lib. 2. p. 1332. Georgii Wilh. Closen equiria Germanorum vetera, quae Torneamenta vocant, Tubingae 1702. fol. Petri Burmanni praefat. ad T. 1. thesauri Siciliae pag. 28. Menetrerium libro Gallico de torneamentis; Lugduni 1669. 4. Georgii Schuberti commentationem de ludis equestribus editam Ienae 1689. et recusam Halae 1725. 4. Cangium et Megarici origines Gallicas et Italicas in Quintana et Torneamentum (Tournois) Io. Antonii Campani Carmina p. 33. sq. edit. Lips. Ephemerides Parisienses (Journal des Savans) A. 1715. II. p. 29. ex Abbatis Choisii tomo septimo histor. ecclesiasticae. Io. Christoph. Ludwig historische Untersuchung der ehemaligen Kampf- Renn- und Ritterspiele, Northusae 1750. 8. et dissertationes Io. Barth. Charisii, Francof. 1651. Gottfr. Sueui, Witeb. 1652. Frid. Sculteti, Lips. 1683. et Guilielmi Illmanni, Lips. 1724. βασιλικὰ παίγνια, κοντοπαίκτης, Μάρων, Ἀχιλλεύς, Ὀκτώηχος. Balsamo

[10] Vide tamen Clariss. Gundlingii librum de Henrico Aucupe pag. 134. 141. sq. Cangium in *Nundinae decursiones militares.* Philippum Iulium Rethmeierum in der Braunschweig-lüneburgischen Chronica parte 2. vbi de Henrico Aucupe. Giornale d'Italia T. 6. p. 226. sq. e Crescimbenio, vbi et *de tabula rotunda* siue ludo militari Regis Arturi: de quo confer Bibliothec. Anglic. T. 6. p. 205. ex Io. Seldeni libro de duello, et T. 7. p. 204. ex Thomae Hearne praefat. ad Guilielmum Neubrigensem.

[11] Acta Lips. Academica XVI. pag. 58. sq. Acta eruditorum Germanice edita LXII. pag. 90. sq.

ſamo ad can. 51. Trullan. Τερνεμέντα, Torneamenta. Boiuinius p. 773. ad Niceph. Gregoram. Equiria Marti a Romulo fuerunt inſtituta celebrataque 27 Febr. vel 14 Martii. Vide Anſelmum Bandurium T. 2. numiſmat. Imperator. p. 165. De Hiſpanorum Tauriliis (Stiergefechte) Comitiſſae d'Aunoy Reiſe in Spanien T. 1. p. 343. Analecta Muſarum Anglicanarum T. II. p. 80. Haec nec veteribus ignota fuiſſe diſces ex Ezech. Spanhemio de vſu numiſmatum T. 2. p. 137. 138. edit. in folio. Marmoribus Arundelianis p. 266. Graeuio ad Suetonium pag 808. De hoplomachia Piſana in ponte 17 Ianuar. committi ſolita Giornale d'Italia T. 13. p. 473. ſq. et T. 17. p. 360. ſqq. De ludis nauticis, Maiumis, Maiicampis, Roncaliis et ſimilibus ludicris animorum relaxationibus publicis, ſingularis Andreae Riuini exercitatio nuper excuſa eſt in Syntagmate Graeuiano Vltraiect. 1701. 4. cui addes praeter ſcriptores ſupra p. 742. citatos Malalae Chron. p. 373. Iac. Godofredum ad Codicem Theodoſianum tomo 5. p. 358. ſq. Antonium Pagi ad A. 399. n. 5. Io. Clericum Bibl. ſelectae tomo 8. p. 273. ſq. Baronium ad Martyrolog. Roman. 26 Dec. et Iac. Godofredum ad quatuor Libanii orationes pag. 13. ſq. De decurſionibus veterum, diſſertatio inſerta Memoriis Treuoltinis A. 1709. April. p. 645. ſq.

IX. De ſaltatione [12] religioſa Matth. Brouerius de Niedeck cap. 27. libri de veterum adorationibus, et Thomas Guthberlethus libro de Saliis. De religioſis ſaltationibus veterum Iudaeorum vide Io. Sebaſt. Renzii diſſertationem, Lipſiae 1738. Guſt. Georgii Zeltneri diſſertat. de choreis veterum Hebraeorum, Altorfii 1726. Scrinium Bremenſe vol. 2. p. 38. et volum. 3. p. 323. et Sebaſtian. Schmidium et alios interpretes ad 2 Sam. VI. 14. De Therapeutis ſaltantibus Montfauconius epiſtol. p. 204. et Iac. Baſnagius hiſtor. Iudaeorum tomo VI. p. 316. De ſaltatione religioſa veter. Chriſtianorum Chriſt. Henr. Brömels Feſttänze der erſten Chriſten, Ienae 1701. 4. De ſaltatione religioſa Americanorum populorum Lafitau T. 1. p. 181. 203. 410. Hottentotorum, qui lunam venerantur, vide Petrum Kolbium in deſcriptione capitis bonae ſpei p. 410. ſqq. vbi et de aliarum gentium ritu ſimili. Ἱκέται ſaltantes Damaſcenus haereſi 87. Montfauconus p. 183. epiſtol. De ſaltationibus veterum Graecorum, Romanorumque multa docebunt Lucianus ſingulari libello de hoc argumento, Athenaeus in Dipnoſophiſticis XIV. p. 628. ſq. Schol. Homeri Iliad. π. 617. Plutarchus IX. vlt. Sympoſiac. Ammonius in κόρδαξ. Suidas in κυσίκ, ξυφισμὸς, et ὄρχησις. E recentioribus Stuckius III. 21. Conuiual. Io. Meurſius in Orcheſtra tomo 8. theſ. Gronouiani recuſa, ſiue libro de ſaltationibus Graecorum: Iul. Caeſar Bulengerus in libro de Theatro, Scaliger lib. 1. Poë-

Zz 3 tices

[12] Saltationes aduerſus Ariſtidem laudandas in ſe ſuſcepit Libanius tom. 2. p. 478.

tices cap. 18. Petrus Faber lib. 1. Agonisticon cap. 12. Petrus Taffinus, lib. 1. de ludis saecularibus cap. vltimo, tomo VIII. Antiqu. Romanarum p. 565. Frider. Lindebrogius ad Terentii Adelph. *restim ductans* p. 618. Wolfg. Lazius X. 12. de republica Roman. Daniel. le Roy ordeelkundige aanmerkingen over de dansseryen zo der oude als later volkeren, Roterod. 1722. 8. Petrus Bonnetus in historia saltationum sacrarum profanarumque, Gallice edita Parisiis 1724. 12. Petrus Ioannes Burettus in dissertatt. insertis Tomo secundo memoriarum academiae Inscriptionum pag. 120. sqq. Tractatus de origine saltationis in l'Extraordinaire du Mercure Galant T. X. p. 191. et T. XI. p. 3. et 62. Petrus Antonius Caietanus in dialogo italico de saltationibus veter. qui exstat T. XXXVI. collectionis opuscul. scientificor. et philologicor. pag. 1. sqq. Praecipue Menetrius in libro gallico de ludicra pugna equestri vel pedestri, saltatione publicisque spectaculis, paullo ante citato, et altero de saltationibus et choreis musicis veteribus ac recentibus, Paris. 1682. 12. Octav. Ferrarius elector. II. 5. vbi illustrat locum Liuii VII. 2. quem male sollicitauerat Salmasius ad Vopisci Carinum. De Pantomimorum saltatione agunt Vossius lib. 2. Inst. Poëticarum et Baylius in Lexico vocè *Batyllus* et Benedictus Aueranius diss. 16. 17. 18. ad Boethii epigramma lib. 1. Anthologiae p. 23. De saltatione armata, quae pyrrhicha dicebatur, Ammianus XVIII. 7. et Bellonius lib. 1. obseruationum cap. 20. Modulatam et inter se conuenientem in armis saltationem a Curetibus et Corybantibus repertam scribit Prosper in Chronico p. 689. De pilari saltatione Nicol. Abramus ad illud Ciceronis in Pisonem c. 10. *ne tum quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunae rotam pertimescebat.* T. V. Graeuii p. 640. De ludicra saltatione super vtres plenos et extrinsecus vnctos vide interpretes ad haec Georgic. II. 384. *Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.* Mercurialem II. 11. artis gymnasticae. Licetum antiquo schemate gemmarum annularium p. 258. sq. Montfauconum T. 3. supplementi p. 182. tab. LXX. De saltatione satirica in scenis Graecorum Casaubonus lib. 1. cap. 4. de poesi satirica. De ritu saltandi in nuptiis Lampius ad Psalm. XLV. p. 531. sq. De chorea S. Viti, conuulsionis genere, Barthol. Martini, Glaronensis, dissertatio Argentorati 1730. et commercium Norimbergense p. 22. *ὀρχηστὶς ναυτικωτέρα* apud Theodorum Prodromum II p. 58. Oti et scopes, aues quae saltantes quum vident capi se patiuntur, Athenaeus IX p. 391. Βαββίζειν Athenaeo VIII p. 362. et Eustathio ad Iliad. π. p. 1051. est *κωμάζειν, χορεύειν.* Glossar. *ballare, saltare.* Vide Cangium et Anonymum Anglum de cymbalis cap XX. XXI. p. 298 326. Inde einen Ball geben. Inde *βαλλισμός.* Panegyris *βαλλητὸς* apud Athenaeum IX. p. 406. 407.

De

De funambulis, [13] schoenobatis, neurobatis, cremnobatis, siue oribatis praeter Barthium V. 19. Aduersar. Bulengerum cap. 62. libri de theatro, Iac. Godofredum ad veterem expositionem Mundi pag. 20. sq. Bzouium ad A. C. 1322. n. 34. et Franciscum des Camps in dissertatione ad numum Antonini Caracallae apud Sponium in libro gallico Recherches de l'antiquité p. 407. sqq. Nicephorum Gregorum VIII. 10. Weitzium ad Prudentium p. 666. Wowerium ad Sidonium p. 489. sq. Bonnetum in historia saltationum p. 94. sq. adeunda singularis diss. Gabr. Grodeckii, Professoris Gedanensis, τοῦ μακαρίτου, cuius argumentum prolixe recensetur in nouis litterariis Maris Baltici A. 1702. p. 356. sq. et Dauid. Clerici dissertatio de variis funambulorum generibus, ad calcem eius quaestionum sacrarum Amstelod. 1685. 8. p. 355. Bonosi aenigma apud Salmasium pag. 743. ad Vopisci Proculum: *Vidi hominem pendere cum via, cui latior erat planta quam semita.* Diodorus Siculus p. 385. excerptor. Peirescii: νευροσπαστεῖν καὶ δι' αὐτοῦ κινεῖν ζῶα πεντάπυχα κατάργυρα καὶ κατάχρυσα instituit Rex Antiochus Cyzicenus aliis etiam θαυματοποιοῖς deditus. Meminit et Nicephorus Gregoras VIII. 10. Hist. De variis Θαυματοποιῶν [14] et ψηφεπαίκτων [15] apud veteres generibus et praestigiis, operae pretium

[13] Menagiana Tomo 2. p. 194. *M. Vaillant m'a dit que l'on voyoit des Saltimbanques ou Danseurs de corde sur des medailles, et sur tout qu'il y en avoit une belle que les Corinthiens avroient fait frapper à Caracalla, ou on les voyoit tres bien representez.* Quinctilianus II. 13. *Ab illa praeceptorum orbita declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem.*

[14] Apud S. Chrysostomum homil. 19. ad populum Antiochenum (p. 196. 197. T. 2. edit. nouae) singularis exstat locus de eiusmodi θαυματοποιοῖς, quem adscribere iuuat: ἐννοήσωμεν τίνα ὁ διάβολος ἐπέταξεν etc. *Cogitemus, quae diabolus imperarit, quam laboriosa, quam grauia, nec difficultas fuit eius mandatis impedimentum. Quid enim quaeso difficilius sit, quam quum quispiam iuuenis volentibus se emollire et membra sua torquere* (λυγίζειν) *se ipsum tradens, sedulo contendat rotae more totum flectere corpus, et in pauimento versari, et per oculos et per manuum circumductionem et aliam reuolutionem in femineum genus transire conatur, nec eorum quae fiunt difficultatem, nec ex iis ignominiam ratiocinetur. In orchestra rursus eos qui pertrahuntur, et velut alis, membris vtuntur corporeis, quis non admiretur? Gladios autem alternatim in aerem iaculantes, et omnes rursum per manubrium capientes quem non confundunt, nullum pro virtute laborem suscipere volentium? Vel quid de iis dicatur viris, qui perticam in fronte gestantes, velut arborem in terra radicatam sic immotam conseruant? Nec hoc solum est admirabile, verum et id quod puerulos paruos in summo ligno inter se luctari faciunt, et neque manus neque alia corporis pars sed frons sola omni vinculo firmius illam perticam gerit inconcussam. Alter rursum supra funem angustissimum ambulat cum tanta securitate, cum quanta qui planos campos percurrerint. Veruntamen haec quae et cogitatu intolerabilia esse videntur, facta sunt arte possibilia.* Similia non apud Sinenses solum sed etiam recenti memoria inter nostros visa Germanos. Vide Iacobi Leupoldi theatrum staticum p. 7. sqq. tab. 2.

[15] Hi ψηφᾶδες dicuntur auctori quaestion. ad Antiochum quaest. 125. Vide Athanasium

tium esset diligentius exponi, quae breuiter innuit Is. Casaubonus in Casaubonianis p. 52. sq. De Petauristis Franciscus Philelfus XX. Epist. 13. De iisdem, Ephalmatoribus, Petaminariis, Parabolis, Saltatoribus, Orchestopolis, et Orchestopolariis Salmasius in Commentar. ad Solinum p. 986. edit Parisiensis. De elephante funirepo siue per catadromum decurrente meminit Dio Cassius et Suetonius in Nerone cap. XI. Specimen artis ludicrae hominum super alios assurgentium pyramidis forma, atque iterum celeri saltu desilientium de qua Claudianus meminit de consulatu Mallii Theodori v. 320. sq. Venetiis se non sine voluptate spectasse testatur [16] Addissonius, atque Dresdae spectantium se oculis obtulit A. 1719. inter sollemnia connubii Principis filii Regii et Electoralis, nunc Augustissimi Poloniarum Regis et Nouemuiri Saxonici *Friderici Augusti* cum Serenissima *Maria Iosepha* Austriaca. Aliud magis etiam mirandum describitur in splendore vrbis Venetiarum pag. 364. Tomo 5to thesauri Italiae parte tertia. Verba Claudiani haec sunt:

Vel qui more auium sese iaculantur in auras,
Corporaque aedificant celeri crescentia nexu,
Quorum compositam puer amentatus in arcem
Emicet, et vinctus plantae vel cruribus haerens
Pendula librato figat vestigia saltu.

Petaminarios, velut propter similem volatui agilitatem vocat Iulius Firmicus VIII. 15. et Saluianus VI. p. 174. de prouidentia, vbi vide Rittershusii notas pag. 190.

De oscillationis ludo (Schauckeln) vide Barthium ad Britonem p. 309. et B. Franckensteinii dissert. de nouo Anno, corollar. 4 De ὀρνιθοτοξοβολία (Vogelschiessen) Iliad. ψ. 855. Aeneid. V. 488. Paulli Christiani Gilberti diss. Lipsiae 1714.

X. Theatrum Atticum succincte describit Potterus lib. I. Archaeol. Attic. p. 34 sq. De Comoedia apud Graecos maxime Athenienses, veteri, media et noua videnda prolegomena Graeca ad Aristophanem et quae Terentii editioni Lindebrogianae, Schreuelianae, vel Parisiensi in vsum Delphini praemittuntur, tum Gatakeri notae ad Marcum Antoninum lib. XI. cap. 6. Ionsius de scripto-

sium T. 3. p. 298. *Cauculatores* venefici non φαρμακοπῶλαι. Vide Cangium p. 278. ad Alexiadem. *Caucus*, *cauculus*, vasculum, sciphus. Cotelerius Tom. 2. monumentor. pag. 656. sq.

[16] Hist. des Ouvrag. des Savans A. 1705. p. 143. Idem Addissonius popellum machinularum gesticulantium in theatridiis solitarum praesentari lepido carmine heroico descripsit, quod exstat in Musarum Anglicarum analectis T. II. p. 243-346 Oxonii 1699.8.

ſcriptoribus hiſtoriae Philoſophicae p. 27. ſq. Anonymi libellus de varia Ludorum, Theatrorum, ſcenarum ac ſcenicorum antiqua conſuetudine, qui exſtat tom. 8. Antiquitatum Graecarum, Menagius in diſſ. ad Heautontimorumenon Terentii, vbi etiam de ſcenis ductilibus ac verſatilibus: Boinuini diſſ. de ludis theatralibus veterum et differentia theatri Graeci et Romani in memoriis academiae Inſcriptionum T. 2. p. 174. ſqq. et in memoriis Treuoltinis A. 1709. menſe Ianuario p. 28. ſq. vbi etiam p. 39. refertur altera diſſ. de Ludis ſpeciatim Olympicis. Iulius Caeſar Bulengerus lib. de Theatro, vbi praeterea habes de *Odeis*, de quibus Pamelius ad Tertullian. c. 42. de Reſurrectione, Galenus tom. 5. edit. Baſilienſis p. 468. Potterus L. 1. Archaeol. Attic. c. 8. p. 30. vbi eius ſciagraphia. Tum de *Echaeis*, de quibus videbis Kircherum in Phonurgia p. 70. ſq. et Muſurgiae lib. 9. c. 4. p. 283. de *Pegmatibus* ſiue *pulpitis*, quas confixiles machinas vocat Apuleius, adi Lipſium c. 22. de Amphitheatro. Vide et ſi placet quae de Theatris viri docti ad Vitruuium lib. V. et ad Alex. ab Alex. IV. 25. De verſatilibus et περιάκτοις ſcenae machinis Salmaſius de modo vſurarum p. 296. ſq. De ſcenarum tragicae, comicae et ſatiricae ornatibus agit Vitruuius V. 8. et VII. 5. De ſcenicorum locatoribus Georgius, Bibliothecarius cardinalis Imperialis A. 1728. diſſertationem edidit, inſertam volum. XIV. collectionis opuſculorum ſcientificorum et philologicorum.

De *Mimis* ſiue planipedibus, qui centunculis amicti verbis et ſententiis agerent (Mimici ſcurrae, Salmaſ. ad Vopiſci Aurelian. c. 42.) et de *Pantomimis* ſiue ludiis ὀρχηςαῖς actoribus et hiſtrionibus qui clauſis faciebus loquente geſtu et ſaltatione muti omnia exprimerent et verba manibus expedirent, (hodie *Mattacini*) quales fuere Pylades, Hylas, Bathyllus, Caramallus, Phabaton etc. non indiligenter agit Voſſius in Poëticis ſuis, Iulius Caeſar Bulengerus de Theatro, Sirmondus p. 261. ſq. ad Sidonium et Salmaſius ad Solinum et Vopiſci Carinum c. 19. Vide et de illis γελωτοποιοῖς et αἰσχίςων ὑποκριταῖς Paullum Voëtium p. 161. ad Herodian. Woweranum ad Sidonium p. 488. ſqq. atque Octauium Ferrarium lib. 2. c. XI. elector. Mimorum petulantiam et impudicos geſtus deteſtantur Plutarchus VII. 8. ſympoſ. p. 712. Cyrillus Hieroſol. 1. Myſtagog. c. 4. ad quem locum conſulendae Milleſii notae. Meminit et Auguſtinus lib. 2. c. 11. de ordine, tomo 1. p. 487. M. Calliachi de Mimis et Pantomimis Patav. 1713. 4. edente Iacobo Facciolato, et Octauii Ferrarii de pantomimis et mimis diſſertatio poſtuma lucem vidit Guelpherbyti 1714. 8. curante Rev. Abbate Ioanne Fabricio. De *Samardacis* vide notas Benedictinorum ad Auguſtini III. 38. contra Academicos. Confer etiam librum gallicum Recherches hiſtoriques et critiques ſur quelques anciens ſpectacles,

et particulierement sur les Mimes et sur les Pantomimes, Parisiis 1751. 12. Ioan. Weaueri History of the Mimes and Pantomimes, with an historical Account of seueral Performers in Dancing, liuing in the time of the Roman Emperors, Londini 1728. 8. De Mimis et Pantomimis veterum Germanorum Sammleri commentatio exstat volumine octauo des neuen Büchersaals der schönen Wissenschaften und freyen Künste pag. 327. De eo, quod iustum est circa ludos scenicos Elias Aug. Stryckius dissertationem edidit Kiliae 1713. Adde Io. Schmidii dissertationem de moralitate ludorum scenicorum, Lipsiae 1683. Eos in republica non esse tolerandos censet Ioan. Beni. Konhardus in dissertatione de scenicis in re publica Christiana non tolerandis, Lipsiae 1715. et nouissime Io. Iacob. Rousseau in epistola ad Alembertum gallice edita Amstelodami 1758. 8. Contra quem ludos scenicos defendit L. H. Dancourt, artifex scenicus, in libello gallico: *Arlequin* [17] *de Berlin à Mr. J. J. Rousseau*, Amstelod. 1759. 8. Io. Georg. Altmanni praelectio litteraria pro comoedia et ludis theatralibus exstat Tempe Heluetic. tomo III. p. 394. sqq. De spectaculorum turpitudine conqueruntur veteres scriptores christiani laudati a B. Kortholto ad Tatianum pag. 161.

De variis fabularum siue dramatum generibus, Atellana, cuius exodia etiam desaltata non tamen ab ipso Atellano siue *Vrbico* qui pronunciabat, et vrbanitate ac iocis populum detinebat, vt Tragici et Comici canebant, sed ab histrione. De Rhintonica: aliisque apud Scaligerum de re poëtica, Iosephum Trappium in praelectionibus poeticis, vol. 2. p. 195. sqq. Batteusium in encyclopaedia litterarum elegantiorum (cours des belles lettres) Tom. 4. p. 260. sqq. edit. Paris. 1750. 8. Ecphantium de Comoediae constitutione, Franciscum Hedelinum in opere Gallico de theatro, quantum satis est, videre licet. De Tragoediae constitutione, origine ac progressu apud Graecos quidem egit Iosua Barnesius in prolegomenis ad Euripidem. Apud Romanos Martinus Delrio in prolegomenis ad Senecam Tragicum. Longe diligentius autem et accuratius, elegantiusque hoc argumentum pertractare instituerat antiquitatis omnis peritissimus Ezech. Spanhemius, cuius Librum de Tragoediae veteris constitutione fato eius interceptum dolemus. De ludorum scenicorum apud Romanos origine illustris locus Liuii VII. 2. De Romanorum spectaculis generatim agit Samuel Koenigius in dissertatione, quam Arbuthnotii tabulis antiquorum numorum inseruit. De actoribus et spectatoribus fabularum exstat praeclarus liber Alberici Gentilis.

XI. Ludis cognatus est *Luxus*, apud Graecos pariter et Romanos rebus florentibus magnus satis et insolentissimus. De Hebraeorum opibus licet coniecturam

[17] L. N. Z. 1759. p. 929. Hamb. Anzeigen und Urtheile 1760. p. 41.

iecturam facere ex thesauris Dauidis, quorum mentio fit 1 Paralip. XXII 4. et XXIX. 4. 7. et ex reditibus annuis Salomonis 1 Reg. X. 14. Confer Aug. Calmeti dissertationem T. 2. p. 615. sqq. sur les richesses, que David laissa à Salomon. Iudaeorum luxum aliquot locis perstringunt in scriptis suis Prophetae, quanquam nemo, quod sciam, singulari diligentia hoc argumentum e recentioribus illustrauit. De luxu Graecorum praecipue in cibo et potu librum Stephani Nigri memorauimus supra c XIX. 8. p. 872. et de luxu Romanorum, Meursii libellum et Georgii Hackewillii obseruationes nec non Stanislai Kobierzyckii librum, in quo Romanorum opum admiranda copia, vestium splendor, aedificiorum magnificentia et conuiuiorum luxuriosi apparatus proponuntur, eodem cap. XIX. 8. p. 888. quibus addendus Hadrianus Iunius IV. 8. 9. Animaduersionum. Facit etiam huc quae disputat Tertullianus c. 5. de pallio, et pars non contemnenda operis Iusti Lipsii, quod in 4. Libros distributum, Admiranda, siue de magnitudine Romana inscripsit, cuius generis admiranda Iudaica, Aegyptiaca, Iberica et Gallica quoque molitum se testatur centur. 4. Epist. 64. Tangit quoque illud argumentum Benedictus Aueranius differt. secunda et tertia in Liuium quae est de luxu in conuiuiis. *A voluptatibus nouum officium instituit Tiberius praeposito equite Romano T. Caesonio Prisco*, Suetonius in Tiberio, c. 42. ad quem locum confer Burmannum. Ad Lipsiani operis imitationem, quod et separatim et inter alia eius scripta plus simplici vice vulgatum est, de magnitudine Ecclesiae Romanae, vt obiter hoc notem, libros duos edidit Thomas Stapletonus, in quibus non ab re Casaubonus in Casaubonianis p. 49. carpit, quod Romanae Ecclesiae tribuit quae sunt Ecclesiae vniuersae Christianae. Vincentius vero Contarenus c. 1. de frumentaria legatione affirmat se varias lectiones ad editionem paratas habere, quibus a Lipsio interdum dissentiat. *Cogent agmen*, inquit, *libri de falsa magnitudine Romana, quibus admiranda oppugnabo, et illos praecipue gigantum more congestos auri montes non fulmine, sed solo veritatis fulgure disiiciam.* De luxu Romanorum circa margaritas et gemmas disputat Martinus Schookius Orat. XX.

XII. De *aedificiis* antiquis et origine ac progressu *Architecturae*, multa ad Vitruuium viri docti annotauerunt. De insanis structionibus Aegyptiorum videndus Kircherus in Oedipo Aegyptiaco. De iisdem et aliis mirandis antiquorum operibus Petrus Bellonius libris tribus, recusis T VIII. thesauri Gronouiani p. 2530. et Io. Seruilius in libro primum Lubecae 1600. 4. edito, et deinde inserto tomo primo thesauri Sallengriani. Architecturae sacrae specimen ex locis Exod. XXVI. 28. et XXXVI. 33. Frider. Mullerus dedit Gissae 1664. - Consulantur etiam Sam. Reyherus in mathesi Mosaica. Io. Bernh. Wi-

deburgius in mathesi Biblica, Bernh. Lamius de Hierosolym. et templo. De domibus Hebraeorum habemus Calmetii dissertationem inter eius Biblicas. De Graecorum videatur Feithius antiquit. Homeri lib. 3. c. 11. et Meursius fortun. Attic. c. 3. De priscis Romanorum aedificiis I. E. I. Walchius appendice quinta ad Cellarii compendium A. R. p. 633. De Romanorum domibus Iulius Minutolus dissertatione quarta antiq. Roman. tomo 1. thesauri Sallengriani p. 71. Idem dissertat. quinta et septima eod. tomo 1. thesauri Sallengriani, p. 100. et 147. agit de templis et aedificiis iudicialibus. De aedificiis Etruscorum agit Antonius Franciscus Gorius parte tertia musei Etrusci, et Ioan. Passertatius in dissertatione quinta eidem parti tertiae Musei Etrusci adiecta. De altitudine antiquorum aedificiorum, parietum crassitie, et spatio inter aedes vicinas Brissonius lib. 1. c. 1. sq. antiquitatum iuris, Iacob. Belgradius vol. IV. symbolar. litterar. A. F. Gorii p. 129. sqq. et Io. Georg. Estor opuscul. parte III. sect. 1. De Graecorum Romanorumque *Architectis* Franciscus Iunius in Catalogo artificum. De luxu Romanorum in aedibus publicis priuatisque, Lipsius de magnitudine Rom. Hackewillius et Kobierzichius supra iam laudati. De templis quoque et Amphitheatris plures supra scriptores a nobis memorati sunt. De aliis aedificiis publicis, vt *curiis*, *coenaculis*, *basilicis*, *palatiis*, *armamentariis*, *porticibus*, *arcubus*, *turribus* aliisque vide Bergierium libro V. de viis Imperii Rom. c. 8. tom. X. Graeuii. De palatio Caesarum exstat Francisci Bianchini opus postumum italice et latine editum per Iosephum Bianchinum, Veronae 1738. fol. Io. Petri Bellori veteres arcus Augustorum triumphis insignes restituti et illustrati prodiere Romae 1690. fol. Arcus L. Septimii Seueri, aeri incisus cum explicatione Iof. Mariae Suaresii, Episcopi Vasionensis, Rom. 1676. fol. Eiusdem Suaresii de foraminibus lapidum in priscis aedificiis, Lugd. 1652. 8. De arcu triumphali Imperatoris Traiani, qui Beneuenti fuit, vide Ioannem de Vita in antiquitatibus Beneuentanis differt. X. cap. 1. p. 253. sqq. Omittimus quae de turribus veterum ac recentiorum collegerunt auctores theatri vitae humanae et B. D. Mayerus in Museo Ministri Ecclesiae. De septem *turribus* vocalibus CPolitanis Meursius ad Hesychium illustrem p. 237. sq. et Cangius in CPoli Christiana. De Sinensium vegrandi turri e terra porcellana, prope vrbem Nanquinensem, Lud. de Comitibus in memoriis Sinensibus Gallice editis tom. 1. p. 111. sq. De *falis* quae sunt turres rotundae fastigio formam oui referentes, Octauius Ferrarius II. 15. electorum. De *Pontibus* omnibus generis, antiquis et recentibus, videndus H. Gautierius in libro [18] singulari gallice edito Parisiis 1716. 8. et recuso ibid. 1723. 8. et

[18] Journal des Savans 1716. Tom. 2. p. 289. sq. 1718. p. 137. Memoires de Trevoux 1718. Aug. p. 333. 1719. Febr. p. 325.

et Iacobus Leupoldus in theatro pontificiali, Schauplatz der Brücken, Lipsiae 1726. fol. De ponte Aelio Hadriani Montfaucon T. IV. supplementi tab. XLI. De ponte Traiani Imperatoris super Danubium Lud. Ferdinandus Marsillius in epistola inserta tomo secundo thesauri Sallengriani p. 958. Mille pedum pons apud Plinium IV. 1. Histor. naturalis. Pons nexus ex funibus simul et nauibus, vide Historiam Miscellam 18. 25. De pontibus duobus Xerxis, Hellesponto impositis, Harduinus ad Themistium pag. 450. sqq. De aggeribus et pontibus in mari structis Petrus Bertius, Paris. 1629. 8. et tomo secundo thesauri Sallengriani p. 917. De *partibus aedium*, liber lectu non indignus Francisci Marii Grapaldi lucem vidit Parmae 1506. 4. recusus Basil. 1533. 4. et Lugd. 1535. 8. Adde Dan. Heinsium ad Silium Italicum pag. 542. edit. Drakenburgi. De *Diaeta* Marcus Vellerus in epistola ad Solerium de pileo p. 571. Christ. Vlr. Grupen de vxore Romana praefat. b. 3. De *tectis* Hebraeorum et aliarum gentium, Theodori Batti diss. Witeb. 1697. et Dav. Millii dissertatio, Vltraiecti 1727. De tecto Sabbathi coniectura Rhenferdi prodiit Franequerae 1707. De *tegulis* bipedalibus et sesquipedalibus Fabrettus p. 511. ad Inscriptiones veteres. De *atriis* Vitruuius lib. VI. 4. 8. Io. Balth. Beyschlagius binis dissertationibus Witeb. 1691. Pignorius et Popma de seruis atriensibus. De *ianuis* veterum Stuckius II. 30. Antiquitatum Conuiualium et singularis liber Casparis Sagittari τοῦ μακαρίτου Altenburg. 1672. 8. et tomo VI. Graeuii, vna cum ipsius analectis Ienae Anno 1694 8. editis ad Clariss. Almelouenium qui in coniectaneis Amst. 1686. p. 147. sq. nonnulla ad Sagittarii librum monuerat. Vide et Salmasium ad Solinum: Borremansium c. IX. Var. Lect. et icones binas ianuarum, appositis iconibus Fortunae pro felici itu et reditu, tomo X. Graeuii p. 780. De *specularibus* siue *fenestris* non e vitro sed e lapide speculari quibus excludebatur frigus, admisso die vide Octauii Ferrarii electa p. 42. Ioannis Oldermanni dissert. de specularibus veterum, Helmst. 1719. Io. Christoph. Harenbergii dissertationem insertam nouo thesauro Theologicophilologico tomo secundo pag. 829. sqq. et Ioan. Guil. Bergerum eclogar. Corsic. parte 2. p. 71. sqq. Alia quibus vsi sunt veteres enumerat Io. Tzetzes Chiliad. IX. versu 317. sq. ὕελον, πέτευρα et δορὰς, *vitrum, speculares lapides* et *pelles*. Atque hodie etiam loco vitri quibusdam locis pelles, alibi vt Goae ad admittendum diem adhibentur testae ostrearum. Ex humana cute fenestras sibi parasse quendam Persarum regem ex Oribasio et Auicenna notat Honoratus Nicquetus physiognomiae humanae lib. IV. cap. 2. De *casis* Sauaro ad Sidon. VII. 17. Bourdelotius ad Heliodorum p. 25. sq. Congestum cespite culmen pauperis tugurii memorat Virgilius Eclog. 1. 69. quales domos in Suecia et Moscouia describit Huetius commentar. de vita sua pag. 100. De casis Nigritarum vide

Labatum tomo sec. itiner. p. 311. Veterum aedificandi rationem esse recentiorum rationi praeferendam ostendit Robertus Morris of Twickenham in essay in defence of ancient Architecture, or a parallel of the ancient buildings with the modern. Londini 1727.

XIII. De ritu primum lapidem fundamenti sollemniter ponendi in aedificiis publicis, peculiarem libellum edidit Carolus Ancillonius, de quo Nouellae reipublic. litterar. A. 1701. Tom. 2. pag. 457. et Ioannes Georgius Eccartus in excerptis librorum menstruis Germanice editis Anni 1702. p. 41. Adde Petersburgische Anmerkungen 1729. p. 153. sqq De sollemnibus in primo lapide instaurati Capitolii Tacitus Histor. IV. 53. De publica caerimonia, qua vrbes condebantur, Christ. Lud. Crellius dissertationem edidit Lips. 1731. De hortis pensilibus veterum Philo Byzantinus cum notis Leon. Allatii T. VIII. thesauri Gronov. p. 2649. Seruilius de mirandis antiquorum operibus lib. 1. c. 73. De hortis veterum Hebraeorum vide Io. Ioach. Schroederi dissertationem, Marp. 1722. et Hilleri hierophytic. pag. 92. De hortis Romanorum Schroenius de rebus rusticis et oeconomicis sect. 6. cap. 1. Alexand. Donatus de vrbe Roma lib. 3. cap. 23. Io. Frid. Christius in Villatico excursu 8. De viuariis, piscinis, granariis, cellis, modisque vina, aliaque potus genera et cibos seruandi vide Stuckium II. 10. Antiqu. Conuiual. p. 169. sq. De macellis et popinis id. II. p. 174. sq. et Ioan. Wunderlich vol. III. actor. societatis latinae Ienensis p. 267. sq. De tricliniis diximus supra XIX. 3. p. 875. De diuersoriis stabulisque veterum Stuckius lib. 1. c. 28. De Turcorum *Carbachariis* ad excipiendos peregrinantes Petrus Bellonius lib. 1. obseruat. c. 59. De pistrinis molisque aquariis, manuariis, trusatilibus, asinariis Saluagricus Boessius ad Ouidii Ibin p. 113. 114. Frid. Lebr. Goetzius in libello de pistrinis veterum cum prolegomenis de molis Cygneae 1730. 8. Antipatri Thessalonicensis epigramma in molam aquariam T. 3. memoriar. academiae Inscriptionum p. 391. sq. Henelius cap. 44. otii Vratislauiensis. De la Mare in opere Gallico de la Police lib. V. tit. 9. Memoires de Trevoux A. 1711. p. 400. Ioan. Phil. Treunerus in dissertatione de molis, Ienae 1695. Car. Ludov. Hoheiselius in dissert. de molis manualibus veterum, Gedani 1728. H. Iones Abridgment of philosophical Transactions T. V. 2. p. 38. De genere molendinorum, quae Hispani trapichas vocant, vide ephemerides eruditas A. 1716. II. pag. 392. Alia in obseruationibus miscell. T. 3. p. 356. sq. et Leonh. Christoph. Sturmii vollständige Mühlenbaukunst, Aug. Vindel. 1718. fol. De Amontonis pistrino caloris vi agitato Acta Erudit. 1704. p. 157. De mola philosophica triturando auro Acta naturae curiosor. Decade 1. anno 3. p. 87. De mola ad triturationem miscel-

miſcellanea Berolinenſia T. I. p. 325. De molendinis pulueri pyrio conficiendo Acta Eruditor. 1710. p. 467. Varia alia molarum genera exhibentur in Leupoldi theatro machinarum. Myletem primum docuiſſe fruges molere narrat Pauſanias in Laconicis p. 260. Lesbiae feminae cantilena ad molam, *ἄλει, μύλα, ἄλει, καὶ γὰρ πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας Μυτυλήνας βασιλεύων, mole, mola, mole, nam et Pittacus molit magnae Mytilenae Rex* exſtat apud Plutarchum in conuiuio ſeptem ſapientum p. 157. E. De aquaeductibus Vrbis Romae, Frontinus et Fabrettus, tomo IV. Graev. Io. Chifletius de aqua virgine, fonte Romae celeberrimo, Antwerp. 1662. 4. et T. IV. theſauri Graeuiani p. 1779. et Georg. Chriſt. Maternus de Cilano in commentatione de aqua virgine, ingenti aedilitatis opere Marci Agrippae, Altonae 1754. Aquaeductus Segouiani in Hiſpania deſcriptionem habes apud Montfauconium T. IV. ſupplementi p. 102. ſqq. tab. XLIII. Metenſis ibid. p. 105. tab. XLIV. De aquariis fiſtulis ſiue aquarum per tubos meatibus Barthius p. 377. ad Claudianum Mamertum. De canalibus [19] ac foſſis Bergierius IV. 44. ſq. de Viis Romanor. De portubus Italiae idem IV. 49. et Henninius in notis tom. X. Graev. p. 791. ſq. De foris Alexander ab Alex. II. 12. et Minutolus Romae antiquae differt. ſeptima. De cloacis Lipſius in Admirandis, et Bergierius lib. 2. c. 29. De luxu et artificio veterum in pauimentis ac parietibus, confer Vitruuium VII. 1. Plinium H. N. XXXVI. 25. Marci Velſeri opera p. 397 ſq. Ioan. Ciampinum in veteribus monumentis praecipue *muſiuis* operibus et ſacrarum profanarumque aedium ſtructura, quod opus recenſetur in Actis Erud. A. 1690. p. 414. et in Ephemeridibus Parmenſibus eiusdem anni p. 109. Iacob Sponium in libro gallico: *Recherches curieuſes d'Antiquité*, differt. ſecunda, vbi de pauimento vermiculato Lugdunenſi. De pauimento Romano Ioan. Pointer, vide A. E. 1715. p. 315. ſq. Pauimentum muſiuum Praeneſtinum poſt Kircherum et Franc. Barberinum edidit illuſtrauitque Montfauconus T. IV. ſupplementi. Aliud ſingularis generis exhibetur in philoſophicis transactionibus N. 324. 351. (Beniamin Motte T. II. 2. p. 79.) aliud N. 402. A muſiuo opere diuerſa *ſectilia* pauimenta ſiue *λιθόστρωτα*, vide Graeuium ad Suetonium p. 783. et Caſaubonum ad Caeſarem Suetonii c. 46. Adde quae de muſiuis ac teſſellatis operibus (*μουσοςίκτους εἰκόνας* vocat continuator Theophanis in Conſtantino Porphyrogenito p. 181 vide et p. 90.) interpretes ad cap. 1. libri Eſther, et ad illa Caſſiodori lib. 1. Epiſt. 6. *diſcolorea cruſta marmorum gratiſſima picturarum varietate texantur.* Nazianzenus Orat. XVI. p. 248. Procopius lib. 1. de aedificiis domus Iuſtiniani cap. 10. et de bello Gothico lib. 1. cap. 24. Leo Oſtienſis

[19] In memoriis Treuoltinis A. 1708 p. 147. exſtant coniecturae R. P. de Colonia ſuper tabulis antiquis plumbeis repertis in Rhodano non procul Arelate.

fis III. 29. Io. Iac. Breitingerus ad antiqua monumenta Tigurina, tomo septimo amoenitatum litterar. p. 7. sqq. et tomo nono p. 823. sqq. Guil. Goeree in Antiquitatibus Biblicis Belgice editis, Salmasius ad Plinium p. 1214. Casaubonus ad Pescennium Spartiani, Scaliger ad Manilium lib. V. v. 513. Patauius ad Themist. pag. 575. sq. et Henninius ad Bergierium de viis Romanorum, tomo X. Graeuii 673. 680 sq. Vide etiam Claud. Barthol. Morisoti centur. I. epistol. 5. Franciscum Scorsum ad Theophanis Ceramei homiliam LV. pag. 591. sq. Valesium ad Ammian. XXVIII. pag. 528. Sirmondum ad Sidonium p. 259. vbi de *asaroticis lapillis.* Statius I. Silv. 3. 55.

nitidum referentes aere testae
Monstrauere solum, varias vbi picta per artes,
Gaudet humis, superatque nouis asarota figuris.

De vitreis quadraturis aliisque ornamentis, quibus parietes inducebantur, Salmasius ad vitam Firmi a Vopisco scriptam pag 442. sqq. qui etiam pag. 451. de parietum coloratoribus. Parietes crustis marmoreis et in modum picturae variegatis praetexti. Vide Petronium Burmanni p. 552. De musiuo opere in templis Christianorum vide Binghamum origin. Ecclesiastic. lib. 8. c. 8. §. 5. De arte constellandi et ferruminandi aurum, eingelegte Arbeit, Salmasius ad Histor. August. Petronius Burmanni p. 127. Casaubonus ad Athenaeum XI. 20. Idem et Pitiscus ad Suetonii Augustum c. 7.

XIV. De Caminis, fornacibus [20] carbonibus et scabello muliebri, quo pedes calefaciebant, consules Neocorum ad Suidam in ἀθρανος, Scholiast. Aristophanis ad Vespas v. 142. Lipsium lib. 3. Epist. ad Belgas Epist. 75. Manutium ad Ciceronis Epistolas ad familiares VII. 10. Sirmondum p. 258. ad Sidonium, Alexandrum ab Alex. III. 14. Philandri notas ad Vitruuium lib. 7. cap. 3 Etymologicum Gerh. Io. Vossii in *Caminus,* Baccium lib. 7. de thermis cap. 16 Cangii Glossarium in *Stuba.* Lindebrogium ad Ammian. XXV. 10. Museum Bremense T. 2. p. 406. De fumariis siue fumi emissariis (vulgo caminis) eorumque vsu apud veteres, Iulianum Misopogone f. 341. Octauium Ferrarium lib. I. electorum cap. 9. Auctorem libri Gallici: Caminologie, ou traité des cheminées, Diuione 1756. 8. Illis caruisse vulgares aedes contendit Burmannus p 646. sq. ad Petron. Confer Io. Clericum bibliothec. veter. et nov. T. 13. p. 57. sq. De nostrae aetatis caminis Suecicis videatur Huetius in commentario de vita sua pag. 102. Obseruationes parcendis lignorum sumtibus et securitati ab incendiis exhibet Gauierius in mechanica ignis, gallice edita, et

[20] Fornacalia farris torrendi feriae apud Romanos. Vide Boessium ad Ouidii Ibin, p. 113. et Carolum Neapolin ad fastos eiusdem Ouidii p. 85.

et germanice versa ab Antonio Henrico Horstio, Hanouerae 1715. 8. Io. Adolphi Wedelii programmata quatuor de emendatione fornacum vide in Ioan. Antonii Strubergii diario Salano Ienae 1720. 8. p. 292. sqq. De coctilibus carbonibus, titionibus et batillis, eorumque vsu vide notas ad Scriptores Historiae Augustae tomo 2. p. 91. Frid. Hofmanni Bedenken vom Dampf der Holz- und Steinkohlen T. 2. der Anweisung p. 542. sqq. Martini Schoockii de turfis siue cespitibus bituminosis librum. Interpretes ad Ezech. IV. 12, 15. Persas ligni loco vti stercore boum et camelorum notat Adamus Olearius pag. 595. itinerarii. Cespites bituminosos in carbones conuertere A. 1708 docuit Io. Carolus de Carlowitz, de quo videndus ipse in capite vltimo siluiculturae oeconomicae Lips. 1713. fol. De carbonibus fossilibus (Steinkohlen) Bochartus Parte I. hierozoici p. 328. De fornacibus Sinensium Martinius p. 38. Atlantis Sinici. De Persarum Tenuris siue foraminibus rotundis ollarum instar, quae in solo facta prunis ardentibus replent atque ita circum illa assidentes se calefaciunt, vide Adamum Olearium p. 554. itineris Persici. Modum parandi ignis et cereorum eleganter tangit Prudentius V. Cathemerini: *Incussu silicis lumina nos tamen Monstras saxigeno semine quaerere — — Pinguis quos* (ignes) *olei rare madentibus Lychnis, aut facibus pascimus aridis, Quin et fila fauis scirpea floreis Presso melle prius collita fingimus.* Chrysostomus T. VI. edit. nouae pag. 305. *tu, quum non apparet ignis, adhibes lapillum et modicum ferri, et excutis de visceribus lapilli, quantum opus est ignis.* Varios modos ignis et luminis alendi vsitatos tangit Baudelotus de Dairval T. II. de vtilitate itinerum pag. 751. Incendii restinguendi artificia recensentur in Thummigii parte quarta tentaminum Physicorum, in ephemeridibus Parisiensibus eruditis A. 1723. p. 432. et A. 1726. p. 484. Memoriis Treuoltinis A. 1725 p. 619. et 1928. sqq. Historia academiae scientiarum Parisiensis A. 1722. p. 6. Memoriis eiusd. anni p. 194. 211. Actis eruditorum 1724. p. 408. et A. 1725. p. 181. 267. De machina a Zacharia Creyl, Augustano, inuenta, confer Europäischen Niemand, XXII. p. 879. sqq. De aqua, quam inuenit Souberauius de Monteforgues, cuius ope vel acerrimus ignis restingui statim possit, vide freye Urtheile 1759. p. 408. Veterum remedia recenset Christianus Falsterus T. I. amoenitatum philologicar. serm. 53. pag. 237. sqq. Ad restinguenda incendia et olim vsi sunt siphonibus teste Plinio X. 42. epistol. et Hesychio in σίφων. Balneum XII. distinctum tholis, et vnica fornace calefactum describit Ioan. Malala Parte 2. Chronici p. 61. Andreae Baccii Elpidiani Medici libri VII. de thermis et balneis lucem viderunt Venetiis 1571. et nuper [21] addito octauo libro A. 1712.

[21] Giornale d'Italia T. VIII. p. 77.

A. 1712. Fol. ex hoc opere liber ſeptimus, qui eſt de thermis et balneis [22] veterum, recuſus legitur tomo XII. Theſauri Antiquitatum Romanarum Graeuiani, quemadmodum Io. Baptiſtae Calalii collectanea de balneis et thermis veterum occurrunt tomo IX. theſauri Gronouiani. Adde Philippum Bonannum in muſeo Kircheriano p. 161. ſqq. Laurentium Ioubertum de balneis antiquorum tomo primo theſauri Sallengriani p. 373. Octauii Ferrarii diſſertationes binas de balneis et gladiatoribus iunctim editas a Ioanne Fabricio, Helmſt. 1720. et T. V. ſylloges opuſculor. ſcientificor. et philologic. p. 443. ſqq. nec non T. III. ſupplementor. Poleni p. 295. Guil. du Choul de balneis et exercitatt. veterum et quae viri docti ad Plinii Epiſt. V. 6. et Vitruuium V. 10. Bernhardus de Montfaucon T. 3. ſupplementi antiquitatis explicatae p. 159. ſqq. vbi tab. LXII. genius lauacrorum Metelli, et p. 266. diarii Italici, Frid. Gottlieb Struuius de balneis ac balneatoribus Ien. 1704. Ioan. Chriſt. Fromanni exercitatio de balneis, Coburg. 1659. Io. Langii Epiſt. Medicinal. lib. 1. 50. ſq. Guilielmus Oliuerius in opere anglico de thermis, Londini 1707. 8. Ioachim. Kühnius in diſſertatione de lotionibus et balneis Graecorum, Argentorati 1695, et in Iulii Caroli Schlaegeri faſciculo diſſertation. rarior. de antiquitatibus pag. 161. De balneo Laconico ſiue ſudatorio praeter Meurſium in Miſcellaneis Laconicis II. 18. agit Politianus cap. 38. Miſc. Baccius lib. 7. c. 10. de thermis, cui addes Franciſci Robortelli explicationem Laconici ſiue ſudationis, quae adhuc viſitur in ruina balnearum [23] Piſanae vrbis (Florent. 1548. 8. et tomo 1. Lampadis Gruterianae p. 1397. ſq. et apud Rhodium ad Scribonium Largum pag. 103. ſq. et tomo XII. Theſauri Graeuiani p. 381.) Vide etiam ſis Henricum Noris ad cenotaphia Piſana diſſ. 3. cap. 2. et Io. Daniel. Schoepflini Alſatiam illuſtratam T. 1. pag. 538. Iconem balnearum Piſanarum, in quibus diſtinctum balneum virorum et mulierum, et leproſorum habes in diario Veneto (Giornale d' Italia) T. XI. p. 204. De balneis Pithecuſarum Camillus Eucherius de Quintiis ſingulari libro Neapoli 1726. 4. De Foroiulienſibus Lud. du Four in S. Leontio Epiſcopo et martyre Foroiulienſibus reſtituto Auenione 1638. 8. De balneis animarum Lubecenſibus exſtat Iac. a Mellen diſſertatio, Lubecae 1710. De Friburgenſibus Io. Gottfridi Leonis, Leucopetrae 1720. 1722. De thermis Tiberienſibus Io. Chriſtoph. Wichmanshauſen, Witebergae 1711. Quotidie balneis vtebantur, vnde poena grauis, quod Antiochenſium balneas concludi iuſſit Imperator Theodoſius, de quo Chryſoſtomus homilia

14.

[22] Quoniam balneas quotidie magna multitudo frequentabat, hinc in vſu fuit idola et ſimulacra Deorum ad cultum in illis collocare, cuius moris meminerunt Talmudici in tractatu Auoda Sara, Tom. 4. edit. Surenhuſ. p. 467. et 375. 380.

[23] Io. Rhodii epiſtola ad Nicol. Heinſium T. V. p. 455. ſylloges Burmannianae.

14. ad populum Antiochenum T. II. p. 149. sq. edit. nouae, et homilia 17. p. 175. d. De distinctione balnearum pro diuerso sexu agit Petauius in notis ad Epiphanium p. 56. sq. Fuere tamen etiam, in quibus vna lauarentur viri et mulieres. Vide Bandurium ad Antiquitates CPol. p. 849. Balnea promiscua siue mixta vtriusque sexus vetita, Baluzius p. 369. ad Cyprianum de habitu virginum. Beueregius ad canon. 77. Trullan. et 30. Laodicen. Solita in balneis sibi superimponi vasa tria milliaria siue mille et amplius libras aquae capientia, frigidarium, sub hoc tepidarium, et infimum cui ignes suppositus caldarium, quam rem optime illustrat vetus icon e thermis Titi, quam ex veteri collectione Veneta scriptorum de balneis et illustris Paulli Alex. Maffei collectione statuarum antiquarum habes in notis meis ad Sextum Empiricum pag. 30. et in Actis Eruditorum A. 1707. p. 388. licet aliter longe eam sibi conceperit Baccius lib. 7. cap. 9. de thermis, et in altero opere de vinis ac conuiuiis antiquorum lib. 4. pag. 178. vbi de thermopoliis. Solium balneorum cum gradibus habes apud Rhodium pag. 464. ad Scribonium, et Almeloueenium pag. 650. ad Caelium Aurelianum. Sudatorium in transactionibus philosophicis n. 360. Beniamin. Mottii epitome T. II. 2. p. 67. Amoenit. litter. tomo VII. p. 29. De balneis arenosis Acta eruditor. 1720. p. 465. ex Goelickio. Caminorum balnearum meminit Alciphron lib. 1. ep. 23. publicorum et priuatorum id. ibid. vbi vide Berglerum. De balneorum priuatorum vsu Rainoldus Dehnius ad acta martyrum SS. Cosmae et Damiani p. XXI. sqq. Balneis non vsi milites nisi aegri, vide amoenitates litterarias tomo 7. p. 67. sq. De militibus siue equitibus balnei confer Ed. Bissaei notas ad Nicol. Vptonum de studio militari p. 20 sq. et Iusti Christoph. Dithmari librum de hocce ordine Francof. 1729. fol. editum. De balneorum luxu apud veteres Seneca epistola 86. et Lipsius de magnitudine Romana III. 8. De balneariis furibus eorumque poenis Petrus Victorius VII. 17. variar. lectionum. De vnctionis in balneis vsu vide Andr. Christiani Eschenbachii diss. de vnctionibus et vnguentis. De balneorum, frictionis et vnctionis vsu ante cibum Stuckius II. 24. et 25. antiquitat. conuiual. qui de manuum pedumque ablutione etiam cap. 33. De more vngendi pedes Meursius III. 16. animaduersion. parte sec. exercitii critici p. 147. De lotionibus Hebraeorum confer Olai Celsii dissertationem Vpsal. 1727. et Ioannem Buxtorfium dissert. philologic. dissertatione octaua. De iatraliptice veterum Io. Iac. Baieri dissertatio prodiit Altorfii 1723. Strigiles veterum exponit Ioannes Battelus in antiquitatibus Rutupinis, Oxon. 1711. 8. p. 77. sqq. Alexander Adimari ad Pindarum p. 14. et Samuel Pitiscus ad Suetonii Augustum cap. 80. De magdaliis siue abstersoriis veterum, et recentium sapone Bonifacius XIV. 18. Hist. ludicrae. De mantili, siue χειρο-

μάκτρα manibus tergendis, Ioan. Morinus de ſacris ordinationibus pag. 226. De vaſe quod abluendis manibus adhibebant, idem pag. 225. 227. 235. Cangius in *χέρνιβον*, *χερνιβόξεστον* etc. De balnearum vſu etiam apud Chriſtianos, Benedictini in notis ad S. Ambroſium tomo 2. Opp. p. 22. et Paullus Maria Paciaudius in libro de ſacris Chriſtianorum balneis, Venetiis 1750. et Romae 1758. 4. De ſellarum perforatarum vſu in balneis, Rhodius p. 280. ſq. ad Scribonium Largum et Montfauconus in Diario Italico pag. 158. Sedem tamen lapideam, quam ſtercorariam [24] vulgo appellant, perforatam fuiſſe negat Ioan. Mabillonius commentario ad ordinem Romanum p. CXXI. De ſphaeriſterio exſtat Frider. Lebegott Pittſchelii diſſertatio Lipſiae 1740. De *ψυχρολουσίᾳ* veterum Ioannes Floyer balneorum frigidorum vſum commendaturus ſcripſit anglice: [25] *the Hiſtory of cold bathing, both ancient and modern in two parts. By Sir Iohn Floyer of Lichtfield, Kent, and by Edward Baynard*, Londini 1722. 8. editio quinta. Burggrauius ad Conringium de habitus corporum Germanicorum cauſſis p. 269. ſqq. et Antonius Cocchius Tomo ſecundo diſſertationum academiae Etruſcocortonenſis, pag. 193. Apud Aegyptios et Antiochiae mos olim de nocte vicos publicos accenſis lucernis illuſtrare, ita vt hodie mos fieri Hamburgi, Lipſiae, et aliis in vrbibus. Vide Libanii Antiochicum tom. 2. pag. 387. et Meurſium III. 4. animaduerſion. parte 2. exercitii critici pag. 113. ſq. Graecos et Romanos de illis cogitaſſe negat Euremontius in Euremonianis pag. 289.

XV. De ſtatuis et columnis veterum, Romanorum maxime egit ſingulari opere *Edmundus Figrelius*, Holmiae 1656. 8. de quo argumento ſcripſiſſe ſe teſtatur etiam Ioſua Barnes ad Euripidem tomo 2. p. 72. Fridericus vero Mullerus, Profeſſor Gieſſenſis, A. 1664. 4. edidit delineationem librorum XI. quos molitus eſt de ſtatuis Romanorum, et praecipue de natura ſtatuarum quibus priſci Romani bene meritos honorabant. Videnda etiam Iac. Gronouii diſſ. de imaginibus et ſtatuis Principum Lugd. Bat. 1708. Reſp. Io. Sam. Strimeſio, Franciſci Ficorini diſſertatio de columnis antiquis 8000, quae adhuc exſtant Romae, in nouis litterariis (nouuelles litteraires) T. 10. p. 514. et alia eiusdem Ficorini de tribus ſtatuis Romae 1739. repertis, in ſylloge opuſculorum ſcientific. et philologi T. XXII. p. 491. ſqq. Iuſtini Münch diſſertatio de ſtatuis veterum Romanorum, Hafniae 1714. Pulcherrima collectio ſtatuarum priſcae ac recentis aetatis aere deſcriptarum cum obſeruationibus laudati Maffei Rom. 1704. fol. Giornale di Letterati d'Italia T. XV. p. 351. ſqq. De

[24] Vide Riueti Opera T. 3. p. 587.
[25] Vitrekſels 1703. p. 509. Acta eruditor. 1704. p. 180.

De *Lemei* tractatu de ſtatuis Gallice edito Pariſ. 1688. 12. vide Hiſtoriam Operum eruditor. 1688. menſe Iunio p. 178. Antonii Ferri Bitectenſis, commentatio de XII. ſtatuis templi Cumani in ruderibus deſtructarum Cumarum inuentis, Neapoli 1606. Italice, et V. C. Sigeberto Hauercampo interprete T. IX. theſauri Italiae parte 4. Caroli Ancillonii Diſcours ſur la ſtatue equeſtre de Frederic Guillaume, erigée ſur le pont neuf à Berlin 1703. fol. Georgii Gottlieb Boerneri libellus de ſtatuis Achilleis, Lipſiae 1759. 4. Samuel. Schmidii epiſtola de ſtatua antiqua Hermaphroditi, quae exſtat tomo ſecundo Excerptorum totius Italicae nec non Helueticae litteraturae pro anno 1758. pag. 282. Raiſſantii diſſertatio de ſtatuis, quae exhibetur in ephemeridibus eruditis A. 1686. p. 193. Boſei diſſ. de ſtatuis, inſcriptionibus, numis, coronis et aliis praemiis atque remunerationibus virtutis ac meritorum apud veteres, Memoriae Treuoltinae A. 1706. p. 490. ſq. et Works of the Learned 1706. p. 203. ſqq. De ſtatuis Iuſtiniani, Ludouici XIII. XIV. Henrici IV. etc. Boiuinus ad Gregoram pag. 766. De ſtatuis Magicis, Stephanius p. 50. ad Saxonem Gramm. et quae de Teraphim atque Taliſmanibus ſupradicere me memini. De ſimulacris veterum Romanorum agit Franc. Maria Bonada Tomo primo carminum ex antiquis lapidibus illuſtratorum diſſertatione prima. De Hermis Benedictus Aueranius diſſertatione 46. in Thucydidem, Iacob. Sponius in libro Gallico ſaepius laudato: Recherches curieuſes d'antiquité pag. 98. ſqq. Io. Nicolai in diatriba de Mercuriis et Hermis, Francof. 1701. 12. et Octauianus Buonaecorſi in epiſtola italica ad academiam Etruſcocortonenſem de vera imagine Epicuri Romae reperta, Romae 1744. 4. De imaginibus quae in atrio a Romanis collocabantur, vide Petauium ad Syneſium p. 27. ſq. et Ioan. Schlemmii diſſertat. de imaginibus veterum atrienſibus, praeliminaribus, cubicularibus, Ienae 1664.

XVI. *Vtenſilia*, inſtrumentum [26] omne et ſupellectilem veterum exponunt viri docti ad Martialis Apophoreta, Io. Smetius in Antiquitatibus Nouiomagenſibus et Laur. Begerus Tomo vltimo theſauri Brandenburgici in quibus varia exhibent vaſa, bullas, armillas, fibulas, annulos, claues, teſſeras. R. Ainſworthus et Ioannes Wardus in monumentis vetuſtis Kempianis, Londini 1720. 8. Laurentius Philippus Roſſius in libro italico: *Raccolti di vaſi formati da illuſtri arteſici Antichi*, Romae 1713. fol. Michael Angelus Cauſſeus in diſſertatione de vaſis, bullis, armillis etc. recuſa tomo XII. theſauri Graeuiani p. 949. Philippus Bonarotta in *Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi di vetro, ornati di figure, trovati ne cimeterii di Roma*, Florentiae 1716. 4.

[26] *Seruice, miniſterium.* Vide Cangium gloſſar. et Menardum p. 200. ad Gregorii librum Sacramentorum.

Alexander Wilhelmius in dissertatione de phiala reliquiarum Stae Agathae, vbi de veterum lenticulis, ampullis, lagunculis: Carolus Errardus, pictor Regius, in vasis antiquis, aliisque veterum rebus aeri incisis et Reginae Christinae dicatis, Paris. fol. Lazarus Baysius de vasculis, siue animaduersionibus in Titulum Digestorum de auro et argento legato, quae recusae sunt tom. IX. Thesauri Gronov. vbi etiam ex Casalio nonnulla repetuntur de insignibus, anulis, fibulis etc. de quibus postremis praecipue videndus Io. Rhodius in libro de Acia Celsi. Quaenam supellectilis nomine comprehenderint veteres ICti Romani, docet Alex. et Alexandro lib. I. genial. dierum. c. 19. De poculis, lagenis, labris et focis mensurisque veterum Hebraeorum Rev. *Dassouius* in diss. A. 1696. vulgata ad titulum Talmudicum *Celim*, de vasis, qui extat tomo VI. Mishnae Surenhusianae. De poculis Iudaeorum multo cum lectionis et doctrinae apparatu agit Thom. Gatakerus Opp. T. I. p. 442. De poculo benedictionis D. G. Wernerus singulari dissertatione Ienae 1718. De Romanorum veterum poculis praeter auctores supra pag. 877. laudatos Elias Amatus in *Lettera de Büchieri dell' Antichita in su le mense*, parte secunda eius epistolar. italice editarum Genuae 1715. 4. p. 285. Iosephus Lanzonius in *Lettera, in cui cercasi se anticamente il Coppiere, portaua il biochiere in mano* etc. quae exstat T. II. parte XII. diarii italici, Galleria di Minerua, pag. 385. sqq. auctor anonymus dissertationis de cratere veterum, quae legitur tomo XII. historiae criticae reipubl litterariae pag. 273. sqq. De poculis et vasis murrhinis Guil. Stuckius III. 12. sq. Nicol. Guiberti diss. de murrhinis [27] vasis (ex onyche vide Io. Henr. Eggelingii Mysteria Cereris et Bacchi p. 6. sq) Francof. 1597. 8. et Ioan. Frid. Christii dissertatio de murinis veterum, Lips. 1743. De cratere aspersionis Io. Bapt. Passerius in A. F. Gorii symbolis litterariis volum. VI. p. 29. sqq. Amphora vinaria Romana, octo congios continens, e Ioan. Bapt. Donii inscriptionibus antiquis, ab Antonio Franc. Gorio editis, exhibetur in Actis eruditorum A. 1736. pag. 8. Poculum pretiosum sapphirinum describit Theodorus Prodromus IV. p. 169. sqq. De tripode de poculo, poculo ansato in certamine Homeri et Hesiodi videatur Heumannus actor. philosoph. parte X. pag. 508. sq. De poculis astriferis veterum agitur volum. III. [28] thesauri gemmarum antiquarum astriferarum. De poculis Grammaticis, siue iis, in quibus deorum imaginibus, quae iis in poculis expressae erant, litterarum elementa certaeque dictiones erant additae vide Io. Georg. Bidermannum parte prima otiorum varii argumenti p. 208. sqq. Pocula Σελευκίδες, Αντιγονίδες, Προυσιάδες, vide Athenaeum atque Edmundi Chishull antiquitates asiaticas T. I.

[27] Porcellanis ea, confert Salmasius p. 203. ad Solin.
[28] Acta Eruditor. 1755. p. 617.

T. I. p. 94. Poculorum loco crania adhibita sunt humana, vide Salmasium ad Solinum p. 192. et Keyslerum pag. 363. antiquitatum septentrionalium. De colis vinariis veterum Philippus Venutus parte prima sylloges differt. Acad. Cortonensis pag. 81. Videndus etiam Ioannes Doughteius de calicibus Eucharisticis, cum mantissa Ioannes Faës τοῦ μακαρίτου, Brem. 1694. 8. quo in libro de variis poculorum generibus differitur et Ioannes Bona rerum liturgicarum lib. 1. cap. 25. De doliis figulinis et sigillis quibus signata, vide Montfauconi Palaeographiam p. 168. et Andream Baccium lib. 1. de Vinis cap. 31. De armis veterum conuiualibus siue cultris et cochlearibus vide Baruffaldi schediasma recusum T. III. thesauri Sallengriani p. 737. Cochleare acuto stilo praeditum, ex quo Plinii, Pollucis et Martialis loca insigniter illustrantur, vide in Ioannis Battelii antiquitatibus Rutupinis pag. 83. Cochlearia lignea Gregorio VII. dono misit Petrus Damiani. Confer Leibnitii otium Hanoueranum pag. 205. Instrumenta antiqua rustica idem Montfauconus pag. 3. ex veteri codice Scholiastae Hesiodi exhibet, quae minus accurate in quibusdam Hesiodi editionibus et in Gesneri historia animalium traduntur. Instrumenta fabrilia in Inscriptionibus Gruteri p. 644. Teraphim Labanis Maimonides de horologio interpretatur. Vide Buxtorfii Lexicon Rabbinicum p. 2663. De horologiis veterum, (ὡρονόμια vocat Alex. Aphrodis. I. 95. problem.) aquariis, siue Clepsydris, aliisque et solaribus consules interpretes ad 4. Regg. XX. 11. Es. XXXVIII. 8. Cassiodorum lib. 1. Variarum Epist. 45. Kircherum in arte magna lucis et vmbrae p. 156. sq. et tomo 2. Oedipi p. 338. sq. Salmas. ad Solin. p. 634. edit. Paris. et 647. sq. Laurentii Polymathiae lib. 1. diss. 13. lib. 2. diss. 16. Ioan. Bonam de diuina Psalmodia c. 3. Petrum Fabrum II. 25. semestrium, Franciscum Polletum historia fori Romani lib. 1. c. 9. vbi de ad clepsydram dicentibus. Balforeum ad Cleomedem p. 144. Bandurium p. 857 ad Antiquitates CPol. Carolum du Fresne in glossario voce *Horologium nocturnum* et in CPoli Christiana p. 74. Cassiodorum lib. 1. var. epistol. 45. et c. 30. de institut. diuinarum litterarum. Plinium lib. VII. H. N. cap. 60. Rycquium cap. 34. de capitolio. Aloysium Nouarinum V. 14. schediasmat. Perraultum et alios viros doctos ad Vitruuium IX. 9. Allatium de mensura temporum cap. 6. et 7. Io. Gottl. Carpzouium in annotationibus ad Goodwinum p. 351. Anthologiam Epigr. IV. 34. p. 519. sqq. Bandurium pag. 857. antiquitat. CPolitanarum. Crenii Animaduers. XI. p. 169. sqq. Sallierii disquisitionem de origine horologiorum, quae exstat tomo V. memoriarum academiae Inscriptionum p. 194. sqq. sed confer quoque Memorias Treuoltinas A. 1725. p. 757. sqq. vbi refellitur. Menagiana T. IV. p. 219. vbi etiam de horologio, quod ad Carolum M. dono misit Persarum rex, de quo etiam Albericus trium fontium

monachus

monachus ad A. C. 807. pag. 151. et Iuo Carnotensis in chronico T. 2. Opp. p. 307. Ioannem d'Espagne lib. V. errorum popularium cap. 18. vbi reprehendit pictores, Hieronymum cum libris et horologio fingentes. Iacobi Alexandri Traité general des horloges, Paris. 1734. 4. De origine horologiorum rotatorum eorumque, quae strepitu sonoro distantes admonent vide Noua litteraria Francofurtensia (Frankfurtische gelehrte Zeitungen 1758. p. 556.) ex Georgii Lud. Hambergeri disquisitione. De horologio oscillatorio *Christiani Hugenii* vide diarium italicum Giornale de letterati di Roma 1674. pag. 149. *Leibnitii* transactiones philosophicas n. 113. p. 285. *Rob. Hookii* easd. transact. n. 118. p. 440. De horologio aqueo Timothei Langloi ephemerides erudit. Parisienses 1692. p. 351. De Henrici Sullii horologiis marinis accuratissimis et agitatione nauium non alterandis confer Bibliothecam Gallicam A. 1726. mense Septembri p. 151. sqq. et ephemerides eruditas Parisienses A. 1726. mense Decembri p. 471. Horometrum caeleste mantuanum minuta secunda etiam indicans describitur in diario eruditorum Italiae T. 32. p. 433. Mariae Benedicti Castronii horographia vniuersalis sciateriorum prodiit Panormi 1728. fol. De solariis exstat erudita commentatio Io. Aug. Ernesti, Lips. 1744. De recentium inuentis ad horologia perficienda facientibus agunt Christ. Wolfius praefat. ad Io. Georg. Leutmanni vollständige Nachricht von Uhren, Halae 1718. 8. H. Sully in libro edito Parisiis 1717. 12. cui titulus: *Regle artificielle du tems.* Auctor libri Anglice editi Londini 1700. *the artificial clockmaker*, qui non dubitat, artem illam veteribus innotuisse, sed interiecto tempore perditam a Germanis postliminio restitutam esse. Historiam horologiorum habes in Guil. Derhami libro de arte conficiendorum horologiorum anglice edito, de quo vide ephemerides eruditas Parisienses A. 1731. mense Decembri pag. 438. Clepsydrae veteris rationem (Talmudicis משפך vide Buxtorf. p. 2495. Lexici Talmud) exponit Petauius ad Synesium p. 21. Daniel Petermannus in dissertationibus duabus de clepsydris veterum, Lipsiae 1672. et Georg. Clemens Draudius in commentatione de clepsydris veterum, Gissae 1731. De modo veterum dicendi ad clepsydram Petri Ekermanni dissertatio prodiit Vpsaliae 1741. 4. Vide et Portam XIX. 4. magiae naturalis, et Paullum Mariam Terzagium in Museo Septaliano p. 10. sqq. De Sinensium *Culeu* siue turri horaria Martinus Martinius in Atlante Sinico p. 12. *Ad hanc saepe praefecti conuiuia celebraturi conueniunt: in ea aquea clepsydra horas docet, siquidem ex vno vase in alind aqua effluens tabellam in qua horarum ac temporum notae, sursum attollit: est qui eam ibidem obseruet, et ad horas singulas ingentis tympani pulsu signum det, simulque extra turrim tabellam cum diei hora cubitali charactere exaratam exponat.* De buccinatoribus, qui horam indicarent, adi Petronium clarissimi Burmanni

pag.

pag. 93. et Io. Georg. Altmanni dissertationem de buccinatore vel cornicine stationario Hierosolymis a Petro in aedibus Pontificis audito, quae exstat tomo quarto Tempe Heluetic. pag. 1. sqq. De horis confer Sirmondum tomo 1. Opp. p. 894. sq. 937. et Chronologos, Scaligerum, Petauium, Strauchium aliosque. *Perspicilla* veteribus incognita, aut si illis innotuerint, perdita iterum et paullo ante A. C. 1300. nouo studio reperta esse obseruat Franciscus Redi in epistola de hoc argumento ad Paullum Falconerium T. II. Opp. Venetiis 1712. 8. Epistola illa legitur etiam in Iacobi Sponii Recherches curieuses d'Antiquité, dissertatione XVI. Cum Redio ex parte consentit Dominicus Maria Manni in disquisitione de perspicillorum inuentione, quae exstat T. IV. sylloges opusculor. scientific. et philologic. p. 37. sqq. et germanice versa parte septima armarii vniuersalis pag. 1. sqq. Is enim ostendit, gloriam huius inuenti tribuendam esse Saluino degli Armati, Nobili Florentino, a quo A. C. 1280. perspicilla sint reperta. Sed Cangius e Poeta graeco obseruat, perspicilla iam circa A. C. 1150. in vsu fuisse. Sunt, qui ex loco quodam Prochodromi id probare contendant; ast auctores relationum fide dignarum de praesenti rei litterariae conditione (zuverläßige Nachrichten) parte ducentesima secunda pag. 777. ostendunt, voce ὑελίου, quam vrgent huius sententiae patroni, loco isto non perspicillum sed vrinale denotari.

De *velorum* vsu apud veteres dissertatio Iosephi Lanzani, Medici Ferrariensis, inserta est museo Mineruae Venetae tom. 1. p. 353. sq. De velorum vsu in templis praecipue agit Rosweidus p. 849. sq. ad Paullinum. De tapetibus Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 528. et ad Iuliani Caesares p. 334. De sipario Quinctiliani I. O. VI. 3. 72. Celeberrimus Io. Matt. Gesnerus Opuscul. T. 1. p. 85. sqq. et Franc. Carol. Conradi miscell. Lips. nov. Vol. 4. p. 514. De clauulari cursu Lindebrogius et Valesius ad Ammiani XX. 4. De *vehiculis* antiquorum Henrici Norisii praelectio Pisana de re vehiculari T. 4. Opp. p. 617. sqq. diatriba Pyrrhi Ligorii ex libris eius de familiis Romanis excerpta prodiit ad calcem librorum duorum Ioannis Schefferi, quibus de omni re vehiculari veterum copiosae obseruationes continentur, Franc. 1671. 4. et tomo V. supplement. Poleni p. 1045. Confer Meursium de luxu Rom. c. 11. De thensis Felix Osius in thesauro antiquitatum Italiae Graeuiano tomo 3. p. 1063. et Bandurius T. 1. numismatum p. 32. Thensa ἀπήνη, vehiculum siue vectabulum sacrum, quo exuuiae siue imagines deorum ludicris Circensibus in circum ad puluinar vehuntur. Festus. Valentini Paschalis, Vtinensis, Poema, *currus*, Bracciani 1637. 4. ridet eos, qui cum iactura rei familiaris sublimes curribus vehuntur, quum possent commode pedibus per publicum incedere. Video viros doctissimos Scheferum p. 326. et Georg. Henr. Vrsinum cap. 2.

obſeruationum philologic. ambiguos eſſe de etymologia *carri*, qui vtique videtur dictus eſſe a quatuor rotis quaſi *quadrus* et *quarrus*, vt eſt apud Stephanum Tornacenſem epiſt. 229. Venantius Fortunatus III. Carm. 22. T. X. biblioth. Patrum p. 544. F.

Curriculi genus eſt memorat quod Gallia rhedam
Molliter incedens orbita ſulcat humum.
Exiliens duplici biiugo volat axe citato
Atque mouet rapidas iuncta quadriga rotas.

De *clauibus* veterum Lipſius ad Tacitum videndus, Caſaubonus ad Aeneam Tacticum, Salmaſius ad Solinum p. 931. ſq. Kirchmannus libro de annulis, Begerus theſaur. Brandenburg. T. 3. p. 423. Moſcardi muſeum p. 411. Philippi Bonanni muſeum Kircherianum claſſe V. tab. 4. n. 3. ſqq. D. Caſpar Zieglerus diſſert. de iure clauium p. 702. ſq. diſſert. ſelectar. Molinus diſſertat. de clauibus, Vpſal. 1684. 8. et T. 3. theſauri Sallengriani p. 789. ſqq. Chriſt. Gottl. Schwarzii diſſert. de diis clauigeris, Altorfii 1728. Chr. Henr. Zeibichius in diſſert. de Chriſto vero Deo κλειδουχῳ, Witeberg. 1741. Petr. Weſſelingius obſeruat. lib. 1. cap. 3. inprimis vero liber Ioannis Faës de clauibus veterum ineditus. De clauibus falcatis Huetius ad Manilium pag. 8. De clauibus Druidum Iacobus Martinius tomo 1. cap. vltimo de religione veterum Gallorum. De clauibus, ſymbolo ſcientiae, potentiae, iurisdictionis Theophilus Raynaudus in corona aurea Pontificis praenotione quarta, et Philippus Bonanni in numiſmatibus Pontificum Tom. 1. pag. 234. ſq. et 252. De claue cognitionis Luc. XI. 52. Io. Henr. Maius ſelect. exercit. T. 1. p. 147. ſqq. Ioan. Marckius exercit. exegetic. p. 591. Iac. Elſnerus T. 1. obſeruat. p. 228. Doctorum ſymbolum clauis cum pugillaribus M. Ern. Frid. Cobii progr. Witeb. 1728. Claues ſuper humerum geſtatae Ieſ. IX. 6. XXII. 22. Apoc. III. 18. Biblioth. Bremenſ. T. 6. p. 824. 935. et 940. Lakemacheri obſeruationes parte 3. p. 337. ſq. Huetiana p. 233. Huetius demonſtrat. Euangel. p. 487. edit. Pariſ. 1679. fol. Ezech. Spanhemius pag. 695. ad Callimachum. Clauium oblatio ſymbolum obſequii, Acta eruditor. 1731. p. 496. e Montfaucono. De claui S. Petri Acta Sanctor. Tom. 5. Iun. p. 453. De claue Papini Noua reipubl. litterariae 1699. p. 653. 1700. p. 504. De *ſeris*, *peſſulis* et *obicibus* Iſaacus Caſaubonus ad Aeneam Tacticum, Salmaſius ad Solinum p. 649. ſq. et Caſp. Sagittarius de ianuis veterum, cap. 14. vbi etiam de clauibus cap. 15. De *ſpeculis* ex auro, argento, aere Plinius H. N. XXXIII. 9. et XXXIV. 17. Ezech. Spanhemius p. 544. ſq. ad Callimachum. Io. Meurſius lib. 2. animaduerſ. c. 6. parte 2. exercit. critici, p. 75. ſqq. Menardus vol. 23. hiſtoriae Academiae

demiae Inſcriptionum et Paullus Theodor. Carpouius diſſertat. ſecunda ad Deut. XXII. 5. Roſtochii 1752. Sunt etiam, qui chalybeorum ſpeculorum mentionem fieri obſeruent Exodi XXXVIII. 8. Vide acta Eruditorum 1714. p. 205. Andr. Dan. Habichorſtii et Ioan. Munſteri diſſert. de mulieribus Zobeoth. Roſt. 1688. et Aboae 1712. Vſus metallicorum ſpeculorum exoleſcere coepit ſaeculo XV. ex quo cryſtallina vitreaque vbique frequentata ſunt. Nicephorus Gregoras ad Syneſium p. 419. εἰσὶ καὶ ἐξ ὑέλων κάτοπτρα, καὶ ἐκ σιδήρου καὶ ἐξ ἄλλης ὕλης. Speculorum vſu viris interdicunt Rabbini, vide Dauid. Millii diſſert. ſelectas pag. 224. edit. ſecundae. Eorum vſum defendit Apuleius in Apologia, Seneca natur. quaeſt. c. 17. et Phaedrus III. 8. De eorum apud veteres vſu vide Montfauconum T. 3. ſupplementi p. 54. ſq. De *vmbella* confer Paulli Mariae Pacciaudi σκιαδιοφέρημα, ſiue de vmbellae geſtatione commentarium, Romae 1753. 4. De *cereorum* vſu Voſſius IV. 29. de idololatria et laudatus Io. Faës libro Helmſtadii 1718. 4. edito de cereis paſchalibus. De origine et inſtitutione benedictionis candelarum vel cereorum in feſtiuitate purificationis Mariae agit Angelus Rocca in theſauro antiquitatum ſacr. T. 1. p. 214. ſq. De *coloribus* et quomodo apud Graecos ac Latinos appellarentur, librum promittit Salmaſius pag. 109. Epiſt. videndusque interim Antonius Thyleſius libello de coloribus, recuſo tomo IX. theſauri Antiquitatt. Graecarum.

XVII. De *vita priuata* Romanorum et quomodo viri honeſti diem ſoliti ſint tranſigere, diſſertationes duas Io. Bapt. Couturii inſertas habes Memoriis Treuoltinis A. 1708. Iul. pag. 1158. ſq. et Anno 1709. Auguſt. pag. 1418. ſq. quarum priore horas diei ante meridiem, altera pomeridianas perſequitur. Duabus illis tertiam eiusdem Couturii de ieiunio, coena et prandio adiunctam habes in tomo ſecundo memoriarum academiae Inſcriptionum pag. 422. ſqq. De cura domeſtica Romanorum diſſertationes quatuor B. Philippi Ludouici Hannekenii tunc admodum iuuenis, poſtea inter Theologos noſtros nomen haud obſcurum conſequuti prodierunt Gieſſae 1669. 4. et tomo primo theſauri Sallengriani pag. 1243. ſqq. quarum prima eſt de ritibus quibusdam nuptialibus et veſtibus priuatorum: altera de ſeruis et conuiuiis, tertia de liberis eorumque cura et veſtitu: quarta denique de bonis et facultatibus, agris, pecunia et cenſu. De venuſta apud antiquos humanitate, quam ciuilitatem vocant, Io. Matth. Geſnerus V. C. quatuor proluſiones edidit Lipſiae 1732. ſq. Adde Io. Franc. Simonis diſſertationem de eodem argumento in hiſtoria academiae Inſcriptionum tomo primo p. 83. ſq. et Gedoinii diſſertationem de vrbanitate Romanorum, tomo octauo memoriarum academiae Inſcriptionum p. 327. ſqq.

et in eius opuſculis gallice editis Pariſiis 1745. 8. p. 171. ſqq. De *ruſticatione* et *villis* veterum commentariolus Georgii Greenii qui poſtea glorioſiſſ. memoriae Electori Saxoniae Ioan. Georgio III. a ſacris fuit, vidit lucem Lipſiae A. 1667. 12. et in T. 1. theſauri Sallengriani p. 689. ſqq. cui iungenda quae de conuiuiis ruſticis Stuckius lib. 1. cap. 23. Antiquitatum Conuiualium. Conferatur quoque de hoc argumento Petri Ekermanni diſſertatio de ruſticatione veter. Romanor. Vpſal. 1740. Wolfg. Ad. Schroenii tractatus de rebus ruſticis et oeconomicis, Erfordiae 1735. 8. Chriſtiani Schoettgenii antiquitates triturae et fulloniae, Vltrai. 1727. 8. Roberti Caſtelli, architecti, opus ſplendidum: the [29] Villas of the ancients illuſtrated. Londini 1728. fol. et Ioan. Frid. Chriſtii villaticum, Lipſiae 1746. 8. vbi in excurſibus ſubiunctis erudite, vt ſolet, Chriſtius de partibus villarum et hortis veterum commentatur. Adde Caroli Stephani libellum de cultu hortorum ex antiquorum ſententia cum libro de re hortenſi, Pariſiis 1539. Rei agrariae auctores legesque cura Wilh. Goeſii, Amſtelod. 1674. 4. De horreis exſtat A. G. Pagenſtecheri diſſertatio de iure horreorum, Duisburgi 1745. et Lemgov. 1749. 8. De paſtoribus ſeu re paſtoritia veterum ad Geneſ. XLVII. 3, 4. Laurentii Ioannis Wallii diſſertatio prodiit Aboae 1703. 8. De *ſalutationibus* veterum praeter Alexandrum ab Alex. II. 19. et eundem Stuckium II. 31. ſq. ac diſſertationes Chriſt. Guibelii de ſalutatione, Ienae 1675. Andreae Goelingii de ratione ſalutandi ad morem veterum, Vpſal. 1697. et Ioan. Henningii de ſalutationum ritibus Magdeb. 1679. ſingulari libro erudite egit Ioan. Iacobus Claudius, Vltrai. 1702. 12. De illa quae detecto capite fit, videndus etiam Ioan. Guil. Bergerus de ritu caput operiendi in ſacris p. 46. ſq. De ſalutationum matutinarum ambitione videatur Baluzius p. 22. ad epiſtol. Cypriani. Io. Mich. Heuſingeri diſſertatio de ſalutationibus Romanorum matutinis ad Plinii III. epiſt. 12. Iſenaci 1740. et Petri Ekermanni diſſertatio officioſum *Aue* Romanorum leuiter adumbrans, Vpſal. 1745. Adde Chriſt. Gottl. Schwarzii diſſert. de affectatione apud veteres Romanos vſitata, Altorfii 1722. Romani, in primis ii, qui officium publicum ambiebant, vt quemque ſuo nomine ſalutando appellare poſſent, nomenclatores habebant, de quibus praeter Grübelium diſſ. citat. cap. 2. Barthius aduerſar. lib. 52. c. 10. Sigonius de iudiciis lib. 2. c. 30. Preuotius de magiſtr. Rom. c. 5. Kobierzyck. de luxu II. 2. et Pignorius atque Popma de ſeruis. De ſalutantium aliisque *oſculis* omnis generis copioſe egit Martinus Kempius opere de oſculis, diſtincto in diſſertationes XXV. editoque Francof. 1680. 4. cui addendus Lipſius II. 6. electorum. Iacobus Herrenſchmidius in Oſculologia Witeberg. 1630. 12. et Ioan. Frid. Hekelii libellus de

[29] Acta Eruditorum 1731. p. 109.

de oſculis, Chemnitii 1675. 12. et iungendae diſſertationes Paulli Fr. Romani, Lipſ. 1664. Georg. Goezii de oſculo, Ienae 1670. Ioan. Ioach. Zentgrauii de modo ſalutandi oſculo, Argentorati 1685. Georg. Rittershuſii de oſculis, Francof. ad Viadrum 1689. Alberti Spenſenii, Aboae 1705. 8. Io. Lomeieri, quae exſtat pag. 328. eius dierum genialium. Conr. Sam. Schurzfleiſchii de ritu ſalutandi per oſculum in eius differt. philolog. Lipſiae 1700. 4. Oſculorum per digitos miſſorum mentio fit apud Dionem pag. 731. C. (1055. R.) De ritu oſculis explorandi Romanarum mulierum abſtinentiam a vino lege Romuli ſancitam Carol. Gunther Ludouici diſſertationem edidit Lipſiae 1733. De oſculo manuum vide Henrici Morini diſſertationem tomo ſecundo academiae Inſcriptionum pag. 104. ſqq. De oſculo pedum Pontificis Matthias Zimmermannus in montibus pietatis pag. 373. Iudaei ad Pontificem admiſſi non pedem, ſed veſtigium pedis et terram oſculantur, vide Io. Iac. Schudtium T. I. memorabilium Iudaicorum pag. 242. Non ſolos Pontifices Romanos, ſed alios etiam aliarum eccleſiarum praeſules illuſtresque laicos per genuflexionem pedumque oſculum ſalutatos docet Dauid Blondellus de Papa femina p. 123. ſq. Sic et magni Marabuſii Nigritarum apud Labatum T. IV. Africae pag. 172. De oſculo Magnificentiae apud Iudaeos Regi dari ſolito, B. Carpzouius ad Schickardi ius Regium Hebraeorum pag. 76. Scacchus in Myrothecio tertio cap. 35. qui p. 970. manus etiam oſculo contactas notat. Vide et de oſculis Iudaeorum laudatum Carpzouium notis ad librum Ruth pag. 128. ſq. et Ioan. Gottl. Carpzouium ad Goodwinum p. 362. et de oſculis Chriſtianorum veterum Tob. Pfannerum II. 3. Obſeruationum Eccleſiaſticarum. Grotium ad Rom. XVI. 16. Binghamum lib. 12. cap. 4. §. 5. Petrum Müllerum de oſculo ſancto, Ienae 1675. et 1718. et Ioannis Gottfriedi Langii commentationem germanicam de oſculo pacis veterum Chriſtianorum, Lipſiae 1747. 4. De oſculo religioſo Matthaeum Brouerium de Niedeck, libro de veterum adorationibus, capite 25. Allatium p. 378. de conſenſu et Ioan. Frontonis differt. de cultu ſanctorum. De vita priuata et cura domeſtica veterum Germanorum vide Cleffelii antiquitates cap. X.

De *Corporibus* ſiue *Collegiis Opificum*, vt aurariorum, argentariorum aliorumque corporatorum ſocietatibus et contuberniis, quorum in antiquis inſcriptionibus non rara mentio, videndus Sponius in miſcellaneis eruditae antiquitatis, Reineſius in epiſtolis ad Hofmannum pag. 539. Gruterus et idem Reineſius Inſcriptionum ſyntagmate claſſe decima, Briſſonius lib. 1. antiquitatum iuris cap. 14. Golzii theſaurus rei antiquariae p. 185. Lazius XII. 4. de republica Romana. Onufrius antiquit. Veronenſ. p. 54. 6. et p. 79. ſqq. Guido Pancirollus de corporibus artificum. Hadr. Beierus de collegiis opificum,

Ienae 1688. et cum notis Frid. Gottl. Struuii ac praefatione Ioan. Guil. de Goebel, Helmſtad. 1727. 4. Ioan. Gottl. Heineccius de collegiis et corporibus artificum, Halae 1723. 4. et in eius ſylloge varior. opuſculorum p. 378. ſqq. Ioan. Fileſacus electorum lib. 2. p. 391. ſqq. Chriſt. Gottl. Schwarzius in diſſertat. de collegio Vtriculariorum, Altorfii 1714. et in eius miſcellaneis politioris humanitatis p. 27. ſqq. Idem in diſſertatione de Butigularibus praecipue iis, qui olim Norimbergae floruerunt, Altorfii 1723. De collegiis fabrorum, et dendrophorum Sponius in recherches curieuſes d'antiquité diſſert. 23. p. 344. ſqq. Acta Eruditor. 1729. p. 184. 1730. p. 68. Iuſtus Fontaninus lib. 2. de Hortae antiquitatibus cap. 5. De fabricenſibus Dodwellus ad inſcriptionem veterem Iulii Vitalis. De collegio Centomanorum idem Sponius ibid. p. 347. De collegio lignariorum p. 350. De collegio magno larum et imaginum ſub Deo Siluano, quod deorum Imperatorumque imagines, quae in exercitibus ferebantur, ſeruauit Raphael Fabrettus ad inſcriptiones p. 447. et ad columnam Traiani pag. 205. De collegii magni ſcriba Montfauconus T. V. ſupplementi p. 83. ſq. De corpore piſtorum vide quae notantur ad vetus marmor Comitis Marſilii, in quo votum conſecratum Cereri, ad calcem hiſtoriae inſtituti Bononienſis, editae gallice a Liminerio p. 228. ſqq. De piſtrinorum et catabolenſium collegiis Cuiacius obſerv. XVI. 5. De argentariis exſtat Io. Gottfr. Sieberi diſſertatio Lipſiae 1737. De *curſu publico* et *vehiculatione* Bergierius fuſe agit IV. 4. ſqq. de publicis Romanorum viis. Gutherius de officiis domus Auguſtae III. 14. ſq. Ezech. Spanhemius de vſu numiſmatum pag. 800. ſq. Pancirollus ad notitiam imperii cap. 6. Valeſius notis ad Socratem pag. 40. Balth. Stolbergius in diſſert. de angariis veterum, Witeberg. 1680. pag. 149. ſq. Scriptor gallus Mr. le Quien de la Neufville de l'origine des Poſtes chez les anciens et les modernes, Pariſ. 1708. 12. et auctiore editione Pariſiis 1730. 12. vbi etiam conſtitutiones omnes in Gallia promulgatae a primo curſu publico inſtituto a Ludouico XI. 19. Iunii A. 1464. Ramireſius de Prado pentecontarch. cap. 15. Mariſotus centur. 1. epiſtola 6. Franc. Colleſchius in libro italice edito de curſoribus publicis antiquorum, Florentiae 1746. et diſſertationes Herm. Wittii, Witeb. 1692. et Dan. Guil. Molleri, Altorfii 1696. De Hemerodromis et curſoribus Alexander ab Alexandro lib. 1. c. 27. et Lipſius centur. III. epiſt. 59. De tabellariis Pignorius de ſeruis, et Popma de operis ſeruorum, T. III. theſauri Poleniani pag. 1203, 1222. 1233, 1343. De tabellariis in veteri eccleſia Kochius de legatis eccleſiae p. 38, 14. De animalibus tabellariis Cyprianus hiſtor. animalium p. 1269. Henninius T. X. theſauri Graeuiani p. 235. et Camerarius hor. ſubceſiv. C. 1. p. 383. De columbis et cornicibus litteras perferentibus Alexander ab Alexandro

dro et Lipſius locis citatis, Lipſius etiam II. 5. Saturnalium, et obſeruationes miſcellan. T. 3. p. 97. ſqq. De *euectionibus* ſiue indulgentiis euehendi Bergierus IV. 15. et 16. Cangii gloſſarium in *tractoriae*, *combinae*, *euectiones*, Meurſius et Suicerus in τϱακτωϱεία, et Ioan. Reichius de diplomatibus tractoriis, Regiomonti 1678. De *epiſtolis laureatis* Io. Guil. Bergeri diſſertatio prodiit Witeb. 1711. De *litteris clandeſtinis* veterum Porta lib. 1. de occultis litterarum notis c. 12. De *ſcytala Laconica* vide quae viri docti ad Auſon. epiſtol. 23. Gellium XVII. 9. et diſſertationes Dan. Guil. Molleri, Altorfii 1695. et Lud. Chriſt. Crellii Lipſiae 1697. De ritu obſignandi et reſignandi litteras apud Romanos Franc. Bernh. Sperl commentatio prodiit Erlangae 1744. 4. De omni genere *Epiſtolarum eccleſiaſticarum* apud veteres Chriſtianos videndus *Franciſcus Bernardinus Ferrarius* libris III. Mediolani 1613. 8. et curante B. Gebh. Theod. Meiero, Helmſt. 1678. 4. *Philippus Priorius* libro de epiſtolis canonicis cum appendice de tractoriis et Synodicis, Pariſiis 1675. 8. *Pompeius Sarnelli* in epiſtolis eccleſiaſticis, epiſtola prima. *Franc. Dominicus Bencinus* in diſſertationibus quinque de litteris encyclicis, Turini 1728. 4. *Iac. Goetten* lib. 1. Obſeruationum capite vltimo. *Io. Rudolph. Kieslingius* in diſſertatione de ſtabili primitiuae eccleſiae ope litterarum communicatoriarum connubio, Lipſ. 1744. *Henr. Dodwellus* in diſſertationibus Cyprianicis p. 17. ſqq. *Ioan. Cabuſſutius* pag. 275. ſqq. notitiae conciliorum, et p. 32. ſq. notitiae eccleſiaſticae. *Io. Caſp. Thorſpecken* in diſſertat. de litteris canonicis, Witebergae 1731. De epiſtolis formatis earumque ratione et origine plures ſcriptores laudat B. Thomas Ittigius de bibliothecis Patrum p. 238. ſq. ac praeter alios *Gerhardi Rodolphi* librum de libris canonicis, videlicet formatis, pacificis, commendatitiis ac dimiſſoriis. Vide et Wowerium ad Sidonium p. 481.

CAPVT XXIII.

De luctu, funeribus, exſequiis, conſeruandorum cadauerum ratione et monumentis ſepulcralibus.

De funerum et ſepulturae ritibus generales ſcriptores. 1. *De funeribus et luctu Hebraeorum.* 2. *Graecorum, Perſarum.* 3. *Romanorum.* 4. *Aegyptiorum, Germanorum et populorum ſeptentrionalium.* 5. *De funeribus Chriſtianorum.* 6. *De medicato funere et mumiis.* 7. *De linteis et veſtibus ſepulcralibus et de rebus quae defuncto veluti ſecum aſportanda permittebantur. De vrnis feralibus.* 8. *De pompa funebri, epulis, ludis, feriis ſacriſque, coronis,*

ronis, lectis feralibus, loculis et laudationibus funebribus. 9. *De lucernis sepulcralibus, sepulcris, cryptis, catacumbis et monumentis sepulcralibus.* 10.

I.

De funeribus et modo sepeliendi [1] apud antiquos vniuerse, atque ita vt plurium gentium rationem haberent, non satis distincte tamen nec accurate satis egerunt *Claud. Guichardus* de funeribus apud Romanos, Graecos et alias gentes veteres et recentiores, Italice primum Anno 1581. deinde etiam Gallice (vide Epistolas Marqu. Gudii p. 202.) *Muretus* scriptor Gallus in caerimoniis funebribus omnium gentium, ceremonies funebres de toutes les nations par le Sr. Muret. Paris. 1675. 12. qui liber recensetur in Ephemeridibus eruditorum Parisiensibus 1675. pag. 222. et in Actis Erudit. Anno 1683. pag. 334. *Franc. Perrucius* in pompis funebribus omnium gentium, Veronae 1639. fol. cum figuris in aes incisis. *Laurentius Beyerling* in Theatro vitae humanae, tit. *Cadauer* et *Sepultura. Lilius Gyraldus* vir doctissimus in lib. de sepulturae ritibus, qui et seorsim prodiit et praemissus est sextae parti antiquitatum *Ioan. Iac. Boissardi*, et cum notis *Ioan. Faës* τοῦ μακαρίτου editus Helmst. in 4to et denique inter Gyraldi opera in Belgio nitide vulgata recusus Lugd. Bat. 1699. fol. B. *Ioan. Andr. Quenstadii* Liber de Sepultura veterum, initio separatim, deinde ad calcem eius Antiquitatum Ecclesiasticarum, denique tom XI. thesaur. Antiquit. Graecar. Gronouii recusus. *Caspar Caluoer* libro 3. ritualis Ecclesiastici tomo 1. p. 798. sq. *Alexander ab Alexandro* lib. III. Genial. Dierum cap. 2. et 7. et lib. VI. cap. 14. ibique *Tiraquellus: Iosephi Laurentii* collectanea Alphabetico ordine digesta lib. 6. Polymathiae pag. 486. sq. et quae ex eadem Laurentii Polymathia III. 9. 13. 14. II. 47. 3. et 4. de funeribus antiquorum et funebribus ritibus ante et post rogum exhibentur tom. XI. Thes. Gronouiani, in quo etiam recusus occurrit *Ioan. Meursii* liber de funere, quemadmodum *Petri Morestelli*, Tornusiensis Pompa feralis siue iusta funebria libris decem exposita habentur tomo XII. Thes. Graeuiani. *Benedictus Aueranius* dissertatione XXII. sqq. in Thucydidem. *Paullus Aringhius* in Romae subterranea praecipue c. 17. et 21. *Claudii Guichardi* Funerailles et diverses

[1] Sepelire non de humatis tantum, sed etiam combustis et alio modo ex oculis hominum remotis cadaueribus dictum esse probat Gisbertus Cuperus lib. 1. obseruatt. cap. 7. De pietate ethnicorum in curandis funeribus, aliquando etiam hostium Petrus Faber Semestrium lib. 2. c. 1. p. 10. sqq. et lib. 3. c. 13. p. 174. sqq. Sepulturam deberi humanitati neque adeo denegandam esse hostibus pulchre docet Grotius II. 19. de iure belli et pacis. Naturae quippe maxime consentaneum est, in terram redeuntibus terram minime negari. Confer Felicis Osii notas ad Albertinum Mussatum p. 441. sqq. T. IX. parte 2. thesauri Italiae.

verses manieres d'ensevelir des Romains, Grecs et autres nations tant anciennes que modernes, Lugduni 1581. 4. *Carolus Bartholomaeus Piazza* del uso, mistero & antichita appresso diverse nazioni de' riti e ceremonie nell' esequie e funerali passati à secoli nostri Christiani, Romae 4. *Eliae Amati* Lettera delle costume di sepelire i morti appo gli antichi, e se prima del V. Secolo i fideli goduto avessero dentro le chiese i sepolcri? in eius epistolis italice editis Genuae 1714. 4. pag. 329. *Cornelii van Alkemade* Inleidinge tot het Ceremoniel en de Plegtigheyden der begraafenissen en der Wapenkunde, Delphis 1713. 8. B. R. Recherches sur la maniere d'inhumer des anciens; Pictauii 1739. 12. *Angeli Mariae Riccii* dissertatio de funerum antiquorum ritibus, cadauerum combustione et sepultura, quae exstat vol. II. eius dissert. Homericar. p. 258. sqq. *Petri E. Lungh* dissertatio de vario sepeliendi ritu, Holmiae 1672. *Iusti Cellarii* de antiquo funerum ritu, Helmst. 1682. *Martini Aruidi Florini* de sepultura veterum, Aboae 1695. 8. *Io. Restelii* de sepulcris veterum, Vpsal. 1703. 8. *Christ. Conr. Friderici* de re funeraria, Ienae 1755. De *Ioan. Iac. Boissardi* Tractatione de funeribus et modo sepeliendi apud antiquos vide Observ. Hallenses tomo IV. p. 15. *Thomasii Porcacchi* funeralia antiqua, Italice edita lucem adspexerunt Venet. 1574. fol. *Francisci Pomey* Iesuitae Libitina siue de funeribus epitome eruditionis, prodiit Lugduni 1659. 12. Confer Bibliothecam Latino-Hebraicam Imbonati p. 356. *Ioan. Guenebault* diversités des ceremonies observées aux sepulchres anciennes, Diuione 1621. 4. *Io. Mauritius*, qui ex Romana Ecclesia ad Reformatam transiit, libro Belgice edito, quo promittit ius et vsum sepulcrorum ac sepulturae apud veteres ac recentes vsitatum exponere, tantum versatur in exagitandis Pontificiorum iniuriis, quibus in eorum, quos haereticos esse putant, cadauera et reliquias grassantur. Titulus libri Amsteld. 1714. 8. editi est: *Korte verhandling van het Recht en gebruyk der graven en begraffenissen, so der aloude als hedendaagsche volkern.* De superstitiosa plagarum caeli antiquitus apud varias gentes obseruatione in sepeliendis mortuis consule Petri Zornii dissertationem vol. III. Miscell. Lipsiens. nouor. p. 616. De Etruscorum funere agit Ioannes Baptista Passeratius dissertatione tertia parti tertiae musei Etrusci adiecta.

II. De funeribus et luctu *Hebraeorum* praeter Interpretes S. Scripturae consulendus B. *Martini Geieri* liber singularis Lipsiae 1666. 12. editus et inter alia eius opuscula in 8. et denique etiam apud Belgas vna cum eius Commentariis ad nonnullos Scripturae libros, in folio recusus. *Schickardus* de iure regio Hebr. c. 6. *Cocceius* ad Sanhedrin c. 6. *Maimonides* in Iad chasaka lib. XIV. c. 4. *Io. Gottlob Carpzouius* ad Goodwini Mosen et Aaronem p. 639. sqq. *Melchior Leydeckerus* XII. 10. sq. de Rep. Hebraeorum, *Ioan. Benedicti*

Carpzouii nepotis de ſepultura Iacobi Patriarchae, in parentis diſſertationibus iunctim editis Lipſiae 1699. 4. p. 1670. ſq. *Io. Hieronymus Sopranes*, Ieſuita, in digreſſione de ritibus Hebraeorum in funere et de publico eorum priuatoque luctu, quae Dauidi ipſius ſubiecta eſt Lugduni 1643. fol. *Auguſtinus Calmet* in diſſ. 1. praemiſſa Commentario in Eccleſiaſticum: *Frid. Mulleri* (cuius ſpecimen librorum de ſtatuis Romanorum ſuperiore capite laudatum et ſpecimen Architecturae ſacrae ex locis Exod. XXVI. 28. et XXXVI. 33. habemus) libri III. de ſepulcris veterum Hebraeorum prodierunt Gieſſae 1664. 4. Idem argumentum *praeter commentatores* ad Codicem Talmudicum Baua Batra illuſtrauit ſingulari libro *Ioan. Nicolai* Amſtel. 1705. 4. ita quidem vt et aliarum gentium ſepulcra prioribus capitibus perſequatur. *Io. Adolph. Mullerus* in diſſertatione de Aſae Regis pompa ferali, Witeb. 1716. *Leonh. Hoſmannus* in diſſert. de ſingulari Hebraeorum cura ſepeliendi mortuos, Witeb. 1726. *Franc. Wockenius* in diſſert. de templo cadaueribus Regum non inquinando, Witeb. 1732. De tumba Saluatoris, extant D. *Io. Andreae Schmidii* diſſ. Helmſtad. 1703. et 1727. *Caroli Ortlobii*, Witeb. 1656. *Abrah. Petſchii*, Lipſiae 1673. *Gottfridi Thilonis*, Witeb. 1675. *C. F. Arnoldi*, ibid. 1695. *Ioan. Andr. Bellmanni*, Vpſal. 1703. 8. *Georg. Guil. Kirchmaieri*, ibid. 1711. *Petri Zornii*, 1730. Vide et *Steph. le Moyne* tomo 2. var. ſacrar. p. 516. ſq. et *Gottlob Frid. Seligmanni* programmata p. 147. ſqq. In *Io. Henr. Hottingeri* Cippis Hebraicis, Heidelb. 1659. 12. pleraque parum fide digna tradi notatum eſt Conringio in diſſertatione de Numis Hebraeorum. Praetereo quae de funeribus et luctu apud Iudaeos attigerunt *Menochius* lib. VIII. de Republ. Hebraeorum c. 5. ſq. *Goodwinus* in Moſe et Aarone, Lib. 6. c. 5. Incidere carnem propter mortuos prohibitum eſt Leuit. XIX. 28. XXI. 5. Deut. XI. 1. Vide praeter commentatores *Spencerum* de legibus Hebraeorum ritualibus II. 13, 14. *Ioan. Chriſt. Wichmannshauſen* diſſert. de corpore ſciſſuris figurisque non cruentando, Witeb. 1713. *I. I. Heerfordtii* de Charaxariis veterum, Hafn. 1722. *Io. Georg. Michaelis* de inciſura ſuper mortuos, Francof. ad Viadr. 1734. et *Geierum* lib. cit. c. 10. et 8. vbi ſimul diſſerit de raſura interdicta, de qua etiam Daſſouius de coma Hebraeorum, Witeb. 1695. Ab Hebraeis interdum combuſta eſſe cadauera notat *Claudius Guichardus* lib. 3. c. 11. funeralium aliique, rectius negantibus aliis, quos laudat Petrus Zornius pag. 20. Bibliothecae antiquario-exegeticae. De ſepultura animalium Hebraeis vſitata exſtat diſſertatio Theodori Daſſouii, Witeb. 1697. De ſepultura librorum ſacrorum ad vſum non amplius aptorum confer Schudtium in memorabilib. P. II. lib. VI. c. 39. §. 7. pag. 375. et Petri Zornii hiſtoriam Bibliorum ex Hebraeorum diebus feſtis et ieiuniis illuſtratam pag. 113. De ritu et proceſſu funerum apud Iudaeos

recentes

recentes vide eiusdem *Schudtii* memorabilia P. II. lib. VI. c. 37. Monumenta antiqua Iudaica Auguſtae Vindelicor. reperta illuſtrauit *Matthias Fridericus Beckius*, Auguſtae Vindelicor. 1686. 8. cum appendice monumentorum quorundam Romanorum, veluti mantiſſa operis Velſeriani de antiquis monumentis Auguſtanis. De *Perſarum* funeribus Briſſon. II. p. 350. ſq. et I. p. 194. ſq. vbi de funeribus Regum. De eorundem Perſarum et aliorum populorum orientalium more, quo a canibus et auibus ſe poſt mortem vorari malunt, quam terra ſepeliri Anonymi diſſertatio inſerta legitur tomo XII. hiſtoriae criticae Reipubl. litterariae p. 248. ſqq.

III. De funeribus et luctu Graecorum vide, quae notata ſunt viris doctis ad Homeri Iliados ψ, et Aeſchylum in Choëphoris (inferias facientibus ſiue ferentibus) tum *Ioanni Nicolai* libro de Graecorum luctu lugentiumque ritibus variis, excuſo Marpurgi Cattorum 1696. 12. *Ioan. Pottero* Archaeol. IV. 1-8. *Io. Nardio* in animaduerſione de funeribus Athenienſium, ſubiecta Lucretio editionis in vſum Delphini et *Car. Henr. Langio* de luctu Graecorum ex Euripide, obſerv. ſacr. diſſertat. quinta. *Paganini Gaudentii* exercitatio de funere Heroum, in qua Homeri, Virgilii, Statii, Silii et Nonni exercitationes inter ſe conferuntur, exſtat ad calcem eius diſſertat. de arcanis imperii euulgatis, Florentiae 1640. 4. Decurſiones meminere in funere herois Virgilius et Statius, neutiquam vero Homerus aut Nonnus. Illam a Poenis eſſe inuentam ſuſpicatur Gaudentius cap. 20. p. 100. De concuſſione armorum in funeribus Ducum et Principum Barthius ad Statium pag. 430. De more ad orientem vel occaſum obuerſos mortuos ſepeliendi Plutarch. Solone pag. 83. De funebri pompa Iſiaca ab Apuleio deſcripta et aliis funera *Aegyptiorum* ſpectantibus vide Kircheri Obeliſcum pag. 433. et tom. 3. Oedipi Aegyptiaci pag. 425. ſq. Ioan. Conradum Dietericum in Antiquitatibus Biblicis Vet. Teſtament. p. 144. ſq. De *Septentrionalium* populorum ſepeliendi ritibus Iornandes vbi funus Attilae deſcribit, et Stephanius pag. 90. ſq. ad Saxonem Grammatic. Bartholin. Antiq. Danic. p. 112, 273. Andr. Olaus Rhyzelius de ſepultura veterum Sueogothorum, Vpſal. 1707. 8. Chriſtian. Nettelbladt in diſſertat. de variis mortuos ſepeliendi modis apud Suiones, Roſtoch. 1724. De veterum *Britannorum* ſepultura et exequiis funeris vide appendicem ad Alexandri Gordoni itinerarium ſeptentrionale. De *Germanis* Cluuerus lib. 1. cap. 53. Hachenbergius, Keyslerus, Ioan. Godofr. Bauerus in Progr. de moribus veterum Germanorum circa funera, quod ſubiectum eſt Eius orationi parentali Car. Ottoni Rechenbergio dicta, Lipſiae 1751. 4. De funeribus *Turcarum* Angeli Geropoldi Epiſtola in Muſeo Mineruae Venetae tom. 1. p. 151. ſq.

IV. De funeribus et luctu *Romanorum* prae ceteris diligenter et accurate libris IV. agit *Ioannes Kirchmannus*, Hamburgi 1605. 4. et Lubecae 1625. 8. vt alias editiones omittam. Cui addendus est *Henricus Noris* in Cenotaphiis Pisanis, dissertatione tertia. *Paganinus Gaudentius* in exercitatione de funere Caesarum, Florentiis 1640. 4. *Franciscus Bencius* in oratione de funere antiquorum Romanorum, pag. 405. sqq. eiusdem orationum. *Theodorus Gorallus*, siue qui sub hoc nomine latet *Ioan. Clericus* in notis ad Elegiam 1. Pedonis Albinouani, *Claudius Dausqueius* ad Silium Italicum Libro XIII. versu 470. sq. *Iacobus Gutherius* de iure Manium libris 3. quibus ritus, mores et leges prisci funeris explicantur, Paris. 1615. Lips. 1671. 8. et tomo XII. Thesauri Antiquitatum Romanarum, in quo praeterea occurrit Io. Petri Bellorii [2] descriptio sepulcri Nasoniorum, a Petro Sancto Bartolo in aes incisi. *Fabiani Toerneri* dissertatio de sepultura Romanorum, Vpsal. 1728. 8. et liber gallicus: *Explication de divers Monumens, qui ont rapport à la Religion des anciens peuples*, pag. 1. sqq. Varia etiam habet Christ. Henr. Trotzius libro de memoria propagata cap. 6, 7, 8. Ceterum vt antiquissimi Graecorum contra posteriorem gentis suae morem cadauera mortuorum flammis, Homero teste, absumpserunt, sic contra Romani vetustissimi corpora intacta flammis terrae mandauerunt, eundemque morem a quibusdam etiam post seruatum notat O. Ferrarius II. 21. electorum, vbi de eo, quo pacto crematorum cineres in vrnam condi et a fauilla rogi separari potuerint. Quod lintei asbesti ope, quo corpus inuolutum erat, fieri quam optime potuit. Confer Ioan. Ciampini dissertationem epistolarem de incombustibili lino, siue lapide amiantho eiusque filandi modo Romae 1691. et quae de Asbesto A. 1720. iterum reperto in Siberia, et Marco Veneto iam lib. 1. cap. 47. memorato narrantur in Nouis litterariis Lipsiensibus A. 1729. p. 329. sqq. Adde Philippum Bonannum in museo Kircheriano pag. 87. vbi memorat Anno 1702. repertam esse vrnam, in qua cineres inclusi fuerunt panno ex lino asbestino. De more comburendi mortuorum cadauera confer Mezeriacum ad Ouidium T. 1. pag. 191. sqq. De crematione cadauerum veteribus Germanis populisque septentrionalibus vsitata confer Procopium in historia Goth. pag. 256. edit. Grotii. Bartholinum antiquit. Danic. p. 112. et 273. sq. Cluuerium Germ. antiq. 1. 53. et Godofr. Schützium de Germ. gentilium victimis humanis pag. 90. sq. De ossilegio consule Franc. Antonii Zachariae dissertationem, quae secunda est volum. primi commentar. societatis columbariae Florentinae. Aegyptii corpora defunctorum neutiquam cremarunt, vnde Cambyses a cadauere Amasis Regis Agypt. pridem

[2] Rom. Italice 1680. fol. et Latine Tomo XII. Graev. ac Belgice ad calcem Francisci Desseini descriptionem veteris et nouae Romae, Amstelod. 1704. fol.

pridem defuncti poenas grauissimas sumere posse se exstimabat, si illud refossum verberibus et omni contumelia affectum denique traderet flammis, vt narrat Diodorus Siculus p. 249. excerpt. Peiresc. De ritu collocandi cadaueris Lipsius lib. I. elect. cap. 6. De vario lignorum et plantarum vsu in funeribus vide G. A. Langguthii antiquitates plantarum feralium apud Graecos et Romanos, Lipsiae 1738.

V. In primis vero *Christiani*, [3] quo certam suam de resurrectione spem testarentur, magnam funerum rationem habuere et ab cremandis cadaueribus, atque ostentandis Aegyptiorum more cadaueribus medicatis abstinuerunt: illamque circa funera curam inter caussas incrementi religionis nostrae ponit Iulianus Imperator Epist. 49. De ritibus sepulcralibus Christianorum veterum praeter *Iac. Gretserum* [4] in libris tribus de Christianorum funere, Ingolstad. 1611. 4. et T. V. eius Operum iunctim editorum Ratisbonae 1735. fol. p. 79. sqq. et *Onuphrium* in libello de ritu sepeliendi mortuos apud veteres Christianos et de eorum coemeteriis (ad calcem Platinae de vitis Pontificum et separatim cum praefat. Ioan. Georg. Iochii, Lipsiae 1717. 4.) *Io. Ernestum Franzenium* Vlza-Luneburgicum libris VI. de funeribus veterum Christianorum Helmestad. 1709. 8. cum praefatione Rev. Abbatis D. Ioan. Fabricii, qui *Ioannis Sauberti* collectanea MSS. sed valde imperfecta de hoc argumento communicasse se cum eo profitetur, et *Hugonem Menardum* ad Sacramentarium Gregorii M. p. 262. sq. *B. Bebelium* Saec. IV. tomo 2. pag. 931. sq. praecipue consulendus venit *Henr. Spondanus* in Coemeteriis sacris, siue opere in 4. libros distincto et Parisiis 1638. 4. edito, in quo de ritibus sepulturae tum apud Iudaeos et Gentes, tum maxime apud Christianos differit, et sepulturam publicam rem sacram esse nec concedendam haereticis, impiisue, aut maleficis prolixe disputat. *Paullus Aringhus*, *Antoniusque Bosius*, in opere luculento, Romae 1651. et Parisiis 1659. fol. edito, quod Romam subterraneam inscripserunt. *Iosephus Binghamus* origin. ecclesiastic. lib. 23. et *Ioan. Nicolai* in libello de luctu Christianorum, siue de ritibus ad sepulturam pertinentibus, nunc primum edito ex bibliotheca Sigeberti Hauercampi, Lugd. Bat. 1739. 8. Vide etiam *Franc. Mariam Samuellum* de sepulturis Christianis, Taurini 1678. 4. *Casp. Barthii* Aduersaria p. 3015. *Io. Pearsonium* in Symbolum Apostol. p. 397. sq. edit. Latinae, et D. *Ioachimum Hildebrandum* in Veteris Ecclesiae, Marty-

 rum

[3] Lactantius Div. instit. VI. 12. *Non patiemur figuram et figmentum Dei feris ac volucribus in praedam iacere, sed reddamus id terrae, vnde ortum est.* Nollemus igitur cum Dumontio T. IV. itineris Gallice editi p. 35. hoc imbecillitati et vanitati adscribere.

[4] Vide du Pin T. 17. biblioth. Ecclesiast. p. 77. sqq.

rum inprimis et SS. Patrum arte bene moriendi, siue praxi circa moribundos et de morientium virtutibus Helmstadii 1661. et 1719. De more intra templa, [5] fidelium cadauera humandi vide V. C. Ludouici Antonii Muratorii diss. XVII. ad Paullinum p. 185. [6] sq. tomo 1. anecdoton Bibl. Ambrosianae, et Nic. Hieron. Gundlingii Obseruat. selectas Halae Sax. 1707. 8. editas tom. 1. Obseruat. 8. quae est de origine sepulcrorum in templis. Io. Doughteium in Analectis sacris ad Ez. XLIII. 7. Tho. Crenium Animaduers. Philolog. tom. 2. p. 155. sq. Lindebrogium ad Leges antiquas p. 1440. Aegyptios solitos in templis sepelire quos diuinis postea honoribus affectum ibant, notat Daniel Heinsius p. 141. ad Maximum Tyrium. In templo Apostolorum CPoli, solos Imperatores et Patriarchas sepelire fas, vt notant Valesius in notis ad Sozom. IX. 2. et Bandurius in Imperio Orientali p. 878. Beatus Rhenanus in praefat. ad Liturgiam Chrysostomi: *Olim Episcopi, Sacerdotes et Principes, auctores structurae, tantum intra templorum muros sepeliebantur, hodie eo ventum est, vt quilibet cerdo in medio basilicae velit humari, vt aedes sacrae Christianorum, quas mundas esse conueniebat, polyandria sint et cadauerum receptacula.* De desiderio Christianorum prope memorias et reliquias martyrum sepulturam consequendi, vt eorum meritis adiuuarentur, vide Iulianum Toletanum lib. 1. Prognosticon c. 20. T. XII. Biblioth. Patrum p. 596. et Rosweidum ad Paullinum pag. 846. sq. Contra morem sepeliendi in templis disputat auctor scripti Anglice editi Londini 1726. 4. *Churches no charnel-house.* De translatione sanctorum mortuorum videndus Onuphrius de ritu sepeliendi cap. 15. De more extra vrbem sepeliendi, apud Iudaeos, Graecos, Romanos, Kirchmannus de funeribus Rom. II. 20. sq. Io. Voisin Theolog. Iudaic. p. 84. sq. Chifletius in expositione inscriptionis Geminiae, Matris sacrorum p. 25. Iulio Caesari concessum est τάφον ἐντὸς τοῦ πωμαρίου ποιήσασθαι. Dio lib. XLIV. pag. 385. De more personas honoratiores sub montibus altis vel in ipsis montibus sepeliendi agit *Angelus Zauorronus* in dissertatione de antiqua sepulcrali inscriptione, Neapoli 1743. 8. De Sicyoniis Plutarchus Arato, p. 1047. De Turcis Tho. Smithus Epist. 2. de moribus Turcarum p. 56. et in notitia CPoleos pag. 108. *Quot diebus luctus celebratus*, Benedictini ad Ambrosium tomo 2. p. 1197. sq. Menardus ad Concordiam Regular. Cotelerius ad Const. Apostol. etc. ἐννέα πένθιμοι ἡμέραι. Niceph. Gregoras XII. 2. p. 358. Cum psalmis et hymnis deducta cadauera. Vide Carol. Sam. Senffii dissertat. de cantionibus funebribus veterum, Lips. 1689. et Rosweidum p. 791. vbi et de more cadauera

[5] Hunc ritum ab ethnicis, qui mortuorum ossa in sacris lucis conderent, repetendum esse censet God. Schützius ad Keysleri itinerum partem 1. p. 226.

[6] Excerpta habes in Neocori bibliotheca libror. nouorum A. 1699. p. 621. sq.

cadauera linteo obuoluendi. De *praeficis* [7] vide Petrum Moreſtellum pomp. feral. lib. II. cap. 29. Iac. Gutherium de iure manium lib. 1. c. 14. Io. Meurſium de funer. c. 18. Laur. Begerum vol. 1. theſaur. Brandenb. p. 151. Hieronymi Baruffaldi diſſertationem ad illuſtrationem vrnae ſepulcralis Fl. Quartillae praeficae, quae cum Ioſephi Lanzoni aduerſariis de luctu mortuali veterum prodiit Ferariae 1713. 8. et recuſa eſt T. III. theſauri Sallengriani. Memorias Treuoltinas A. 1730. p. 141. ſqq. Giornale de letterati d'Italia T. XVI. p. 395. Diſſertation ſur les Pleureuſes d'Antiquité par Mr. Aubert, in Receuil des pieces fugitiues de Mr. Archimbaud, T. 4. p. 99. ſqq. Hugon. Menardum ad Poenitentiale Romanum Tomo XIV. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 933. vbi etiam de more laniandi genas, vel ante rogum ſanguinem gladiatorum vel captiuorum effundendi. De *Praeficarum vſu apud Chriſtianos*, Menardus p. 257. ſq. ad Gregorii ſacramentar. et Sam. Baſnage ad A. C. 37. num. 19. vbi et alia de Chriſtianorum funeribus. De *Copiatis* ſiue libitinariis clericis funera componentibus, Gothofredus ad Cod. Theodoſ. tomo 5. p. 5. Cangius in gloſſar. Vedelius et alii ad Epiſtolam Ignatio ſuppoſitam ad Antiochenos. De Muhamedanorum funeribus et aegrotorum atque agonizantium viſitatione Albertus Bobouius ad calcem itineris Abrahami Perizol. cum notis Tho. Hydei pag. 17. ſq.

VII. De medicato funere ſiue variis rationibus corpora defunctorum condiendi, atque a corruptione et putredine conſeruandi, tum de Aegyptiorum ταριχεύσει, de qua Herodotus II. 86. ſqq. ac de *Mumiis* ita dictis ab Arabico vocabulo *Mum*, quod ceram ſignificat, (vt notat Tho. Gatakerus p. 175. ad M. Antoninum, et Engelbertus Kaempferus in antiquitatibus exoticis p. 517. vbi liquorem illum mirae virtutis ad condienda cadauera aptiſſimum deſcribit: et Cornelius le Brun itinere in Perſiam p. 231. edit. Gallicae) conſules, vbi lubebit, Athanaſium Kircherum in ſphinge myſtagoga, ſiue diatribe hieroglyphica de Mumiis, Amſtelod. 1676. fol. et Tomo 3. Oedipi, ſyntagmate 13. et ſyntagmate 16. vbi de Penatibus, Laribus et Serapibus, qui et ipſi nihil aliud erant quam cadauera Aegyptiorum medicata, vide p. 478. *Ioachimum Struppium* in conſenſu celebriorum Medicorum, Hiſtoricorum et Philoſophorum ſuper exoticis aliquot medicamentis, Mumia eique cognatis, Francof. 1674. 4. *Gabrielem Clauderum* in methodo balſamandi corpora humana, Altenburgi 1679. 4. *Ioannem Grauium* in deſcriptione Pyramidum Aegypti, in tomo primo collectionis itinerum Theuenotianae, (quae tribus voluminibus prodiit in folio.) *Olai Wormii* muſeum p. 30. ſq. *Giornale d'Italia* T. 6. p. 172.

[7] Graecis μοιρολογίστραι. Naeniae Balſamoni ad canon. 106. Carthaginienſ. μινυρίσματα, *querulae nugationes.*

p. 172. ex Thomae Alghisi epistolam ad Antonium Vallisnierium, vbi de ingenioso modo fasciis cadauer illigandi. *Philippum Bonanni* in museo Kircheriano p. 245. sq. Voyage de *Gemelli Careri* T. 1. p. 113. *R. Ainsworth* in monumentis Kempianis p. 3. sqq. *Ludov. Penickerium* des embaumens selon les anciens et modernes, Paris. 1699. 12. *Pocockium* in descriptione Aegypti L. 5. c. 5. p. 230. edit. Anglic. vbi fusius agit de modo praeparandi funera medicata. *Thomae Greenhill* νεκροκηδείαν, siue de arte condiendi cadauera, Anglice Londini 1705. 4. *Petrum Bellonium* Lib. 2. observ. c. 47. et in libris tribus de admirabili operum antiquorum et rerum suspiciendarum praestantia, de medicato funere siue de cadauere condito et lugubri defunctorum eiulatione, nec non de medicamentis conseruandi cadaueris vim obtinentibus, Paris. 1553. 4. et tomo VIII. Thesauri Gronouiani: *Iosephi Lanzoni*, Medici Ferrariensis, de pollinctura et balsamatione apud veteres, et recentium variis balsamandi cadauera modis, Ferrariae 1693. et Geneuae 1696. 12. *Andream Gryphium* in Mumiis Vratislauiensibus, Vratislauiae 1662. 12. *Frid. Theophil. Ketnerum* in diatriba de Mumiis Aegyptiacis, Lipsiae 1694. 4. auctiore ibid. 1703. 8. *Conyers Middletonium* in descriptione Mumiae Cantabrigiensis, pag. 251. sqq. eius Monumentor. German. eruditae antiquitatis. *Melchior. Sebizii* disput. de conditura s. balsamatione cadauerum humanorum, Argentor. 1699. *Caylium* de ratione condiendi cadauera humana Tom. 23. histor. acad. Inscriptionum p. 119. sqq. edit. Parisiensis, et ex ea Germanice in dem Neuesten aus der anmuthigen Gelehrsamkeit 1759. p. 762. *Io. Baptistam Portam* lib. IV. Magiae natural. c. 15. *Georg. Wolfgangum Wedelium* celeberrimum Ienensium Aesculapium decade 3. diss. 6. et 7. vbi de balsamatione tum aliorum corporum tum Christi, de qua etiam in manibus est MSta Hermanni Conringii exercitatio. Methodum Kerckeringianum balsamandi siue condiendi cadauera breuiter exponit personatus Vignolius Maruillius tomo 1. Miscell. p. 288. sq. De methodo Billiana, et altera Gabrielis Clauderi exstat *Tobiae Andreae* epistola, Amstelod. 1682. 12. conf. Acta Eruditor. A. 1683. p. 270. De tertia Daglii per spiritum vide Miscellanea Berolinienſia T. 1. p. 150. Mumiam Aegyptiacam [8] ita describit Io. Bodinus in colloquio inedito Heptaplomere, quod sit *cadauer amomo, cardamomo, sale, aceto, melle, myrrha, aloë, nardo, casia, resina siue bitumine* (adde Diodorum Sic. XIX. T. 2. p. 735.) *ceterisque id genus venenis a putredine vindicantibus conditum ac maceratum. Cutem reperit inauratam, aurum enim cadauera, vti ligna quoque et metalla et alia a corruptione seruat: carnem cum cute flauescentem ac fuscam ea duritie ac hypostasi, qua Saccharum*

[8] S. Augustin. serm. 120. de diuersis Tomo 1. supplem. pag. 336. *Aegyptii morem habent siccare corpora et quasi aenea reddere, Gabbaras ea vocant.*

rum vetus Creticum: Interiore visceribus exenteratis siccissima, cadauer plane inodorum prae nimia siccitate, in cordis sede imaginem lapideam insculptam nomine Isidis, cadauer obuolutum corio bubulo, sub corio denique innumerabiles fascias densissimis lini replicationibus singulas singulis adiunctas nec ulla sui parte detritas. Adde his Gabrielis Clauderi methodum balsamandi corpora humana, Altenb. 1674. et Andr. Riuini exercitationem Lipsiae editam de pollinctura et balsamatione. De more condiendi corpora defunctorum in insula Tenariffa agit Odoardus Dapperus in descriptione insularum Africanarum p. 81. De Aethiopum more Herodotus III. 24. De siccatione corporum per vitriolum Bibliothec. Anglic. T. 13. p. 175. De corporibus incorruptis seruatis siue naturali artificio siue per miraculum Raynaudus tomo XIII. Opp. et Thomas Bartholinus centur. 1. histor. 62. De ritu vngendi cadaueris Octauius Ferrarius II. 22. elector. vbi inter alia notat Lazari corpus foetens memorari Io. XI. 39. quia non condiebant Iudaei cadauera, vt Aegyptiis in more positum, sed tantum vngebant. De Iudaeorum vnctione diuersa a balsamatione Aegyptiorum vide Zornii bibliothecam antiquario exegetic. p. 21. Ceterum confer quae de vnctione mortuorum B. Bebelius Antiquitatt. Eccles. Saec. IV. tomo 2. pag. 916. et Io. Verwey differt. de vnctione Gentilium: et de more condiendi cadauera in cera et melle, viri docti ad Plinium. Etiam Aristobuli Iudaeorum Regis cadauer melle conditum memorat Syncellus pag. 301. et Iosephus XIV. 7, 4. De more lauandi cadauera interpretes ad Actor. IX. 37. et Cornelius Adami in exercitationibus exegeticis p. 257.

VIII. De fasciis sepulcralibus mortuorumque inuolutione Io. Nardius ad Lucretium pag. 646. sq. vbi de Aegyptiorum funeribus. Thomas Alghisius tomo sexto diarii italici: (Giornal. d' Italia) pag. 171. sqq. Octav. Ferrarius elect. II. 20. Gisbertus Cuperus II. 9. obseruat. Io. Iac. Chifletius [9] in Crisi Historica de *linteis sepulcralibus* Christi Seruatoris, Antwerp. 1624. 4. et Rev. Salomo Deylingius parte 3. Obseruatt. sacrar. p. 275. sq. De more terram mortuis iniiciendi, Salmasius Obseruatt. ad ius Atticum p. 563. De vestiendi ritu Kirchmannus lib. 1. de funeribus Rom. cap. 10. Guther. de iure manium lib. 1. cap. 16. Morestellum lib. cit. I. 16. qui II. 10. obseruat, funera interdum fucata fuisse et laruata. Addatur Nicolai de luctu Graecorum c. 6 §. 6. Idem de Hebraeorum vestibus funebribus agit in libro de sepulcris Hebraeorum p. 263 de quibus etiam Geierus lib. cit. p 58. De Christianorum Binghamus origin. ecclesiastic. lib. 23. c. 3 §. 4. Aringhus Romae subterraneae lib. 1. c. 24. Casalius de ritibus veter. Christianorum, cap. 66. Cum mortuis sepulta quibus

[9] Du Pin T. 17. p. 271. sq.

bus viui iocalibus delectabantur, de quo ad Vitruuium IV. 1. etiam pecuniam cum mortuis sepultam obseruat Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 96. Confer quae viri docti ad Suidam in δανάκη. Iac. Thomasii τοῦ μακαρίτου Programma LVII. M. Christiani Ehrenfried Seifferti diatribam de numis in defunctorum ore repertis, Dresdae 1712. 8. et Wilh. Iusti Christ. Chrysandri commentationem de naulo Charontis, Helmstadii 1745. Apud Hebraeos etiam ex supellectile quaedam cum mortuis sunt sepulta, in Regum vero funeribus combusta: vide Mülleri dissertat. supra citatam de Asae Reg. pompa ferali, Geierum lib. cit. c. 6. §. 7. Schickardum de iure regio Hebraeor. p. 420. qui pag. 437. eorum equos, mulos etc. eneruatos, viduas autem nemini in matrimonium concessas esse annotauit. Apud varios populos, et veteres inprimis Germanos non solum arma, pecunia aliaeque res pretiosae et equi, sed etiam serui, immo vxores simul sepeliebantur et concremabantur. Vide Nicolai de sepulcr. Hebraeor. p. 60. sqq et 99. et de luctu Graecor. cap. 13. §. 7. Quenstedium de veter. sepultura c. 7. et 14. Gutherium l. c. II. 32. Morestellum l. c. VII. 2. Keyslerum antiq. septentrional. p. 115, 146. sqq. 163, 168. Bartholinum antiquit. Danic. lib. 2. c. 8. sqq. Rothium de Soldurii §. 11, 15, 20. sq. De aliis rebus ac libris quos cum mortuis sepelire inhumareque quibusdam placuit, vide triplicem Bibliothecam mortuorum quam Germanice A. 1704. vulgauit Rev. D. Georgius Henricus Goezius, in quarum altera pag. 40. sq. Epistola eiusdem argumenti scripta legitur a Paullo Christiano Hillschero, Pastore Dresdensium meritissimo. Vide etiam sis Sam. Frid. Lauterbachium in vita Valerii Herbergeri p. 179. sq. Rudbeckii Atlanticam T. 1. p. 183. 652. sq. Wormii monumenta Danica p. 50. Bartholini antiquitates Danicas lib. 2. cap. 9. et 10. Noua litteraria maris Balthici A. 1699. p. 88, 93, 222, 372. De vasculis fictilibus vel vitreis, quibus lacrymae fuerunt exceptae cum opobalsamo vel aqua benedicta vide Philippi Bonanni museum Kircherianum p. 115. et Io. Iac. Chifletium in lacrymis prisco ritu fusis in exequiis Archiducis Alberti, Antwerpiae 1621. 4. De lecytho siue vrceolo defunctis apposito Tristanus 1. p. 288.

De *vrnis* feralibus,[10] quarum hodieque magnus numerus variis in locis effoditur, videndus Sponius in Miscellaneis p. 287. Aringhus in Roma subterranea, Tho. Brown in Hydriotaphia siue singulari libro de vrnis Norfolcensibus, Anglice edito Lond. 1658. 8. Iac. a Mellen Ecclesiastes Lubecensis celeberrimus, in historia vrnae Sarmaticae A. 1674. repertae 4. Gothelf Treuerus in diatriba Germanice edita von den Todtentöpfen, Norimb. 1688. 4. Io.

[10] Scriptores de hoc argumento distinctius notaui in praefatione ad Andreae Alberti Rhodii Cimbrisch-holsteinische Antiquitaeten Remarques, Hamb. 1720. 4.

Io. Dan. Maior in bevölkerten Cimbrien cap. 27. sq. Tentzelii dialogi A. 1695. p. 941. sq. vbi de tumulis illis sub quibus populi septentrionales condere illas soliti sunt: Henelius Silesiographiae tom. 1. p. 371. sq. G. Agricola VII. 23. de natura fossilium. Philippus Bonanni in museo Kircheriano classe tertia. Valentin. Alberti in dissertat. de vrnis feralibus, Lipsiae 1688. Olaus Celsius in dissertat. de vrnis veterum sepulcralibus, Vpsal. 1706. 8. L'Aisne dissertation sur une Vrne antique, in memoriis Treuoltinis A. 1728. mense Nov. pag. 2021. sqq. Hieronym. Franc. Zanettius in disquisitione [11] de vrna Contarena, Venetiis 1752. 4. Georg. Litzelius in Beschreibung der Römischen Todtentöpfe und anderer heydnischen Leichengefässe. Spirae Nemetum 1749. 4. Ioach. Hartwic. Müllerus in Versuch einer Abhandlung von den Urnen der alten deutschen und nordischen Völker, Altonae 1756. 8. Christianus Stieffius Lignicensis in Epistola ad Mich. Iosephum Fibigerum de vrnis in Silesia Lignicensibus atque Pilgramsdorfiensibus, Lips. 1704. 4. Sigism. Saemlerus in epistola de antiquitatibus quibusdam Germanicis in neuem Büchersaal der schönen Künste und Wissenschaften vol. VI. p. 375. et in vlteriori illustratione vrnarum sepulcralium sueuicarum in Silesia repertarum vol. VII. eiusd. diarii p. 73. De Lusaticis Godofr. Hechtius in miscellaneis Lipsiensibus Tom. VII. p. 158. sqq. De Seehusanis, Noua litteraria Hamb. 1709. p. 323 sq. De Moguntinis Io. Craft Heigelius A. 1698. De Arnstadiensibus Io. Christoph. Olearius Ien. 1701. 4. De Mimigardicis in Westphalia, Iodocus Hermannus Nunningh, in sepulcreto gentili, Francof. 1714. 4. vbi etiam de lapidibus veterum sepulcralibus. De Coberinis Valentin. Ern. Eugenius Cohausen in dissertatione adiecta tomo secundo epistolar. amoebearum Iod. Herm. Nunninghii et Ioan. Henr. Cohausen. De vrnis sepulcralibus et armis lapideis veterum Cattorum Io. Henr. Schminckii dissertatio prodiit Marb. 1716. recusa Lipsiae 1741. De ollis fossilibus in maiori Polonia cum vrnis sepulcralibus haud confundendis vide Acta Eruditor. 1722. p. 11. De vrnis Anglicis praeter Thomam Brown paullo ante laudatum egit Io. Woodwardus in epistola edita Oxonii 1712. 8. *An account of some Roman urns, and other Antiquities, lately digg'd up near Bishop's Gate.* Guilielmus Cambdenus in Britannia vbi de Middelsexia, Weeuery in priscis monumentis funebribus (*ancient funeral monuments*) p. 515. De vrnis Abusirensibus in Aegypto, non procul magna Cairo, quibus litterae hieroglyphicae inscriptae sunt, vide Paulli Lucae iter tertium A. 1720. Gallice editum p. 346. Vrnas, in quibus cineres auium, quas adorabant Aegyptii, seruati essent, obseruatas sibi esse memorat Gemellus Careri T. 1. itineris Gallice ex Italico versi p. 114. adde tomum secundum sub finem. Tangunt praeterea

[11] Acta Eruditor. 1755. p. 661.

terea hoc argumentum Matthias Zimmermannus in florilegio, voce *Vrnae*, aliique laudari in collectione quae sub titulo interceptarum epistolarum Germanice prodiit (aufgefangene Briefe) P. II. p. 879. Ab vrnis nidorum columbinorum instar dispositis sepulcra familiarum dicebantur columbaria. Vide Ant. Franc. Gorii descriptionem monumenti siue Columbarii libertorum et seruorum Liuiae Augustae et Caesarum, recusum T. III. supplementor. Poleni p. 1. Adde Iac. Sponii Miscellanea eruditae antiquitatis sect. IX.

IX. Exequiae funeris [12] proprie dicebatur sepulcri iam complicatis valuis per seram occlusio. Vide Io. Iacobum Chifletium de exequiarum ritu ad titulum sepulcralem Geminiae matris sacrorum, Antwerp. 1634. 4. Solet tamen illud vocabulum etiam poni de vniuersa deductione et pompa funeris atque elatione, de qua praeter eundem Chifletium Kirchmannus libro 2. et quotquot de funeribus antiquorum scripsere. Sicuti autem mos facinorosos extra ciuitatem afficere supplicio de quo Lipsius p. 98. ad Tacitum, et Valesius ad Ammiani XXVIII. 4. p. 527. et viri docti ad Hebr. XIII. 12. ita solebant etiam coemeteria [13] et sepulcra defunctorum vel loca in quibus cadauera exurebantur, non esse intra ciuitates sed extra illas, communi vsu tum aliarum gentium, tum Hebraeorum, Graecorum et Romanorum. Vide Grotium ad Luc. VII. 12. Io. Doughteii Analecta sacra ad Ezech. XLIII. 10. Luc. VII. 20. Kirchmannum de funeribus Romanorum II. 20. sq. Io. Voisin theol. iudaic. p. 84. Chifletium in expositione inscriptionis Geminiae matris sacrorum p. 25. sq. Christ. Godofr. Hoffmanni dissert. de coemeteriis ex vrbibus tollendis, Francof. ad Viadr. 1729. et Georg. Dan. Coschwitzii de noxis ex sepultura in templis facta obeundis, Halae 1729.

De Epulo ferali siue silicernio (*περίδειπνον* Athen. VIII. pag. 3. 44. IX. p. 404.) vide Dionem Cassium p. 253. Lipsium et Taciti VI. Annalium. Kirchmannum

[12] Seruius ad Aeneid. XI p. 1573. Apud Romanos moris fuit vt nocte efferrentur ad funalia, vnde etiam funus dictum est, quia in religiosa ciuitate cauebant, ne aut magistratibus occurrerent aut sacerdotibus, quorum oculos nolebant alieno funere violari. Inde etiam, qui funeri praeerant, a vespera primum vesperones, deinde vespillones dicti videntur. Et magis moris Romani, vt impuberes noctu efferrentur ad faces, ne funere immaturae sobolis domus funestarentur, quod praecipue accidebat in eorum, qui in magistratu erant, filiis.

[13] Coemeterium apud Cretenses olim dictum fuit hospitium destinatum peregrinis, vt in eo somnum caperent, vt ex Dosiade apud Athenaeum lib. IV. notauit Petrus Victorius VIII. 2. var. lectionum, vbi ait Christianos inde ansam cepisse coemeteria appellare loca, in quibus suos conderent mortuos. Adde Suiceri thesaurum voce *κοιμητήριον*. In coemeteriis sacrae peractae synaxes Aringhus lib. 1. c. 31. Romae subterraneae. LX. coemeteria fuerunt Romae, idem Aringhus II. 2. Qui etiam de Christianorum coemeteriis libro primo, et de Iudaeorum, quod Romae fuit, coemeterio II. 23. agit.

mannum IV. 3. ſqq. de funer. Romanorum. Sertorii Vrſati monumenta Patauina p. 122. ſqq. Feſſelii Aduerſaria ſacra lib. 1. cap. 12. Iani Guilielmi Veriſimilia III. 8. Stuckii antiquitates conuiuales I. 25. Gabr. Marquarti diſſertationes binas Lipſiae, totidemque Wolfgangi Caſparis Troppanegeri, Witebergae 1710. editas, Mich. Chriſt. Hanouii diſſertationem Gedani 1728. euulgatam, et quae ad fragmentum marmoris Nemauſini notata ſunt in calce Sorberianorum. De epulis feralibus Hebraeorum Sopranes in libro ante laudato; de Chriſtianorum Nicolai de luctu Chriſtianor. cap. 23. De Germanorum Georg. Henr. Ayrerus in disquiſit. de Dadſiſa veterum Germanorum, quae exſtat vol. IV. Actor. ſocietatis latinae Ienenſis pag. 134. De conuiuiis in memoriam defunctorum meminit Humbertus de Romanis lib. 2. de eruditione concionatorum cap. 100. Tomo XXV. biblioth. Patrum Lugdun. pag. 567. Orationes funebres in patria ſua nullas fuiſſe teſtatur Dionyſius Halicarnaſſeus lib. V. Antiquitatum Rom. Quemadmodum nec apud Hiſpanos neque in hac noſtra ciuitate Hamburgenſi vſus eorum obtinuit. Ceterum apud Romanos nihil illis frequentius, quanquam illas ſaepe fabuloſas fuiſſe atque inde hiſtoriam rerum factam mendoſiorem iam Cicero queſtus eſt in Bruto cap. 16. Confer Zenobium Centuria 5. prouerbio 28. Aegyptios quoque eundem morem mortuos Laudatione funebri proſequendi habuiſſe docet Ioan. Marshamus in canone chronico p. 273. vt adeo fallatur Mottanus Vayerus, qui tomo XIV. p. 69. a Romanis hunc morem repertum eſſe exiſtimat. De quibus vide et Plinium lib. 8. epiſt. 12. Quinctilianum Burmanni III. 7. p. 265. ſq. Frider. Andr. Halbaueri hiſtoriam laudationum funebrium, praemiſſam decem eius parentationibus editis germanice Ienae 1724. 8. Iuſti Chriſtoph. Boehmeri, Prof. Helmſtad. exercitationem de orationibus parentalibus, tertium et auctiorem editam Helmſtad. 1715. 4. et Caroli Sam. Senfii diſſertat. de concionibus funebribus veterum, Lipſ. 1689. De funebribus ſiue feralibus ludis Auguſtinus lib. 8. de ciuitate DEI c. 26. De Feriis denecalibus, nouendiali ſacrificio Voſſius libro 1. de Idololatria cap. XI. De more mortuos ad ſepulturam proſequendi cantu [14] ac naeniis, Macrobius lib. 2. in Somnium Scipionis c. 3. et ex Chriſtianis Procopius II. 23. de bello Perſico p. 146. Chryſoſtomus homilia quarta in Epiſtolam ad Hebraeos, Hieronymus in Epitaphio Paullae, Lindebrogius p. 1477. ad Codicem Legum antiquarum. Tiber. Hemſterhuſius ad Lucianum T. 1. p. 519. Baruffaldus de Praeficis cap. IX. Caſalius de ritibus

[14] De more hymnis proſequendi funera notum eſt teſtimonium Victoris lib. 1. de perſequutione Vandalica c. 5. *Quis vero ſuſtineat atque poſſit ſine lacrymis recordari, dum praeciperet* (Genſericus) *noſtrorum corpora defunctorum ſine ſollennitate hymnorum cum ſilentio ad ſepulturam deduci?* Adde Rittershuſium ad Corippum pag. 98. et Aringhum lib. 1. cap. 19.

bus Profan. p. 146. Faesius ad Gyraldum pag. 357. Kirchmannus de funerib. lib. 2. cap. 6. et Falsterus amoenitat. philologic. T. 2. p. 237. sqq. Naenias lesso Romae interdicto substitutas fuisse ostendit Meursius de funere, qui simul lessum ipsum describit. De signis obuersis et obuersis in humum cuspidibus luctus tempore videatur Barthius III. ad Statium pag. 428. De more in luctu se conspergendi cineribus Bourdelotius ad Heliodorum pag. 21. De vsu cereorum siue lampadum in exequiis, quem vetuit canon Eliberinus 34. sed antiqua consuetudo tenuit Nicol. Comnenus pag. 315. praenotionum mystagogicarum. De Coronis feralibus praeter Paschalium, libro de Coronis, vide Rittershusium libro 7. sacrarum lectionum c. 1. vbi sigillatim de Christianis, et Maffeium pag. 178. musei Veronensis. De lectis et lecticis funebribus videatur Alstorpius de lectis et lecticis pag. 147, 265. Lecti funebris imaginem habes apud Schefferum libro 2. de re vehiculari p. 89. Chr. Frider. Zeibichius in meletemate historicoiuridico de collocatione mortuorum in lecto ferali, Witeb. 1745. 4. hunc morem, nec apud Hebraeos, nec apud Agyptios in vsu fuisse, sed a Graecis demum introductum censet. De arcula sepulcrali siue loculo in lapide cauato, cui cadauer imponitur, sarcophagis arcisque feralibus, de conditoriis ac monumentis fuse et erudite disserit Salmasius in Commentario ad Solinum p. 1203. sq. 1207. sq. Nicolai de luctu Graecorum c. 7. §. 6. et Zornius biblioth. antiquarioexeget. p. 580. De vstrino, apparitorio etc. Reines. p. 818. Inscript. Sponius p. 290. Misc. Meursius de funeribus cap. XXV. et XLI. et Kirchmannus de funeribus Romanorum pag. 314. Vide et de arca funerali Rhodium p. 145. 146. ad Scribonium, et sarcophagi marmorei inscriptiones in tomo 1. Act. Sanctorum Iunii pag. 51. et pag. 81. De more sepulcrales columnas tumulosque ornandi venerandique confer Hemsterhusium ad Lucianum T. 1. p. 518. De cupressis, quae ad mortuorum domos erant positae, deinde vero, in pompa funebri quum essent portatae vna cum mortui cadauere in rogum coniiciebantur consule Middletoni monumenta antiquitatis p. 85. sq. De fustibus non ponendis ad mortuorum sepulcra exstat Georgii Rothii diatriba, Stadae 1719. De more capillos sibi abscindendi et in pectus mortui imponendi Iarkius p. 691. ad Eliam Schedium. De more lacrimas, aut liquores quosdam, anniuersario praesertim officio, in cineres infundendi Maffeius pag. 164. Musei Veronensis. De more lugentium vxorum crines suos in defuncti coniugis pectus proiiciendi Falco Beneuentanus T. V. Muratorii scriptor. Italiae p. 101. De donis, quae in rogum solebant coniici Norisius Cenotaph. Pisan. diss. 3. c. 5. et Meziriac. ad Ouid. T. 2. p. 227. De florum sparsione in sepulcris Andreae Flüggii dissertatio prodiit Hafniae 1704. De ritu campanas pulsandi ad funerum deductionem mentio est apud Scholia-

stem

ſtem Theocriti, Idyllio ſecundo pag. 44. Confer Roccham de campanis c. 3. et Magium de tintinnabulis cap 10. Morem pulſandi campanam, receptum in Anglia ſtatim vbi aliquis in parochia illa exſpirauit, defendit Henricus Bourne T. XV. bibliothecae Anglicae p. 345. ſq.

X. In ſepulcris priſcis maxime admiratione dignae viſae ſunt *lucernae*, non tam ob elegantem et mirae diuerſitatis quae paſſim in illis conſpicitur efformationem et materiam, quam ob ſymbolum vitae et immortalitatis animarum [15] flammam ignemque perennem, quem pro genere phoſphori et lumine ſine calore quidam habuerunt, vt Paullus Caſatus diſſ. 9. de igne, quod tamen experientiae aiunt repugnare qui lucernas illas eruerunt, et aëre admiſſo extinctum quidem lumen ſed calorem adhuc a ſe deprehenſum ſunt teſtati. Nedum vt aſſentiendum ſit Ioanni Argolo, [16] qui totum illud quod apertis ſepulcris flammae conſpicitur, aëris ventilationi tribuit. Sane ellychnia quae ab igne non conſumantur parari ex Caryſtio lapide et lino Carpaſio asbeſto notum antiquis fuit, de quo Meurſius ad Apollonium Dyſcolum p. 135. ſq. vnde Areſium qui hoc ſibi perſuadere non potuit, oppugnauit Licetus libro quinto operis mox a me laudandi. Confer *Roberti Plot* diſſertationem de lampadibus antiquorum ſepulcralibus, in Transactionibus Philoſophicis Londinenſibus A. 1684. p. 806. et in Actis Eruditor. tom. 1. ſupplementi p. 367. *Franc. Caroli*, Nobilis Veronenſis, epiſtolam in muſeo Mineruae Venetae, (Galleria di Minerva) T. 6. p. 175. ſq. et *Ioan. Baptiſtae Vrſati*, ibid. p. 253. *Iac. Ozanami* recreationes mathematicas et phyſicas Gallice editas Pariſ. 1723. 8. tomo quarto, vbi libro primo diſſeritur de phosphoris naturalibus, ſecundo de artificialibus, et tertio de lampadibus perpetuis, et *Io. Dan. Schoepflinum* de apotheoſi p. 74. ſqq. Ecquid vero ſit illud quod tam conſtantem et diuturnam poſſit flammam ardoremque alere, minus quidem adhuc videtur compertum, rem tamen ideo neutiquam negandam eſſe duxerim contra tot αὐτόπτας teſtes, quum lucernam ἄσβεστον etiam ſub dio, Veneri olim dicatam celebret Auguſtinus XXI. 6. de Civ. Dei. Et lucernam perpetuam ſubterraneam, cuius oleum ſanet morſos a canibus rabidis, memoret Roſſi ſiue Rubeus in memoriis

[15] Guil. Irhouius de palingeneſia veterum p. 208. ſqq. Amſtelod. 1733. 4.

[16] Confer Vignolium Maruillium Tom. 3. Miſc. pag. 211. ſq. Videtur etiam perenne lucernarum lumen in dubium vocare Kenelmus Digbaeus de animae rationalis immortalitate pag. 48. ſq. Longe magis Comes de Marſilly perpetuos illos ignes oppugnat in diſſertatione, quam Liminerius hiſtoriae academiae ſcientiarum Bononienſis pag. 218. ſqq. ſubiecit, putatque, lucernas illas (vti lacrymatoria quoque) tantum additas dicis cauſſa nec ardentes, quum reperiantur etiam ſolidi lapides vel ſolida fictilia appoſita tantum lucernae figuram referentia.

riis Brixianis Italice editis p. 204. Audiui et eos qui ex lucerna eiusmodi alimentum flammae vel extrema lingua degustarunt, tantum tamque vehementem ardorem in ore inde sensisse, vt per longum temporis illum abolere non potuerirt. Ne vero longiores simus, de lucernis [17] hisce lectorem ablegamus ad pulcherrimum opus *Fortunii Liceti* de lucernis antiquorum reconditis, Vtini 1652. fol. quibus addi potest *Octauius Ferrarius* in dissertatione de lucernis reconditis veterum, Pataui 1686. 4. et tom. XII. Graev. in quo comparent etiam antiquorum lucernae illustratae a *Mich. Angelo Causeo de la Chausse*, et in Museo Rom. 1747. auctiore recuso. *Petri* vero *Sanctii Bertoli* veterum lucernae sepulcrales, collectae ex cauernis et specubus subterraneis Vrbis Romae, cum obseruationibus *Io. Petri Bellorii* prodierunt primum Rom. 1691. fol. et ex Italico Latine, ex praestantiss. Viri *Alex. Dukeri* interpretatione tomo XII. Gronov. Sub idem tempus aliam versionem eiusdem operis, additis nouis quibusdam obseruationibus dedit *Laurentius Begerus*, Berolin. 1702. fol. qui etiam in Tomo tertio thesauri Brandenburgici lucernas quasdam exponit atque ingenii sui lumen illis admouet. Vide sis etiam *Bosii* et *Aringhi* Romam subterraneam iam supra nobis laudatam, *Kircherum* in mundo subterraneo et tomo 3. Oedipi syntagmate 20. vbi de lucernis veterum Aegyptiorum, qualem in Memphiticis sepulcris repertam memorat etiam Gallus scriptor Cruceius (de la Croix) in descriptione Africae part. 1. lib. 1. Lugd. 1688. 12. *Philippum Bonannum* in museo Kircheriano classe quarta. *Ludouici Moscardi* Museum p. 60. sqq. *Montfauconium* antiquitatis explanatae Tomo quinto, et supplementi T. 5. tab. 50. et 67. sqq. Acta Sanctorum Iunii T. 1. p. 943. Glossas marginales ad Musei Passerii lucernas sepulcrales cum reflexionibus Petri Tombi Mecchi Pisauri 1740. 4. *Middletonium* in monumentis antiquitatis pag. 101. sqq. *Spiridionis Pouparti* dissertationem de lucerna antiqua sepulcrali, quae inserta est memoriis Treuoltinis A. 1717. mense Ianuar. p. 154. sqq. et ephemeridibus eruditis A. 1717. mense Nov. pag. 575. *Eliae Amati* epistol. erudit. italice edit. part. 1. p. 59. sqq. edit. Amstelod. *Ioachimi Felleri*, Professoris Lipsiensis, diatribam de lucernis antiquorum subterraneis, Lips. 1661. 4. *Dan. Guil. Molleri* dissertationem de perennibus veterum lucernis, Altorfii 1705. 4. et quos laudat *Georg. Gotthelf Hübschenius* in appendice de lucernis antiquis p. 36. ad calcem Andreae Gaertneri scripti von langwierigen Lampen, Dresdae 1723. 4.

Cenotaphia

[17] Quatuor fuerunt lucernarum genera: lucernae sacrae, festiuales, domesticae et sepulcrales. Vide Lucernas fictiles musei Passerii, quarum vol. 1. prodiit Pisauri 1739. fol. II. ib. 1743. III. 1751. fol.


Cenotaphia vocabantur tumuli honorarii in quibus nulla cadauera, vt videre est apud Callimachum epigr. 18. et 19. Marcellinum in vita Thucydidis, Tacitum II. 7. Annal. et in Cenotaphiis Pisanis quae illustrauit non minus doctrina quam dignitate et purpura illustris Henricus Norisius. Adde Io. Gottl. Bidermanni commentationem de Cenotaphiis, Freibergae 1755. Vtrum vero eadem cenotaphiorum, siue ex pietate siue honoris caussa fierent, religio, quae sepulcrorum, de eo exstat Iac. Gothofredi diatriba in eius variis opusculis Geneuae 1634. 4. recusa in Euerh. Ottonis thesauri iuris R. tomo III. p. 325. sqq. Ceterum inter sepulcralia veterum monumenta facile primas tenent *pyramides*, insana mole et incredibilibus sumtibus exstructae apud Aegyptios, ita, vt trecenta et sexaginta millia hominum per viginti annos in vna Pyramide occupatos fuisse testetur Diodorus Siculus. De harum forma et magnitudine tum de eo, quod vmbram licet altissimae non praeberent, vide *Io. Grauium* in pyramidographia Anglice edita Lond. 1646. 8. et Gallice in collectione Itinerariorum Theuenotiana Paris. 1666. fol. tribus tomis edita, tomo primo. *Nordenii* obseruationes in Grauii Pyramidographiam, quae exstant tomo primo eius itineris in Aegyptum. *Kircheri* Oedipum tomo 2. Parte 2. p. 292. sq. *Petr. Bellonium* tom. VIII. thesauri Gronov. *Franc. Bianchini* historiam vniuersalem ex antiquis monum. confirmatam, c. 30. *Olai Celsii* historiolam Pyramidum Aegypti, Vpsal. 1725. 8. Auctores anglos historiae vniuersalis parte prima p. 385. sqq. versionis Germanicae, et qui ex Cornelii Bruni priori itinere interiorem pyramidis formam conspiciendam exhibet, Ludolphi Neocori Bibliothecam nouorum librorum A. 1698. pag. 776. sqq. vt veteres Strabonem, Melam, Plinium, Ammianum, Diodorum Siculum aliosque praetereamus. De *Mausoleo*, monumento itidem sepulcrali admirando, quod non minus quam Pyramides, Orbis septem miraculis annumeratum est, vide praeter Leonem Allatium ad Philonem Byzantinum, Amplissimi Cuperi Commentarium de Apotheosi Homeri pag. 236. Baylii dictionarium historicocriticum et Ioan. Christ. Auenarii dissertat. de Artemisia et mausoleo, Lipsiae 1714. De aliis monumentis ac sepulcris *Cryptisque* subterraneis ac *Catacumbis* praeter supra laudatum Antonium Bosium et Paullum Aringhum in Roma subterranea, consules Franc. Mariae Torrigii Cryptas sacras Vaticanas, Italice editas A. 1635. Gilberti Burneti epistolam in historia operum eruditorum gallice edita 1688. mense Maio p. 40. Franciscum Bianchinum, [18] Veronensem, ad inscriptiones CXXX. sepulcrales libertorum domus Augustae, Romae 1727. fol. Italice. Marcum

[18] Histoire litteraire de l'Europe 1727. Octob. p. 172. sq.

cum Antonium Boldettum [19] in obſeruationibus Italice editis, et ad coemeteria ſanctorum martyrum et chriſtianorum Romae, pertinentibus, Romae 1720. fol. Amandi Gotth. Fehmelii diſſert. duas de Catacumbis Romanis, Lipſ. 1710. et 1713. Ioan. Herbinii Cryptas Kiiowienſes et quae de Cryptis ſubterraneis Aegyptiorum Kircherus T. 3. Oedipi Aegypt. p. 399. et de Cryptis Syracuſanis Vincentius Mirabella in Syracuſis antiquis, T. XI. theſauri Siciliae p. 27. Porro ex catacumbis illis Romanis quae ſubinde reliquiae veluti Sanctorum ad cultum proferuntur, non dicam an Sanctorum ſed num Chriſtianorum ac non Ethnicorum et impiorum hominum ſint, ſaepe eſt incertum, vnde cultum ſanctorum eiusmodi ignotorum merito improbauit doctiſſimus Vir Ioannes Mabillonius Epiſtola ſub Euſebii Romani nomine edita ad Theophilum Gallum Pariſ. 1698. 4. et ſaepius deinde recuſa, ac denique analectis eius ineditis Pariſiis 1723. fol. ſubiecta. Huic aſſentitur Lucas Dacherius ad Guiberti abbatis lib. 1. de pignoribus ſanctorum p. 562. ſq. et Io. Baptiſta Thiers libro *de la plus ſolide de toutes les deuotions*, de perfectiſſimo pietatis officio quod in charitate conſiſtit, vt praetereamus quae de illis catacumbis notarunt Iac. Basnage lib. XVIII. Hiſtor. dogmatum Eccleſ. Gallice editae, Tho. Burnetus et Maximilianus Miſſon in itinere vterque Italico, Stephanus Chamillard, S. I. in obſeruationibus per iter Italicum factis, Obſerv. 3. in diſſ. ad numiſmata et gemmas antiquas, Pariſ. 1711. 4. Frid. Spanhemius in Hiſt. Eccleſ. N. T. pag. 668. 806. T. I. Opp. et Petrus Zorn diſſert. de Catacumbis Lipſ. 1703. 4. Inſcriptiones omnis generis Veterum Graecorum Romanorumque Ethnicas et Chriſtianas, atque in his quam plurimas ſepulcrales collegerunt illuſtraruntque, Gruterus, Reineſius, Sponius, Fabrettus, et alii in Bibliotheca Latina lib. IV. c. 5. a me laudati, tum Marquardus Gudius cuius opus a Franc. Heſſelio editum eſt, Leouardiae 1731. fol. Ludov. Anton. Muratorius, cuius nouus theſaurus veterum inſcriptionum quatuor in folio voluminibus editus eſt, Mediolani 1739-1742. fol. Richardus Pocockius in libro inſcriptionum antiquarum Graecarum et Latinarum, Londini 1752. fol. Tom. II. vt eos, qui ſigillatim vnam alteramue inſcriptionem illuſtrarunt, omittamus. In Io. Caſp. Hagenbuchii epiſtolis epigraphicis, Tiguri 1747. 4. editis, plurimae antiquae inſcriptiones Graecae et Latinae, inprimis theſauri Muratoriani, emendantur et explicantur. De formula, in vetuſtis monumentis ſaepius obuia, *ſub aſcia dedicare*, conſule, ſi lubet, Auberti commentationem in memoriis Treuoltinis A. 1715. menſe Maio p. 774. ſqq. Valbonnaeſii et Laisnei (Valbonnais et Laisné) epiſtolas in iisdem memoriis Treuoltinis e. a. menſe Iun. p. 1024, 1034, 1047, 1058. Scipionis Maffeii epiſtolam ad Ludou. Ant. Muratorium

[19] Acta erudit. 1722. p. 513. Deutſche Acta erudit. LXXXI. p. 607. ſqq.

ratorium de hac formula, in eius Galliae antiquit. selectis p. 52. et in Museo Veronensi p. 165. Ludov. Ant. Muratorii dissertationem insertam tomo secundo dissertationum academiae Cortonensis, p. 133. sqq. Alexii Symmachi Mazocchii ad Bernardum Tanuccium epistolam, qua ad triginta virorum clarissimorum de *dedicatione sub ascia* commentationes integrae recensentur, Neapoli 1739. 8. et Franc. Carol. Conradi Parerga pag. 73. cui haec formula nihil aliud videtur significare, quam *monumentum sub tutela et cultura fabricae, vt sartum tectumque praestetur, constituere.* De formula, qua *alienari sepulcra* prohibentur differit Christ. Saxius in obseruationibus ad vetus chirographum thesauri Muratoriani mancipationis formulam continens, Vltraiecti 1757. 4. pag. 16. Epitaphia Hebraica et Iudaica illustrarunt Hottingerus in cippis Hebraicis, Schudtius in memorabilibus Iudaicis, Christianus Schottgenius in dissertationibus duabus de inscriptionibus Hebraeorum, Lips. 1715. et 1716. et Theoph. Sigfrid. Beyerus in dissertatione de Iudaeorum inscriptionibus Graecis et Latinis, Regiom. 1721. Monumenta veterum sepulcralia, Romanorum maxime collegit et delineauit Petrus Sanctius Bartolius et cum explicationibus Io. Petri Bellorii Italice scriptis edidit Rom. 1691. fol. Exstant etiam perquam eleganter recusa cum Bellorii explicationibus in Latina laudati Alex. Dukeri versione in T. XII. thesauri Antiquitatt. Gronouiani. De Mausoleis veterum Hebraeorum Petri Zornii dissertatio exstat vol. V. miscell. Lips. nov. p. 218. sqq. Historiam sancti sepulcri contexuit Io. Laur. Moshemius in commentatione de lumine sancti sepulcri, quae exstat vol. secundo eius dissertationum ad H. E. pertinentium p. 214. sqq. Sepulcra et monumenta veterum crebro ad vias publicas sita erant, vide Io. Gottlob Nimptschii dissertationem Lipsiae 1721. et de custodibus sepulcrorum apud Romanos Lud. Guil. Iunii commentationem ibid. 1744. editam. De sepulcrorum iure et religione confer Brissonium II. 14. sqq. antiquitatum iuris. Georg. Guil. Platzii dissertationem, Argentor. 1665. Io. van Niespen dissertationem de sepulcro violato, Lugd. Bat. 1723. 4. Ioan. Frid. Saurmanni tractatum de iure circa sepulcra et hominum demortuorum cadauera cum Io. Guil. de Goebel differt. prooemiali de eodem argumento, Bremae 1737. 4. Io. Ioach. Schoepferi dissertationem de sepulcrorum et sepultorum religione, ibid. 1746. et Magni Godofr. Lichtwerii commentationem de iure aperiendi sepulcra, Witebergae 1747. 4.



INDEX I. RERVM
IN HOC VOLVMINE
CONTENTARVM.

Iudaeo-

Ru-

Syn-

INDEX II. SCRIPTORVM.

Thom.

Fridr.

Gerh.

Io.

Henr.

Franc.

Cham-

Daus-

Io.

Octa-

Elias

Chrift.

 Sam.

 Phi-

Dan.

Bar-

Dav.

Sepher

Ioach.

Alb

Ferd.

Pet.

Herm.

Paull.

P.

Xantes

Hier.

Pseu-

Franc.

Io.

Gott-

Gode

Erasm.

Olaus



Errata.

In praefatione * 2. lin. 22. vt Humanissimus lector pro *segnem deprehendar* legat *segnis deprehendar*, et * 3. lin. 7. pro *accersiones* legat *accessiones*; simulque ea, quae in ipsum librum irrepsere, menda beneuole corrigat iterum iterumque rogo.

SPECIAL 82-B
2406

GETTY CENTER LIBRARY

